


T. a. S.  
- 15 -

# ADVERTENTIAE THEOLOGIAE SCHOLASTICAE AB ADMODVM ILLVSTRI & REUERENDISSIMO FERDINANDO



Vellofillo Aillionensi, Episcopo Lucensi, Theologicae doctrinae Sancti Thomae professoꝛe, in Beatum Chrysofomum & ceteros Doctores Ecclesiae.

AD C. R. MAIESTATEM PHILIPPI II.  
Hispaniarum Regis.



*Omnia per ipsum facta sunt.*

CVM PRIVILEGIO.  
Compluti, Ex officina Ioannis Iniguez à Lequerica.  
Anno 1585.







CATHOLICO ET INVISI-  
bilissimo Philippo secundo Hispaniarum &

*Indiarum Regi potentissimo residuique fere orbis moderatori, &c.  
Ferdinandus Vellostilus Episcopus Lucensis  
felicitatem precatur.*



VM in media Salmanticensium luce per  
sex integros annos, à quadragesimo quar-  
to vsque ad quinquagesimum: deinde in  
Academia Segúina per sexdecim sequē-  
tes diligētē operam in vno sancto Tho-  
ma doctore celeberrimo (cui hęc nostra  
ætates omnes ferè bonas literas refert ac-  
ceptas) publicè exponendo & declaran-  
do posuissē: vt me maioribus & diffici-  
lioribus rebus, ad religionem videlicet  
Christianam pertinentibus, implicares,  
venit tibi in mentem Rex potentissime,  
& omnium, quos habet orbis, religiosissime, me ex Seguntinis reuocatum in-  
ter tot viros omnis doctrię genere virtutumq; gloria florentes Tridentum  
mittere, vt reliquis omnibus ex toto orbe selectis viris tuo nomine in Conci-  
lio œcumenico asiderem. Quò vèro dimisso, vt es in bonos & officiosos ani-  
matus, vniuscuiusque opera & diligentia examinata, nullum sine præmio, quo  
tamen dignus esset (qua es liberalitate & magnificentia) reliquisti. Me quidē,  
vt alios præteream, qui munus mihi iniunctum prout vires tulerunt, adimple-  
ui, episcopatu Lucēsi donasti. Quod ego beneficium nequaquam aspernatus,  
nouum onus meis humeris exceptum noua deinde & indefessa cœpi diligen-  
tia portare. Meorum enim laborū, quos in tanto munere administrādo subiui,  
Deum opt. max. testem adduco, qui vt me suo fauore & auxilio ad tātas mole-  
stias equo animo tolerandas muniuit, ita pro exhaustis laboribus (vt spero  
& opto) amplissime remunerauit. Quid enim? expertus quidem sum in hac re-  
gione dictum illud Euangelij, Messis quidē multa, operarij vero pauci. Nam  
vt reliqua, quæ innumera huiusmodi recēdere poteram, prætermittam: plures  
enim reperi homines, ad quos nec nomē, nec confirmationis sacramētū per-  
uenerat. Præcipue in Archidiaconatu de Neira, vbi scītus est quidam & pars  
terre saxosa, quę dicitur de Piquin, qua episcopatus Lucēsis ab Ouetensī diui-  
ditur, in qua vix quemquā inueni qui Chrismate sancto, interlitus & cōfirma-  
tus esset. Ex multis enim quę mihi in eo loco memoratu digna acciderunt, au-  
dies breuiter vnum, quo agrestium illorum hominum miseram sortem facile

deprehendes. Accessit ad me quidam octoginta trium annorum Gometius nomine: & post longum sermonē, à me instanter postulauit, vt eum chrismate sancto inunctum confirmarem, & Petri nomen imponerem. Afferbat enim inter alia, patrem eius & auum centesimum & vigesimum annum attigisse: se autem sperare ad eandem ætatem peruenturum, Petrum si haberet patronum (Deum prius) & propitium. Ego tamen hominis desiderio (vt equum erat) satisfeci: & triginta sequentibus diebus, cum innumeros oleo sancto ungerem, vix præterijt dies, in quo non signarem sacro chrismate complures sexagenarios & septuagenarios, huic muneri intentus non prius destiti in Domini vinea laborare, quam Dominus ipse clemens & misericors ab illo me opere reuocaret: nam hoc breui tēpore podagra artretica impeditus ab incepto officio desistere & domū reuertī, ibiq; quasi truncus in lecto iacere coactus sum. Ex qua ægritudine pius Dominus, & in operib; suis mirabilis opus hoc, quod tibi Rex potentissime offero, elicit: nam in eo potissimum desudandum curauit, vt diligentia mea, quam propter virium imbecillitatem, & morbi magnitudinem præfens impendere non poteram, absens saltem per scripta & literas populo Christiano exhiberem. Opus igitur hoc tibi dicare in tuoque nomine apparere volui vt quod ex maximo & incredibili animo propagandi Christi populum & Ecclesiæ doctrinam manauit, Regis omnium maximi fauore septum in lucem prodiret. Suscipe igitur maxime Philippe Christianæ religionis præsidium & firmamentum, suscipe inquam opus à sincero & religioso animo profectum, & tuo patrocinio defende, vt tuis auspicijs felicibus & faustis inter tot hominum manus sine inuidia per longum tempus

versetur. Vale diutissimè.

## Prefatio Authoris ad Lectorem.



*EV S* Opt. Max. qui abdita hominum sensa scrutatur, & in abstrusos eorum cogitationes sine ullo negotio penetrat, propensionem animi mei, quam semper erga Doctores sanctos lectionemque sacre scripturæ habui optime nouit: & quam agrè semper tulerim quod Doctores ipsos vberissimos & inexhaustos sapientie fontes ne à limine quidem (quod dicitur) salutauerim. Si tamen mei inuitati rationem reddidero, planè cognosces candidè lector, nullo pacto mihi vitio dandum esse quod ocio aut desidiè indulgens panem vnquam ocio

(vt fertur) comederim. Nam Seguntia donec per Regem nostrum Philippum ad episcopatū Lucensem sum adscitus quatuor rebus difficillimis intentus sexdecim annorum spatium semper in offi; cōtentus traduxi. Primum enim Theologiā publicè interpretando, canonici iuris munia deinde omnia exequendo, tertio publicas ad populum conciones habendo, auriculares postremo secretas confessiones audiendo, tantum ex sacris illis Doctoribus delibauit, quantum tam assidua impedimenta patiebantur, & lectiones publicè illis temporibus haberi solitè postulabant. Nunquam tamen meam poteram sitim explere, nec tempus mihi suppetebat vt & sacrorum Doctorum plenissimo gurgite manantes fontes prohibito adire, nec ad illorum intima, prout votis conceptis optarem, penetrare possem. Sed postquam morbo hoc ferè insanabili podagreg detentus, coactus sum domi manere, ex animi sententia mihi illud, quod tandiu exoptarant euenit: nam Origenis, Chrysostomi, quatuorq; Ecclesiæ Doctorum volumina, diligenter perleui, in quorum lectione assidua duo semper animaduerti: primum illa in quibus illis non satis sum concertatorijs Theologis (quos vulgo scholasticos dicunt) conuenit: deinde doctrinam eam qua ad mores componendos pertinet, & concionatoribus magis expedire visa est eo animo selegi, vt in commodum & utilitatem totius Christiani populi cederet. Primum quidem hoc opere, vt potuimus, absolutimus, secundum vero cum Dei auxilio aggredimur, eo adiuuante, in posterum edituri. Lectorem autem pium in cuius manus mea hæc opera deuenerit oro & obtestor si quid vtile beneq; notatum & animaduersum repererit, gratias agat primū Deo, deinde doctoribus sacris, quorum munèris quæ animaduerti accepta sunt referenda. Si quid vero minus opportunè & cōmodè dictū tenuitati nostræ (homines enim sumus, nec humani quicquam, vt ille dicebat à nobis, alienū putamus) ascribat. Nec enim tātū nobis arrogamus, vt in postremis putemus bonis ponendū, quod vel inter minimos Doctorū sacrorū discipulos annuere mur. Quorum dicta celeberrima animaduersionibus quibusdā (quas aduertenti as

notiori vocabulo libuit appellare) notauimus: ut diligenter animaduertat lector, quando in aliquem illorum incidit, & commentaria nostra assidue consulat. Quod si in elucubratione doctrine Sancti Thomae longiores aliquanto visi sumus lectori, boni quæso consulat, nam eum nobis præcipuè proposuimus magistrum sine quo nec multa dici, nec pauca quæ tamen omnibus probentur, enuncitari possunt. Illud tamen velim sibi habeat persuasum, me in nulla re minus quam in puritate lingue & elegantiæ styli de sudasse. Veritates tantùm ex intimis Theologiæ visceribus depromptas mediocribus verbis expositas requirat, quas profacultate nostra eruimus in eoque quem utilitati communi consecramus libro exscripsimus. Interim tamen Deum omnipotentem precamur sit iste noster labor bonis omnibus iucundus, inuidiis autem & obtrusatoribus vilis, ut eorum maleuolentia operis huius utilitate compensentur.

## Illustri admodum ac Reuerendissimo Domini Ferdinando Vellofillo Episcopo Lucensi, prouocatorium & congratulatorium carmen, fratre Gabriele de Ledesma monacho Cisterciensi auctore.

**P**Andere nunc Helicæ, sonipes quas protulit vitro  
 Vitro marmoreas exere lectus aquas.  
 Exere si quid inest soliti Parnasse decoris  
 Floribus arridens purpureisq; rosis.  
**T**empora quæ decoras Apollinis aurea Daphne,  
 Quæ cytharam pulsans, quæ pharetratus amat.  
 Froude vitæte comas sine pectine profer eburno  
 Hospite nam tante causa timoris abest.  
 Quicquid habent gratum viridatibus prata fororū,  
 Quidquid in Aonia vitrea limpha rigat.  
 Sydera quæ insuuiis super omnia gramina rorem  
 Quo viget omne solū, floridatq; arua micant,  
 Aspirate nouum solitoq; decentius herbis  
 Spiramen, pratis gratior inest odor.  
 Sit nitor arboribus, sit celsior insitus agris  
 Quæ fuit vsque modo floriditatis honor.  
**C**allidum celebrata cohors quibus est Helleohe  
 Deserto in votis, hās habitare domos,  
 Formosam redimite comam fronteq; serenam.  
 Sertis contextis, gramine, flore, rosa,  
 Et palmas gestate manu, quas mittit Idume,  
 Quas vel oliuiferis Bethis habebit aquis.  
**A**d numerum graciles Phœbo ductante choreas  
 Dulce melos resonent voce regente pedes,  
 Qui fuit ante alios longe celeberrimus, estq;  
 En vestri cultor, gloria, palma, decus.  
**H**unc sibi Doctorē repetit Salmantica, primas  
 Laureas, & cathedras cui prior ipsa dedit.  
**H**unc schola Segunti dolet amisisse magistrum  
 Cùm populo clerus toraq; turba dolet.  
**N**ouerat hoc magnus, fama vulgante, Philippus  
 Pro se ad Concilium quem iussit ire patrum.  
 Quo neq; consilio melior, nec acutior alter  
 Creditus est primum promeruisse locum.

Continere omnes simul applaudente senatū  
 Eloquio assensum contribuere suo.  
 Cæsar at interea populi moderator Iberi  
 Dum maiora pato munera iussit, habe.  
 Mitra ipse ac bifida decoretur Episcopus, vt hūc  
 Lucensi ecclesie dux, via, pastor, apex,  
 Cuius tanta viget maiestas regia vultu  
 Dulcis in eloquio gratia, cura gregis.  
 Tempora canitue splendescunt alba verenda  
 Doctrina exemplis candida vita magis.  
 Hic pius ergo pater venit illustrissimus hospes  
 Qui vos illustret dogmate presul adhuc,  
 Musarum cordi quibus est inlister e curis  
 Tota assertorem hunc excipe læta domus,  
 Animum (dixere) simul celebrauimus omnes  
 Hospitij digno est quisquis honore dies.  
 Clarior exortitur radijs imitantibus ignem  
 Cynthius, & pleno efforbe corusca foror.  
 Iam flores redolent, arbuta virentia plaudunt,  
 Singula certatimq; exhilarata vigent.  
 Si non pro meritis certe pio quisq; virili  
 Faustos optamus Nestorcosq; dies.  
 Digna peroptamus rofco insignita galero  
 Tempora, vel potius sacra tiara tegat.  
 Quare Hispanorum decus illustrissime princeps  
 Virtutum specimen, religionis apex.  
 Quos sacra religio & musæ dignatur alunnoq;  
 Ne dedigneris ferre patronus opem.  
 Cæsar is in Luco supremi pascis ouile  
 Regis, & huic noster militat ordo duci.  
 Bellofillus eris tu in bello nobis asyllum,  
 Ferdinando apta hæc, digna fer esse tui,  
 Donec Olympicas simul ascendamus ad arces  
 Plena vbi sit nobis laurea nostra Deus,  
 Amen.

## Epigramma in recommendationem operis.

**A**ccipe quæ præstat Lector perdocte libellus,  
 Accipe, quæ docet mente reconde pia.  
 Profuit vt quondam multis doctrina Platonis,  
 Proderit & cunctis vitæ dogma viris.  
 Est opere olim permultum lætata Maronis  
 Mantua, sic proles religiosa canar.  
 Floribus ex apum varijs collecta videmus,  
 Sic dabit & presens dulcicia mella rosa.  
 Quid referat tradit Chrysostomus ille Ioannes,  
 Authorum quatuor dogmata teq; docet.  
**I**mprobis, vnde cadat, cernes hereticus error,  
 Hic falsum monstrat, peruenit vnde dolus.  
 Hinc loca sanctorū quæ multa notata videbis,  
 Hæresis à quibus est ista renata locus.  
 Arguit vt contra mordax hæreticus infert  
 Christiadam legem comprobat ille liber,  
 Si verum tandem quæris studiose videre,  
 Hoc opus exponet, quod precor ipse legat  
 Cesset & vt murmuranti responsa malignis  
 Sanctorum veritas certa probata manet.  
 Doctus & expertus qui toto iure laboras  
 Esse opus, hanc curam pectore semper habes.

# Index locorum totius operis.

*ALIVD.*

**S** cupis electos flores, gemmasq; nitentes  
 Raptas è fœda cernere fauce suum.  
 Huc agiles moueas gressus animoq; volutes  
 Omnia, quæ præ sens dicit agitq; liber.  
 Hic etenim Patrâ sanctissima dicta priorû,  
 Quæ quâ christoliti sunt pretiosa magis,

**A**criter hæreticôn spurco eripitur ab ore,  
 Suntq; suis pure reddita salua locis.  
 Hic quibus hæretici vel porci rictib' atris,  
 Sâctorum violent scripta, videre licet.  
 Hic quâ nostra fides sit vera & sana docemur,  
 Hic quam religio sit pia nostra patet.  
 Quid multus opus est? hoc tãdè lege, & scrip'to  
 Vtilius dices nil tibi posse legi.

## Auctoris incerti carmina ad Lectorem.

**T**empus Athenarum nostrum contemnat acumen  
 Smyrnosque sonos, Ogygiamque Lyram:  
 Quidquid enim nobis vates cecinere vetusti  
 Hic liber infesta mole solutus habet.  
 Hinc procul ad calidum liuor Phlegetonta recede  
 Nil ferrugineo frangere dente potes.  
 Nam superat fulgor radiantia lumina solis,  
 In medio quauis præbeas orbe iubar.

**A**

**A**nima rationalis an sit spiraculum Adq; inspi-  
 ratum. Chryf. 1. tomo. ad 1. quæsitû, folio. 1.  
 Anima Adæ an à Deo creata. ibidem.  
 Angeli an cum fœminis coire possint. Chrysof.  
 1. tomo ad quartum quæsitum. fo. 3.  
 Angeli an Deum videre possint. Chryf. 1. tomo  
 ad quintum quæsitum, fo. 4.  
 Abraham an meritis sit, & in adulteriû Saræ cõ-  
 senserit. Chryf. 1. to. ad. 6. quæsitum. fo. 4.  
 Abraham, cõ uisit, an peccatum infidelitatis pec-  
 cavit. Chryf. tomo. 1. ad 8. quæsitum. fo. 7.  
 Angeli an ob amorè mulierû de cœlo ceciderint.  
 Chryf. 2. tomo ad decimum quæsitum. fo. 22.  
 Angelus primus an appetijt esse vt Deus. f. 23  
 Angelus an beatitudinè naturalem tanquã vlti-  
 mum finem appetijt. ibidem  
 Adulterâ an repudiare liceat, & alteram ducere.  
 Chryf. 2. tomo ad 12. quæsitum. fo. 24.  
 Angeli an ex Euagelicis scripturis aliquid didi-  
 cerint. Chryf. 3. tomo ad 1. quæsitum. fo. 42.  
 Angelorû illuminationis varietas sunt sentit. ibi.  
 Anima sanctorum an ante diem Iudicij sint bea-  
 taz. Chryf. 4. tomo ad 13. quæsitum. fo. 39  
 Anathemate an liceat viuos vel mortuos plecti.  
 Chryf. 4. tomo ad 15. quæsitum. fo. 62  
 Angeli singuli singulis hominib' an deputetur.  
 Chryf. 4. tomo ad 24. quæsitum. fo. 74  
 Angeli custodes an sint ex infimo ordine Ange-  
 lo. um. ibidem  
 Angelorû cultus quomofq; se extendat. ibidem  
 Angelus custos an quidq; hominè dellerat. ibi.  
 Angeli an die Iudicij iudicandi sint. Hierony 6  
 tomo ad quartum quæsitum. fo. 109  
 Angeli & animæ an natura sint corporea. Hiero.  
 7. tomo ad secundum quæsitum. fo. 113  
 Angelus an sit compositus ex materia & forma.  
 ibidem.  
 Angeli tam boni quàm mali an flecti ad vitium  
 vel virtutem queant. Hieronym. tomo. 9. ad 8.  
 quæsitum. fo. 128  
 Angeli beati quomodo impeccabiles sint reddi-  
 ti. Hierony. ibidem  
 Angeli aut possint in beatitudinè proficere. ibi.  
 Angeli an cõmissio primo peccato poenitere po-  
 tuerint: & an bene moraliter agere, possint.  
 ibidem  
 Abbates & præfectos cenobiorum an liceat sic  
 vel patres appellare. Hieronymus tomo. 9. ad  
 decimum quartum quæsitum fo. 135  
 Animæ an ante mundum conditæ: & in corpora  
 ob suas culpas detrusa. Hieronymus tomo. 9.  
 ad. 17. quæsitum fo. 137  
 Angelis an insint profectus & honores cremëta  
 & incremëta. Hier. tom. 9. ad 20. quæsitû. f. 139  
 Angelus in suis naturalibus an possit à considè-  
 ratione cessare. ibidem  
 in Angelos an Christus aliquid influat. Hieron.  
 tomo 9. ad 23. quæsitum. & an sint purgati san-  
 guine Christi fo. 140  
 Angelorum an Christus sit caput. ibidem  
 Angelan gratiam & gloriam quã habent, à Chri-  
 sti passione tanquã per mediû acceperint. ibi.  
 Angeli an ante passionem mysteriû redemptio-  
 nis agnouerint. Hierony. tomo 9. ad 25. quæsi-  
 tum fo. 141  
 Angeli an longe ante mundum creati Hierony.  
 tom. 9. ad 33. quæsitum. fo. 151  
 Animæ sanctorum an ante diem Iudicij Deo fruã-  
 tur. Ambrosius ad 4. quæsitum fo. 157  
 Abrahæ congressus cum Agar an fuerit adulte-  
 rium. Ambr. ad 7. quæsitum fo. 162  
 Angeli an ante mundû conditi. Amb. ad octauû  
 quæsitum fo. 166.  
 Animæ omnes an post hanc vitam ignibus pro-  
 bandæ sint. Amb. ad 9. quæsitum fo. 167  
 Adulteram repudiare an liceat viro, & vxoti a-  
 dulterum. Ambro. ad 23. quæsitum fo. 205  
 Apostoli an prohiberent à suffocatu abstineri.  
 Ambr. ad 25. quæsitum fo. 211  
 Anima rationalis an à Deo ex nihilo creetur: &  
 an sit ex raduce. Augustinus tomo. 1. ad pri-  
 mum quæsitum fo. 229  
 Anima an factâ sit per creationè vel propagatio-  
 nem. ibidem  
 Angelica corpora an lucidissima & ætherea sint.  
 Aug. tom. 1. ad 3. quæsitum fo. 233  
 Anima an cû Angelis prima die creata sit. Aug.  
 tom. 1. ad 7. quæsitum fo. 236  
 Adam an peccando imaginem Dei amiserit. Au-  
 gustinus. 1. tomo ad 8. quæsitum. ibidem  
 Angelus an sit perfectior imago Dei quã homo.  
 Augustinus. ibidem  
 Adam si peccando imaginem Dei amisit. Aug.  
 ad nonum quæsitû 1. tomo fo. 236  
 Anima rationalis vnde originem habuerit. Au-  
 gustinus. 2. tomo ad 2. quæsitum fo. 244  
 Abrahæ sinus an pars sit inferorum. Aug. 2. to-  
 mo ad quintum quæsitum fo. 251  
 Angeli an sint animantia ætherea. Aug. 2. tomo  
 ad octauum quæsitum fo. 253  
 Animæ post hanc vitã an permittantur ad nos re-  
 dire. Augustinus. 2. tomo ad decimum quartû  
 quæsitum fo. 260  
 Animarû supplicia an sint tantû spiritualia. Au-  
 gustinus 3. tomo ad 2. quæsitum fo. 263.  
 Angeli an hominibus cû corporib' apparterint.  
 August. 3. ad 7. quæsitum fo. 268  
 Anima

Anima creationē an solus Deus cognoscat. Augustinus tom. 3. ad 11. quæsitum fo. 273  
 Animum esse in mortali an ratione naturali cognosci possit. ibidem  
 Antenas Deum ex nihilo facere an sciri possit. Augustinus 3. tom. ad. 22. quæsitum. fo. 283  
 Anima an cum a corpore exeunt, locis corpora liter visibilibus continentur. Augustinus. 3. tom. ad vigesimum tertium quæsitum. ibidem.  
 Angelica corpora an sint lucidissima & ætherea Augustinus. 4. tom. ad. 6. quæsitum. fo. 291  
 angeli an omnes æquales sint cœti. Augustinus 4. tom. ad 9. quæsitum fo. 292  
 angeli an gratia indigerint, vt in Deum se contulerint. ibidem  
 angeli omnes an creati sint in gratia. ibidem.  
 an in angelis præcelsis dispositio aliqua ad gloriam. ibidem  
 angeli an beatitudinem suam meruerint. ibidē.  
 angeli an gratiam habuerint secundum quantitatem naturalium. ibidem  
 angeli an corpora moueant, dum descendunt, & in cœlum ascendunt. Augustinus quarto tom. ad decimum quæsitum fo. 194  
 angelus an instantaneè moueatur. ibidem  
 angelus an transit per medium, quando mouetur. ibidem  
 angelorum mensa quæ res sit. ibidem  
 Adam an spiritum sanctū habuit. August. tom. 4. ad. 24. quæsitum fo. 309  
 Adam an gratiam habuerit ex dispositione aliqua in illo præcedente. ibidem  
 Adam an habuerit omnes virtutes. ibidem  
 Adæ opera an minoris efficacitæ fuerint ad meritum, quæ nostra. ibidem  
 anima an extrinsecus inducatur. August. 4. tom. ad 26. quæsitum fo. 311  
 angeli boni an ex scriptura constet, quādo, quales, & quomodo sint creati. August. 4. tom. ad 27. quæsitum. ibidem  
 angeli mali an cum filiabus hominum concubuerint. Augustinus quinto tom. ad primum quæsitum fo. 327  
 angeli desertores an doloribus post diem Iudicij carebunt. August. tom. 5. ad 4. quæsitum. fo. 330  
 aliquid an in memoria martyrum sint cōstituta Augustinus sexto tom. ad quintum quæsitum fo. 337  
 auarus & hæreticus a membris columbæ an vterque habeatur alienus. Augustinus tom. 6. primo ad 6. quæsitum fo. 351  
 adulter an per naturam & liberum arbitrium iustificari possit. Augustinus tom. septimo ad decimum quartum quæsitum. fo. 355  
 animæ sanctorum an in cœlo sint ante resurrexionem. August. tom. 8. ad quartum quæsitum fo. 363  
 apostoli tempore passionis an heretici fuerint. Augustinus. 8. tom. ad septimum quæsitum. fo. 366  
 apostolis, qui ceciderunt, an restituta est fides & spes. Augustinus octauo tom. ad decimum quæsitum. fo. 368  
 apostoli an Christum fide reliquerint, quando cōprehensus est. Augustinus tom. nono ad duo decimum quæsitum fo. 383  
 angeli an cuncta nobis occulta pariter agnoscat. Augustinus 9. tom. ad decimum octauū quæsitum fo. 389  
 angeli an cognoscant singularia & vniuersalia per species vniuersales. Augustinus. ibidem.  
 angelus an futura cognoscat. ibidem  
 angelo an Deus communicare possit speciem, qua futurum certo, & vt in se erit, cognoscat. Augustinus. ibidem  
 angeli an cognoscant cogitationes cordium. ibidem  
 angeli an cognoscant mysteria gratiæ. ibidem.  
 anima cum a corpore euoluitur, an statim in cœlo collocetur, aut in infernum præcipitatur. Augustinus tom. nono ad vigesimum primum quæsitum fo. 393  
 adoratio quid sit: & an aliqua soli Deo sit debita, quæ creature exhiberi non potest. Augustinus tom. decimo ad sextum quæsitum. fo. 397.  
 apostoli an tempore passionis fidem amiserint. Augustinus tom. decimo ad vigesimum primum quæsitum fo. 412  
 anima an ad corpus de cœlo à Deo veniat. Augustinus tom. 10. ad. 32. quæsitum fo. 417  
 Ananias & Saphira an Deus pepercit. Augustinus tom. decimo ad trigessimum tertium quæsitum. ibidem  
 angeli an corpus, quod assument, possint in aliud verum corpus corpus conuertere. Augustinus tom. decimo ad 34. quæsitum fo. 419  
 angelis an materia corporalis ad nutum obediatur. ibidem  
 angeli qualia corpora assument. ibidem.  
 angelis an quantum ad motum localem omnia corpora obediatur. ibidem.  
 animæ beatorum an videant omnia que hæc aguntur. Gregor. ad 4. quæsitum fo. 425  
 animæ damnatorum an videant gloriam sanctorum. ibidem  
 animæ poenitentium an statim post hæc vitæ beatæ sint. Greg. ad 5. quæsitum. ibidem  
 angeli an sint animalia. Gregorius ad decimū tertium quæsitum fo. 428  
 Bellum

Bellum gerere an Christianis liceat. Chrysof. tom. secundo ad decimū octauū quæsitum. fo. 35.  
 Belli conditiones vt licite sint. ibidem.  
 Bellum indicere pro re dubia an liceat, ibidem.  
 in Bello an liceat innocētēs spoliare & occidere. ibidem  
 Bellare in defensionē reipublicæ an clericis liceat, ibidem  
 Biblia lingua vulgari omnibus sit legenda, necne. Chrysofotomus quarto tom. ad vigesimū quintum quæsitum. fo. 75  
 Bona quæ nobis insunt, an illis sint à gratia vel natura. Hieronymus tom. quarto ad primum quæsitum. fo. 83  
 Bigamum an liceat in episcopum eligere. Hieronymus tom. 9. ad. 32. quæsitum. fo. 419.  
 Bigamia irregularitas an sit de iure Diuino. ibidem. cū Bigamo dispensare liceat, ibidem.  
 Bellum an cū constitit esse iustum, milites ea quæ surripuerunt, restituere teneantur. Ambrosius ad sextum quæsitum. fo. 158  
 Baptismum an præcedere debeat dolor de peccatis. Augustinus quarto tom. ad vigesimum octauum quæsitum fo. 311  
 Baptizatus ab occultis malis an sanctius iustificetur, quā qui baptizatur à manifestis bonis. Augustinus tom. septimo ad primum quæsitum fo. 346  
 Baptizato an maior accrescat effectus gratiæ ratione ministrī & circumstantium, ibidem.  
 Baptismus ab hereticis datus an sit legitimus. ibidem  
 Baptismus Ioannis an peccata remitteret. Augustinus septimo tom. ad septimum quæsitum. fo. 352  
 Baptismo Ioannis an gratia daretur, ibidem.  
 Baptismus Ioannis an formam certam haberet, ibidem  
 Bona opera an sint meritoria. Augustinus tom. octauo ad decimum tertium quæsitum. fo. 368  
 Beati an poenas damnatorum videant. Augustinus tom. octauo ad decimum septimum quæsitum. fo. 373  
 Beati an perfecte omnia videant in Verbo. Augustinus tom. nono ad decimum sextum quæsitum fo. 386  
 Beatiorem esse vnum alio in quo consistat. ibidem.  
 an Beatus vnus plura de Deo quā alius cognoscat, ibidem  
 Beati, quantum, & quatenus, creaturas in Deo videant, ibidem  
 Baptismus an per fidem mundet. Augustinus tom. decimo ad secundam quæsitum. fo. 394.  
 Baptismi sacramentum an peccat in illo, qui ad

incantatores recurrit. Augustinus to moderico ad vigesimam quintam quæsitum. fo. 413  
 Baptila an dabitur de morte Christi, & de eius descensu ad inferos. Hieronymus ad vnde-cimum quæsitum fo. 428

## C

Christū in Eucharistia contineri an sit articulus fidei. Chrysofotomus secūdo tom. ad tertium quæsitum fo. 12.  
 Christus in cœna an seipsum sub speciebus panis & vini obtulit. Chrysofotomus secūdo tom. ad decimum sextum quæsitum. fo. 32.  
 Christus an prius lancea percussus quā mortuus. Chrysofotomus secūdo tom. ad vigesimum quæsitum fo. 39.  
 Christo an due insint persona. Chrysofotomus quarto tom. ad vigesimum nonum quæsitum fo. 78  
 Christi oratio an fuerit semper exaudita. Hieronymus tom. 8. ad 1. quæsitum fo. 118.  
 Christi anima an æqualem habeat cū Deo omnipotentiam. Ambrosius ad duodecimum quæsitum fo. 174  
 Christi anima an potentiam habuerit respectu immutationis creaturarum. ibidem  
 Christi anima circa opera miraculosa an instrumentaliter vel efficiēter se habere. ibidem.  
 Christi humanitas quo pacto miracula attingebat, ibidem  
 Christi humanitas an sit instrumentum respectu iustificationis peccatoris, ibidem  
 Christi anima an habuerit omnipotentiam respectu proprii corporis, & respectu executionis sue voluntatis. ibidem.  
 Christus Dominus an sapientia profecerit. Ambrosius ad decimum quartum quæsitum. fo. 183  
 Christi anima an per scientiam increatam absque creatis omnia que cognouit, cognoscere potuit. ibidem.  
 Christus an quatenus homo Deum videat per visionem beatificam sicut ceteri beati. Ambrosius ad decimum quartum quæsitum. ibidem  
 Christus an scientiam inditam habuerit. ibidem  
 Christus an per disciplinam scientiam hanc acquisiuerit. ibidem  
 Christi mors an lugenda sit. Ambrosius ad decimū nonum quæsitum. fo. 194.  
 Christus an in triduo fuerit homo. Ambrosius ad 20. quæsitum. fo. 195  
 Christus est Christus, an in triduo ista sit veritas. ibidem  
 in Christo an sit permixtio vel compositio aliqua. Augustinus tom. 2. ad 1. quæsitum. fo. 241  
 Christus

INDEX.

Christus est creatura, an ista sit concedenda. Augustinus secundo tomo ad quartum quaesitum fo. 347  
 Christum esse Deum ex quo loco scripturae conuincitur. Augustinus. ibidem  
 Christo an ratione humanitatis conueniat esse creaturam. ibidem  
 Christus an solum secundam carnem in sepulchro iacuit, & in inferni secundum solam animam descendit. Augustinus tertio tomo ad duodecimum quaesitum. fo. 275  
 Christus an dicendus sit homo dominicus. Augustinus quarto tomo ad 11. quaesitum. fo. 297  
 Christus cum dixit, Hoc est corpus meum, an signum sui corporis dedit. Augustinus tomo sexto ad tertium quaesitum. fo. 337  
 Christus ante passionem an vere timuerit, ac doauerit. Augustinus tomo octauo ad primum quaesitum fo. 360.  
 Christi dolor an fuerit maior doloribus inferni. Augustinus. ibidem.  
 Christi anima an tristabatur secundum portionem superiorem. ibidem.  
 Christus an a Pilato occisus sit. August. tom. 8. ad 6. quaesitum. fo. 365.  
 Christus an aliquo modo fuit causa suae mortis. ibidem  
 Christus quia potuit se a morte eripere an tempore aliquo potestate hac fuerit usus. ibidem.  
 Christus an passus fuit a Iudaeis vel a Gentibus. ibidem  
 Christus quando passus est, an discipuli omnes desperauerint quod esset Christus. Augustinus octauo tomo ad septimum quaesitum. fo. 366.  
 Christus quando in caelum ascendit, an in manibus angelorum subleuatus est. Augustinus tomo octauo ad 9. quaesitum fo. 367.  
 Christus discipulis quomodo benedixit. ibidem.  
 Christi corpus an prius in utero formatum quam a Diuinitate assumptum. Augustinus tomo 9. ad secundum quaesitum fo. 375  
 Christi corporis formatio an potuit in instanti fieri. ibidem.  
 Christi corpus an fuit animatum in primo instanti conceptionis. ibidem  
 Christus an fuerit pulcherrimus. ibidem.  
 Christi corpus an in primo instanti fuit a Verbo assumptum. ibidem.  
 Christus an mediator fuerit, in quantum Deus, vel in quantum homo. Augustinus tomo nono ad decimum quaesitum fo. 382  
 Christus incepit esse, an ista sit concedenda. Augustinus tomo nono ad undecimum quaesitum fo. 388.

Christus secundum quod homo est predestinatus Filius Dei, an haec sit falsa. Augustinus tomo 9. ad decimum tertium quaesitum. fo. 384  
 Christi humanitas an si a Verbo dimitteretur adoranda esset. Augustinus tomo decimo ad sextum quaesitum fo. 397.  
 Christi humanitas an adoratione lauriae sit adoranda. ibidem  
 Christus ratione humanitatis an adorandus sit hyperduliae adoratione. ibidem  
 Christum quare non oramus, ut Patrem pro nobis oret, sed ut ipse nostri misereatur. ibidem.  
 Christum in se non habens. an Christianus dici possit. Augustinus tomo decimo ad decimum sextum quaesitum. fo. 411  
 Christum in aliquo habitare an quis experiri possit. Augustinus tomo decimo ad decimum septimum quaesitum. ibidem  
 Christi mors an suspirijs sit celebranda. August. tomo decimo ad vigesimum tertium quaesitum fo. 413.  
 Circumcisio infantibus an gratiam contulerit. Chrysofostomus tomo secundo ad octauum quaesitum. fo. 48.  
 Coniugium an soli Deo sufficiat. Chrysofost. 1. tomo ad duodecimum quaesitum. fo. 10.  
 Columba, quae Christo apparuit, an fuit vera columba. Chrysofostomus. 2. tomo ad primum quaesitum fo. 11.  
 in Coena an Christus sub speciebus panis & uini se obtulerit. Chrysofostomus secundo tomo ad decimum sextum quaesitum fo. 32  
 Clericis an liceat possessiones rerum temporariam habere. Chrysofostomus tomo secundo ad decimum nonum quaesitum fo. 37  
 Clericis an liceat bona ecclesiarum consanguineis donare. ibidem  
 Clerici an strictiori vinculo teneatur pauperibus subuenire, quam laici. ibidem  
 Credere quo praecipio teneamur. Chrysofostomus secundo tomo ad vigesimum secundum quaesitum fo. 40.  
 Credere incarnationis mysterium an in omni tempore & etate fuerit necessarium. ibidem.  
 Circumcisio an gratiam conferat. Chrysofostomus 4. tomo ad secundum quaesitum. fo. 48  
 Coeli an ob peccatum Adae corruptibiles sint effecti. Chrysofostomus quarto tomo ad septimum quaesitum. fo. 53.  
 Coeli motu cessante an in elementis remaneat actio & passio. Chrysofostomus. ibidem.  
 an pro Carechemenis absque baptismo discendibus orandum sit. Chrysofostomus quarto tomo ad vigesimum secundum quaesitum. fo. 72.  
 Clerici an praeter victum & vestitum debeant aliquid

INDEX.

quid possidere. Chryl. tomo 4. ad 27. quaesitum. fo. 77.  
 Coniugium an soli Deo sufficiat. Chry. 4. tomo ad 33. quaesitum. fo. 80.  
 Clericis an barba & capilli tendendi sint. Hiero. 5. tomo ad 8. quaesitum. fo. 100  
 Clausus, quo Augustus in freno equi usus est, an fuerit, quo Christus crucifixus est. Hieron. tomo 6. ad 10. quaesitum. fo. 113  
 Coelum an perfectius sit quam inferiora. Hieron. tomo 7. ad 1. quaesitum. fo. 113.  
 Clerici an sint immunes a tributo secularium principum. Hiero. tom. 9. ad 6. quaesitum. fo. 126  
 Corpus an sit carcer animae. Hier. tomo 9. ad 24. quaesitum. fo. 141  
 Creatio rerum an fuerit in principio temporis. Hier. tomo. 9. ad 33. quaesitum. fo. 151  
 Caeli an sonum edant. Ambros. ad 8. quaesitum. fo. 166  
 Creaturae an Deus possit omnipotentiam communicare per comparisonem ad alia producibilia. Ambros. ad 12. quaesitum. fo. 174  
 Cognitionis intellectus an in illius generatione naturalis. Ambros. ad 14. quaesitum. fo. 183.  
 Christianis an liceat aliquid proprium habere. Ambros. ad 15. quaesitum. fo. 190  
 Christianis an bellum gerere liceat. Ambros. ad 16. quaesitum. fo. 192.  
 Claudelina matrimonia an ecclesia in futurum irritare potuit. Ambros. ad 23. quaesitum. fo. 205  
 Circumcisio an ex se gratiam conferat. Ambros. ad 28. quaesitum. fo. 214.  
 Charitate & Christi in se habere an quis sciat. Ambros. ad 31. quaesitum. fo. 222.  
 Columba, quae in baptismo Christi apparuit, an fuerit vera columba. August. 3. tomo ad 14. quaesitum. fo. 276  
 Caritas an esse possit sine virtutibus moralibus. Augustinus 3. tomo ad 19. quaesitum. fo. 281  
 Caritas semel habita an possit amitti. Gregor. ad 9. quaesitum. fo. 427  
 Caritas an amitti possit per unum actum peccati mortalitatis. ibidem  
 Caritas an esse possit sine fide & opere. ibidem.  
 Caritas an supra omnem virtutem delectabiliter faciat operari, & prompte. August. 3. tomo ad 9. quaesitum. fo. 281  
 Coeli luminaria an corpora sint, & an spiritus retores habeant. Augustinus. 3. tomo ad 21. quaesitum. fo. 283  
 Charitatis an sit speciale praecipuum, & quomodo liget. Augustinus quarto tomo ad 4. quaesitum fo. 289  
 Cibum & potus humanus quid sit. August. 4. tomo. ad 12. quaesitum. fo. 298  
 Consanguinitatis gradus quousque se extendat.

Augustinus 4. tomo ad decimum nonum quaesitum. fo. 351  
 Christiani an suis principibus tributa persolvere debeant. Augustinus. 4. tomo ad vigesimum secundum quaesitum. fo. 302  
 Christianum iam factum an occidere liceat. Augustinus quarto tomo ad vigesimum tertium quaesitum. fo. 307  
 Coniugium laico an quis teneatur: & an nuuicte consilium. Augu. 4. tomo ad vigesimum nonum quaesitum. fo. 333  
 Christianis an litigare liceat. Augustinus. 4. tomo ad 31. quaesitum. fo. 317.  
 Credere & velle an sit ex nobis. August. 4. tomo ad 32. quaesitum. ibidem.  
 Caute legenda circa commentaria Lodouici Vives in libros de Ciuitate Dei. B. Aug. 5. tomo in principio fo. 319  
 Contagia an propter filios copulanda sint. Aug. 6. tomo ad 4. quaesitum. fo. 357  
 Creare an sit ex eo quod iam erat ordinando aliquid constitutum. August. 6. tomo ad octauum quaesitum fo. 340  
 Creare an Deus aliquid possit, & an solius Dei sit creare. ibidem.  
 Creaturae an possit communicari potentia creandi. ibidem  
 Coniugalis concubitus concupiscentiae causa an culpa sit venialis. August. tomo 6. ad decimum quaesitum. fo. 343  
 Christiano an liceat coniugem adulteram occidere. August. sexto tomo ad duodecimum quaesitum fo. 346  
 Criminis sui qui non est reus an alterum faciat innocentem. Augustinus septimo tomo ad secundum quaesitum fo. 349  
 Coniugium adulterinum an solum in re coeli sint illicita. Augustinus 7. tomo decimo ad decimum quintum quaesitum fo. 410  
 Christianus an sit dicendus, qui inimicitias de Paschatis non vult finire. Augustinus tom. 10. ad vigesimum secundum quaesitum. fo. 412  
 Christianus an dici debeat, qui pacem cordis, operis & oris non habet. Augustinus tomo. 10. ad trigessimum primum quaesitum. fo. 417  
 Charitas an fuerit in populo Iudaeorum. August. tomo decimo ad 35. quaesitum. fo. 420  
 Cantuici, qui ad horas Canonicas in ecclesia cantant gratia stipendij, an simoniae vitium incurrant. Augustinus tomo decimo ad trigessimum sextum quaesitum. fo. 421  
 D  
 Dæmon an peccauit peccato luxuriae. Chrysofostomus

INDEX.

Romus. 2. tomo ad decimum quæst. fo. 22  
 Divortij causa an vir & vxor pari iure gaudeat. Chrysofostomus. 2. tomo ad 12. quæst. fo. 24.  
 Divortio celebrato an viro relinquatur ius in-  
 eundi aliud matrimonium. Chrysofostomus. 2.  
 tomo ad duodecimum quæst. ibidem  
 Dei essentia an ab vlla creatura cõspici queat. Chrysofostomus tertio tomo ad tertium quæst. fo. 44.  
 Demones singuli an contra singulos homines de-  
 pententur. Chrysofostomus quarto tomo ad  
 vigesimum quartum quæst. fo. 74  
 Dilectionis Dei an sit præceptum aliquod posi-  
 tum. Hiero. 4. tomo ad 2. quæst. fo. 85.  
 Dilectionis Dei præceptum quando obliget: & an  
 sine gratia adimpleri possit. ibidem  
 in eo quid Discedit vni articulo an maneat si-  
 des infusa. Hieronymus quarto tomo ad ter-  
 tium quæst. fo. 87.  
 Damnatorum poena an sint aeterna. Hieronymus  
 quarto tomo. ibidem  
 Damnatorum animæ an igne corporeo torquæ-  
 tur. ibidem  
 Daniel quæ de Saffana & hymno puerorũ scri-  
 ptus an vera sint vel hagiographa. Hieronymus  
 tomo quinto ad nonum quæst. fo. 101  
 Deus an habeat scientiam & providentiam mi-  
 nutarum rerum. Hieronymus tomo 6. ad 5.  
 quæst. fo. 110.  
 Dei providentia an præcise sit circa media, nõ  
 autem circa fines, ibidem  
 Deum alicui maledixisse an in sacris literis lega-  
 tur. Hieronymus tomo 9. ad decimum tertium quæ-  
 situm fo. 133  
 Damnati an aliquando saluandi sint. Hieronymus  
 tomo 9. ad decimum quintum quæst. fo. 135  
 Deus an ab aliquo beato. per similitudinem alicui-  
 quam creaturæ vidgri possit. Ambrosius ad. 14.  
 quæst. fo. 183  
 Divisio rerum quo iure facta sit. Ambrosius ad. 13.  
 quæst. fo. 190.  
 Divisionem rerum quis primo fecerit, ibidem.  
 Divinitas an ab humanitate per mortem sepa-  
 rata sit. Ambrosius ad vigesimum quæsitum.  
 fo. 195  
 Divinitas morte Christi an ab anima sit sepa-  
 rata, ibidem  
 Demones an reparandi. Ambrosius ad trigesi-  
 mum secundum quæsitum. fo. 223  
 Deus an sit homini permixtus. Augustinus to-  
 mo secundo ad primum quæst. fo. 241  
 Deus est humanitati permixtus, an sit conceden-  
 da, ibidem  
 Deus an sicuti est ab Angelis videri possit. Au-  
 gustinus tomo 2. ad septimum quæst. fo. 272

Doctrina revelata an sit necessaria ad ea quæ de  
 Deo ratione humana inuestigari possunt. Au-  
 gustinus tomo tertio ad quintum quæst. fo. 265  
 Doctrina Theologica an sit homini ad salutem  
 necessaria. ibidem  
 Deus an solus sit incorporeus. Augustinus tomo  
 tertio ad decimum quæsitum fo. 271  
 Dei Verbo an cõmixtus sit homo. Augustinus  
 tertio tomo ad decimum tertium quæst. fo. 276  
 Demones an corporibus subtilioribus vigeant. Au-  
 gustinus tertio tomo. ad vigesimum quæst.  
 fo. 282.  
 Deus an solus sit melior anima rationali. Augu-  
 stinus. tomo. 4. ad septimum quæst. fo. 291  
 Divortium an hodie sit licitum. Augustinus to-  
 mo quarto ad vigesimum quæst. fo. 301  
 Demonum corpora an dolore sensitivo crucien-  
 tur. Augustinus tomo quinto ad decimum quæ-  
 situm fo. 331  
 Deus an solus sit maior natura hominis. Augu-  
 stinus tomo sexto ad nonum quæst. fo. 334  
 Deus an sciri possit quomodo cognoscat. Au-  
 gustinus tomo octavo ad quintum quæsitum.  
 fo. 364.  
 Deus an omnia cognoscat, quia Dei intelligere  
 est suum esse, ibidem  
 Deus an alia se cognitione distincta & propria  
 cognoscat, ibidem  
 Debiti ratio & iustitia an in Deo sit secundum  
 iustitiam commutativam, an secundum tribu-  
 tivam. Augustinus tomo octavo ad decimum  
 tertium quæsitum fo. 368  
 Damnatis an poena aeterna aliquatenus mitige-  
 tur. Augustinus tomo octavo ad decimum  
 quæst. fo. 373  
 Defuncti an damnati filiorum sentiant. Augusti-  
 nus tomo octavo ad decimum septimum quæst.  
 ibidem  
 Damnati angloriam beatorum videant, ibidem  
 Deus an sit forma rerum, Augustinus tomo de-  
 cimo ad octavum quæst. fo. 398  
 Dei adiutorio seculo an aliquis boni facere pos-  
 sit. Augustinus tomo decimo ad octavum  
 quæst. fo. 401  
 Deum an propter beatitudinem debeamus dili-  
 gere. Augustinus tomo decimo ad decimum  
 quantum quæst. fo. 409  
 Deum an liceat propter bonum creaturæ dilige-  
 re. ibidem  
 Damni poena an solum infantes puniantur. Gra-  
 gorius ad secundum quæsitum fo. 224  
 Damni poena an sit eadem in omnibus damna-  
 tis. ibidem  
 E  
 Eua an ex cõsta Adæ formata. Chrysofostomus to-  
 mo primo ad secundum quæst. fo. 2.

INDEX.

mo primo ad secundum quæst. fo. 2.  
 Eucharistia an corpus Christi contineat. Chry-  
 sofostomus tomo secundo ad tertium quæsitum  
 fol. 12.  
 Ecclesia quo tempore inceperit. Chrysofostomus  
 tomo secundo ad septimum quæst. fol. 16.  
 Eucharistiam quibus verbis Dominus consecra-  
 vit. Chrysofostomus tomo secundo ad decimum  
 quintum quæst. fo. 31  
 Eucharistia an solo vino sine aqua confici pos-  
 sit. Chrysofostomus tomo secundo ad decimum  
 septimum quæst. fo. 34.  
 Eleemosynarũ modus quis sit Deo gratus. Chry-  
 sofostomus tomo secundo ad decimum nonum  
 quæsitum. fo. 38  
 Excommunicatio an sit ex iure Divino. Chryso-  
 stomus tomo quarto ad 15. quæst. fo. 62.  
 Eucharistiam sub vtraque specie, an necesse sit  
 laicis exhiberi. Chrysofostomus tomo quarto  
 ad decimum sextum quæst. fo. 64  
 Electio an sit ex meritis præuisis. Chrysofostomus  
 tomo quarto ad decimum octavum quæ-  
 situm fo. 69  
 Episcopus an sit presbytero maior. Chrysofostomus  
 tomo quarto ad vigesimum sextum quæ-  
 situm fo. 79  
 Electio & reprobatio an sint ex præscientia me-  
 ritorum. Hieronymus tomo sexto ad nonum  
 quæst. fo. 113  
 Evangelia & cruces an liceat collo appendere.  
 Hieronymus tomo nono ad septimum quæst.  
 fol. 127.  
 an in Eucharistia sit vera & realis Christi caro.  
 Hieronymus tomo nono ad 18. quæst. fo. 138.  
 Episcopus an constituendus sit qui docere non  
 potest. Hieronymus tomo nono ad vigesimum  
 sextum quæsitum fol. 141.  
 Episcoporum & parochorum quod sit munus.  
 ibidem  
 Ecclesia an sit tantum existentium in charitate.  
 Hieronymus tomo nono ad 26. quæst. fo. 145.  
 Ecclesia Christi an sit visibilis aut invisibilis.  
 Hieronymus tomo nono ad 30. quæst. fo. 146.  
 Episcopus an presbytero sit maior. Hieronymus  
 tomo nono ad 34. quæsitum. fo. 152  
 Epistola ad Hebræos an sit Pauli. Hieronymus  
 tomo nono ad 36. quæst. fo. 153.  
 Episcopus & presbyter an sint idem. Ambrosius  
 ad vigesimum sextum quæst. fo. 211.  
 Eua an secundum locum fuerit in Paradiso. Au-  
 gustinus tomo primo ad 12. quæst. fo. 241  
 Eucharistia an infantibus sit necessaria. Augu-  
 stinus tomo secundo ad sextum quæst. fo. 251.  
 Eucharistia vsus infantibus ministrandi an in ali-  
 quibus ecclesijs fuerit ibidem

Eucharistia vsus an ecclesia iuste infantibus pro-  
 hibuerit, ibidem  
 in Eucharistia an corpus Dominicum sacramen-  
 to sanguinis sit coniunctum. Augustinus to-  
 mo secundo ad decimum tertium quæsitum.  
 fo. 260  
 in Eucharistia an totus Christus sit sub qualibet  
 parte specierum panis & vini, ibidem.  
 an in Ecclesia sit peccatum aliquod. Augustinus  
 tomo quarto ad decimum tertium quæsitum.  
 fo. 298  
 Ecclesia vera an notis aliquibus dignosci possit.  
 Augustinus tomo quarto ad 14. quæst. ibidem.  
 Ecclesiasticus liber an sit canonicus. Augustinus  
 tomo. 4. ad vigesimum quintum quæst. fo. 311.  
 Ecclesie membra an per vitam peccatam ab ec-  
 clesia separentur. Augustinus tomo septimo  
 ad quartum quæst. fo. 351  
 Ecclesie membra an sint qui seculo verbis & nõ  
 facto renuntiant. Augustinus tomo septimo  
 ad quintum quæst. ibidem  
 an in Eucharistia sit realiter Christus, Augu-  
 stinus tomo octavo ad vndecimum quæst. fo. 368  
 Eucharistia effectum an venialia impediatur. Au-  
 gustinus tomo nono ad sextum quæst. fo. 380.  
 Eucharistia an verum Christi corpus contineat.  
 Augustinus tomo nono ad 7. quæst. fo. 381  
 Electio iustorum an sit secundum illorum iusti-  
 tiam. Augustinus tomo decimo ad primum quæ-  
 situm fo. 394

F

Fides an ante Christi aduentum fuerit necessa-  
 ria. Chrysofostomus tomo secundo ad septimum  
 quæsitum fo. 16.  
 in Fide dubius an sit infidelis. Chrysofostomus to-  
 mo secundo ad nonum quæst. fo. 18.  
 Fornicationis causa an liceat viro vxorem di-  
 mittere. Chrysofostomus secundo tomo ad duo  
 decimum quæst. fo. 24.  
 Fornicationis causa an liceat viro autoritate  
 propria adulteram repudiare, ibidem.  
 Fascinare infantulos an striges valeant. Hiero-  
 nymus tomo nono ad 12. quæst. fo. 132  
 Fornicatio simplex de se an sit peccatum morta-  
 le & contra ius nature. Ambrosius ad septi-  
 mum quæst. fo. 161.  
 Fornicationem simplicem esse mortalem, an pos-  
 sit inexcusabiliter ignorari, ibidem  
 Fide Christi explicita exclusa post sufficientem  
 Evangelij promulgationem an possit quis salu-  
 tem consequi. Ambrosius ad vigesimum secun-  
 dum quæsitum. fo. 199  
 Fide sola sine operibus an iustificemur. Ambro-  
 sius

INDEX.

fuis ad vigefimum feptimum quæf. fo. 211  
 Fides formata & informis an fit eadem. ibidem.  
 Fides an gratia maneat diftricta. ibidem.  
 Fides an fit vera & propria virtus. ibidem.  
 Fidei actus an charitas perficiat. ibidem.  
 Fides infufa an femper inclinet ad verum. ibid.  
 Fides & charitas an sint ex nobis. Auguftinus  
 tomo primo ad quartum quæf. fo. 234.  
 Fides & charitas quod ex nobis non sint in quo  
 quo gradu efl certum, ibidem.  
 Firmitermentum an fit inter aquas superiores & in  
 feriores. Auguftinus primo tomo ad quintum  
 quæf. fo. 236.  
 Filios an punire liceat propter parentum pecca  
 ta. Auguftinus tomo primo ad nonum quæf.  
 tum. fo. 238.  
 Fide exclufa an opera cuiusquã bona exultimã  
 da fint. Auguftinus fecondo tomo ad duode  
 cimam quæf. fo. 260.  
 Fide, fpe, & charitate fubnixus an fcripturis in  
 digeat. Auguftinus tertio tomo ad quintum quæ  
 fitum. fo. 265.  
 Fides & fpe an eflè poffint fine charitate. Au  
 guftinus tertio tomo ad decimum octauum  
 quæf. fo. 277.  
 Fornicatio fimplex an fit in decalogo prohibita.  
 Auguftinus quarto tomo ad fecundum quæf.  
 tum. fo. 289.  
 Fornicari an liceat vxori ex confenfu viri. Au  
 guftinus quarto tomo ad trigefimum quæf. tum  
 fo. 314.  
 Flamma quæ inter victimas Abrahæ præcur  
 rit an fuerit miraculofa. Auguftinus quinto  
 tomo ad tertium quæf. fo. 327.  
 Filij Dei de quibus Genefis. 6. an homines vel  
 angeli fuerint. Auguftinus quinto tomo ad sex  
 tum quæf. fo. 330.  
 Fidelem vxorem ab infideli difcedere an Domi  
 nus prohibuerit. Auguftinus fecho tomo ad  
 vndecimum quæf. fo. 344.  
 Fidem an aliquid opus bonum præcedere pof  
 fit. Auguftinus octauo tomo ad tertium quæf.  
 tum. fo. 362.  
 Firmitas aliqua nobis occulta quæ terram con  
 tineat an fit. Auguftinus octauo ad decimum  
 quartum quæf. fo. 372.  
 Fides an fit ex nobis. Auguftinus tomo nono  
 ad quintum quæf. fo. 380.  
 Filij Dei an femper gignatur femperque nafca  
 tur. Gregorius ad feptimum quæf. fo. 426.  
 Fidei myfteria an fit rationibus humanis com  
 probata. Gregorius ad duodecimum quæf. tum.  
 fo. 429.  
 G  
 Gratia Diuina an nos præueniat, an à nobis præ

ueniatur. Chryfoftomus primo tomo ad no  
 num quæf. tum. fo. 9.  
 Gloria Diuini priuatio an fit gehenna grauior.  
 Chryfoftomus fecondo tomo ad quintum quæ  
 fitum. fo. 14.  
 Gradus diuerfi afectionum contra fidem. Chry  
 foftomus fecondo tomo ad octauum quæf. tum.  
 fo. 18.  
 Gloriæ æternæ priuatio an gehennæ poena fit  
 grauior. Chryfoftomus quarto tomo ad octa  
 uum quæf. tum. fo. 55.  
 Gigantes an ex angelis & mulieribus geniti.  
 Ambrofius ad quintum quæf. tum. fo. 158.  
 Gratiam an conferre poffit minifter non confo  
 cratus. Auguftinus tomo feptimo ad fecundum  
 quæf. tum. fo. 349.  
 Gratia præditi, & qui fub gratia viuunt, an im  
 peccabiles fint. Auguftinus tomo decimo ad  
 vndecimum quæf. tum. fo. 404.

H

Hominum generatio an fuiffet fi Adam nõ pec  
 casset. Chryfoftomus primo tomo ad tertium  
 quæf. tum. fo. 2.  
 Hæretici nolentes refpicere an fint de vita tol  
 lendi. Chryfoftomus fecondo tomo ad octa  
 uum quæf. tum. fo. 18.  
 Hærefis quid fit. Chryfoftomus fecondo tomo  
 ad nonum quæf. tum. ibidem.  
 Hæreticus quid faciat, & à quo admoneri debet  
 vt pertinax cenfeatur. Chryfoftomus, ibidem.  
 Hæreticorum poenæ, & an iulte morte punian  
 tur. ibidem.  
 Hæreticus an ftatim quod incidit in hærefim  
 amittat dominium bonorum fuorum. ibidem.  
 Homo in ftatu innocentie an poffet in omnie  
 bonum morale. Hieronymus quarto tomo ad  
 primum quæf. tum. fo. 83.  
 Homo ex puris naturalibus quid poffit. ibi  
 dem.  
 Homo ex naturalibus an propenfior fit vt Deo  
 plus quam fe diligit. Hieronymus quarto to  
 mo ad fecundum quæf. tum. fo. 85.  
 Habitus acquifitus an per vnum actum contra  
 rium corrumpatur. Hieronymus quarto tomo  
 ad tertium quæf. tum. fo. 87.  
 Homini vnde accidit vt vnus vfum rationis ha  
 beat & alius non. Hieronymus tomo quinto  
 ad feptimum quæf. tum. fo. 97.  
 Hieronymus an pro cucubita recte gderam trá  
 ftulerit. Hieronymus tomo fecho ad tertium  
 quæf. tum. fo. 109.  
 Hæreticorum miferia an fint legenda. Hierony  
 mus tomo nono ad nonum quæf. tum. fo. 131.

Hæ-

INDEX.

Hæretici an fint de Ecclefia. Hieronymus tomo  
 nono ad vigefimum nonum quæf. tum. fo. 145.  
 Homines an ad æternam vitam eligantur. Am  
 brofius ad vigefimum primum quæf. tum.  
 fol. 196.  
 Homo factus efl Deus, an ifta concedi debeat.  
 Auguftinus tomo fecondo ad primum quæf.  
 tum. fo. 241.  
 Hæreticos an liceat poena mortis punire. Augu  
 ftinus fecondo tomo ad vndecimum quæf.  
 tum. fo. 238.  
 Hieronymi anima an in obitu eius Auguftino  
 apparuerit. Auguftinus tomo fecondo ad de  
 cimum quartum quæf. tum. fo. 260.  
 Herbe an in cibum animantibus datæ. Augufti  
 nus tomo tertio ad primum quæf. fo. 263.  
 Hæretici an tolerandi fint vique ad ventilatio  
 nem. Auguftinus tomo quarto ad quintum quæ  
 fitum. fo. 291.  
 Homines an affumentur ad ordines Angelorũ  
 Auguftinus tomo quarto ad feptimum quæ  
 fitum. fo. 291.  
 Homo an fieri poffit impeccabilis. Auguftinus  
 tomo quarto ad decimum octauum quæf. tum  
 fol. 200.  
 Homines in ftatu innocentie, an amplius mere  
 rentur quam nos. Auguftinus tomo quarto  
 ad vigefimum quartum quæf. tum. fo. 309.  
 Hæreticum quid faciat an comprehendere omni  
 no poffit. Auguftinus tomo fecho ad primum  
 quæf. tum. fo. 335.  
 Hebræi an tantum fint permiffi thefauros Ac  
 cyptiorum auferre, vel etiam iufi. Augufti  
 nus tomo fecho ad feptimum quæf. tum. fo. 339.  
 Homo an aliquid poffit mereri à Deo. Augufti  
 nus tomo octauo ad decimum tertium quæf.  
 tum. fo. 368.  
 Homo an teneatur dilectione naturali Deum  
 plus quam fe diligere. Auguftinus tomo deci  
 mo ad duodecimum quæf. tum. fo. 404.  
 Homo an teneatur fe plus quam proximum dili  
 gere. ibidem.  
 Homo an poffit beatitudinem proximo ampli  
 quam fibi defiderare. ibidem.  
 Homini an liceat vitam pro amici vita exponere,  
 ibidem.  
 Hæretici an tolerandi fint vique ad finem secu  
 li. Auguftinus tomo decimo ad decimum no  
 num quæf. tum. fo. 411.

I

Ieiunium & oratio fiue eleemofyna an ali  
 quid valeant. Chryfoftomus tomo fecondo ad  
 decimum quartum quæf. tum. fo. 30.

Iuramentum omne an in caufa vera & iufta pec  
 catum fit. Chryf. tomo. 3. ad 6. quæf. fo. 44.  
 Iuramenti comites & ordo grauitatis inter va  
 ria perituri. ibidem.  
 Iuramenti abftinentia & inimici dilectio an fint  
 confilia vel præcepta. Chryfoftomus tomo. 4.  
 ad quartum quæf. tum. fo. 51.  
 Inimicus vt bene faciam⁹ an expectanda fit extre  
 ma neceffitas. ibidem.  
 Inimicus an liceat mala precari. ibidem.  
 Iudicij die an omnes morientur. Chryfof. to. 4.  
 ad 14. quæf. fo. 62.  
 Iudæi an Chriflum & eius Diuinitatem agnoſce  
 rint. Chryfoftomus tomo. 5. ad primum quæf.  
 tum. fo. 85.  
 Ignis inferni an fit verus & realis, an metapho  
 ricus. Hieron. tomo. 6. ad 3. quæf. tum. fo. 89.  
 & Gregor. ad feptimum quæf. tum.  
 Iuftus aliquis vere fit in hac vita. Hiero. tom. 5.  
 ad 4. quæf. f. 92. & Greg. ad 8. quæf.  
 Imagines facræ an fint colendæ. Hiero. tomo. 5.  
 ad decimum quæf. tum. fo. 103.  
 Imaginum vfus an fit licitus. ibidem.  
 Imago Dei an pingere liceat. ibidem.  
 Inferiorum an fint tantum duo loca. Hierony.  
 tomo fecho ad primum quæf. tum. fo. 108.  
 Infernus damnatorum & finis Abrahæ an fin.  
 Hieronymus tomo fecho ad octauum quæf.  
 tum. fo. 113.  
 Iacob an corporea lueta cum Angelo certauerit.  
 Hieronymus tomo nono ad primum quæ  
 fitum. fo. 119.  
 Innocentem an poffit republica pro ipfius falu  
 te morti exponere. Ambrofius ad feptimum quæ  
 fitum. fo. 158.  
 Ignis an ante iudicium veniet. Ambrofius ad 9.  
 quæf. tum. fo. 167.  
 Ignis an coelos & elementa purgabit. ibidem.  
 Ignis ille an reprobos in inferno inuoluet. ibid.  
 Iurare in caufa vera & iufta, an fit peccatum. Am  
 brof. ad decimum quæf. tum. fo. 170.  
 In infidelitate manentibus an peccata dimittan  
 tur. Ambrof. ad 11. quæf. tum. fo. 171.  
 Infidelium vita, an omnis peccatum fit. Ambro.  
 ad vigefimum fecondum quæf. tum. fo. 199.  
 Infidelitas negatiua an fit peccatum. ibidem.  
 Infulani & Indi an peccent deos falſos adorãdo.  
 ibidem.  
 Iacob frater Domini, an filius fuerit Iofeph. Am  
 brof. ad 24. quæf. tum. fo. 218.  
 Imago & fimilitudo Dei in quo confiftat. Augu  
 ftinus tomo. 1. ad octauum quæf. tum. fo. 236.  
 Imago Dei an fit in homine fecondum animam  
 rationalem. ibidem.  
 Imago Dei an coli debeat. Auguftinus tomo. 2.

ad





INDEX.

ad nonum quæf. fo. 254.  
 Inferorum locus an sit sub terra. Augustin<sup>9</sup> 10  
 mo tercio ad quartum quæf. fo. 264  
 Iudicium habere aduersus alterum an sit pecca-  
 catum. Aug. 10. mo. 3. ad 8. quæf. fo. 268  
 Innocens probatus innocens an possit se iudicio  
 defendere, ibidem.  
 Infidelium omnis vita an sit peccatum. Aug. 10.  
 mo. 3. ad vigesimum quartum quæf. fo. 283  
 Innocentem an liceat in aliquo occidere. Augu-  
 stinus 10. mo. quarto ad 23. quæf. fo. 305  
 Iudicij die an fetus abortiuus resurgat. Aug. 10.  
 mo. 5. ad vndecimum quæf. fo. 351  
 Iudicij die an omnes moriantur, ibidem  
 Iudicij die an qui superstites sint prius alijs re-  
 surgent, ibidem  
 Iudicij die an omnes cum omnibus membris re-  
 surgent, ibidem  
 Infidelium opera an omnia sint peccata. Aug. 10.  
 mo octauo ad tertium quæf. fo. 362.  
 Inferna an sint tantum duo. Augustinus 10. mo.  
 ad octauum quæf. fo. 367.  
 Israelitis an Deus permisisset vasa Aegyptiorū  
 vsurpare, an iusserit. Augustinus 10. mo octauo  
 ad decimum quintum quæf. fo. 372  
 Infernus an sit incorporeus. Aug. 10. mo. 9. ad 18.  
 quæf. fo. 392  
 Inpij & piji an die Iudicij formam Dei videbūt.  
 Aug. 10. mo. ad 7. quæf. fo. 400.  
 Iob liber an sit Canonicus. Gregorius ad primū  
 quæf. fo. 422  
 Ieiunia in mortali facta, an aliquid profint. Aug.  
 10. mo. decimo ad vigesimum quæf. fo. 412  
 Inferorum an sint tantum duo loca. Aug. 10. mo.  
 decimo ad vigesimum quartum quæf. fo. 413  
 Ieiunium soluens alijs ieiunantibus solum veni-  
 aliter peccat. Aug. 10. mo. ad 30. quæf. fo. 415  
 Ieiunij præceptū an ad mortale obliget. ibidē.  
  
**L**  
 Lectioe scripturæ seclusa, an quis salutem asse-  
 qui possit. Chryl. 10. mo. 2. ad 2. quæf. fo. 40  
 Lex Moysi an minora præcipiat quā lex naturæ  
 Chryl. 10. mo. 4. ad 6. quæf. fo. 53  
 Lapsus an sit poenitentia deneganda. Chryl. 10. mo.  
 ad 19. quæf. fo. 69.  
 Liberum arbitrium an sit in homine. Hierony-  
 10. mo. 5. ad septimum quæf. fo. 97  
 Locus an detur post hanc vitam vnde animæ se-  
 mel ingressæ egrediantur. Hieronymus 10. mo.  
 septimo ad tertium quæf. fo. 116  
 in Laudibus Diuinis an sit cantu vendū. Hiero-  
 nymus 10. mo. nono ad 25. quæf. fo. 145.  
 in Legge veteri an fuerit vera remissio peccato-

rum. An brof. ad 28. quæf. fo. 214  
 Legis nostræ excellentia supra veterem. ibidē.  
 Locorum, quos Augustinus retractauit, index.  
 Aug. 1. tomo in principio fo. 224.  
 Lex an impleri non possit à spiritualibus. Aug.  
 1. tomo ad secundum quæf. fo. 231.  
 Legis opera an præcepto de actu charitatis te-  
 neamur in Deum referre, ibidem.  
 Legalia an morte Christi fuerint extincta. Aug.  
 10. mo. secundo ad tertium quæf. fo. 244  
 Legalia quando cœperunt esse mortifera, ibidē.  
 Laico an teneatur quis in absentia sacerdotis  
 confiteri. Augustinus 10. mo. quarto ad vigesi-  
 mum nonum quæf. fo. 313.  
 Laicus, cui sit confessio, an ad sigillum secreti te-  
 neatur. ibidem  
 Laicus si absolueret sacramentaliter tētare, quā  
 poenam incurrit, ibidem  
 Legendum an sit, Sic cum volo manere: vel Si.  
 August. 10. mo. 9. ad 14. quæf. fo. 385  
 Locus medius an sit in inferis vbi infantes poni  
 debeant. Augustinus 10. mo. decimo ad nonū  
 quæf. fo. 402  
 Labor manualis ad quatuor vitilis. Aug. 10. mo.  
 ad decimum tertium quæf. fo. 407  
 Lex vetus an fuerit bona. Augustinus 10. mo. de-  
 cimo ad trigessimū quintum quæf. fo. 410  
 Laudes Diuinæ an possit pretio vendi. Auguf.  
 10. mo. decimo ad 36. quæf. fo. 410

M

Mentiri an sit intrinsece malum. Chrysolomus  
 10. mo. primo ad sextum quæf. fo. 4.  
 Mater Iacobi & Ioseph an Christi mater fuerit.  
 Chryl. 2. tomo ad 21. quæf. fo. 39  
 Maria an de Christo semper decentem opinio-  
 nem habuerit. Chrysolomus 10. mo. ad  
 quintum quæf. fo. 44  
 Missa & preces publicæ an lingua vulgari sint  
 dicendæ. Chrysolomus 10. mo. ad duo  
 decimum quæf. fo. 59  
 Mōnachi & secularis eodem genere peccati an  
 equaliter peccent. Chrysolomus 10. mo. ad  
 trigessimū quæf. fo. 79  
 Mundi interitus an sit certus & diffinitus. Hier.  
 3. tomo an duodecimum quæf. fo. 107  
 Mundi ætas an sex tantum annorū millibus con-  
 stet. Hieronymus octauo tomo ad secundum  
 quæf. fo. 119.  
 Mariæ & Ioseph an fuerit coniugium legitimū.  
 Hieronymus 10. mo. nono ad secundum quæ-  
 situm. fo. 120.  
 Mariam an nuptam esse decuerit, ibidem.  
 Mariæ coniugium an fuerit perfectum. ibidem

Ma.

INDEX.

Maria Virgo an votum virginitatis emiserit.  
 ibidem  
 Moyses an apparuerit in Christi transfiguratione.  
 Hieronymus 10. mo. nono ad quintū quæf.  
 fo. 125  
 Mosem & Heliam quomodo Apostoli cognoue-  
 runt, ibidem.  
 Maledicere alteri an sit licitum. Hieronymus 10.  
 mo. nono ad decimum tertium quæf. fo. 133  
 Maledicere creaturis irrationalibus. ibidem.  
 Maledictio an genere suo sit mortale. ibidem.  
 Mediatorem esse Dei & hominum an sit pro-  
 prium Christi. Hieronymus 10. mo. nono ad  
 vigesimum tertium quæf. fo. 140  
 Mundum inceptisse an sit articulus fidei. Hero-  
 nymus 10. mo. nono ad trigessimū tertium quæf.  
 fo. 151  
 Mundum an Deus potuit ab æterno creare. ibi.  
 Moyses an mortuus sit. Ambr. ad secundū quæf.  
 fo. 137  
 Millibus an prædari liceat. Ambr. ad sextum  
 quæf. fo. 158  
 Mortale vnam an sine alio remitti possit. Am-  
 brof. ad vndecimum quæf. fo. 171  
 Mariæ Virginis vulua an in partu ad aperta fue-  
 rit. Ambr. ad decimum tertium quæf. fo. 179  
 Maria an virgo permanserit in partu. ibidem.  
 Maria an post partum permanserit virgo. ibid.  
 Maria Virgo an virginitatem, anteaquā despon-  
 sata esset, vouerit, ibidem  
 Mariæ votum an fuerit absolutum vel conditio-  
 natum. ibidem.  
 Martyr nunquid sit, qui dormiens in mortali,  
 pro Christi fide interficitur. Ambr. ad triges-  
 mum quæf. fo. 221  
 Moses & Paulus an Dei essentiam viderint. Au-  
 gustinus 10. mo. decimo ad 35. quæf. fo. 263  
 Mandatum Dei, si timore potius poenæ quā  
 amore iustitiæ fiat, an adimpleatur. Augustin<sup>9</sup>  
 10. mo. tertio ad vigesimum quintum quæf. fo. 284  
 Mandatum officiosum an furto & adulterio e-  
 quiparari debeat. Augustinus 10. mo. ad  
 primum quæf. fo. 288.  
 Mandatum quomodo sit malum & peccatum. ibid.  
 Mandatum an à Deo possit dispensari, ibidē.  
 Mechas an sit qui vxore in adulterio deprehensā  
 alteram duxerit. Augustinus 10. mo. ad  
 ad decimum quæf. fo. 289.  
 Maria Virgo an in Christi morte fide defece-  
 rit. Augustinus, 4. tomo ad 15. quæf. fo. 299.  
 Melchisedech an fuerit Spiritus sanctus. Aug.  
 10. mo. quarto ad decimum sextum quæf. ibidē.  
 Monachorum vitium an deceas sit. Augustin<sup>9</sup>

quarto tomo ad vigesimū primū quæf. fo. 303  
 Marito an liceat vxorē sibi à iudice permissam  
 occidere. Aug. 10. mo. 4. ad 23. quæf. fo. 305  
 Meritum maius vel minus an solum ex parte  
 gratiæ proveniat. Augustinus 10. mo. ad  
 vigesimum quartum quæf. fo. 309  
 Miraculorum operatio an signum sit sanctitatis.  
 Augustinus, 5. tomo ad 3. quæf. fo. 327.  
 Miracula Christi an videntibus essent certa &  
 vera. ibidem  
 Miracula an Christus Diuina virtute fecerit.  
 ibidem  
 Miracula facere an Christus in nuptijs coepit.  
 ibidem  
 Miracula Christi an videntibus causarent eui-  
 dentiam, ibidem.  
 Miracula Christi seclusis doctrina & prophetijs  
 an sufficerent eius Diuinitatē ostēdere. ibid.  
 Miraculis vti ad credendum an sit italicum. Au-  
 gust. 6. tomo ad 2. quæf. fo. 356  
 Matrimonium, quod Apostolus secundum ven-  
 niam cōcedit, an sine peccato fiat. Aug. 6. to-  
 mo ad 7. quæf. fo. 359.  
 Maria Virgo in morte Christi an doluit & lacry-  
 mata fuit. Aug. 8. tomo ad 1. quæf. fo. 360  
 Mariti ratio in quo cōsistat. Aug. 8. tomo ad 13.  
 quæf. fo. 368  
 Meritum de congruo an sit. ibidem  
 Mereri gloriam an homo possit de condigno.  
 ibidem  
 Magdalena soror Lazari an sit quæ pedes Dñi la-  
 uit. Aug. 10. mo. 9. ad 8. quæf. fo. 381  
 Moses an Deum oculis corporis viderit. Augu-  
 10. mo. 9. ad 23. quæf. fo. 393  
 Maria & Martha an crediderint eius fratrem pos-  
 se à Christo suscipiri. August. 10. tomo ad 4.  
 quæf. fo. 396  
 Mōnachi an manū labore victū teneant que-  
 rere. Aug. 10. mo. ad 13. quæf. fo. 408  
 Mortale an in inferno possit remitti. Augustin<sup>9</sup>  
 10. mo. decimo ad 33. quæf. fo. 417

N

Nuptias an sola causa procreandorum filiorum  
 excuset. Augustinus 10. mo. secundo ad deci-  
 mum quæf. fo. 255  
 Nuptias an solum tria bona tantū excuset. ibi.  
 Nuptiarum vltus an voluptatis causa sit licitus.  
 ibidem.  
 Nuptis an liceat ad vitandam fornicationem de-  
 bitū exigere. ibidem  
 Nuptis an sanitatis gratia liceat se committere.  
 ibidem  
 Nocens an damnari simul possit ad carcerem &  
 ad mortem. Aug. 3. tomo ad 8. quæf. fo. 268.  
 Nuptias

INDEX.

Nuptias an Paulus secundum indulgentiam permissit, Aug. tomo 7. ad 16. quæst. fo. 376  
 Nouæ & veteris legis discrimen, Aug. tomo decimo ad trigessimum quintum quæst. fo. 420

O

Oratione Dominica quem panem postulamur, Chrysol. tomo 2. ad secundum quæst. fo. 12  
 Orationes vocales an sint ociosæ, Chrysol. 2. tomo ad quartum quæst. fo. 14  
 Originale ad posteros annò culpa sed poena trahitur, Chryl. 4. tomo ad 3. quæst. fo. 48  
 Originale quomodo in posteros tradatur, ibi.  
 Originale an vere & proprie sit peccatum, ibi.  
 Originale an attulerit nobis mortem animæ, Chrysol. 4. tomo ad vigesimum quæst. fo. 70.  
 Occidere se causa seruandæ pudicitie an liceat, Hier. tomo 6. ad secundum quæst. fo. 108  
 Occidere se an alicui liceat, ibidem.  
 Occidendi se prohibitio an sit de iure naturali, ibidem  
 Occidere inuasorem in sui defensionem an liceat, Augustinus tomo 4. ad 23. quæst. fo. 303  
 Occidere inuasorem ipsum præueniendo, an liceat, ibidem  
 Occidere inuasorem an quis teneatur, ibidem.  
 Occidere latronem in defensionem temporalium, an liceat, ibidem.  
 Oblatio sacrificiorum an sit specialis actus virtutis, Augustinus tomo sexto ad quintum quæstionum, fo. 337  
 Opera bona iustorum an beatitudinem mereantur, August. 8. tomo ad 13. quæst. fo. 368  
 Operibus bonis an beatitudo sit debita, ibidè.  
 Oves ab hedis an ante iudicium sint separanda, August. 9. tomo ad 24. quæst. fo. 393  
 Opere quolibet an iustus peccet, Gregori⁹ ad tertium quæst. fo. 424

P

Pudicitie causa seruanda, an se liceat interimere, Chrysolostomus tomo 1. ad 6. quæst. fo. 4.  
 Præcepta decalogi an dispensari queant, Chrysol. tomo primo ad vndecimum quæst. fo. 9  
 Prædestinatio & vocatio an sint ex meritis prædestinatorum, Chrysolostomus tomo secundo ad decimum tertium quæstionum fo. 27  
 Prædestinationis an detur aliqua causa, ibidem  
 Prædecessores Christi prædicatione an resurrectionem sperauerint, Chrysolostomus tomo 2. ad vigesimum tertium quæstionum, fo. 42  
 Punctuato particula sine iusto factum est nihil,

an tolerari possit, Chrysolostomus tomo tertio ad secundum quæstionum fo. 44.  
 Peccati an Deus sit causa, ibidem  
 Passiones naturales an fuerint in homine ante peccatum, Chrysolostomus tomo 4. ad quintum quæstionum fo. 52.  
 Prædestinatio an sit ex meritis præuisis, Chrysol. 4. tomo ad nonum quæstionum fo. 55.  
 Præcepta legis Diuinæ an ex naturalibus impleri possint, Chrysol. tomo 4. ad 10. quæst. ibidem.  
 Præceptum contritionis an ex naturalibus impleri possit, ibidem  
 Philosophi an ex naturalibus salutem sint consecuti, ibidem  
 Purgatorium esse an Chrysolostomus agnouerit, & an sit, Chrysol. tomo quarto ad vndecimum quæst. fo. 56  
 Petrus an Paulo & ceteris Apostolis fuerit dignitate superior, Chrysol. tomo 4. ad decimum septimum quæst. fo. 66.  
 Pontifices duo an possint ecclesiæ præesse, ibid.  
 Patientiam an Deo sacre literę tribuant, Chrysolostomus tomo quarto ad 23. quæst. fo. 73  
 Priuate personę an liceat blasphemantes punire, Chrysolostomus tomo quarto ad vigesimum octauum quæstionum fo. 77  
 Peccatori an liceat malefactores iudicare, ibidè  
 Paradisus terrestris an ante mundum sit conditus, Hieronymus tomo 3. ad 1. quæst. fo. 82  
 Paradisus in qua parte terre sit situs, ibidem.  
 Paradisus an ante Adam fuerit factus & ibidem positus, ibidem  
 Peccator an de ecclesia esse dici possit, Hieronymus tomo 4. ad 3. quæst. fo. 87  
 Peccare aperte an leuius sit quàm sanctitate fingere, Hieronymus tomo quinto ad primum quæstionum fo. 89.  
 Peccare non se an quis sit certus, Gregorius ad octauum quæst. fo. 426  
 Panis quem in oratione Dominica postulamur, an sit corporeus, Hieronymus tomo nono ad tertium quæst. fo. 122  
 Petrus an Paulo & ceteris Apostolis dignitate fuerit superior, Hieronymus tomo nono ad decimum quæstionum fo. 132.  
 Passio Christi an demonibus profuit, Hieronymus 9. ad 27. quæst. fo. 144.  
 Peccatores an sint membra ecclesię, Hier. tomo 9. ad vigesimum nonum quæstionum, fo. 145  
 Paradisus terrestris an sit, Ambrosius ad primum quæstionum, fo. 156.  
 Petrus an Christi Deitate negauit, Ambrosius ad decimum septimum quæst. fo. 192.  
 Penitentia an sine confessione, & satisfactione profuit, Ambrosius ad 18. quæst. ibidem.

Pœni-

INDEX.

Pœnitentiæ quę sint partes integrales, ibidem.  
 Peccatorum an detur mensura extra quàm nõ est salus, Ambrosius ad 29. quæstionum, fo. 216  
 Peccator an possit semper per penitentiam reparari, ibidem  
 Pœnitentia vera an sit à peccatis cessare, Ambrosius ad trigessimum quæstionum fo. 221  
 Pœnitentia & dolor peccatorum an sit necessarius vt quis iustificetur, ibidem.  
 Præceptum an adimpleri possit per actum malum & peccatum, August. tomo 1. ad 2. quæst. fo. 233  
 Primi parentes an filios haberent si non peccasset, August. tomo 1. ad 6. quæst. fo. 236  
 Peccata aliena an vili naturæ noceant, August. tomo 1. ad nonum quæstionum fo. 238.  
 Peccatum an quia nihil est sciri non possit, Augustinus tomo 1. ad vndecimum quæst. fo. 240  
 Peccati an Deus sit causa, ibidem.  
 Peccata maiorum quousque se extendant, August. tomo tertio ad sextum quæstionum, fo. 268  
 Personę Diuinę an tres proprie dicantur, August. tomo 3. ad decimum quintum quæst. fo. 276.  
 Paganis & Iudeis an misericordię opera aliquid profint, August. 3. tomo ad 17. quæst. fo. 277  
 Præceptum Dei an adimpleat qui fornicosus & non corde facit, August. 10. 4. ad 4. quæst. fo. 289  
 Prædestinationis an sint causa merita occultissima, August. tomo 4. ad 8. quæst. fo. 292  
 Princeps an possit personis priuatis facultatem facere occidendi malefactores, August. tomo 4. ad vigesimum tertium quæst. fo. 303  
 Penitentia an baptizandis sit necessaria, August. tomo 4. ad 28. quæst. fo. 312  
 Præcepta decalogi an aliqua sint dispensabilia, August. tomo 4. ad 30. quæst. fo. 314  
 Peccatum mortale an ministrum & superiorem à suo ministerio suspendat, August. tomo septimo ad primum quæstionum fo. 347  
 Primatus an solum sit in sancta conuersione & vita bona, August. tomo 7. ad 8. quæst. fo. 354  
 Peccatores an ad sanctam Ecclesiam pertineant, August. tomo 7. ad 9. quæst. fo. 354.  
 Paruuli an tanquàm peccatores baptizentur, Augustinus tomo 7. ad 11. quæst. fo. 355.  
 Prædicatione quare vendi nequit, August. tomo 10. ad trigessimum sextum quæst. fo. 421  
 Paruuli an peccata propria habeant, August. 10. tomo 7. ad 12. quæst. fo. 355  
 Paruuli an sine corpore & sanguine Christi vitam habere possint, August. tomo 7. ad 13. quæst. ibidè.  
 Pudicus an vere dicendus sit qui vere fidei non est incipit, August. 7. ad 15. quæst. fo. 376.  
 Paulus an nuptias secundum indulgentiam solū permissit, August. tomo 7. ad 16. quæst. ibidem.  
 Peccato alienus an aliquis fuerit præter Christi

sum, Augustinus tomo 7. ad 20. quæst. fo. 377.  
 Peccatum an sit nihil, Augustinus tomo 9. ad 1. quæstionum fo. 375  
 Peccata plura minuta, an si negligantur, occidant, August. tomo 9. ad 3. quæst. fo. 377.  
 Patrem esse an sit aliud ab eius demonstratione, August. tomo 9. ad 4. quæst. fo. 378  
 Personę Diuinę an distinguantur per relationes, ibidem  
 Personę an maneat ablatas per intellectum relationibus, ibidem  
 Petrus an clauis in persona propria receperit, August. tomo 9. ad nonum quæst. fo. 382.  
 Prædestinatio Christi an probetur ex illo ad Rom. 1. qui prædestinatus est filius Dei, August. 10. 9. ad 13. quæst. fo. 384  
 Prædestinatio an solum dicatur respectu vitæ æternę, Augustinus, ibidem  
 Petrus an clauis habuerit in persona propria, August. tomo 9. ad decimum quintum quæst. fo. 386.  
 Peccatorum an detur certus modus & mensura, Augustinus tomo 6. ad 19. quæst. fo. 392  
 Prædestinatio an sit duplex, nempe vna singularis egregia & absoluta, & alia conditionalis, August. tomo decimo ad decimum quæst. fo. 403  
 Peccatores Deo credentes an fidem habeant, August. tomo 10. ad 26. quæstionum, fo. 413  
 Petrus & Paulus an similes in omnibus fuerint, Augustinus tomo 10. ad 27. quæst. ibidem.  
 Peccata minuta, si plura sint, an in infernū mergant, August. tomo 10. ad 29. quæstionum, fo. 415  
 Peccato omni an debeatur poena æterna, August. tomo 10. ad 33. quæst. fo. 418  
 Prædicatoribus an liceat euangelizare vultus gratia, August. tomo 10. ad 36. quæst. fo. 421  
 Poena infantium qualis sit, Gregorius ad 2. quæstionum, fo. 424

R

Rapinę restitutio an in duplū fieri debeat, Chrysolostomus tomo ad vndecimum quæst. fo. 24  
 Resurrectio mortuorum an eodem instati sit, Chrysol. tomo 4. ad 14. quæst. fo. 62.  
 Regia potestas an sit sacerdotali præferenda, Hieronymus tomo 5. ad quintum quæst. fo. 94  
 Regiã potestate an Christus assumpserit, ibidè.  
 Regnum temporalium an Papa sit dñs, ibidè.  
 Resurrectiones duarum an ponenda sint, Hieronymus tomo quinto ad sextum quæst. fo. 96  
 Regia potestas an à Deo sit, Augustinus tomo 4. ad vigesimum secundum quæstionum, fo. 302  
 Reipublicę maior pars an vnum monarchã creare possit, cui omnes parere teneantur, August. ibidem  
 Romani an veras habuerint virtutes, August. tomo quinto ad secundum quæstionum, fo. 327.  
 Roma-

INDEX.

Romanorū virtutes an vitia potius fuerint quā  
vices. Augustinus tom. 5. ad 9. quæst. fo. 331  
Relationes Diuinæ an distinguantur ab essentia  
saltem ratione. Aug. tom. 9. ad 4. quæst. fo. 378  
Reprobatio in piorum an sit ex proposito volū  
tatis Diuinæ. Augustinus tom. decimo ad 10.  
quæstionem. fo. 402  
Reprobationis duplex causa, finalis & demerito  
ria. ibidem  
Reprobationis an detur causa, ibidem.  
S  
Spiritus sanctus quibus modis appareat. Chry  
sostomus. tom. secundo ad 1. quæst. fo. 11  
Suffragia an prosint beatis. Chrysostomus tom. 10.  
secundo ad sextum quæstionem. fo. 15  
Salutis nostræ initium an sit ex nobis. Chryso  
stomus. 3. ad quartum quæstionem. fo. 44.  
Scrutatores Diuinorum mysteriorū an sint da  
mnan. Chryl. tom. 4. ad 1. quæst. fo. 47.  
Sancti an sint a nobis orandi. Chrysostomus to  
mo quarto ad vigesimum primum quæst. fo. 71.  
Sancti quomodo orationes nostras cognoscunt.  
ibidem  
Salutis initium an sit ex nobis. Chrysostomus to  
mo quarto ad trigessimū primum quæst. fo. 80.  
Spirituales diuinæ nam ex nobis an ex Deo  
sint. Hieron. tom. 4. ad 2. quæst. fo. 85  
Sancti in celo an preteritorum malorum recor  
dentur. Hieron. tom. 5. ad 2. quæst. fo. 89.  
Sanctorum reliquæ an sint adorandæ. Hierony  
mus tom. 5. ad vndecimum quæst. fo. 106  
Sanctorum veteris Testamenti quare gesta non  
veneramur. Hieronymus tom. quinto ad vi  
decimum quæstionem. fo. 107  
Sacerdotes mali an consecrent. Hieronymus to  
mo sexto ad sextum quæst. fo. 112  
Sacerdotes boni an possint ordines conferre.  
ibidem  
Sydera an sint animantia rationalia. Hieronymus  
tom. 7. ad primum quæstionem. fo. 113  
Sapientia libri & Ecclesiastici an sit certus autor.  
Hieronymus. tom. 7. ad 4. quæst. fo. 117  
Sacerdotibus an insit soluendi & ligandi potestas  
Hieronymus tom. 9. ad 4. quæst. fo. 122  
Sanctis donum an saluatoribus insit. Hieron.  
tom. nono ad septimum quæst. fo. 128  
Sancti defuncti an possint pro nobis orare. Hier  
onymus. tom. nono ad 16. quæst. fo. 137  
Syderum animæ a sanguine Christi purgata.  
Hierony. tom. 9. ad 21. quæst. fo. 140.  
Sacerdotes an ligent & absoluant. Ambrosius ad  
tertium quæstionem. fo. 157  
Sarraceni an verum Deum colant. Augustinus  
tom. tertio ad tertium quæstionem. fo. 264.  
Suffragia viuorum, an defunctis omnibus pro

siat. Augustinus tom. 3. ad nonū quæst. fo. 270  
Spiritus an sine corpore cogitare possit. Augu  
stinus tom. 3. ad decimū sextū quæst. fo. 277  
Spiritus sanctus an proprie sit Deitatem. Au  
gustinus tom. 3. ad 19. quæstionem. fo. 281  
Samuel an fuerit de filijs Aaron. Augustinus to  
mo quinto ad quintum quæstionem. fo. 350  
Spiritus omnes an sint corporei. August. tom. 5.  
ad septimum quæstionem. fo. 351.  
Sapientiales an tantum tres libri recipiantur in  
authoritatem Canonicam. Augustinus tom. 10.  
quinto ad octauum quæstionem. ibidem.  
Sacerdos, vt verus sit, an oporteat quod indua  
tur iustitia. Augustinus tom. septimo ad ter  
tium quæstionem. fo. 350  
Sortibus an vtiliceat. Augustinus tom. octauo  
ad secundum quæstionem. fo. 362.  
Seculi an tantum maneat quantum iam exem  
ptum est. August. tom. 10. ad 18. quæst. fo. 411  
Spirituales actiones an liceat pretio vendere. Au  
gustinus tom. 10. ad 36. quæst. fo. 421.  
Supplicij damnatorum an infantes puniantur.  
Gregorius ad secundum quæst. fo. 424.

T

Thamar an Iudæ congregans adulterium per  
petrarit. Chrysostomus. 1. tom. ad vndecimū  
quæstionem. fo. 9  
in Transfiguratione an vox Patris fuerit audita.  
Hieronymus. tom. nono ad quintum quæsti  
onem. 125  
Tituli quibus Principes Hispaniæ Indos subiu  
garunt an sint veri & iusti. Ambrosius ad sex  
tum quæstionem. fo. 158  
Timoris diuisio & eius obiectum: & quādo sit  
peccatum præceptum ex timore adimplere.  
Augustinus. 5. tom. ad vigesimum quintum  
quæstionem. fo. 283  
Timor seruilis an sit bonus. ibidem  
Timoris seruilis actus an sit virtutis actus. ibid.  
Timor seruilis an sit donum Spiritus sancti. ibi.  
Timor seruilis an maneat cū charitate. ibidem.  
Timor an minuatur, crescente charitate. ibid.  
Tyrannum a quibus ciuium liceat occidere. Augu  
stinus tom. quarto ad 23. quæst. fo. 305.  
Tenebrarum locum an aliquis vere nouerit. Au  
gustinus tom. 4. ad 33. quæstionem. fo. 317

V

Virginitas an esset in statu innocentia. Chryl.  
tom. 1. ad tertium quæstionem. fo. 3  
Virgo Maria an inani gloria laborauerit. Chry  
sostomus primo tom. ad 10. quæst. fo. 8.  
Virtus

INDEX.

Virtus quælibet tres gradus continet. Chryl. fo.  
2. tom. ad 14. quæstionem. fo. 9  
Vires plures habere an sit contra ipsas naturas.  
Ambrosius ad septimum quæstionem. fo. 162  
Vires plures habere an aliquando liceat: &  
an nunc ecclesia possit circa hoc dispensare.  
ibidem  
Veniale an remitti possit sine mortali. Ambros.  
ad vndecimum quæstionem. fo. 171  
Venialia an sine poenitentia remitti possint. ibi.  
Venialia an attritione remittantur. ibidem.  
Venialium remissio an sine gratia sit. ibidem.  
Venialia an sola infusione gratiæ remittantur. ibi.  
Venialia an sacramētis ecclesiæ dimittantur. ibi.  
Verbum qualiter est similitudo expressa obie  
cti. Ambrosius ad 14. quæstionem. fo. 183  
Venialis culpa an sine poenitentia remitti possit.  
Ambrosius ad 30. quæstionem. fo. 221.  
Virtutibus an possit quis male vti? August. to  
mo. 1. ad decimum quæstionem. fo. 259

Virtutes morales, si ad fidem non referantur, an  
sint vere virtutes. Augustinus tom. 3. ad 18.  
quæstionem. fo. 277.  
Virtutes morales an possint esse sine charitate.  
ibidem  
Virtutes acquirat an simpliciter sint virtutes.  
ibidem.  
Verba Dei qui audiunt & non faciunt an sint  
extra ecclesiam. Augustinus. 7. tom. ad deci  
mum quæstionem. fo. 354  
Virtus vera an sit in illo qui iustus non est. Au  
gustinus septimo tom. ad decimum octauum  
quæstionem. fo. 356  
Virginitas an excellentior sit matrimonio. Au  
gustinus tom. decimo ad quintum quæstionem.  
fo. 396.  
Virgo an in corpore fuerit in celum assumpta.  
August. tom. 10. ad 28. quæstionem. fo. 414  
Vnum peccatum an sine altero remittatur. Gre  
gorius ad decimum quæstionem. fo. 427

Finis Tabule.



**Y**O Christoual de Leon, secretario del Consejo de su Magestad, doy fee, que auiendo se presentado ante los señores del, por parte de don Fernando de Vellofillo Obispo de Lugo cierto libro, intitulado Aduertencias Theologicas: y visto por los dichos señores del Consejo rafiaron cada pliego del dicho libro a razon de tres maravedis cada vno. Y mandaron, que esta rassa se ponga al principio de cada libro, para que se sepa y entienda el precio en que cada volumen se ha de vender. Y para que dello conste: de mandamiento de los dichos señores del Consejo, y pedimiento del dicho Obispo de Lugo, di esta fee, que es fecha en Madrid, a quatro de Septiembre de mil y quinientos y ochenta y cinco años.

Christoual de Leon.

**P**OR quanto por parte de vos don Fernando de Vellofillo, Obispo de Lugo, nos fue fecha relación, hiziendo, que vos auades impresso vn libro intitulado Aduertencias Theologicas, sobre los Doctores sagrados, y con licencia nuestra se auia impresso: y le auades compuesto con mucho trabajo y estudio. Y por ser (como era) obra muy vil y prouechosa, nos pedistes y fuplicastes, vos mandásemos conceder priuilegio, para que por tiempo de veinte años, vos, y no otra persona alguna, le pudiessedes hazer imprimir y vender en estos nuestros reynos, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizo en el dicho libro las diligencias que la pragmatika por nos eltimamente fecha sobre la impressión de los libros dispone, fue acordado, que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon: y yo tuelo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el día de la fecha desta nuestra cedula en adelante, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se hazemencion, por el original que en el nuestro Consejo se vio, que vá rubricadas las hojas, y firmado al cabo del de Christoual de Leon nuestro escriuano de camara de los que residé en el nuestro Consejo. Y con q̄ antes q̄ se véda, lo traygays ante los del nuestro Consejo, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impressión esta cõforme al original. Y traygays fee en publica forma, en como por con este nõbrado por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impressión por el dicho original, y quedá así mismo impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que así fueren impressos, y se tasse el precio que por cada volumen auays de llevar. Y mandamos, que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia le pueda imprimir: so pena, que el que lo imprimiere o vendiere, o traxere de fuera parte, aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes y aparejos que tuuiere y vendiere en estos nuestros reynos, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis, por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para nuestra camara, y la otra tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidetes y Oydores de las nuestras audiencias, alcal-des, alguaziles de la nuestra casa, corte y chancillerias, y a todos los corregidores, asistente, gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, así a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que así vos hazemos: y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella contenido no vayan, ni passen, ni consentan yr ni passar en manera alguna: so pena de la nuestra merced, y de diez a il maravedis para la nuestra camara. Fecha en Barcelona, a ocho dias del mes de Junio, de mil y quinientos y ochenta y cinco años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad

Antonio de Erasso.

# ADVERTENTIAE CIRCA EA, QVAE

cēſura indigent primo tomo Chryſoſtomi, per varia interrogata, & quaſita diſtributa.

- 1 **P**rimum quaſitum erit, *An ſpiraculum Adae inſpiratum, ſit anima rationalis.*
- 2 *An Eua formata ſit ex coſta Adae.*
- 3 *An ſi primi parentes non peccaſſent, generatio hominum nō fuiſſet.*
- 4 *An Angeli cum ſæminis coierint.*
- 5 *An Deus ab Angelis videri poſſit.*
- 6 *An Abraham mentitus ſit, & in Sara adulterium conſenſerit, eſt an propter pudicitiam ſeruandam liceat ſe interimere.*
- 7 *An Circunciſio infantibus gratiam contulerit.*
- 8 *An cum Abraham viſit, peccauerit peccato infidelitatis.*
- 9 *An diuina gratia nos praeueniat, vel à nobis praeueniatur.*
- 10 *An virgo Maria defectu fidei, aut inani gloria laborauerit.*
- 11 *An Thamar Iudae congregiens adulterium perpetrauerit.*
- 12 *An ſoli Deo conſiteri ſufficiat.*

## Primum quaſitum.

AN SPIRACVLVM ADAE INSPIRATVM, ſit anima rationalis.

Ad Primũ

Cyrillus.



**P**RIMO quaſito ſatisfacit Chryſoſtomus homi. 12. in illud Geneſ. c. 2. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite.* Ita enim ait Chryſoſtomus, ſpiraculũ illud eſt ſubſtantia animæ rationalis, per quam homo viuens nō ſolum eſt animal, ſed etiam effectus eſt particeps rationis.

Cyrillus Alexandriae epiſcopus hunc ipſum locũ elucidas, inquit, cũ dicitur in Geneſi, quod ſpirauit Deus in faciem hominis ſpiraculũ vitæ, vt fieret homo in animam viuentem, ipſum ſpiramen non dicimus animam. Sic enim anima eſſet inconuertibilis, & nō peccaret quia eſſet de eſſentia Diuina: ſed ſancti ſpiritus effuſione, in ipſo principio ſuperpoſitã animæ humanæ, dedit Moyses ſpiramẽ. Et Philaſter epiſcopus Brixientis.

Philaſtera

cap. 99. sui catalogi assertionem. Chryso-  
stomus inter haereses quas annotat, connumerat.  
Et ait, spiraculum illud non esse ipsam ani-  
mam, sed gratiam Spiritus sancti infusam a-  
nimae. Ad eam iam creatam, qualē dedit Aposto-  
lis, post resurrectionem, vel qualē largitur  
omnibus hominibus iustis.

Magister sententiā in secundo, dist. 18.  
hac de re agēs ita ait, De origine anime Plu-  
ra quae scribitur, scilicet unde creata fuerit, &  
quādo, & quā gratia habuerit in creatione, si-  
cut hominis formatio secundū corpus descri-  
bitur, cū dicit, Formavit Deus hominē de li-  
mo terrae, Ita eiusdē, secundū animā factura  
describitur, cū subditur, Et inspiravit in  
eum spiraculū vitę. Et statim ait, nō ergo car-  
naliter putemus, Deum corporeis manibus  
formale corpus, vel faucibus inspirasse ani-  
mam, sed potius hominem de limo terrae se-  
cundum corpus formavit, subendo, & volē-  
do, & verbo suo iussit, ut ita fieret, & inspira-  
vit in faciem eius spiraculum vitę, id est, sub-  
stantiam anime, in qua viveret, creavit, nō  
de materia aliqua corporali, vel spiritali  
sed de nihilo. Hanc sententiam omnes Do-  
ctores Scholasticus, vno animo, amplectuntur  
secundo sent. dist. 18. & D. Thom. 1. parte  
quæst. 76. artic. 1. & 7. vbi Philosophorum  
erroribus propulsatis, concludit, sic ergo  
ex ipsa operatione intellectus apparet, quod  
intellectuum principia vnitur corpori ut  
forma: quia propria operatio hominis, in  
quantum homo, est intelligere, ac proinde  
propria hominis forma est principium intel-  
lectuum: & ait. 7. citatō colligit animam im-  
mediate vnitri corpori, ut forma vnitur mate-  
ria, non sicut sanguis, & alij humores, qui  
est requirantur ad animam vniōnem, & con-  
seruationem in corpore, non tam illis me-  
dijs corpori vnitur. Sed sicut anima Adæ im-  
mediate fuit à Deo ex nihilo creata, ita &  
corpori vnitā. Eadem ratione dicimus, aerē  
requiri ad hominis respirationem, nihilomi-  
nus tamen illo mediante corpori nō vnitur.  
Hoc etiā sentit idem D. Thom. opusculo.  
17. & lib. 2. cōtra Gentes. cap. 71. & 87.

Ad Philastrium verō facile respondemus  
cum D. Augustino in praefatione libri de he-  
resibus asserente, Philastrium multas asser-  
tiones inter haereses enumerasse, quae haereses  
non sunt, veluti haec quae omnium catho-  
licorum interpretum, & scholasticorum cō-  
munit sententia. Cyrillo etiam facile sit satis  
ex eodem Augustino. 15. de civitate Dei. c.  
24. de ridente eos, qui existimant spiraculū,

in faciem Adæ à Deo inspiratum, esse gra-  
tiam anime collatam, & non potius ipsam  
animā. Vnde D. Thom. libro aduersus Greg-  
corum errores. cap. 27. asserit Cyrilli expo-  
sitionem esse contra expositionem B. Augu-  
stini. Nec proinde sequitur (inquit D. Tho-  
mas) spiraculum illud, quod nos animam ra-  
tionalem dicimus, esse de substantia Dei,  
quia scriptura illa locutio tropica est. Dici-  
tur enim inspirasse, nō corporaliter, sed quia  
spiritem, id est, animam ex nihilo produxit.  
Et quod maius est, interpretatio hęc Cyril-  
li dictis Apostoli respugnare videtur, qui pri-  
mo Corinthio. 15. ita ait, factus est primus ho-  
mo Adam in animam viventem, nōuisimus  
Adam in spiritum viuificantē: sed non prius  
quod spirituale, sed quod animale. Quo in  
loco expressē asserunt vitam anime à vita,  
quae est per Spiritum sanctum aliam esse.  
Quapropter Cyrilli expositio, literalis esse  
non potest, sed tantum allegorica secundō re-  
spondere possumus, quod quomodō spi-  
ritus in scriptura sacra plura, & diuersa sibi  
vendicat significata, sic & nomen spiraculi.  
Vox enim spiritus, aliquando animam no-  
stram, ut apud Paulum, Deo cui tradere ho-  
iustitiam hominem Satanae, ut spiritus saluus  
sibi & ventum significat, ut apud regium Va-  
tem, Spiritu vehementi conteres eos: & do-  
num spirituale, ut apud Paulum, Ipse spiri-  
tus testimonium perhibet spiritui nostro, &  
ruitus, Orabo spiritu, orabo & mente. Signi-  
ficat etiam iram & excaecationem, ut a-  
pud Esaiam, Nō tu es qui meditaris spiritu  
duro interinere eos: Perfidium etiam & au-  
xilium Dei, ut, Spiritus ante faciem nostram,  
Christus Dominus: sic etiam & spiraculum  
(ut diximus) plures sortitur significationes,  
significat enim ventum, ut, Venit meus  
sicut mustum, & spiraculum. Et donum diu-  
num, ut, Spiraculum omnipotentis viuificat,  
& idem conseruat animam vitā. Et in Pro-  
uerbijs, Lucerna domini spiraculū hominis,  
quae intelligat omnia secreta ventris. Signi-  
ficat etiam animam, ut, Spiravit in faciem e-  
ius spiraculum vitę. Quibus scripturae locis  
satis constat, spiraculum aliquando animam  
aliquando verō, Spiritus sancti donum signi-  
ficare, quod non perpendens Cyrillus,  
lapsus est. Turpius tamē erravit Phi-  
laster, Chryostomi explica-  
tionem, inquam haereticā,  
damnans.

Thom.

1. Corin.  
15.

1. Corin.  
5.

Phil. 4.  
Hebr. 1.6  
1. Corin.  
14.  
Esai. 27.

Iob. 32.  
Iob. 33.  
Prover. 30

§ SECVNDVM QVAE-  
litum.

¶ An Eua formata sit ex costa  
Adæ?

Genes. 2.



Chryostomus Homi. 15. in Ge-  
nesim, exponens illud Gene. 2.  
immisit. Dominus soporem in Adam.  
ait, haec accipit vnam costarum  
illius. Ne humano more acci-  
pias quae dicuntur, sed crassa verba hac hu-  
manę imbecillitati conuenire cogites. Nam  
his verbis nisi scriptura fuisset vsa, quomo-  
do tam arcaena mysteria dicere potuissent?  
ne igitur verbis tantum additi sumus, sed  
omnia (ut par est) de Deo sentiamus. Quan-  
do dicitur, accepit, & omnia talia, propter  
nostram infirmitatem dicta sunt. Ex quibus  
Chryostomi verbis nonnulli existimantur,  
Eua formationem ex costa Adæ non esse in-  
telligendam secundum veritatem historiae,  
sed figuratē, & parabolice: & hanc esse Chry-  
ostomi sententiam sibi persuadent Caieta-  
nus in expositione loci citati. Inquit enim,  
si iuxta literam intelligatur, costam verē  
fuisse ablatam ex Adam, alterum de duobus  
absurdis sequeretur, vel quod Adam fuerit  
monstrum, ante sublatam costam, vel man-  
cus post sublatam ex eo costam. Quorum  
vtrumque absurdum est, quia aut Adæ illa  
costa erat superflua, aut necessaria: si super-  
flua, ergo erit monstrum, si necessaria ergo  
redditus est mancus.

Caietanus.

Communis tamen sententia Doctorum  
scholasticorum. 2. sent. distinctione. 18. Diuus  
etiam Thom. 1. parte. quæst. 92. artic. 3. hanc  
sententiam Caietani, tanquam nouum quid  
inducentem, & ut suspectam rejciunt, quip-  
pe quae nostrae fidei fundamenta subuerteret  
videtur. Si enim veritas huius historiae de-  
struitur, necesse est sacramentum illud mag-  
num, quod Paulus dixit, esse in Christo, &  
in Ecclesia, uerere. Quod si roges, quam ra-  
tione materia illa coitae multiplicata est, ut  
Eua ex ea formaretur? respondemus altero-  
de duobus modis illud fieri potuisse. Pri-  
mo, per multiplicationem additionemque  
materie: & vere dices Eua factam ex co-  
sta Adæ etiam si illi fuerit facta additio, quia  
materia principalis, & praeciua cui facta est  
additio, fuit costa Adæ. Simile est illud Au-  
gustini super Ioanem, quando Dominus

Ioannis. 6. ex quinque panibus quinque mila-  
lia hominum satiauit. Illud enim per multi-  
plicationem materiae factum fuit. Secundo  
modo potuit fieri per conuersionem costae  
in formam Euae, ita ut esset materia mul-  
to maior, sicuti contingit in grauis & semini-  
bus terrae mandatis. Sicut enim haec suis tē-  
poribus multiplicatur successiue, sic Chri-  
stus dominus simul, aut per multiplicationē  
materiae, aut per conuersionem, miraculo in-  
tercedente, panes, apud Ioanem, multipli-  
cauit. & ad hunc modum sentit Augustinus  
formatam fuisse Eua ex costa Adæ. Diuus  
Augustinus adhaeret D. Thom. loco citato,  
in solutione ad primum argumentum. Si ve-  
rō à nobis queratur, vtrum Adam habuerit  
plures costas in latere de quo illa desumpta  
est? satisfacimus interrogationi eandē. Tho-  
ma in solutione ad fecundum argumentum,  
& ex communi theologorum sententia,  
Adam habuisse illam costam praeter nume-  
rum aliarum. Neque est aliquid absurdum  
illam costam, paruo temporis tractu forma-  
tam esse. Nam licet in inditiduo non esset  
necessaria, erat tamē necessaria Adæ, prout  
erat speciei principium. Ac proinde, quia il-  
li non erat necessaria, nec de eius perfectio-  
ne secundum rationem indiuidui, fuit sine  
aliquo dolore extracta.

Ad illud verō, quod ex beato Chryostomo  
adduximus, facilis est responsio, si atten-  
damus ad ea, quae ipse paulo ante dixit. Sic  
enim ait, sapiens & potens opifex natu-  
rae nostrae vnam ex costis illius ablaturus ce-  
rat, ut ne sentiendo dolorem, mulieri ex fe-  
formata, postea doloris memor offensus fie-  
ret, immisso excessu, tanto illum somno op-  
pressit, ut quasi grauedine quadam corre-  
ptus nullum rei, quae fiebat, sensum cape-  
ret. Et impleuit carnem pro illa, ne posset,  
dissoluo somno, quod factum erat, ex vacui-  
tate sentire: itaque ne illum, in auferendo  
dolorem, ob ablationem tristitia afficeret,  
vtrique sic dispensauit, ut citra cruciatum il-  
lius auferret, & impleto eo loco vnde ablu-  
lerat, factorum sensum percipere non sine-  
ret. Quibus manifeste demonstrat, se eam  
nequaquam per metaphoram intellexisse:  
cum veri doloris, veri cruciatu, & vere tri-  
stia periculum sensus imminere existima-  
uit. Quod vero monuit Mesem de formatio-  
ne loquentem, non humano & crasso more  
intelligendum, non dixit ad historiae verita-  
tem euerendam, sed ad insistantem Antro-  
pomoritarum, & Arrianorum, consuetan-

¶ Anima  
Adæ non à  
Deo crea-  
ta.

Augusti-  
ni.

Augusti-  
ni.

dam. E quibus alij putabant, Deum esse corporeum, & corporea operatione, more figuli, hominem esse limo fixasse, & ex hominis coacta forma formasse. Alij vero Arriani scilicet, ex illis verbis, & in nullo Dominus Deus, &c. Contendebant patrem solum sine filio, virum formasse, & ex viro feminam. Atque enim illi, in scripturis sacris, solum Patrem, Deum, & dominum dici: filium vero, Deum, non autem Dominum appellari, ut patre ipso minore. Igitur Chrysostomus & illor. & hos redarguit, admonens ne verba illa Geneleos humane & crasso more, cum Anpropomosis accipiantur: vel cum Arriani, inter Deum ac dominum distinctionem constituantur. Quia vtriusque vna est essentia. Et his nominibus in discriminauit videtur scriptura. Quid vero ad Caeterani rationem dicendum sit, ex dictis manifestum euadit.

¶ TERTIVM QVAE situm.

¶ An, si primi parentes peccatum non commisissent, generatio hominum non fuisset.



Chrysostomus Homilia. 18. in Genesim, explicans locum illum. Adam vero cognovit uxorem suam. Afferit, si primi parentes non peccassent, quod nullus fuisset coitus in paradiso: quia ante peccatum, nostri primi parentes non erant obnoxij his corporis necessitatibus: Lex enim membrorum, & concupiscentia venera per peccatum intravit: tunc concessit Deus, genus humanum per coitum multiplicari. Gregorius Nansenus etiam expendens locum illum, Genes. 1. afferit, quod si primi parentes non peccassent, generatio prolis, & humani generis propagatio non fuisset per coitum, sed per modum quandam multiplicationis perfectissimum, quo multiplicati sunt Angeli. Nam generatio hec que fit ex concubitu, per peccatum est introducta: Et post hec adicit, Videtur mihi magnus ille Dauid, compariens humane miserie, talibus verbis, eius esse naturam. Quod homo cum in ho-

nore esset, non intellexit honorem: Quo conuersione & sublimi illo multiplicationis modo sanctis Angelis consimiliter, propterea comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Ioannes Damascenus libro. 4. on hocdoxa fidei, huic sententiae subscribere videtur, idque capit. 25. ita enim ait. Quare ne exterminaretur & consumeretur humanum genus a morte, nuptiae constitutae sunt, ut prolis procreatione genus humanum conseruaretur, & tunc obiectiioni respondet, Quid enim masculum & feminam fecit eos, crescite & multiplicamini: Respondet inquam, non omnino multiplicationem & cofociationem nuptialem significari, quia poterat Deus genus humanum alio modo multiplicare: Sed mandatum vique infinem seruassent intermeratum: Sed sciens Deus, prescientia sua, omnia prius quam fiant, quod futuri essent transgressores, & morte condenandi, anticipans fecit masculum & feminam. Et precepit augeri, & multiplicari. Nec ab hac sententia aberrat Augustinus. 1. libro super Gene. capit. 19. enarrans verba illa, crescite & multiplicamini. S. c. ait. Primos parentes non habituros fuisse filios hominis, nisi peccassent & huic sententiae subscripsit, libro. 1. de sermone domini in monte: Exponens enim illud, quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, &c. Afferit, eos sanguinitates & vincula sanguinis, ac necessitudinis ex peccato & morte primorum parentum contingisse.

At communis schola Doctorum scholasticorum. 2. sententia distinctione. 20. contrariam profertur sententiam. His consentit D. Thom. 1. parte quartae. 98. artic. 2. cuius ratio ea est. Eia enim quae sunt homini naturalia, nec subtrahuntur nec homini dantur per peccatum: generare autem per coitum, naturale est homini, sicut & ceteris animalibus perfectis: quod naturalia membra, ad hunc usum deputata, declarant. Vnde non est dicendum, quod usus horum membrorum naturalium ante peccatum non fuisset, sicut ceterorum membrorum. Sunt igitur in coitu duo consideranda, secundum praesentem statum: vnum quod natura est coniunctio, scilicet maris & foeminae ad generandum: in omni enim generatione requiritur virtus actiua, & passiva: vnde cum in omnibus, in quibus est distinctio sexuum, virtus actiua sit in mare, virtus vero passiva in foemina; Naturae ordo euigit, ut ad generationem

Damascenus.

Augustinus.

tionem conueniant per coitum masculus & foemina. Aliud autem, quod considerari potest, est, quaedam deformitas immoderate concupiscentiae, quae in statu innocentiae non fuisset, quando inferiores vires omnino rationi subdeuantur. Quod si quis quaerat an in illo statu esset virginitas: & an partus esset sine corruptione? Huic bimembri dubitationi adhibemus responsum, scilicet, quod ex parte conceptionis, integritas claustrorum virginium seruetur. Quod sane innuit D. Thom. in solutione ad quartum. Estque de mente Augustini, de Ciuitate Dei, cap. 21. & 22. Et hoc idem sentiendum est ex parte natiuitatis, cum S. Thoma, in solutione ad quartum, licet nonnulli affirmarunt, integritatem virginium claustrorum non seruari. Quod etiam confirmat auctoritas Diui Augustini adducta in solutione ad quartum. Et ratio nostrae sententiae suffragatur. Alias enim parentum cum dolore filios: quod est contra illud Geneleos. 3. In dolore paries filios: & hoc mulieri in penam peccati dictum est. Igitur antea sine dolore pareret. Quod si virgēs, qua ratione posset parere sine corruptione carnis? communis Doctorum consensus est, tunc supra naturam fieri dilatationem membri, sine ruptura aliqua. Illud tamen certum & constitutum sit, in illo statu non fuisse partum in foemina sicut in Deipara virgine. In partu enim Virginitas fuit corporum penetratio, secundum communem Theologorum sententiam. Talis autem non fuisset in illo statu. Adde etiam, quod in illo statu esset ex natura rei dolor in partu, nisi supernaturaliter impediretur. Non enim posset esse tanta claustrorum dilatio, quin ibi interueniret aliquis dolor. In partu vero Beatissimae Virginitis, nec fuit, nec esse potuit ex natura sua dolor. Fuit enim per corporum penetrationem. Dato tamen, quod in illo pariendo modo nullus sentiretur dolor, non proinde miraculum aliquod esset: quia modus ille parienti illi statu conueniret, secundum legem, & conditionem ipsius status. Cum his tamen omnibus stat opprimere, virginitatem in illo statu proprie non reperiri. Includit enim virginitas in sua ratione animum & proposuit accedendi ad viuum, non tamen tanta esset delectatio quae priuaret rationis usum: essetque in foemina castitas coniugalis, quae esset maxime meritoria.

Dubium.

In statu innocentiae.

Thom.

Genes. 3.

AD auctoritate verò sacrorum Doctorum respondetur, quod si re maturus considerasset retractasset suas sententias, sicut Beatus Augustinus retractauit. Nam. 1. de Ciuitate Dei. Abist, inquit, quod suspicemur, non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo: sed eo voluntatis nutu moueretur illa membra, quo caetera, & sine ardore, & illecebroso stimulo, cum tranquillitate animae & corporis. Et primo libro retractationum, cap. 10. & 19. inquit, Homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare poterunt, sine sedae voluptatis pruritu: & poterunt esse in paradiso nuptiis honorabiles, & totus immaculatus, sine ardore libidinis, & sine labore pariendi.

Augustinus.

¶ QVARTVM QVAE situm.

An Angeli cum foeminis coire possint.



CHRYSOSTOMVS, Homilia. 22. folio. 34. A. exponens illud, Videmus filij Dei filias hominum, Iamque sibi uxores, inquit. Quod non solum est absurdum dicere, sed etiam impossibile, quod improbi Angeli cum foeminis coitum exerceant. Sic enim scribit, Dementia plenum est, dicere, Angelos deiectos de caelo, ut cum mulieribus rem habeant: & quod incorporea illa natura corporibus copuletur: & paulo post, valde insanus esset, qui comprobaret talia verba dementia plena, quod incipio rea illa natura, & spiritalis corporeis complexum ferat. Ioannes Cassianus Chrysostomi discipulus, lib. 12. collationum, c. 8. sic scribit, Nullo modo credendum est spiritalis naturae coire cum foeminis naturaliter posse: quoniam si aliquando hoc, secundum litteram fieri potuisset, quomodo nunc quoque, vel frequenter, vel raro id ipsum non eueniret, contingeret: & absque foemine vel coitu viri aliquos nati similes de mulieribus conceptu demotum crederemus. Philaster Bruxiensis episcopus, cap. 108. sui catalogi aduersus hereses, sic ait, Alia est haeresis quae de gigantibus asserit, quod Angeli miscuerint se cum foeminis ante diluuium, & inde natos esse gigantes.

Genes. 6.

Cassianus.

Philaster.

Genes. 4.

Gregorius Nansenus, Genes. 1.

Psalm. 49.



Sed si quis putauerit Angelos sic peccasse, transformatos in carne, & in ea remanisse, aut ita factos carnales crediderit, his violenta ratione discernit historiam sicuti & paganorum & poetarum mendacia asserunt, Deos Deasq; transformatas, nefanda coniugia commisisse: quod si factum est aliquando, & nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, neque modo fieri manifestum est. Et his consentit Cyrillus Alexandrinus episcopus lib. 2. allegoriarum in Pentateuchum, sermone primo. His accedit autoritas Concilii Ancirani detestantis istam opinionem quorundam veneficarum mulierum asserentium se noctu per longa terrarum spatia, ab improbis spiritibus deduci ad loca quaedam ubi cum demonibus indulgeant varijs voluptatibus, epulis, & libidinibus, verba huius concilii referentur in decretis Pontificum, causa. 26. quaest. 7. videbis ibi.

Cyrrillus.

Thom.

Gene. 18.

Genes. 19.

demonos illos quos Hispani, Trafgos, vel Duendos, dicimus frequentius apparere in locis inferioribus, & caernosis, ubi aer est densior. Hinc constat Angelos non sumere corpora carnea, & ossa, quod ex eo innoscit, quia corpora, ab Angelis assumpta, facili dissoluntur. Quod vero tales Angeli cum feminis coire possint, ex Augustino colligitur qui. 15. lib. de Ciuitate Dei, & 23. ait, apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, quae non solum videri, sed etiam tangi possent, verissime sacra scriptura testatur. Et quoniam er eberrima fama est, multiq; se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fidelubuitandam non est, audisse confirmat, Syluanos & Faunos quos vulgo incubos vocant, improbos saepe mulieribus extitisse, & earum appetisse, ac pergerisse concubitum: & quosdam demones quos Dufios Galii nominant, hanc astiduan immunditiam tentare, & efficere, plures talesque asseriebant, vt hoc negare, impudentia videatur.

Extat & Innocentij Papae 3. Decretalis epistola aduersus haereticum maleficarum mulierum, cuius verba sic habent, Non sine ingenti molestia ad nostrum peruenit auditu complures, vtriusque sexus personas propriae salutis immunes, & a fide catholica deuiantes cum daemonibus incubis & succubis abuti. Quapropter, ne labes vus haereticae prauitatis in perniciem animarum suarum diffundat, opportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, statuimus, vt inquisitores, per nos deputati, debitum inquisitionis officium in huiusmodi personas exequantur. Quod mandatum exequentes inquisitores ciuitatis Cordubensis contra Magdalenam de la Cruz religiosam, cuius confessionem ab hinc paucis annis, ego ipse vidi, & legi. Cum enim illa graui morbo laboraret, voluntarie Deo illi aspirante, coram inquisitoribus confessa est, se eisdem demoni spatio triginta annorum, & amplius subcubuisse: ac multa miranda quae antea appareret fecerat. Damnatio huius, publice Cordubae celebrata est anno quinquagesimo plus minusve supra millesimum quingentesimum.

Superest iam sacrorum Doctorem auctoris satisfacere & ad Chrysostomum respondere, nec ipsum, nec Phylastrum negare feminas cum demonibus coire posse: sed eos duntaxat, resellunt qui feminas, ab Angelis beatis damnatas, & foedis congressibus

Et est textus in. c. e. piscop. 16. q. 5. & in. c. accusat. 5. sane de haereticis lib. 6. Syl. uel. verbo haeretic. 5.

Res gesta Cordubae qd Magdalenae de la Cruz accidit.

inuitas, asserant. Existimabant enim impossibile, Angelos Dei gratia, immobiliter in amore diuino confirmatos se dimittere, vt in pura libidine foeminarum commaculentur, mutata Angelica natura in humanam formam, iuxta poetarum transmutationem fabulas. Ad Cyrillum vero, & Casianum respondemus, non ita accipiendum esse, vt intelligamus nullo modo posse profus cum foeminis commiseri, sed naturali duntaxat more, animalium emittendo semen de sua substantia. Quod ipse aperte indicat apposita particula illa, naturaliter, quod vt Augustinus inquit, demones non solum possunt cum feminis coire, sed & etiam ex eis filios vere homines generare, non virtute proprii seminis, quod nullum ex se habent, sed turpiter maribus succubantes, & post foeminas incubantes insuderunt, Deo ista disponente, vt Augustinus. 3. de Trinitate, ait, & qui nascitur non esse filium demonis, sed illius hominis, a quo est semen acceptum.

Augustinus

Ad id vero, quod ex concilio Ancirano allatum est, Respondemus, se tam foeminarum in synodo damnatum, diuersam esse, ab ea quae demonum concubitu foedatur. Illa enim existimabat se, ad Herodiadis & Dianae cultum, noctu deferentibus Vestijs, accitari: Dei curaturas posse transformari in varias animatarum formas. De concubitu autem demonum cum feminis, non meminit synodus: sed id tantum affirmat mulieres illas, falsis imaginationibus, decipi: quod nos non inficiamur, experientia enim docuit huiusmodi foeminas domi immobiliter iacuisse, cum se crederent in remotas regiones asportatas.

¶ QVINTVM QVAE situm.

¶ An Deus ab Angelis videri possit.



Chrysostomus Homilia. 23. in fine explicans illud Genes. 6. Non est visus, etque perfectus. Tenet hanc propositionem, diuinae gloriae fulgurantem maiestatem, neque Chembim, nec incorporeae illae virtutes videre possum: sed aduersa facies tegunt obiectis aliis. Eandem sententiam tenet, Homilia. 14. in Ioannem, in illa verba, Deum ac

Genes. 6.

Ioannis. 1.

mo vidit vnquam: ex quibus verbis duo colligit. Primum, quod natura, substantia, & essentia Dei à nulla creatura potest intuitu mentis visione conspici: sed sola imaginationis & cogitationis abstractione cognosci. His verbis, Id quod est Deus, non modo Prophetarum non viderunt, sed aeque Angeli, neque Archangeli. Si enim eos percontaueris, nihil ab his de Dei substantia audies, sed tantum gloria in altissimis Deo. Ideo Paulus inquit, Quem nemo vidit vnquam, neq; videre potest. Et occurrens obiectioni, quae his obstat videtur, scilicet, Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in caelis est. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videntur, inquit, cogitationem, & imaginationem, quam pro viribus nostris de Deo capimus, eam visionem appellat, neque aliter de Angelis intelligendum esse, propter puram ipsorum, & nullo sermo obnoxiam naturam: cum nihil aliud quam Deum semper mente agitent, Secundo, elicit ex loco citato Ioannis, Dei filium antequam corpus indueret, fuisse Angelis inuisibilem. Deinde vero postquam carnem induit, ab Angelis visum.

Math. 9. & 18.

Theodoretus.

Theodoretus Cirenensis expressius tenent sententiam Chrysostomi, docens Deum videri ab Angelis, non in substantia & essentia, sed per similitudines quasdam, eo modo quo olim visus est a Prophetis. Et in dialogo, cui titulus est, immutabilis, duos de hac questione loquentes introducit, & concludit de Angelis, non enim vident diuinam substantiam, quae nec comprehendi nec circumscribi, nec mente percipi potest, & quae vniuersa comprehendit, sed quandam gloriam quae eorum viribus respondet, sitque eis moderata.

Theophilus latas.

Esai. 6.

Theophilus eandem sententiam sequitur, nam in expositione citata Ioannis. 1. sic habet, ceterum dixit hic fortasse quispiam, quomodo hoc loco dicimus, quod nullus viderit Deum, cum Propheta dicat videri dominum: Vidit quidem Propheta Deum, at non ipsam substantiam, sed similitudinem, & apparentiam quandam, sicut capere poterat, & alius in alia figura vidit, & alius in alia: vnde non ipsam veritatem viderunt, non enim diuersis figuris illam vidissent, quae simplex est, & in figurabilis: quum neque Angeli vident substantiam Dei quousque dicantur videre faciem eius, hoc enim indicat Deum, semper eis, Deum apparere. Filius igitur, ex omnibus hominibus, semper videt Patrem.

Euthimius his conseruans, in commentarijs, inquit, nulla creatura Deum videt, non materialis tantum, sed immaterialis, siquidē ipsi quoq; immaterialibus virtutibus inuisibilis est Deus in sua natura. Licet prout sibi conceditur, Deum videant.

Commune theologorum placitum aliud sentire videtur. 2. senten. dist. 11. & 12. quib; accedit. 1. Thom. sent. 1. parte quaestio. 106. in solutione ad primum argumentum. Cuius haec sunt verba. Ad primum ergo dicendum est, quod omnes tam superiores Angeli, quam inferiores immediate vident Dei essentiam, rationes tamen diuinorum operum, quae in Deo cognoscuntur sicut in causa, omnes quidem Deus in se ipso cognoscit quia seipsum comprehendit. Aliorum vero Deum videtur, tanto vnusquisque in Deo plures rationes cognoscit, quanto cum perfectius videt. Et quia superior Angelus plura in Deo de rationibus diuinorum operum cognoscit, quam inferior, ideo de his cum illuminatur. Et lib. 3. contra gentes. c. 110. prope finem, colligit omnes Angelos bonos esse beatos, & comp. eiusdem, quia in tertio instanti, & morula, omnes Angeli, qui conuersi sunt in Deum effecti sunt beati. Beati tamen in visione, & fruitione diuinae essentiae consistit. Et hinc deducit, Angelum in secundo instanti, non potuisse comprehendere esse. Simul enim esset viator, & comprehensor, quod est absurdum. Hoc etenim soli Christo tribuendum est, qui viator existeret, quatenus ab impassibilitate animae, & a gloria corporis distabat, quam proprijs operibus merebatur, ea ratione qua diuina essentia fruebatur. Ex quibus deducitur, quod si Angeli non sunt viatores, sunt igitur comprehensores, & beati, sed beatus nullus esse potest, nisi diuinam essentiam intueatur, vident ergo Angeli ipsum Deum.

Ad Chrysostronū respondemus, de Moyses, dicitur Paulo, & Prophetis nos disputuros esse tertio tomo, iuxta locum citatū Iōnis. Erat etiam disputatio si Dei filius, ante incarnationem, fuerit ab Angelis visus: Intuitum tamen vt Chrysostrono satisfaciamus, & Doctoribus qui eius sententia consentiunt, aduertendum est, ex sententia scholasticorum Doctorum distinctione a nobis citata. Deum posse videri trifasie contingere, aut oculis corporis, aut oculis mentis, aut visione comprehensua. Et hoc tertio modo intelligendus venit D. Chrysostronus, & eadem Doctor est illi adherentes: Quod aperte

videtur significare Chrysostronum, cū subicit haec verba, Multi Deum cognoscimus, & tamen ipsam substantiam, qualis est, solus eius vnigenitus cognoscit, qui certam notionem, vltimūque, & comprehensionem habet, qualem filium de patre habere, par est.

¶ SEXTVM QVAESITVM.

¶ An Abraham mentitus sit, & in adulterium Saræ consenserit? Et an, propter pudicitiam seruandam, liceat se interimere.



Chrysostronus Homil. 32. in Genesim, explicans illa verba. Die igitur obituro quod seruo mea sit.

Sarā multis laudibus effert, quia marito in discrimen mortis adducto, simulationem & adulterium consensit. Sic enim ait, propterea in adulterium consensit vxoris, & quasi seruuit adulterio in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat. Et infra, Quis nō obtrusecat hanc parentē facultatē, quis hāc satis laudauerit, quae post tantam continentiam, & in tali etate, ad hoc vt iustum seruet, quantum in sua voluntate pendebat, etiam adulterio se exposuit, & Barbarorum tulit congressum. Hucusque Chrysostronus quibus videtur a communi patrum sententia discrepare. Primum est, quia hanc Abrahāe consultationem, non solum in hoc loco, sed Homil. 45. commētum, & comediam appellat, & libro. 2. de prouidentia Dei, ait, Abrahā in tantam tunc necessitatem deuenit, vt etiam hypocrisis submitteretur. Et in epistola ad Olimpiam. Erit, inquit, vt cum viderint te facie pulchra, occident te, & te referuabūt: die ergo quod soror mea sis, vt bene mihi sit propter te, & viuat anima mea propter te. Vides timore, vides tremorem exagitantem excessam, & philosophicam illam animam, mentium genus, & aliam, pro alia persona, inferbat.

Secundum, quod hanc Abrahāe & Sarāe fictionem, & simulationem laude, admiratione, & imitatione, dignam censet. Quod appetitissime in omnibus suis scriptis affirmat licet: imō, etiam oportere perfectum virum vt fraudibus, dolis, & imposturis, non solum

Genes. 12.

solum in proprijs necessitatib; , verum etiam in alienis commodis, non nocendi, sed ubi di gratia.

Tertium est, quod praemissa verba Chrysostroni docent, scilicet, Sarā in eo potissimum esse laudandam, atque imitandam, quod seruanda salutis causa Barbarorum sese adulterio exposuit, consentiente tamen marito in eius adulterium, imō suadente.

Origenes lib. 6. Stromaton obiter tractās locum illum. Ego sum Esau primogenitus tuus, docet simulationes, & mendacia, aliquando esse proficua, posseque prudentem, & sapientem virum, officioso mendatio, non secus quam medicamine, cum necesse fuerit vti. Homo enim cui necessitas mentendi incumbit, diligenter attendat, vt sic vtatur mendatio, tanquam condimento, & medicamine vt seruet mensuram eius, ne excedat terminis, quibus vsa est Iudith contra Holofernem, & vicit cum prudenti simulatione. Immittitur Sether quae Artaxerxis sententiam diu tacita gentis veritate, correxit. Et in primis Patriarcham Iacob, quem legitimus, benedictiones patris artificioso mendatio impetrasse. Hęc. 6. lib. In decimo autem eiusdem operis libro, hoc ipsum Apostolico ex exemplo confirmans dicit, Petrum & Paulum Apostolorum principes, non vera, sed simulata contentione inuicem apud Antiochiam contendisse: vt eos simulatione, genere Iudeos & Gentiles inter se de legalibus dissidentes ad cōcordiam reuocarent. Moses, per deceptionem, opes Aegyptiorum in Israelitarū transtulit castra. Micol circumuento, atque decepto patre, liberavit a morte maritum suum Dauidem. Quem post Ionatas, isdem armis, ab ira Saulis seruauit. Paulus tanquam salutarē pharmacum, imposturas saepe vsurpauit: cum Thimotheum circumcidit, & multis alijs caeremonijs legis se summisit, quas post fidem Christi datam, mortiferas esse sciebat.

Ioannes Cassianus Chrysostroni diaconus, & discipulus, inquit. Sanctis viris ita vrendum esse mendatio, ac si ei natura insit Hellebori. Sicut enim Helleborum, si imminet exitiali morbo summat, salubre est: si vero, sine summi discriminis necessitate, bibatur, exitiale est. Ita & mendatium proficuum est, cum ex veritatis confessione periculum imminet: mortiferum vero, cū nulla veritatis occultandae necessitas incumbit. Hęc. 17. collationum a capit. 17. vsque ad 21. exemplis Iacob, fraude, & mendatio pa-

Genes. 27. & 42.

ternam hereditatem inuadentis. Ioseph mendacibus verbis fratres suos deterrenus. Raab pro salute exploratur mentientis. Dauidis coram sacerdote Achimelech mendaciter loquentis. Iacobi Petri & Pauli assimulationis signa, pro ecclesie pace, descendentium.

Hieronimus quoque dogmati istorum accessisse videtur, in commentarijs epistolae ad Galatas, vbi cum de Petro & Paulo reprehenso tractaret hypocresim censuit viris bonis in tempore assumendam, ad imitationem multorum illustrium virorum, & quorum numero Hie Rex Israel sub fallaci promissione colendi Baal, sacerdotes eius interemit. Dauid facta infania Achidis Gethari regis periculum aufugit. Paulus simulata obiurgatione Petrum nullius calpe reum ad terrorem Iudaizantium reprehendit, vt Iudæos Christo lucrificeret, Thimotheum circumcidit ipseque caput totondit in Cechris & facto calcutio, oblationem obtulit in Hierusalem.

Omnibus his non obstantibus, contrariam videtur sententiam affirmare schola communis Doctorum scholasticorum. 3. sentent. distinctione. 38. & D. Thom. secundae, secunde, quaestione. 116. artic. 3. vbi inquit, quod illud quod secundum se, & ex genere suo malum est, nullo modo potest esse bonum, & licitum, quia ad hoc vt aliquid sit bonum, requiritur quod omnia recte concurrat: bonū enim est, ex integra causa, malum vero ex singularibus defectibus Dionisius. 4. c. de di. no. Mendatium autem est malum ex genere, cum enim voces naturaliter sint intellectuum signa, in naturale est & indebitum quod aliquis voce significet id quod non habet in mente. Vnde Philosophus dicit. 4. Ethicorum, quod mendatium est per se prauum, & fugiendum. Verum autem est bonū & laudabile, vnde noli vele mentiri omne mendatium. Vbi excludit Spiritus Sanctus, tamē mendatiū iocolum quam officiosum. A deo haec sententia est vera, quod multi Theologi affirmant mentiri adeo esse intrinsece malū quod Deus de potentia ordinata, neq; absoluta, neq; per se, neq; per aliū, neq; reuelatione, neq; precepto, neq; cōsilio possit mentiri. Quod vt intelligas nota mentiri nihil aliud esse, quam proferre aliquod falsum inuentione fallēdi, & sic Deū mentiri est impossibile, vt constat ex illo. Non est Deus quasi homo vt mentiat, id est, non est natura Dei talis, vt possit mentiri. Et Deus promissionem fecit Abrahā,

106. 2.

1. Reg. 22

Gala. 2.

1. Regum 10.

1. Regum 21.

Gala. 2.

A 70. 18. & 18.

An mentiri sit intrinsece malum.

Eccles. 7.

Conclusio cōmunit. Theologorum.

& firmavit iuramento vt per duas res immobiles, quibus impossibile est Deum mentiri firmissimum haberemus solatium. Vbi Paulus absolute inquit, vt potentiam ordinatam excludat: tunc etiam dicit vt firmissimum haberemus solatium, quale non haberemus, si posset aliqua potentia mentiri: & fidelis est Deus, negare seipsum non potest: ac si diceret, si se negaret, & mentiretur, non esset Deus. Consonat huic sententia Beatus Augustinus, in omnibus suis operibus, lib. 22. contra Faustum, cap. 24. negat Abraham fuisse mentitum, quippe qui interrogatus quid ei esset Sara: indicavit fororem, non negavit uxorem, taceas aliquid veri, non dicens aliquid: erat enim ei vere foror ex patre, sed non ex matre. Et libro vigesimo secundo, cap. vigesimo tertio, scribens contra Faustum, inquit, Neque Abraham flagitio consentit uxoris, sed pudicitiam coniugis, de cuius anima nihil dubitabat, Deo tuendam commisit: nec eum fides sefellit, cui primum Pharaon terribis monstris, deinde Abimelech somnio communitus, ambo uxorem cum honore restituerunt, & cap. secundo, libro de mendatio ad consentium, in priscialimitas haereticos, damnat sententiam contrariam. Et in epistola ad Hieronymum, docet eam aliquando a Hieronymo defensam. Vide ibi de Symbolo fidei, cap. primo, tomo. 9. Deus inquit, omnipotens est, & cum sit omnipotens mori non potest, falli non potest, mentiri non potest, inferens sicut Deo repugnat posse mori, & falli, ita & posse mentiri. Nec desunt rationes pro hac sententia.

Primo, quia mentiri est intrinsece malum, quod nullo modo potest fieri bonum, vt D. Thom. optime probat, & haec ratio est Beati Augustini, lib. primo de mendatio. c. 8. intendens, quod nulla ratione liceat mentiri, etiam leuissimo mendatio, nec pro vita aeterna, quia est contra rationem sicut repugnat Deo odio habere seipsum, & ex eo sequenti illud nobis precipere.

Secundo, est intrinsece malum, ergo repugnat posse mentiri, quod aperte probatur quia posse mentiri, prouenit ex vno duorum, vel quia non est omnipotens, vel quia non summe bonus: nam si non est omnipotens, & omnia sciens, potest falli: et si non est summe bonus, potest fallere: sicut igitur repugnat omnia scienti falli, ita summe bonitati fallere. Sic enim Augustinus arguit, quia

est omnia sciens, & omnipotens non potest mori, nec fallere, seu metiri. Et hec est aperta determinatio Ecclesiae, in Decretalibus, titulo de usuris. c. super eo, vbi Innocentius Pontifex, eius nominis tertius, constanter affirmat Diuini verbi precepto prohiberi, ne quis, etiam pro alterius vita seruanda, mentiat. Ad Chrysostomum, & Doctores qui cum illo consonant facile ex Augustini doctrina respondetur: distribuendo in duas classes multitudinem mendaciorum, quae sunt adducta. In prima statuimus eos qui cum non sint mentiti, mendaces fuisse videtur, qui tamen non sunt, quia figurate, & mystice locuti sunt: velut Iacob qui illis verbis, ego sum primogenitus tuus, metiri videtur, & tunc vera pronuntiabat, quia iuxta Diuinam prouidentiam vere primogenitus erat. Alij vero in insipitione fallaciae, ac medatij deciderunt, quia occultatis animi consilijs veritatem aperite nonauerunt, ceu Abraham qui tacuit esse uxorem, & indicauit esse fororem, quod verum erat: erat enim vere foror ex patre, sed non ex matre, ad hanc occultatae veritatis regulam Theologus referit omnes militares insidias, & ceteras gubernatorum, iudicum, & medicorum simulationes, quae remota omnia fallitate, in sola occultatione veritatis consistunt. Tales sunt fictiones Moysi Aegyptum expoliatis, Iudithae Holoferne obtinuatis: Dauidis infantiam simulatis: Petri se comedere dissimulantis: & Pauli, si cetera obiurgatione, Petrum increpantis. Quae fictiones cum omni mendacio careant, frustra inducuntur ad patrocinijs mentendi.

In secunda vero classe Doctores scholastici collocantes quos constat fuisse mentes, quales sunt Dauid coram Achimelech sacerdotis Ionatas coram Saule: Hic rex coram sacerdotibus Saul: Raab pro exploratoribus Iudaeorum: Michol pro Dauidis salute, hos asserunt non esse in fauore mendacij allegandos, quia eorum mendacia nusquam a Deo fuerunt approbata, & licet fuerint bonis temporalibus remunerata, non tamen mendacium, & fallacia est a Deo laudata, sed tantum pietas, charitas, & fides, quae complexi sunt illos pro quibus mentiri non timuerunt. Et per hec constat quod circa primum & secundum a se terrum Chrysostomus tenendum sit. Restat tertium, quod est.

AN seruandae pudicitiae causa, liceat propria se interimere manu. Circa quod Doctores scholastici. 1. ten. dist. 47. quod in loco tractant de dispensatione Diuinorum preceptorum, & Sanctus Thomas. 2. 2. q. 64. art. 5. vniuersim consentiunt tenent omnino esse illicitum

Ad Chrysostomum.

tum se propria manu interimere, & S. Th. probat. Primo, quia est contra inclinationem naturalem, & charitatem. Secundo, quia se interimendo irrogat iniuriam communitati. Tertio, quia qui seipsum vita priuat, in Deum peccat, sicut qui alienum seruum interficit, & alienum iudicium usurpat. Tum etiam quia illo precepto non occides, nec alterum, ergo nec te: nec enim aliud quam hominem occidis. An autem ex aliqua causa possit quis seipsum occidere? In homine solutione ad tertium excludit causas, quas antea possuit, de quo Augustinus primo de Ciuitate ad cap. 17. vsque ad 27. vbi arguit Caionem, qui se occidit: quia non potuit pati victoriam Caesaris & Lucretiam, quia id fecit ex infirmitate animi. Idem de Plinio, qui cum non posset patere ferre dolorem podagrae, se interimere. Et in solutione ad quartum diffinit, quod Salsus se interimere instinctu Spiritus Sancti: nam vires illius erant supermaruales, & cum eas amisisset, postea sunt illi restituae, vt ex textu patet de Apollonia, & alijs virginibus, & maritibus, qui sponte se se obrulerunt martyrio, id fuit ex fortitudine animi: vnde vere affirmare non possumus omnes illos se occidisse, cum enim viderint regum paratum, ad ostendam fortitudinem fidei instinctu Spiritus sancti, laui ad martyrium ibant, quod in rigore potius est pati, quam agere. Sed an circa hoc preceptum possit cadere ignorantia inuincibilis? Certum est, quod lege euangelica, si iuri diuino stemus non potest esse ignorantia, quae excuset eum, qui sciens & prudens se occidit. In lege autem naturalis, licet aliqui tenuerint posse esse tale ignorantiam, ego tamen oppositum probabilius credo, quia vltimum omnium terribilium mors.

Augustinus.

Augustinus libro. 22. cap. 37. contra Faustum & libro. 3. de sermone Domini cap. 29. in monte: in dubium reuocat, an Sarae pudicitia poruisset Barbarorum libidini supponi, circa vltimum adulterij crimen, quali pro marito vita liceat ipso consentiente cum alio viro concubere & sicut tempore Constantij imperatoris Antiochia accidit, vbi cum A. Cindinus praefectus quendam seruaret in carcere occidendum, quia libram auri, quam fisco debebat, non haberet vnde solueret, vxor mariti charitate mota, concubitu vnius noctis marito consentiente vendidit cuidam diuiti id anxie flagitanti, ac libram auri promercede promittenti, vt eo precio mariti vi-

tam a praefecto redimeret, quo facto pluribus explicato, liberum vnicuique permittit extimare quod velit, quantum in eam parte pro peior videatur, quod nec se interimere, nec adulterio se exponere villo casuliceat, cum communi opinione Doctorum scholasticorum vt diffinitimus.

SEPTIMUM QVAE situm.

An circumcisio infantibus gratiam contulerit.



Chrysostomus Homi. 29. in Genesim, excutiens haec locum, *Circumcidat ut ex vobis omnis masculus.* Insinuare videtur, circumcisionem in veteri lege nihil virtutis iustitiae, aut gratiae infantibus circumcisus contulisse, sed tantum erat signum, per quod infantes Iudaeorum a ceteris nationibus distinguerentur. Sic enim ait, Vt euidenter discatis, dilecti, quod circumcisio nihil ad animae virtutem conducat, ex his quae sunt videri potest. Cur enim octo diebus infans circumciditur? Duae de causis opinor. Vna vt in etate matura facilis circumcisionis in carne molestia ferre queat. Alia vt rebus ipsis discamus, quod id animae nihil conducat, sed hoc fiat signi tantum gratia: pueri enim in maturi, cum ea quae fiunt, ignorent, neque sensum eorum habeant, quae inde vtilitatem in anima sua accipere possunt: illa enim sunt vera bona animae quae ex electione fiunt, in carne vero signum accipere, quale boni opus fuerit. Et Homi. 27. in Genesim, confirmans eandem sententiam ait, Attende quomodo Deus circumcisionem pro lege statuit, non quod ad animae salutem efficere hoc aliquid possit, sed vt Iudaeorum pueri gratitudinis hoc inditum circumferret quasi, signum & sigillum. Ideo Paulus ait, & signum dedit circumcisionis, non ad iustitiam ipsa circumcisio nihil conducit. Itē Homi. 40. in Genesim. 17. c. nulla inquit, alia circumcisionis fuit utilitas, quae haec sola, quae ex hoc signo essent cognoscibiles, & ab alijs gentibus distinguerentur Iudaei.

Huic assertioni aduersantur, omnes theologo tam veteres quam scholastici, n. 4. sentent. alij distinctione. 1. alij distinctione. 2. & S. Th. 3. par. quest. 62. art. 6. vbi tenet, quod ex passione Christi non potuit deriuari virtus iusti-

Genes. 9.

Roman. 4.

fican.

Hierony mus.

ficandi ad sacramenta veteris legis, quia tunc passio Christi non erat nisi causa finalis, ideo non potuit habere efficaciam, potuit tamen derivari ad sacramenta noue legis, quia cum iam passio esset exhibitae, habet se tanquam causa efficiens: & paucos sancti iustificabantur ex fide passionis Christi. Et quæst. 70. artic. 4. tenet quod in circumcissione conferebatur gratia, quantum ad omnes effectus gratiæ, excepto ingressu regni celorum. Ex multis quæ Doctores scholastici de circumcissione disputant pauca referant. Et primum est, quod in veteri lege erat vera gratia habitualis, gratiam faciens eiusdem rationis cum illa quæ modo est in ecclesia. Abraham enim & alij patres verè fuerunt in gratia, quod ex eo patet, quia alias non potuissent esse grati Deo. Cum hoc verumtamen est quod in veteri lege ex operibus legis nõ fuit remissio peccatorum perfecta, nec gratia perfecta, nec iustificatio perfecta, quod Paulus in epistola ad Romanos, & ad Galatas, & in omnibus suis epistolis intendit: quod ex eo constat, si attendamus quæ fuit illa gratia, in qua à principio conditi sumus, & quam primi parentes habebant. Erat enim adeo perfecta, quod per illam poterant ingredi regnum celorum, ceteri non peccassent, essent transiati ad beatitudinem: quousque ergo homo redeat ad debitudinem non est in gratia perfecta: & ideo Adam licet per penitentiam restitutus sit in Dei gratiam, non tamen ad illam à qua cecidit, est gratia restituta. Adeo non fuit perfecta, igitur nec illa quæ fuit in veteri lege, quia non sufficiebat aliquem ad regnũ perducere. Ideo Baptista inquit, penitentiam agite, & appropinquabit regnum celorum, iniungens, quod nondum erat apertum quousque Christus dominus veniens, illud aperiret: et si gratia veteris legis non erat perfecta, igitur nec remissio, nec iustificatio, nec reconciliatio, quia omnia ista sunt effectus gratiæ. Et hoc est quod Paulus ait, nihil ad perfectum adduxit lex & rursus parabola est futuri temporis, iuxta quam nemo poterat perfectam facere conscientiam, significans, quod lex gratiæ confert nobis perfectam gratiam talem qualem amissimus, & a qua occidimus: non tamen verus nisi imperfectam. Et ita intelligendus est Paulus, quando ait, quod illa lex non operabatur gratiam, sed iram, id est non operabatur perfectam gratiam, neque effectus eius erant perfecti, vt explicuimus. Pro expositione sententiæ Sancti Thomæ,

& communi Doctorum, quod circumcisio ex se non operabatur gratiam, sed ex virtute fidei in Christum, aduertendum est, quod postquam Adam peccauit, tota redemptio, & iustificatio hominis iniebat in Christo, neque per alium redemptio potuit fieri: adeo vt si Adam etiam per mille annos lugeret suum delictum non iustificaretur, neque gratiam obtinuisset: quod verum esse patet ex illo Pauli gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et rursus, quem posuit Deus propiciatorem pro peccatis nostris: ex quo colligitur quod nullus homo potuit esse gratus Deo, neque medium vite ad consequendam gratiam, nisi per unionem, & coniunctionem ad Christum dominum, & eius passionem, & hoc est vas, & fundamentum differentiæ quæ est inter veterem legem & nouam: quia cum Christus dominus nondum esset carni vnitus, tota vetus lex non poterat eum tangere nisi per fidem, & tanquam causa finalis: sed in lege noua est actualis, & realis coniunctio ad Christum dominum, quia realiter est, & realiter tetigit aquas, & cetera sacramenta: & hunc in lege noua tangimus Christum per fidem, & tanquam causa finalis, in lege autem Euan-gelica tangimus realiter, & coniunctione reali, & tanquam causa efficiens, ipso Domino dicente, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo: & qui manducat hunc panem viuet in eternum: & hæc est præcipua differentia ex his quas Doctores scholastici assignant inter sacramenta veteris, & nouæ legis.

Augustinus libro. 2. de nuptijs, & concupiscentia consonat communi sententiæ Doctorum scholasticorum, vbii inquit, in populo Dei, quod signaculum erat fidei iustitiæ Dei ad sanctificationem purgationis, valebat magnis & parulis, originalis veteris quæ peccati: sicut & baptismus ex illo coepit valere tempore ex quo institutum est: Et Beda in cõmentarijs secundi capitis, in Lucam, ait, Salutaris curationis auxilium circumcisio, in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod baptismus agere, reuelata gratiæ tempore; consequuit, excepto quod regni cælestis ianuam nondum intrare poterant: tamen in sinu Abraham post mortem requie beata consolati, supernæ pacis ingressum, spe felici, expectabant, hæc illi.

Roma. 7.  
Roma. 3.

Ioannis. 6

August.

Beda.

Ad

Ad Chrysostomum, qui docet circumcissionem non prodesse infantibus, quia his nec uest cognitio, nec electio. Respondemus, quod licet tunc baptismus infantibus vita rationis carentibus conferret salutem, ita & tunc circumcisio salutem attulit infantibus, sine ulla arbitri electione. Secundo, respondemus, posse moderari sententiam Chrysostomi, iuxta doctrinam quam conseruimus, referendo illius verba ad gratiam perfectam, & ad vltimam consummationem salutis æternæ, quam circumcisio præstare non poterat, cum nondum esset mortuus Christus, neque apertum esset cælestis regnũ. Tertio, dici potest, Chrysostomũ esse intelligendum de circumcissione absque Christi fide venturi. Nam ex se & ex virtute sua circumcisio gratiam non conferebat, sed virtute fidei, quam veteri patres signo aliquo circumcissionis susceptæ prote-stabantur.

¶ OCTAVVM QVAE situm.

¶ An cum Abraham risit peccauit peccato infidelitatis.

Genes. 17.



Chrysostomus Homil. 40. explanans locum illũ Genes. *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo dicens. Putaui me centenario nascetur filius, & Sara non generetis parietis.* Inquit, Videns Abraham excellentem promissionem, & magnitudinem eius quæ promisserat, cogitans cecidit in faciem suam, & risit: Codex græcus Chrysostomi verba quædam habet, que in vulgatis voluminibus nõ leguntur, ea sunt hæc, Deus vt solus sine peccato sit, permisit aliquando iustos secundũ ipsorum arbitrium in peccatum cadere. Vnde Sanctus Abraham infidelitate peccauit, & poenas à Deo recepit, vt semè eius quadrigenis annis seruiret. Sicut & Moyses ingratus fuit Deo, qui ei aquam de petra largitus est. Et ideo audiuit, Nõ videbis terram promissionis, & non intrabis in eam. Et in fine Homiliæ sextæ familia verba his habentur. Nã postquam dixit, Quod Deus permittit iustos humanis erroribus incuruari: sic itaq; infidelitate Sanctus peccauit Abraham. Itcum Moses audiuit, Non videbis terrã pro-

Deutero. 32.

missionis, & non intrabis in eam. Beati Hieronymus li. 3. contra Pelagium, amplectitur eandem sententiam, his verbis, Abraham non credit, quod Deus re promissit, sed risit in corde, putans se celare Deum. Et aperte videre non auctens, causas incredulitatis exponens: quomodo potest fieri, vt centenario de nonagenaria suscipiat filium. Vbi ait, inquit, Isaac in conspectu tuo, quem semel dedisti, difficilia non quero, contentus sum beneficio quod accepi. Quia occulta reprehensione arguens Deus ait: etiam fiat quod existimas nõ futurum, & ex errore tuo quod risisti, filius Isaac rursus nomen accipiet.

Ceteri Doctores sacri tenent sententiam contrariam Chrysostomi & S. Hieronymi, & quæ verè tenenda est. Nam eandem sententiam exponens Ambrosius, ac Theophilactus sentiunt Abraham nihil prorsus habuisse: imo contra spem in spem plenissimè credidisse. Et Angustinus libro. 16. de ciuitate Dei capit. 26. scribit, risum Abraham fuisse exultationem gratulantis, non irrisionem dissidentis. Et verba illa, Putas nõ cen-tenario nascetur filius, & Sara, nonagenaria pariet: non dubitans, sed admirans ait fuisse. De infidelitate disputant Doctores scholastici. 2. senten. distinctione. 22. & Sanctus Tho. 2. quæst. 10. per duodecim articulos, & articulo. 1. diffinit, quod infidelitas positua est peccatum mortale, & grauisimum: quod incurrisse Abraham excogitari non debet. Et auctoritate Chrysostomi & Hieronymi opponimus auctoritatem Pauli, qui ex diametro aduersatur sententiæ illorũ. Nam ad Romanos scribens de Abraham, ait, Et non infirmatus est infide, nec eõ siderauit corpus suum enortium, cum iam serè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ in re promissione etiã Dei nõ hesitauit diffidentia, sed cõfortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcumq; promissit Deus potens est & facere, & ideo reputatum est illi ad iustitiam.

In subsidium Chrysostomi respondemus. Quod id quod adductum est, ex textu Græco, cum sit contra vulgatam lectionem recipiendum non est. Maxime quia verba non coherent narrationi sequenti, quæ testatur Abraham non ex infidelitate, sed ex ingenti gaudio in eas cogitationes, & voces prorupisse, nescienti quid diceret: vt Angustinus testatur. Secundo respondemus, quod aliter Abraham in initio non plene credidisset, sed subdubitasset:

Roma. 4.

post

Matth. 3.

Hebre. 7. & 9.

post verba Domini cum ab omni dubitatio ne extricantur. Ut deinceps certissima & immobili fide diuinis sollicitationibus in hæreret. Et licet materia fidei sit grauisima, commune tamen est illi cum cæteris præceptis diuinis, quod transgressio illorum ex genere, & ex obiecto sit peccatum mortale: ex paritate tamen materia, vel ex defectu plenæ & perfectæ deliberationis, & quando ratio non consentit, tantum est veniale. Quod licet Abrahami ridendo incurrit, non derogat dignitati sancti tatis ipsius. Cum Ioannes dicat si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & in multis offendimus omnes.

Ioannis. 3.

¶ NONVM QVAE-  
situm.

¶ An diuina gratia nos præueniat  
vel à nobis præueniatur?

Gen. 18.



Chrysostronus Homilia. 42. in Genesim, in illa verba. *Cum Iuxta se iouide nra.* Habet quædam verba quæ videtur insinuare, quod diuina gratia præueniat à nobis. Chrysostronus verba sunt hæc. Quæ igitur nobis posthac relicta est excusatio cum vnus homo cunctas in se possideat virtutes: nos vero ita immunes earum sumus, vt ne vnam quidem perficeret iubet: quod enim non ex eo quod non possumus, sed quod non volumus, a bonis omnibus sumus alieni. Manifeste indicat hoc ipsum quod Patria: cha qui aucte gratiæ tempus & ante legem fuit, à seipso, & à scientia quæ naturæ inlita est, in tantum peruenit virtutis fastigium, vt sufficiat ad confutandum omnes excusationes nostras. Eandem sententiam pluribus locis inculcat. Præsertim Homilia. 17. in cap. 2. Ioannis vbi sic loquitur. Hinc admoneri possumus, Deum suis in nos beneficijs nostras non præuenire voluntates: sed à nobis incipiendum esse: cum autem ille nos viderit prompto paratoque animo ad suscipiendam gratiam, tunc multas nobis offeret salutis occasiones. Quibus verbis videtur innuere, quod principium salutis nostræ ita nobis inlatur sit, vt absque auxilio gratiæ præuenientis, ex proprijs viribus nature, possumus mereri diuinum auxilium gratiæ

inlificantis, qui error est Pelagianorum, quæ loca Chrysostronus nouelli hæretici pro se facere contendunt. Ioannes Cassianus libro collationum. 13. cap. 11. affirmat, quod gratia diuina aliquando nos præuenit, & aliquando præuenitur à nobis: verba eius sic habet, inter multos, magna questione voluitur, vtum, quia initium bonæ voluntatis præbuerimus. misereatur nostri Deus? An, quia miseretur, consequamur bonæ voluntatis initium? Multi enim singula hæc credentes, ac iusto amplius asserentes, varijs & sibi contrarijs erroribus sunt inuoluti. Si enim dixerimus, nostrum esse bonæ voluntatis principium, quid fuit in persecutore Paulo? quid in Publicano Mattheo? quorum vnus cruoris ac supplicij innocentium: alius vero violentijs ac rapinis publicis incumbens, attrahitur ad salutem. Si vero gratia Dei semper inspirare bonæ voluntatis principia, dixerimus, quod de Zachari fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicimus, qui desiderio suo, vim quandam regnis cælestibus inferentes, specialia vocatiouis monita præuenierunt.

Cassiane

Doctores scholastici disputant materiam huius questionis. 2. sent. a. dist. 25. vs. quæ ad dist. 28. & Sanctus Thomas. 1. 2. quæst. 109. per decem articulos, & priori articulo, diffinit, quod ad cognoscendas virtutes naturales non indiget homo illustratione, aut concursu speciali Dei, præter generale. Sicut enim alia agentia naturalia habent suas formas naturales, quibus solo Dei concursu generali producant suos effectus: sic intellectus hominis habet naturalem virtutem ad suum obiectum naturale, quod est verum. Ad cognoscendas vero virtutes supernaturales, auxilium supernaturale requiritur, quale est lumen fidei, vel prophetiæ. Et in articulo. 2. inquit, quod tam in statu nature integræ, quam nature lapsæ, homo indiget auxilio diuino, scilicet ad volendum & operandum bonum. Iam in statu nature integræ per sola naturalia, posset omne bonum morale operari: quia natura hominis est rationalis. Igitur quædam est perfecta in sua natura, potest omne bonum rationis operari: quia hoc est suum bonum. Sicut bonum ignis est calefacere, ad operandum vero bonum supernaturale, & meritorium vitæ eterne, indiget auxilio speciali. Quod de se notum est, quia hoc excedit vires naturales. In statu vero nature lapsæ, inquit, non potest homo naturaliter omne bonum morale implere: ratio est

quia

quia natura est infirma, & sæpe insurgunt passionibus vehementes. Et sunt multa pericula, quæ omnia de se non potest vincere, nec totum bonum morale adimplere, sine auxilio Dei speciali. Aliqua tamen bona naturalia & moralia, vt diligere parentes, plantare vitæas, edificare domos, sine auxilio speciali potest. Quod ex eo patet, quia licet natura per peccatum fuerit infirmata, non tamen est omnino corrupta. Ex hac doctrina respondet ad quæsitum an homo possit velle, & facere bonum, absque gratia, & auxilio diuino? Afferit enim, quod homo in statu innocentie indigebat gratia solui ad bonum supernaturale. Sed in statu nature lapsæ indiget auxilio supernaturale, non solum ad bonum supernaturale, sed etiam ad hoc, vt sanctur, respectu boni naturalis. In vtroque vero statu indiget auxilio generali, ad hoc quod moueatur ad operandum opera meritoria vitæ eterne. Licet autem materia hæc nimis ampla sit, de qua plures Doctores recentiores scripserunt contra Lutherum, & eius discipulos: inter quos præcipuum locum tenet doctissimus magister Dominicus de Soto libro, cui titulus est, de natura & gratia. Nos tamen controuersijs ad secepcionibus omisis, vt paucis rem aperiamus, sequentes propositiones, easque amplectendas ex. 2. articulo, Diui Thomæ subiicimus.

1. propositio.

¶ Prima est: Quidquid poterat homo in puris naturalibus, potest in statu nature corruptæ. Quod si inferas, Homo qui incidit in latrones, non solum spoliatus est grauitis, sed etiam læsus in naturalibus. Respondemus, huiusmodi lesionem intelligendam esse habitum viciiosorum, & consuetudinis prauæ peccandi. Propter quæ homo, ad bene agendum, manet læsus. Tamen nullum principium nature est imperfectum, quam in puris naturalibus.

2. propositio.

¶ Secunda propositio. In statu nature integræ, ex naturalibus plus poterat homo, quam modo potest. Poterat enim perseuerare, & omne bonum morale operari: quod nunc non potest.

3. propositio.

¶ Tertia propositio. Licet homo nunc non possit perseuerare, nec omne bonum morale agere: potest tamen aliquid bonum, & aliquo modo bene moraliter operari. Quod si insurgas, Si homo sine auxilio speciali potest hoc bonum præstare, ergo potest omne bonum. Respondeo, bifariam dici aliquid possibile, vel potentia logica, quia non im-

plicat contradictionem, vel moraliter, & modo humano loquendo. Simile est de infirmo, qui potest iter agere per vniam leucam & tamen per tres non potest: & qui ignorat iter, Romam versus, potest per duas, aut tres leucas recte iter facere, & tamen peruenire Romam, nisi interroget de via, non potest. Sic ergo dicimus, posse hominem vnum, aut alterum opus bonum morale operari, & tamen omnia, & in omni euentu, & toto cursu vitæ, sine auxilio speciali non potest.

4. propositio.

¶ Quarta propositio. Omne bonum quod poterat Adam in statu nature integræ propter sanitatem nature, potest nunc homo per gratiam, & auxilium speciale Dei. Contrahæc assertio ex eo, quia tantum nunc potest facere Deus per auxilium gratiæ, sicut tunc per iustitiam, sicut constat, in beatissima virgine Maria, quam ita fecit peccati, ex parte vt nec venialibus commaculata fuerit.

5. & vltima propositio.

¶ Vltima propositio. Vt vitam æternam in vtroque statu homo possit mereri, indiget auxilio speciali, vel gratia gratum faciente. Hanc doctrinam confirmat sanctus Thom. in quæstionibus disputatis quæst. 24. articulo. 14. & 15. & ex Beati Augustini sententia in pluribus locis, libro Retractionum, & libro de gratia & libero arbitrio, & libro de hareseibus, contra Pelagianos, & in omnibus illius operibus. Et quod firmissime hæc corroborat est diffinitio Concilij Tridentini, sessione. 6. Canonis. 1. qui sic habet. Si quis dixerit hominem, suis operibus, quæ vel per humane nature vires, vel per legis doctrinam fiat, absque diuina per Iesum Christum gratia, posse iustificari coram Deo, anathema sit. Et canonis. 3. diffinitur, auxilium speciale, & gratiam præuenientem esse necessariam ad hoc quod homo iustificationem acquirat. Pro defensione autem beati Chrysostroni, inducimus sententiam eiusdem, qui in initio Homiliæ citatæ inquit. Nos quidquid boni habemus, ex præuenientis, vocatis, & semper incipientis gratiæ, benignitate habemus, nullumque est in nobis meritum, quod non sit donum Dei: cuius quidem, tanta est bonitas, vt velit nostra esse merita, quæ sunt ipsius dona: & homil. 12. in 4. capite. primæ ad Corinthios, inquit, quod habes accepisti, nec hoc tantum & illud, sed quidquid habes: non enim merita tua hæc sunt, sed Dei gratia: & infra, Quid igitur habes, quod non acceptum habes? nunc ipse peccate recte operatus es? non

Concessit Fridrici num.

fane,

Gen. 38.



Hrysoſtomus examinans illud. *ingrediens iuda ad Thamar dixit, demitte me ut coeam tecum.* Diuerſa & cōtraria dictis videtur ſentire. Nam Homilia. 62. in Genef. ſocerū & nurum ab omni crimine liberat, inquit, enim. Thamar furari voluit ſoceri concubitiū, & ex illo filias procreare, non libidine explere concupiſciens, (abſit hoc) ſed diſpenſatio erat quod ſebat: & propterea nec illā inde reprehentionem meretur, nec Iudas criminibus ſuit obnoxius, hac enim via ex pueris Iudæ natis Chriſtus ſecundum carnē deſcendit: & duo pueri inde nati, ſigura fuerunt duorum populorum, & prædictio quædam vitæ Iudæicæ, & ſpiritualis. Alijs locis aperit hos damnat, Thamar vt inceſſam, Iudam vt fornicatium. Nam Homil. 1. in Mattheum, ita inquit. Cur Mattheus in generatione Chriſti eas tantummodo feminas, quæ de aliquo vitio celebratae ſunt, eduxit in medium, id eſt, ſi qua adultera, vel meretrix, vel ex nuptijs nō legitime copulata. Si qua alienigena vel barbarā fuiſſet quidē non modo vitæ vxorem: ſed etiam Thamar, & Ruſi Euangelica commemorat: quarum alia erat alienigena, vt Ruth, alia ſcortū, vt Thamar, quæ furata concubitiū, intra habitum meretricis eſt abſcondita: cuius facti Homilia. 3. in Mattheum tres cauſas aſignat.

¶ Primam, vt oſtenderet quod Chriſtus dominus progenitores peccatores dignatus eſt habere, nihil ob mala noſtra erubescens.

¶ Secundam vt demonſtraret, nobis non eſſe erubescendum de parentibus ſeditate adulteri, ſordidatis, ſi propria decoremur virtute.

¶ Tertiam vt faſtum reprimeret Iudæorū, qui de parentum virtutibus inſolenter gloriabantur. Docens, patriarcham ipſorum Iudam à quo Iudæi nomen accipiunt, non exitum delictum in fornicatione. Thamar admiſiſſe. Priorem ſententiam amplectitur Ambroſius libro. 3. Commen. in Lucam. Poſterioſorem Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis, & D. Auguſtinus lib. 22. cōtra Fauſtum: vbi inquit. Non omnia hominum facta eſſe à nobis comprobanda: ex quibus bona quædam iuxta diuinę prouidentię diſpenſationem, aut ſequuntur, aut ſignificatur, nam Diuina prouidentia de libidine Iudæ, quia Thamar concupiſcentia victus, intrauit nō ſolum aliquid boni efficere, ſed aliqua bo-

na prophetice ſignificatē voluit. Ad ſignificandā enim aliquādo bona, nihil intereſt facta illa, quibus illa ſignificantur, ſeu bona, ſeu mala ſint.

Concordant cum Hieronymo, & Auguſtino plures alij Doctores, qui aſſerunt. Iudam multipliciter peccaſſe, & in alijs modo datio, prodicione & odio. Alij liberant Thamar ab omni crimine, ex eo quod non explendæ libidinis gratia id egerit: ſed quodam inſtinctu, nempe vt ex Iudæ expectatum Meſſiam conciperet.

Doctores ſcholastici de Thamar peculiari diſtinctione haud diſputant. Diſtinctio tamen huius quæſtionis pendet ex hoc: An in præcepta de calogi Dei diſpenſatio cadere poſſit? Quæ de re Doctores ſcholastici. 3. ſentent. diſtinctione. 37. & Duran. 1. ſentent. diſtinctione. 47. quæſtione. 4. & Sanctus Thom. prima, ſecundæ, quæſtione. 100. articulo. 8. quo in loco tenet, omnia præcepta decalogi non admittere diſpenſationem. In ſolutione etiam ad primum inquit. Præcepta iuris naturæ circa bonum particulare diſpenſationi ſubiacere, vt reddere depoſitum: quod aliquando expedit non reddere, vt ſurioſo: ſed circa bonum commune ſunt diſpenſationis expertia. Vt non ſeruire Deo, vel falſum teſtimonium dicere. Et in ſolutione ad ſecundum explicat amplius ſuam mentem: vbi ait, Deus per ſuam omnipotentiam non poteſt diſpenſare in aliquo præcepto decalogi: ſicut non poteſt facere hominem eſſe equum vel aſinum, quia ſi diſpenſaret Deus negaret ſeipſum. Et ratio huius aſſertionis eſt: Quia omnia præcepta decalogi ſuapte natura, & intrinſec habent neceſſarium ordinem ad regulam diuinam, & ad id eam practicam: ſicut hominem eſſe animal. Et ideo, ſi diſpenſaret in homicidio vel adulterio faceret contra ſuam regulam: & ex conſequenti negaret ſe, & quia hæc ſententia Sancti Thomæ eſt verior cæteriſ aliorum Doctorem ſcholasticorum: & conſonat ſententiæ Hieronymi, & Auguſtini, qui non excuſant à culpa Iudam, & Thamar. Ideo probabilius cenſeo peccaſſe: & bonitas Dei vti ſolet elicit bonum, quod inde eſt ſequutum. Inducor in hæc ſententiam, quia ſi Doctores ſcholastici intelligiſſent non peccaſſe, ſicut excuſant Oſeam ex eo quod eius quæ anea fuit meretrix de nouo conſenſit in matrimonium, & habuit præceptum à Domino, vt illam duceret

An in præcepta decalogi cadat diſpenſatio.

Psalm. 50.



Hryſoſtomus Homilia. 2. explicans verſiculum illum. Psalmus. 50. tomo. 1. folio. 150. F. *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Inquit, Peccata tuā dicitō vt deleas illa, ſi confunderis alicui dicere quia peccaſti, dicitō ea quotidie in anima tua, non dico vt confitearis cum ſeruo tuo, ſed dicitō Deo, qui curat eam. Conſimilem ſententiam & eisdem pœne verbis inculcat quam plurimis in locis Homilia. 4. de Lazaro in Lucam capit. 16. cur, inquit, Erubescis confiteri peccata tuā? caue homini ne dixeris, ne opprobret tibi, & in publicum proferat, ſed ei qui dominus eſt, ei qui medicus eſt, oſtende vulnera tuā. Et Homilia de Publicano in Lucam. 18. Admonco te, vt aſſidue confiteare, neque te cogo peccata tuā hominibus enudare: conſcientiam tuam Deo expone: Et Homilia. 31. in capit. 12. epistolæ ad Habreos. Non tibi dico, vt te, prodas in publicum, neque te apud alios accuſes, ſed obedire te volo prophætæ dicenti, Reuela Domino viam tuam. Homilia de poenitentia & confeſſione, ait. Tu confunderis & erubescis peccata tuā eſſari: & infra, Nunc autem neque neceſſarium eſt, præſentibus teſtibus confiteri, cogitatione fiat delictorum exquiſitio, abſque teſte ſit hoc iudicium: ſolum te Deo conſitentem videat. Et Homilia. 8. inter eas quæ de poenitentia habentur, Non reueles, inquit, vlcus, ne in commune theatrum accuſationem producas, non delictorum teſtes ſtatuas: intrus in conſcientia nemiſe aſtante, præter eum qui cuncta videri Deum: qui & ſcrutatur & de peccatis iudicat. Et Homilia. 5. de incomprehenſibili Dei natura, ait, Quas

Psalm. 36.

ceret in vxorem, nec deſuit in illo inſtinctio inſpiratio Dei: Et tamen de Iudæ, & Thamar nihil tale aſſerunt.

¶ DVO DECIMVM QVAE fitum.

¶ An ſufficiat ſoli Deo confiteri.

ob res vos hortor, & rogo, & oro, fratres chariſſimi, crebrius Deo immortalī confiteamini: & infra; Non te hominibus peccata tuā detegere cogo, repetere coram Deo conſcientiam tuam, & pete ab eo medicamentum, vt abſterſis tuis maculis habeatis illinc mundus, & à delictis libereris.

¶ Ioannes Caſſianus conſentit ſuo præceptorī Chryſoſtomo libro. 2. collationum capit. 8. qui ait, Quis eſt qui non poſſit Deo ſuppliciter dicere, peccatum meum cognitum tibi feci. Vt per hæc confeſſionem ſubiungere mereatur: & tu remiſiſſi in pietatem peccati mei. Quod ſi verecundia retrahente reuelare peccata tuā coram hominibus erubescis: illi quem latere non poſſunt, confiteri ea, iugi ſupplicatione nō deſinas. Ac dicere, iniquitatem meam ego cognoſco; & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli, peccati, & malum coram te feci. Qui & abſque vllius verecundia: publicatione curare & ſine improprio donare conſuevit.

Ad hæc quæſtionem, cuius materia laſtiſſima eſt, & eam diſputant Doctores ſcholastici cum magiſtro ſenten. 4. ſenten. diſtinctione. 18. opinionibus, & contentioſis Doctorem ſcholasticorum omiſſis, reſpondeo his propoſitionibus.

¶ Prima propoſitio. Hæreticum eſt dicere quacunque determinatione eccleſiæ ſecluſa quod in eccleſia nulla eſt poteſtas remittendi peccata. Quia in Euangelio aperite legimus, Tibi dabo claues regni celorum: cuius miniſterium præcipue exercetur in confeſſione in qua, virtute abſolutionis aperitur regnum celorum. Et quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, & quæ ligaueritis erunt ligata.

¶ Secunda propoſitio. Hæreticum eſt aſſerere non eſſe vtile confiteri peccata. Hæc aſſertio conſtat ex vtilitatibus confeſſionis, quas omnes Doctores tam ſcholastici, quam ſacri colligunt, & ex praxi quam quilibet qui confitetur vt debet, & tenetur, in ſeipſo experitur.

¶ Tertia propoſitio. Hæreticum eſt dicere, non eſſe præceptum de confeſſione peccatorum. Conſtat hæc aſſertio ex cap. omniū vtriuſque ſexus, de poenitentijs, & remiſſionibus: quia id aſſerere, eſt negare autoritatem eccleſiæ obligandi ad mortale. Sicut aſſerere non teneri nos ieiunare in quadageſima, nec in diebus feſtiuis audire ſacrum,

Caſſianus

Psalm. 37.

1. propoſitio.

Math. 16. Math. 18.

2. propoſitio.

3. propoſitio.



SEQUITUR SECVNDVS TOMVS.

neque solvere decimas, & primitias. Quod est haereticum.

¶ Vltima propositio est, Absolute dicere in Ecclesia non esse praeceptum Diuinum de confessione, est haereticum. Probatur haec assertio, ex Concilio Constantiensi contra Ioannem Hus: qui affirmavit sufficere peccatoribus ad salutem, de peccatis suis cōteri, & confiteri, seclusa omni Confessione vocali. Et licet cōcilium non declaret, vocalem confessionem necessariam esse de iure diuino, sed esse necessariam: attamen, quia Ioannes Hus inueniebat nullum esse ius diuinum, quod peccatores ad confessionem vocalem altrigat, sed ad solam mentalem, quae Deo fit, ideo determinatio concilij est ad ius diuinum extendenda. In concilio quodam provinciali Complutensi fuit damnatus magister quidam Oxoniensis, qui proterue defendebat quod noueli Lutherani cōtendunt, auricularem confessionem non esse de iure diuino, Et dānatio Compluri facta sub Archiepiscopo Toletano Alfonso Carrillo, & postmodum fuit approbata per summum Pontificem Sixtum Quartum & nūc in Concilio Tridentino sess. 14. Canone. 6. sic diffinitur. Siquis negauerit confessionem sacramentalem vel institutam vel ad salutem necessariam esse, iure diuino, aut dixerit modum secretae confessionis soli sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inuentum esse humanum, anathema sit. Et Canone. 7. diffinit, confiteri omnia & singula peccata mortalia, & circumstantias quae peccati speciem mutant esse de iure diuino. Et Canone. 3. quod verba Ioannis. 20. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata remittentur eis, quorum retinueritis retenta sunt, diffinit esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi, peccata in Sacramento poenitentiae. Et, cap. ad abolen-

dam de haereticis diffinitur, quod qui aliter sentierit de Sacramento Ecclesiae quam Romana Ecclesia habet, haereticus habeatur.

Ad Chrysostomum respondetur.  
 ¶ Primo, quod dicitur in allegatis diffinitis, pluribus alijs locis reuocari, & firmissime affirmari sententiam catholicam, quam diffiniuimus: vt videre licet ad longum in decreto de poenitentia dist. 1.  
 ¶ Secundo, respondemus Chrysostomum ea quae attulimus affirmasse non decreta, & auriculari confessione, sed de theatri, & publica, quae pars est publicae poenitentiae, & olim nimis frequens. Ad hanc noluit Chrysostomus altrigere eos, qui occulte deliquerunt: quia occulta coram hominibus iudicauit non publicanda. Tum etiam quia suis temporibus fuerat à Nectario praedecessore suo abrogata, ob matronam à diacono sub praetextu confessionis in templo oppressam, licet indicat Sozomenus libro. 9. historiae Tripartitae. capit. 35. qui sic scribit. Post multa haec ergo, antiquitas Romani Pontificis usque ad nostrum obseruatur tempus. Porro Constantinopoli praesbyter super poenitentes fuit usque ad illud tempus, quae quaedam mulier nobilissima, tum peccata sua fuisset confessā, & et à praesbytero fuisset praecipuum, vt ieiunaret, & de operibus supplicaret; cum hoc obliuaret crebrius, in Ecclesia cum diacono se concubauisset confessā est: haec cum populus cognouisset, sequebat in sacerdotes quasi per eos facta fuisset iniuria Ecclesiae suae: tunc Nectarius episcopus remouit diaconum sceleratum, & quibusdam suadentibus, vt singulos ad communicandum iudicio conscientiae suae relinqueret, etiam praesbyterum nequam super poenitentes esse praecipit. Et ex tunc probabile est, quod illa consuetudo fuit sublata, & ita Chrysostomi dicta sunt interpretanda.

Sozomonus.

SEQUI

- 1 **A** columba, quae apparuit Christo, fuit vera columba.
- 2 **A**n in oratione Dominica postulemus panem corporeum.
- 3 **A**n in Eucharistia contineatur corpus Christi.
- 4 **A**n orationes vocales sint ociosae.
- 5 **A**n privatio Diuinae gloriae sit gehenna grauior.
- 6 **A**n suffragia profint beatis.
- 7 **A**n fides ante Christi aduentum fuerit necessaria.
- 8 **A**n haeretici sint de vita tollendi.
- 9 **D**e ratione haeresis quid sit.
- 10 **A**n Angeli ob amorem mulierum ceciderint.
- 11 **A**n restitutio rapinae debeat in duplum fieri.
- 12 **A**n liceat adulteram repudiare.
- 13 **A**n vocatio fit ex meritis.
- 14 **A**n ieiunium sine elemosyna aliquid valeat.
- 15 **E**ucharistiam quibus verbis Christus consecrauit.
- 16 **A**n Christus in cana se immolauit.
- 17 **A**n solo vino sit vtiendum in Eucharistia.
- 18 **A**n Christianis bellum gerere liceat.
- 19 **A**n clerici possessiones habere possint.
- 20 **A**n Christus prius lancea percussus, quam mortuus.
- 21 **A**n Maria Jacobi fuit mater Christi.
- 22 **A**n nullus absque lectione scripturae sacrae saluari possit.
- 23 **A**n qui praecesserunt Christum redemptionem sperauerint.

Primum quaesitum.

¶ An columba, quae apparuit Christo, fuit vera columba.

Matth. 3.



CHRYSOSTOMVS  
 Homilia. 12. in Mattheum,  
 confutans Artianos torquē  
 tes hunc locum. *Vidit spiritum  
 sanctum descendentem sicut colum-  
 bam.* Sicut ad inequalitatem  
 Filij & Spiritus Sancti, videtur asserere co-  
 lumbam in qua visus est Spiritus sanctus,

non habuisse naturam columbae, sed tantum figuram & speciem: his verbis, audio aliquos dicentes, quantum inter hominem, & columbam discrimen est, tanti Christi & sancti Spiritus esse distantiam, quia ille in nostra vita quae natura, hic vero in specie sit visus columbae. Quid igitur ad talia responderi potest? nisi quod filius Dei naturam hominis suscepit,

B 3 perit,

4. Scriptura propositio

Concilij Constantiense.

Concilij Tridentini.

Ioannis. 20.

perit. Spiritus vero sanctus non assumpserit natura columbae, Ideo Euangelista non in natura sed in specie columbae dixit, tunc enim solum in hac vilis est figura. Ambrosius libro. 1. de Sacramentis cap. 5. consentit Chrysolomo. Ait enim, & ecce quasi columba, Spiritus sanctus, non columba: descendit, sed quasi columba: namento quid dixerim, Christus carnem suscepit, non sicut carnem sed carnis illius veritatem. Spiritus autem sanctus non in veritate columbae, sed in specie columbae descendit de caelo. Idem sentit Caletanus, in explanatione huius capituli.

Contrariam sententiam, quae vera est, & tenenda, sequitur & tenet communis Scholasticorum doctrina. I. sentent. distinctione. 16. & S. Thom. 3. parte summae, articulo. 7. questione. 39. Qui ad questionem, utrum illa columba, in qua apparuit Spiritus sanctus, fuerit verum animal, respondet conclusione affirmativa, & probat, Quia non decebat, ut illius Dei, qui est veritas patris, aliqua fictio veretur: & ideo non phantasma, sed verum corpus accepit. Et quia Spiritus sanctus dicitur Spiritus veritatis, ideo etiam ipse veram columbam formavit, in qua appareret, licet non assumeret in veritatem personae. Et haec est sententia beati Augustini libro de Agone Christiano. c. 22. ubi inquit. Neque hoc ita dicimus, ut dominum Iesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse, Spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum: sed ambo illa corpora vera esse credimus. Et post praedicta verba subdit. Sicut non oportebat, ut homines falleret filius Dei, sic etiam non oportebat, ut falleret Spiritus sanctus. Sed omnipotenti Deo qui uniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbae, sine alio iure columbarum ministerio, figurare, sicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariae sine virili semine fabricare: Cum creatura corporea, & in visceribus feminae ad formandum hominem, & in ipso mundo, ad formandum columbam, imperio Domini velut ratiq; seruiret.

Advertenda tamen sunt tria, circa hanc materiam, & praecipue circa apparitionem Spiritus sancti, qui aliquando apparuit per signa visibilia, & aliquando inuisibiliter. Primum est, quod missio visibilis, non debuit fieri, ante incarnationem Christi: quia signum plenitudinis gratiae non debuit dari ante aduentum Christi. Ut patet ex Apostolo, cum ergo missio visibilis Spiritus sancti, sit signum plenitudinis gratiae in Christo, ad quem fit, & in quo permansit: constat, quod non debuit fieri ante Christi aduentum. Et consentit huic assertioni D. Augustinus. 4. de Trinitate, ubi ait, quod licet, filius, & Spiritus sanctus, in veteri testamento apparuerint, tamen nunquam leguntur visibiliter missi.

Secundum est, Quod missio visibilis modo non debet fieri. Cuius ratio est, quia illius cuius probatio semel facta est, non oportet iterari, sed ex suppositione eius procedere. Missio autem visibilis Spiritus sancti erat in confirmatione fidei, & vt crede retur illis, quibus incumbebat fidem docere ad fundamētum Ecclesiae. Sed cum id iam sit satis superque factum, non oportet hanc probationem iterum exhibere, sed ex eius exhibitione procedere: maxime quia loquimur fidelibus, qui argumentis, & signis non indigent, vt credant, propter quod non oportet, missionem visibilem modo fieri.

Tertium est, Quod non debet fieri missio visibilis ad aliquam mulierem. Quod ex eo constat, quia missio visibilis fit ad significandum redundantiam gratiae in alios per ministerium suum, siue per suam praedicationem: mulieri autem, docere aut praedicare, non licet, iuxta illud Pauli, mulierem in Ecclesia docere non permittit. Et ideo missio visibilis ad mulierem non debuit fieri. De beatissima Virgine pie credimus, quod die Pentecostes fuit simul cum Apostolis, & ad ipsam, & alios, ex speciali privilegio facta fuit aliquando missio visibilis. Cum ego aliquando verbum diuinum quibusdam monialibus proponerem: quae visiones Angelorum se vidisse affirmabant, & doctrinam hanc illis suaderem, doceremque visiones, quae viderant, esse quales fræneticis & stultis apparent: & ideo tales esse stultas, vel parum distare ab stultis: affuit quaedam femina concioni, quae secularis erat: & ferè tanquam sancta, à maxima parte ciuitatis venerabatur: et instanter me compulit, vt eius confessionem auriculari audirem. Postquam ministerium meum adimpleui: palam confessa est, per plures annos se à Demone suis se deceptam: quia tempore quo Spiritus sanctus recedebat, vt ipsa somniabat, semper spiritus eius tristis, & in amaritudine, & absque vlla consolatione remanebat. Qui est effectus spiritus maligni quando transiit

Galatas. 4

Missio visibilis Spiritus sancti modo non debet fieri;

1. Thimo. 2.

Ambrosius

Caletanus

Ioanis. 15

Augustinus

Spiritus sanctus quibus modis appareat.

transfiguratur se in Angelum lucis.

Ad Chrysolomum, Ambrosium, & Caletanum non oportet illorum causam defendere, cum plures Doctores scholastici in eam sententiam, quam hi tenuerunt, consentiant.

SECUNDVM QVAESITUM.

An in oratione Dominica potestulenus panem corporeum, an super substantialem.

Matthaeus.



Chrysolomus. Homilia. 20. in Matthaeum, ait, petitionem hanc. Panem non panem super substantialem da nobis hodie. Esse intelligendam corporaliter his verbis. Quid est panis super substantialis, nisi quotidianus? Quoniam dixerat, Fiat voluntas tua, Sicut in caelo, Et in terra. Id autem loquebatur hominibus carnis fragilitate circumdati. Condescendit fragilitati nostrae, ac si diceret conuersatione diligentiam à vobis ex flagito, non impassibilitatem requiro. Et ideo pro pane duntaxat quotidiano iussit orationem fundere: ne pro crastino die sumus solliciti. Augustinus, in epistola ad Probam, consentit Chrysolomo, & diffinit, omne id posse à Deo peti, quod licet desiderari. Temporalia verò, quatenus ad virtutem conducant, desiderari licet, ergo etiam postulare.

Augustinus

Hieronymus verò. Petitionem hanc esse intelligendam de pane super substantiali, quia quando petimus pecularem, vel praecipuum, Deus nobis tribuat panem: illum petimus, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de caelo descendit. Et hoc clarius explicat in commentario secundi capituli epistolae ad Titum. Vbi ait, illud quod in euangelio, se eundem latinis interpretis, scriptum est, Panem quotidianum da nobis hodie, melius in Graeco habetur: Panem nostrum praecipuum egegius & pecularem, qui de caelo descendit, da nobis hodie. Abiit quippe, vt nos qui in crastinum cogitare prohibemur de

pane isto, qui post paululum concoquendus & abijciendus est in seculum, in praese Dominica rogare iubeatur: consentit Hieronymo Ioanues Casianus, vbi decernit, eos grauitur offendere Deum qui tam in hac quam in ceteris postulationibus orationis Dominicae aliquid corporeum, ac temporale à Deo flagitant.

Doctores scholastici disputant de oratione. 4. sentent. distinctione. 15. & sanct. Thom. secunda, secunde, questione. 83. art. 9. & tenet, Praedictam petitionem posse intelligi tam de pane corporeo, quam de pane super substantiali, quia temporalia possunt peti, & desiderari, non praecipue, & propter se, sed vt necessaria ad sustentationem vitae. Et de super substantiali, quia praecipuus panis, quo indigemus, est cibus Eucharistiae, quae est praecipuum sacramentum. Probabile est, Hieronymum, & Casianum voluisse admonere, ne temporalia & caduca propter se ipsa peteremus: sed vt per ipsa corpus seruemus, & in obsequium spiritus redigentes, ad felicitatem aeternam aspiremus. Valde etiam probabile est, quod in sensu literalis petio ista solum intelligatur de pane materiali: Vt Chrysolomus & Augustinus affirmant. Primo quia cum Eucharistia nondum esset instituta, Apostoli non possent intelligere quid peteret hac petitione. Tum etiam quia vt in plurimum non petimus à Deo id quod intelligimus, quod non potest nobis deesse: certi autem sumus quod sacrificium Eucharistiae non potest deesse in Ecclesia, nec sacerdos qui offerat vsq; in fine saeculi: petimus ergo cum Salomone, quod tribuat nobis victui nostro necessaria.

TERTIUM QVAESITUM.

An in Eucharistia contineatur corpus Christi.



Chrysolomus in Homilia quadam excutiens illa verba Psalmistae. Passi in conspectu meo misericordiam. Asserit, haec verba. Est altaris Domini consecratio, & quia istam mentem praeparauit Diuina sapientia seruis & ancillis suis in conspectu eorum, vt quoui die in similitudinem corporis & sanguinis Christi, panem & vinum, secundum ordinem





nem Melchisedech, nobis in Sacramento ostenderet, ideo dicit, Parati in conspectu meo mensam. A Ecolampadius, & ceteri heretici nouelli Sacramentarii detorqueunt hunc locum Chrysostomi, sicut & alios D. Augustini, & Ambrosii, ut suadeant Eucharistiam nihil aliud esse, quam panis & vini substantiam, quae figuram, & similitudinem, & appellationem gerit corporis Christi. Quod (inquiunt) corporaliter, & vere in Sacramento non est, sed spiritualiter tantum, & mystice. Quae pro se inducunt ex Augustino, sunt haecque subiicimus.

Augustinus tractatu. 26. in Ioannem, ait, manducauit, & Phinees manducauerunt, & ibi ualuit, qui Deo placuerunt, & mortui non sunt, quare & qui uisibilem cibum spiritualem intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, ut spiritualiter faceretur. Et de doctrina Christiana capit. 16. asserit haec uerba. Si praecipua locutio aut flagitium, aut facinus uetat, aut uilitatem, aut beneficentiam iubet, non est figurata: si autem flagitium, aut facinus uidetur iubere, aut uilitatem aut beneficentiam uetare, figurata est: nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et epistola. 28. ad Bonifacium episcopum, uidetur illi, Sacramentum altaris dici corpus Christi, iuxta uulgatam formam loquentem, quam diem commemorationis passionis Domini nuncupamus passionem Christi: Et dicimus de die Domini: hodie Dominus resurrexit, cum tot anni traserint. Nonne, ait, simul immolatus est Christus in seipso, & tamen in Sacramento, non solum per omnes Pasche solennitates, sed omni die populis immolatur. Et sermone de Sacramento ad infantes, asserit haec uerba. Hoc quod uidetis in altari Dei, etiam transacta nocte uidistis: sed quid esset, qui sibi uellet, quam magne rei sacramentum contineret, nondum uenistis, quod ergo uidetis panis est, & calix quod uobis etiam oculi uestri renuntiant: quod autem fides uestra postulat instruenda: Panis est corpus Christi, calix est sanguis Christi, & in psalmo. 3. ait, Christus Iudam adiuuit ad conuiuium, in quo corporis, & sanguinis sui figuram discipulis suis commendauit. Et in psalmo. 98. spiritus est qui uiuificat, caro non predestat quidquam. Verba quae locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Spiritualiter, inquit, intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus quod uidetis, manducaturis estis

& biberitis illum sanguinem, quem fuffuri sunt, qui me crucifigerunt. Sacramentum uobis aliquod commendauit: spiritualiter intellectum uiuificauit uos, & sic necesse est illud uisibiliter celebrari: oportet tamen illud inuisibiliter intelligi, & idem tractatu. 25. in Ioannem, & epistola. 57. ad Dardanum idem uidetur asserere.

Ambrosius. Colligunt etiam ex duobus alijs locis B. Ambrosij id quod intendunt. Primus, ex libro ad eos qui mysterijs initiatur, in cuius. 8. & .10. capitibus, in quibus uerba ista interpolata leguntur. Ista est ea quam accipis, iste panis uinus qui descendit de caelo, uita: eterna substantiam sub ministrat. Et quicumque hunc panem manducauerit, non morietur in eternum, & est corpus Christi. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore: cum præternaturam sit ipse dominus Iesus partus ex Virgine. Verè ergo hoc, carnis illius Sacramentum est, ante benedictionem uerborum caelestium alia species nominatur, post consecrationem corporis Christi significatur, & infra. Non ergo corporalis esca, sed spiritalis est, unde Apostolus de typo eius ait, Quia patres nostri escam spirituales manducauerunt, & potum spirituales biberunt. Corpus enim Dei corpus est spirituale, corpus Christi corpus est diuini spiritus. Secundus locus, quem adducunt, est sub nomine Ambrosij ex libro de Sacramentis, in hæc uerba. Post consecrationem altaris sunt panis & uinum Sacramentum religionis, non ut desinat esse quæ erant, sed ut sint quæ erant, & in aliud commutentur. Hæc sunt dicta Augustini, & Ambrosij, & Chrysostomi, quos olim Berengarius, & nouissime Sacramentarii perperam inducunt contra ueritatem fidei.

Disputant Doctores scholastici hanc questionem. 4. sentent. Magister distinctione. 8. ceteri distinctione. 9. & .10. Sancti Thom. in suma. 3. parte, questione. 79. articulo. 1. Et respondet esse de fide, in Sacramento Eucharistiae contineri uerum corpus Christi. Quam suadere conor modis quibus in Concilio Tridentino, articulo ad quos respondere tenebamur, ostendere nitebamur.

¶ Primo, ex uerbo Dei expresso.

¶ Secundo, ex diffinitione Ecclesiae conciliorum.

¶ Tertio, ex doctrina Doctorum Sanctorum.

¶ Quarto,

Ioannis. 6.

Lucæ. 22.

Matthæ. 6.

1. Corint. 10.

1. Corint. 10.

Matthæ. 28.

¶ Quarto & ultimo loco rationibus theologis, & solutionibus rationum in contrarium.

Primo medio probatur ex uerbo Dei expresso, Ioannis. 6. Ego sum panis uinus, qui de caelo descendit. Et quia heretici dicunt non esse uerum, & realem cibum, sed solum spiritualem, ideo subdit, caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus, Et lucæ. 22. Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei, uerba autè Domini sunt practica, & operatiua, & efficiunt quod substantia panis transiens in corpus Christi, & substantia uini in substantiam sanguinis eius. Et Matthæ. 6. In oratione Dominica petimus, panem nostrum super substantialè da nobis hodie, quod Hieronymus, & Cassianus, & plures Doctores scholastici interpretantur de Sacramento Eucharistiae. Et Paulus exhortans ut non accedant ad mensam Idolorum, ait, Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Et rursum, Qui indigne manducat, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Et assignat rationem, quia non diiudicat, id est non discernit corpus Domini à cæteris cibis. Et Matthæ. 28. ego uobiscum sum, usque ad consummationem seculi: quod intelligi non potest de presentia qua assistit beatis, & est illis praesens: quia ut sic est in caelo, ergo loquitur de presentia qua in Sacramento Eucharistiae est nobiscum & sacramentaliter, & praesentia reali est nobis praesens.

Secundo medio probatur ex diffinitione Ecclesiae, & sacrorum conciliorum. cap. cum Matthæ, de celebratione missarum. Et capitulum firmiter de Summa Trinitate & fide catholica. Et de consecratione distinctione. 2. habetur, quod prima haeresis, quæ fuit inter discipulos Christi, fuit circa hoc Sacramentum. Quia cum Dominus dixit, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: dixerunt, durus est hic sermo: quis potest eum capere? quibus Dominus: nunquid & uos uultis abire? insinuans, quod necum intellexerunt: sed quod aliqui ex illis non crediderunt saltem modum, quo sub speciebus sacramentalibus erat nobis communicandus. Ex hoc tempore usque ad Berengarium, uix legitur qui circa hoc Sacramentum Eucharistiae errauerit: qui fuit damnatus sub Leone nono, & sub Victore. 2. successore eius &

in Concilio Bercelesensi, & in Concilio Turonensi. Postea uicileph suscitauit hæresim, quæ fuit damnata in Concilio Constantiensis: scilicet. 8. simul cum alijs quadraginta tribus erroribus. Bohemi semper perseuerarunt, & nunc nostris temporibus hæc hæresim ueluti ab Orco reuocarunt. Martinus Lutherus, & eius sequaces Sacramentarii, contra quos doctissime scripserunt ualidè denis contra A. Ecolampadium: & Rosenfis, & Clithobæus, & alij doctissimi moderni. Et aduertendum, in concionibus non oportere has hæreses adducere: ne detur simplicibus occasio errandi: nec oportet faculares intelligere circa conclusionem quæ est de fide, & articulos fidei tulle aut quando hæresim, in scholis tamen bene licet, ut his medijs hereticos reuincamus. Et ultimo hæc præcedens hæresis circa conclusionem quæ est de fide, & articulos fidei tulle aut quando hæresim, in scholis tamen bene licet, ut his medijs hereticos reuincamus. Et ultimo hæc præcedens hæresis est damnata scilicet. 14. Concilij Tridentini, Canone. 1. qui sic habet. Si quis negauerit in sanctissimo Eucharistiae Sacramento contineri uerè, & realiter, & substantialiter, corpus & sanguinem uerae cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi: ac proinde totum Christum: sed dixerit tantummodo esse in eo ut in signo, uel figura, aut uirtute, anathema sit.

Tertio medio probatur auctoritate Doctorum sacrorum, & inducimur Doctores, quos heretici contendunt pro se facere, contra eos. Chrysostomus in cap. 9. ad Hebræos & in pluribus alijs locis, expresse affirmat conclusionem catholicam. Ait enim, licet uideatur oculis aduersari: oportet nos credere, & sic manducare, & infra, Ecce eum uides, & ipsum tangis, non oculis corporeis, sed oculis mentis: sic ergo ipsum manduca. Et Augustinus in Palmo. 98. Dei uirginis suscepit filius de terra terram: quia caro de terra est, & de carne Mariz carnem, & ipsam dedit nobis manducandam ad salutem. Et libro. 3. de Trinitate cap. 4. corpus, & sanguinem Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum rectè sumimus ad salutem spirituales, in memoriam, pro nobis, Domini passionis. Et tractatu. 84. in Ioannem, Legitur in prouerbijs Salomonis, Cum sederis ad mensam potentis attende diligenter, &c. Et post, Quæ est ista mensa potentis, nisi uide sumitur corpus, & sanguis Christi, qui anima sua possit pro nobis? Quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere? Quid est considerare & intelligere quæ apponuntur tibi, nisi dignè tantam gra-

Concilio Tridentina

Chrysostomus.

Augustinus

tiam cogitare? Et in psalmo. 33. & in epistola tertia ad Iulianum, eandem assertionem affirmat.

Ambrosius libro quarto de Sacramentis, ait, Tu forte dicis, meus est panis iste visitatus, sed panis iste panis est ante verba Sacramentorum, ubi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Et subdit reliqua omnia quae dicuntur, laus Deo deferunt ubi venit, ut conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus sacerdos, sed vultu sermonibus Christi: ergo hoc Sacramentum conficit sermo Christi. Et libro eodem, cap. 5. Qui pridie, inquit, quam pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequam consecraretur panis est, ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audite dicentem, Accipite & edite ex eo: Hoc est enim corpus meum. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus, & sanguinem. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? Et libro. 5. de Sacramentis, cap. 4. ait. Cum de Sacramentis tractatur, ante verba Christi panis dicitur, ubi verba Christi de prompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Et lib. 6. de Sacramentis. c. 1. idem affirmat.

Quarto medio id fadetur. Et quæro ab hæreticis, An potuit Christus ponere corpus suum sub speciebus sacramentalibus? Si negauerint est deterior hæresis: & ideo non negant. Et si potuit facere, quæro quibus verbis apertius potuit ostendere se fecisse, quam his: Hoc est corpus meum, & caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

Secunda ratio, quia Christus dominus dixit Petro, Ego rogabo propter te, non deficiat fides tua. Et Matthæi ultimo, Ego vobiscum sum, usque ad consummationem seculi: & ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum. Et Paulus, Ad uocatum habemus apud Patrem, cum his, quomodo stat, quod Christus dominus permiserit, Ecclesiam suam ita turpiter errare ante Berengarium per mille annos: & quod adoremus panem pro Deo. Et hæc ratio conuincit eum diligat sponsam suam Ecclesiam. Nam si querat a Sarraceno, an diligat quæ permisit per mille annos errare, dicit utique, quod non diligit.

Tertia ratio est. Quia panis iste qui de celo descendit, amplius habet quæ manna: si enim amplius non haberet, non illum tanta reueren-

tia coleremus, nec tantam dispositionem exigeret à nobis Paulus. Si tantum in figura, & ut in signo esset ibi corpus Christi. Cõcluditur ergo, quod corpus Christi est in Sacramento vere & realiter. Prudens omitto alias rationes, & alios Doctores sacros, ne fini onerile stori.

Dubium tamẽ est inter Doctores scholasticos, an Ecclesia de hoc mysterio fecerit novum articulum. Diversi diversas & contrarias sententias tenent. Sed respondeo affirmatiue. Quia in se habet & continet speciale difficultatẽ, & quilibet fidelis tenetur explicitè credere. Et hæc est ratio specialis articuli. Est ergo necdum cõclusio de fide, sed articulus fidei.

Pro liberandis Doctoribus sacris à calumnia, & solutione eorũ, quæ adducit hæreticis: est notanda doctrina Magistri sententiarũ. 4. sent. di. 8. & Doctorũ scholasticorum, quæ tribus assertionibus abfoluitur.

Prima, quod in Eucharistia oportet considerare tria, vñ, quod est Sacramentũ, & non res: vt species panis & vini, & forma quæ visibilis est, quæ significant corpus & sanguinem Christi, & verum cibum & potũ animæ ibi latentẽ, & vnitatem corporis Christi. Nã panis ex multis granis, & vinum ex multis acinis colligitur. Alterũ, quod est sacramentum, & res, vt caro propria Christi & sanguis. Tertium est, quod est res, & non Sacramentũ, neque signum, vt est vñus Ecclesie in prædestinatis, vocatis, & iustificatis.

Secunda assertio est: Quod sunt duo modi manducandi, & bibendi, carnem, & sanguinem Christi: scilicet sacramentalis, & spiritualis. Sacramentalis est, quo verum Christi corpus sumimus, ritu sacramentali, pro alimento animæ, sub speciebus panis & vini. Spirituales vero, qui tantum bonis, ac pijs conueniunt, & vitam animæ cõferunt. De priore modo ait Dñs, Caro nõ prodest cuiquã. De posteriore autem, Spiritus est qui viuificat.

Tertia assertio est, quod in corpore Christi potest considerari duplex presentia: vna cõspicua & visibilis, qua olim in terra visus est, & cum hominibus est cõuersatus: Altera est inuisibilis, & occulta, secundũ quã inuisibiliter adest in Sacramento altaris, cõtinetur in speciebus panis & vini. Ex his facillime est solutio ad loca Doctorum obiecta.

Pro Chrysostomo adducto super Psal. 22. respondemus, quod locus inductus est falso ab Acolapadio: vt sub nomine Chrysostomi suæ heresi fidẽ astrueret. Phrasim, n. palã indicat, non esse eius cuius titulo præno-

An sit articulus fidei, & Chrysostomus continetur in Eucharistia.

1. assertio.

2. assertio.

3. assertio.

nota.

tatur: nec verba concludunt quod Acolapadio intendit: quia nihil prohibet, imò necessarium est, vt vna cum vero corpore & sanguine Christi sint in Sacramento aliaris panis & vini accidentia: quæ gerunt figuram corporis Christi mystici, quod est Ecclesia: dicente Paulo, Vnus panis, & vnus corpus sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus.

Pro Augustino adducto. 1. loco, in Ioan. nem. 26. respondemus: loqui de manducatione spirituali, quæ non excludit sacramentalem. Quod constat ex eius verbis, quæ sunt hæc, nam & nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti, petra Christus in signo: verus Christus in verbo & veritate. Ad secundum locum ex. 3. libro de Doctrina Christiana: respondemus, quod non excludit sacramentalem manducationem: sed significat sententiam Christi, non esse intelligendam, iuxta duram ac ferinam Capernaitarum intelligentiam, existimantium edendam esse carnem Christi, in frustra dissectam, & dentibus laniatam. Hanc interpretationem intendens excludere Augustinus docet, locutionem Domini non esse intelligendam de manducatione cadaveris dilacerati, sed de manducatione sacramentali, ac spirituali. Ad tertium ex epistola ad Bonifacium: respondemus, quod Augustinus solum ibi ostendit esse corpus Christi vere, & essentialiter, in Sacramento existens: ipsum quoque secundum quandam modum esse Sacramentum, & signum corporis Christi secundum quandam similitudinem, qua res sæpe significatæ solent nominari voce rerum significantium: Sicut species sacramenti Eucharistie nuncupamus corpus Christi, quoniam sunt signa corporis Christi, quod occultum in eis continetur. Et similiter respondemus ad quartum, nam ex vulgato loquendi more, solemus res appellare nominibus quæ antea fuerant. Et similiter ad quintum locum ex Psalmo. 3. & ad cætera adducta ex fundamentis positissis patet solutio.

Pro Ambrosio respondemus, quod in principio loquitur de corpore mystico, & quod addit: Non ergo corporalis est esca, sed spiritualis: Dicimus quod intelligit, non esse escam corporalem, hoc est de numero corporalium ciborum, quos quotidie ad nutrimentum corporis sumimus:

sed est spiritualis esca, in qua, sine eius consumptione, & diminutione, verum corpus Christi sacramentaliter, & spiritualiter sumitur. Alius locus contra Ambrosium impudenter est confictus à Berengario. Superst soluere locum illum. Ioan. 6. Verba, quæ ego loquor vobis, Spiritus & vita sunt. Ex quibus pertinaciter contendunt hæretici, quod omnia quæ Christus dominus dixit in illo, & sunt intelligenda in sensu spirituali, & de manducatione spirituali, & non de vera, & reali substantia corporis Christi. Sed quis dabitur, cui sit maior fides, adhibenda à Berengario, & Sacramentarijs, an Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Gregorio, Cyrillo, Theophylato, & cæteris Doctoribus sacris. Respondemus tamen, primo quia si spiritualiter solum Dominus intelligeret, est euidentius quod non esset verus, & realis cibus, quod est contra illud, Caro mea vere est cibus. Secundo, quia multi, ex his qui sequebantur Christum, scandalizati sunt: sed si Christus dominus spiritualiter loqueretur, non esset vnde posset oriri scandalum: nam quando dixit, Ego sum vitis vera, non sunt scandalizati, quia intelligebant, quod loquebatur metaphorice. Etsi ipsi deciperent intelligentes quod Dominus spiritualiter loquebatur, declarasset utique illis, quod non corporaliter intelligebat, carnem eius esse manducandam, sed solum spiritualiter, ne esset causa recessus illorum: sed non explicauit, sit ergo consequens, quod intelligebat corporaliter: sicut & de facto ipsi intelligebant. Tertio, quia, sicut in moralibus idem est dicere Petrus currit, quod Petrus vere currit: Similiter ergo, hoc est corpus meum, idem est ac si dicat, hoc est vere, & realiter, corpus meum: sed si ibi non esset nisi in sensu spirituali, aut in figura, non esset ibi vere & realiter: sicut agnus Typicus, & paschalis, erat figura Christi, & tamen nõ erat verus Christus. Et per hæc ad omnia obiecta ab hæreticis adducta facillime respondetur.

Ioannis. 6.

¶ QUARTVM QVAESITVM.

¶ An orationes vocales sint ociosæ.

Chryso-



Chryostomus, homil. 19. in Matthæu, in illa verba, Tu enim cum oraberis in cubili tui...

Doctrina contraria huius, Catholica est, & tenenda, estque communis omnium Doctorum...

scandalum varietas Ecclesiarum. Vnus igitur ordo orandi, atque psallendi, à nobis per omnem Hispaniam...

Pro descendendo Chryostomo respondemus, ex verbis ipsius palam constare eum non damnare publicas & vocales preces Ecclesiarum...

Q V I N T V M Q V A E - situm.

An priuatio Diuinæ gloriæ sit gehenna grauior.



Chryostomus, homil. 24. in illa verba, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur...

Inquit, Caritatem Diuinam visio nis maius esse supplicium quàm omnia tormēta gehennæ. Sic enim habet, Noui quod pluri mi pertimescant tantum gehennam...

Doctores scholastici disputant materiâ huius questionis. 4. sen. di. 50. S. Tho. q. 5. de pœna originalis peccati, art. 1. in solutione ad. 3. v. bi cõcilii Chryostomi, & Augustini...

Math. 7.

De conf. d. f. 1. c. de hymnis.

qui pro solo peccato originali puniuntur, esse carentiam diuinæ visionis. Sancti Thomæ et eos in concordantiam redigat, ait, grauior tamen alius...

Bona uentura secundo, sententia distinctio sic 33. Ricardus distinctione. 50. 4. questione vltima, eorum ordinem inter Doctores sacros constitutum...

Durandus 4. distinctione. 50. questione. 1. articulo. 2. ait, De comparatione istarum pœnarum dicendum est, quod si comparemus pœnam spirituales...

quæntes tacetur in scripturis, expressio lapœna ignis: quia in ea tanquam in grauissima omnes alia intelliguntur.

S E X T V M Q V A E

An suffragia profructu Beatis.



Chryostomus, Homil. 3. in illa 26. beatissimi Hieronymi...

his qui eterna gloria fruuntur. Sic enim habet. Nam si multe Barbaræ gentes, vna cum sanctis, res eorum crematio solentur...

Gregorius

Damasce

Damasenus, in sermone de mortuis adiuuandis, confirmat sententiam Chrysostomi, alius aliquot exemplis, vt ostendat, suffragia fidelium infidelibus, & impijs ad aeterna supplicia damnatis aliqua ex parte prodese. Primo, inducit Falconiam foeminam idolorum cultricem, & a religione Christi alienam, quam Tecla adhuc viuens prece sua eripuit ab inferis. Secundo, adducit historiam Macarii magni, assidue pro mortuis deprecantis: cui anxie perquirenti an orationes suae defunctis prodessent? Cranium quodam aridum hominis idolatrae, quod forte in via iacebat, Diuino iussu, prorapens in voce, inquit, quando, o Machabae, pro mortuis offers preces, nos inter nos aliquid lenimenti sentimus: Tertio, inter alia, addit exempla Gregorij Papae, qui cum iussit Deum deprecari pro salute Traiani Augusti, annis penes quingentis, defuncti, ante sua tempora, adiuuauit vocem Diuinius allatam, dicentem, preces tuas audiui, & veniam Triano do: tu vero adiuuans, pro impio hostiam mihi ne offeras.

Augustinus non omnino videtur abhoruisse ab hac sententia: nam in Enchirid. ad Laurentium, cap. 170. sic habet. Cum sacrificia, siue altaris, siue quarumcumque elemosynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis, gratiarum actiones sunt: pro non valde malis, propitiationes sunt: pro valde malis, & si nulla sint adiumenta mortuorum, qualescunque viuorum consolatioes sunt: & infra, mitigationem damnationis permittens credi, ait: Penas damnatorum certis temporum interuallis existiment, si eis hoc placet, aliquidatenus mitigari, dummodo intelligatur, in illis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio, in qua Deus manente ira sua, non tamen continet miserationes suas, non aeterna supplicia finiendi, sed leuamen adhibende cruciatibus.

Prudentius in hymno de volumine Sabati Paschalis refert, perditas noxiorum animas in privilegio Pascha, quod olim totum Christiani precibus & sacrificijs tradere solebant, a tormentis quiescere. Ocasione hac Doctores maxime scholastici varie desudarunt, ne in errorem Origenis inciderent, de supplicijs damnatorum aliquando finientis: poterant enim suffragijs multiplicatis supplicia a Deo mitigari, & minui, vt aliquando esse desinerent.

Doctores scholastici de suffragijs defunctorum disputant. 4. sentent. distinct. 45. & ibidem S. Thom. communis sententia Theologorum stat sequentibus assercionibus.

1. Prima assercio. Damnatis secundum ordinariam legem non profunt suffragia Ecclesiae, Dixi secundum ordinariam legem, vt excludam sensum illorum, qui arbitrantur privilegio singulari posse contrarium accedere. Suadetur haec assercio ex ratione status damnatorum, qui sunt in odio Dei obstinati, & iucelsanter Deum blasphemantes: iuxta illud, Conquerere Domine, & eripe animam meam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis consistebit tibi? Ac si, dicat, in mortis articulo difficile est, in inferno autem impossibile. Secundo, probatur ex parte nostra, quia fundamentum suffragiorum est charitas: cum ergo illi sint extra charitatem, nullatenus nostrorum suffragiorum possunt esse participes. Et confirmatur ex illa sententia, Venite benedicti in vitam aeterna: &, ite maledicti in ignem aeternum. Sicut ergo beatorum gloria essentialis, neque augeri, neque minui potest: ita neque damnatorum tormentata. Ad hoc assercio est vera, vt orare pro damnatis ex suo genere sit mortale: quia cum sint a misericordia Dei exclusi, peccati est pro illis orare. Vnde Augustinus, si scirem, inquit, matrem meam esse in inferno, non magis pro illa orarem, quam pro diabolo. Nec desunt testimonia Scripturae quae hanc assercionem confirmant. Ecclesias. 11. vbi ceciderit lignum illuc erit, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem: quia post vite discessum, in Caelo, vel in inferno, nulla est mutatio, & Deuteron. 25. Pro mensura delicti erit, & plagarum modus. Et Apocalyp. 18. Quantum glorificauit se in delicijs, tantum date illi tormentum & luctus. Et quod Ecclesia canit, In inferno nulla est remissio: videlicet, nec vt possint inde exire, nec vt possint eorum pena remitti, neque vt vilo valeant refrigerio releuari.

2. Secunda assercio. Pueris non baptizatis in limbo suffragia viuentium non profunt. Ratio est, quia sunt in perpetuum relegati a regno Celorum, neque in vita memuerunt, vt suffragia viuorum eis prodessent, neque sunt in charitate, quia defuncti, & nos, tanquam membra viuentia in Christo sumus communicantes, quibus praecipit Apostolus, alter alterius onera portare.

1. Assercio

Plalm. 6.

1. Assercio

3. Assercio

De verbis Apol. Sermo. 32

4. Assercio

Chrysostomus.

3. Tertia assercio. Suffragia nostra beatis nihil profunt: Ratio est, quia vt nomen suffragij sonat, idem est, quod iugamen, quibus miseris, & egenis opem ferimus: beati vero ab omni sunt miseria & egestate immunes, neque quidpiam habent, de quo satisfacere debeant: neque eorum potest augeri felicitas: & ideo, vt Augustinus, inquit, iniuria fit sanctis, dum pro eis oratur. Et sermone. 17. de verbis Apol. & citatur exp. cum Martha, de celebratione missarum iniuria inquit est orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendare.

4. Quarta assercio, quae ex superioribus colligitur, est. Suffragia viuorum solum profunt animabus existentibus in purgatorio. Ratio assercionis est, quia indigent suffragijs, quo differunt a beatis, & sunt in charitate, qua meruerunt, vt viuentes possint illis suffragari, quo differunt a damnatis. Licet haeretici refutent hanc assercionem: nihilominus stat firmum contra illos testimonium. 2. libro, Machab. cap. 12. vbi legitur. Fortissimum Iudam misisse Hierosolimam mille drachmas argenti offerri pro peccatis mortuorum, sacrificium bene & religiose de resurrectione cogitans mortuorum, qui cum pietate dormitionem acceperant. Vnde subdit sacra historia, Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis ex orare vt a peccatis soluantur. Et Thobia. 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue. Et haec conclusio est de fide diffusa in Concilio Tridentino, decreto de indulgentijs, quas Concilium approbat, potestatem diuinitus tradita summo Pontifici vt indulgentias possit concedere, & omnibus fidelibus dispensentur, tam viuus, quam defunctis, indulgentijs autem subuenimus defunctis in purgatorio detentis, per modum suffragij.

Pro defensione Doctorum sacrorum, inducimus loca ipsorum, ex quibus constat catholicis sensisse, circa suffragia defunctorum. Chrysostomus Homilia. 41. super primam ad Corin. cap. 15. ait. Non est temere hoc ex cogitatum, neque frustra memoriam mortuorum, inter sacra mysteria celebramus, nec temere qui altari assistit, inter horrenda mysteria clamat pro omnibus in Christo dormientibus. Damnatos autem, est euidenter, non dormisse in Christo, sed in Satana. Vnde concludit dicens, Opitulemur igitur his fratres, & memoriam pro ipsis faciamus.

Et Homilia. 69. & 70. ad populum, mirifice de suffragijs mortuorum, & catholice loquitur.

Damasenus, sermone de his qui in fide hinc migrauerunt, catholice locupletat argumentum hoc suffragiorum pro defunctis. Vbi ait Apostolos, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam edixisse: quod Apostolica, & Catholica Ecclesia Christi & Dei obseruat a finibus, vsque ad fines terrae, ab eo tempore, vsque in praesens, & vsque in finem saeculi, haec ille. Et ideo consuetissime praeter quotidiana suffragia, diem crastinum omnium sanctorum Ecclesia dedicauit, quo viuentium pietas animabus purgatorij suffragaretur.

Augustinus, libro de cura pro mortuis agenda cap. 1. postquam testimonium illud Machab. ad hanc veritatem allegauit, subiungit dicens. Sed est nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua hac consuetudine claret auctoritas, vbi in precibus sacerdotis quae domino Deo, ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Et de verbis Apostoli, sermone. 32. orationibus, inquit, sanctae Ecclesiae, & sacrificio salutaris, & elemosynis, quae pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur a Domino, quam sua peccata meruerunt. Hoc enim a Patribus traditum, vniuersa seruat ecclesia, vt pro eis, qui in corporis, & sanguinis Christi communionem defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oratur, atque pro illis quoque id offerri commemoratur, haec ille. De damnatis autem constat, quod non sunt defuncti in communionem corporis & sanguinis Christi. De catechumenis vita sanctis diffinitus quid tenendum sit, Tomo. 4. iuxta illum locum Philip. 1. desiderum habens dissolui, & esse cum Christo. His praefatis.

Respondemus ad ea, quae ex Chrysostomo, & alijs Patribus in subsidiis damnatorum adducta sunt, & ad ea quae Gregorius cum illis admonet, de precibus pertinentibus ad beatos. Assercio dicta illorum non esse ita intelligenda, vt existimus ex orationibus, & oblationibus nostris beatitudinem essentialem beatorum posse augeri, sed vt credamus, gloriam eorum nobis orationibus

Ter-

&

& deferentibus, in nobis crescere, & magna incrementa ad ipsam gloriam consequenda nobis afferre: sicut eum Deum laudamus, nullam nostris laudibus diuinitati & glorie Dei auctiorem acquirimus: sed gloria maiestatis ipsius magis ac magis in nobis conspicua redditur. Tum etiam quia D. Thom. loco citato ait, Quod nomen damnationis etiam extenditur ad poenas purgatorij: & iuxta hanc significationem dixerunt Doctores sacri, damnationem aliquorum, scilicet in purgatorio existentium, auxilijs fidelium fieri tolerabilior em. Tum etiam, quia id quod narratur aliquando ex precibus sanctorum, ad animas damnatorum peruenisse dicimus, non attulisse eis ullam diminutionem tormentorum, sed: quandam inanem speciem fallacis gaudij, & gratiam merentis animi illiusmodi: qualem in demonibus esse fertur, quando homines pertraxerunt ad peccandum: ita fallax quadam, & imaginaria laetitia afficiuntur, sic tamen nihil eorum supplicij decreverat.

A D id vero quod Damascenus refert de Falconio, & Traiani animabus, Tecla, & Gregorio deprecantibus, communis solutio est, quod id fuit ex privilegio singulari: & ea quae aliquibus extra legem communem conceduntur: non esse trahenda ceteris in exemplum. Alij respondent, Traianum & Falconium a morte in vitam reuocatos, ad tempus breue conuersos fuisse in Deum, & postea defuncti, salutem sunt consecuti. Haec tamen solutio dura videtur, quia certum est orare pro damnatis, esse peccatum mortale, quod Gregorius, & etiam Tecla ignorare non potuerunt. Tum etiam, quia quod aliqui fuerint, ex inferno damnatorum in vitam restituti, qui postea in caelum euolauerunt: apparet rationi praedestinationis aduersum. Dicitur enim aliquos praedestinatos, fuisse in inferno damnatos, non simpliciter, sed sub conditione, nisi postea in lucem reuocarentur. Quod tamen non est vero simile, quia in obitu cuiuscunque, sententia, non sub conditione, sed absolute fertur. Itaque in ignem aeternum, aut in vitam aeternam: sicut & in die iudicij ferenda est. Quod si quis dicat Apostolos, & Euangelij promulgatores, plures ex Gentilitate damnatos suscitasse, respondeamus forte non suscitasse nisi eos, qui ignorantia inuincibili legis Euangelicis laborarunt: & legem naturalem seruauerunt: aut cathecumenos, aut Christianos in purgatorio existentes. Et licet haec opinio suscipiatur, quae docet ex privilegio posse aliquos ab inferno

exire, nulla tamen pro illis orare licet. Oratio enim non debet fieri nisi secundum legem communem.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An fides ante Christi aduentum fuerit necessaria.



Chrysostomus in illa verba Matthaei, *Ita venietate Ioanni euangelista, c. 10. Homi. 37. videtur opinari, Gentilibus fides Christi non fuisse necessaria ad salutem. Sic enim habet, Homines, qui ante Christi aduentum obierunt, poterat tum etiam ipsum non confiteri, saluari, non enim Christi qui nondum venerat, ab illis cultus petebatur: sed ut idololatriam cultu spreto, vnum solum Deum conditorem omnium cognoscerent. Dominus enim inquit, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Ideo Machabaei admirationi sunt, qui ne legem traderent, inori maluerunt. Et licet tunc sufficiat vnum solum Deum nosse, nunc autem no ita est. Et infra, Si ad idolis recesserunt, & Deum solum adorauerunt, & honeste vitam peregerunt, & aeterna bona, & beatitudinem adipiscuntur. Et concione prima de Lazaro idem affirmat: cuius sententiam sequitur Iustinus martyr, lib. quaestio-num a gentibus posita. u. q. 8. Qui cum ratione, inquit, vixerunt, Christiani, etiam si non nouissent Deum, existimati sunt: quales apud Graecos, Socrates, Heraclitus, atque alij similes, &c. Clemens Alexandrinus lib. 5. & 6. Stromatō: Eos, ait, qui ante Christum fuerunt, honesteque vixerunt, esse iustos factos, vel per legem, vel per philosophiam, sed defuisse eis tantam fidem in Christum: quare in inferno expectasse Christi, & Apostolorum aduentum, eorumque ibi predicatione esse conuersos, ut in Christum crederent, & sic deum seruatos esse.*

Huic assertioni reclamant, & contradicunt ceteri Theologi, maxime Doctores scholastici. 3. sent. dist. 25. & S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 6. & 7. & 8. Et fuerunt quidem non pauci, affirmantes quilibet in sua secula saluari, Iudeum, Sarracenum, Pagani, quemcunque haeticum, siue schismaticum, nulla illis ratione opitulante. Sed quod haec assertio nulla

Iustinus martyr.

Clemens Alexandrinus.

1. Ratio

falsa, sed haeretica sit: demonstrat. Primo, quia fides est fundamentum beatitudinis, sed impossibile est, eos qui sunt alieni a fundamentum spiritualis aedificij, consequi beatitudinem; ergo impossibile est de lege, quod quis sine fide saluetur. Collectio est nota, & antecedens patet, ex illis. 1. Corinth. Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, Dominus noster Iesus Christus. Glo. 1. Fides Iesu Christi, per quam habitat in cordibus. Et Hebr. 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Glo. 1. Fundamentum omnium bonorum, sine quo non est beatitudo. Ita 24. quaestio. 1. cap. qui conuenit.

2. Ratio

Secundo, Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, qui sunt extra Ecclesiam, non habent fidem, ergo nec Deo placere, nec saluari. Et Act. 4. Non est aliud nomen sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi, id est, in fide & virtute meritorum Christi. Ita de summa Trinitate, & fide Catholica, cap. 1. Vna est fides Ecclesiae, extra quam nullus omnino saluatur.

3. Ratio

Tertia ratio, Consecutio beatitudinis est effectus fidei, ergo sine fide consequi non potest, deficiente enim causa, deficit effectus: antecedens habetur Marcij. 9. & Lucae 8. Mulieri, quae patiebatur fluxum sanguinis sibi vultu vestimenti Christi tetigerat, dixit, Fida, fides tua te salutem fecit. Et Marcij. 16. Caeco dixit, Fides tua te salutem fecit. Et ad Galatas secundo, Ex operibus legis non iustificabitur homo, nisi per fidem. Et Ephesios secundo, Gratia saluati estis per fidem. Et Marcij ultimo, Qui non crediderit, condemnabitur. Hinc Athanasius, Haec est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

4. Ratio

Quarto, vita spiritualis animae tribuitur fidei formata, patet Roma. 1. Iustus ex fide viuit, ergo, qui est extra vitam fidei, quae Ecclesia viuit, non est de numero spiritualiter viuentium, quibus vita aeterna promittitur, sed de numero mortuorum, & damnatorum.

5. Ratio

Quinto, fidei attribuitur filiatio Dei, Ioann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri: is autem qui alienus est ab unitate

fidei, non est de numero filiorum, ergo neque erit haeres, Roma. 8. Si filij, ergo & haeres.

Sexto, fides est ostium salutis aeternae, qui autem non intrat per ostium, non potest consequi vitam aeternam, Ioann. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, scilicet credendo, saluabitur, ergo qui non intrat, credendo, damnabitur. Vnde Hieronymus. Sicut tempore diluuij nullus extra arcam potuit saluari, ita & post Christi aduentum, extra Ecclesiam nullus saluatur. Et ita nedum falsum, sed haeticum est: extra vitam aeternam quempiam posse salutem adipisci, suae sectae inhaerentem. In cuius testimonium Paulus scribit philosophos damnatos, quia cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, scilicet, bene viuendo, & vnum Deum colendo, ideo euauerunt in cogitationibus suis, & obsecraturum est insipientis cor illorum, Diffinitio iam, nullam extra Ecclesiam posse mereri, neque salutem obtinere aeternam.

Rogamus, quo tempore inceperit Ecclesia, ut cognoscamus, an pro omni tempore, & statu homines salutem consequi poterint? Et quidem iuxta hanc quaestionem, fuisse quidam haeteci adhaerentes, apud Patres veteris Testamenti Ecclesiam non fuisse.

Probant primo ex Paulo ad Galat. 3. Ita quae lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur: ut ubi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Si venit fides, ergo antea non erat: & si fides non erat, nec Ecclesia, quae est fidelium collectio.

Secundo, quia Christus dixit Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, id est, super hanc confessionem fidei. Si ergo est fundata super confessionem Petri, ergo ante aduentum Christi, non erat Ecclesia.

Tertio, quia Augustinus tractatu secundo in Canonicam primam Ioannis, dicit, quod inchoata est Ecclesia ubi venit de coelo Spiritus sanctus, & impleuit omnes. 120. qui erant in vna domo sedentes. Et super illud Psalm. 40. Nunquid qui dormit, non adiciet vi resurgat? Dicit sicut de latere dormientis, qui erat figura Christi futuri, assumpta est coela, de qua formata est Eua: ita dormiuit Christus, de quo fluxerunt sanguis

6. Ratio

Quaestio Ecclesia quo tempore inceperit.

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio



& aqua, vt de latere dormientis formaretur sponsa Ecclesia: quod etiam habetur Ephe-  
sios. 4.

Ecclesia  
fuit apud  
patres ve-  
teres.

His non obstantibus, haereticum, & scriptu-  
re sacrae aduersum, & error Manichei est,  
affirmare, apud Patres veteres, Ecclesia non  
fuisse. Primo est contra illud psal. 118. In-  
itio cognoui de testimonij tuis, quia in aeter-  
nu fundasti eam. Glo. i. Ecclesiam, quae non  
defuit in terra ab initio generis humani: cu-  
ius primitia Abel fecit, & Deo est immo-  
latus. Secundo, Paulus ad Ephe. 3. expō-  
nens illud Genes. 1. Propter hoc relinquet  
homo patrem & matrem, & adheret vxo-  
ri suae. Dicit sacramentum hoc magnū est:  
ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, si-  
cui in statu ignorantiae & naturae fuit sa-  
cramentum, ergo & Ecclesia: collectio patet,  
quia extra Ecclesiam non est sacramen-  
tum. Tertio, supra illud Matthaei. 20. Si-  
mile est regnum caelorum homini Patri-  
familias, qui exiit primo mane, conducere  
operarios in vineam suam, dicit Grego-  
rius, alique expolitores sacri, hunc Pa-  
trem familias esse Deum, vineam Ecce-  
lesiam, quae incipit ab Abel iusto, vsque ad  
vltimum electum, quae quot sanctos pro-  
tulit, tot palmites emisit: hos vocat a pri-  
mo mane, quod fuit ab Adam, vsque ad  
vndecimam, id est, ab aduentu Christi, vs-  
que ad finem mundi. Si ergo pro omni  
aetate vocat operarios in vineam, & vi-  
nea est Ecclesia, ergo in omni aetate fuit  
Ecclesia. Quarto, Augustinus sermone de  
Iacob & Esau, ait, Ecclesia non est accipi-  
enda in his, qui post aduentum Do-  
mini coeperunt esse sancti, sed omnes quot  
quot fuerunt sancti, ad Ecclesiam perti-  
nent: quia Ecclesia non fuit a praesentia  
corporali Christi, sed ab ipso Abel, qui  
habuit Christum caput: sicut & illi qui il-  
lum venturum crediderunt: sicut nos iam  
venisse credimus. Et quod nullus extra Ec-  
clesiam, & sine fide Christi mediatoris pos-  
sit saluari, affirmat in epistola. 137. ad  
Optatum episcopum, vbi sic habet, Illa  
fides in nobis salua sit, qua credimus nul-  
lum hominem siue maioris, siue paruulae  
cuiuslibet celsitatis aetatis, liberari a con-  
tigatione mortis, autique, & obligatione  
peccati, quod prima nativitate contraxit,  
nisi per virum mediatorem Dei, & Domi-  
num, hominem Christum Iesum, cuius ho-  
minis eiusdemque Dei saluberrima fide,  
etiam illi iusti salui facti sunt, qui prius-

Augusti-  
nus.

quam veniret in carne, crediderunt in car-  
ne venturum: eadem nange fides est, &  
nostra, & illorum, quoniam hoc illi credi-  
derunt futurum, quod nos credimus fa-  
ctum. Et infra, Proinde cum omnes iusti,  
siue ante incarnationem, siue post inci-  
arnationem Christi, neque vixerunt, neque  
vivant, nisi ex fide incarnationis Christi,  
in quo est gratiae plenitudo: profecto quod  
scriptum est, non esse aliud nomen sub cae-  
lo, in quo oporteat nos saluos fieri, ex illo  
tempore valet ad saluandum genus huma-  
num, ex quo in Adam vitiatum est genus  
humanum. Haec Augustinus. Ex cuius  
sententia constat, extra Ecclesiam nullum  
vnuquam potuisse saluum fieri.

Pro solutione argumentorum notandum:  
Primo, quod cum Ecclesia sit collectio fide-  
lium, fidem antiquorum Patrum, & nostram  
eandem esse patet. 2. Corint. 4. Habentes  
eundem spiritum fidei, scilicet, quem pa-  
tres veteres habuerunt: quia eadem fides  
mediatoris quae in nobis est salutis causa, &  
salutis illorum etiam exitit: tempora sunt  
variata, & ipsi credentes, non fides: quia e-  
adem est, & sic variatio ex parte nostra, & re-  
pōis est, & non ex parte fidei: quia sicut nos  
credimus Christum venisse, passum esse, &  
surrexerit, ita illum venturum, passurum, &  
resurrecturum, crediderunt.

Secundo notandū, Ecclesia dupliciter pos-  
se accipi. Primo modo, prout est collectio fi-  
delium, vt fidelis dicatur quis simpliciter a fide,  
& hac ratione Ecclesia incipit esse a  
tempore ex quo sancti inceperunt esse in  
terra. Secundo modo, potest accipi pro cō-  
gregatione fidelium, vt fides sit Christi iam  
nati, & hoc modo si loquaris de Ecclesia,  
varia dicta sanctorum sunt, secundū quod  
habuit diuersa initia: quia quoad interiorē,  
& actuale assensum credendi Christi iam  
fuisse incarnatum, habuit initium a Vir-  
gine, Ioseph, Pastorbis, Elisabeth, & a  
Magis, qui hoc modo fuerunt primi cre-  
dentes, cum Simone, & Anna, qui assen-  
serunt primo Christo iam incarnatū. Fue-  
re alij, qui dicuntur primi credentes respe-  
ctu praedicationis, quia primus per doctri-  
nam Christi vocati, vt Andreas, Ioannes,  
Petrus, & Philippus, Nathanael, vt pa-  
ter. Ioann. 1. Fuere alij, qui dicuntur pri-  
mi, respectu confirmationis in fide, qua-  
les sunt Apostoli, qui die Pentecostes  
confirmati sunt in fide, iuxta illud psal-  
mi. 78. Ego confirmaui columnas eius.

Demum

Demum alij dicuntur primi, respectu appli-  
cationis sacramentorum a quo fluxerunt,  
quia a Christo.

Ad rationes, & ad primū respondeo, quod  
quando Paulus dicit, Vbi venit fides: nō lo-  
quitur simpliciter de aduentu fidei Christi:  
quod antea non fuerit: cum dicat Hebr. 11.  
Sine fide impossibile est placere Deo: sed in-  
telligitur vbi venit fides, id est, postquā re-  
uelata & manifestata est, quae prius erat oc-  
cultata, vel impletum, quod futurum credeba-  
tur. An secundum, Supra hanc petram adifi-  
cabo Ecclesiam meam. Respondeo, dici fun-  
datam Ecclesiam supra confessionē Petri,  
quoad illos qui credituri erant in Christo, &  
hoc modo quotidie fundatur, quoties aliqui  
conuertuntur ad fidem. Vnde Ephe. 4. po-  
suit quosdam Apostolos, & in adificationē  
corporis Christi, nihilominus quia princi-  
pio simpliciter fuit fides, fuit etiam Ecclesia.  
Vnde Matth. 27. Turbe quae praecedebant,  
& quae sequebantur pariter clamabat, O san-  
na filij David, Benedictus qui venit in no-  
mine Domini. Sic etiam venit intelligendū  
illud Psal. 109. Virgam virtutis tuae emit-  
tet Dominus ex Sion. Quia Apostoli execu-  
tes inde praedicauerunt euangelium per vni-  
uersum orbem. Ad tertium eodem modo  
dicimus, quod quantum ad illā effectū, scilicet,  
promulgationem & dilatationē fidei, in-  
cepit Ecclesia a missione Spiritus sancti: sim-  
pliciter tamen falsum est, quia ab initio or-  
bis fuit. Ad quartū respondeo, q. Ecclesia quā-  
tum ad vim sacramentorum, quae ex passio-  
ne Christi susceperunt virtutem, sumpsit ex  
ordium a Christo: nihilominus ipsa fides, &  
Ecclesia a principio fuerunt.

Pro defensione Chrysostomi respondeo, Il-  
lū suis verbis voluisse alludere ad illā fidē,  
& cognitionē, quā scholastici vocant explici-  
tā, id est, distinctā, & singulari ministeriorū  
notitiā Christi: quā non omnes iusti ante  
aduentum Christi consecuti sunt, quia immo-  
ribus & simplicioribus sufficiebat fides im-  
plicita incarnationis, passionis, & resurre-  
ctionis, quae includebatur velaminibus sacri-  
ficiorum, & caeremoniarum. De Genitibus  
sunt qui afferunt, si qui illorū salutē sunt as-  
secuti, quod fat fuit illis habere fidem vnus  
Dei, & credere esse feruatōre humani gen-  
ris, iuxta ordinē in sua admirabili puidetia,  
occulum, & aliquibus iporum vatribus, ac  
Sybillis, peculiari privilegio reuelatū, huius-  
modi assertioni repugnat sententia supra po-  
sita. De hac questione latius disputabim, to

mo. 5. beati Augustini: vbi Ludovicus Vines  
Platonē appellat sanctissimum, & ait alios  
philosophos cum illo salutem esse consecu-  
tos, & cū sanctis simul beatitudine perfrui.

lib. 8. de  
Citate,  
c. 10.

OCTAVVM QVAE-  
SITVM.

¶ An heretici nolētes respicere,  
sint de vita tollendi.



Chrysostomus homilia. 47.  
in Matthaeū, in illa verba.  
sicut v. 47. simul exere vsque ad  
nyssem. Examians hunc lo-  
cum, videtur asserere hae-  
reticos non esse poena mortis  
puniendos. Sic enim ait, Non prohibet Chri-  
stus concilia haereticorum dissipari, ora ob-  
stare, libertatem loquendi concidere, sed  
prohibet interficere, & trucidare. Et vide  
quam mitis sit, nō enim solum prohibet, sed  
cur prohibet, rationem exponit, dicens: ser-  
uandum esse zizanij, quousq; vna cū frumē-  
to in agro sunt, quia postest in frumētū sta-  
tūm commutari. Et Chrysostomi sententia  
haec est.

Doctores scholastici disputatione susci-  
piunt de haeresi, & pgnis haereticorum. 4. dif-  
13. & S. Tho. 2. 2. q. 11. art. 3. qui omnes vno  
ore sententiā contrariam tutatur, cum S. Tho.  
Thoma, qui ita ait: Misericordia ex parte  
Ecclesiae est, vt expectet cōuersionem erran-  
tium, & non statim eos condemnet, sed post  
primā & secundam correctionem, vt Apосто-  
lus docet ad Trum. 3. si tamē postmodū per-  
tinax inueniam, Ecclesia de eius cōuersione  
nō sperans, aliorum salutē prouidet, eum  
ab Ecclesia separando per excommunicationis  
sententiā, & vltimus relinquit: eum iu-  
dicio seculari mundo exterminandū per  
mortem. Et quia haec materia omnibus di-  
scipulis est maxime necessaria, aliquantulum  
causam extendā, scribens ea, quo una  
ignorantia errorē posset parere. Et primū su-  
mimus exordium a diffinitione haereticus: quae  
error est cōtra Catholica fidem, & veritati  
Catholicae manifeste cōtrarius, cū pertinacia  
asseritur, ab eo qui Catholica fidem generali-  
ter possidet. Haec sunt de ratione & diffini-  
tione haereticus. Prima cōditio est, q. sit error.  
Secunda, quod sit cōtrarius veritati Catho-  
licae. Tertia, q. sit manifestus error cōtra fi-  
dem. Quarta pertinacia, Quinta, in Christia-  
no, scilicet secūdu generale fidei, p. fessionē.

C 2 Secm

Quatuor gradus p positionu Catholicorum.

Secundo supponimus genera propositionu Catholicorum, ex quibus cognoscemus quis error sit heresis, reduci ad quatuor gradus, quibus ceteri omnes continentur. Primus gradus est propositionum, quae in sacris literis habentur expressae. Secundus, earum quae a Christo veluti per manus ad nos vsque perueniunt, scilicet, ab aure in aurem transfusae. Tertius, earum quae in hisce non continentur expressae, sed per intelligentiam Ecclesiae in eisdem sacris literis, vel traditionibus re vera habentur, quae scilicet implicite et obscure sunt reuelatae, sed explicite per Ecclesiae diffinitionem. Quartus earum quae per rationationem necessariam colliguntur: exempli primi, Verbum caro factum est, Ioannis. 1. Exempli secundi, Confessio sacramentalis est ad salutem necessaria, Christi inquisitione: vel episcopi fuit iure Diuino simplicibus sacerdotibus superiores: vel sacramentum confirmationis est chrismate peragendum. Exemplum tertii, Spiritus sanctus procedit a Filio: vel Pater & Filius sunt eiusdem substantiae. Quartum prior accepit Ecclesia ex illo, De meo accipiet, ut patet in concilio Ephesino: posteriori ex illo, Ego & Pater vnus sumus: & ex illo, Qui videt me, videt & Patrem meum: & ut in eodem concilio habetur, Christum habere duas voluntates. Exemplum quarti de hac, Christus est risibilis, Christus habet animam intellectiuam, quae sequitur ex illa, Verbum caro factum est, Christus est omnipotens, quae colligitur ex illa, Christus est Deus: item accidentia manent sine subiecto in sacramento altaris, ex illo, Hoc est corpus meum. Hinc fit, heresim quadrariam, huius rei expositione, contingere, aduersus quadruplicem gradum Catholicae veritatis. Et pro ampliori expeditione.

Diuersi gradus assertionum contra fidem.

Oritur dubium de discrimine graduum inter propositionem haereticam, & sapientem, haereticam erroneam, temerariam, seditiosam, scandalosam, piarum aurium offensiuam: qui gradus habentur sensione. 8. concilij Constantiensis, ubi damnantur. 45. articuli Ioannis Vauicleph, diuerso nomine, & censura, alij tanquam haeretici, alij erronei, alij scandalosi, & blasphemij, alij piarum aurium offensiuam, alij denique temerarij, & seditiosij. Egitur propositio haeretica est error manifeste contrarius Catholicae veritati. Sapiens haereticus est quae est haereticus propinqua, & quae secundum sententiam sapientium aduersatur fidei. Vt nullus in Hispania consecrat Eueha-

ristiam, vel non est licitum litigare. Erronea propositio in materia fidei est minus quam haereticus, ut cum propositio est quidem contra fidem, sed illud non est manifestum, nec diffinitum ab Ecclesia: ut sua non est proprie de costa Ade formata, vel assertio erronea est, quae est contra doctrinam Ecclesiae proxima fidei. Temeraria minus est quam erronea, est autem propositio quam quis asserit sine fundamento, & ratione, quae tamen communi sapientium sententiae aduersatur, ut contra sensum omnium scholasticorum nouam assertionem inducere temerarium est, id enim temere, & audacter, imò verò impudenter, atque insolenter fit. Seditiosa, quae factioni & seditiois viam parat, ut quod licet tyrannum priuata auctoritate interficere, vel quod non est obediendum potestati seculari. Scandalosa, quae rationem praebet ruinae simplicibus, & infirmis, ut haec confessio auricularis habet plura incōuenientia, quam conuenientia, haec praeterquam quod haeretica est. etiam haec eisdem nota inuritur, quod scandalosa est. Piarum aurium offensiuam, aut male sonans, ut Romana Ecclesia est synagoga Satanae, Papa non debet vocari sanctissimus, propter officium, aliàs diabolus deberet vocari sanctus, quia est Dei minister. De quibus propositionibus similiter dicendum est, quod praeterquam quod haereticae sunt piorum aures acriter offendunt. Solet addi propositio iniuriosa, seu blasphemica, ut Cardinales sunt ministri Satanae, monachi sunt hypocritae, breuiter, quae commune nomen irrogat statui alicui hominum priuato, vel personae communi. Post haec sequitur questio grauis.

NONVM QVAESITVM.

An satis sit ad rationem haeresis, quod sit error manifestus contra fidem, ab eo qui fidem professus est.



Respondem⁹ ad questionem, per hoc necessariam esse pertinaciam, citra qua haereticus nemo esse potest. Ita S. Th. art. 2. ad 3. & habetur. 24. q. 3. Dixit Apostol⁹, haereticum hominē post primā, & secundā admonitionē de uita sciens quia subuersus est huiusmodi suo proprio iudicio cōdemnatus. Augustinus idem

idem libro. 18. de Ciuitate Dei, cap. 51. & contra Manichaeos. Huius rei argumentum sumitur a S. Thoma super. 11. c. epistolae primae ad Corinthios. lectione. 4. ex nominis significatione, inquit, haereticus ab electione dicitur: de ratione ergo haereticus primum est, ut priuata disciplinam aliquis sequatur, quasi per electionem propriam, non autem doctrinam publicam, quae diuinitus traditur: deinde, quod talis disciplinae pertinaciter adhaereat: nam electio importat firmam intentionem, & ideo haereticus dicitur, qui spernit disciplinam fidei, quae diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sequitur, nolens subire iudicium Ecclesiae, quae est superbia, quae homo praefert sensum suum totius Ecclesiae sententiae: proficitur unde bene Apostolus. 1. Timothei. 6. si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quae secundum pietatem est doctrina, superbus est, & nihil sciens. Haec autem colligit S. Thoma ex concilijs, nam c. damnans, de summa Trinitate & fide Catholica; Si quis doctrinam Abbatis Ioachim defendere praesumpserit, tanquam haereticus euitetur. Et in 6. de summa Trinitate & fide Catholica; cap. damnans eos, qui negare praesumpserint, aut temerario ausu asserere. Et in Clementina de summa Trinitate, Si quis asserere, vel renouere praesumpserit pertinaciter contra fidem, haereticus est censendus, haec cōclusio apud omnes Doctores Theologos, & turris peritos esse receptissima, sed non est apud omnes competentū quid sit pertinacia, ac proinde, aliter non potest esse definitum.

Quaeritur quādo aliquis dicitur pertinaciter errare.

Vnde decretata, lib. 4. parte. 2. c. 16. ponit. 20. modos pertinaciae, & Ioannes Gerson. 1. parte. al. phab. 14. ponit. 12. considerationes, & signa. Glossa ex trauganti cum interuenientibus, ponit. 7. Verum tamen ex his omnibus non traditur quod querimus: ideo respondemus his submissis propositionibus. Prima propositio, Pertinacia, quae haereticum facit, non est radicata ex duratione, ut scilicet ille sit pertinax, qui in errore persistit, vel vltimo ad mortem perdurat, contra Syluestrum, verba haereticus. 1. q. 12. idem videtur sentire Archid. Floren. 2. parte. tit. 12. c. 3. & 1. Pater haec af-

sertio ex communi vsu Ecclesiae in iudicandis haereticis: nisi enim per diem constaret quae in hanc casentur, Deus non est trinus, certe ab Ecclesia haereticus iudicaretur, unde ex vno actu adoradi idola, vel circūcedi puerum, Ecclesia haereticū iudicat: quod non faceret si ad haereticum tam longa, & diuturna persistencia requireretur. Praeterea si quis renoueret toti fidei sciens ac prudens, est apostata quantūlibet breui tempore faciat, ergo etiam erit haereticus, si vni manifesto articulo dissentiat: Secunda propositio, quicquid voluntarie assentitur alicui propositioni, quae scit aduersari sacris literis, vel ecclesiae diffinitioni, eo ipso, est haereticus, ac proinde pertinax: probatur à Paludē. 4. dist. 13. q. 3. & Calet. arti. 2. quia fides proficitur ab assensu intellectus, & cōsensu voluntatis, ergo & infidelitas à dissensu intellectus, & cōsensu voluntatis: sicut ergo est Christianus, qui dogmati fidei volens, consentit, est haereticus, qui volens dissentiat, iam enim voluntarie, & formaliter elegit dogma aduersum fidei Catholicae. Et confirmatur ex nominis significatione. Pertinax enim est, qui plus nimio, & contra rationem persistit in propria sententia, sed quasi sciens, & prudens, contra a communem ecclesiae sensum, & fidem adhuc suam, tenet opinionem, vere contra rationem est plus nimio capinosus, ergo: Et confirmatur ex Augustino libro de Baptismo contra Donatum, ubi inquit, Si aliquis hoc sentiat de Christo, quod Photinus opinatus est, & hoc credit esse fidem Catholicam, non dico esse haereticum, nisi manifeste doctrinae Catholicae fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat elegit: Praeterea nam qui sic tenet errorem, ut non sit paratus corrigi ab Ecclesia, verisimile est haereticus. 2. quaestione. 3. dixit Apostolus, sed qui sciens, & prudens, suam opinionem contra fidem defendit, non est paratus corrigi, ergo, vere est pertinax: est ergo pertinacia consensus in propositione, nempe quam quis cognoscit contrariam diffinitione ab Ecclesia: Hinc collige primum, quantumuis homo teneat propositionem aperte repugnantem Catholicae fidei, si tamen ignoret esse contra fidem, non esse pertinacem, ut si nesciat oppositum esse in sacris, licet expressum, nec scire tenetur, vel ignorantia inuincibilis ignoret. Ita S. Thoma ad Titum. 3. lectione. 2. vt si parochus causa iudicandi rusticum deciperet, talis licet postea erraret, non est haereticus, quia non est pertinax, nec contumax, & est paratus tenere quod

2. propositio.

Augustinus.

Corol. 1

## ADVERTENTIAE IN. I. TOMVM.

Argumen-  
tum.

Ecclesia tenet. Quod si quis obijciat, quia ignorantia talis est vincibilis, & cum non sit Paganismus, neque Iudaismus, erit haereticus. Tum etiam, quia habet actum culpabilem contrarium fidei. Facit ad hoc communis sententia Doctorum, quod ab errore circa articulos fidei, non potest aliquis propter simplicitatem excusari, quin sit haereticus. Praesertim quantum ad ea quae Ecclesiae solemnitate celebrantur, & quotidie versantur more fidelium. Respondemus ad hoc (saluo saniori iudicio) dupliciter posse esse peccatum in aliqua specie, vno modo, formaliter, & directe: alio modo materialiter, & reductiue: sicut in praedicamentis, per se perfecta ponuntur in illo genere, reductiue imperfecta, materia in praedicamento substantiae, punctum in genere quantitatis, ombrio in specie eius animae, ad quod est naturalis dispositio: sic ergo in moralibus, sunt quaedam peccata perfecta, quae ad scientibus, & prudentibus, committuntur, & ea per se, & formaliter, sunt in specie. Alia sunt imperfecta, quae praeter intentionem sunt ab ignorantibus, & non attendentibus, & huiusmodi reducuntur ad speciem sui perfecti: haereticus ergo communi vsu iuris, & Theologorum ille dicitur, qui perfecte, id est, sciens, & prudens, consentit in haeresim, vnde. c. 13. de haereticis excommunicamus. inquit, omnium haeresim extollentem se aduersus Catholicam fidem, quae si non se extollat, non censetur haereticus. Hinc patet ad argumenta, quia illud peccatum de quo in illis habetur mentio, est imperfectum in specie haeresis, quare licet materialiter sit haeresis, non tamen perfecte, &c.

Corolla  
secundam

Secundo inferitur, quod si quis non crassa, sed affectata ignorantia, ignoret dogmata fidei, talis errans censetur haereticus, quia huiusmodi ignorantia non tollit, quin peccatum sit eiusmodi, quale est cum scientia, cum error sit ex electione. Tertio colligitur, quod etiam ante admonitionem Ecclesia potest quis esse haereticus, in his quae sunt manifeste contra fidem. Quare falluntur qui ad contumaciam exiguntur, ut praegua sit admonitio, nec Paulus est pro illis, sed contra illos, nam censor talem esse haereticum, nisi semel, aut bis, admonitus respenderit, esse deuitandum, ne cum illi prodesse non possumus, eius conuersatio noceat. Secundo dicitur quod Paulus loquitur de uitatio-  
ne publica & fori exterioris, quae olim non fiebat nisi ad monitionem praegua. Nunc autem

cum haereticus ipso iure subiaceat excommunicationi, lex publica pro sufficienti admonitione habetur.

**¶** Dubium tamen est, a quo debet quis admoneri, ut pertinax censeatur.

**A**D hoc dico primo in articulis fidei rusticum teneri credere parochus, & si persistat negare articulum, quem omnes tenentur credere, post admonitionem parochi, mortale peccatum committit, sed non videtur haereticus, cum ignorans credit, doctrinam parochi non esse doctrinam Ecclesiae. Secundo dico, quod Episcopo tenentur credere subditi, asserenti aliquam sententiam esse haereticam, nisi sint tales, quales hoste aliqui sunt indocti, sed per solam admonitionem Episcopi non censetur pertinax, quantumuis Episcopus sit eruditus. Tertio dico, regulariter loquendo in quibus asserentibus esse haeresim, qui illis non adhibet fidem peccat: tamen non est haereticus. Dico regulariter, si esset inquisitor tantum in iure peritus, & non consulisset viros doctos Theologos, tunc enim, & si illis non assentiret, non esset pertinax contra fidem: ratio horum trium est, & notanda, quia neque parochus, neque Episcopus, neque inquisitores, sunt regula fidei, quare qui his dissentit, credens eos non dicere quod Ecclesia tenet, ac diffinit, non descendit ad fidei dogmatibus. Quod si quis in contrarium adducat vsum inquisitorum, &c. c. cum ad abolendam, ubi excommunicantur, qui fuerunt per Episcopum cum consilio clericorum haeretici iudicati. Ad primum dico, quod in foro exteriori nonnunquam proceditur ex praesumptione iuris, & non ex ipsa rei veritate, vnde licet inquisitores non habeant infallibilem auctoritatem in determinando ea quae sunt fidei: possunt tamen, ex ipsa diffinitione qua habet in foro exteriori, damnare hominem tanquam haereticum, & illorum sententiae parandum est, nisi contineat manifestum errorem. Secundo dico, quod si non est manifestum dogma contra fidem Catholicam, inquisitores, aut Episcopi, non debent condemnare aliquam haeresim, quod reuera non est, licet aduersetur fidei, secundum sententiam Theologorum, sed debet condemnari tanquam sapienter, haeresis erroris, vel temeraria. Tertio dico, quod si reuera manifeste aduersetur fidei, licet ignoret

Argumen-  
tum.Responde-  
tur.

qui continentur, oportet eum admonere, & ostendere diffinitionem Ecclesiae, vel locum Scripturae, cui assertioni repugnat, quod si tunc persistat, vere est haereticus. Ad confirmationem capitis, ad abolendam, dico glossam dicere caput illud procedere in manifestis contra fidem. Sed nos respondemus, & melius, procedere ex praesumptione iuris, merito enim habetur inspectus de haeresi, qui ad prouinciali Concilio damnatur, quare interim cauendus est a populo, quod sit per excommunicationem. Sed adhuc dubium aliud graue est in hac materia.

¶ An dubius in fide sit infidelis.

**Q**UOD, in partem negantem huius dubitationis, fidem facere videtur est, primo auctoritas S. Thomae. 1. Corinth. 11. lectione. 4. De ratione haeresis est, ut quis priuatae discipline cum pertinacia haereat: nam lectio firmam importat adhesionem, at qui dubitat non habet firmam hesionem, ergo. Secundo haeresis contraue opponitur fidei, ut dicit S. Thomas, at dubitatio, cum non habeat assensum, nec dissentium, non opponitur contrarie fidei, quae importat assensum, quod dubitatio non est haeresis. Tertio, si dubius in fide esset haereticus, Apostoli fuissent haeretici, quia sepe dubitarunt post fidem susceptam, consequens autem est falsum, ergo, confirmatur, ex eo quod habetur Matthaei. 14. Modice fidei, quare dubitasti. Ergo dubitatio non penitus excludit fidem, quare non est haeresis. Ad hanc quaestionem est distinctio communis, quod duobus modis contingit dubitare in fide, vno modo ex infirmitate & vacillatione: alio modo sponte, & ex pertinacia. Iuxta hanc distinctionem est prima propositio, Dubius in fide ex infirmitate animi, ut qui vacilat ex tentatione, non est haereticus: patet quia non est pertinax: Secunda propositio, Qui dubitat ex animo deliberato, id est, cum pertina circa ea quae sunt fidei, est haereticus, & sic intelligunt Doctores communiter illud cap. 3. de haereticis, Dubius in fide infidelis est. Sed oritur ex hac determinatione dubium: quia qui dubitat in fide dubio moralitatis, etiam si faciat ex infirmitate animi, non est fidelis, cum fides exigat certitudinem, ut patet ex eius diffinitione, & ex D. Bernardo

1. Proposi-  
tio.2. Proposi-  
tio.

Dubium.

dicente, quod fides ambiguum non habet, & si habet, fides non est, ergo ille qui dubitat, est infidelis, & si suscepit fidem Christianam, est haereticus.

Turrecremata, lib. 3. c. 61. respondet ad hoc, infidelitatem posse accipi tripliciter, vno modo, pure negatiue, ut dicatur infidelis, qui non habet fidem. Secundo modo secundum contrarietatem ad fidem. Tertius modus est medius, & est quaedam fluctuatio inter duas partes, nec vni, nec alteri firmiter adheredo: & hoc tertio modo, inquit, intelligatur. c. 1. de de haereti. dubius in fide, &c. Cum autem infidelitas diuidatur in tres species, debet intelligi de perfecta infidelitate, quae est contraria fidei. Ad argumenta ergo, quae inter dubitandum posuimus. Ad primum ex dictis patet duplex solutio. Prima, quod licet ille sit infidelis, imperfecte tamen, ac subinde non est haereticus. Secunda, quod dubius in fide, est infidelis, si adit pertinacia, & ex animo deliberato dubitat circa ea quae vidit & cognoscit esse dogmata fidei Catholicae. Ad aliud ex auctoritate S. Thomae respondetur, eum loqui de haeresi perfecta, quae contrarie & directe repugnat fidei: qui autem dubitat, non est perfecte haereticus per contrarietatem. Secundo respondetur quod regulariter loquendo, non videtur posse quae pia pertinaciter dubitare in fide, sine aliquo errore posuitio. Vnde Augustinus in Enchirid. ait, Errare est approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis. Et hinc est, eum qui pertinaciter dubitat, in his quae videt esse dogmata fidei contraria, semper habere assensum erroneum: & cum ex pertina animo dubitet, vere est haereticus in iure, & incurrit poenas haereticorum. Ad tertium respondet Turrecremata, lib. 3. c. 61. Apostolos non fuisse haereticos, quia non habuerunt pertinaciam, non enim legitimus cum pertinacia oppositum fidei defendisse, sed parati erant corrigi. De Thomae aliqui dubitant, quia dixit, Nisi videro, non credam, quae conditio aduersatur fidei, & antequam Spiritu sancto repleatur & in gratia essent confirmati non mirum ex turbatione praecedenti subsecuta, & ex aliqua ignorantia Apostolos dubitasse, non tamen ex malitia, neque ex pertinacia, et si aliqui illorum amiserunt constantiam, & confessionem fidei, ut Petro. Dominus dixit, Matthaei. 14. Modice fidei, quare dubitasti: Non dicit, nullus fidei, sed modice. Non tamen omnes amiserunt fidem. Iam tractandum sequitur de penis haereticorum, quae

Haereticorum  
non poena.

C 4 sunt



sunt in duplici executione: alix spirituales, & ecclesiasticx, vt excommunicatio, alix corporales, & quasi ciuiles, vt confiscatio bonorum, & occisio: de prioribus nulla est ambiguitas, etiam apud hereticos, quin legi euangelice sint conformes, Matthæi. 18. ad Titum 3. 2. epistola Ioann. & ideo de hac pena spirituali, & an Ecclesia habeat potestatem supra actus interiores, nil disputamus, sed de pœna temporali, & exteriori, ideo rogamus.

**¶ An hereticus exterior, occultus tamen, incidat in pœnas hereticorum.**

**V**erbi gratia, si quis solus verbo, aut facto heresim commisit. Ad hæc omnia affirmanter respondemus ex sententia omnium. Est enim expressa determinatio cap. 2. de officio iud. ordi. & excommunicatio non est ex corpore iuris, sed ex annuali processu curiæ in Cosna Domini: Verumtamen est qua scio. An teneatur confiteri inquisitoribus, qui in foro confessionis & secreto noluit quidquam audire? Respondemus, quæmadmodum non teneor confiteri peccata, quæ scio confessorum proditurum, ita non teneor inquisitoribus apperire secretum, nisi velint audire in foro secreto poenitentix: ideo mittatur sacerdos, qui peccat absolutionis facultatem, quam si neget, expectetur tempus commodius, & si forte notatur, ex eo quod abstinet à sacramentorum communione, communicet cum gemitu & dolore, sicut & reliqui Christiani. Vel quod in promptu est, expectet Iubileum plenissimum, vel accipiat diploma Pontificum, quam Hispanie dicimus, La bula de la Cruzada, & ex privilegio illius poterit absolui à quocunque confessore, & facultate Concilij Tridentini, sessione. 24. decreto. 6. de reformatione generali liceat Episcopis, &c. in fine decreti habetur idem, & in hæresis crimine, in eodem foro conscientie eis tantum, non eorum vicarijs, sit permissum eos absolueret, imposita poenitentia salubari.

Sed oritur aliud dubium. Diffiniuimus enim, eum qui peccat lethaliter in fide, committere heresim materialiter, & imperfe-

cte, sed non esse perfectum hereticum, nisi sit pertinax. Dubium enim est, An heresim imperfecta pœna canonis subiacet? Et suadet pars affirmans, qui enim occidit clericum ex ignorantia vincibili, incidit penam canonis, ergo etiam errans in fide, patet consequentia, sicut hic non committit sacrilegium formaliter ex intentione, licet reducat ad speciem sacrilegij, vt actus imperfectus ad speciem sui perfecti, ita etiam error culpabilis in fide, vel assigna rationem, quare actus imperfecti, qui sunt à nescientibus, non exculantur à pœnis iuris: hic autem solus actus infidelitatis non incidat in penam canonis, nisi sit perfectus, hoc est, procedens ex animo deliberato.

Ad hoc respondemus secundum communem usum, heresim imperfectam sine pertinacia non appellari heresim, solos enim pertinaces consueuimus hereticos appellare, & qui occidit clericum ex ignorantia vincibili, verè & proprie sacrilegus est, quia occidit clericum: & ideo pœna lata contra huiusmodi verè comprehendit eum, quamuis ex ignorantia fecerit. At excommunicatio, quæ fertur in hereticos, non completitur nisi eos, qui usu communi, & proprie heretici vocantur: tales autem sunt, qui ex animo pertinaci fidei resistunt. Secundo respondemus, ipsa iura iam retro citata, indicare se non ferre sententiam, nisi contra hereticos, qui pertinaci animo suas hereses amplectuntur, atque defendunt: sicut & in alijs criminibus etiam cautum est, vt nemo incidat in pœnas pro illis illatas, nisi sciens & prudens consenserit, aut commiserit: patet hoc in Clementina prima, de hereticis. & cap. vnico de schima. in. 6. Et Clementina cupientes, de poeniten. Vbi solum excommunicantur, qui scientes & animo deliberato peccauerint. De qua Sancti Thom. supra illud ad Galatas. 1. Sed licet nos aut Angelus de celo, & anathema sit. Consequens est iam vt de penis corporeis differamus: & prima quidem disputatio est.

**¶ An iuste Ecclesia huiusmodi pœnas infligat, præsertim mortem, qua plectuntur brachio seculari traditi.**

**R**esponder ad hoc Lutherus, esse contra voluntatem Spiritus sancti, hereticos cõburi: & est arti. 33. condemnatus à Leone decimo

heresis im  
pfecta an  
pœna ca  
nonis sub  
iacet.

mo. Hunc errorem tenuit primus Iohannes Hus in ordine. 8. damnatus, sess. 15. in hæc verba. Qui assentunt per censuram ecclesiasticam emendandum, nisi corrigi voluerit, & iudicio seculari non esse tradendum, sequuntur scribas & pharisæos, qui dixerunt, Nobis non licet interficere quæquam: & tamen Christum Pilato tradiderunt. Hanc sententiam renouant ante Donatista. Argumenta, quibus hoc dogma conantur suadere, ea sunt. Primum ex Matth. 13. quod est tertium argumentum S. Thom. de zizanij non erradicandis. Secundum eiusdem ostium, Dominus iam dedit arma, quibus esset in Ecclesia militandum aduersus hereticos. Paulus ad Titum. 3. & Ioann. in sua. 2. cano. & ad Corint. 10. Arma nostra non sunt carnalia, sed spiritualia. Tertium Matth. 26. Cõuerte gladium tuum in vaginam, &c. dedit enim nobis gladium spiritus, quod est verbum Dei. Quantum Matth. 12. ex Isaiâ. ponam spiritum meum super eum, arundinem cassatam non conteret, & lignum fumigans non extinguet. Quintum Luca. 9. cû duo Apostoli dixissent Domino, Vis ignis descendet de celo, & cõburet eos? Responder, nescitis cuius spiritus estis, filius hominis, non venit animas perdere, sed saluare. Sextum Esaiâ. 11. Vbi de tempore Messix, & eius re publica Propheta loquens, ait, Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hodo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis, simul morabuntur. Et puer paruulus minabit eum, & protinus non nocebit, & non occidit in vniuerso sancto monte meo, quia repleta est terra scientia Domini. Postremum, quia nunquã in ecclesia reã & instituta factum est: cum tamen sit res esset Euangelij digna, eadem esset causa, cû necessitas eadem occurrerit.

Contra hanc heresim supra statuius cõclusionem de fide, quã probamus, primo ex verbo Dei expresso. Ad Titum. 3. & Matth. 7. vocat hereticos lupos, quis autem tam in sanus, qui lupos non arceat ab ouili, & si aliter nequit interimat, potius quã oues rapi permittat? Et Matth. 18. Si Ecclesie non auerit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Et Paulus. 2. Timo. 2. Sermo eorum vt cancer serpit, & Acto. 5. Petrus Ananiam Saceram interfecit, ob fraudatã pecuniam partem, quod si propter fraudem pusillæ pecuniæ tunc id factum est, nunc aduersus eos qui non pecuniarum, sed animarum sunt rapaces, &c. Secundò id probatur ex cõcilijs, & decretis Ecclesie supra citatis, & Gratia-

nus. 23. q. 4. 5. 6. & 7. in confirmatiõne nostræ conclusionis, & damnationem prædictæ heresis plura adducit. Tertio probatur ex doctrina Doctorum factorum. Hieronymus, & habetur. 24. q. 3. Refecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, pufescat, intereat. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flama depopulata est. Augustinus. 5. lib. contra epistolâ Parminiani, epistola. 48. & lib. 2. contra literas Petilianæ: & epistola. 48. ad Vincentium Rogatianæ heresim assertorem, licet in multis locis scripturæ eius videatur in partem Lutherorum declinare, hic tamen omnino mutauit sententiam, sic scribes, Mea primus sententia erat, neminem ad vnitatem Christi esse cogendum, disputatio ne pugnantium, ratione vincendum, ne fidos catholicos haberemus, quos apertos hereticos noueramus. Sed hæc opinio mea, nõ contradicentium verbis, sed demonstrantiũ superabatur exemplis. Nam primo mihi opponeretur ciuitas mea, quæ cum tota esset in parte Donatistarum: ad vnitatem catholice, timore legum Imperialium conuersa est: quam nunc videmus, ita huius perniciæ detestari, vt in ea nunquã fuisse credatur.

Ita & alix multæ, quæ mihi nominatim commemorantur, vt ipsi rebus agnoscerem, etiã in hac causa recte posse intelligi quod scriptum est, Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Hæc Augustinus. Et in lib. contra epistolam Parminiani, explicans verba Christi dicentis, Sinite vtraque simul crescere vsque, ad messem. Ait hæc verba in eo tantum casu seruanda sunt, quando zizanix sine extirpatione tritici extirpari non possunt, id est, quãdo heretici occidi, & extingui nequeunt, nisi etiam cum eis Catholici trucidentur: sed cû metus iste non subest, & crimen eorũ non tuum est, & execrabile, nec tales habent defensores, per quos possit schisma contingere, tunc aduersus eos seueritas exercenda est. Nam si Imperatores puniunt furta & homicidia, cur non punient hereses & sacrilegia? Quarto probatur ratione conuinceti, quia ad Roma. 13. Potestas ciuiliis ministra Dei est in vindictam malefactorum: non enim si ne causa gladium portat, quænam igitur stulticia est, vt Augustinus ait ad Bonifacium, Velle vt adulteriam puniantur & sacrilegia permittantur? Quis mente sobrius Regibus, aut Principibus dicat, nolite curare à quo

Hierony

Augusti

& Felini, concedimus dominium esse fisci a comisso crimine, sed vsus est heretici, quous que bona occupentur per sententiam: de clatoriam quare inter ea licite vitur suis bonis, & magnum est discrimen, etiam si a die comissi criminis publicentur bona. Ad primu argumentum aliorum respondetur, priuatio nem dominij esse poenam, ad quam nulla aetio iudicis requiritur, neque ipsius rei, aut delinquentis, sed sola lex sufficit, quia non exigit executionem: talibus enim poenis, ante iudicis sententiam, manent homines ligati, vt ad suspensionem, irregularitatem, excommunicationem. Ad secundum negamus in illis casibus reos non amittere rerum dominium, cum oppositum sit expressum in illo. c. cum secundum de hereti. lib. 6. quanta non teneantur ea reddere. ante condemnationem, quia lex non priuat eos vsu, sed proprietate. Et haec de dubijs, & questionibus circa materiam qua propofimus disputandam emergentibus.

Vt defendamus Chrysostomum, respondemus in doctrina, quam asseruimus, non differere ab Augustino, neque a ceteris Doctoribus sacris, & scholasticis, sicut aperte ostendunt eiusdem verba, praedictis verbis praemissa, quae sic habent, Dominus prohibet euelli zizaniam, ne forte simul cum zizanijs, herbam etiam tritici euellant: deoebat enim vt bella, & effusionem sanguinis prohiberet, nam si tunc trucidarentur haeretici, inter & irreconcilabile bellum orbi inferretur.

DECIMVM QVAESITVM.

An Angeli ob amorem mulierum de caelo ceciderint.



Chrysostomus in illud Mat. 23. videntes venistis in nomine domini, sed decolatis oculis. Hom. speciall. in decollatione Iohannis Baptistae indicare videtur Angelos Dei formidatam amorem illatos, de caelesti gloria compositos. Sic enim habet, O malum summu & acutissimum diaboli telu, mulier per muliere Adam in paradiso prostrauit, per mulierem castissimum Ioseph deuocit in carcerem, per mulierem illu totius mundi lu

cerna capite truncauit: & quid dicam de hominibus? mulier non solum homines, sed etiam Angelos de caelo prostrauit.

Doctores scholastici disputant de hac questione. 2. dist. 5. & 6. & S. Thom. 1. parte q. 63. art. 2. quo quaerit, An possit solum in Angelo esse superbia & inuidia peccatorum? Et constituto, peccatum in aliquo bifariam posse esse, nempe quantum ad actum, vel quantum ad reatum: responderetur tribus conclusionibus. Prima, Quantum ad reatu in Angelo potest esse omne peccatum. Probatur, quia potest esse causa cuiuslibet peccati, vt de facto in hominibus perditissimis est causa multorum peccatorum. Secunda, conclusio, quantum ad affectu, aut actu formale, sola superbia, & inuidia, possunt esse in Angelis. Probat, quia Angeli sunt incorporei, ergo peccare non possunt, sibi ipsis bona corporalia appetendo: quae sola superbia, & inuidia, sunt materia aliorum peccatorum, bona vero: incorporea: sunt materia circa qua superbia & inuidia versantur. Tercia, conclusio, in Angelo fuerunt illa duo peccata, sed prior fuit superbia: probatur, supposito bona spiritualia optare ex parte obiecti nu qua esse peccatum, sed peccatum solum consistit in ordine & modo appetendi, tunc sic, Angelus peccauit quantum ad spiritualia, non autem alia, nisi quia inordinate voluit habere beatitudinem per mercedem illam, non scilicet a Deo, sed a seipso volens eam habere, ergo primo peccato peccauit delicto superbiae. Quod vero secundario peccauerit peccato inuidiae, probatur, supposito quod quis vult aliquod bonu, odit impediuum illius boni, tunc sic, demon voluit beatitudinem sibi, & a seipso habere, ergo odio habuit q Deus ex se, & ex sua natura beatitudinem haberet, hoc autem est inuidia, ergo.

Quantum ad primam conclusionem aduertendum tenent S. Thom. non esse asserere, demones per mala opera sua mereri omnium peccatorum poenas. Cu quantum ad essentialia non sunt in statu merendi: & demerendi: sed in ens eis est, quod demones de facto multa mala opera exercent, quae nisi iam essent extra statum viar, ex se punirentur. Quoad secundam conclusionem Doctores scholastici conueniunt, cum S. Thom. Qui vero tenent eam Tertulianus, Origene, Cipriano, Augustino, & alijs: auctoris patribus, quod Angeli habent corpora, licet aeterna, consequenter affirmant, vltra superbia & inuidiam, alia peccata posse esse in Angelis,

lis, iuxta quod Tertulianus in illud Genes. 4. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre, &c. inquit. Quod Angeli peccauerunt peccato luxuria. Et B. Augustinus. 15. de Ciuitate Dei. c. 23. ponit demones incubos & succubos, de quo vide Chrysostomum primo tomo ad quatuor: vbi definitiuimus, q vere & secundum rem, in demone non est peccatum luxuriae: sed solum demones gaudent homines peccato. carnis peccare, & luxuriae peccato solum peccant, quantum ad causam, instimulando homines ad opera carnis, & si lares vident hominem ad auaritiam proclibem, effectut illi causam, & occasionem lucri, vt animam perdat. Et Hieronymus in expositione super epistolam primi capituli ad Ephes. reddit ratione, quare vnus demon delectatur cu ministrat materiam vnus peccati, & alius cu ministrat materiam alterius, nempe quia isti chaeodemo nes inter se sunt compositi, & ordinati, ita vt vnus tenet de materia vnus peccati, alter de materia alterius, quo alius venenatas sagitas in animabus peccatorum insigant.

Demo an peccauit peccatum luxuria.

Scotus 2. dist. 6. q. 2. art. 2. sustinet de facto in demone fuisse peccatum luxuriae, inquit enim, quod fuit in illo duplex amor in ordinato, primus amor amicitiae, quo sibi voluit beatitudinem, secundus concupiscentiae: beatitudo vero inordinate voluta amore concupiscentiae, in quantum delectabilis est. Dicimus tamen, q licet in demone fuerit quidam amor: amicitiae suae: & concupiscentiae beatitudinis: negamus tamen, quod illi sint duo amores, imo est vnus amor, sicut appetere diuitias respectu mei. est amicitia, sed respectu diuitiarum est concupiscentia. Secundo dicimus, quod demon non appetit beatitudinem, quia delectabilis, sed quia bona, & ideo non peccauit peccato luxuriae: tunc etiam quia appetitus ille non fuit delectabilis per tactum, ad luxuriam vero requiritur, quod obiectum per tactum sit delectabile: tali autem tactu caret demon, ergo, veum est quod in quantum Scotus asserit, prima peccatu Angeli esse luxuriam, capit luxuriam largo modo, sicut S. Thom. in solutione ad secundum argumentu, lococitato, ait, in Angelo no fuisse peccatu auaritiae stricto modo capite, largo autem modo vitium auaritia vsurpando, assignat illi vitium auaritiae. Et in hoc sensu excutari potest Scotus non tamen caret culpa, in hoc quod impugnat antiquos asserentes primu peccatum Angeli fuisse superbiam.

Quantum ad ratione, qua probat S. Thos Angelum non peccasse ex parte boni voluti, quia optare bona spiritualia ex parte obiecti nunquam est peccatum, sed solum consistit in ordine, & modo appetendi, quia inordinato modo appetit, cuius rei ratio est, quia spiritualia de se bona sunt. Extat contra hoc ratio vrgens, sequitur enim in quocunq actu malo, quo quis peccat esse peccatum superbiae: proba, quia omnis peccans inordinate amat id ratione cuius delinquit, inordinate vero appetere quod non est appetendum, secundum S. Thom. est peccatum superbiae, ergo. Tum etiam, quia omnis peccans est in obediens, inobediens vero omnis est superbus, ergo. Respondemus, ad hoc vt sit peccatum superbiae non fat esse, quod in se includat modum inordinatum, aut inobedientiam, sed requiritur quod illa ponatur & includantur formaliter in obiecto peccati: quare qui comedit quando tenetur ieiunare, nisi includatur in obiecto, & formaliter dicat, volo comedere vt sim inobediens, aut quia Deus praecipit, non peccat peccato superbiae: si vero illam circumstantiam apponat formaliter in obiecto, tunc peccat peccato superbiae: & hoc modo sine dubio peccauit primus Angelus, appetens beatitudinem tanquam sibi debitam, sicut & de facto Deo est debita. Et ideo vt clarius hoc constet.

Dubium aliud subijcimus, An primus Angelus peccauerit ex eo q voluit esse vt Deus? Dubio huic respondet S. Thom. art. 3. tribus conclusionibus. Prima conclusio, certu est peccasse quia voluit esse vt Deus, patet ex illo Esai. 14. Ero similis altissimo. Quod si queras quomodo voluit esse vt Deus: duobus enim modis potest quis vellet esse vt Deus: vno modo secundum equalitate, alio modo secundum solam similitudinem. Secunda conclusio, Angelus non appetit esse vt Deus per equalitatem: probatur, quia nullu appetit impossibile, maxime qui cognoscit esse impossibile, Angelus non sicut nos, qui quandoque existimamus possibile quod impossibile est, ideo tunc appetimus possibile secundum nostram imaginationem. Dato id sit possibile peccato, q Angelus illud appetere non potuit, nam Angelus equalis Deo esse non potuit, quia suam naturam amitteret, vt vero secudo physicoru habetur. Omnis res naturaliter appetit suu esse, & neq; vnqua res aliqua naturaliter alia natura pro sua appetit, licet appetat suam magis perfici, ergo. Tertia conclusio, Angelus appetijt esse vt Deus.

Primus Angelus an appetijt esse vt Deus.

Deus per similitudinem, patet ex sufficienti dimissione, & ex Augustino libro de questio. veter. resta. & electioe inflatus voluit dici Deus, non ait esse, sed dici, sed quomodo voluit Deo similis esse, respondet S. Tho. voluisse suam naturalem perfectionem sibi esse vltimum finem, & in illa constituit suam beatitudinem, quod est superbia maxima, vel voluit esse similis Deo, quia inordinate Deum, & beatitudinem amavit, ac si à se, & non à Deo haberet: & hunc sensum magis recipit S. Thon. quia est de mente Anselmi, libro de casu diabolici. c. 4.

Doctores scholastici cum Magistro sent. recipiunt primam conclusionem S. Thomae nō ē, quod primus Angelus peccauit, quia voluit esse vt Deus. Doctores tamen vt in plurimum intelligunt locum illum Esaię. 14. Ero similis altissimo, in sensu literali de Nabuchodonosor rege superbisimo: sed sententia S. Thomae non obstat, nam Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, inquit, Ea quae de membris dicuntur, sepe in scriptura attribui capiti, & Hieronymus super Esaiam, cap. 14. & Augustinus, 14. de Ciuitate Dei, cap. 13. ita exponunt, sicut S. Thom. Certum enim est Nabuchodonosor & peccatorem omnem esse membrum diaboli. Et Augustinus ibidem probat, qd primus Angelus peccauit peccato superbiae, ex illo Ecclesiastes 10. Initium omnis peccati superbia, nam nō solum primum Angelum superbia prostrauit, sed & primos parentes, vnde à seculo cō fecisti iugum meum, rupisti iuicula mea, & dixisti, non seruiam. Nole autem Deo seruire, neque obedire, superbia maxima est.

Dubium maius est, circa secundam conclusionem, quam tenet S. Thom. qd Angelus non appetit esse vt Deus per equalitatem. Nam Scotus. 2. dist. 6. q. 1. tenet expresse contrarium, nempe, quod potuit appetere esse equalis Deo: Probat primo, quia omne quod quis amat amore concupiscentiae, potest si bliciter, & aliter, concupiscere, sed Angelus omnes perfectiones Dei potuit amare, & concupiscere ipsi Deo, ergo & sibi potuit, ergo appetere esse equalis Deo. Secundo, quia non impedit obiectum esse impossibile, ad hoc vt appetatur, cum 3. Ethic. cap. 3. habetor, appetitum quandoq; esse impossibile, ergo, confirmatur, quia damnati appetunt Deum non esse, vt constat ex illo psal. 73. Superbia corum, quae oderunt, ascendit semper, si ergo appetunt Deum non esse, ergo de facto Deum odio habet. Tertio, quia

nos volumus non commisisse peccata, quae volitio licita est, ergo si conemur volitione illicita possumus quod impossibile est appetere. Sic citat Scotus pro se Augustinum lib. 83. quaestio. 9. 30. vbi asserit, quod demon potuit perfectionē Dei appetere. Moderni consentiunt Scoto, & adducunt in testem Magistrum sententiarum, & asserunt, quod licet electio sit impossibile, cū nullus curet media apponere ad id quod assequi non valet, appetitus tamen per modum complacentiae potest esse impossibile. Sicut damnati sibi complacent, quod uō sit Deus. Sententia tamen communis scholasticorum tenet cum S. Thom. & quidem Anselmus loco citato, ait. Si demon appetisset equalitatem Dei, appeteret se non esse, quod est impossibile.

Pro resolutione argumentorum in oppositum, notandum, impossibile contingere dupliciter, vno modo simpliciter, alio modo per accidens, aut ex suppositione. Et impossibile dupliciter potest appeti, primo modo de se, id est, in quantum impossibile est, secundo modo de per accidens, id est, non in quantum impossibile, sed in quantum est cō iunctum alicui bono: vt Deum non esse, ne videlicet puniatur. His suppositis ait Caietanus, primo, quod illud quod est impossibile de se, absolute & simpliciter, nullus potest de se se appetere. Patet, quia in alio possibili nulla est ratio boni veri, vel apparentis. Secundo dicit, quod impossibile ex suppositione potest de se se appeti, vt de se se appetere non peccasse, quod ex suppositione est impossibile, cum semel peccauerim. Tertio ait, quod de per accidens possumus, id quod de se se est impossibile appetere, patet in demone qui appetit Deum non esse, quia est coniunctum alicui bono apparenti, ne eum puniat, ex quibus patet, quod primus Angelus non potuit velle se esse & equalē Deo: Et ad illud, quod appetitus est impossibile, ait Caietanus, intelligi de impossibili per accidens, aut de appetitu quo per accidens bonum aliquod appetitur. Solutio alia est verior, non esse possibile, quae piam absolute appetere impossibile, nec per se, nec per accidens, sed solum per velleitatem, aut volitionem conditionatam. Exemplum est, Demon non habet hanc volitionem de presenti & absolutam, Volo Deum non esse, sed solum hanc conditionatā, velle Deum non esse, & de hac velleitate intelligitur illud, appetitus non est impossibi-

Caietanus

Angelo 9 an peccauit, quia suam beatitudinem naturalem tanquam vltimum finem, insurgo. Primo, quia Angelus id appetere non potuit, quin prius hoc iudicium haberet, beatitudo naturalis est appetenda tanquam vltimus finis, sed tale iudicium erroneum est, quia sequitur in poenam peccati, nullum autem peccatum praecesserat in Angelis, maxime quia habuerunt scientiam omnium naturalium, non ergo peccauit, quia suam naturalem beatitudinem appetiit. Ad argumentum Neoterici facile respondendum. Tenent enim non oportere iudicium rationis praecedere primum illud, aut quemcunque alium appetitum, sola enim apprehensio dicitur, sit, vt appetitus, & voluntas q. volunt appetant. Sed tamen quia secundum doctrinam S. Thomae semper iudicium rationis praedit appetitum, & volitionem respondemus iudicium illud fuisse verum, & non falsum, nec peccatum: nam Angelus solum habuit hoc iudicium, appetenda est beatitudo, siue naturalis, siue supernaturalis, non autem addidit ex proprijs meis naturalibus. Et contra hoc ago, quia omne peccatum est conforme iudicio falso, Angelus vero peccauit, praecessit ergo iudicium falsum. Communis solutio est, nō semper oportere peccatum conforme esse iudicio falso: sufficit enim ad hoc quod sit peccatum, disformem esse actum voluntatis iudicio vero. Et ideo licet Angelus nō habuerit illud iudicium, appetenda est beatitudo à solo Deo, sufficit vt verè peccauerit, qd tenebatur illud habere. Secundo respondet Caietanus, quod Angelus formaliter nō habuit hunc actum, volo habere beatitudinem super naturalem ex me ipso, sed tantū habuit hunc actum, volo beatitudinem. Et in hoc peccauit, quia non apposit in obiecto illa circumstantiam volitionis requisitam, scilicet, à Deo. Sed contra hoc est argumentū, quia nos non tenemur formaliter, & actualiter, illam circumstantiam apponere, ergo, nec Angelus. Respondet Durandus. 2. dist. 5. q. 1. qd imaginandum est, Angelū habuisse nouum praecipuum, quod tenebatur talē circumstantiam formaliter apponere, & quia non apposit,

ideo peccauit: quod tamen praecipuum sit nobis non est expressum, & formale, sed tantum virtuale. Idem respondet Caietanus, & addit Angelis praecipuum illud fuisse naturale: probat, quia Angelus habuerunt omnes scientias sibi conaturalēs, & ex simplici intuitu, sine discursu aliquo cognoscunt, quod contrarium est in hominibus, in quo ab Angelis tanquam imperiores à perfectioribus differimus: & ita tenet Angelum peccasse, quia non apposit illam circumstantiam, quae apponere tenebatur. Ex quo patet peccasse ex maxima malitia, quia in primo instanti quo se in Deum conuerterunt, secundum omnes Doctores, apposuerunt Angelis bonam circumstantiam illam, quam, quia non apposuerunt in secundo instanti, ideo peccarunt. Sed contra Caietanū probat, quod illud praecipuum de apponenda illa circumstantia, nempe appetenda est, vel volo habere beatitudinem à Deo, non fuit naturale, quia contra naturalia Angelus nullo modo peccare poterat, ideo dicimus Caietanum nōle affirmare illud praecipuum fuisse purè naturale, quia sic Angelus non posset contra illud peccare. Mens ergo illius est, quod praecipuum illud fuit conforme iuri naturali: Posset etiā responderi, quod licet communiter, & regulatiter, Angelus contra pracepta naturalia non peccet, si tamen omnibus suis viribus naturalibus vtatur, potest peccare. Vltimo, & forte melius respondemus, licet Angelus non peccauit contra dictamen speculatiuum, quia error praecederet culpam, peccauit tamen contra dictamen practicum, nempe mihi ex meis naturalibus est debita beatitudo, sicut & Deo est debita.

Pro Chrysofomo dicimus hanc homiliae, ceteris Chrysofomo falso impostis, esse ad ditam, & insertam: & primum ad studioso quopiam in margine expositio hac fuit apposta, per mulierem Angelos de caelo depositus, id est, homines sanctos, ac deinde vt plerunque accidit, ab scriptoribus in eō texturam translata, vide supra tomo. 1. ad. 4. quaestium Chrysofomi.

VNDECIMUM QVAESITVM.

An restitutio rapinae fieri debeat in duplum.

Chry-



Chrysolomus, homi. 53. in illa verba Matthaei. 17. *Quia rapisti inde telas, vnde factus mare Galilea.* Circa finē, verba faciens de restitutio- ne, asserit, raptoribus nō satis esse, ad expiationem criminis, vt tantundem restituant, quantum rapuerunt, sed opus esse, vt plusquā decuplum reddant ratione contumelias, quā prae- ter damnū intulerūt, & ratione Euangelicæ legis, quæ plura à fidelibus exigit quā lex Moisaica: quæ qua- druplum restitui præcipiebat, sic enim ha- bet. Nolito mihi dicere, quoniam si abstulisti ab alio tantundem contuli, hoc enim cer- te pessimus est, non credas esse possibile, dando eandem mensuram, quā rapuisti, vul- nus illud curare, quod per auaritiā abs te illatum est: nam qui minam rapuit, non erit sibi satis ad remedium huius vlceris, si poenitentia pulsus minam misericorditer de- derit, sed talento indigebit, propterea sur- ti condemnatus quadruplum reddit. Cum igitur fure multo peior rapax sit, & ille qua- druplum reddat, decuplum, imō verō multo plus restituere ille debet, atque vtinam etiā si hic rapinae fordes omnino detegimus, nō enim puto hanc illam esse misericordiā, cui magnus meritorū cumulus referatur. Quo circa Zachæus dicebat, si quid calumniarum sum, quadruplum dabo, & mediam marum rerum partem inopibus offeram. Quod si quadruplum tempore legis redditur, quan- to magis sub gratia: & si furem tantum resti- tuere oportet, quantum rapacem, nam præ- ter damnū contumeliosa res rapacitas est, quare si corruptum ei iam dabis, vix totum reddidisti. Non temere igitur diximus tale- rum esse offerendum si mina tibi rapta est. Huic sententiæ reclamant omnes Doctores scholastici. 4. sentent. dist. 15. Conueniunt ne- nimem esse cogendum, vt ratione rei ablatae, plus restituatur quā abstulit, ex eo quod sca- pus restitutionis est ad equalitatem reduce- re, quod iniuste sublatum est. S. Thom. 2. 2. q. 65. art. 9. de grauitate rapinae supra furti, & q. 62. art. 3. an sufficiat restituere simpli, quod iniuste ablatum est. Ad primū de gra- uitate rapinae supra furtum. S. Thom. respō- det, esse differentiam ex parte inuoluntarij, quā includit ratio furti, quia est per igno- rantiam, in rapina autem est inuoluntarium per violentiam: & ideo rapina est grauius peccatum quam furtum. Est & alia ratio, quia per rapinam non solum infertur alicui

damnum in rebus, sed etiam vergit in quan- dam ignominiam, & iniuriam personæ, & hoc cōponderat fraudi vel dolo, quæ per- tinent ad furtum. Ad secundum, an suffi- ciat simpli restituere, quando quis rapi- na abstulit. Respondet, quod ibi duo sunt consideranda: vnum est inæqualitas, aliud est culpa iniustitia. Quantum ad primum, sufficit, quod tantum restituatur, quantum ha- bet de alieno. Sed quantum ad secundum & culpam, adhibetur remedium per poenam, cuius inflictio pertinet ad iudicem, & ideo anteaquam sit condemnatus per iudicē non tenetur restituere, plusquam accepit, sed postquam condemnatus est, tenetur poenā soluere. Plura se offerrebant circa hanc que- stionem disputanda, consule Doctores scho- lasticos locis citatis.

Pro defensione Chrysolomi asserimus, e- ius mentem interpretandam iuxta doctrinā Sancti Thomæ, scilicet grauitatem culpe & restitutionis obligationem sumendam esse, non ex natura rei sublatae solum, sed etiam ex modo arripiendi, nam si rem sublata ex- pectemus, restitutionis iniustitia nihil vltra à raptore reposcit, si quod rapuit, & quātū rapuit restituat. Si vero contumeliam & iniu- riam consideremus, quam intulit ei a quo ra- puit, non satis est tantundem restituere, sed vbi condemnatus fuerit, tantundem debet reddere, quantum iudex pronūtiauerit red- dendum, siue illud decuplum, siue plusquā decuplum sit. Et hunc sensum verba Chry- solomi videtur præferre.

**DE DECIMVM QVAE SITVM.**

**An liceat vxorem adulteram repu- diare, & aliam ducere.**



Chrysolomus, homi. 17. in illud Matthaei. 19. *Quia ne dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & alia duxerit, mœchatur.* Occurrit his qui hanc legem onerosam esse querunt, inquit: hanc legem leuem fecit, ac fa- cilem, siquidem reliquit viro vnum expulsi- nis modum, dicendo excepta causa fornicationis, alioquin in eandem rursus turpitudi- nem cuncta remearent, sic enim iuberet in pluribus mixtam retineri tamen à viro con-

iugem.

jugem. Rursus in adulteri licentiam nego- tium omne cōuerteret. Rursus homi. de re- pudio in. 1. Corint. 7. ita repudium damnat vt causam adulteri excipiat, inquit, nam quando vir dimiserit vxorem absque cau- sa stupri, quando alter eiectam, viuente vi- ro, duxerit, cum eiecta illa punietur.

Ambrosius in caput septimum primæ ad Corinthios, enarrans illud: Præcipio non ego, sed Dñs virum vxorem non dimittere, &c. ait, subauditur autē excepta fornicatio- nis causa, & ideo non subiecit, dicens, sicut de muliere, quod si discesserit maneret sic, quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem, quia non ita lege con- stringitur sicut mulier, caput enim mulieris vir est. Et paulō superius, de muliere loquitur, ait, Quod si de cōtine non potest, quia pu- gnare non vult contra carnē, viro recōcilietur, non enim permittitur mulieri vt nubat, si virū suum causa fornicationis dimiserit, aut apostata, aut si illicitē impellente lasci- uia vsum querit vxoris, quia inferior nō om- ninō hac lege vitari potior: si tamē apo- statae viri, aut vsum querit vxoris inuicere, nec alii potest nubere mulier, nec reuertī ad illum.

Augustinus in lib. de fide, & operib. c. 19. testatur, nō esse ex Diuinis scripturis mani- festam: an ille qui post dimissam vxorem, adulteram duxerit alteram, sit adulter: sic enim habet, Quisquis vxorē, in adulterio deprehensam, dimiserit, & alia duxerit, nō videtur equandem eis, qui excepta causa a- dulteri dimittunt, & ducūt: & ipsis Diuinis sententijs ira est obscurum, vtrum dicitur, cui quidē sine dubio adultera licet dimittere, adulter tamē habeatur, si altera duxerit, vt quantum existimo, venialiter quisq; fallatur.

Theophilactus in. 16. Lucae cap. inducit Christum se loquentem, Ecce enim de so- lutione matrimonij lex præcipit propter eedem Iudaeorum: ego ad perfectiora exer- cens auditores, repudium absque rationa- bili causa prohibeo. Et in Matth. c. 5. nō sol- uit Christus Moisaica, sed corrigit, exterrēs virum vt ne absque causa odio habeat vxo- rem: nam si iusta de causa dimiserit eam, ut pe fornicantem, nulli condemnationi est ob- noxijs: quod si absq; fornicationis causa cō- demnatus est, cogit enim eam mœchari.

Hylarius, Canon. 4. in Matth. explicans illud, Qui dimiserit vxorem suam, &c. sic habet, Cū lex libertatem dandi repudij, ex libelli auctoritate, tribuisset, nunc marito si-

des Euangelica non solum voluntatem pa- tris indicat, vcrumetiam coactē in adu- terium vxoris impouit, si alii ex discessionis necessitate nubenda sit, nullam aliam cau- sam detinendi à coniugio præferens, quā quæ viro prostratē vxoris societate pollue- ret. Hæc adducunt hæretici, & præcipue Philippus Melanchthom, simul cum Ter- tuliniano, lib. 4. aduersus Marcionem, & au- thorem operis imperfecti. Hom. 32. in Mat- thæum, Eutimium in Matth. cap. 5. Cromac- cium in commentarijs super Matth. cap. 5. decretum Zachariæ Papa, quod refert Gra- tianus, causa. 32. quæst. 7. & concilia Mag- nuntiarum, & Triburense. Inter modernos Caietanus in Matth. 19. videtur discernere, quod liceat vxorem adulteram repudia- re, & aliam ducere, sic enim habet, Intellego ex hac Domini Iesu Christi lege, licitum es- se Christiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipsius vxoris, & posse ducere aliam vxorem, salua semper Ecclesiæ diffinitione, quæ hæc emus non apparet: nā decretales Pontificiæ de hac materia non sunt diffinitivæ fidei, sed iudiciales facti. Et infra, nec ex his intelligas, vxorem quoque posse dimittere virum fornicantem: quia Iesus, qui est verus Deus de hoc nō concessit, nec est par ratio, vt patet, nec etiam in veteri lege vxor poterat repudiare virum. Nec ego sum primus qui intelligo Euangelij textum, quia ante annos mille B. Ambrosius sic intelligens, idem docuit. 1. Corint. 7.

Multa se offerunt circa hanc materiam de diuortio, discernenda: perstringam ali- qua quæ nosse non pigebit. Et primo dubi- tatur, an sit licitum viro propter fornicationem vxorem dimittere: Disputant Do- ctores scholastici de hac materia. 4. sentent. dist. 36. & ibi S. Thom. ad dubium hoc præ- iactō, scilicet, diuortium dici à diuertendo, quia qui matrimonium distrahunt, in di- uersas partes eunt, quia toro & domo se se- parant: vnica assertio, respondetur, licitū est viro vxorem suam fornicationis causa dimittere. Hæc patet ex sententiā Domi- ni, Si quis dimiserit vxorem suam, excepto fornicationis causa, &c. Et pbatur ratione in re naturali fundata. Primo, quia ius naturæ hoc docet, vt vbi duo sunt mutua fide inter se ligati, fides ei frāgatur, qui fide frēgit, cap. peruenit, extra de iure iuran. si ergo adu- lterā fide traditā frangit marito, digna redditur cui debitum non soluatur, sed toro pellatur, ac domo. Secundo, quia fornicatio vxoris

D aduer-

Dubium.

An liceat viro propter fornicationem vxorem dimittere.

Matth. 19

Luc. 9

aduersatur debita educationi proles, quae est finis matrimonij, quia partum reddit incertum, cuius pater ignoratur. Tertio quia repugnat alteri fini matrimonij, qui est patiblicus consuetus coniugatorum, ad quem matius amor necessarius est: atque hoc ita natura comparatum est, vt vir vxorem, quam elegit ad procreandas proles, si vicio alterius pollutam cognouerit, ferre eam nequeat, sed despectam habeat, & odio prosequatur, & hac de causa Dominus Christus, ceteris exclusis diuortium permisit. Sola enim fornicatio est, vt ait Hieronymus, quae vxoris vincit affectum. Can. dixit Dominus. 32. quaestione. 1. & Augustinus super Deuteron. inquit, Quod cum muliere essent in lege cauae dimittendi vxores, Christus solum fornicationem excepit, ceteras molestias iubet pro fide & castitate sustinere. Ex quibus constat, diuortium non esse solum decretum humanum, sed ex Diuino iure & naturali ortum.

Hierony. August.

Sept. ca. sui exce. pi à con. clatione. Primus.

Sunt autem septem casus, qui ab hac conclusione excipiuntur. Quia vel vxor inuicinis est, vel vtrique culpa aequale habent. Primus, si vir quoque se deturpauerit. Secundus, si ipse vxorem prostituerit, & in his sunt parae conditionis. Tertius, si vxor virum suam defunctum ex concubitu exi stimauerit propter longam eius absentiam, & alteri nupsit. Quartus si fraude latenti ab eo fuerit cognita, qui sub specie maritali in eius lectum insinuauit. Quintus, si vi fuerit oppressa. Ij enim euentus culpam auferunt, vel saltem minuunt. Sextus, si post commissum adulterium eam vir suo toro susceperit reconciliauerit, quia tunc et culpam condonauit. Septimus, si in infidelitate vxor, cui maritus dederat libellum repudiij, alteri nupsit, tunc enim si ambo fidem susceperint, tenetur vir eam in matrimonium reassumere. Hi septem casus è iure naturali & diuino habent ortum. Primus, fundatur in illa regula naturalis iuris. I. viro. ff. solut. matrim. paria delicta mutua compensatione dissoluuntur. Vnde Augustinus, libro de sermone Domini in monte, Nihil iniquius est quam causa fornicationis dimittere vxorem, si ipse conuincitur fornicari. 32. quaest. 2. Canonice, nihil. Et Paulus, Rom. 2. In quo alium iudicas te ipsum condemnas. Et Ioannes. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat.

Secundus.

tum in iure naturali, nam si ipse per lenocinium vxorem exposuit, in ipsum culpa refunditur. Casus est, cap. discretionem, de eo qui cognouit consanguineam vxoris, vbi maritus propter lenocinium prohibetur vxorem accusare. I. cum mulier. ff. soluto matrimo. & merito propter lenocinium mariti, lege damnantur vt ab vxoribus publice flagellis risibilem vapulent.

Tertius.

Tertius casus, scilicet, quando vxor bona si de arbitrata maritum defunctum, alteri nupsit, est decisio canonice, cum per bellicam, 34. quaest. 2.

Quartus.

Quartus casus, scilicet, si ignoranter passa fuerit adulterium, excusatur ex sententia Augustini, libro de fide & operibus, Can. si virgo. Et concilij Triburenfis, Can. in lectum. 34. quaest. 3. Et ratio naturalis est, quia ignorantia inuincibilis excusat à culpa, vt patet ex exemplo, Jacob cum Lia.

Quintus.

Quintus casus, eadem ratione excusatur propter illatam violentiam. Augustinus lib. secundo, de ciuitate Dei, & refertur Cantinae. & Can. proposito. 32. quaest. 5. intelligitur autem, quando violentia est talis quae mulier non contrahat culpam, quia si per metum ipsa consentiret non excusatur, nec à culpa, nec à diuortio, vt ait Hieronymus ad Damasum, Can. omnes cautiones 32. quaest. 7.

Sextus.

Sextus casus, scilicet, quod semel reconciliatam non potest vir, nisi iterum relabatur ab hęcere, colligitur ex vtroque, Can. si quis, & quod autem. 32. q. 1. Ad reconciliationem vero requiritur, quod eam cognouerit postquam habuit scientiam adulterij vxoris, at vero post celebratum diuortium si eam cognouerit, reconciliare illam censetur, atque adeo deinceps tenetur in matrimonio permanere. Et aduertendum, quod et si in his sex casibus vir nequeat vxorem ab alio cognitam dimittere, nihilominus bigamia irregularitate incurrit, si eam cognouerit, nam bigamia contra propriam culpam incurritur. Si cuius, & si laici, distia. 34. decernunt.

Septimus.

Septimus casus, habetur, c. gaudeamus, de diuor.

Dubium secundum est, An vir teneatur ex precepto vxorem fornicatam dimittere. Quae de re sunt variae sententiae Doctorum scholasticorum, sed illis omisissis, respodemus duabus assertionibus. Prima, si ad cor rediens poenitentia adducta emendetur, potest illam retinere: imò saepe id consilium est, ratio assertionis est, quia cum poena illa diuortij

An vir teneatur vxorem fornicatam dimittere. Prima conclusio.

diuortij sit posita ob culpam fornicationis postquam culpa deleta est per emendationem, potest vir iuri suo renunciare, & vxori poenam illam condonare. Ita Augustinus ad Pollentium, lib. 3. can. quod autem. 32. q. 1. ait, non esse durum reputandum, vt coniux a altera per poenitentiam sanata, viro reconcilietur, quod autem hoc saepe sit consilium inde patet, quod mulier emendata, cum se viderit destitutam praesidio mariti, periculum subibit, ne per inopiam oppressa turpem procuret quaerit: iuxta quod à viris prudentibus consilium solet adhiberi vxori viri adulterij, ne torum diuidat, illa enim abstinentia adeo non cedit in remedium viro, vt saepius confueuerit esse maius praecipium, quia recrudescere solent viri, & peiores fieri.

a. C6cl. 60.

Secunda assertio, & maxime probabilis est, Viri non tenentur vxores quantumcumque pertinaces, & absque spe correctionis obstinatas, simpliciter & absolute loquendo relinquere. Patet primo, quia Christi verba, si perpendantur, non iubent, sed permittunt. Secundo, quia vir, ob crimen vxoris, nullam culpam contrahit, deserere autem vxorem, poena etiam est viro. Et cum possit iuri suo petendi diuortium renunciare, non ergo tenetur hoc genus supplicij extra culpam suam subire. Quod si quis inerat crimine vxoris, videtur redundare in virum, quia si eam non relinquit, quasi consentit in crimine, & dat occasionem scandali, ac si patronus, & particeps eius fiat. Dicimus, quod si de facto ita est, tenetur ab illa discedere, quia ne det scandalum, tenetur aliquid de suo iure perdere: si tamen hanc maculam potest diluere, tunc non tenetur ab ea separari, quia scandalum tunc non esset datum, sed acceptum: si enim illecebris carnis vitur adeo, quod nequit ab vxore nisi cum magno periculo abstineret, re vera tunc non tenetur tali periculo se obijcere, vt vxorem relinquat. Similiter si est vir infirmus, aut pauper, qui viuunt labore manuum suarum, & ideo vxore nimis indiget, quae ei in re familiariter seruiat, tunc non tenetur sibi nocere, illam abiiciendo, vt experientia in regno Galaciae docet. In similibus ergo casibus satis est, quod vir vxorem acriter reprehendat, & quam poterit caute custodiat, vt vicina intelligat necessitate compulsum cum illa manere. At dicit quis

forte per diuortium vxor emendabitur, alias non. Dico, quod excludere vxorem est maius periculum, quia regulariter, & in plurimum postquam sunt repulsa, peiores fiunt. Secundo, quando illud esset necessarium, non tenetur vir cum tanto detrimento uxori mederi: si autem non pateretur tantum detrimentum, consilium esset, vt faceret.

An maritus propria auctoritate possit adulteram dimittere

SED an maritus propria auctoritate, non expectato iudicio Ecclesiae, possit adulteram dimittere? Supposita distinctione, respondetur tribus assertionibus. Quia dimissio potest intelligi, aut quantum ad torum, aut quantum ad cohabitationem. De toro fit prima conclusio. Potest vir priuata auctoritate vxorem à se in adulterio deprehensam dimittere, hoc est, ab eius amplexu abstinere, & debitum illi etiam petenti denegare. Probatur, quia iam tunc certus est, illam fidem sibi frengisse, atque adeo Diuina lege solum se ab obligatione reddendi. Tum etiam, quia si post notum adulterium eam cognouerit, irregularitatem bigamiae incurrit, & se iure petendi diuortium priuata, quare non tenetur haec subire incommoda. Quod si quis quaerat, quantum cognitio criminis exigat, vt vir possit vxori debitum denegare. Dico illam satis esse, quae in foro Ecclesiae ad faciendum diuortium sufficeret. Vt si eam in cubili cum adultero reperiret, aut se amplexantes. Alia minora indicia non sufficerent, nisi suspicio vehementissima fuerit, quae legitimo testimonio, & praesumptione valeat. Quod si quaerat an possit ab illa debitum petere, non tamen reddere? Dico nequaquam id licere, sed eligere debet, aut nec petere, nec reddere, aut si petierit, tenetur reddere: quia contractus non debet claudicare. Secunda assertio, nemini licet adulteram quantum ad cohabitationem sine iudicio Ecclesiae domo pellere, saltem si matrimonium fuerit in facie Ecclesiae celebratum. Probatur, quia publicum supplicium nemo, nisi iudex publicus, inferre valet: idque rebus, aut alia legitima via comprobatur iuridice. Traducere autem vxorem, domo pellendo quam publice copulauit, est supplicium publicum: nemo ergo id priuata auctoritate inferre valet. Idem enim tunc esset iudex & actor: quod iura abhorret. Haec assertio est diffinita decreto Alexandri tertij, cap. 5. de diuortijs.

Quod si quis privata autoritate vxorem dimittat, & ipsa restitutionem petat, cōpelendus est illam in domo recipere, nisi in continenti testimonio ipse legitima fornicationis perhibeat. Iuxta. c. literas, de restitutione spoliat. Tertia assertio, colligitur ex his: diuortium privata autoritate fieri nō potest, sed sola publica Ecclesia, quia diuortium non dicit solum abstinentiam illam occultam, & priuatam ab vsu coniugali: sed diuersionem hanc, vt nomen sonat, vt facultas innocenti fiat, non cohabitandi cū vxore, nec in re familiari communicandi.

Sed an in causa diuortij vir et vxor pari iure gaudeant.

**R**espondetur duobus assertionibus. Primo, in causa diuortij vir & vxor ad paria iudicantur: par enim facultas conceditur vtrique. Determinatio est Ecclesie pluribus capitibus, & ex Concilio Milebitano, can. complacuit: & ex Paulo idem colligitur. 1. Corint. 7. Vir non habet potestatem viri corporis, sed vxor. &c. Vbi diffinit, virum & vxorem pari iure retineri: & consummat, dicens, His qui in matrimonio coniuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, &c. Et Dominus, Matth. 19. explicat, quod quamuis repudium in lege alijs de causis, impune permittebatur, in Ecclesia tamen non est permittendum; nisi solius fornicationis causa: & quia æqualis obligatio seruandæ fidei exiit in vtrique propter quâ vir diuortij facit, Dñs tanquã no tissimū inde reliquit, vxori quoque idē ius paritronari. Secūda assertio nō est par causa in vtroque; abscedēdi, vnde consuetū est dici ad paria se habere, sed nō pariter. Nā licet causa in viro maior sit, discedendi, tamen quæ est in femina ad ipsum sufficit. Solent enim duo homicidæ pari supplicio capitis plecti, quamuis scelus vnus atrocius fuerit quàm alterius, ex parte infirmitatis sexus muliebris potius indulgendum esset feminæ. Tum etiam, quia ratio in viro plus debet vigere quã in femina, & ideo grauius est crimen viri quàm feminæ. Si tamen adulterium consideretur ex parte finis principalis matrimonij, qui est debita educatio filiorum, grauius delinquit vxor propter incertitudinē prolis, cuius est causa: fractio tamen fidei in viro sufficiens est vt fa-

ciat vxori ius petendi diuortium. Ex his in vidimus in quæstionem præcipiam, quam proposuimus, scilicet.

An celebrato diuortio, relinquatur viro ius in eundem aliud matrimonium.

**Q**uam vnica conclusione negante absoluius, quæ est, Neutiquã viro, seu vxori, fas est post diuortium ad secūdas nuptias transire. Hæc conclusio est de fide, & oppositum hereticum, post diffinitionem Concilij Tridentini: & habetur. c. ex literis, de diuortijs: vt nisi reconciliari maluerint in perpetua castitate deinceps vitam ducant. Suadere conabor hæc Catholicam assertionem. Primo, ex verbo Dei expresso. Secundo, ex cōmuni consensu Doctorum sacrorum. Tertio, ex diffinitionibus Conciliorum. Quarto, rationibus Theologicis, & solutione eorū quæ adducta sunt in conuariatum. Primo, est manifestus locus Matth. 19. Si qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, &c. Circa quē loquitur Dominus, dicitur, quod licet apud Iudæos per repudium verè matrimonium dissolueretur: secus est in lege Euangelica: nam Christus ex veteri lege fecit gradum ad legem Euangelicam, intendens duos modos illius corrigere. Primus erat, quod multis de causis vxor abieceratur. Et secundus, quod illa abiecta vterque ad secunda matrimonia transibat. Et ideo contra primum ait Dominus, Dico autem vobis, quod quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, mæchatur. Puta fidem infringit coniugalem: & ideo sibi & vxori periculum offert mæchandi. Et continuò contra secundum subdit. Et qui aliam duxerit, mæchatur: nempe quia dimissio illa non est matrimonij dissolutio, & eadem ratione qui dimissam duxerit mæchatur, veluti ipsa. Quo circa illa enunciatio, vt hic ait Sanctus Thomas, copulatiua fuit, vt verbum, mæchatur, bis referatur, & ad dimittentem vxorē, & aliam ducere. Atque hoc luculentius explicatur Matth. 5. vbi distinctissimam copulatiuam ponit, Omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæchari. Et qui dimissam duxerit adulterat. Secūda locus & planissimus est ille Pauliani citatus, His qui matrimonio iuncti sunt præcipio

Matth. 19

Matth. 5.

1. Cor. 7.

Rom. 7

Origenes.

Chrysost.

Hierony.

Ambrosij

præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, q̄ si discesserit manere inuipiam, aut viro suo reconciliari. Tertius locus est apud eundem Paulum, que sub viro mulier est, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri: vbi non solum Iudæis, sed ipsis concensis & vniseris Christianis loquebatur, docens, viuente viro nullam causam interuenientem posse soluendi vinculum matrimonij: sed solum mortem id facere. Vnde colligit, igitur viuente viro vocabitur adultera: si fuerit cum alio viro: nullam hic excipit fornicationis causam, sed quantum viuente viro alteri nubentem, adulterij condemnatur. Secundo modo id confirmo ex cōmuni consensu Doctorum sacrorum, Origenes homilia septima super Matth. eandem docet in viro & muliere esse rationem; vt alteruter possit alterum fornicationis causa dimittere. Ceterum neater potest altera iuxta connabi, & si seculeretur id faciat magaliatur. Et Chrysostomus homil. 17. super verba Christi Matth. 5. Qui dimiserit vxorem suam: facit eam mæchari, & qui dimissam duxerit, adulterat, ait, quod tantillo dimittens, qui aliam ducit, quam ipsa dimissa, alteri nubens; adulterium cōmittit. Et ne quis dicat, vt Caietanus, & Erasmus, aliud concedi viro quam vxori; subdit Chrysostomus, quod de muliere eodē nihil Christus locutus est; quod cum muliebris sexus infirmior sit, dum deterreretur vitium, vitium quoque vxoris emendat. Et Hieronymus Matth. 19. & refertur. 32. q. 1. can. Dixit Dominus vbiunque est fornicatio; libere vxor dimittatur: & quia poterat accidere vt quis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam matritalem veteri copulæ crimen impingeret, sic priorem dimittere libetur vxorem; vt prima viuente, secundam non habeat. Et super eundem locum: epistola ad Corint. ad amandum eadem causa; quæstione 7. omnes, inquit, causationes Apostolus amputans, apertissime diffiniuit, viuente viro, siue adulter sit, siue sodomita, adulterum esse mulierem, si alteri nupserit; nam quomodo docuere: derelictus; tamen maritus eius semper reputandus. Ambrosius super locum citatū. Roma. 7. Quod mulier, viuente viro, alligata est legi eius, ait, Hæc idcirco profertur vt doceat, q̄ multisset si à viro fuerit deiecta, nubendi licentia nō ha-

bet. Idem omnino de viro sentit Augustinus, quem non opus est referre, cum tres integros libros super hoc argumentum ad Postolum scripserit. Licite, inquit, dimittitur vxor, causa fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod sit seus adulterij quicquid dimissam duxerit, & subdit commodissimum exemplum. Quod sicut Christianus dum excommunicatur, manet in sacramento, regenerationis, ita cōiux propter crimē ab altero separata, nō carebit sacramento cōiugij. Et lib. 2. c. 9. ambos coniuges in hac causa æquans, cōcludit dicens, Vnde necesse est, ex duobus cōiugijs quatuor adulteros fieri, si & ille alteram duxerit, & illa alteri nupserit. Et in libro de bono coniugali, inquit, interueniente diuortio, non aboleretur cōfederatio nuptialis. Idem Gregorius Magnus can. hi. verò. 32. q. 7. & Beda super verbum Pauli. 1. Corint. 7. & Theophilactus super Matth. c. 19. Tertio modo cōfirmatur ex decretis Conciliorum & sanctorum Pontificum. Milebitanum concilium sic habet, Placuit vt secūda Euangelicam & Apostolicam disciplinam, neq; dimissa ab vxore, neq; dimissa à marito, alteri coniugantur, &c. 32. q. 7. can. placuit. Idemque in Concilio Hilbertano, can. fidelis, & Innocentius tertius, can. quanto, de diuortijs. Sacramentum, inquit, dei, quod femel est admittam, nunquã amittitur: sed ipsam in cōiugium perdat. Et cōcilium Florentinū, in Armenorum institutione, negle habet, Quamuis ex causa fornicationis licet separatiōem facere, non inde aliud matrimonium contrahere fas est: cum matrimonij vinculum legitime cōtractum, legitimum sit. His demum accedat Concilium Tridentinum, sess. 8. sub Prō. 4. cano. 7. vel alias sess. 24. Si quis dixerit, Ecclesiam errare cū docuit & docet (iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam) propter adulterium alterius cōiugium, matrimonij vinculum non posse dissolui: & verumque, vel etiam innocenter, qui causam adulterij non dedit, non posse, altero coniuge viuente, aliud matrimonium cōtrahere, mæchari; eam; qui dimissa altera, aliam duxerit, & eam, que dimisso adultero, alii nupserit, Anathema sit. Quarto modo idem probamus rationibus Theologicis. Primo quæro, si causa fornicationis dirimitur matrimonium, & quando dirimitur, aut enim cum prius coniux adulteratur, & hoc non, quia liberum

Augustinus

Gregorius  
Beda,  
Theophilactus

Concilia.

1. Ratio



DECIMUM TERTIUM  
QUAESITVM.

An vocatio et predestinatio fit ex  
meritis vocatorum et prede-  
stinatorum.



**C**hrystostomus homi. 56. in illa verba Matth. 20. *Exit primo mane, conducere operarios in vineam suam.* Quarens cur non statim ab initio omnes operarios in vineam adduxit, videtur gratia vocationis Diuine tribuere voluntati, & fidei vocatorum, his verbis. Omnes quidem ille ab initio conduxit se voluisset: sed à voluntate vocatorum hæc differentia resultauit: idcirco alij mane, alij tertia, alij sexta, alij noua, alij vndecima vocantur: quia tunc obtemperaturi erant: quod Paulus aperte significauit dicens, Quando autem visum est Deo, qui me segregauit ex utero matris mee? Quando autem ei visum est certe quando obtemperaturus erat. Idem habet homi. in epistolam ad Rom. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, sic enim habetur. Qua igitur de causa Iacob quidem amor, Esau autem odio habitus erat? qua de causa hic seruiebat, ille autem imperabat? quoniam quidem hic malus erat, ille autem bonus erat, & infra, comparam Diuina electionem electioni artifi cum, qui res eligunt, quas non ut suo vsui aptiores, ait, Multi Mattheo meliores esse videbantur ab apparenti operum argumento: verum quia arcana nouit, margarita in celo iacentem nouit, omnisque alij admiratus huius pulchritudinem illum elegit. Et equorum domitores hoc idem sepe in equis faciunt, & qui iudices sunt preciosorum lapidum, & ceteri officios: multo ergo magis benignus Deus, qui solus omnia aperte nouit. Propterea sane publicanum elegit, & latronem, & meretricem: sacerdotem autem, & senes, & magistratus, reprobauit & sic it.

Et homi. in epistolam ad Ephesios prima, de electione, ait, Si homines quando eligunt, optima sibi eligunt, multo magis Deus. Et homi. ad Ephes. 2. Elegit omnino iuxta electum liberumque, propositum predestinatos: hoc est, predestinavit quos ipse sibi delegerat, iuxta quod nos vidit, antequam infortem ascisceremur: Et homi. 31. in Matth. causam vocationis Matthei, & Pauli, & aliorum Apostolorum asciscens obedienter, quam Deus in illis futuram prouiderat, eos vocauit. Et idem asserit de Petro & Ioane, & alijs discipulis. Et homi. in psalmum. 115. de vocatione Ceterionis loquens, id ipsum confirmat.

Origenes lib. in epistolam ad Rom. 7. exponens illud: An non habet potestatem sigulus luti? ait, illud quod paulo antea de Iacob & Esau proposuit, apertius explanatur: ut enim Iacob esset vas ad honorem sanctificatum, & ad omne opus bonum paratum, & animam eius emendauerat, semetipsum fecit vas ad honorem. Esau vero cuius animam non ita puram, neque ita simplicem vidit, ex eadem materia fecit vas ad contumeliam, de quo scriptura testimonium perhibet. Erat autem, inquit, Iacob homo simplex, & ideo dicitur de eis Iacob dilexi, Esau odio autem habui. Et idem asserit de Paulo: & concludit, Hæc ergo & his similia, & alia multa in eo de ventre matris prauident. Iesus, pro his segregauit eum in Euangelium.

Hieronymus, questione ad Hedibiam. 10. exponens illud, Nunquid iniquitas apud Deum vasa, inquit, misericordie non solum populus gentium est, sed etiam hi qui ex Iudeis credere voluerunt: ex quo ostenditur non gentes eligi, sed hominum voluntates. Et libro primo in epistolam ad Galatas. super illud, Cum autem placuit ei, qui me segregauit, &c. Et in commentario Malachie, cap. 1. exponens illud, Iacob dilexi. Idem asserit Ambrosius in commentarijs epistolæ ad Romanos, explicans illud Esaiæ, Qui secundum propositum vocati sunt sancti. Illi, inquit, secundum propositum vocantur, quos credentes præsciuit Deus, ut quos præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad æterna præmia. Et declarans illud, Miserebor cui miserebor: ait, Eius miserebor cui præscius eram, quod misericordiam daturus essem, sciens conuersurum illum, & per mansurum apud me.

Augustinus in libro propositioinum super illud, Iacob dilexi, affirmat, Deum elegisse Iacob ex fide, quam in eo præuident. Et concludit, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus: nusquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus. Et libro. 83. questionum. questione. 68. inquit, Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat: sed hæc voluntas Dei iniuncta esse non potest, venit enim de occul-

Math. 20

Gen. 25.

Malac. 1

Galat. 5

Rom. 9

Ambrosi

2 Pet. 1

est innocenti adulterantem sibi reconciliare, vel quando Ecclesia facit diuortium, & neque hoc asserere licet, quia Ecclesia tantum pronuntiat sententiam illius separationis quæ per fornicationem occultam acciderat. Restat ergo, quod non dirimitur quoad quæ transeat ad secundas nuptias: quod tamen absurdum est asserere: nunquam enim matrimonium legitimum auditum est dissolui, nisi fauore religionis Christianæ: ut quando infidelis conuertitur ad fidem, ex traditione Pauli: vel in fauorem religionis, ut quando matrimonium nondum est consummatum, sed solum ratum, licet post professionem alterius coniugis ad secundas nuptias transire. Secunda ratio, & est Diui Hieronymi loco citato: Si matrimonium per diuortium dimeretur, tunc id quod flagitiosum decretum est in supplicium, sepius sine eis cederet incommo dum: nam cum primum inter se disiderent, & mulier inciperet esse iniusta viro, aut maritus vxori: aut si maritus aliam deamaret, aut vxor alium, facie quilibet illorum adulterium committeret, ut ad optatas nuptias conuolaret: imò vitæ facile occasionem offerret vxori adulterandi, & vxor viro, & falsos testes alteruter disquireret, ut ad noua connubia transiret: quæ vitæ ratione diuortium, quod inter Christianos odiosissimum esse debet, & velut infamia fugiendum, fieret sepe optatissimum. Vltimum quia nunquam in Ecclesia aliquanatio, vel prouincia inuenta est, vbi diuortium tale auditum sit, quo faceret matrimonium dissolutum. Et tamen fuit maxima occasio faciendi, & nunquam est factum, non ergo licuit viuquam facere.

a. Ratio

g. Ratio

Pro defensione Chryostomi, Ambrosii, Augustini, & ceterorum Patrum adduximus loca euidentia ipsorum, quibus affirmant oportere viro casto adulteram vxorem eijcere, & ea superflite, nemini viuquam licere ad secundas nuptias transire. Pro Ambrosio, excusat eum Magister. 4. sententiam distinct. 35. affirmans Ambrosii commentaria eo loco à falsarijs corrupta. Caritanti assertionem quidam sunt qui excusent, ex eo quod non firmè id tenuerit, sed opinionem probabilem Doctorum disputationibus excutiendam, & autoritate Ecclesie iudicandam. Parisijs tamen, primum contra Erat. ac subinde contra Caietanum, hic error condemnatust est.

tissimis meritis. Et concludit, Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quantum non sint iustificati, digni efficiantur iustificatione. Et idem præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sunt exclusionem. Et lib. 6. questionum contra Paganos, q. 2. refert causam Diuine vocationis in fidem vocatorum à Deo præuisam, & breuitatis causa, hoc idem affirmant Theodoretus in commentarijs epistolæ ad Rom. super, Iacob dilexi. Sedulus in collectaneis epistolæ ad Rom. in illud, Hi qui secundum propositum vocati sunt sancti. Theophilactus in commentarijs epistolæ ad Rom. explanans illud, Quos præsciuit & prædestinauit, &c.

Disputant Doctores scholastici de hac, q. 1. sent. dist. 41. & S. Tho. 1. parte. q. 23. art. 5. vbi ait, q. ex parte actus volentis, stultum est quærare causam voluntatis Diuine: sed solum vertitur sub questione, vtrum ex parte effectus, prædestinatio habeat aliquam causam. Et exclusis varijs opinionibus, dicendum est, inquit, quod effectum prædestinationis considerare possumus dupliciter. Vno modo in particulari, & sic nihil prohibet aliquem effectum prædestinationis, vel vocationis, esse causam, & rationem alterius, posteriorem prioris secundum rationem causæ finalis, priorem posterioris secundum rationem causæ meritorie. Sicut si dicamus, quod Deus præordinauit se daturum alicui gloriam ex meritis, & gratiam, ut mereret gloriam. Consecratio gloriæ habet rationem causæ finalis: gratia, & opera meritoria habent rationem causæ meritorie, quia reducuntur ad dispositionem causæ materialis: & sic secundum diuersas rationes gloria, & merita, sunt sibi iniunctæ causæ. Alio modo potest considerari prædestinationis effectus in communi: & sic, inquit, impossibile est quod totius prædestinationis effectus in communi habeat aliquam causam ex parte nostra: quia ut sic includit præparationem ad gratiam, quæ non ex nobis, sed ex Dei munere procedit, secundum illud, Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur. Questio hæc est grauissima, includens in se, an prædestinatio imponat necessitatem prædestinatis, & reprobatio reprobatis, & quare potius Deus Iacob prædestinauit, quam Esau, & contra. Et ex his quæ adduximus ex Sancto Thomæ. elicitur de mente eius talis conclusio. Nulla est causa vocationis, neque prædestinationis in vocato, vel

Theodore

Theophi-

Tren. vic.

prædestinato, quia non est assignare causant illius voluntionem Diuinam. Volo vitam æternam dare Iacob. Sed solum voluit, quia voluit, non quia quod futurus esset bonus, præsciuit. Et concludit, quod nullo modo potest dari, vel imaginari quod totius effectus prædestinationis sit aliqua causa, sed solum respectu effectus particularis.

De hac questione sunt duæ sententiæ extrema, vna quæ docet præscientiam meritum esse rationem & causam prædestinationis. Alia est, merita prædestinationis esse effectus, & ideo non possunt esse causa. Et hæc est Magistri, distin. 41. primi, & Sancti Thomæ, & communis scholæ Theologorum. Pro qua sane facit auctoritas Pauli Rom. 9. quæ sola sufficere deberet. Nam ex professo ibi disputat quaestionem istam, & concludit Deum aliquos eligere ad vitam æternam, & alios reprobare sine alia aliqua causa, præter ipsius meram voluntatem. Et excludens omnia quæ excogitari possunt, concludit, quia non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiat minori. Et ad hoc inducit illud, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Non autem essent Dei iudicia valde incomprehensibilia, si prædestinaret Deus propter præscientiam futurorum. Et ne quis dicat, ex hoc Deum iniustum, vel personarum acceptorem, subdit, inquit iniquitas apud Deum abest. Moysi enim dixit, Miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non volentis, neque currentis. Et inducit exemplum de figulo dicens, O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se fingit, quid me fecisti &c. Intendens prædestinationis, & vocationis, nullam esse assignandam rationem aliam, nisi quia Deus voluit, & idem confirmat Apostolus in omnibus suis epistolis Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et ad Titum. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed ex secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et miror, quod sic tam cito tras ferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, & vocauit nos per Euangelium, &c. & certi facti estis, quod vocasset nos Deus euangelizare, & Petrus qui de tenebris vos vocauit. 1. Petr. 2. & c. 5. Deus autem omnium gratiæ qui vocauit nos, &c.

Rationibus suadeo sententiæ S. Tho. (quin potius D. Pauli) primo, quia tota ratio opinionis contrariæ est, ne Deus personarum vi-

deatur acceptor prædestinationis ex præuisis meritis, rationabilius & suauis prædestinatio esset ordinata. Ago ergo sic. Quia etiam hoc dato nihilominus assignanda esset aliqua vltimata Diuina voluntas, ex qua nõ debeat omnis creaturarum prædestinatio, & hoc stante frustra ex parte prædestinatorum queritur causa, nam secundum imaginationem istorum Deus prius cognouit quis esset bonus futurus, & quis malus, & postea dixit, volo hunc prædestinare, quia futurus est bonus, & istam quæ futurus est, in alius, reprobare. Querim? ab istis, quare Deus hoc voluit. Respondens, quia præsciuit futuros bonos. Sed vltimus querimus, quod ille fit futurus bonus vnde prouenit, utique quæ ab æterno voluit quæ esset fidelis, igitur ex ista diuina voluntate vniuersa prædestinatio hominum pendet. Secundo, quia omne agens per intellectum & voluntatem prius vult finem, quæ quæ sunt ad finem, vt inductiue patet: omnes autem actiones nostræ & meritorie sunt ad vitam æternam, ergo Deus, qui hæc omnia ordinauit, prius vitam æternam suam voluit, quam alia bona opera quæ ad illam ordinantur: ille autem actus Diuine voluntatis à nullo dependet, igitur. Et confirmatur, quia prædestinationem dupliciter possumus considerare. Vno modo, in communi, id est, nõ descendendo ad istum, vel illum. Alio modo in particulari, volo istam prædestinare, sed ille actus Diuine voluntatis est donum Dei gratuitum sine vilo respectu ad aliquod aliud, si igitur in communi non habet causam, neque in particulari. Tertio, quia Deus aliquos gratis prædestinat, ergo & omnes: cum nulla sit maior ratio de vno quàm de alio, antecedens patet, de pueris baptizatis, qui ante vsur rationis obeunt. Quarto, quia secundum omnes Catholicos merita omnia humana finaliter reducuntur in Dei voluntatem, & est communis consensus omnium Doctorum, & necessario fatendum. Non ergo affirmari potest, quod ratio aliqua humana sit causa prædestinationis, sed sola bonitas Diuina. Et ita fatendum & tenendum est.

De effectibus verò prædestinationis asserimus, omnes quoscunq; assignaueris esse ex dono Dei gratuito, & eius gratia. Non enim Deus dat gratiam propter merita, vt probat Augustinus lib. 1. de prædestinatione sanctorum, c. 16. & 17. & 18. & lib. 1. retracta, c. 23. Et quicunq; effectus assignentur licet aliqui includantur in gratia, vsunt merita, totus tamen effectus prædestinationis simpliciter

Angust.

& absolute, non soluitur in meram Dei voluntatem. Sed isto, ex parte prædestinati, prædestinationis non possit assignari ratio, nunc quid ex parte Dei poterit assignari? an scilicet Paulum conuertit propter aliquam causam existentem in ipso Deo? S. Tho. ad tertium tenet, nullam fuisse rationem prædestinationis Pauli, nisi solum meram Dei voluntatem. Et ratio est, quia omnes creaturæ equè se habent respectu Dei, cum ergo ex parte creaturæ non sit ratio, neque est assignanda ex parte Dei.

De reprobatione est etiam dubium: An sit causa aliqua? S. Thom. ar. 6. & super. c. 9. ad Rom. dicit, nullam dari causam reprobationis, inquit enim, quod reprobatio includit culpam, & illius Deus non est causa, neque reducitur in voluntatem Diuinam: & in hoc reprobatio differt à prædestinatione. Et licet hæc sententia videatur dura, probatur ex Paulo Rom. 9. Antea quàm quidquam boni aut mali egissent, Iacob prædestinauit & Esau reprobauit. Et idem tenet B. Augustinus locis citatis. Doctores sententiæ contrariæ asserunt, in reprobatione esse duos, vnum negatiuum, scilicet, non dare gloriam, & huius concedunt non dari rationem. Alterum est positium, scilicet, licet perpetuo puniri, & huius dicunt quod debet dari causa. Sed ad hoc dicunt de adultis nihil concludere: quia omnis qui non habuerit gloriam petentem habebit poenam eternam: hæc legem Deus gratis fecit, ex quo concludimus, totius reprobationis nullam esse causam ex parte reprobatorum.

Ut materia prædestinationis, & reprobationis, patet per stringamus has assignamus conclusiones. Prima, non est hæreticum dicere, dari aliquam causam prædestinationis & reprobationis, ex parte prædestinatorum, aut reprobatorum. Probatur, quia Catholici & graues Doctores id asserunt: & licet Augustinus id retractauerit, sed non tanquam hæreticum. Secundo, quia Ecclesia vult; id nõ diffinuit, & si intelligeret esse hæreticum, Sessione. 6. de iustificatione Tridentinum Concilium damnasset, quod tamèn nõ fecit. Secunda conclusio, nihilominus non esset piæ nec religiosè dictum, quod detur causa prædestinationis & reprobationis. Ratio est, quia esse videtur contra Paulum, neque potest rationabiliter in contrarium sensum exponi. Tertia conclusio: Probabilis est sententia quæ asserit reprobationis positivæ posse assignari aliquam causam. Probatur, quia rationes opinionis contrariæ sunt probabi-

les. Tum etiam quia Augustinus multis in locis id sensit, & non conflat quod retractauerit, sed solum locum, in quo de prædestinatione affirmauerat. De reprobatione autem negatiua eadem est ratio & causa, quæ est reprobationis absolute & simpliciter sumptæ. Quarta conclusio, sententia Magistri & S. Thomæ, quoad hoc est ceteris probabilior. Probatur ex Paulo, qui equè de ambobus loquitur. Dionysius Cisterciensis, distin. 41. primi, citat octauum, & nonum articulum Parisiensis. Octauus, sic habet, Afferere quod propter futura bona Deus aliquem prædestinauit ab æterno, error. Nonus, asserere quod aliquis est prædestinatus à Deo ab æterno, propter bonum vsuum liberi arbitrii, quem præsciuit Deus habiturum, error. Ex quibus constat, quod opinio contraria non est probabilis, licet non sit hæretica: & nullus eam debet asserere in scholis, neque alibi, cum opinio Magistri, & S. Tho. sit iam tam ab omnibus recepta.

Pro tranquillitate autem mentis eorum qui vexari solent: An prædestinati vel præsciti sint? Quæ in concionibus publicis, cum de hæc materia disputaret, se offerret, quibus mihi commisisis semper proposui, breuissime referam. Primum est id Ezechielis, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris in quo erant scripte metationes, & carmen, & v. liber hic implicatus & inuolutus est, liber prædestinationis Diuine quid intus in se continet Deus sibi reseruauit. Solus enim ipse nouit, quem debet admittere, vel à regno secludere, stultus autem est qui mysteria Dei occulta cognoscere intendit. Sat sit unicuique legere, & intelligere, quæ foris in hoc libro scripta sunt: ea nimirum sunt opera fidei, & meritoria, quæ vnusquisque fidelis operatur. Ex quibus conijcere poterit quis finis illum maneat iuxta id Ioannis, Opera illorum sequuntur illos. Secundo asserendum est, Deum ita prædestinare, & reprobare ab æterno, nulla futuris rebus necessitate impolita: ac si nihil omnino fecissent ex causis, quas Doctores qui tenent sententiam contrariam S. Tho. fingunt. Demus enim quod Deus ab æterno nullum omnino prædestinauerit, neque reprobauerit, sed solum exerceat ministerium optimi rectoris & gubernatoris vniuersi, cuius munus est præmio afficere bonos, & malos punire. Hoc supposito, nunquid non aliqui fuissent boni, & aliqui improbi? Vtiq; neq;

4. Concludit.

Ezech. 22

Apoc. 14.

Rom. 9

Rom. 9

Rom. 11

Exod. 33

Ephes. 1

Titum. 3

Galat. 1  
2. Thim. 2  
Apo. 16

Rom. 9

1. Conclu-  
sio.

2. Conclu-  
sio.

3. Conclu-  
sio.



In dubium cadere potest: isto ergo modo assero, quod Deus praedestinavit iustos, & sanctos, & iniquos, & reprobos, reprobaui: & omnes dimisit ita liberos, ac si nihil prauidisset, neque ordinasset. Praefecit tamen, & voluit isto modo disponere, & ordinare, propter perfectionem sui intellectus Diuini. Si ergo nullum vexat, quod munus optimi principis sit, bonos praemio afficere, & malos punire, ut res publica inquiete & pace caeser uetur, alienus igitur a sensu erit, qui Deo hoc munus negauerit, quod suis ministris commisit. Pro cateris qui tardiores sunt ingenij, cum huiusmodi cogitationes in corda illorum ascenderit, sufficit illis credere, ut ex fide habemus, illud Athanasij, qui bona egerunt ibunt in vitam aeternam, qui vero mala in ignem aeternum. Tum etiam quia homo non habet liberum arbitrium, & cum Dei auxilio quantumvis obtinatur, potest bonum, si velit, operari, ut concilium Tridentinum, Sess. 6. cano. 9. diffiniuit. Quod si Dei precepta custodire contempserit, perditio ex ipso erit.

Pro defensione Chrysostomi, & Doctorum, quos adduximus in consensum sententiae ipsius, respondemus ex doctrina S. Thomae in corpore articuli, quod si consideremus causam meritoriam, erga electos distinguere uolemus duplices factus Diuinae prouidentiae. Nam alij praecedunt susceptionem gratiae gratificantis: ceu sunt dilectio electio, praedestinatio, uocatio, iustificatio inchoatio. Alij sequuntur receptionem gratiae iustificantis: Quales sunt gratiae augmentum, iustitiae incrementum, felicitatis adeptio. Si ergo quaeratur an praesidio operum nostrorum sit causa meritoria graduum praecedentium, negandum est absolute, ne conueniamus cum Pelagianis dicentibus Deum in sua praesentia elegerisse nostra merita. Et in hoc sensu interpretandi sunt omnes Patres, qui diffiniunt aeternam Dei electionem, & praedestinationem, ex sola Dei gratia nullis praesuis meritis procedere. Si uero quaeratur an sequentes gradus habeant in Diuina prouisione causam meritoriam? Respondendum est affirmanter, quia Deus ab aeterno decreuit daturum se incrementa amplioris gratiae & iustitiae his qui bene usuri essent primo dono gratiae & iustitiae: & uisimo coram beatitudine. Et in hoc sensu possumus Patres a calumniis uendicare, eo quod interdum, secundum gradum Diuini ordinis accomodant priori, denominantes totum

ad partem. Rursus si consideremus rationem causae finalis, affirmare possumus praesensionem operum subsequentium, & receptionem Diuinae gratiae esse causam finalem electionis: Deus enim elegit nos, ut Paulus ait, ante mundi constitutionem, & praedestinauit nos, ut effemus sancti, & immaculati coram eo in laudem gloriae & gratiae eius, hoc est ab aeterno nos sibi ascituit in suos, & preparauit nobis uocationis & iustificationalis gratiam in eum finem, ut ea bene uteremur, & eius bono usu gloriam felicitatis adipisceremur. Secundum ergo hunc loquendi modum possumus patres liberare, cum dicunt opera nostra praesuis, esse causam Diuinae praedestinationis, finalem scilicet, non autem meritoriam.

Augustinus patrono non indiget, nam cum prius huic dogmati constanter adhaesisset, re tamen diligentius perspecta, opinionem laetis innumeris retractauit, praefertim, lib. 1. retracta. c. 25. quo loco testatur se nunquam hoc fuisse dicturum, si sciuisset electionem sine illis praecedentibus meritis esse ex sola gratia, & fide ipsam inter Dei munera, quae dantur per Spiritum sanctum, reperiri: nam quantum credere, & operari, utrumque nostrum sit propter liberum uoluntatis arbitrium, & quod non nisi uolentibus nobis fiunt, utrumque tamen Dei donum est, quod & credere, & uelle, & perficere, subministrat. De reprobatione uide decimum tomum August. ad. 10.

DECIMUMQUARTVM  
QUAESITVM.

An ieiunium, oratio, et uirginitas, siue eleemosyna aliquid ualeat.



Chrysostomus in fine, homiliae 78. in illud Matth. 23. Venit dies serui illius in die qua non exstimaui. Videtur docere quod ieiunium, oratio, castitas, & uirginitas, absque eleemosyna nihil protulunt, sic enim habet, Oratio ab eleemosyna uires, atque et alias assumit: non autem sola oratio, uerum etiam ieiunium in de roboratur, quippe si absque eleemosyna ieiunies, neque ieiunium quidem hoc reputatur, cum ventris seruo ac temulento, qui ita ieiunat, deterior sit, tantoque peior quanto

Ephef. 12.

eruditatis delictis nequior est: cur de ieiunio ita loquor, cum ipsa castimonia, & uirginitas eleemosyna carens ex thalamo sponsi eiciatur, quae quae enim magna quidem res uirginitas sit, tamen nisi eleemosyna ipsam comitetur eiciatur.

Disputant Doctores scholastici de connexione uirtutum inter se, & cum charitate. 3. sent. dist. 36. & S. Thom. 1. 2. q. 65. art. 1. & 2. & art. 1. tenet, quod in gradu imperfecto morales uirtutes non sunt connexae, in gradu uero perfecto sunt inter se connexae, & uniuersalis prudentia. Et licet haec sententia sit Aristotelis. 6. Ethic. c. 10. & 11. indiget tamen expositione. Assignat enim in uirtute diuersos gradus uirtutis, uel inesse perfectos, uel inesse imperfectos. Quod in habitibus potest intelligi trisariam, uno modo ut sit differentia specifica, sicut est inter scientiam, & opinionem, & sic non accipitur hic, nam eadem qualitas, quae prius est dispositio & imperfecta uirtus, si postea habitus, & uirtus perfecta. Secundo modo, ut differat penes intentionem, & remissionem, & nec sic accipi debet, nam ista uirtutem imperfectam intentionem esse perfectam. In actibus id constans, potest enim esse, quod uirtutem non habet, intentioni actus & communi operari, quam alius qui habet habitum uirtutis, potest circa illam materiam habere intentionem, nam actum, qui tamen non est uirtus, quia non operabitur firmiter, & in omni euentu. Tertio modo intelligi potest, ut in se continent omnia quod est de ratione uirtutis perfecta: & isto modo S. Thom. debet intelligi, ut scilicet uirtus perfecta sit habitus quo quis operatur, sciens, eligens firmiter propter hoc, & in omni euentu, ut Aristotelis. 2. Ethic. explicat, & asserit hoc sufficere ad hoc, quod quis dicatur simpliciter studiosus, & bene agat. Imperfecta uero uirtus est inclinatio ad aliquod bonum, non tamen sufficiens ad hoc ut operetur bonum simpliciter secundum omnes circumstantias, in omni scilicet tempore, & in omni euentu. Et assignat exemplum inter hoc quod est iuste agere, & agere iustum. Nam ad hoc quod quis iuste, dicatur agere, & sit studiosus, non sufficit quod aliquando aliquod opus bonum, & iustam fecerit, sed exigitur, quod semper prouideat, delectabiliter, & in omni euentu operetur. Aduertendum etiam, quod quando asserimus ad esse uirtutis perfecte requiri ut operetur firmiter, & in omni euentu, intelligi debet regulariter, & in casibus regulariter occurrentibus, uerbi gratia, ad hoc ut mulier sit uere temperata, sit est, quod in casibus qui ut in plurimum accidunt intemperatae non ageret: si tamen oblatu periculo mortis, uel quae regna fieret, si in stuprum, uel in turpitudinem aliquam consentiret, dato quod talis de facto stuprum pateretur, nihilominus temperata simpliciter diceretur. Sicut etiam per unum actum uirtutis non dicitur quis simpliciter temperatus, sic neque per unum actum intemperatae intemperatus. Quando ergo S. Thom. dicit, uirtutes in statu perfecto sunt connexae, intelligit de uirtute perfecta, & quae est uera uirtus. Item aduertendum, quod Doctores scholastici in quadamque uirtute assignant tres gradus, scilicet continentiae, temperantiae, & gradus heroicis. Gradum continentiae dicunt in materia temperantiae, siue in qua uis alia materia uirtutis, quando passionis uere non sunt sedatae, sed a uitijs continet. Gradus temperantiae est, quando iustitiam cum passionibus, sed illas superamus. In gradu heroico est uirtus, quando nullae omnino sunt passionis, & cum delectatione operamur. Primus istorum graduum, qui est quando quis cessat a uitijs, recte uocari potest continentia, quia Aristoteles, & S. Thom. 2. 2. q. 55. art. 2. continentiam in genere accipit, ut est conditio omnium uirtutum, & incontinentia conditio uitijs. Secundus tamen gradus non recte uocatur gradus temperantiae. Aristoteles enim non uocasset fortitudinem in gradu temperantiae. Temperantia enim non est nisi circa delectabilia gustus, & tactus, & illum gradum medium Aristoteles non uocat uirtutem. Et ita S. Thom. loco citato, & in hoc differt ab alijs Doctoribus scholasticis. Vltimum uero gradum significat Aristoteles, ita & S. Thom. uocat heroicam & perfecte uirtutis. Alij uero gradus in rigore uocati non debent nisi imperfectae uirtutis, non tamen simpliciter & absolute nisi sit in gradu heroico. Alij hos gradus uocant incipientiam, proficiendum, & perfectiorum. His suppositis, est stat de mente S. Thomae, quae est Aristotelis loco citato, uirtutes morales, quibus homo simpliciter dicitur bonus, esse inter se connexas, & nullo modo separari posse, quia omnes conuectantur & inheerent uirtuti prudentiae. Et Aristotelis ratio est, quia temperantia esse non potest sine prudentia: prudentia autem esse non potest sine omnibus uirtutibus, quia debet de omnibus recte iudicare: temperantia igitur esse non potest sine alijs uirtu-

Tres gradus in una uirtute.

Prudentia non est sine uirtutibus.

virtutibus. Et eadem in re est ratio S. Tho. quae ea est. Omnis virtus habet firmiter operari, & in omni euentu. Loquamur igitur de temperantia: ad hoc quod temperantia sit virtus, requiritur quod in omni euentu delectabilibus actibus recte vtatur. Sit igitur mulier quae nullas passiones concupiscentiae patiatur, propter auaritiam tamen admittit superbum, vel turpem quæstum, velut meretrix, talis vtique non esset temperata, requiritur ergo vt sit temperata, quod sit etiam liberalis: & si non admitteret superbum propter aliud quod illorum, posset admittere propter meritum, requiritur ergo quod sit etiam fortis: posset etiam honore capta congruere cum principe, requiritur ergo quod habeat virtutem circa moderandos honores: non ergo est perfecta temperantia nisi habeat omnes virtutes. Et id probat ex communi modo loquendi. Nam quis dicit, quod meretrix quae ex sola auaritia peccat, sit temperata: tamen etiam quia qui mechatur propter furum, licet denominetur fur, verè comittit peccatum mechæ, & meretrix verè fornicatur, & ex illis actibus verè habitus intemperantiae signatur. Igitur talis simpliciter est temperata. Requiritur ergo ad hoc, quod sit perfecta temperantia: quod habeat iunctas & connexas omnes alias virtutes: quae est sententia S. Tho. Ex hac doctrina oritur aliud dubium, quod est:

**An virtutes morales. sint connexae charitati.**

**A**D quod respondet S. Tho. art. 2. supposita distinctione. Nam virtutes morales, aliae sunt infusae, aliae acquisitae. De acquisitis aliter sine charitate reperitur quod ex eo constat, quia ille ordinat ad felicitatem humanam & naturalem, non ergo indigent disponi per charitatem ad finem supernaturalem. De moralibus infusis, quae ordinant ad bonum regulatum ratione supernaturali, inquit, esse sine charitate minime posse, sed infunduntur cum illa: & produciuntur quando illa produciuntur. Probat, quia virtutes ille esse non possunt sine prudentia infusa, sicut neque morales acquisitae sine prudentia acquisita. Nam eodem modo prudentia infusa dirigit virtutes infusas, sicut acquisita acquisitas, sed prudentia infusa non potest esse sine charitate, ergo: minor probatur, quia prudentia esse non potest nisi ap-

petitus sit recte dispositus circa finem, sed per charitatem recte disponitur ad vltimum finem, ergo sine charitate non potest esse prudentia circa media, quae ordinantur in finem supernaturalem. Ex quo inferri solas virtutes infusas simpliciter & perfecte esse dicendas virtutes: quia bene ordinantur hominem ad vltimum finem simpliciter. Acquisitas vero virtutes non esse simpliciter & perfecte virtutes, sed solum secundum quid, quia ordinantur hominem ad finem non simpliciter vltimum, sed humanum.

Sed è contrario nunc quaerimus, an charitas esse possit sine virtutibus moralibus? articulo, 3. respondet S. Thom. neganter. Nam quae est charitas quin simul cum illa sint morales infusae. Probat, quia Deus non imperfectus operatur in operibus gratiae, quam in operibus naturae, sed in operibus naturae, vbi est principium essentiale operandi, simul infunditur potentia naturalis illi opera necessaria, vt cum anima infunduntur complexionnes, & accidentia, quae requiruntur ad operam humanam, sed charitas est principium omnium operum, quae ordinant nos in finem supernaturalem, ergo simul cum illa infunduntur omnes virtutes circa media, quae sunt necessariae ad consecutionem illius finis. Temperantia circa delectabilia gustus, & tactus, fortitudo circa passiones irascibiles: & fides de alijs.

Pro Chrystostomo respondemus: Primo, quia opera virtutum, si absque affectu misericordiae, & charitate fiant, eiciuntur, & apud Deum nulla sunt: quia praemio eterno non sunt digna. Et si loquatur de eleemosyna exteriori, transferenda sunt ad transfegressionem praecipii misericordiae, & charitatis: vt cum quis aded sit auaritia subditus, vt etiam extreme indigentibus operam ferre recuset. Et cauendum ne decipiaris, affirmans, opera bona in mortali facta, nihil valere: Nam scholastici Doctores vnanimiter tradunt, opera bona in peccato mortali facta ad plura prodesse. Valent etenim virtutes perentibus humiliter, ad impetrandam gratiam: nam Cornelio dixit Angelus, exultatis fuisse eius eleemosynas, & orationes in conspectu Dei, vt addideretur ad si de Christi, & saluus fieret cum omni domo sua. Et de publicano, qui humili sedeuo oratione impetravit indulgentiam suorum peccatorum, & descendit iustificatus in domum suam. Secundo valent opera bona extra charitatem facta, ad bona temporalia impetrandam vt pa-

Exod. 1.

ret de obsteretricibus Aegyptiorum, quibus in remunerationem misericordiae, quae exhiberetur paucis Aegyptiis: edificauit eis Deus domos. De quo Gregorius ait, Benignitas eorum, scilicet, obsteretricum merces potuit in vita aeterna consequi: sed culpa mendacii terrenam compensationem accepit. Quod recte intellige. Nam Deus mendacium non remunerat, sed benignitatem & pietatem. Et Augustinus, de Ciuitate, c. 12. inquit, Romani iustitia, & actibus strenuis promeruerunt à Deo imperium. Tertio valent ad euitandum transfegressionem praecipii: partet de honore parentibus impenso, de eleemosyna donata pauperi, & horis canonicis dictis à peccatore in statu peccati mortalitatis. Quarto, valent, vt inclinationi peccati resistamus, iuxta illud, ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato.

Augustin.

Exich. 3.

Quinto, valent, vt homines in opere bono allucescant, quod fit, vt consuetudine operando, quasi ex natura, & tandem ex charitate operetur: sicut è contra, ex consuetudine peccandi incipit cum difficultate operari, & tandem in Deum conuertit. Sexto, valent ad temporalis poenae relaxationem, aut aeternae diminutionem: ideo merito Doctores scholastici docent, opera bona in mortali peccato facta prodesse non solum vt promptiores redamur ad bonum, & tardiores ad malum, sed vt nos disponant & inducant ad Dei gratiam, & ad vitanda peccata: & tolerabilius extremi Iudicii supplicium subeundem. Et etiam ad impetrandum à Deo bona aliqua temporalia, vt ostendimus. Et hanc assertionem sufficienter firmat testimonium Pauli, Si linguis hominum loquar & Angelorum, &c. Quae opera cum sint egregia, licet non sint meritoria vitae aeternae, nedom stultus, sed haereticos erit, qui affirmauerit similia opera esse mala, & peccatum. Ita diffiniuit sancta synodus Tridentina, sessione. 6. de iustificatione, can. 7. Si quis dixerit, opera omnia, quae aut iustificationem sunt, quacumque: ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto cum grauius peccare: anathema sit.

Cesellam Triditina

Act. 20.

Loc. 16.



Chrystostomus iuxta illa verba, *Acceptus Iesus panem, & benedixit*, Matth. 26. post recitationem Domitici verbi, Hoc est corpus meum, quibus Christus dominus verè Euchari-

stiam consecrauit, & fecit tali virtute deprecatorum consecratione, precamur, supplicamus, & deposcimus, vt mittas Spiritum sanctum super nos, & super haec apposita munera, & fac panem quidem pretiosum corpus Christi tui, & quod est in calice isto pretiosum sanguinem Christi tui, permittas sancto Spiritu tuo, Amen. Ex his astruunt Graeci, & Lutherus libello suo de abroganda missa priuata, formam consecrationis corporis & sanguinis, non esse institutam à Christo, sed ab Ecclesia.

Lutheran.

Caeletanus in commentarijs supra verba posita sic habet: *Acceptus Iesus panem & benedixit benedictione laudis, non benedictione consecrationis.* Quod patet ex eo, quia tam Lucas, quàm Paulus, loco benedictionis ponit gratiarum actionem, quae est benedictio laudis. Ex quibus verbis aliqui colligunt Caeletanum fuisse ambiguum, quibus verbis Christus dominus consecrauerit. Ratio prima suspicionis est, quia noluit haec verba intelligi de benedictione consecrationis, sicut S. Thom. & communis schola Theologorum intelligunt, & exponunt. Altera est quia cum toties in suis commentarijs explanauerit sententiam illam, Hoc est corpus meum, nusquam de forma consecrationis, quae in ipsa includitur, mentionem vel minimam fecerit. Erasmus in annotationibus noui testamenti inquit, non esse pertinaciter assueendum, quibus verbis consecrauerit Christus, & quibus consecret sacerdos: cum id nihil quae expressè legatur: & ea verba, Hoc est corpus meum, magis videantur esse, iam panem consecratum porrigentis, quàm panem consecrantis. Et alij quidam recentiores Graeci, qui explanationes in liturgiâ, vel missam Ecclesiae Graecae ediderunt, isto, non insistentur, verba illa, Hoc est corpus meum, esse ad sanctificationem & consecrationem Domini corporis necessaria: negant tamè ea sufficere ad transmutationem panis & vini, in corpus & sanguinem Christi: nisi his addantur precesiones & benedictiones quaedam à Patribus sanctis traditae, quae per inuocationem Spiritus sancti vim habent transmutandi panem, & vinum, in corpus, & sanguinem Domini. Quam sententiam ostendere con-

**DECIMUM QVINTVM QVAESITVM.**

**Quaeritur quibus verbis Christus Dñs eucharistiâ consecrauerit.**

con-

contendant ex liturgijs, sine missis Iacobi, Basilij, & Chrysostomi, in quibus post recitationem Domini sermonis. Hoc est corpus meum. super adducatur orationes, quae per Diuum spiritum implorationem, actu compleant, ac perficiant consecrationem, & transmutationem panis & vini, quae ex prolatione verborum Christi, dispositionem acciperant, ut per sequentem sacerdotis deprecationem sanctificarentur, & in Dominicum corpus verterentur. Liturgiam Chrysostomiam posuimus.

Basilius in sua ita habet, Christus in nocte, qua trahebat seipsum pro mundi vita, accipiens panem in sanctis suis & immaculatis manibus, ostendens tibi Deo & patri, gratias agens, benedicens, sanctificans, fragens, dedit Apostolis dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Amen. Similiter & calicem, &c. Et post haec, Ideo rogamus venire Spiritum sanctum super nos, & super proposita munera ista, & benedicere ea, & sanctificare, & efficere panem quidem istum ipsum honorificum corpus Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi: quod autem est in calice isto, ipsam sanguinem domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, qui effusus est pro mundi vita. Alij liturgiæ fere huius consonant.

Doctores scholastici disputant de hac questione. 4. sent. dist. 8. S. Thom. 3. par. q. 78. articulo. 1. Qui omnes vno ore conveniunt formam hanc, Hoc est corpus meum, & haec, Hic est sanguis, &c. esse convenientes formas eucharistiae, & Christum dominum his verbis consecrassent. Et probatur primo auctoritate Evangelica, Matth. 26. Per illam enim Christus dominus consecravit: tum etiam quia formam sacramenti id significare oportet quod efficit, sit autem per illam formam conversio panis in corpus Christi, ergo illa debet apte exprimere. In conversione verò tria est considerare, scilicet actionem ipsam, & terminum à quo, & terminum ad quem: quae per hanc formam optime explicantur. Et conversio non debuit explicari inferri, quia non est successiva, sed momentanea in quibus idem est fieri, & factum esse. Explicanda ergo est conversio in facto esse, & termini debent actioni proportionari. Terminus autem ad quem, scilicet, corpus, facta conversione, habet naturam suam substantiam. Terminus verò à quo scilicet panis, non manet secundum suam substantiam, sed secundum

accidentia, quibus ad sensum demonstratur. Ex quibus sit consequens, ut terminus à quo congruè exprimat per pronomen hoc de monstrativum relatum ad accidentia sensibilia, quae manent: non tamen quod demonstrat accidentia, nam ipsa non sunt corpus, sed contentum sub illis. Terminus verò ad quem exprimat per nomen significans substantiam illam, in quam sit conversio, ut est corpus, verbum autem, non sit, sit, sed, est, quod significat rem iam factam. Quare concludit S. Thom. quod haec est forma congruè tissima, Hoc est corpus meum, quibus Christus dominus Eucharistiam consecravit. Secundo probatur, quia quantum Evangelium non palam dixisset Christum illis verbis consecrassent, Catholicis tamen sufficere debet solemnissimum uniuersalis Ecclesiae usus: nam cum à tempore Apostolorum usque perpetuo utatur his formis consecrandi, firmisissimum documentum est, non modo Apostolos, verum & Christum fuisse usum illa forma. Ecclesiam enim quae Spiritu sancto gubernatur constat non instituisse aliam formam ab ea quam Christus instituit. Tertio probatur ex Ambrosio libro de sacramentis, & refertur de consecra. dist. 2. can. panis. Cum panem accipiens, diceret, Hoc est corpus meum, plane monstratur verbum illud operatorium fuisse, conversiuumque panis in corpus. Quare non alio testimonio indigebat Ecclesia, ut illam formam, eam à Christo sanctam usurparet, ut Ambrosius ibidem ait, & Eusebius cano. quia corpus: & Innocentius. c. cum Marthe, de celebr. miss. Et tandem in concilio Florentino decretum est, formam huius sacramenti, esse verba Salvatoris, quibus hoc sacramentum consecit, scilicet, Hoc est corpus meum: & Hic est calix sanguinis mei.

Aduertendum tamen, quod quantum Christus dominus benedixit, ut Euangelistae tradunt, per verbum benedixit, quod refert Euangelista ante fractionem, non aliud debet intelligi quam forma ipsa consecrationis in sine prolata, licet forte aliud designetur. Erat enim Christo in more quotiescunque panes comederet, gratias agere, imò quotiescunque miraculum aliquod adornaret. Quo circa si dum quinque panibus turbas pavit, benedixit, ac fregit, ut ait Matth. cap. 4. & Lucas, cap. 9. licet verba benedictionis non expresserint, nihil mirum, si aliqua sic benedictione usus fuerit ante fractionem, quia consuetissima illi erat, Euangelistae non

1. Ratio

3. Ratio

Cicellium Floridum

expresserunt. Vnde quod Matth. ait, benedixit, Lucas ait, gratias egit, cui cecinit, & Paulus. 1. Corin. 11. quare Ecclesia illud usurpavit, elenatis eculis in coelum, tibi gratias agens, benedixit, fregit, & dixit, accipite, hoc est corpus meum. Vbi insinuat, quod gratiarum actio consecrationi antecessit, imò propterea ante consecrationem dicit sacerdos, benedixit, signo crucis benedicit materiam, non quod tali signo fuerit usus Christus, sed ut nonnulla eius benedictionis fiat imitatio. Hoc ex solutione S. Thom. ad primū argumentum.

Circa formam sanguinis est maior difficultas, maxime circa Doctores scholasticos, alijs assertentibus, illa verba, quod pro vobis traditur, non esse dicta à Christo, alijs Graecos vere consecratos, & tamen non dicunt omnia verba quae nos, quia ipsi non habent, nisi & aeterni testamenti, neque mysterium fidei. Quid in his contentione sit tenendum his accipere assertionibus. Prima, non solum haec verba, Hic est calix sanguinis mei, sunt de forma huius sacramenti, contra Durandum, Bonauem, Alexan. Probatur, quia ut ipsi fatentur, Graeci non habent, Hic est calix sanguinis mei, sed Hic est sanguis meus, ut alius Euangelista habet. Tum quæro, an illa particula, calix, sit pars formae? Videtur enim esse, quia illa ablata manet, Hic est sanguinis mei, quod nihil significat. Tum etiam quia Graeci vere consecratos, & tamen non ponunt particulam, calix. Item, quia conuertitur est Graecos consecratos verbis Pauli, haec forma, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ex hoc ago contra Doctores Latinos, quia Graeci consecratos ista forma, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Et quæro ab illis an illa duo verba, nouum, & testamentum, sint de formae nec ne? Si primū, male ergo asserunt, solum illa, Hic est calix sanguinis mei, esse de ratione formae: si dicant, nouum testamentum, non esse de forma, quod manet nisi hic calix est in meo sanguine, quae nullum sensum faciunt: non ergo possunt esse forma sacramenti, ergo illa duo verba, nouum, & testamentum, sunt de ratione formae: illis enim ablatis, cetera verba, neque sunt vera, neque falsa. Ita, quia

1. assertio.

Matth. 16

2. assertio.

quod nos in forma nostra habemus, effundetur, in forma eorum, habebit, effundet Deus pro nobis, sed non est verisimile, quod Christus noluerit formam esse. Hic est calix sanguinis mei, & adiectiuum, effundendus non sit de forma. Voluit ergo totam rationem esse

formam. Ideo sit secunda assertio, non sola ista verba, Hic est calix sanguinis mei, vel ista, Hic est sanguis meus, est forma praecipua, sed per quae cunque alia verba his equi pollentia potest sufficienter fieri consecratio. Probo, quia quaecunque verba si habeant eandem sententiam, significant quod efficiunt: & si sufficienter significant, & expriment effectum sacramenti, ergo est vera forma. Tum etiam quia oportet dare aliquid commune in quo nos & Graeci conveniamus, & hoc sit per talem formam, ergo.

Tertia assertio, omnia ista verba, quibus Romana Ecclesia utitur, scilicet, Hic est calix sanguinis mei, &c. sunt de ratione formae. Pro quo aduertendum, maxime referre dicere, hoc est de essentia, vel hoc est de forma, & in hoc sunt decepti Doctores citati quia utrunque pro eodem accipiunt: & hanc differentiam declaro in naturalibus: nam manus est pars hominis, & tamen non est de essentia illius: sic in proposito, omnia ista verba sunt pars formae, non tamen omnia sunt de essentia. Et quod hoc ita sit probo: Primo, quia quando ego dico, Ego te absoluo à peccatis tuis, totum est forma poenitentiae, & datur gratia in fine illorum verborum: & tamen illa duo verba, à peccatis tuis, non sunt de essentia, neque de necessitate sacramenti: sat enim est dicere, Ego te absoluo. Similiter in forma baptismi, verbum illud, ego, non est de essentia, licet sit pars formae, igitur. Item id probo ex forma Graecorum, scilicet, baptizetur seruus Christi, verbum illud Christi, est pars formae, & tamen non est de essentia formae, quia nos non constitimus illud in nostra forma, & tamen vere baptizamus: igitur aliquid est pars alicuius, quod non est de essentia eius. Et idem concluditur de qualibet syllaba, si morose profertur, ut aliqui profertur, omnes illae syllabae sunt partes formae, & tamen non sunt de essentia illius. Ex quibus patet veritas tertiae assertionis. Item ex illa Ambrosij, in quo omnia illa verba erant scripta literis aureis. Item quia neque sacerdos, neque populus adorant quousque omnia profertantur. Item ex consuetudine totius Romanae Ecclesiae.

Pro defensione Chrysostomi, & eorum quae allata sunt in confirmationem sententiae ipsius, respondeo primo. Cum in missis Graecorum panem, post prolationem verborum Christi, additur, fiat corpus, fiat sanguis, &c. non esse credendum tunc fieri consecratio-

3. assertio

nem

1. Ratio.

secundum ordinem Melchisedech in eo, quod vt ille sacrificauit in pane & vino, ita & Christus in cena. Et Ioannes AEquius lib. 3. de sacrificio missæ in Luthera nos. c. 3. ex verbis Dñi, Hoc facite in meâ cõmemorationem, probat missam esse sacrificium, facite, inquit, corpus meum, quod datur & frangitur in remissionem peccatorum, id est, quatenus offertur, & sacrificatur ad remittendum peccata, vt ipse exponit. Ioannes Groperus, lib. de veritate corporis & sanguinis Christi, art. 1. c. 52. ita habet, Nobis verò & sciendũ, & accurate obseruandum venit, Christi immolatione, non in cruce inchoatam, nec ibi ea ratione peractam, vt deinceps cessaret, sed Christi prius in cena veram carnem & sanguinem suum, sub panis ac vini speciebus, modo incremento, ac deinde absque sacrificij distractione, vel diuisione: in cruce modo cruento, & simul etiam in cælis multisibiliter in conspectu cælestis patris obtulisse. Et hoc idẽ assumat omnes Doctores nostri tẽporis, qui de hac re scripserunt.

Rationes etiã nõ defunt ad probandũ Christi nõ obtulisse in cena. Primo, quia Christi dixit, Hoc facite in meâ cõmemorationem, quibus verbis præcepit Apostolis vt offererent, ergo ipse obtulit. Nec enim aliud nobis agendũ est in hoc sacrificio, quã quod ipse egit: q̃ si ille non obtulisset, neq; nobis esset offerendũ. Et ideo primus ipse de sacrificio participauit, vt exẽplo eius, alij non detererentur mādūcare corp⁹ eius, & bibere sanguinẽ. Nec valet, quod Christi præcepit baptizare. Matth. vltimo, ipse tamen neminẽ baptizauit. Chrysostomus nãq; in c. 5. Matth. dicit, Christũ baptizasse baptistã, à quo fuerat baptizatus. Et multi ex vetustissimis Patribus baptizasse Petrũ, & Ioãnem Euãgelistam. Et Eutimius docet, batizasse Beatam Virginẽ. Quod verò Ioanes. c. 4. inquit, Iesus nõ baptizabat, sed discipuli eius, intelligendũ venit frequenter, & regulariter, sicut Apostoli, & hanc expositionem sancti Patris tradunt, cum referunt Christum aliquos baptizasse.

Secunda ratio est, quia si Christus non obtulit in cena, ergo minus dignum fuit eius sacramentum, quã nostrum, quia nostrum præstat hoc priuilegio, vt sit oblatum, & sacrificatum Domino, quo illud caret. Deinde Apostoli non tam dignè communicassent corpori & sanguini Christi, quã nos

communicamus, quia illi non sacrificarent Domino, nos autem illi oblata & immolata suminus.

Tertia ratio, quia Christus, secundũ omnes Patres, fuit in cena sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedech: nullus autẽ, præter hereticos recentiores, docuit fuisse sacerdotẽ secundũ ordinẽ Melchisedech in cruce, ergo in cena exercuit sacerdotiũ Melchisedech, & per consequens ibi obtulit in pane & vino, sicut olim Melchisedech. Sacerdotiũ enim ratio nõ habet ad sacrificiũ: neq; cõcipi, aut intelligi, citra sacrificiũ potest: quia sacerdos ad offerendum dona & sacrificia, pro peccatis cõstituitur: quod si Christus in cena nõ obtulit, vt quidã cõtendunt, ergo non fuit sacerdos secundũ ordinem Melchisedech: quia in cruce hostiam cruentã obtulit, nõ panẽ & vinum: & tunc eius hostia ad sacerdotium Aronicum expectaret, vt docet S. Thom. 3. parte. q. 22. art. 6. & q. 73. art. 6. quod tamen falsum est, quia sacerdotium Christi ad sacerdotium Melchisedech pertinet, & nõ ad sacerdotium Aronicum.

Quarta ratio est à tẽpore sumpta, quia cũ in Exod. 12. præcipitur vt agnus decima quarta luna ad vesperã immoletur, opus est figurã hanc in Christo impleri, cũ autẽ Christus decima quarta luna non fuisse realiter immolatus, cõstituendus est aliquis modus immolationis, quo verus agnus illa nocte sit immolatus, sed nõ est alia quã quæ assignatur à Patribus supra citatis sub speciebus panis & vini, sub quibus Patri se obtulit, & Apostolis manducandum tradidit, ergo.

Quinta ratio est, quia Christus completo agnõ typico, dixit Apostolis, Desiderio desiderauĩ hoc Pascha manducare vobiscũ: quod de Paschate nouo intelligendum esse docent per multi Patres, vt Tertullianus libro quarto in Martionem, cap. 62. & Eusebius in cap. 22. Lucæ. Et Theophilactus ibidem: & Sanct. Thom. 3. parte, questione. 81. articulo. 1. ad tertium. Et ratio id conuincit, quia discumbẽtibus illis dixit Christus, Desiderio desiderauĩ, vt ponderat Theophilactus. Nam Pascha verus appellauit sacramentum corporis & sanguinis sui: cũ ergo Pascha sit species sacrificij, ergo diffinitio sacrificij tanquam genus illi conuenit: & sic Paulus inquit, Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque eupulemur in azymis. De Christo autẽ in cruce immolato nõ aliter gustamus, quã sub specie panis cõsecrati: & ideo addit in azymis

Hebr. 5.

synceritatis & veritatis, alludens ad ritum, quẽ cũ cõsecrauit Christus, sacrauit. Vnde Hieronymus in Leuiticum, & habetur de consecratione, dist. 2. c. de hac quidem hostia, quæ in Christi cõmemoratione mirabiliter, sit edere licet, de illa autem quã Christus in ara crucis obtulit secundũ se nulli edere licet. Et idem Origenes in Mattheum 26. Ambrosius in Lucam, cap. 1. Chrysostomus, homil. in primum Pascha ieiunantes.

Sexta ratio, quia non est dubium quin ex omnium Patrum sensu & consensu, agnus Paschalis fuit figura huius sacramenti: vnde post esum illius agni, hoc obtulit sacramentum, & sacrificium: sed cõlat agnũ Paschale non nisi Deo immolatum & oblatum immolari soliti, vt ergo figura dignitate nõ antecellat veritatem, & vmbra corpus, necesse est dicere, quod corp⁹ & sanguis Christi nõ nisi immolatus in cena illa & oblatus Patri, tradita fuisse discipulis à Christo in eadem cena.

Septima ratio, quia Christus præcepit hoc facere in suam cõmemorationem, adeo vt missa non sit aliud, quã sensibilis quædã representatio passionis & mortis Christi: cum autẽ potissimus actus Christi patiens fuerit offerre passionẽ & mortem suã, pro expiatione delictorũ, ergo illa oblato Christi in cruce debuit à Christo in cena sensibilibiter representari, sicut à nobis representatur: & per cõsequens in cena obtulit, & signa oblationis ostendit, tum eleuando oculos in cœlum, tum Patri ostendendo panem & calicẽ, vt beatus Iacobus asserit, tum benedicens & gratias agendo, atq; hac ratione noui Testamenti nouam docuit oblationẽ, vt docet Irenæus.

Octaua ratio est, quia null⁹ ex vetustis Patribus, nullus ex recentioribus, qui in hæretico pro sacrificio missæ propugnando scripserunt, negat Christum in cena obtulisse: nisi solus Lutherus, qui à Satana instructus, vt ipse ait, pertinacissimè hoc negat. Vide tur ergo quod nulla ratione Sancta Synodus hoc diffinire omittere debeat: nã ex huius articuli omissione obscurabitur doctrina de sacrificio missæ, neque ita certum & diffinitum erit missam esse sacrificiũ, quod Deo offertur si Christus non obtulit. Secundo, obscurabitur sacerdotium Christi secundũ ordinem Melchisedech, quia vt sic tantũ in cena obtulit. Tertio, obscurabitur doctrina Patrum, & iniuria fiet traditioni, & tantæ

nabi testium, & solum dæmoni, & Lutheranis gratificabitur Sancta Synodus, si id non diffinit.

Vltimo, quia constat Christum in cena instituisse Apostolos in sacerdotes, vt omnes Patres asserunt, illis verbis, Hoc facite in meam cõmemorationem: sed Ecclesia inuolabiliter obseruabit, vt nunquam episcopi ad sacerdotium alios promoueant, nisi offerentes sacrificium incrementum missæ, ergo ne hic tanti momẽti ritus desiderari possit in ipso archetipo & exemplari Christo, dicendum est illum, non nisi oblato sacrificio incrementum, Apostolos ad sacerdotium euangelicum promouisse: & ab eo hanc consuetudinem inuolabiliter in Ecclesia cõseruatam ad nos promanasse.

Rationes quæ nostram sententiam impugnare possunt, facillime dissoluuntur. Primo agunt, quia nullum verbum habetur ex textu, quod sacrificium aut oblationem significet. Sed hæc ratio etiam concluderet Christum nihil præcepisse Apostolis de sacrificio offerendo, quia nullum est verbũ, quod expresse sacrificandi præceptum explicet. Sed esto, daremus nullum esse verbum formale, & expressum, quod oblationem sacrificij explicet, satis est quod educitur per cõsequenteriam valde virgentem, & intellectum cogentem: nam ex gestibus & actibus Christi, quæ non minus quã verba docebant, promptum est id accipere: quia dicitur, quod eleuauit oculos in cœlum, & ostendit. Patri panem & calicem, & benedixit, & gratias egerit, quod substituerit hunc agnum verum loco alterius, & esum eius loco esus alterius: quæ omnia rationem sacrificij aperte demonstrant. Et ex verbis etiam idem accipere possumus, nam dicit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, & frangitur: & Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum: frangitur autem, & effunditur de presenti, non tam ob futuram passionẽ iam imminens: & inchoatã, quã q̃ in mysterio Eucharistie offerebat & sacrificabat Deo. Dari autem & frangi corpus, & effundi sanguinem, verba sunt ad oblationem, & sacrificium expectantia, vt constat: vt ergo ex euangelicis verbis, hoc facite in meam cõmemorationem, consideratis circumstantijs, & traditione Patrum, necessariò colligitur præceptum de sacrificio Eucharistie offerendo traditum, ita ex esse necessario deducitur Christum obtulisse.

Secunda ratio est, quia si Christus in caena oblit, ergo gratis Christus mortuus est: neque o nus fuisse alia oblatione cruenti in cruce. Sed si haec ratio aliquid concluderet, ex ea sequitur modo non esse nobis offerendum in missa, neque Christus deberet seipsum Patri offerre in caelo, quae falsa sunt: neque derogatur dignitati, & merito Christi patientis in cruce passione cruenta, quod multis alijs actionibus expiatione nostrorum peccatorum, reconciliationem cum patre, & salutem mundi promeruerit sicut nos pluribus operibus promereri possumus vitam aeternam.

Tertia ratio est, quia imago proprie rem de qua exprimitur sequitur, vt effectus causam suam non praecedat, sicut neque effectus est ante causam: at missa sacrificium inuentum nihil aliud est, quam representatio quadam sensibilis oblationis cruentae Christi, ergo sequitur quod cum illa nondum esset actu exhibita, sed die sequenti exhibenda, quod Christus non obtulerit. Respondemus, Eucharistiam imaginem esse quadam, & representationem sensibilis oblationis Christi cruenti: sed non propterea tollitur quam Christus in caena obtulerit, quia sicut veteris Testamenti sacrificia omnia erant imago quadam, & representatio illius oblationis, quam Christus in cruce impleuit: neque tamen tollitur quia illa fuerint vera sacrificia, & vere oblata: similiter dicendum est de Eucharistia, quam Christus non obtulit in memorem oblationis cruentae praeteritae, sed in praesignationem mortis suae imminuentis: vt doceret nos ritum, & modum Christianorum, & modum sacrificandi & offerendi, quod post mortem non ita conuenienter tradere poterat. Quod autem dixit Apostolus, Hoc facite in meam commemorationem, ad tempus illud respiciebat, quo iam praeterita & exhibita Christi passio, & oblatio in cruce facta representanda erat per suos sacerdotes in Ecclesia.

Et ideo Concilium hoc Tridentinum, post longam Patrum concertationem, merito, sessione sexta, sub Pio quarto, cap. 1. diffinitum, Quod Christus Dominus illis verbis, Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, hoc facite in meam commemorationem: & Apostolos sacerdotes instituit, & oblationem in cruce, modo expiatorio: seipsum Patri obtulit.

DECIMVM SEPTIMVM QVAESITVM.

An solo vino sine aqua in sacris mysterijs vte ndum sit.



Chrysostomus, homi. 85. in expositione illorum verborum, Non bibam de hoc germine vite, sic habet, Cuius rei gratia Christus non aquam, sed vinum post resurrectionem bibit, per vinum quandam heresim radicatus euellere voluit, coram quo aqua in mysterijs vtiuntur. Ita vt ostenderet, quia, & quando hoc mysterium tradit, vinum tradidit, & quando post resurrectionem in nuda mysterij mensa vino vsus est. Ex germine autem, vitis, quae certe vinum, non aquam producit.

Disputant Doctores scholastici. 4. sentent. distinct. 11. Sancti Thomae, 3. parte. q. 74. articulo. 6. qui omnes conueniunt, vino quod offertur in Eucharistiae sacramento de bere aqua misceri. Primo, propter institutionem: coniectura enim probabiliter creditur, Dominum hoc sacramentum instituisse in vino aqua permixto. Vnde Prouer. 9. Bibite vinum quod miscuit vobis. Secundo, quia hoc conuenit representationi Dominicae passionis. Vnde dicit Alexander Papa, Non debet in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permixtum: quia vtrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Tertio, quia hoc conuenit vt significemus effectum huius sacramenti, qui est vnio populi Christiani ad Christum: quia in aqua populus significatur: in vino Christi sanguis ostenditur: cui ergo in calice aqua vino miscetur, Christo populus adunatur. Quarto, quia hoc conuenit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitam aeternam. Vnde Ambrosius dicit in libro de sacramentis, Redundat aqua in calcem, & salit in vitam aeternam.

Pro defensione Chrysostomi respondemus, ex verbis eius male intellectis. Armos solo vino in mysterijs vsos: aduersus quos Concilium vniuersale cognomento Trullo, sub Iustiniano celebratum, can. 32. ita decreuit, Quoniam nouimus quod in Armenorum regione vinum tantum in sacra mensa offerunt, aquam illi non miscentes, qui inuen-

inuentum sacrificium peragunt, praeteregentes Doctorem Ecclesiae Ioannem Chrysostomum, propter haec verba in interpretationem Matthaei. Cuius rei gratia Christus non aquam, sed vinum, &c. Quibus verbis existimant Christum prohibere aquae oblationem in sancto sacrificio: sed vt hi ab ignorantia liberentur, illius Patris mentem orthodoxe aperimus, dicentes illum voluisse subuertere antiquam prauamque Hydroparastarum heresim, qui pro vino sola aqua in sacrificio vsi sunt. Si quis ergo episcopus vel presbyter, vinum aqua mixtum in sacrificio non offert, deponatur. Et sessione. 6. sub Pio. 4. Papa, can. 9. ita quae de fide diffinitur. Et ideo hodie oppositum esse hereticum. Can. sic habet, Si quis dixerit aquam non descendam vino in calice offerendo, quod sit contra Christi institutionem, anathema sit.

DECIMVM OCTAVVM QVAESITVM.

An Christianis bellum gerere liceat.



Chrysostomus, homi. 85. in illum locum, Qui accipiunt gladium, gladio peribunt, Matth. 26. inquit, Vt facilius crederent, quia traderetur, propterea dixit eis, emite gladium non vt percutiant animas, sed vt perditionem ante oculos poneret, his verbis vitur haeretici & cum illis Erasmus in annotationibus in Lucam ad confirmationem suam dogmatis: quo docet omne genus belli Christianis interdictionem esse. Et adiungit Erasmus alium locum Chrysostomi citatum a D. Thomae, ex catena aurea, qui sic habet, Qui non habet vendat vestem suam, & emat gladium, quidnam hoc? armat ne discipulos qui dixit, Si quis te percuferit in dexteram maxillam obuerte ei alteram, qui praecipit vt benedicamus his qui nos conuulsijs lacerant, feramus iniuadentes, oremus pro persecutibus, nunc armat, armatque vno tantum gladio? Et quomodo haec rationi consona sunt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto & galea & ceteralibus armare oportebat. Adducunt etiam Origenem in sua sententiam, qui tractatu in Matthaeum. 7. praesentem locum explanans, sermonem Christi de

gladio emendo pestiferum esse pronuntiat, si ad literam accipiatur. Similiter & Ambrosium, commentario decimo in Lucam, ubi sic habet, O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes: cur habere praecipis, quem vetas promi, nisi forte vt parata sit defensio: non vltor necis efficiat, & videar potuisse vendicari, sed noluisse, lex ferire me non vetat. Et ideo fratre Petro duos gladios afferenti satis est dicit, quasi illucuerit vsque ad Euangelium, vt sit in lege aequitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus, qui cum se potuisset vlcisci maluit immolari. Et iidem in lib. de vitijs adserunt, id pala declarasse, cum inquit, arma ecclesiae fides est, arma ecclesiae oratio est, quae aduersarium vincit. Erasmus plura adducit in hanc sententiam, sed postiora testimonia sunt, quod Christus in Euangelio praecipit suis ne resisterent malo, sed inimicos diligant, eret pro calumniantibus & persequentibus, benefaciant hostibus, alteram maxillam percutientibus alteram prebeant, auferentibus tunicam pallium quoque relinquant, iuxta Pauli praecipitum, aduersarios amoris ac beneficiorum flammis excurant.

Disputant de hac quaestione Doctores scholastici. 4. sent. dist. 15. circa materiam de restitutione. S. Thomae. 2. 2. q. 40. art. 1. & tenet, ad hoc vt bellum sit iustum tria requiri. Primo, autoritas principis, cuius mandato bellum est gerendum, cuius etiam est multitudinem conuocare, & cui cura reipublice est commissa, vt bonos premio & honore afficiat, malefactores vero puniat. secundum illud Apostoli, non sine causa gladium porta. Secundo, requiritur causa iusta, vt scilicet, illi inipugnantur propter aliquam culpam, impugnatione mereantur. Vnde Augustinus dicit lib. 83. quaestio. in, Iusta bella solent diffiniri quae vlciscuntur iniurias, si gens vel ciuitas pietenda est, quae vel vindicare neglexerit, quod a suis improbe factum est, vel redere quod per iniuriam ablatum est. Tertio requiritur vt sit intentio bellauium recta, qua intendatur vt bonum promoueatur, & malum vitetur. Et subdit potest coningere vt sit legitima autoritas iudicantis bellum, & causa iusta: nihilominus propter prauiam intentionem, bellum reddatur illicitum. Dicit enim Augustinus libro contra Faustum, nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, inplacabilis animus, feritas reuelandi, liuidio

Ambrosius

Erasmus

Matth. 5.

Roma. 12

Origenes

dominandi, & si qua sunt similia: hæc sunt quæ in bellis iure culpantur.

Examinare oportet hanc doctrinam S. Tho. & quæ illam tangunt. Vidimus circa licentiam belli, & an sit licitum Christianis bellare, sententiam Erasmi, qui Lutherum & eius sequaces, nedum conatur defendere, sed sententia illorum subscribit: & in adagio, dulce bellum in expertis, multa cumulat contra Theologos, & damnat tanquam hæreticum asserentes esse licitum bella gerere. Et licet olim Tertulianus in libro de corona militis Christiani, & alij Patres fuerint in illa sententia, sed iam hæc assertio, licitum est Christianis indicare bellum, & contra hostes fidei bellare, est conclusio de fide, & oppositum est hæreticum: quod ex eo patet quia licitum est iniurias arcere, & illas vindicare, hoc enim est munus iustitiæ distributiæ: si ergo princeps aliquis inferat iniuriam alteri, non est via neque modus quo possit se vindicare, nisi aduersus illum bellum inducat. Si enim priuata persona iniuriam, vel quid patiat, potest illum Rex vel Princeps vindicare. Si tamen Rex alteri potenti iniuriam inferat, quis erit sufficiens, nisi ipsemet qui iniuriam est passus: sed ad id necessarium est bellum indicare: licet ergo bella gerere. Tum etiam quia ad Principem non solum expectat conseruare pacem reipublicæ, sed etiam si hostes externi eam perturbent, eam defendere: sed medio humano non potest nisi bellum contra exteriores hostes indicendo: licitum igitur est Christianis bellare. Ad dicit quis, rationes probant, quod licet Principi se defendere ab eo qui sibi infert iniuriam, non tamen quod illi liceat alium aggredi. Respondemus & hoc probare rationes: quia reipublica perfecta non solum debet esse sufficiens ad se defendendum ab iniurijs illatis, sed etiam ad aggrediendam & vindicandam iniurias quas passa est: alij autem turbatio esset magna & confusio in reipublica, si posset quis iniuriam inferre alicui, & alteri non liceret se vindicare. Quod si dicas suprema potestas, & Romanus Pontifex vindicant: refugium hoc insufficiens est, quia in temporalibus Romanus Pontifex non est suprenus dominus, nisi in quantum ordinantur, & actiunt ad spiritualia. Dices, vindicet Imperator: Dico primo, quod multi reges sunt, qui non sunt subditi Imperatori.

Secundo, quando iniuria lata est alicui regi ab alio rege, habet ius se vindicandi: sicut potest in suo regno malefactores punire. & hæc est in communi praxi tam apud reges, quam apud principes.

Conditio quæ assignauit Sanctus Thomas, expedit aliquantulum tangere: nam licet constet, cuiuslibet licere se defendere: non tamen sat constat cui personæ publicæ liceat bellum indicere. Nam de duce dubium est. Caietanus inquit, quod cuiuscunque reipublicæ, & personis, & ciuibus eius, si non est pars alterius reipublicæ, potest bellum indicere. Illa verò reipublica, quæ non dependet in sua gubernatione ab alia, est sibi sufficiens, & potest bellum indicere, esto, Imperator sit superior illis, & posset potestate Imperatoria illos congregare, vt constat de reipublica Hispaniæ & Gallorum, & de episcopatu Salmantino & Asturicensi, qui sunt subditi Archiepiscopo Compostellano: & tamen quilibet illorum est reipublica spiritalis & perfecta. Similiter reipublica Venetorum, quæ quia non dependet ab alio in sua gubernatione, potest se vindicare. Secus est de quibus Hispaniæ, qui licet habeant ius se defendendi, non tamen habent ius se vindicandi, quia non habent perfectam reipublicam, & in sua gubernatione dependent à Rege Hispano.

Secunda conditio est, quod sit causa iusta: iusta autem causa indicendi bellum est si quis est ab alio passus iniuriam. Sed quæ iniuria dicitur ad hoc sufficiens? An si Gallus Rex furatus est à Rege Hispano quingentos aureos, vel mille, vel si iniuste occidit Hispanum: in quibus casibus mortaliter peccauit: an propter hæc, & his similia, liceat bellum indicere? Respondedo negauer, quia nulla istarum est causa sufficiens, vt totum regnum deprederetur, & damna bellis annexa patiantur. Secus si ciuitatem incenderet, posset enim tunc iniuriam illatam vindicare, similiter iniuriam amici acceptam, vt si Rex Francorum irrogasset iniuriam amico & familiari, Regis Hispaniæ, liceret tunc iniuriam amico illatam vindicare. Ratio est, quia vnique mandauit Deus de proximo suo, & si non potest illum adiuuare, neq; vindicare, nisi bellum indicendo, licet illi bellum indicare. Maius dubium est: an prore dubia liceat bellum indicere? Vt quado reges &

An prore dubia liceat bellum incidere.

principes contendunt de ducatu, vel regno aliquo, de quo de facto dubium est cui conueniat illius. Et ratio dubij in hoc sita est, quia si vnlicet bellum indicere, alteri non licet se defendere alias bellum esset iustum ex vtraque parte cum dubio, & sine ignorantia inuincibili, vt si Petrus & Paulus dubitent cuius sit pallium, possidet Petrus, non potest Paulus surripere, quia melior est conditio possidentis. Dico ad hoc, quod si res est dubia inter principes, qui non habent superiorem: nec iure diffiniri potest cuius sit, potest vnus illorum bellum indicere aduersus alterum: inter personas verò priuatas hoc non licet, sed tenentur conuenire apud iudicem, & stare sententiæ & diffinitioni illius. Defendere possessorem medijs licitis licet. Et pro re dubia licet etiam iubare aggredientem: ratio est, quia si essent personæ priuatae, & iudex non posset causam diffinire, tenentur causam inter se componere, & si necesse fuerit rem de qua agunt inter se diuidere: ergo quando res est dubia licebit pro mediocritate illius bellare. Et de subditis dico, quod si sunt magnates, & qui admittuntur ad consilium regis, non possunt arma surripere, nisi primo diffiniant qui competat ius. Ratio est, quia licet dubitent inter se, an bellum sit iustum, tamen quia dubium est practicum: non dubitant an liceat illis bellare, sed certo cognoscunt id sibi non licere. Exemplum est, si dubitem de re quam possideo an sit mea, quia dubium est practicum: & non dubito, sed certo scio quod possim possideret, non teneo alteri dare donec sententia iudicis sim deuotus: sic de subditis. In dubijs verò subditi tenentur principi parere.

Sed an in bello liceat homines occidere: certum est hoc licitum esse, vel si sint infideles in seruitutem redigere: de quo Doctor. 4. sentent. dist. 15. & Summittæ, verbo bellum. De innocētibus, vt sunt pueri, & mulieres, senes & sacerdotes, qui non fuerunt causa belli, est grauior difficultas. Et ad illam respondeo his propositionibus.

Omnes qui sunt inter hostes, & sunt illis admisti, si possunt arma surripere, reputantur nocentes, nisi contrariū euidenter constet: vt est de pueris, & de cæteris, qui neque consilio, neque opere possunt alicui iniuriam inferre. Secunda, non licet occidere innocentes, si possunt distinguere a nocentibus: & nocentes occidi possunt sine innocētibus:

ex quo sit quod post partiam victoriam innocentes non debent occidi: possunt enim à nocētibus distinguere. Tertia, licet de peracideus innocentes occidere, si non possunt à nocentibus distinguere: vt licet ciuitatem incendere, vt nocētēs occidantur in qua multi sūt innocētēs: ex quo sequitur dubij aliud.

An liceat innocentes spoliare, quado possunt à nocentibus distinguere, & totam ciuitatem præde militum committere? Respondeo per has propositiones. Prima, totam ciuitatem in prædam committere, & eam incendere non licet, nisi quando victoria alio modo obtineri non potest. Ratio est, quia damnnum innocentium, in quantum fieri potest, est cauendū semper. Charitas enim Christiana id ita exigit. Secunda propositio, non licet vbis in prædam tradere, nisi quado in exercitu est extrema necessitas. Tertia, non licet capere bona innocentium causa solius vindictæ, vel punitonis. Ratio est, quia illi non fuerunt causa iniuriæ vel mali illati: & qui bona illorum surripuerunt, tenentur illa restituere. Sed an alia de causa liceat innocentes spoliare, præterquam ad alendum exercitum, & subsidium militum? De hoc sit quarta propositio, ad refarciendum damnū illatū à nocentibus licet innocentes spoliare: vt si Galli fecerūt prædam in Hispania, licet damnū illatū etiam ab innocētibus refarcire, & eos spoliare. Ratio est, quia tota reipublica intulit damnū, & ideo licet ab illa recuperare.

Dubium tamen est, an liceat pueros occidere, de quibus probabiliter timetur, eos post etatem adultam aduersus nos præliuros? Respondeo, si possunt à nocentibus distinguere, non licet occidere quia sunt innocētēs. Surripere verò paruulos, senes, & mulieres ad vendendum, sicut cætera alia bona licet, inferre illis damna vnde mors sequatur non licet: sed tantum in captiuitatem & seruitutem redigere. An verò capti bello iusto ipso iure fiant serui? Dico de Christianis, quod licet iure antiquo erant facti serui, & redimantur, id verò iure positiuo est abrogatum: & ideo Christiani capti à Christianis non sunt serui, sed manent sui iuris, & possunt testamentum cedere, & legatum facere: infideles verò omnes manent serui, & non sunt sui iuris.

Sed an spolia militiæ cedant in ius victorum, & supponimus quod in principio bona sive incedere bellum, parta verò victoria intellexerunt esse iniustam: tunc est dubium, an spolia sint illorum quia bona sive pugnantem teneantur illa restituere? Respondeo

Tertia.

Propositio

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Propositio

Secunda.



ea in quibus facti sunt diuites restituere teneri: ea verò quae bona fide consumpserunt non tenentur restituere. Simile est si fur inuiter de his quae furatus est, non tenetur ad restitutionem, quia bona fide & sine culpa mea, & eam ignorantia aliena bona consumpsit neque diues factus sum. Si autem miles à principio intellexit bellum esse iniustum, tenetur illa bona restituere ex quibus fit diues. Similiter tenetur de damnis quae ad finem & ius belli non erant necessaria. Sed an parva victoria, tatum propter vindicandam iniuriam liceat ciuitatem igne incendere? Respondeo de iure gentium id non licere, si verò timetur, ab illis se futuro tempore passuros damna à ciuibus ciuitatis, tunc comburere licet. Vastare agros, & alia damna inferre, iniquum est: tamen bellum est iustum, ad restitutionem non tenentur. Et hoc constat ex praxi communi, & quia huiusmodi damna quasi necessariò sunt bellis annexa, & esset iugum graue milites ad huiusmodi restitutionem cogere: nam vix est qui ab huiusmodi damnis se temperet.

Tertia conditio belli est, quòd sit intentio recta & bona: sed quid dices, si intentione iniusta & peruersa princeps inducat bellum, scilicet, quia rex priuatus est eius inimicus, & odio illum habet, an talis tenetur de damnis illatis dicimus, quòd si causa belli est iniusta, licet mala intentione bellum inducat, non tenetur damna illata restituere: ratio est, quia ibi non est violatio iustitiae, quae est radix restitutionis: sed solum deliquit contra charitatem. Simile est de pratore, qui si iniusta intentione suspendat furē, licet peccet, sed ad restitutionem non tenetur.

Sed an clericis bellare, & arma surripere liceat, S. Thom. art. 2. respondet, negatè. Sed quo iure? Respondet, id solum esse de iure positum, & ita tenet communis sententia Theologorum: & hinc sequitur ex rationabili causa Romanum Pontificem posse cum clerico dispensare, vt possit arma surripere: & in irregularitate dispensare. Et sententia Theologorum intelligenda venit de omnibus clericis constitutis, siue in maioribus, siue in minoribus ordinibus. Sed quid ad id quòd frequenter accidit quia in minoribus constituti preliantur in bello. Dico eos, licet male faciant, non tamen mortaliter peccare. In maioribus verò constituti, si in bello preliantur, mortaliter peccant. De penis standum est dispositiõni iuris. Sed an ad defendendam reipublicam liceat clericis arma surripere? Caietanus

dicunt tria. Primum, ad agrediendum non licet. Secundum, ad defendendam reipublicam licet. Et hoc siue sit ad ianuam ciuitatis, siue in agrum exeat. Et in his omnes conueniunt: quia est de iure naturali. Tertium dicit, nihilominus tales sunt irregulares, quia irregularitas sine culpa incurritur. Et addit quòd clericis non solum licet ciuitatem defendere, sed tenentur: quòd est mirum, scilicet teneri defendere, & in irregularitatem incidere. Nam prator ideo incidit in irregularitatem, quia non tenetur furem occidere: quia potest ministerium sibi commissum suspendere & alteri committere. Syluester verbo, irregularitas. 5. 4. tenet, non incurritur irregularitatem, & plures alij illud sequuntur. Sed sententia Caietani est valde probabilis, & quam credo veram: nam Clementina illa, Si furiosus, de homicidio voluntario, permittit clerico se defendere, & occidere ipsum inuadentem, seruato moderamine inculpate tutele: & non excipit alium casum: defendendo ergo reipublicam manet irregularis. Sed alij dicunt defendere reipublicam esse se defendere: & ideo vtraque sententia est probabilis. Dico tamen, si quando defendit reipublicam, existimat quòd & ipse occidetur, tunc non est irregularis: si verò existimat, quòd non occidetur, esto, licet illi se defendere, manet tamē irregularis, quia non se defendit.

De ecclesijs, an liceat incendere, cognoscendo quòd est ecclesia: dico sine magna causa id non licere. Si vero hostes in ecclesia se defendant, licet illam incendere: & si ibi sit Sacramentum, non debet nisi pro maxima causa id fieri: & licet ecclesia incendio ardeat, Sacramentum tamen non comburitur: sicut in stomacho. Et licet licitum sit, ad recuperandum damnum belli, bona clericorum surripere, bona tamen ecclesiae non licet, nisi exercitus in extrema necessitate fuerit constitutus.

Pro defensione Chrysostr. respondeo, quòd ipse seipsum defendit contra Erasimum, hom. in illud epistolae ad Romanos, salutem Prisca & Aquilam: vbi sic habet, Quid igitur ad haec dicemus? cur Christus Apostolis marsupium, calceas, & tunicas geminatas lege prohibuit inquit, Christus Apostolos non semper huius legis necessitate astringi voluit. Et infra, Tam forte dicit aliquis, si eos absoluit ab hac lege queritur vltra, quare Christus contra ista praecipit? nam interdum dicit, ne possideatis peram, interdum qui non habet marsupium, tollat et peram: quare hoc fecit?

fecit? sane dignè fecit pro sua sapientia, curaque, quia pro discipulis gerebat ab initio uocationis, vt periculum virtutis suae faceret, & in orbem terrarum exiri magis in eo fiderent. Verum vbi potentiam suam agnoscere coeperunt, voluit vt ipsi domi virtutis specimen aliquod praeberent: nam in initio nihil eos patifinebat, post verò tempore quo permisit eis vt marsupium haberent, & peram, & calceos, liquidum est cur eos periclitari & affligi sineret: nempe vt mercedem aliquam habeant. Et adducit exemplum de aue, & pullis, quos dum viderit creuisse, primùm circa nidus volitare docet: deinde ad nidum suo toros destituunt: ita faciebat & Christus: in Palestina enim quasi in nido nutriti ab discipulis, & eos volare docuit, praesens, & egessans, tandem permisit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne sibi ipsis decederent.

Theophilus? in expositione eiusdem loci inquit, In principio curā habes discipulorum tā quā in finimorum, faciebat eis omnia necessaria affluere abunde circa ipsorum curā, nunc autem opus est eis vt eurent ea quae virorum sunt, & prouideant sibi ipsis.

Ad ea verò quae contra Patres inducta sunt respondeo verba eorum, non ita esse accipienda ac si sentiant bellum Christianis omnibus esse illicitum: sed solum illis viris, qui Domino cultui totum se dediderunt, & perfectionem habent positam in obseruatione consiliorum: & ad hunc sensum referenda sunt verba Chrysostr. & Ambrosij: cum enim Apostoli in vertice puritatis Evangelicæ constitissent, non licebat eis arma inducere, en se accingit, in gladium manum iniicere, & calice sanguine conficere. Et hinc Origenes dixit sermonem Christi ad gladium adhortantem, pestiferum esse ijs, qui cum iuxta literam intelligunt, & arbitrantur Christum praecipisse Apostolis, vt se ipsos in praelium armarent: cui id viros arcem totius perfectionis tenentes non deeret.

Ad Erasimum respondemus, ex his quae enumerat quaedam esse praecipia, quaedam verò consilia. Praecipia sunt aliquo pacto & in omnium: Diligere inimicos & amare, hostes persecutores auxilio orationis non destitue re, pacem & beneuolentiam eorum optare & perquirere, qui facultatem pugnandi nec adiungunt, nec semper impediunt. Iusta enim & verè Christiana bella sunt quae pro defensione iustitiae, & ad optationem pacis geruntur, iuxta illam Augustiniani regulam. Bellum geritur

vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. Consilia vero sunt non resistere malo, non defendere malum pro bono, reddere dexteram ferienti, tunicam rapienti, pallium vitro dimittere, & id genus alia plurima, quae extra discrimen necessitatis non sunt operis praecipia, sed affectus in preparatione animi seruanda: vt, scilicet, semper si mus parati non resistere malo, sed vincere in bono malum, & pro maleficio beneficium rependere si opus fuerit, verum si aliter expedit, vel propter bonum commune, vel eorum qui nos oppugnant, tunc Augustinus, in epistola ad Marcellinum ait, Agenda sunt multa etiam cum inuictis, quoniam nihil est infelicis felicitate peccantium, quia poenalis nutriuntur impunitas, & mala voluntas, vel hostis interior, roboratur.

Ad id verò quòd obiicit Christiano, orationibus & precibus pugnandum, fatemur iusto bellatori necessarias in primis esse orationes, & supplicationes toto pectore ad Deum emissas: quia vt nobilis ille Machabeus dixit, Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est. Si tamen necessitas urgeat capienda sunt arma, quia Moise orante in monte, exercitus Machabeitarum à Iosue pugnante superaretur: quòd consonum est Evangelio, Ioannes enim militibus percontantibus, quid eis ad salutem expediret, non dixit militiam deserere, sed tantum contenti estote stipendijs vestris, & neminem concutiat. Et Centurio cum imperium Christi ostendere conaretur, ex imperio quòd ipse in milites suos habebat, Christus collaudata fide illius, non ei imperauit militiam deserere. Quòd sine dubio fecisset si bella gerere non liceret. Et Herodiani res pondit, reddite quae sunt Caesaris, &c. Recte igitur Augustinus epistola. 5. ad Marcellinum, de Christiano bello disserens, ita habet, Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, consilium salutis petentibus in Evangelio diceretur, vt abijcerent arma, quòd tamen non docuit, sed quòd contenti essent suis stipendijs. Et epistola 50. ad Bonifatium comitem id asserit: & probat exemplo David, & Centurionis: & concludit pacem habere voluntatis est, bellum autem debet esse necessitatis: non enim pax quaeritur, vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur.

Luc. 3

Matth. 8

Matth. 22

August.

Dubium. Caietanus

DE CIMVMNON VM  
QVAESITVM.

An clericis possessiones rerum te-  
poralium habere liceat.



Hryfostomus, homi. 86. in illud, *Accipimus vineam, arbor-  
vitas, & dedimus eis in agro figuli,*  
Matth. 27. Deploret calamitatem Ecclesiae; ex eo quod pastores villas, possessiones, aut vineas, & argentum possideant. Sic enim habet, Veniat in mentem vobis octo millia Leuitarum Indrosolare solitos fuisse, & cum his vineas, & parentibus orbos: nunc autem agros, domus, locationes edificiorum, vineacula, equos, mulas, multaque alia huiusmodi, propter vos, & vestram crudelitatem ecclesia possidet: & infra, Modo duo mala committuntur: nam & vos, quasi nihil dare debeatis, nihil confertis: & ideo sacerdotis aliena petraerant, quod a sacerdote est alienum. Et in illud Lucæ, Vade vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, &c. Opportune, inquit, nunc ad ecclesiam prelatos, propter latas ecclesie possessiones, & merito dici potest: non enim se qui Christi aliter possumus, nisi omnis crassioris & secularis curæ sumus expertes, nec verò pro dolote venditiuæ ac mensis Dei sacerdotis venditioni ac emptioni fructuum absolunt, &c. Hanc eandem sententiam Lucæ idus repetit, homi. 15. in priorem ad Thimoteum, si placuerit vide ibi.

Lucæ. 18.

Hieronymus in libello de vita clericorum ad Nepotianum subscribit sententiæ Chryfostomi, qui sic habet. Clericus qui Christi seruit ecclesie interpretetur primo vocabulum suum, & nominis diffinitione prolata, nitatur esse quod dicitur: si enim clericus Gregorius, sors, Latine appellatur propterea vocatur clericus, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipso Domino sors & pars clericorum est, quod autem pars Domini est, vel dominium partem habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat dominium, & possideatur à Domino: qui Dominum possidet, & cum propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest: quod si quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus: verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supel-

lectilem. Et concludit, habens victum & vestitum, seruens altari, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.

Disputat Doctores scholastici de hac questione. 4. sent. dist. 15. circa restitutionem bonorum ecclesiasticorum: & S. Thom. 2. 2. q. 187. art. 6. & 7. qui omnes consentiunt in hac assertionem. Episcopi & clerici licite possunt proprium aliquid possidere de bonis quæ illis iure hereditario, seu donationis, seu quouis alio titulo seculari, euenerint. Assertio est plana & manifesta de bonis verò quæ titulo ecclesiastico illis obtigerint. Probatur conclusio ratione S. Thomæ, artic. 6. Ad ea quæ sunt super erogationis nemo, nisi specialiter se ad illud voto astringat, cõstringatur: ait enim Augustinus epistola ad Paulinum, & Armentarium, Quia vouisti iam te obstrinxisti, & aliud tibi facere non licet: sed nec episcopus, nec clericus voto paupertatis se obstrinxerunt, ergo secundum leges dignitatis episcopalis, & sacerdotalis, non arcentur quominus dominio rerum fungi possint. Iuxta hanc rationem est aduertendum, quod cum episcopus, vel clericus votum religionis non emittant, sit vt neque faciant votum speciale charitatis, neque paupertatis, præter id quod sacerdotio est adiunctum, sed episcopus promittit obedientiam Pape, & fidem huic Ecclesie, clericus præfatus suos à quo vinculo episcopus dissolui nequit, nisi ipse Pontificis autoritate: & parochus nisi si autoritate episcopi, vt concilium Tridentinum diffiniuit sessio. 7. sub Pio. 5. can. 15. ex quo constat episcopo, quatenus episcopus est, neque clerico repugnare proprium possidere, non solum hereditario, vel quouis alio civili iure, verum nec; ecclesiastico: non enim ex parte dignitatis ei repugnat ipsum stipendium pro ratione suæ functionis percipere, cuius sit verò dominus, sicut olim erant sacerdotes & leuitæ. Ex quibus factum est constitutum, dignitatem episcopalem, vel sacerdotalem non esse paupertatis statum, atque adeo, neque illis repugnare habere dominium rerum quæ possident.

Aduertendum tamen est, hæresim antiquam fuisse, nullum ecclesiasticum salutem posse consequi, si proprium possideret, de qua meminit Augustinus libro de hæresibus. c. 40. & S. Thom. 3. Contra genes. c. 27. quam hæresim post suscitauit Viclephus: & nunc hæretici nouissimi in gratiam principum, suadentes illos, vt ecclesias dissipent, & facultates & possessiones Ecclesie & clericorum in

Cõcelliam  
Tridentina-  
nam.

fixuram

Rom. 4

1. Thimo.  
vltimo.  
Eccles. 31

licum redigant, & in proprios vsus vertant. Hanc autem hæresim, ex sacris literis constat, merito esse damnatam. 1. Roma. 4. vbi non est lex, neque prauaticatio legis, sed nõ assignabitur lex, quæ cogereat personas ecclesiasticas vt proprium non possideant, ergo. Secundo, quia. 1. Thimo. vltimo, Paulus non damnat diuites: quinimo Ecclesiast. 31. absolute dicitur, Beat' diuites, qui inuictus est sine macula. Tertio, quia multi viri sanctissimi de ecclesiasticorum numero aliquid proprium possederunt, vt Athanasius, Ambrosius, Augustinus, qui diuites fuerunt. Quarto, quia iste error damnatus est concilio Constantensi, sessione. 8. & est articulus. 10. ex damnatis contra Vicleph. At assertum habere tunc saltem proprium possidere non est antiquum in Ecclesia. Fallitas huius assertionis constat ex can. Apostolorum. c. 39. 40. & 41. Et Pius Papa, qui fuit anno. 150. post tempora Christi, edidit canonem de redditibus Ecclesie. & habetur. 12. q. 2. c. prædica. Et Calixtus Papa, qui fuit circa annum Domini 218. edidit decretum de hoc, vt refert Eusebius lib. 5. ecclesiasticæ historiæ: non ergo nouum, sed antiquum est, ecclesiasticos proprium posse possidere.

Dubium tamen graue est, an bonorum ecclesiasticorum habeant verum dominium: De quo S. 1. hom. art. 2. Et omisit controuersijs & opinionibus Doctorum tam iuris canonici, quam Theologorum: respondeo cum S. Thom. illius portionis, qua particulariter applicata est episcopo, & idem est de parochis, perinde videtur dominus, atque aliorum bonorum, quæ titulo seculari possident. Pro cuius explanatione duo oportet prænotare. Vnum de diuersis bonis Ecclesie: alterum de varijs statibus eius. Quantum ad primum, quatuor sunt bonorum temporalium genera, quibus fruuntur clerici, & olim in penu ecclesiastico reponebatur. Eorum prima pars erat applicata clericis & pauperibus, qui illis alebantur, iuxta illud quod scriptum est, non fuisse quemquam egenum inter illos. Nam qui fidem suscipiebant, possessiones vendebant, & exponebant ante pedes Apostolorum, & diuidebatur singulis, prout cuique opus erat: & cum ecclesia subefferet non solum precia, sed etiam possessiones ecclesie conferebant, vt de Constantino Cæsare constat. Post verò Pontifices ceperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesie tradere, & ex sumptibus earum viuere, vt constat ex decretis

Actu. 4

Melchias Papæ, can. futuræ. 12. q. 1. & Viclephani, can. statim proximo. Alia sunt bona quæ postmodum offerri ecclesie ceperunt, non solum in fabricis aut pauperum subsidium, sed tanquam stipendium alieuius perpetuæ capellanie, vt sunt amniuersaria, quæ in ecclesijs cathedralibus adhuc perseverant. His adiuncta sunt alia bona in particulari, applicata sedi episcopali, vt castra, & vassalli. Tertium genus est quotidianum stipendium, oblationesque vel pro sacris celebrandis, vel quæ sacerdoti offeruntur. Quarum genus est quota decimarum iuri clericorum addita. Quantum ad secundum aduertendum est, quod in principio nascentis ecclesie omnes ceperunt in communi viuere: qui decessimus status ecclesie erat, si perdurare posset, cuius specimen in aliquibus ecclesijs cathedralibus & collegiatis vsq; adhuc durat. Et quando omnia erant communia, facultati episcopi erat commissa dispensatio eorum, vt clerico, fabricæ, & pauperibus, secundum indigentiam cuiusque illa distribueret, & sibi necessaria periret: vt habetur. 12. q. 2. can. Episcopus, & can. statim proximo. At verò aucto clericorum numero, vix illa vita communis tolerari potuit: vnde tempore Augustini in lite erat, ipso iudice, An deberent sacerdotes initiari, nisi qui velent in communi viuere: cum autem clerici per se vitam degerent: Ceperunt episcopi infideliter bona illa communia distribuere: ratione cuius Pontifices in quatuor portiones diuiserunt: episcopo vnam, clero alteram, fabricæ ecclesie tertiam, ac deinde quartam pauperibus: quæ distributio facta est anno Domini quadagesimo septuagesimo; tempore Hieronymi, & Augustini. His suppositis ad dubium propositum respondeo vniua conclusione. Post factum ecclesiasticorum fructuum diuisionem, episcopus verò est dominus portionis quæ sibi coningit, neque villo iustitiae vinculo quicquam illius, pauperibus aut cuius alteri debet. Et suadet hæc assertio quæ est S. Thom. primo ex ipsa iuris diuisione, quia diuidere ecclesiasticos fructus in quatuor partes, nihil aliud effingi potest fuisse, quàm cuiuslibet suæ partes dominium adiudicare, ergo sicut fabrica & pauperes dominium habent suæ partis, sic episcopus & clerus habebit suæ. Neque dicimus vllum excogitari potest. Et ita tenet glossa super cap. duo sunt. 12. q. 1. & facit ad id. c. pertinet. extra de fideiussoribus, vbi præcipitur de beneficiariorum fructibus satisfieri clericis debitoribus, quod

Cõclusio.

1. Ratio.



Secunda. quod si non essent domini fructuum id non præcipiatur. Secundo, quia si per illam distributionem non esset clero dominium ascriptum, frustra esset facta talis diuisio: cum ergo non sit frustra facta, concluditur ita dominium sui foris esse applicatum clero, sicut & fabricæ. Tercio in eundem reipublice magistratibus creandis illa semper habetur ratio, vt stipendia discernantur iusta, quorum domini sunt, cū ergo clerus præflet potestati ciuili, iniqua esset eius conditio, si non esset ei decretum stipendium, cuius verè esset dominus. Neque obstat quod episcopus sit pater pauperum, nam vt Paulus ait, Diuites huius seculi tenentur in pauperes esse beneficii. Et si in similitudine persistere velimus: pater verè est dominus omnium quæ filijs tribuit. Quarto, si clerus dominium fructuum ecclesiasticorum non haberet, sequitur inde nullam certam partem eis esse applicatam, sed tantum indultum, vt pro ratione sui status de fructibus viuant, & quod supererit rigore iustitiæ egenis tanquam veris dominis conferant, quod tamen inopinabile est, cū quota qua indiget, & quantum distribuere tenentur, neque excogitari potest, neque regula comprehendit. Nam si dicatur ad prudentiam boni viri id esse deferendum inter bonos & prudentes est opinio varietas. Quinta, si clero adimatur dominium fructuum ecclesiasticorum, eadem ratione fabricæ & pauperibus, quod tamen defensores contrariæ sententiæ non admittunt: quod sit eadem ratio ex eo constat quia ita illis addita est sua pars, sicut fabricæ & pauperibus sua. Postremo, quia si clerus non acquirit dominium sui partis, sed pauperibus debetur, consequens sit aliter facientes ad restitutionem teneri, quod consequens vix potest admitti. Valeat, verbi gratia, episcopus? Lucis quatuor milia ducatorum, qui est usus communis fructuum ipsius, quorum ad sustentationem suæ familiae & decentiam status, necessaria sunt tria millia, fac reliqua millia, quæ pauperibus debebat, illis præfenti anno subtraxisse, & in alios usus dispendisse: tunc anno sequenti vnde restituit? nam tribus pro sua sustentatione indiget: alia mille quæ super sunt, pauperum sunt: nihil ergo habet vnde restituat. Et in Summa, Si quod episcopo quantum redudat pauperum est lege iustitiæ: vnde quæso, quod pauperibus semel ademit, postea restituer: maxime si nulla habeat bona patrimonialia & astringere illum ad hoc vt minuat statum, vt pauperibus distribuatur,

non est cõcessu dignum, neque rationi cõsonum. Ex his cõstat ad aliam quæstionem. Vtrum illi, quibus episcopus sua bona distribuit, siue cõsanguinei fuerint, siue alij extranei, ad restitutionem teneantur. Illi namque, qui episcopum non faciunt dominum, vt affirmat, nisi tanquam pauperes illa receperint, restituere tenentur. At tamen dicimus, quod quauis tales cõtra præceptum misericordie nimia parcitate elemosynarum mortaliter delinquant, si tamen sua bona aliter profundant etiam in malos vsus, verè dominia transferunt: quocirca qui illa recipiunt, ad restitutionem non tenentur. Simile est, dū quis cupiam extremè laboranti non subuenit, & id quod illi præbere tenebatur, alteri diuini prodige contulit: neque qui recipit, neque ipse qui negauit villetur? sit restituendū reus. Aduertendum tamè maxime quod S. Th. arti. 7. ad secundum tenet, videlicet si de eo, quod vsui episcopi vel alicuius clerici est deputatum, velit aliquid sibi subtrahere, & cõsanguineis vel alijs dare, non peccat, dūmodo illud faciat moderatè, vt non indigeant, non autem vt ditiores inde fiant. Quo expressè affirmat, ex bonis ecclesiasticis ditare cõsanguineos esse mortale. De bonis patrimonialibus, vel titulo seculari acquisitis, libere potest distribuere. Idem tenet Caietanus in Summa, verbo, beneficium ecclesiasticum: & Syluester, verbo, clericus. S. 4. & Adrianus in. 4. de restitutione bonorum ecclesiasticorum. Et est communis sententia Theologorum. Et Augustinus sermone. 37. ad fratres in creimo, ait ad illos, Testes estis, quod nullum cõsanguineum ditauerim, nisi tales sunt in damnatione. Iudæ & Iieci. Et Ambrosius, libro de officio inquit, Hæc est approbata libertas, vt proximos seminis tui ne despicias, si egerè cognoscas, non tamen vt illos ditiores fieri velis, ex eo quod tu potest offerre in opibus, Ex hac doctrina sequitur episcopum de per se loquendo, si ex deputatis suo vsui aliquid subtrahat, auertere posse statum nepotis, vel cõsanguinei: nisi in ouibus sit extrema vel grauis necessitas: & quia moraliter nunquam grauis necessitates desunt in viduis & pupillis & multis alijs ciuibus, inde fit regulariter, istos qui statum cõsanguineis auerunt mortaliter peccare, si iura primogenitorum creent: sed modè ratè illis statum mutare possunt, vt absque necessitate deinceps vitam ducant.

Dubium tamen est, habito, ecclesiasticos proprium possidere, & habere verum dominium,

1. cõclusio

2. cõclusio

3. cõclusio

nium, an strictiori vinculo teneantur pauperibus subuenire quàm laici? De hoc sit prima conclusio, Ceteris paribus grauius peccant episcopi & clerici sua bona prodige consumentes, quàm laici. Primo, auarè retinendo, quia parentes debent thesaurizare filijs, ecclesiastici verò alieni debent esse à liberis, neque debent heredes querere. Secundo, prodige consumendo, quia debent esse laicis in exemplum in omnibus, maxime in elemosynis largiendis. Secunda conclusio, De per se loquendo, scandalo seclato, & graui necessitate non imminente, ecclesiasticus non peccat mortaliter sua bona prodige consumendo. Probat per primo, quia prodigalitas de se tatum est veniale, vt tenet S. Th. 2. 2. q. 119. Eadem enim est ratio ex suppositione de bonis ecclesiasticis, quæ est de bonis patrimonij. Secundo, quia est regula Theologica, quod id quod non est contra præceptum, neque contra dilectionem Dei, vel dilectionem proximi, non est mortale: prodiga autem consumptio non est contra aliquod istorum, ergo. Tercia conclusio, Non strictiori vinculo ecclesiastici tenentur ad restitutionem, quàm seculares prodige sua bona consumentes. Probat per primo, quia in vtrisque eadem est ratio domini & iustitiæ, sed secularis ad restitutionem non tenetur, ergo neque ecclesiasticus. Secundo, quia sancti ita laicos appellant dispensatores bonorum quæ illis donauit, sicut ecclesiasticos: sed laici non tenentur, ergo. Tercio, quia eadem est ratio portionis titulo ecclesiastico applicatæ episcopo, vel clerico, quæ est de bonis patrimonialibus, & quasi patrimonialibus: sed de his secundum omnes Theologos potest ita liberè donare ac distribuere, sicut secularis quicumque: si autè bona quæ titulo seculari possidet malè distribuatur, restitutioni non sunt obnoxia, ergo neque ea quæ titulo ecclesiastico acquisiuit. Quarto, quia portio illis applicata cõceditur illis, ad libera necessaria in vsum qualitercunque, ergo si illa distribuatur ad restitutionem non tenentur. Quæ diximus intelligenda sunt de episcopis & clericis præsertim quibus animarum cura incumbit, & de monasterijs religiosorum quibus proventus redundant. Neque ob id quod ad restitutionem non teneantur debent maxime episcopi conscientias pacatas habere, si remissio res sint in elemosynis erogandis, arbitantes debite conscientie suæ subuenire, si in mortis articulo sacramentum penitentiae euasione diuina culpam abluant: nã

præceptam misericordie, quod sub reatu mortalis criminis obligat, satis omnes debent extorere, vt videm Deo illegam feruerent. Præterquam quod quauis lex iustitiæ eos ad restitutionem non obliget, debet eorum cõfessarij, tam durante vita, quàm in mortis articulo, eis quos pauperum neglige tes noceant, per modum sacramentalis satisfactionis largissimas elemosynas imponere, vt eodem propè modo res incidat, ac si lege iustitiæ ad restitutionem tenerentur. Modus autem elemosynarum Deo gratissimus est, vt in presentes pauperes diuites sit benigni, iuxta id Domini, Pauperes semper habebitis vobiscum, diuites admodum, vt cura eorum pauperum non auget, qui nobiscum sunt: futuris enim miseris Deus per futuros misericordes prospiciet. Nec eo inficias quin ubi hospitalia structa non sunt, possit episcopus fabricis vacare, & ecclesiarum ruinas rescire, ac collegia pauperum scholarium erigere & dotare. Huiusmodi enim opera laudabilia sunt & Deo gratia. Non autem suum perpetuè celebrare in ædificijs amplandis, & nepotum iure augendo, pauperibus oblitus & sane percutibus, hoc non solum vanum, sed perniciosum, & Christo in gratissimum est.

Pro defensione Chryostomi respondemus, quod qui pio animo eius dicta perpendit, agnoscat eum non damnauit in clericis diuitiarum possessiones, sed inclementiam & crudelitatem diuitum sui seculi, qui vt liberarent à molestia inueniendi proximendi, ac distribuendi ea quæ vsibus quotidianis clericorum & pauperum erant necessaria, omisso eo ad quod tenebantur, omnes omnino recusabant. Hoc ergo est quod Chryostomus reprehendit, & maxime quia cõseculares nolent huic oneri se submittere, clericos cogebant hæc onera subire, & ob curam corporalem pauperum, dimittere spiritualium ac sacerdotium functionum officia, quod & Apostoli conquesti sunt, dicent res. Non est equum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Diuites ergo sui temporis idcirco Chryostomus vituperat, non quod diuitiarum possessione damnet, sed quod animo parum beneuolo & grato differrent, eo scilicet fine, vt se regio ac fastidio alendi clericos & pauperes exoluerent. Ad beatum Hieronymum respondet S. Thom. arti. 6. ad secundum argumentum, & responder tripliciter, primis modis est iniustus, vt sub nomine auri & argenti prohibi

Modus gratissimus.

et sunt predicatorum ne inuitantur sapientie & eloquentia huius seculi. Secundus modus est Augustini libro de consensu Euangelistarum, scilicet, ut illud, Nolite possidere aurum, &c. non habeat vim precepti, sed permissionis, ac si dixisset, non opus est vobis auro & argento, permittitur tamen vobis tanta opera vobis videtur suscipere: dignus est enim operari mercede sua. Tertia responsio est Chrysostomi, ut intelligatur prohibitio illa peculiariter facta discipulis, dum ad predicandum Iudeis mittebantur, tum ut populus ille facilius alliceretur, tum etiam ut ipsi firmiter haberent fiduciam, quod Diuina subsidia non essent eis defutura. Ex quo neque ipsi, neque eorum successores proprijs sumptibus tenentur Euangelium predicare. Ex hac solutione apparet S. Thomam negare Apostolos fuisse profectos paupertatem, quod falsum esse constat ex illo, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ad quod respondemus D. Thomam hic non disputare de Apostolis, utrum tria vota monastica enudissent, tanquam exemplaria futurarum religionum: Id enim affirmat. 2. 2. q. 88. art. 4. sed modo tantum de illis differit, quatenus Apostoli & episcopi erant, cui statui non necessarium est annexa paupertas.

1. Cor. 9.

Math. 19

Dubitatio

Serapulus alter est hic, quia affirmat quod potest episcopus habere dominium, non solum rerum alio iure acquiritarum, verum sit pendij ecclesiastici, quod suae functioni deputatum est. Pro solutione notandum est, quod Deus dicitur pars cleri, non ut dicat respectum ad aliam partem ab ipso clero possessam, sed sicut vnus haeres possidet partem hereditatis, quae sibi est tota substantia: dicitur autem pars respectu alterius, quae alteri hereditate ebuenit: exempli gratia, Debet clericus contentus esse Deo, quem possidet, ut cum illo nihil aliud possidet, non quod nequeat possidere famam, honorem, salutem, & alia bona temporalia, sed quod reliqua omnia ad nutum eius possideat, ita tamen quod studium erga Deum, nullatenus per curam aliarum rerum diminuat: hoc enim esset aliquid extra Deum possidere. Qui vero sic Deum possidet, Deus est sua pars, & tota sua possessio, respectu reliqui vniuersi, quod alijs possidendum relinquit.

**VIGESIMVM QVAESITVM.**  
An Christus prius fuerit lancea percussus quam mortuus.



Chrysostomus, homi. 89. in illud, *Ubi uelili Lammabaxauu*, Math. 27. Post expositionem horum verborum sic habet, Putauerunt enim Heliam ab eo vocari, & acetio illi potauerunt, alius autem accedens lancea. Iatus eius aperuit: deinde apposita narratione horum verborum, iterum ex eodem Euangelista subnequit, Iesus autem clamans voce magna emisit spiritum. Ex hac lectione occasione sumpsit Cornelius Agrippa, libro de vanitate scietiarum, cap. 100. ut affirmaret Mattheum Euangelistam errasse, cum dixit Christum lancea percussum, anteaquam expiraret, contra Ioannis autoritatem, qui cum post mortem lancea percussum narrauit. Ceterum cum haec lectio nusquam reperitur apud Mattheum, neque in exemplaribus Latinorum, neque Graecorum, fateri oportet verba haec vna cum expositione Chrysostomi iniuria scriptorum fuisse transposita: quod constat ex homi. 84. in Ioannem, explicans illud, Vnus militum lancea latus eius aperuit. Vbi expressè assertit, quod postquam Christus expirauit, vnus militum aperuit eius latus. Forasan Agrippa huius assertionis sumpsit occasionem non ex Matthei euangelio, vbi nulla eius rei fit mentio, sed ex deliramentis Petri Ioannis minoris, qui, ut in libro aduersus haereses testis est Guido episcopus Ebnensis, hunc errorem stulto zelo primus inculcauit. Is enim, cum passionem & mortem Christi pro concione enarraret, finxit Christum adhuc viuentem lancea vulneratum, ut ex maiori dolore vulnerum Christi populum ad lachrymas maiores concitaret. Quam sententiam cum postea pertinaciter defenderet, Concilio Viennensi damnatus est.

**VIGESIMVM PRIMVM QVAESITVM.**

An ea, quae mater Iacobi et Ioseph ab Euangelista dicitur, mater Christi fuerit.



Chrysostomus homi. 89. in illud, *Maria Iacobi & Ioseph mater, &c.* Math. 27. in explanatione huius loci habet nonnulla verba significancia, Mariam, quae hic ab Euangelista appellatur mater Iacobi & Ioseph, esse

Math. 27

1. 2.

Ma-

Mariam Christi matrem. Quae sententia cum facile inflecti queat ad heresim Heluidij asserentis Mariam virginem post partum Christi alios filios peperisse, asserendum est exemplaria illa ab hereticis deprauata. Et firmiter tenendum quod Ecclesia vniuersalis tenet, scilicet, Mariam Iacobi & Ioseph alteram fuisse ad Mariam virginem Christi matrem. Quod si quis querat quomodo Euangelistae non meminerint ita specialiter narrationem facere assentientiae Mariae virginis circa sepulchrum, & curam corporis ipsius, sicut de Maria Iacobi & altera Maria, & de Maria Magdalene, respondemus, quod consulto ea quae de se nota erant tacerunt, nam ea quae matrum sunt euidenter demonstrauit, & ideo neque planctum eius scripserunt: satis enim abunde fecerunt pronuntiantes quod filium docentem sequebatur.

**VIGESIMVM SECVDVM QVAESITVM.**

An vllus absque lectione Diuinae scripturae salute assequi possit.



Chrysostomus in illud, *Pater Avabam misere me, & mitte Lazarum*, Luc. 16. concione. 3. de Lazaro, & in plerisque alijs homelijs, cohortans auditores ad lectionem sacrorum voluminum, habet aliqua ex quibus heretici suadere conantur scripturas sacras in linguas omnium gentium oportere transferri, ut ab omnibus legi & intelligi sine labore possint. Sunt autem propositiones ab hereticis ex Chrysostomo decerptae tres.

Prima, in tertia concione de Lazaro, vbi sic habet, Eminus venientia diaboli spicula extinguamus depellamusque per assiduum scripturarum lectionem, neque enim fieri potest ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetuo vestitur in lectione spirituali. Hanc propositionem duplici argumento suadens. Primo ex necessitate instrumentorum in quacunque arte. Sic enim inquit, An non vides fabros ferrarios, artifices, fabros argentarios, & omnes qui quacunque exercent artem, omnia artis instrumenta habere parata: quod ergo illis sunt instrumenta, sic & nobis omnis scriptura Diuinitus reuelata: & quemadmodum illi quicquid faciendum su-

scipiunt per sua instrumenta perficiunt, ita & nos animam nostram corrigimus, & inueteratam per scripturam renouamus. Secundo homi. in Ioannem. 16. sic inquit, Si Gentiles, ut contra nostram religionem loquerentur, tantopere vigilarunt, quia nos venia digni erimus, nisi huiusmodi contra nos insultos propulsare calleamus: Hoc nobis praecipit Petrus, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem reddere de ea quae in vobis est, spe.

1. Petr. 3.

Secunda propositio est, quod Diuina scripturae lectio, non solum ad Theologos clericos & monachos pertinet, sed etiam multo magis ad laicos, praesertim negotiatores & artifices. Hanc ostendit concione tertia de Lazaro, sic enim habet, Ne quis mihi dixerit, ego publica & forensia gerō negotia, artificium exerceo, uxorem habeo, non est meum legere scripturas, sed eorum qui mundo dixerunt, vale. Et concludit, Nos velut in medio mari fluctuantis innumerisque velimus nolimus peccatis obstructi, semper opus habemus perpetuo iugique scripturarum solatio. Et homi. 2. in Math. hoc ipsum confirmat, & ait, Lectio scripturarum magis vobis est necessaria quam monachis.

Tertia propositio est, Nemo aut negotiorum occupatione, aut librorum inopia, aut Diuini eloquij obscuritate excusari potest ad lectionem Diuinarum scripturarum. Duas priores partes suadet homi. 10. in Ioannem in haec verba, Quid igitur a vobis contendimus ut in vna dierum hebdomada saltem in sabbatho cura vobis sit Euangelicas lectiones legere: quod si qui sunt qui negotia, occupationesque cauantur, in hoc non parum errant, quod ita semper secularibus negotijs affixi sint, ut ne minimum quidem in his quae maxime necessaria sunt studium impendant. Est & alia his oscitantibus inepta excusatio, inopia videlicet librorum: diuicius ad hoc respondere ridiculum est, cum pauperibus libet parumper iocari, atque ita eos percontari placet, nunquid omnia artis suae habeant instrumenta? & si inopia his comparandis non impediuntur, absurdum ergo est paupertatem causari. Tertiam partem habet homi. iam citata de Lazaro, & homi. 3. in posteriorem ad Thesaloniceses epistolam indicat scripturas adeo esse diligendas ut qui eas legunt praedicatorum & Doctorum explanatione non egeant. Si placet tibi ibi lege.

Doctores scholastici de his quae necessaria

ria

ria sunt ad salutem assequendam disputant, sicut dicitur 2. 2. q. 2. art. 5. 6. & 7. & omnes conveniunt simpliciter esse necessaria ad salutem fidem & opera pro omni tempore & statu. De fide constat, quia sine fide impossibile est placere Deo, & ius iustificati, ergo ex fide & gratia estis saluati per fidem, & iustus ex fide vivit. De operibus constat ex Iacobo, Fides sine operibus mortua est: & ex Matthæo, Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: & ex diffinitione Concilij Tridentini, Si quis hominē iustificatum, & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei & Ecclesie, Anathema sit, sess. 6. In speciali tamen dubium est, quæ sunt illa quæ in lege naturæ necessario erant credenda. Dico quod credere tenentur illa credibilia quæ Paulus in epistola ad Hebræos assignat inquit, Accederem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator est. Et Doctores sacri asserunt quod qui vera fide Deum esse fatentur credunt etiam & facientur animam hominis esse immortalem: nam cum intelligat quod sunt plures qui in presenti seculo Deū corde vero & puro diligunt, qui nedum in presenti seculo præmiantur, sed in angustiis & afflictionibus vitam præsentem finiunt: cū ergo nullum bonum sit irenumeratum, huiusmodi autem iusti in presenti seculo coronam laborum suorum non receperunt, premiandi ergo sunt in futuro seculo. Non autem premiari possent nisi anima esset immortalis, ergo in illa confessione fidei, quod Deus est, & quod remunerator est, includitur confessio hæc, Animam hominis esse immortalem. Ex quo inferitur omni tempore, & in omni lege necessarium fuisse credere animam esse immortalem, quod ex eo constat quia fides est substantia rerum sperandarum: qui verò non credit animam esse immortalem, quæ ratione præmium à Deo poterit sperare, & sine huiusmodi fide quo pacto Deo placere poterit? Tum etiam sine huiusmodi fide, quod anima est immortalis, quo medio homo allici possit & institui ad exercitium virtutis: Sed declinaret in illud Sapientia, nomine reproborum dictum, Cor nemus nos rosis antequa nascescant, nullum sit præmium quod non pertransent luxuria nostra, comedamus & bibamus, cras enim morietur: quoniam hæc est pars & fors nostra. Et hæc duo credere non solum sunt necessarium in statu naturæ corruptæ, sed etiã

in statu naturæ integræ. Et de Angelis affirmat S. Thom. 2. 2. q. 5. art. 1. quod fuit in illis necessaria fides, ut in Deum converterentur. Secundo, fuit necessaria fides creationis, id est, quod ab uno Deo & ab una prima causa, unde sunt creata, procedunt, ratione cuius homo tenetur Deum supra omnia condita colere, & gratias agere, quia sine hac cognitione non debet coleremus Deum, neque homo posset allici ad virtutem colendam. Tertio, fuit necessaria fides redemptionis, iustificationis, & glorificationis: sine hac enim cognitione, scilicet, quod est remissio peccatorum, & quod post præsentem vitam præmium sperare debemus, hæc cognitio de medio sublata, vix esset qui Deum coleret, & qui propter bonum honestum & decoræ virtutis, præmio de medio sublato, arduis & difficilibus se submitteret. Quantum ad opera, lex naturalis specialiter in se includebat hæc quatuor principia practica. Primum principium generalissimum omnium præceptorum convenit homini quatenus est ens: & ut sic allicit ad hoc, quod est bonum est appetendum, & prosequendum, malum respiciendum & fugiendum: & hoc præceptum est commune cunctis mundi rebus. Et ideo finis omnium appetibilium in quem suscipiunt omnia tanquam in primum principium reducuntur: sicut in speculabilibus, quodlibet esse aut non esse, ut autor est Aristoteles. 4. Meta. tex. 9. Ex hoc primo principio statim oritur secundum principium practicum, quod proprium est omnibus entibus suum esse conservare: omnia enim appetunt se conservare, & suis contrariis resistere: & ratio est, quia omnia quidquid appetit, sub ratione boni, vel veri, vel apparentis: res vni versa id solum bonum appetunt quod illis est vere bonum: homo verò illud etiã quod licet sensui est bonum, rationi tamen cedit in malum, hæc enim sua natura est descendendo. Tertium principium legis naturæ convenit homini in quantum animal est, quod attinet ad coniunctionem masculi & femine: hic enim existit animalibus peculiaris appetitus conservandi speciem, ut in plantis, & in cunctis animalibus experimur. Ex his tractatur aliud peculiare hominis principium in quantum est rationalis, quæ utique ratione habet inclinationem ad cognitionem Dei ac virtutis bonum: ex quo ei rursus convenit desiderium & appetitus ad societatem & civilitatem, unde oritur peculiare illud principium:

2. 2. q. 2. art. 5. 6. & 7.  
1. 2. q. 2. art. 5.  
1. 2. q. 2. art. 5.  
1. 2. q. 2. art. 5.  
1. 2. q. 2. art. 5.

Septem. 1.  
1. Propositio.  
2. Propositio.  
3. Propositio.  
5. Propositio.  
Marc. vii.  
Ioan. vii.

cipium, id facias alijs quod tibi fieri vis, idque neque facias quod non tibi vis fieri. Ex quibus colligitur quod si in lege naturæ cognitum est bonum esse optandum & amplectendum: malum verò repellendum, quia impedit ne ad felicitatē perveniamus: & quod id tenemur alijs facere quod volumus nobis fieri: qui contra hæc principia deliquerunt, & illa sunt transgressi in legem naturæ: peccaverunt. In lege verò veteri scripta, præter ea quæ fuit necessarium cognoscere in lege naturali, maioribus fuit necessarium credere explicite aduentum Messie, minoribus credere implicite: quod ex eo constat, quia cæremonia & sacrificia legis hoc protestabantur. Ex quibus constat tam lege naturali, quam lege scripta ad salutem consequendam omnes homines teneri id credere. Quod si aliqui non crediderunt illis id imputandum est, quia illud quod in se erat, & ad quod tenebantur non præstiterunt: quod si præstiterunt, illis hoc Deus revelaret. Tum etiam quia non solum damnati sunt propter peccatum infidelitatis, sed etiam propter plura alia, quibus contra ius naturale turpiter peccaverunt. Nam, ut habetur Sapientia, 2. Excœcavit eos malitia eorum. Dubium tamen est quo præcepto tenemur credere, Diuino vel humano? Respondeo per propositiones. Prima, credere hoc quod est: Deus est & remunerator est, de iure Diuino est & naturali: & ideo in omni tempore & in omni statu fuit necessarium illa credere. Sed rogas quid est quod amplius tenemur explicite credere? Secunda propositio, De iure diuino tenemur credere. Christum esse Deum. Probo, quia hoc ipsemet Christus & Apostoli prædicaverunt. Itē quod mortuus est, & resurrexit, quia ista in Ecclesia sunt reuera & notissima. De iure etiam Diuino tenemur mysterium Trinitatis credere. Probo, quia ista sunt verba professionis Christianæ: profitemur enim Patri, Filio, & Spiritui sancto, obedientiam sicut monachus prælati suo. Tertia propositio, Ecclesia potest nos obligare ad fidem aliquorū quæ in scriptura non sunt explicata, nec ante iure naturali credere tenebamur. Quod si queras quæ sunt ista. Dico, quæ Christus Dominus sub præcepto cōstringit nos credere. Quæ autē sunt hæc, & quomodo hoc dispensatione Ecclesie commisit, quādo Marci vltimo dixit, ite docete omnes gentes. Et Iohā-

nis vltimo, Pasce oves meas: Simile est de præcepto confessionis, quod est de iure Diuino. Sed quādo & quomodo misit in arbitrio & dispensatione Ecclesie, sic ergo Christus Dominus quæ essent credenda arbitrio Ecclesie iudicandum commisit. Notandum tamē quod asserimus, minoribus & simplicibus fat esse mysteria fidei implicite credere. Hoc Doctores scholastici variè explicat, sed Patres antiqui credere implicite, asserunt esse credere aliquā propositionē, in qua omnes alia propositiones credende virtute continentur: ut in articulo hoc, Credo quod Deus est, omnes articuli Diuinitatis virtute includuntur: & in hoc, quod remunerator est, omnes articuli humanitatis. Tenentur etiam omnes Christiani credere non tamen sub conditione, puta si verum est quod ecclesia credit hoc enim modo Lutherus credit, sed absolute Christianus quilibet tenetur credere quod Ecclesia credit. De mysterio autem incarnationis est dubium peculiare, An in omni ætate explicite & in specie fuerit necessarium illud credere? De hac re sit prima propositio, In lege naturæ sufficiebat ista cognitio specialis, scilicet, Deus est, & remunerator est, cui omnes famulatum, obedientiam, & reuerentiam exhibere tenentur, & ad hoc cognitione naturali solum tenebantur: quia aliora his cognitione naturalis attingi non poterant: & ideo Paulus inquit, Accedentem ad Deum oportet credere quia est, insinuans vltra hæc, ampliore cognitionem habere non potuisse. Secunda propositio, in illa cognitione naturali incarnationis mysterium implicite continebatur. Probo, quia in illo statu homines explicite non poterant cognoscere quomodo futura esset redemptio, an per Angelum, vel per hominem: solum ergo tenebantur mysterium incarnationis implicite credere. Quātū ad opera, suggestione Diuina per Moysen & Aarō legi naturali decē præcepta decalogi superaddita sunt: ad quæ cetera præcepta quæ implicite continentur, reducuntur, ut exemplis patet. Cū enim primo præcepto decalogi, alienorum deorum cultus damnatus sit, cuncta quæ ad idolatriam & superstitionem spectant, ad ipsum referuntur: quale est illud Deuteronom. 18. Non inueniatur in te qui lubret filium suum aut filiam suam ducendo per ignem, nec sit maleficus, neque incantator, neque qui Pythones consulat, neque diuinos, & querat

Notandum  
1. Propositio  
2. Propositio  
1. Preceptum  
Deut. 18.  
F  
a mor-

Secundū à mortuis veritatem. Et quia secundo mandato periculum cauetur, eodem reducitur prohibitio blasphemie, quæ Levit. 24. extat, ubi blasphemus precipitur lapidibus obrui. Et phibitio falsæ doctrinæ Deute. 18. ubi falsi prophete refelli iubetur. Ad tertium præceptum de sabbathi sanctificatione reducitur cuncta egeroniarum instituta. Ad quartū de honore parentibus deferendo, referuntur omnia quibus iubeatur seniores & magistris honorare, quæ est illud, Levit. 19. Corā cano capite surge & honora personā senis. Ad quintū quo homicidii cōdemnatur, reducuntur omnia iura quibus proximi lesio phibetur, quin verò scintilla odii, qualia sunt eiusdem capitis, Nō stabis cōtra sanguinē proximi tui, & ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Ad sextū quod adulterium phibet, reducitur omne luxurię genus, in primis simplex fornicatio, nefanda crimen atq; bestialitas, secundū illud Deut. 24. Non erit meretrix de filiabus Israel, neq; fornicator de filiis Israel. Et Levit. 18. Cū masculo nō cōmiseris, cū omni pecore nō coibis. Ad septimū quo furtū phibetur à sine est illud Deute. 18. quo prohibetur, nō fenerabis fratrum tuum ad vltimā, & phibitio fraudis, Deut. 25. Nō habebis in saculo diuersa pondera. Ad octauum quod prohibitio est falsi testimonij, referuntur prohibitio falsi iudicij atq; omnes species mendacij & detractionis, legitur enim Exodi. 23. Neq; in iudicio plurimorū acquiesces sententię vt à veritate deutes. Et infra, mēdatium fugies. Et Levit. 19. Nō eris criminator & susuro in populis. Ad postrema duo, vt pote quibus omnis cohibetur nisi iura cupido, nō est aliud quod referatur. Lex verò Euāgelica, vltra ea que sunt de iure naturalī & vltra moralia legis scriptę, solū nos astringit ad præcepta fidei & Ecclesię & vñ sacramentorum, si ergo ommissio lætionis Diuinæ deleta est, id erit solū ratione negligentię & omissionis curę proprię salutis. S. autē Thom. 2. 2. q. 5. art. 3. inquit, Negligentiā dupliciter posse esse peccatum: mortale, scilicet, vel quādo præmittitur actus seu circumstantia necessaria ad salutē, vel ex contemptu. Excessivū verò lætionis sacrę in præcepto nō est, neq; est circumstantia ad salutem necessaria. Si enim talis esset, maxīma pars fidelium damnaretur. Neque affirmandum est, quod quis ex contemptu medicinā ad salutem animę cōtemnat. Lectio ergo facta his qui præcepto ad illā nō astringuntur, sub cōsilio est, & in præceptum nō cadit.

Pro Chrysostrōmi defensionē respondemus, vt alibi sæpe monuimus, Concionatorum verba non semper esse eo rigore accipiendā quo primum ad aures auditorum perueniunt: multa enim per hyperbolem sæpe euniciant, vel occasione locorum, temporum, ac personarum, adducti, & cursu orationis rapui: hoc & Chrysostrōmō contigit potissimum hoc argumento loquenti. Cū enim aduertet multitudinem eorū theatris, spectaculis, & fabulis poetarum intentā, & Diuinis scripturas omnino contemnere, desiderabat omnes, si fieri posset, esse theologos & præceptores: sicut olim Moses dicebat. Quis tribuat vt omnis populus propheteret & det ei Dominus Spiritum suum? Ob id ergo omnes indifferēntiā hortabatur ad Diuinam lætionem.

Proinde cum apud ipsū legimus studium Diuinę scripturę esse omnibus necessarium, & magis pertinere ad laicos, quā ad monachos, ipsius verba non ita accipiendā sunt ac si sentiat qd illiterati homines saluari nequeant: hoc enim esset regnū colorum in sapientibus ac rudibus claudere: sed credendū est, eum per lectiōnem sacram intellexisse præcepta decalogi & symbolū, quibus profusus ignoratis, certum est neminem consequi vitam æternam.

Quod autem ait, Diuinis scripturas sic esse perspicuas vt à quouis intelligi queant, nō referendū est ad mysteria recondita, neq; omnibus necessaria, velut sunt ex parte Pauli epistolę, de quibus Petrus ait, Charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit epistolas, in quibus sunt quedam difficilia intellectu, que in docti & instabiles deprauant sicut & ceteras scripturas, ad suā ipsorū perditionē. Non ergo ad hæc referenda sunt verba Chrysostrōmi, sed ad prima rerū credendarū principia, & præcipua bene viuendi præcepta, cognitu facilia, vt sūt morales sententię, & sacrę quedā historie formādis morib; vitales: de his ergo adhortationes Chrysostrōmi intelligendę sūt.

Ad id verò quod hæretici cōtendunt, verendas esse Diuinis literas in maternā causā que nationis linguam, quia hoc olim factum est, nā Chrysostrōmus, Dauidicos psalmos in linguā Armenicam transtulit, Hieronymus vtrunq; testamētum in linguam Dalmaticā, & Chrysostrōmi tēporibus omnis Græcæ ecclēsiæ Diuinis libros vulgari lingua legebat. Respondem; qd multa olim ecclēsiā pmisit, quæ sanctissimē hodie omnia subacta sūt, vt

ex sanctione Elibertini concilij constat. Datur enim olim Eucharistię sacramentum in manus omnium fidelium: sed deprehensis multis qui id tractarent indignē, & quod ad magicas vanitates occultatum domi furtim asportarent, consulto consuetudo illa abolita est, sic ergo accidit de libris vulgari idiomate redditos, ex merito enim cognouimus plurimum simplicium turbam ex hac occasione inderestibiles errores cōruisse. Cohærendā est igitur huiusmodi licentiā tā propter scripturę Diuinę reuerentiā, quā propter animarum salutem, ne contra Saluatoris præceptum, sanctū detur canibus eden dum: & margaritę ante porcos spargatur. Et ideo curandū est ne Diuinę literę passim omnibus cōmittantur, sed his dumtaxat qui rectā fide in Deum & probatis moribus præditi sunt: quemadmodum sacrosanctā synodus Tridentina in indice prohibitorum voluminum regula quarta describit, vide ibi de consule ad octauum hoc secundo tomo Chrysostrōmi.

VIGESIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An qui Christi prædicationem præcesserunt resurrectionem sperauerint.



Chrysostrōmus concione. 1. de Lazaro, in illud, *Etis quidam mendicantes nomine Lazari.* Lucę. 16. Non longe à sine, inquit, Lazarum nihil de resurrectione potuisse sperare, quia qui tempus Euāgelicę gratiæ præcesserūt nullā habuerūt resurrectionis notitiā. Sic enim habet, possum & aliud his omnibus addere, videlicet, qd Lazarus ne de resurrectione quidē quicquid potuerit philosophari, sed huius vitę res credebat vitę sine terminari: erat enim

ex eorum numero qui gratiam Euāgelicę præcesserunt. Et infra, Nā ille tale vñ in quā philosophari potuit, eo quod nōdum aduenisset tempus huiusmodi dogmatum.

Disputant Doctores scholastici de spe. 3. sent. dist. 26. & S. Thom. 2. 2. q. 17. & 1. 2. q. 62. & q. 65. art. 5. & cōmunis schola Theologorū tenet, Patres antiquos in fide, spe, & charitate, salutē esse cōsecutos, & sine his tribus virtutibus Theologicis nullus vnquā ad patriā peruenit: & S. Thom. art. 5. diffinit charitatem esse nō posse sine fide, & spe. Probat supposito qd charitas nō solū significat amorem quo amamus Deum, sed mutua amicitia qua amamus & amamur à Deo, vt constat ex illo Ioānis, Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eos: sed ista amicitia & familiaritas in via esse nō potest sine fide & spe, quia nisi crederemus amico & speraremus in ipsū nulla esset familiaritas, neque amicitia inter amicos. Charitas ergo sine fide & spe esse nō potest. Aduertendū autē quā cū S. Thom. inquit, Charitatis esse amicitiam quādam qua amamur à Deo, nō intelligit, qd Deus formaliter nos diligit per habitū charitatis, qui est in nobis, neq; per illū nos acceptet ad gloriā, sed qd charitas sit amor quo nos diligimus Deū, & in se includit qd & nos ab ipso diligimur, sicut amicitia que est inter duos amicos, vt ergo, diligit alterū, sed nō per eundē actum. Hęc sententiā S. Thom. uedū est vera apud Theologos, sed etiā apud philosophos. Cicero enim dicit, nō posse esse amicitiam inter homines & Deum, nisi ipsi credere rent, & ab illo aliquid sperarent.

Pro defensionē Chrysostrōmi respondemus sicut superius de fide respondim; qd Patres, qui præcesserunt Christi aduentū, nō habuerūt spē resurrectionis ita clarā & distinctā sicut nos fideles habemus postquā Christus Dominus à mortuis resurrexit. Et Paulus ostēdit argumētis vrgētissimis, qd si Christus resurrexit, & nos resurgemus.

1. Cor. 13

TERTIVS TOMVS.

- 1 *Angelī ex Euāgelicis scripturis aliquid didicerint.*
- 2 *An punctuatio particule, sine ipso factum est, tolerari possit.*
- 3 *An Dei essentia ab ulla creatura conspici queat.*
- 4 *An salutis initium sit in nobis.*
- 5 *Maria an de Christo decentem opinionem semper habuerit.*
- 6 *An iuramentum omne, etiam in causa vera & iusta, peccatum sit.*

Primum quaesitum.

An Angeli ex euangelicis scripturis aliquid didicerint.



Hrylostomus, homi. 1. in illud, in principio erat verbum. Iohannes ait, Angelos ex predicatione Iohannis euangelistae multa didicisse, quae antea ignorabant, qui sic habet, Iohannes enim nobis humanum, sed a Spiritu sancti profudit & abditis thesauris omnia proloquitur: quae neque Angeli priusquam hic diceret nouerunt: namque & ipsi nobiscum didicerunt per Iohannis uocem, & per nos didicerunt, quae cognouimus. Quod B. etiam Paulus his uerbis significauit, Vt innotescat nunc principatibus & potestatibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientiae Dei: sicut in Principatus & Potestates Cherubin & Seraphin haec per Ecclesiam didicerunt, plane constat ipsos Angelos summa cum attentione eius sese audire, exhibuisse: quippe idcirco non parum honoris consequuntur, quod nobiscum Angeli didicerunt, quae nesciebant. Eiusdem sententiae est Origenes, homi. 23. in I. uan. Hieronymus, lib. 2. in epistolam ad Ephesios edisserens locum citatum Pauli Ephes. 3. videtur sentire, Angelos ante passionem & resurrectionem Christi non cognouisse mysterium uerbi incarnati & humani redemptionis sacramentum: sic enim habet, Crux Christi non solum nobis, sed & Angelis caelestibus in caelo uirtutibus aperuit sacramentum quod antea nesciebant. Denique ad celum cum corpore reuertentem mirantur, & dicunt, Quis est iste, qui ascendit de Iudaea, in uida uelimenta eius ex Iudaea? Et in alio loco, quis est iste, rex gloriae? quasi interrogantes quae antea nesciebant. Doctores scholastici de hac questione disputant. 2. sen. di. 11. & S. Th. 1. part. q. 106. ar. 4. & q. 107. ar. 1. & de ueritate. q. 9. ar. 5. Et quod Angeli in cognitione proficiant, & unus Angelus alteri loquatur, est communis consensus scholae Theologicae. Quia in modum uero cognitionis & locutionis Angelorum sunt uariis sententiae Doctorum scholasticorum. Et distinctior ceteris est sententia S. Th. q. 107. ar. 1. quae est, unum Angelum loqui alteri, hoc ipso quod suos conceptus ordinat ad illum. Hic modus conformis est nostro modo loquendo, Deo enim loquimur per hoc quod conceptus nosmet in illi

dirigimur: eodem igitur modo Angeli sibi inuicem loquuntur. Haec autem conceptuum ordinatio per liberam uoluntatem uniuersumque Angeli fit: uult enim quod unus Angelus eius conceptum cognoscat, & alterum lateat. Ex quo constat Angelum quemlibet quoad manifestationem esse dominum suorum conceptuum. Circa illuminationem etiam Angelorum, est, omnes scholastici conueniunt in conclusione S. Th. q. 106. scilicet, aliquos Angelos illuminari ab alijs, quia re occulta alijs manifestatur: circa modum uero illuminationis uariis sunt Doctorum scholasticorum sententiae. Nam Durandus, dist. 11. q. 2. recitat uariis modis illuminationis Angelorum, utatur unum Angelum non illuminari ab alio, sed a solo Deo. Tamec contrarium tenendum est cum S. Th. & communiter Theologorum sententia. Est enim expressè contra Dionysium. 7. & 8. caelestis Hierarchiae, ubi assignat hos actus quibus Angeli superiores inferiores illuminant, scilicet, illuminare, purgare, & perficere. Illuminant docentes quae nesciebant: purgant ea ignorantia: perficiunt clarioris & distinctioris notitia, quam antea habebant. Alij uero scholastici affirmant Angelos inferiores a superioribus illuminari, eo quod superiores in intellectu inferiorum producant uirtutem aliquam, uel qualiterque, quam lumen dicunt. Sicut S. Thom. in intellectu beatorum lumen gloriae constituit, ut Deum uideri possint. Contrarium tamen asserit S. Th. loco citato, scilicet, Angelos inferiores a superioribus nihil omnino recipere, sed eos tantum intelligere: faciunt quae antea ignorabant. Et hoc idem tenet de ueritate. q. 9. ar. 5. Et hoc constat: Angeli enim non possunt quicquam agere nisi per modum obiecti, ita quod obiectiue solum moueant: non igitur quando illi minatur qualitate aliquam producant, per quam inferior Angelus quod ignorabat cognoscat, illuminantur ergo Angeli, eo quod superiores faciunt inferiores cognoscere quae antea ignorabant. Simile est de phantasmatibus & speciebus intelligibilibus, quae in intellectu possibili referuntur, quae tamen ad intelligendum non sufficiunt, nisi ab intellectu agente illuminentur. Hoc ergo modo asserimus Angelos inferiores a superioribus illuminari, uel illuminantur, per modum doctorum, quia a superioribus de his quae ignorabant docentur. Ex his ad questionem propositam de incarnationis mysterio, & de alijs uicini arcanis ad quae S. Th. ar. 1. respondet ex illo Petri, Vnusquisque

Sententia uariè circa modum illuminationis Angelorum.

1. Petr. 4

musquisque, sicut accepit gratiam in alterutrum illa administrates: multo igitur magis sancti Angeli, qui sunt in planissima participatione diuinae bonitatis, quae a Deo percipiunt subiectis impartiantur: non tamen recipitur ab inferioribus: ita excelletur sicut est in superioribus: & ideo superiores semper remanent in altiori ordine, & perfectioris scientiae habentes: sicut una & eandem rem plenè intelligit magister quàm discipulus, qui ab eo ediscit. Et respondet ad Magistrum uerba eius non sic debere intelligi ac si inferiores Angeli penitus ignorauerint mysterium incarnationis, sed quia non ita plenè cognouerunt sicut superiores: & in eius cognitione postmodum profecerunt, dum mysterium illius implerem fuit. Quam sententiam etiam habet D. Augustinus in loco citato Ephes. 3. ubi sic habet, Non latuit Angelos mysterium regni caelorum, quod oportuno tempore reuelatum est pro salutem nostra, illis ergo a saeculis innotuit supra memoratum mysterium, quia omnis creatura non ante saecula, sed a saeculis est. Pro defensionem Chrylostomi respondemus illis Angelis, qui maioris dignitatis sunt, & per quorum ministerium illa mysteria nunciata sunt, ex parte fuisse cognita a saeculis, ut pote familiaribus & nuncijs: illis uero qui minoris dignitatis sunt, aliquo modo & ex parte fuisse incognita usque, quo impleta sunt & per Ecclesiam predicata, & tunc profecto ab omnibus Angelis fuisse cognita. Et in hoc sensu defendi possunt sententiae Chrylostomi & Hieronymi, Angelos in cognitione diuini mysterii, secundum processum temporis, proficisse. SECUNDVM QVAESITVM. An punctuatio particulae, sine ipso factu est nihil, tolerari possit. Hrylostomus homi. 4. in Iohannem, in hac periodo, sine ipso factu est nihil, Iohannes. videtur damnare, ut haeretici, lectione eorum, qui legunt, sine ipso factu est nihil: & deinde posito puncto, aggrediuntur alia clausula, dicentes, Quod factum est in ipso uita erat. Ait enim, Cui dixerimus, sine ipso factum est nihil, non id perfectio puncto notemus, ut haeretici opinantur. Hic enim cum uelut Spiritum sanctum creatum esse, sic legunt, Quod factum est in ipso uita erat: uerum nulla profecto ratione haec intelligi potest oratio. Theophilus in commentarijs Chrylostomi

consentit cum illo, ait enim, Macedoniani, qui Spiritum sanctum negant Deum, hac particula sic legunt, Et sine ipso factu est nihil: deinde facto puncto legunt, quasi ab altero principio, quod factum est in ipso, interpretatur locum istum iuxta suam mentem, dicentes quod hoc loco euangelista de Spu facto dixerat, dicens, quod factu in ipso, hoc est Spus factus, conantes ostendere Spiritum sanctum esse creaturam, & annu merare cum his quae facta sunt. Nos autem non sic sed puncto facto, postquam dixit, quod factu est, legimus ut principium nouum, in ipso uita erat. Euthimius eis subscribit, rationem reddit, ait, Eadem lectio non sic recipienda his uerbis, quae Spiritum sancto resistent eiusque: namque dimittunt post id quod dicitur, sine ipso factum est nihil, distinctionem statuant, deinde quod sequitur, sinum legunt, quod factu est in ipso uita erat, ut Spiritum sanctum esse demonstrerent. His tam facile reselluntur: Primum, quia pars illa, quae factu est, indistincte posita, omne quod factum est indicat: deinde quia uita etiam dicitur esse subdit, quod uita erat lux hominum: & post Paulum de Iohanne loquens, hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Manifestum est autem quod Iohannes non de Spiritu sancto, sed de Filio tulit testimonium, ut ex sequentibus constat. Doctores scholastici de causa peccati, iuxta expositionem Augustini & Ecclesiae Latinae quae sequitur punctuationem qua Chrylostomus dicit, & est expositio communis, sine ipso factu est nihil, id est, peccatu, disputant. D. sent. di. 37. & S. Th. 1. 2. q. 79. ar. 1. & 2. & de malo q. 3. ar. 1. & ad questionem, an Deus sit causa peccati? respondet, hominem dupliciter esse causam peccati sui & alieni: uno modo directe, quia peccat: alio modo indirecte, quia tenetur & potest impedire, & non impedit. Primo modo & directe, Deus non est causa peccati, quia repugnat Deo peccare. Secundo modo, nec Deus indirecte est causa peccati, non quianus permittit peccare, sed quia id propter maius bonum sinit: & ideo peccatu non ei imputatur. Et ar. 2. affirmat, quod Deus est causa actus peccati. Haec est uia questio sepe in scholis agitata, & uix distincta, semper enim scrupulus manet quanta ratione illare potest, Deum causam esse istius entitatis. scilicet, proximi, in qua tum est quaedam actio & quodam ens, & tamen non sit causa peccati. Questio sane est in qua plus scitur quam explicari queat. Ex uarijs sententijs quae circa hac questionem versantur, Caietani sententia uideatur re magis attingere, inquit enim, quod Deus est causa mater

Ephes. 3.

Psal. 63. Psal. 28.

Macedoniani

Caietanus



rialis peccati, nō autē formalis, quod est de  
niēte S. Tho. probat, quia peccatū nō solū  
dicit ordinē ad rationē, id est, priuationē ra-  
tionis, sed dicit etiā ordinē ad causam effi-  
cientē: itaque peccatū dicit actū procedentē  
ex causa deficientē à sua regula: quāmodū  
claudicatō est actus, procedens à tibia deficientē  
reidato ergo q. Deus & Petrus cōcurrūt ad en-  
titatē homicidij, defectū Petro attribuitur &  
nō Deo, quia Deus in tali operatione nō de-  
ficit, sed Petrus quia tenebatur actū elicere  
cōformē suę regule, quod quia nō fecit ideo  
deficit. Et hoc duobus exemplis patet: Primū  
est, quia vt S. Tho. 1. par. q. 13. tenet, in Deo  
nō est cōiungētia, nihil enim cōiungēt agit,  
est, libere agit: in cōiungētibus vti d. sepe de  
fectus cōmittitur, ex quo mōstruositas cōtin-  
git, talis nō Deo, sed creaturę attribuitur, quia  
Deus in suis actibus deficiere nō potest: & quia  
creatura deficit, ideo illi tanquā causę defi-  
cienti attribuitur. Secundū exemplum est de  
nauta, cuius absentia est causa submersionis  
nauis, quando tenetur & potest, & nō facit,  
ideo submersio nauis ei imputatur Deus ve-  
rō, & si posset effectū peccati impedire, q. nō  
tunc, ideo dicitur effectū peccati ei nō attribui-  
tur. Et solutio hęc est S. Th. ar. 2. ad secundū.

Dubium tū est, dato ex omnī Theologo-  
rū sententiā certa esse, Deum nō esse causam  
peccati, qua certitudine hoc certū est, an sit  
certū certitudine fidei: Et hoc nō est quā-  
de fide certū apparet, quia Magister sententiā  
rū, in cōfirmatione huius assertionis nō addu-  
cit locū aliquē scripturę, qui tū in ea peritū  
simus erat: neq. eū alij Doctores verbū scri-  
pturę expressum ad id inducunt. S. Tho.  
adducit illud, Nihil odisti eorūq. fecisti: id est  
autē Deus peccatū secundum illud, Odio est  
Deo impius & impietas ei: ergo Deus non  
est causa peccati, si peditio tua ex te Israel, tā-  
rum ex me auxiliū tuū. Probant etiā Docto-  
res ex August. lib. 83. quæstionū. q. 3. ubi in-  
quit, q. Deo autore nullus sit deterior. Sed  
omnes isti loci facili glosam patiunt, inter  
pretatō de subiectis que Deus creauit, nul-  
lum, illorū odio habet. Et sententiā Augu-  
stini similitur facili exponi potest, q. Deus  
nullū mouet, neq. inclinat ad malū, & ideo si  
quis sit deterior, sua culpa est, quia non vult  
in bonū nitī. Ex quibus videtur hęc assertio-  
nē, Deus nō est causa peccati, nō esse certam  
salte certitudine fidei: nihilominus est vera.  
Et licet formaliter in scripturis sacris nō ha-  
beat: factū est q. in cōsequentiā formalē &  
syllogistica ex cōiunctis in scriptura euidenter

deducatur, vt S. Tho. deducit ex illo, Nihil  
odisti eorūque fecisti. Ceterum vt dubium  
principio propositum elucidat, has subiu-  
go propositiones.

1. assertio hęc, Deus nō est causa peccati, in  
sensu hoc, id est, q. Deus nō peccat, de se est  
manifesta: implicat enim, q. Deus offendat.  
Tū etiā quia Deus obligari nequit, obligatio  
enim includit, q. quis sub pena culpę aliquid  
facere teneatur. Sed an sit peccatū causa, quia

2. cōcurrat ad peccatum, sit secunda ppositio,  
Deus immediate & effectiue cōcurrat ad to-  
tā entitatē peccati cōtra Durādum, assertio  
hęc in vera Theologia est per se nota, sicut  
illa Deus est omnipotēs, quia omnia creat, sus-  
tinet, & verbo virtutis suę portat, & guber-  
nat. Et Durādus deceptus est in hoc, q. si Deus  
cōcurrat ad entitatē peccati peccati: & instā-  
tię sunt manifestę, Deus cōcurrat immediate  
cū igne ad calefaciendū, ergo calefacit: simi-  
liter Deus cōcurrat immediate cū sole ad vni-  
uersum illuminandū, ergo Deus vniuersum  
illuminat: que in ppositiones improprie sūt  
quia licet Deus dederit igni virtutē calefa-  
ciendū, & cū igne ad calefaciendū cōcurrat. De-  
tamen nō dicitur calefacere, sed ignis, neq. il-  
luminare, sed sol: & ideo licet Deus cū cau-  
sis secundis immediate cōcurrat, defectus est  
in causa secūda & particulari, & nō in Deo,  
Tertia ppositio, Deus nō est causa q. homo  
peccet, videlicet q. homo adulteretur, q. pro-  
ximū occidat, q. alienū rapiat: & hic est sen-  
sus in quo quæstio pferens à doctoribus dispu-  
tatur: an Deus sit causa q. ego occidā, cū ego  
manum mouere nō possem quin Deus meū  
effectiue cōcurrat: cū ergo ita sit, cur ergo  
Deus nō erit causa peccati: & tamē absq. ali-  
qua approbatione & suasionē quilibet pius  
homo assereret, q. ista est vera, Deus nō est  
causa peccati, id est, nō est causa q. ego pec-  
cē, neq. q. occidā proximi, neq. q. alienū rapiā.  
Sed dubiū est de ratione, quā ratione scire  
potest Deum necum cōcurrere ad homici-  
dium, ego autē sim causa homicidij, Deus au-  
tē causa nō sit q. ego occidā. Sit ergo quarta

3. ppositio, ratio quā assignat Ochā, Gabriel,  
& ceteri nominales, s. quia Deus pcepto  
nō tenetur, si nōla est istaq. ex eo patet, quia  
dato Deus necum dispensat et in pcepto  
non occides, vel licentiam cōcederet vt Pe-  
trum occiderē, si hoc sciret. ego Ioannē mo-  
uerem ad Petrum occidendū (cui occidere  
nō licet) certē ego essem causa peccati, quia  
moueo & induco Ioannē ad hoc quod oc-  
cidat & peccet: dato ergo, quod quis ad  
aliquid

4. ppositio,  
aliquid prohibū nō obligetur, si tamē mo-  
uet & inclinet ad peccandū, erit causa quod  
homo peccet: quoniam potest quis in casu ef-  
fe causa peccati, quin peccet. vt verbigratia,  
si quis deprehēdat adulterum in flagratū de-  
licto, & amicus cū ignorantia iniuriabili suadeat  
illi q. adulterē & adulterū occidat, exi-  
stimas q. licet lex impūne id permittit, sic &  
innocentius est apud Deū: talis causa fuit pec-  
cati, & tū non peccat, quia suppono q. inui-  
cibiliter sit causa sufficiens vt à culpa excu-  
sari queat. Idē est de inuasore, si conseruare  
potuit vitā sine hoc quod occideret, & alter  
ex ignorantia iniuriabili suadeat q. occidat.  
Simile etiā est de fure nocturno, in quo ca-  
su potest quis esse causa peccati, & tū non  
peccat, quia ignorantia iniuriabili excusa-  
tur. Nō ergo requiritur q. obligetur ad hoc  
quod quis peccet: & ad hoc quod sit causa  
peccati: fat enim est q. sit causa mouēs & in-  
ducēs ad hoc q. alter peccet. Quinta pposi-  
tio, ratio Scoti & Gregorij videtur, pbabilis,  
scilicet, Deū nō esse causam peccati, quia li-  
bere cōcētrāt cū libero arbitrio ad peccandū:  
ita q. in nostra potestate manet id facere vel  
nō facere, & Deus semper est parat⁹ auxiliū  
prestare ad hoc q. nō peccet. Simile est, tene-  
tur Petrus ire ad facrum, si de facto iubetur  
iuri, tū autē dominabitur: sum ego parat⁹  
auxiliū prestare, rogo vt eas, suadeo cōsentit,  
& ire nō vult: Nūquid ergo causa delicti  
illi? neutiquā. At dices si de facto iuuarem,  
irē factū audire, fateor, sed tū per me nō ste-  
tit quin ad ecclesiā veniret, rogauī, suasi, vi  
non teneor trahere illi ergo imputetur, nō  
autē mihi. Similiter ergo videtur de Deo, &  
ideo ista ratio videtur sufficiens, quia in mea  
potestate & libertate est facere vel nō facere  
cū Dei auxilio, qui semper est paratus. Sit  
simpliciter & absolute id est verum quod id  
possumus, quod per amicos possumus: Deus  
autem ipse amat nos.

Alius modus respondendi est, quod Deus est  
agens vniuersale & etiā particulare, & quādo  
cōcurrat cōcursu generali habet se vt agens  
vniuersale, & quādo cōcurrat cōcursu particu-  
lari, habet se vt agens particulare: & licet  
cōcurrat cōcursu generali vt agens vniuersa-  
le, libere tū cōcurrat: & ille cōcursus dicitur  
materialis. Exemplū est de sole, qui naturali-  
ter illuminat, & tū licet habere voluntatē, &  
libere illuminaret, sua tū natura illuminare  
illi inuolat. Sic & Deus, dato libere cū creatu-  
ris cōcurrat, sua tū natura habet cū illis ge-  
nerali cōcursu concurreret: ad cō vt non con-

1. ppositio.

2. ppositio.

3. ppositio.

4. ppositio.

4. ppositio.

aliquid prohibū nō obligetur, si tamē mo-  
uet & inclinet ad peccandū, erit causa quod  
homo peccet: quoniam potest quis in casu ef-  
fe causa peccati, quin peccet. vt verbigratia,  
si quis deprehēdat adulterum in flagratū de-  
licto, & amicus cū ignorantia iniuriabili suadeat  
illi q. adulterē & adulterū occidat, exi-  
stimas q. licet lex impūne id permittit, sic &  
innocentius est apud Deū: talis causa fuit pec-  
cati, & tū non peccat, quia suppono q. inui-  
cibiliter sit causa sufficiens vt à culpa excu-  
sari queat. Idē est de inuasore, si conseruare  
potuit vitā sine hoc quod occideret, & alter  
ex ignorantia iniuriabili suadeat q. occidat.  
Simile etiā est de fure nocturno, in quo ca-  
su potest quis esse causa peccati, & tū non  
peccat, quia ignorantia iniuriabili excusa-  
tur. Nō ergo requiritur q. obligetur ad hoc  
quod quis peccet: & ad hoc quod sit causa  
peccati: fat enim est q. sit causa mouēs & in-  
ducēs ad hoc q. alter peccet. Quinta pposi-  
tio, ratio Scoti & Gregorij videtur, pbabilis,  
scilicet, Deū nō esse causam peccati, quia li-  
bere cōcētrāt cū libero arbitrio ad peccandū:  
ita q. in nostra potestate manet id facere vel  
nō facere, & Deus semper est parat⁹ auxiliū  
prestare ad hoc q. nō peccet. Simile est, tene-  
tur Petrus ire ad facrum, si de facto iubetur  
iuri, tū autē dominabitur: sum ego parat⁹  
auxiliū prestare, rogo vt eas, suadeo cōsentit,  
& ire nō vult: Nūquid ergo causa delicti  
illi? neutiquā. At dices si de facto iuuarem,  
irē factū audire, fateor, sed tū per me nō ste-  
tit quin ad ecclesiā veniret, rogauī, suasi, vi  
non teneor trahere illi ergo imputetur, nō  
autē mihi. Similiter ergo videtur de Deo, &  
ideo ista ratio videtur sufficiens, quia in mea  
potestate & libertate est facere vel nō facere  
cū Dei auxilio, qui semper est paratus. Sit  
simpliciter & absolute id est verum quod id  
possumus, quod per amicos possumus: Deus  
autem ipse amat nos.

currere miraculū esset. Simile etiā est si  
sicut concurrat ad mortū naturalē & locale,  
concurreret ad motū, pgressiū, non dice-  
rem⁹ solē esse causam quod ego occidā, quia  
est causa naturalis, sic ergo dicimus q. licet  
Deus cōcurrat meū ad occidendū nō est cau-  
sa peccati, qui solū cōcurrat tanquā causa ge-  
neralis, & ac si naturaliter concurrerit.

Modus vltim⁹ respondendi est forte melior  
ceteris, supposito de ratione liberatis & vo-  
luntatis hominis esse, positis omnibus requisi-  
tis ad agendū, in potestate voluntatis est age-  
re & nō agere, etiā Dei cōcursu posito. Quo  
supposito, mod⁹ exponēdi quo pacto Deus  
nō sit causa peccati, facili⁹ est: singam⁹ enim  
Dei cōcursū esse aliquā qualitatem in me vel  
in voluntate mea existentem: talis qualitas nō  
me necessitat ad agendū: posui enim illa vtī  
& nō vtī, & cū illa qualitate possum occide-  
re, & sine illa nō possum: sed quia in potesta-  
te mea est illa nō vtī, si occido, ergo sum cau-  
sa peccati, & nō qualitas illa: sicut quia dedit  
manus, & manu occido, nō dicitur Deus cau-  
sa homicidij: sicut ergo hoc falso supposito,  
Deus nō dicitur causa peccati, ita neq. mo-  
do in rei veritate: enim cōcursus licet nō  
sit qualitas aliqua, Deus tū in concursu cum  
creaturis ita omnino se habet ac si esset qua-  
litas quædam in me, & in quocunq. singulari  
existēs: oportet ergo, q. Deus actū me mo-  
ueat vt ego agam, & licet ille cōcursus non  
me moueat sine hoc q. ego agam: ita q. illo  
posito in sensu cōposito nō possum non age-  
re, ex natura tū rei nō infert mihi necessita-  
tem: simpliciter enim possum non vii illo &  
non agere, & ita in potestate mea est effice-  
re quod Deus nō cōcurrat: & si non concur-  
rit non ergo est causa quod ego peccem. Et  
si de peccatis contra præcepta negatiua hoc  
est verū, facili⁹ est hoc intelligere de omnisio-  
nibus, nō enim Deus est causa q. ego nō audia  
aut faciā sacrum, ipse enim paratus est vt me  
cum cōcurrat, q. si nolo, mihi imputatur.

Pro defensione Chrysostomi respondendum  
nō esse mentē ipsius, neq. eorū qui eum sequū-  
tur, eos esse hereticos, qui punctum statuūt  
post particulā, nihil, sed qui eo sine id faciūt  
vt Spirit⁹ sancti diuinitatē negent. Nā Angu-  
stin⁹ & omnis Latīna Ecclesiā pūctuationem  
hęc sequitur, vt punctū statuūt post particu-  
lā, nihil, quę pūctatio germana est, & inten-  
tioni Euangelistę cōgruit. Verū enim & Ca-  
tholicū est nihil, id est, peccatum quātum ad  
formale sine ipso factum esse: quia simpliciter  
& absolute ista est vera & Catholica,

Sapient. 1  
Sapient. 14

Deus non est causa peccati. Finiens hanc particulam inhoat sequentem, scilicet, quod factum, quae etiam de fide est, quia in re idem est ac si diceret, omnia per ipsum facta sunt. Quod sequitur, in ipso vita erat, & etiam est de fide, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus.

**TERTIVM QVAESITVM.**

An essentia Dei ab vlla creatura conspici queat.



Hrysostronus, hom. 14. in Ioannem iuxta illam periodum, *Dei nemo vidit vultum*, duo colligit: Primum, quod natura, substantia, & essentia Dei à nulla creatura potest intuitu mentis visione conspici, sed sola cogitationis & imaginationis abstractio ne potest cognosci. Secundum est, quod ante in carnationem filius Dei fuit Angelis inuisibilis. Consule de hac quaestione primum tomum ad quintum.

**QVARTVM QVAESITVM.**

An salutis nostrae initium sit ex nobis.



Hrysostronus, homi. 17. in Ioannem, exponens hoc, *Cuiusvis autem Iesus, & videns eos sequentes, dixit eis, quid queritis?* Creditur esse in ea sententia, quod initium salutis nostrae ita sit nobis à natura insitum, vt sine praeueniens gratiae auxilio possimus proprijs viribus iustificationem adipisci, quod Pelagianorum dogma sapit: de quo vide supra tomo secundo, quaestione. 13.

**QVINTVM QVAESITVM.**

Maria num de Christo semper decentem opinionem habuerit.



Hrysostronus, homi. 20. in Ioannem circa haec verba, *Deficiente vino, dixit, vinum non habet.* Ioann. 2. afferere videtur Mariam virginem non semper habuisse de Christi Diuinitate decentem opinionem: & obicit, eam in nuptijs in Cana Galilaeae humano quodam inanis gloriae affectu impetisse miraculum à filio postulasse. De quo consule primum tomum, ad decimum.

**SEXTVM QVAESITVM.**

An iuramentum omne etiam in causa vera et iusta sit peccatum.



Hrysostronus locis penè innumeris sentire videtur, iuramentum rem esse illicitam, atque ita Christianis interdiciam, vt nequa eis, neque etiam in causa iusta iurare liceat. Hanc sententiam asserit in Gene. homi. 15. his verbis, Christianus iuramentum omnibus fugiat audiens sententiam Christi, qui dicit, *Dictum est antiquis, non peierabis, ego autem dico vobis, non iurandum omnino, ne igitur dicat aliquis in re iusta iuro, neque enim in re iusta, neque iniusta, iurare licet.* Idem asserit in illud Math. 5. *Ego autem dico vobis, nolite iurare omnino.* Et hom. 9. in actus Apostolorum decernit esse impios & dignos vt ab Ecclesia arceantur qui in forenlibus actionibus & contractibus & fidei iuramentis aut iurant, aut ab alijs iuramentum exigunt. Et homi. in psal. 6. sic habet, *Iurare ex diabolo est: dicente Christo, Quod enim is amplius est à malo est.* Et homi. 19. ad populum Antioche. *Audisti, inquit, Christi sapientiam dicentem, quod non de peierare tantum, verum etiam quomodo cuique iurare diabolicum est, & tota maligni machinatio.* Et lib. i. aduersus vituperatores vitae monasticae, ait, *Si iurare diabolicum esse compertur, qua animaduersione plerumque sunt qui iurant.* Et lib. 1. de compositione cordis, *Si verè iurare crimen est, & praeruaricatio mandati, periculum vbi ponemus?*

Et ad ea quae sibi obiuebantur respondet, Primum argumentum erat, *Quia si iuramentum esset de se malum, Deus non iurasset:*

GRACIA

Roi. 109

Hebr. 11

tamen ad Abraham dicit, *Per metipsum iurasti, dicit Dominus: & psal. 109. Iuravit Dominus, & non penitebit eum.* Respondet in psal. 109. Quod Deus non proprie, sed metaphorice & improprè intelligendum est iurasse: sicut ira in Deo, ira non est, sed ius puniendi sine animi perturbatione: sic etiam de iuramento, Deus enim non iurat, sed dicit quod omnino futurum est. Similiter respondet homi. 47. in Genes. & in epistolam ad Hebr. 11. quod Deus non iuravit Abraham, non enim sunt iuramenta quae dixit, sed promissiones quas more humano iuramenta appellat, concedens infirmitati hominum qui ea quae sine vlla dubitatione credi volunt esse facturos, adhibito iuramento promittunt. Secundum argumentum, Si iurare esset malum, non praecipisset nobis Deus per Ieremiam iurare per Deum verum. Respondet homi. 17. in Matt. Iuramentum in lege veteri non fuit praecipuum, sed duntaxat permiffum: sicut repudium propter infirmitatem eorum, ne aut simulacra colerent, aut per simulastra iurarent: quare sicut nunc repudium adulterium iudicatur, ita & iuramentum quod olim permiffum, nunc in lege Euangelica ex malo esse creditur, & plurimum mali in se habet. Ad tertium, quod est quia saepe iuramentum est necessarium ad componendas ciuiles & ecclesiasticas controuersias, non ergo à bono viro detrectandum, sed prestandum. Respondet homi. 8. ad populum Antioche. Et homi. 17. in Math. ait, *Quid igitur si aliquis exigit iuramentum, & necessitatem iuramentum imponat. Respondet, Sit tibi timor Dei omni necessitate violentior, si enim velis huiusmodi occasiones semper afferre, nihil de his quae sunt imperata custodias.*

Origenes tractatu. 35. in Math. consentit Chrysostrono, sic enim habet, *Non oportet vt vir qui vult secundum Euangelium vivere, adiuret. Alterum simile est enim quod Dominus in Euangelio dicit, Ego autem dico non iurare omnino, & non adiurare omnino.* Si enim iurare non licet quantum ad Christi mandatum, verum est quia neque adiurare alterum licet.

Hieronymus idem asserit. c. 5. commentariorum in Math. vbi sic habet, *Nolite iurare omnino, & c. Iudaei iurare permittentur in Deum, non quod hoc rectè facerent, sed quod melius esset id Deo exhibere quam demonibus, Euangelica autem veritas non respicit iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.* Et cap. 4. commentariorum

in Ieremiam exponens illud, *Iurabis in veritate, dicit Dominus, & c. ait, Iurabis pro confessione dicitur, & ad condemnationem Idololorum, per quae iurabat Israel.* Item in commentarijs super 3. Zachariae. c. ait, *In praecipis quae ad vitam pertinent & sunt perspicua, non debemus quaerere allegoriam, ne iuxta Conuicti nodum queramus in scripto.* Ambrosius in expositione psalmi. 118. super, *Iuravi & statui, idem asserit, Ideo, inquit, Dominus qui venit docere paruulos, imbuere novos, formare perfectos, ait in Euangelio non iurandum omnino, quia infirmis loquebatur, denique non ad solos Apostolos loquebatur, sed ad turbas. Voluit enim te non iurare, ne perires. Et infra, Iuret ergo ille quem sacramenti sui poenitere non poterit, & quid iuravit Dominus quia Christus in aeternum sacerdos est: nunquid incertum nunquid impossibile quod iuravit Dominus: non ergo usurpare exemplum sacramenti, qui implendi sacramenti non habes potestatem. Subscribit his plures alij Patres ex antiquis.*

Theophilactus, c. 5. commentariorum in Math. *Iurare, inquit, & adiacere amplius quam etiam, vel non, à diabolo est.* Porro si dixeris, quod & lex Moysi mala erit, quia iurare iudaei, dicit quod tunc non erat malum iurare: post Christum autem malum est, sicut & circumcidi, & in summa, quilibet est Iudaeum: sugere enim puero conuenit, viro vero minime.

Disputant Doctores scholastici de iuramento. 3. sentent. dist. 39. S. Thom. 2. 2. q. 89. arti. 2. vbi quaeritur an sit licitum iurare: & respondet, nihil prohibere aliquid esse secundum se bonum quod tamen cedit in malum eius, qui non vitur eo conuenienter: sicut sumere Eucharistiam illum qui indigne sumit: sic ergo iuramentum secundum se est licitum & honestum, quod patet ex Origene, & ex fine: ex origine quidem, quia iuramentum ortum habet ex reuerentia quae Deo exhibemus, ostendentes qualem existimationem de ipso habeamus, nempe quod ea agnoscat de quibus apud nos controuersia est: & quod meriti non potest: & ob id iurantes, Deum inuocamus teste eorum quae dicimus: ex fine vero, quia necessarium est iuramentum ad iustificandas hominum actiones, & ad finiendas inexplicabiles controuersias quae humano iudicio dissolui non possunt. Aliquando tamen cedit in malum iurantis, ex eo quod male vitur eo: & sine necessitate, & cautela de

F 5 bita

Deute. 6.  
 Matth. 5.  
 Hebr. 6.  
 Rom. 9.  
 1. Cor. 11.

bita iuri, conclusio hæc S. Thom. est de fide: & assertio contraria est hæretica: Vandalenses enim, Albanenses, Vuiclephiste, pseu-  
 doapostoli, & nuper Lutherani, & Anabap-  
 tiste, Christianis omne prorsus iusturandi  
 genus interdixerunt: contra quos est expres-  
 sum Dei verbum Deut. Dominum Deum  
 tuum adorabis, & illi soli seruias, & per nomē  
 illius iurabis. Et Matth. 5. Redde Domino iu-  
 ramenta tua. Et in Euangelio sæpe Dñs af-  
 firmat inquit, Amen amē dico vobis, quæ  
 verba iuramentum fouere videntur. Et Pau-  
 lus, omnis controuersie finis ad confirma-  
 tionem veritatis est iuramentum. Et ipse Apo-  
 stolus in epistolis suis sæpe iurauit, ait cum,  
 In veritate dico vobis fratres, quia non men-  
 tor. Et ad Corinthios ait, Viuit Dominus  
 quia non mentor. Et idem ad Galat. 1. &  
 Philippen. 1.

Ephesina synodus quarta idem decreuit,  
 dissimulans vt Nestorius palmodiam suæ hæ-  
 resis caneret: & quia verbis eius fidem satis  
 non dederunt, exegerunt ab eo iuramentum  
 his verbis, Consequens est etiam iuraturan-  
 do fateri te quod anathematices tua polluta  
 ac prophana dogmata, sentias autem & do-  
 ceas quæ nos credimus & sentimus. Et in eadē  
 synodo Victor quidam Cyrilli amicus falso ac-  
 cusatus, non prius purgari potuit quā subla-  
 tis in cœlum manibus, per sacrosanctum ba-  
 ptisma, & veneranda Christi mysteria se in-  
 nocentem iurasset. Et in Concilio Constian-  
 tensi postquā inter ceteras Vuicleph hære-  
 ses, etiam articulus tollens omnia iuramen-  
 ta damnatus esset, decretum est à patribus vt  
 ad confirmationem fœderis, quod pro euer-  
 sione schismatis inter Romanorum & Ara-  
 gonum reges, iuramentum ab omnibus qui  
 tunc in concilio aderant flagitaretur: quod  
 & illico iurantibus omnibus expletum est.

Augustinus sermone Domini in mōte, &  
 super epistolam ad Galat. 1. & ad Rom. 1. &  
 Matth. 5. inquit, Si autem queritur vtrum  
 iurare sit malum: dicimus aliquando malum  
 esse, aliquando non. Sponte enim & sine ne-  
 cessitate, vel falsum iurare peccatum grāde  
 est, ex necessitate autem iurare, scilicet, vel  
 ad afferendum innocentiam, vel ad fœdera  
 pacis confirmanda, vel ad persuadendum au-  
 ditioribus quod est eis vtile, malum non est:  
 quia necessarium ei est: iuramentum enim fa-  
 ciendum est in necessarijs: cum pigri sunt  
 homines credere quod eis vtile est iuratio  
 bona non est, non tamen mala cum est ne-  
 cessaria, id est, non est appetenda sicut bona

neque; tamen fugienda tanquā mala, cum est  
 necessaria.

Animaduertendum hic primum omnium:  
 præceptum secundum de non assumentio  
 nomen Dei in vanum, non esse prorsus ne-  
 gatiuum, ita vt nullatenus iurare liceat: sic  
 enim præceptum hoc excludit iurandi abu-  
 sum, vt simul implicet iurandi religionem:  
 ideo sicut deierans hanc transgreditur, pro-  
 hibitionem, sic legitime iurans virtutem ex-  
 exercet quæ ad hoc reducitur præceptum: &  
 quod legitime iurare religio sit, patet Deut.  
 6. Dominum Deum timebis, ac per nomen  
 illius iurabis. Et Ieremias. 5. non queritur  
 Deus, quod filij Israel iurassent, sed quod  
 iurassent in his qui non erant dii. Iurare ergo,  
 si legitime fiat virtus est religionis, qua  
 profitemur Deum supremum fontem veri-  
 tatis, cuius testimonio omne verum constat.  
 At dices Dominus simpliciter omne iura-  
 mentum prohibuit dicens, Nolite iurare om-  
 nino. Hieronymus respondet, Dominum  
 non prohibuisse omnino iurare, sed iurare  
 per creaturas, idolatrarum more, quin ipsi  
 Diuinum nomen esse putabant. Sed re vera  
 sensus simplex est vt iacet, vt neque per Deum,  
 neque per creaturas iuremus, nisi vbi ratio na-  
 turalis, religioque expoposcerit, vt patet ex  
 verbo Iacobi. 5. ante omnia fratres mei non  
 lite iurare, neque per cœlum, neque per terrā  
 neque aliud quodcūq; iuramentum: hoc est  
 neque per Deum, neque per creaturam. Ac  
 intelligentiam ergo mandati Christi notan-  
 dum est, præcepta omnia decalogi, & cuncta  
 moralia quæ in illis implicite continentur,  
 nihil aliud esse quā explanationes naturalis  
 iuris: quapropter luce nature veniunt illu-  
 strandæ, verbi gratia, præcepit non occides,  
 illic non prohibetur nisi homicidium, quod  
 contra ius naturale est. Vnde quod iudex  
 reum patibulo affixit, vel quisque legitime  
 tutamine defendens aggressorem occidit,  
 quia ius naturale alterum iubet, alterumque  
 permittit, nulla sit mandati exceptio: quia  
 neque istos casus vetabat. Pari modo dicens  
 Christus, nolite iurare omnino, neutiquam  
 nobis interdixit nisi iuramentorum abulum:  
 nam vbi ratio iusiurandum exigit, naturale  
 ius est mandati interpres. Adicit autē omni-  
 no ad abstergendum ignorantiam, ne quis  
 falso crederet, iurare per creaturas etiā van-  
 nē non esse periurium, itaque verbum illud,  
 omnino, non exclusit casus omnes iurandi,  
 sed formas vniuersas vane iurandi, ideo ait,  
 Neque per cœlum, &c.

Secundo

Augul.

Hebr. 4

Ierem. 4

Secundo etiam animaduertendum, iurandi  
 officium per seipsum non esse virtutem, ve-  
 lut est charitas & iustitia, sed necessitas illud  
 constituit intralucam virtutis, vt inquit S.  
 Thom. loco citato, scilicet, iuramentum secun-  
 dum se licitum esse, secundum suos indi-  
 uidos comites, scilicet, veritatem, iustitiā,  
 & necessitatem. Si enim status innocentiz  
 perdurasset, quia nulla fuisset fraus, neque es-  
 set virtus iurare: sed quia inde deiectus, fa-  
 ctus est omnis homo mendax, fidesque hu-  
 mana adeo est debilitata, vt per se non satis  
 sit ad animum deceptoris confirmandum,  
 ideo beneficio Dei concessum est nobis iura-  
 mentum ad corroborationē fidei nostræ.  
 Vnde quod Dominus ait, Sit sermo vester,  
 est, est, non, nouid est, quod verum est sim-  
 pliciter affirmare, quod falsum, simpliciter  
 negare, sincere veritatem in qua Deus naturam  
 nostram creauit, & quam nos semper debe-  
 remus imitari, designat. Quod autem subie-  
 cit quod amplius est, à malo est, Augustinus  
 interpretatur, nō sonat malum culpæ, quasi nun-  
 quā iurare liceat, sed dicitur malum culpæ ori-  
 ginalis, per quam homines auctoritatē suam  
 perdidērunt, vt non illis habeatur citra iura-  
 mentum integra fides: quo circa iuramen-  
 tum, vt ait Augustinus, à iure dicitur, nam  
 qui iurat, ius veritatis Deo reddit, vel ex eo  
 quod id quod iuratur per lege habendū est,  
 ac velut ius sic sancte seruandum, eo quod  
 Deum ipsum pro teste veritatis constituit.  
 Ex quo fit quod Deo ipsi iniuria fiat, si post  
 iuramentum testimonium aliud exquiras.  
 Vnde Paulus, Iuramentum est omnis con-  
 trouersie finis ad confirmationem, quare iu-  
 risconsultus in cap. tituli de iureiurando. ff.  
 maximum inquit, remedium expedienda-  
 rum litium in vsum venit iusiurandi religio.  
 Et libro de officijs Cicero, Nullum vinculū  
 ad stringendam fidem, iureiurando, maiores  
 acētius esse voluerunt.

Superest, vt explicemus comites, qui iura-  
 mentum interlinca virtutis & honestatis  
 custodiunt: qui sunt tres quos Hieremias. c.  
 4. assignat, vbi ait, Iurabis, viuit Dominus,  
 in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Vbi  
 Hieronymus, animaduertendum, inquit, quia  
 iusiurandum hos habet comites, veritatem,  
 iudicium, atque iustitiam: obidque vbiq;que;  
 aliquid istorum abfuerit periurium est, ta-  
 menti diuersa ratione. Enimvero iusiuran-  
 dū cui deest veritas, maximè & proprie est  
 periurium. Cui deest iustitia, licet sit verum  
 nihilominus est iniquum, & subinde peri-  
 urium: nam qui rem iniustam sub iuramento  
 pollicetur, id iurat quod nō debet implere,  
 & eadem ratione fit periurus, siue postea ad  
 impleat, siue secus. Iuramentum quod absq;  
 discretionē & iudicio fit, quāuis sit verum,  
 ac de re iusta, est nihilominus temerarium,  
 quod ob peccandi periculum, nomen etiam  
 meretur periurij. Hoc supposito notandum  
 est, quod vbi assumptio Digni nominis vana  
 prohibetur tres gradus vanitatis certo or-  
 dine subuocatur. Vanum enim est quod sit  
 frustra, hoc est, quod suo caret fine. Iuramē-  
 tum in isto primo gradu vanitatis, si falsum  
 est, caret veritate, quæ substantia & funda-  
 mentum est iuramenti: & ideo sic est vanum  
 vt auellat testa nucleo vacua. Iuramentum  
 autem iniquum, nempe cum iurasti factu-  
 rum rem iniustam, vt homicidium, aut fur-  
 tum, eo vanum est, quod ornamento iusti-  
 tiæ vacat: quocirca non solum non obligat,  
 imò peccatum est illud adimplere: & ideo  
 iniquitas eius de qualitate iustitiæ: quæ est  
 in obiecto pensanda est: vt si iurasti pecca-  
 tum mortale patrare, iuramentum est mor-  
 tale, siue adimpleas, siue non perperas. Si  
 autem iocose mentiri iurasti, iuramentum  
 est veniale, eo quod illud implere non peius  
 quā veniale est. At dices, si non impletur fal-  
 sum iuramentum, iurare autem falsum in quocum-  
 que indiuiduo mortale est, ergo iuramentum  
 de veniali erit mortale. Minor uestigatur: nam  
 nō implere iuramentum promissorium tunc  
 est peccatum quando est obligatorium: quā-  
 do vero non obligat, quia tunc nullatenus  
 peccat, non inde pensanda est malitia iura-  
 menti, sed ex ipso actu iurandi, qui si eius  
 obiectum peccatum est veniale, non erit pe-  
 ior quā veniale. At vero iuramentum teme-  
 rarium, scilicet, quod verum est, & de re ius-  
 ta, sed iudicio & prudentia vacat, ea ratione  
 vanum est quod necessitate caret, quæ effi-  
 cit iuramentum esse virtutem: sed ob hoc so-  
 lum dicitur periurium, quod qui vanè iurat,  
 in periculo versatur iurandi falsum. Ex his  
 grauitatem culpæ horum trium graduum pe-  
 ierandi rimari quisque facile potest. In pri-  
 mis periurium primi generis, hoc est asserto-  
 rium iuramentum falsi, non modo ex gene-  
 re, sed ex ratione obiecti, mortale criminè est  
 in quocumque indiuiduo: quod genere suo  
 mortale sit, commune est illi cum reliquis de-  
 calogi mandatis: nam cum omnia ad iustitiā  
 pertineant reipublice necessarium, sit vt ob-  
 seruantia omnium sit de necessitate salutis:  
 at verò quod in quocumque indiuiduo sit  
 etiam

Tres gra-  
 dus vana-  
 titatis.

Ordo gra-  
 uitatis in  
 ter varia  
 periuria.



etiam mortale, singulare est illi inter omnia. Etenim licet futurum genere suo sit mortale, attamen leuitate materit, vt si obolum fure sit, sit veniale: falsum tamen iurare etiam in re minima, vt si peieres te non habere pommum, quod siuu tenes, quacumque necessitate id iures, etiam pro salute totius mundi, peccatum nihilominus mortale est: nã tam falsum est te non habere pommum, quã si iurafes rem aliam grauisimam falsam: adducere autem Deum in testem falsi, mortalis irreuerentia est. Iuramentum autem promissorij grauitatem iam diximus ex obiecto esse pensandam. Iuramentũ verò temerarium quod ideo vanum est, quòd citra necessitatem & circumspectionem sit, genere suo non est mortale, sed tantum veniale, vt si dum in cõspectu omnium pluit, iuramento affirmes id autem res est leuissima, quam credere, aut non credere, nihil refert: aut dum alius citra iuramentum fidem tibi adhiberet. In iuramentorum autem frequentia presentissimum est periculum peierandi: obidq; omni cura & vigilãtia cauenda est immanis ista bestia: nam qui peccat ex habitu, ex malitia peccat: & frequentia iurandi nedum culpã leuat, sed grauat. Hinc fit, quòd qui mendosus est, & iuramenta falsum multiplicat, vt in plurimum iurando mortaliter peccat ratione periculi cui se exponit, scilicet, id quòd falsum est iuramento affirmandi: qui enim amat periculum peribit in illo. At verò per falsos Deos iurare, quantũcumq; veritas & humana iustitia inuit, peccatũ est idolatriã. Vt autem infidelium iuramento, vt ait ad Publici. Augustinus in casu necessitatis, licitum est.

Pro defensione Chrysostomi, & ceterorũ Patrum, si ego animò expendamus mentem eorum, cognoscens illos non voluisse

adimere Christianis iuramenti religionem, sed tria potissimum circa iuramenti ritum prohibere voluisse. Primo, ne quis villo modo blasphemũ & impie iuraret per creaturas, quati in eis existimas aliquid Diuinitatis latere, & cultum creatori debitum eis impendere. Et sic Hieronymus interpretatur verba Christi, Nolite iurare omnino, vt diximus tollere voluisse consuetudinem prauam iurandi per elementa: Secundo, ne quis facilius, & sine necessitate Deum iuraret, ne ex facilitate ad consuetudinem, ex consuetudine ad cõtemptum iuramenti, & ad peritium descenderet: & ideo Dominus dixit, sit sermo vester, est, est, &c. Et quod amplius est à malo est, hoc est à malo originalis culpã, vel à malo, hoc est à mala consuetudine eius qui frequenter iuratur, vel à malo eius cui iuratur, qui fidem dicit sine iuramento prestare non vult. Et ad hunc finem referenda sunt quæ Chrysostomus per excessum orationis & reprehensionis ardore, aduersus iuramenta protulit, cupiens radicitus euellere inueteratam Græcorum licentiam. Tertio, admonere voluerunt ne quisq; ex his qui summã Christiane perfectionis statum profitentur, vlla de causa, vel etiam iusta, Deum in controuersis incidentibus inter ipsos perfectos iuraret, quia Christus hoc consuluisset, vt perfecti etiam in proprijs causis ab omni iuramento abstinerent: quod olim seruauerunt Essæi, vt Iosephus scribit, qui iusiurandum quasi peritium vitabant, existimantes inter perfectos iuramentum omnino cauendum. Tum etiam, quod oporteret quidquid perfectus affirmet iusiurandi vim habere, & quia his mendatijs argui videtur cui sine Deo non creditur teste. Et in hoc sensu interpretandũ sunt Ambrosius, & Theophilactus.

Q V A R T V S T O M V S .

- 1 *Andamnandi sunt qui Diuina mysteria scrutantur.*
- 2 *An circuncisio gratiam conferat.*
- 3 *An peccatum Adæ ad posteros transferit, tam culpa quàm panna.*
- 4 *An abstinẽtia iuramenti, & dilectio inimicorũ, sint cõsilia, an precepta.*
- 5 *An passiones naturales fuerint in homine ante peccatum.*
- 6 *An lex Moisis minora precipiat quàm lex nature.*

An

- 7 *An celi ob peccatum Adæ corruptibiles effecti sint.*
- 8 *An panna damni grauior sit quàm panna gehennæ.*
- 9 *An merita prauisã sint causa predestinationis.*
- 10 *An philosophi ex viribus naturalibus adimpleuerint precepta Diuina.*
- 11 *An Chrysostomus cognouerit purgatorium esse.*
- 12 *An preces publicæ in lingua vulgari dicendæ sint.*
- 13 *An omnes homines die iudicij morientur.*
- 14 *An liceat viuos vel mortuos anathemate plecti.*
- 15 *An necesse sit Eucharistiam sub vtraque specie laicis exhibere.*
- 16 *An Petrus ceteris Apostolis superior.*
- 17 *An electio sit ex meritis prauis.*
- 18 *An lapsis neganda sit pœnitentia.*
- 19 *Originale quàm pœnam attulit.*
- 20 *An sancti sint à nobis innocendi.*
- 21 *An sit orandum pro cathecumenis discedentibus absque baptismo.*
- 22 *An Deo sit pœnitentia tribuenda.*
- 23 *An singulis hominibus singuli Angeli deputentur.*
- 24 *An sit fascinatio.*
- 25 *An in scriptura Diuina omnia sint clara & plana.*
- 26 *An Biblia lingua vulgari sit legenda.*
- 27 *An episcopus & presbyter sint idem.*
- 28 *An clerici possint proprium possidere.*
- 29 *An liceat priuata persona blasphemum punire.*
- 30 *An in Christo sint due persona.*
- 31 *An secularis & monachus sint pares obligatione & delictis.*
- 32 *An initium salutis sit ex nobis.*
- 33 *Sanctorum animæ an adhuc beatæ, an non.*
- 34 *An sufficiat soli Deo confiteri.*
- 35 *Animæ sanctorum an videant Deum ante diem iudicij.*

Primum quæsitum.

An damnandi sint qui Diuina mysteria scrutantur.



Chrysostomus in fine, hom. 2. in epistola ad Rom. in illa verba, *Insuetudine enim Dei in eo sono latet ex fide in fidem*, inquit, quod si periculum est ea indagare quæ præcepit, & curiosos homines vltimã manet supplicium, quã

tandem defensionem habebunt hi, qui leges istis occultiora ac magis verèda scrutari presumunt: hoc est quo pacto, & qua ratione Deus filium genuit? & quæ sit illius substantia? Et homi. 8. in epistola ad Rom. Quòd si hæc inferiora scrutantes ac exquirentes, honorem Deo non damus, multo magis ortum Domini superuacua curiofitate indagantes, tanquã qui contumelijs Deum affecerimus, extrema passuri sumus. Si enim figuram resurrectionis discutere nefas est, multo magis arcana illa horrenda, ac reuerentia plena. Occasione horum verborũ sumpta, noueli hæretici Theologos seholasticos infectantur,

sectantur, & temeritatis causa accusant, q̄ factissimæ Trinitatis penetralia, & fidei mysteria Deo referuata ingredi audeant, scrutantes quibus persona vna ab alijs differat, & in quibus conueniat, certa asseueratione diffiniant.

Disputant Doctores scholastici de materia huius questionis. 3. sent. dif. 24. & S. Th. 2. 2. q. 2. art. 10. vbi querit, An ratio inducta ad ea quæ sunt fidei minuat meritum fidei: & respondet, quod ratio humana, inducta ad ea quæ sunt fidei, dupliciter se potest habere ad voluntatem credentis. Vno modo sicut præcedens, sic vt nisi ratione humana induceretur, promptus non esset ad credendum: & ratio humana sic inducta diminuit meritum fidei: tenetur enim homo sic esse affectus, vt ea quæ sunt fidei credat, nõ propter rationem humanam, sed propter auctoritatem Diuinam. Alio modo ratio humana se potest habere ad voluntatem credentis consequenter: cũ enim homo habet propriam voluntatem ad credendum, diligit veritatem creditam, & super ea excogitat, & amplectitur si quas rationes ad hoc inuenire potest, & quantum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei, sed est signum maioris meriti. Et hoc significatur Ioanis. 4. vbi Samaritani ad mulierem, per quã ratio humana figuratur, dixerunt, Iam nõ propter tuam loquelam credimus: & 1. Petri. 3. dicitur, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos reddere rationem de ea quæ in vobis est, fide & spe. Nõ autem Apostolus ad hoc nos induceret si per hoc fidei meritum diminueretur.

Ex hac doctrina S. Thom. colligi videtur, in credendo minus meritum Theologi quã rusticum habere: quod ex eo constat quia minorem difficultatem habet ad credendum quã rusticus: difficultas autem auget meritum. Ad secundum respondet S. Thom. quod si rationes inductæ sunt demonstratiue, minuitur quidem ratio fidei, sed nõ meritum, fides enim est de non visis: & cum meritum sit in voluntate, & Theologus, esto, non videret, paratus est credere, ideo meritum fidei in illo non minuitur. At dices saltem theologus facilius credit quã rusticus. Propter hanc rationem noui hæretici pertinaciter affirmant, nihil conducere, imo obesse rationes ad ea quæ sunt fidei, inquirere. Et hinc damnant Theologiam scholasticã. Nos vero asserimus, quod licet ex difficultate obiecti rusticus amplius mereatur, Theo-

logo tamen ex multis alijs meritum auctius accrescit. Pro quo notandum est, auctum aliquem dupliciter posse esse difficilem, vno modo ex parte obiecti, vt potest in pane & aqua ieiunare, quod difficilius est quã ieiunare, vt in vlu communi: est alio modo ex parte subiecti, quia talis inique affectus est ad bonum honestam. Difficultas ergo quæ ex parte subiecti se tenet non auget, sed meritum minuit: ea vero quæ est ex parte obiecti meritum auget: cũ ergo rustici difficultas se habeat ex indispositione subiecti, hinc fit ipsum minus mereri theologo: & cũ theologus ex fidei affectione ad inquirendas rationes mouetur, hinc fit quod licet dilectio crescit, sic & meritum augetur. Item quia sæpe illi se offerunt rationes quæ apparent videntur oppositum articuli concludere, quibus dum non acquiescit, sed intellectum in obsequium fidei captiuat, meritum eius crescit. Constat enim, quod quã theologia articulos fidei altius rimatur, tanto sibi difficilius apparent. Tum etiã quia nulla ratio citra demonstrationem adductam ad articulum probandum tollunt rationem fidei, & inde fit, quod neque meritum: obiectum enim, scilicet, non visum semper manet idem, & licet esset demonstratio, & tolleretur rationem non visam, & rationem fidei, non tamen tollit meritum, propter animi præparatorem, quã ad credendum habet.

Ad hæc aduertenda est doctrina S. Thom. in solutione ad tertium argumentum, vbi docet impedimenta quæ occurrunt circa articulos fidei, siue exteriora sint, siue interiora, augere meritum: sicut & impedimenta, quæ se circa actus virtutum offerunt ex parte voluntatis, auget meritum: verbi causa Petrus & Paulus parati sunt pro fidei confessione mori, Petrus martyrium patitur, Paulus patatus fuit mortem pati, nihilominus passus non est: merito essentiali. ambo equaliter merentur: ratio est, quia secundum S. Thom. doctrinam actus exterior supra interiorum nouum meritum nõ auget. At quæres, an sicut illi qui passus est pro Christo omnis culpa & pena remittitur, similiter & alteri qui non passus est remittatur? Doctores aliqui tenuerunt etiam huic qui non patitur remitti omnem culpam & penam. Ratio est, quia etiam de hoc verum est dicere maioris charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: cũ igitur talis quantum ex parte illius fuit, animam pro Christo sufficienter posuit, merito ergo dignus

Ioan. 14.

TERTIVM QVAESITVM.

An peccatum Adæ ad posteros traierit, nõ culpa, sed pena.



Chrysostomus edisserit huic locum, sicut per suam hominem peccatum intravit in mundum. Et alios huic affines, tria de peccato originali videtur sentire. Primum est, peccatum Adæ ad posteros transiisse nõ culpa, sed pena, quia vniuersi quæ ex suo scelere sceleratus efficitur. Secundum est, peccatum peccati huius non esse animæ damnationem, sed solum corporis infirmitatem, corruptionem & mortem: animæ autem mors illos consequitur qui ex libera electione voluntario peccant: mors verò corporis peccantes & non peccantes comprehendit. Tertium est peccatum primi parentis nihil nobis detimenti attulisse, sed maxima lucra.

Primum & secundam assertionem asserere videtur homil. 10. epistola ad Romanos, his verbis, Quid igitur sibi vult in quo omnes peccauerunt? Respondetur, q̄ illo lapsa, & illi item qui delicto non comederunt & facti sunt ex illo tempore omnes mortales. Et infra videtur questionem non parum habere, quod dictum est multos ob vnius inobedientiam peccatores extitisse, &c. Et subdit quid igitur hoc loco verbum hoc, peccatores, significat mihi videtur tantumdem significare quantum illud, supplicio obnoxij ac mortis rei, quod post mortem Adami mortuo omnes sunt mortales esse: sicut in enarratione primæ epistolæ ad Corin. homil. 39. explicans ea verba. 1. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes, vivificabuntur: idem confirmare videtur, ita inquisens, Si hoc de corpore dictum esse velimus, constabit oratio: Noe enim, Abraham, Iob, & multi alij mortui sunt: autem de iustitia & peccato, nequaquam. Et homil. 17. in caput. 6. eiusdem epistolæ ostendit mortem animæ non exprimi parentis, culpa, sed ex actualibus duntaxat, cuiusque peccatis accidit. Et homil. 2. in epistolam ad Ephes. exponens postrema verba vitam capitis, idem apertius refert. Huc etiam pertinet quia in homi. quæ inscribitur ad Nephros tradere existimatur, eius verba sic habent. Vides quor

gnus est vt privilegio hoc gaudeat. Nihilominus contraria assertio probabilior videtur, nempe quod affectio voluntatis respectu remissionis penæ, non tantum operetur sicut ipsa passio actualis martyrij, ratio huius est, quia post remissionem ad gloriam essentialem quid accidentale est, sicut & martyrum aureola, quam non habent, neque do natur nisi solum his qui defacto pro Christo morte subeunt. Simili ergo ratione nec pena in totum remittitur, nisi de facto pro Christo paratur. Ad hæreticos qui theologos scholasticos insectantur & damnant, quia mysteria Diuina rationibus theologis scrutantur, in quorum damnatione est etiã Erasmus, qui super commentarijs D. Hieronymi sæpe eos mordet. Respondemus sat esse contra illos damnationem Luciani monachi, qui simul cũ suis annotationibus super Chrysostomum à Synodo Tridentina reprobatis, simul & insectatores theologiæ scholasticæ merito damnati sunt.

Pro defensione Chrysostomi respondemus, eius verba in eos potissimum ferri, qui ambitiosa & inani quadam curiositate, & arrogantia supercilio, huiusmodi rimantur mysteria, non autem aduersus pios, & catholicos theologos qui hæc ad Dei gloriam, & ad fidei defensionem, ad hæreticorum euersionem humiliter ac venerando studio, occulta mysteria perstrutantur.

SECUNDVM QVAESITVM.

An circumcisio gratiam conferat.



Chrysostomus homil. 7. in epistola ad Rom. in illud, Circumcisio quæ non prodest, si legem obliuiscer. Rom. 2. sic inquit, Licebat Paulo aliter ipsam circumcisioem excludere, ac dicere, quid est circumcisio? num illius est meritum qui eam habuerit? num bonæ mentis, atque propositæ demonstratio? Etenim in ætate innata sit, & qui insolentia vixerunt multos annos incircumcisi, manserunt. Et aliunde multis argumentis ostendi potest, ipsam non admodum necessariam esse, verum tamen nos inde ipsam repudiat. De hac questione vide in primo tomo ad septimum questum.

Ioan. 4.

1. Petr. 3.

quot sunt baptismatis largitates, sed multis quidem videtur baptismi gratiam in peccatorum tantum remissione consistere: nos autem baptismi honores iam computauimus de causa: hac de causa & infantes baptizamus quāuis non sint conquinati peccato, nempe ut eis addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, & fraternitas Christi: ut eius membra sint omnes, & spiritus habitatio fiant. Ex quibus dictis duas priores propositiones videtur affirmasse.

Tertiam propositionem suadet his verbis. quod potest Adā mortuo omnes simus mortales effecti, aperte & multis demonstrauit. Quod autem in questione cadit est, quia id de causa factum est: quod si quis vestri querat dicitur, id dicemus q̄ non solum nihil notamenti accepimus a morte huius mundi & condemnatione si sapuerimus: sed mortales effecti lucrum etiam fecimus: primum: hoc videlicet, ut mortali in corpore non peccemus: deinde ut infirma habeamus philosophiæ argumenta. Nam ut & modum seruum temp̄ erates, composuit, ac sedati simus, itēq; vitiositati, omni liberrati, & presentanea & expectata mors suadet: cū hisce autem seu potius ante hæc ipsa & plura alia at ruit bona, &c. hucusq; Chrysolomus.

Erasmus in annotationibus quinti capitis ad Rom. & Iacobus Faber in Apologia suorum commentariorum in Paulum ex prædictis Chrysolomi testimonijs nuntur defendere id quod ipsemet in expositione quinti capitis ad Rom. de peccato originis perperam scripserunt, affirmantes peccatum originis nihil aliud esse quā obligationem humani generis ad mortem corporalem ex noxa primi parentis contractam.

Disputat Doctores scholastici de hac questione. 2. sententia dist. 30. vsque ad. 35. & S. Thom. 1. 2. q. 81. & 82. & 83. & ad questionem prop̄positā respondet vnicā conclusio ne affirmatiua, quæ est. Secundo fidem tenendum est quod omnes peccet Christum ex Adā destituti culpam originalem contrahunt. Probat ex illo Rom. 5. Mors in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt, & quia alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ est per Christum, quod est erroneum: aduertendum tamē nullus est ex Thomis: existimare. D. Tho. hoc articulo afferere esse de fide Beatā Virginem in originali culpa fuisse conceptam, quod tamen falsum est. Sed S. Thom. conclusio est B. Pauli, scilicet, omnes in Adā

peccauerunt, quæ lex vniuersalis est, quod omnes ab Adā per carnis generationem propagati in originali culpa sunt concepti. Quod verò ex privilegio particulari quis liber sit ab illa lege, S. Thom. non damnat tanquam sit contra fidem, sed tanquam opinionem probabilem tenet: & hoc patet ex p̄lo: nam illa lex, Non videbit me homo, & rursus viuere, vniuersalis est, & tamē de Moise & Paulo Doctores sacri affirmant, eos Deum vidisse, qui licet postea vineret quia id fuit ex privilegio speciali, lex in suo rigore vniuersali permansit: & ideo quod in nobis sacramentum baptismi operatur, id in Beata Virgine speciale privilegium effecit. Quod ante concilium Milebitanum diffinitum est. I. vel omnes ab Adā descendentes in peccato originali esse conceptos, & nuper Concilio Tridentino, sessione. 5. sub Paulo 4. Si quis Adæ præuentionem, sibi soli & non eius propagini afferit nouissime acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam quam perdidit sibi soli & non nobis eam perdidit se: aut iniquitatem illum per inobedientiam peccatum mortem & penas corporis tantū in omne genus humanum transfundisse: nō autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit, cūm contradicat Apostolo dicenti, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Postquā diffiniuimus peccatum Adæ per originem in omnes homines pertransisse, assertionemque hanc esse de fide, & Concilii, & S. Tho. id diffiniunt ex Paulo ad Rom. 5. per vnum hominem, &c. queritur an sint alij loci ex quibus heretici possint educti: Augustinus multa congregauit contra Pelagium, qui hanc heresim phibebatur, & præcipue se primo tomo lib. 1. aduersus Iulianum, & Pelagium. Et Paulus alijs etiam locis id affirmat, & eodē, c. inquit, Ut quid enim Christus, eū adhuc infirmi essemus secundū tempus pro impijs mortuus est, & commendat charitatem suam in nobis, quoniā cū adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est: & eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. Et constat, q̄ nō loquitur de inimicitia quæ est & contrahitur per actuale peccatū, alijs nō pro omnibus qui ante usum rationis discedunt, mortuus esset. Et psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et plures alij loci sunt in scriptura qui id manifestant, &

Cœcilium Tridentinum.

Rom. 5.

Ephē. 2.

Psal. 50.

probant, quidquid heretici ganniant.

Circa modum verò, quo originale traducitur, plures assignat Doctores scholastici modos. Clarior ceteris est supposito q̄ duplex est processus natura: aliquando enim personam naturam insicit, aliquando vero naturam personam, Adā autem aliquando fuit tota natura, eo modo quo omnes homines qui fuerunt, sunt, & erunt, si omnes simul essent, vnica natura dicerentur: sicut nunc & collectio ciuium Lucenium totam posteritatem representat, sic & Adā: quia ciues qui nunc sunt omnem posteritatem obligare possunt, sicut de facto presentes pro se: & pro sibi successoribus se astringunt, & sicut se omnes obligant, sic & alios, ac si vnusquisque in particulari se astringeret. Similiter ergo & Adā, quia cūm aliquando fuit tota natura, sicut se, ita, & totam posteritatem potuit obligare. Secundo supponendum est, quod Adā originale iustitiam suscepit nomine totius naturæ, hac lege, quod si ipse eam seruauerit, omnis eius posteritas in ea succederet, & hoc ex natura generationis, non quod generatio iustitiam produceret, sed quia erant filij Adæ, ideo Deus illam donabat. Similis conditio fuit si amisset, vnde quia patrum fecerat pro se, & pro sua posteritate, ideo ratione generationis, quia peccando iustitiam originalem amisit, sicut pro se, ita & pro nobis eam perdidit. Simile est, si rex daret donū alicui pro se & sua posteritate, talis si in regē peccaret dominiū perderet pro se & sua posteritate. Et quia culpa infecit naturā Adæ, illa infecta, quādo patres traducit liberos, proles infecta nascitur ab illo supposito Adā infecto. Hoc ergo modo intelligit Sanct. Thomas originale traduci. Et quia peccatum Adæ fuit voluntarium, & ipse gerebat vicem naturæ, ideo in nobis etiam voluntate interpretatiua est etiam voluntaria, sicut & conuerso per Christum Dominum omnes in gratiam venimus, in peccato enim prius eramus quia Deo ingrati, quia filij Adæ: sicut si ciuitas aliqua iniuriam Regi inferat, postea omnes Regi sunt ingrati: similiter ergo de Christo Domino, quia ipse fuit Deo gratissimus, ideo filij eius iam grati sumus Deo. Et hoc est quod Paulus inquit, Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines pertransiit. Et infra, Sed non sicut delictum ita & donū, si enim vnus deliquit

multi mortui sūt, multo magis gratia Dei & donū in gratia vnus hominis Christi in plures abundauit, hoc est, sicut per vnum hominem ingrati facti sumus, sic & per alium grati. Et hoc est quod alibi Paulus dicit, Cuius gratia vos estis saluati. Hoc est illa gratuitas Christi fuit causa quod nos essemus grati.

Dubium tamen est, an hoc quod ex Adā contrahimus verè & propriè sit peccatum, & an sit vera & propria culpa? Videtur enim quod non sit verè & simpliciter peccatum, quia non est voluntarium simpliciter in paruo, licet in primo parente voluntarium fuerit. Communis schola Theologorum tenet originale esse veram culpam, & verè & propriè peccatum, & non solum obligationem ad penam. Nam Durandus illud quod asseruit. 2. dist. 30. quaest. 2. q̄ originale paruulo non est propriè peccatum, neque verè & propriè culpa, est erroneum: quia asserere quod propriè non est peccatum, idem est ac si diceret q̄ non est peccatum, sicut asserere quod propriè non est homo, est dicere, non est homo: & asserere, hoc absolute non est tale, est dicere, quod non est tale: si ergo originale propriè non est culpa, ergo non est culpa, sed Paulus vocat culpā: tenent dū ergo est simpliciter verè & propriè esse culpā & peccatum. Et in puero asserimus originale simpliciter esse voluntarium volūtate propria, quia est eadē eadē voluntate primi parentis: sicut peccatū quod est in manu est voluntarium simpliciter, nō voluntate ipsius manus, sed totius suppositi: idque sufficit ut in puero sit verè peccatum: fat enim est ad id, voluntatem primi parentis legem iustitiæ originalem pro se & sua posteritate suscepisse. Secundo dico, fat esse ad hoc q̄ originale puero sit voluntariū, primū parentē fuisse autorem totius naturæ, & voluntariū peccasse: & illud idem quod in primo parente formaliter sit voluntariū, interpretatiua est voluntarium in puero. Sicut baptizatus puero est voluntarius, quia interpretatiua consentit in voluntate parentum. Et quod originale sit paruulo voluntarium, & verè & propriè sit peccatum diffiniuit sancta Synodus Tridentina, sessione quinta, cap. 3. Si quis hoc Adæ peccatum quod origine vnū est, & propagatione non imitatione transfusum, & in omnibus inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remediū asserit tolli quā per medium vnus mediatoris Christi Iesu Domini nostri, qui nos Deo reconciliauit san-

Originale an verè & propriè sit peccatum

Cœcilium Tridentinum

Acto. 4

Ioan. 1

Galat. 3

Rom. 5

Rom. 5

guine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & receptio: aut negat ipsum Iesu Christi meritum per baptismi sacramentum in forma Ecclesiae rite collatum tam adultis quam parvulis applicari, anathema sit. Quia non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri. Unde illa vox, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, quicumque baptizati estis, Christum induistis.

Ad maiorem huius materiae intelligentiam, quia multi intelligere nequeunt quomodo originale traducatur, explicabo comparatione quam Paulus facit Rom. 5. redemptio Christi sic se habuit in ordine ad nos, cum inimici essemus Dei, qui cum tantum Patri placuit, facti estis quod omnes fratres Christi essemus, & Dei amici facti sumus, quia ille fuit Deo Patri charissimus: sicut inter homines accidit, quod quia aliquis est regi gratus, omnes eius consanguinei sunt eidem grati: sic & in presenti quia Christus Patri fuit gratus, nos Deo gratos efficit, & in baptismo Christi fratres & filij Dei efficiuntur: de contra accidit aliquem tantum regi displicere, quod omnes eius consanguinei illi sunt ingrati: sic ergo nobis in Adam accidit. Deus enim tam gratum illum condidit, quod si non Dei preceptum transgrediretur, omnes eius posteritas, in gratia nasceretur & in amicitia Dei, solum quia filij Adae: sed quia praevicatus est pactum quod cum Deo virtualiter pepigit, tantum Deo displicuit, quod omnes nascimur Deo ingrati, & in ira eius: & haec est vera offensa & culpa positiua. Simile aliud est postquam quis peccato actuali peccavit, transiit peccato actuali, antequam poeniteat, manet in illo culpa aliqua, & ex hoc quod peccavit vere est in peccato, & manet in vera offensa & in inimicitia Dei, non solum negatiue, sed positiue etiam si dormiat, sicut ergo ex peccato actuali iam praeterito manet in nobis offensa quaedam qua Deo displicuimus, & sumus Deo ingrati, & Deo indigni, non solum negatiue, sicut qui regem nunquam nouit, sed positiue, quia cum cognosceret, eum offendit: sic ergo & nobis euenit. Et ideo Paulus ait, Cum inimici essemus, & pro isto vix aliquis moritur, pro iniustus & inimicus quis ponet vitam? Haec ergo inimicitia & iniustitia vere & proprie vocatur peccatum: ponit enim Deus legem facere, quod quidquid noster primus parens faceret, nobis imputaretur, & sic factum est.

Ad quaerendam communem in secularium, quae est, cum Deus sit pius & misericors, quare ergo est ratio quare originale illi puero imputetur, etiam cum ipse non deliquerit. Dico primo, quod lex qua Deus cum illo pepigit non est iniusta, quia licet Deus sit misericors, est etiam iustus, & sicut ordinavit quod originale in posterum traduceretur, sic disposuit, quod si non peccaret in iustitia originali nasceremur. Secundo dico, quod si morbus ex culpa successit, remedium in omni statu virtute passionis Christi adhibuit. Tertio dico, quod homini supernaturale est Deum videre: & sicut brutis non fit iniuria ex eo quod illis denegat Deus gloriam, non enim illis debita sicut homini, est, permittit quod in originali oriatur: sed donum Dei maximum est, statim quod nascitur remedium baptismatis inuenire, quo si tingatur ex opere operato absque ulla dispositione ex parte pueri iustus efficitur non ergo fit iniuria homini, cum ex suis naturalibus gloriam consequi non possit. Simile est si in naturalibus relinqueretur, quae iniuria illi fieret vere nulla. Si enim duo pueri discedant vnus in puris naturalibus, alter in originali, tales post presentem vitam eodem omnino modo se haberent, dato ergo Deus legem illam statuerit, quod peccatum Adae nobis inhereret ex illo pacto nihil peius haberemus quam si in puris naturalibus discederemus: solum haec esset differentia quod in nobis poena diceretur, non autem in illis qui in puris naturalibus nascerentur. Ex quibus constat Deum ex hoc pacto & lege non debere alicui rigidum videri: est enim in omnibus suis operibus sicut iustus sic & misericors.

At quia circa quiditatem originalis culpe sunt variae controuersiae inter scholasticos Doctores, quid tanquam vere ius & probabile amplectendum sit sequentibus propositionibus expono. Prima propositio fundametalis sit. In Adam eius peccatum, nulla qualitas fuit in eo generata, nec morbida, nec non morbida, neque in corpore, neque in anima, neque habitus, neque aliquid quicquam: sed natura sic fuit relicta ac si in puris naturalibus esset creatur. Et probatur ratione communi, quia pluralitas sine necessitate ponenda non est: sed omnibus seculis saluantur, quae fides de originali tradidit, quod ex eo patet quia vires inferiores, & appetitus sensitius sine ordine rationis in obiectum delectabile fertur secundum vltimum suum potentiam: talis ergo qualitas vel habitus non est necessario ponendus. Secundo quia Adam per priorem culpam non amplius infecit carnem

Luc. 10.

1. propositio.

2. propositio.

1. propositio.

eam quam per secundam, sed per secundam non est genita morbida aliqua qualitas, neque infectam est corpus, ergo neque per primam: maxime quia talis imaginatio fundatur non habet in scriptura. Et quod adducitur de homine vulnerato tam in naturalibus quam in gratuitis, dicimus primo, quod originale ipsum est praevicatio iustitiae, & vulneratio naturae absolute considerata: natura enim nostra cum sit naturalis, eius viuere est secundum rationem, & quod non viuat secundum rationem, vultus est naturae. Secundo dicimus, quod natura vulnerata dicitur, quia ex actibus peccati mali habitus generantur, per quos natura prior fit ad peccandum. At dices, si originale non est qualitas aliqua, unde ergo habet rationem peccati? Dicimus, quod ex eo quia dicitur priuationem iustitiae, positus enim duobus, altero in puris naturalibus, & altero in originali, nihil aliud est in vno, quod non sit in altero: nisi quod in isto est peccatum, in altero vero non, quia in isto est priuatio iustitiae originalis, in altero non. Secunda propositio. Fomes concupiscentiae carnalis, languor animae, tyrannus carnis, idem omnino significant, & pro eodem supponunt, & non dicuntur qualitate aliquam, unde ergo habet rationem peccati? quia haec deordinatio provenit à carentia iustitiae originalis, ideo dicitur fomes peccati, lex membrorum, concupiscentiae carnis, &c. Propositio haec probatur ex eo quia totus effectus concupiscentiae carnis & legis membrorum saluari potest sine hoc quod quolibet istorum sit aliqua qualitas, non ergo sunt ponenda. Tertia propositio, fomes, concupiscentiae carnis, lex membrorum, & similia non distinguuntur realiter à potentijs naturalibus, sed sunt ipsae potentiae inordinatae & repugnantes rationi, quae in rigore sunt nomina dispositionis, quia tollunt armoniam quae erat inter ipsas potentias & dispositiones, & iustitiam originalem, cuius ratione dispositiones has statui innocenter contrarias, concupiscentiae carnis, & legem membrorum nunquam eupamus. Probatio huius propositionis est eadem cum praecedentibus, quia superfluum ponere aliquid distinctum realiter ab ipsis potentijs ad hoc quod caro aliquid aduersum spiritum concupiscat, & lex membrorum realiter contra rationem. Tum etiam quia appetitus sensitius de se fertur in bonum delectabile, ratio & volun-

tas in bonum honestum & spirituale. Ita tamen aliquando inter se repugnant, quare repugnantiam impediatur per iustitiam originalem, illa ergo remota sine aliqua qualitate manet contrarietas inter appetitum sensitium & voluntatem. Ex quo inferimus, quod quando Sanctus Thomae ait quaestione 83. articulo 3. originale esse habitum, non vocat habitum qualitate aliqua distinctam à potentia, sed deordinationem ipsam virtutum inferiorum: habitus enim secundum S. Thomae est dispositio inordinata contra rationem: iustitia enim originalis erat ordo ille inter vires animae, originale ergo erit illa deordinatio, cum distincti debeat opposito modo ad iustitiam originalem. Et ideo fit quarta propositio, originale essentialiter non est concupiscentia, neque fomes, neque illa inordinata dispositio potentiarum. Probo, quia totum hoc homini est naturale, originale autem naturale non est, sed delicti poena. Tum etiam quia simul est & culpa, repugnantia autem ista non est culpa. Quinta propositio, originale essentialiter est priuatio iustitiae originalis, neque oportet addere, debite intellesse, ut Anselmus ait. Si enim quis crearetur in puris naturalibus non esset in originali, & tamen iustitia non est ei debita: & in illa particula est addenda, oportet adhuc addere, non per libidinem. Sexta propositio, originale non dicitur solum priuationem, ut inquit Sanctus Thomae loco citato, sed de materiali dicitur concupiscentiam, & fomentem, & alia similia, de formalij vero dicitur priuationem iustitiae originalis. Sicut beatitudo licet supponat pro visione, tamen non stat quod sit visio sine fruitione. Ex quibus constat, quod non oportet ponere qualitates illas, ut Gregorius Ariminensis & alij imaginantur: tam inter hominem creatum in puris naturalibus, & hominem natum in originali non est alia differentia nisi quae est inter hominem nudum & hominem spoliatum: & in re originale est potentia ipsa destituta iustitia originali. Unde si distincte essentialiter deberet, apra distinctio esset haec, originale est auerisio quaedam à Deo, & indispositio ad gratiam, & vitam aeternam, propter peccatum primorum parentum.

Dubium tamen est, an originale solum dicitur priuationem iustitiae originalis, an vltra addat priuationem gratiae gratum facientis? Pro quo intelligendum est, iustitiam

4. propositio.

5. propositio.

6. propositio.

Dubiu' tñ est, an expectanda sit extrema ne-  
cessitas vt inimicis beneficiam? Respondeo,  
Extrema necessitatem no' esse expectanda,  
quia tunc vt in plurimã subuenire nihil vel  
parum illi proderit, maxime ad cõseruatio-  
nem vite; & ideo in graui necessitate subue-  
nire tenetur. Et eadẽ necessitas que me ob-  
ligat ad subueniendũ amico, eadẽ astringit  
subuenire inimico, nõ tamẽ equaliter, sed or-  
dine charitatis seruato. Sed dices animi pre-  
paratio qua ratione me astringet? quo pacto  
paratus teneor esse? Dico nõ teneri quem-  
piam habere actum quo subueniet in neces-  
sitate, sed solum habitualiter, id est, q' nõquã  
necessitas occurrit quin subueniam.

Dubium etiam est, an quæ debemus omni-  
bus sint eadem & communia, vel aliqua  
vnus, & alia alijs, verbi gratia, si cuius est mi-  
hi inimicus, non tamen est consanguineus, casu  
fit mihi obuius in itinere, non saluto il-  
lum, nihil ad rem, quia nõ teneor omnes qui  
bus in itinere obuius salutare: sed est inimic' &  
& consanguineus quem salutare consueui,  
quãdo cõigit q' esset mihi obuius, an teneor  
quidõ est mihi inimicus illum alloqui. Dico  
eadẽ non esse omnibus equaliter debita, &  
ideo si consanguineum inimicum non salu-  
tarem peccatum esset, licet non semper mor-  
tale. Habetur hoc ex illo Matth. 5. Diligite  
inimicos vestros, ex quo intulimus q' quan-  
tum ad cõmunia & vniuersalia nõ debemus  
inimicos excludere, sicut Pater noster egle-  
stis qui solẽ suum oriri facit super bonos &  
malos: sicut ergo Deus solem & pluuiam nõ  
tollit ab inimicis, quia cõmunia sunt omni-  
bus: ita neq; nos cõmunia debemus ab ini-  
micis subtrahere. Sed an si inimicus salu-  
tet me, teneor salutare? Doctores plures affir-  
mãt ita esse, quia salutatio est quid cõmune.  
Sed contrarium, seculis scandalo, est valde  
probabile, quia salutatio non est cõmune,  
quia tamen vt in plurimum scandalu' sequi-  
tur si non re salutem, ne alijs præbeam occa-  
sionẽ scandali, consultus est omnem salutan-  
tem salutare. Sed an teneat iniuriam re-  
mittere inimico? Distingunt Doctores, quia  
si iniuriam remittere sit odium interius, &  
rancorem amouere teneor; esto, is qui me  
offendit non petat veniam. Quod constat  
ex illo Lucæ. 6. Dimitte, & dimittemini.  
Et Matth. 18. Remittite, & Pater meus re-  
mitteret vobis. Quantum ad damnum tanten  
quod mihi intulit, nõ teneor remittere, sed  
possum contra illum in iudicio agere, donec  
mihi satisfaciãt damnum quod intulit, & iu-

dex penas iuris in illum exequatur. Sed an  
liceat signa rancoris inimico ostendere? Di-  
co id non licere, sicut enim non licet odium  
interius habere, sic nec ostendere signa que  
sunt manifestatiua & positiua interni odij.  
Alia verò signa, quæ odium non exprimunt,  
sed tantum ostendunt, nolle cum illo con-  
uersari, id peccatum non est. Notandum ta-  
men contra excusationem communem eor-  
um qui inimicitiam cũ aliquo longo tem-  
pore conseruant, qui dicunt, ego non habeo  
odium cõtra personam Petri, sed detestor  
malum & iniquitatem eius, quod est valde  
difficile odisse malum, & iniquitatem inimi-  
ci, & non personam semper manet scrupu-  
lus, sunt enim adeo coniuncta persona &  
iniquitas inimici, quod vix vnum potest  
ab alio separari, nam cõscientia mille testes  
etenim cũ quis dicit, non opto malã Petros,  
sed abhorreo maligna opera ipsius, Deus il-  
li parcat, semper conscientia ferẽ cõtrarium  
clamat.

Dubiu' vltimũ in hac materia est, an liceat  
mala precari inimicis? Ad hoc per sequẽtes  
cõclusiones satisfacio. Prima cõclusio, optare  
inimicis mala spiritualia nullo modo li-  
cet, grauissimum enim peccatũ est optare il-  
lis peccata, vel damnationem: ratio est, quia  
ista in bonã finẽ ordinari nequeunt, & ideo  
simpliciter hoc nõ licet, de peraccidẽs benẽ  
licet, vt optare mortẽ Turcis, qui hostiliter  
nos debellãt, ex qua morte sequitur damna-  
tio illorũ. Secũda cõclusio: licet optare ini-  
micis paupertatẽ, & q' cadat ab honore: ra-  
tio est, quia ego mihi ipsi possum ista opta-  
re, & inimic' sibi, ergo & ego illi. De morte  
est dubiu', si nõ sit hostis, an liceat illã optare  
inimico? Tertia cõclusio: dico q' eadẽ est ra-  
tio de bonis tẽporalibus, & de vita, nã vita in  
ter bona temporalia cõputatur, vnde quan-  
do bona temporalia sunt mihi nocũmento,  
vel reipublice, vel illi qui ea possidet, tũ li-  
cet illa mala optare, quia sunt nocũmenta,  
& impediunt consecutionem boni finis: hac  
ergo ratione licet illis optare mala tem-  
poralia, vt à malo respiciant, & conuer-  
tantur in bonum, aliã enim si non sunt no-  
cũmata nobis, nec reipublice, neque ip-  
si inimico, optare illis mala non licet, id  
enim peccatum est. Et idem est de vita nam  
si est hostis, qui patrem meum occidit, li-  
cet mihi optare illi mortem à iudice, quia  
licet accusare, & desiderare quod iudex  
munus suum exequatur. Et si non timeo  
ab illo mortem, non mihi licet optare illi

1. Cõclusio

2. cõclusio

3. cõclusio

illi mortẽ priuatã, si tamen est hostis à quo ti-  
meo mortem, est more humano vitam non  
possum saluare, tunc si nulla pateat via qua  
possum vitam conseruare, licet mihi illi opta-  
re mortem, quia hoc ad defensionem reduci-  
tur, defendendo autẽ me possum illũ occide-  
re, possum ergo optare q' Deus illum de me  
dico tollat, vt vitam propriam saluem.

Pro defensione Chrysofomi ex doctrina  
posita cõstat solutio, & quatenus tangit obli-  
gationem iuramenti cõmunis doctrina theo-  
logorum est, per creaturas quasi eis Diuinã  
reuerentiam exhibentes nullo modo iurare  
licet in dubijs & ambiguis. Similiter iura-  
re non licet, ne temere iurem' inter perse-  
ctos, & religiosos, & qui statum perfectio-  
nis Christiane profitentur. In causis inter  
ipsores vel sanctibus nullo modo iurare licet.  
Duo priores gradus vim habent præcepti  
tertius assignatur inter cõsilia perfectis tra-  
dita, vt Bernardus inquit sermone. 65. super  
Cantica canticorum inuehens contra quos-  
dam hæreticos, dicentes non esse licitum iu-  
rare, esse tamen licitum peierare: sic ait. Pa-  
ter vos & superstitiose obseruare de iuramẽ-  
to, & flagitiose præsumere, & de periurio ob-  
peruersitatem quod ad cautelam cõsultum  
est, videlicet non iurare, hoc isti mandati vi-  
ce itã contentiose obseruant, & quod immo-  
bili iure sancitum est non peierandum, scili-  
cet, hoc tanquã indifferens pro voluntate di-  
spesant, de quo vide supra tomo. 3. ad. 6. que  
sunt. Ad id verò quod de inimicis diligen-  
dis inductum est, ostendimus dilectionẽ in  
cõmuni & vniuersali indifferenter omnibus  
& omni tempore amicis & inimicis exhibẽ-  
dam esse. Dilectionem verò in particulari  
inimicis esse exhibendam tempore neces-  
sitaris: at verò extra necessitatem inimicis  
actu & affectu diligere perfectionis esse cha-  
ritatis. Primus & secundus gradus cadũt sub  
præceptum, vltimus est in cõsilio. Et iuxta  
hanc doctrinã interpretandus est Chryso-  
stomus primo loco de compositione cordis,  
vbi ait, Dilectionem inimicorum non esse  
cohortationem, sed visionem. Solutur etiã  
ex hac doctrina dictũ illud Augullini q' Lutherani  
aduersus scholasticos allegãt ex  
sermone eius de tempore. 61. vbi sic habet,  
Dominus in Evangelio vt inimicos dilige-  
re debeamus non dedit cõsiliũ, sed præ-  
ceptum. Aliud est cõsiliũ, aliud est præ-  
ceptum, cõsiliũ datur, vt virginitas con-  
seruetur, vt à vino & carnibus abstinẽ-  
tur, vt vendantur omnia, & pauperibus

erogentur: præceptum datur, vt iusticia cu-  
stodiat, vt homo diuertat à malo, & fa-  
ciat bonum. Et sic præcipit Dominus, dilige  
inimicos vestros, benefacite his qui o-  
derunt vos, scilicet, in cõmuni, & in casu  
necessitatis.

QVINTVM QVAESI-  
TVM.

An passiones naturales fuerint in  
homine ante peccatum.



Chrysofomus, homi. 13. in  
illa verba, ego autem carnalis  
sum venidatus sub peccato. Rom. 7.  
asserere videtur, passio-  
nes naturales concupiscibi-  
lis & irascibilis non fuisse  
in homine ante peccatum, sed statim post  
peccatum ex necessitate mortalitatis intras-  
se in hominem, ita enim ait, In homine vna  
cum morte & affectum turba introijt, cum  
enim corpus mortale effectum est, tum ne-  
cessario admittit concupiscentiam, iracun-  
diam, & dolorem, &c. Et infra. Isti enim af-  
fectus hand quaquã erant, sed illorum im-  
moderatio effragata hoc efficiẽtia. Et hom.  
18. in Genesim asserit concupiscentiam rei  
venereę subintrasse in hominẽ post pecca-  
tum, cum antea nulla fuisset, eius verba sic  
habent, Ante inobedientiam primi paren-  
tes Angelicam vitam imitabantur, & nul-  
l' de re venerea sermo erat, quomodo enim  
potuit cum neque corporalibus necessitati-  
bus obnoxij fuerint? itaque ab initio virgi-  
nitas palmam principatus accepit, sed post-  
quam per desiderium peccatum intrauit, & ad-  
ditus patrefactus est his que peccati sunt, &  
illa quidem aboluit, vtpote ab his qui in di-  
gnitate virtutis magnitudine facti erant, sub  
intrauit autem rei venereę lex. Et infra:  
Postquam enim per inobedientiam intra-  
uit peccatum, & sententia mortales illos  
fecit, consequenter omnipotens Deus secu-  
dam suam sapientiam, humani generis du-  
rationem gubernans concessit per coitum  
auctum rei nostrum genus. Hæretici ex  
adductis impingunt Chrysofomo q' con-  
tra communem Theologorum diffinitio-  
nem docuerit, affectus mortalium inordi-  
natos, & inatam concupiscentiam peccati,  
non esse peccatum.

Disputant Doctores scholastici de hac quaestione. 2. sentent. dist. 20. & S. Thom. 1. par. q. 95. art. 2. ubi suppositis distinctionibus, respondet per tres conclusiones, supponit enim duplices passionis esse, alias de bono obiecto, ut amor & gaudium, alias de malo, ut timor & dolor. Prima conclusio, in illo statu non poterunt esse passionis de malo obiecto, probat ex Augustino. 12. de ciuit. Dei, Vbi ait, Omnes illae passionis quae respiciunt malum in Adā non erant, ut timor & dolor. Secunda conclusio, in illo statu bene possent esse passionis de bono obiecto, ut gaudium & amor. Tertia conclusio, passionis quae fuit sentin Adā de bono obiecto, fuissent valde ordinatae, in illo enim statu inuocētiae appetitus inferior erat rationi totaliter subiectus, vnde non erant in eo passionis animae nisi ex rationis iudicio consequentes, & hoc relinquit S. Thom. tanquā per se notū, quia haec sunt naturales, & nullum malum in homine ponunt.

Doctores scholastici loco citato continentur contra S. Tho. nullum inconueniens esse afferere in statu illo esse posse passionis de obiecto malo, postea enim puer vnus alterum percutere, & mater de tali malo filio illo naturaliter trislaretur. Sententia in S. Thom. probabilior est, nam alij inconueniens reputant in statu illo damna & corporalia mala reperiri, similiter ergo, inconueniens esse reputare debere esse passionis, probo quia iste passionis licet non multum ledant, felicitatem tamen minuant. Ad rationes illorum dico, qd Deus ne essent talia nocumenta prouideret, & sic nec passionis insurgerent. Dubium maius est, an in statu illo possent esse passionis de obiecto bono, praeternientes vsum rationis? & qd in illo statu non essent ratio est, quia cū tales passionis essent imperfectiores, non ergo in statu illo se cōpatebantur. Tum etiam quia appetitus rationi erat subditus, & vires inferiores rationi: & ideo affirmandum est & tenendum, qd in illo statu non fuissent passionis vsum rationis praeternientes, sed omnes erant volitae & ordinatae sicut de Christo Dño affirmam⁹ in illo non fuisse passionis naturales, sed p passionis, quia omnes erant deliberatae & imparate a ratione. Et haec sententia videtur esse de mente S. Thom. Nec valet passiones ille sunt in deliberatae, ergo peccata esse nequeunt, & ex consequenti, neque est inconueniens in illo statu fuisse. Dico qd licet peccata non sint, sunt tamen imperfectiones, &

ideo negam⁹ illas in illo statu fuisse. Ex quo deduco statum illum Adā quae ad hoc perfecte gratiam fuisse statum cuius fas sancti etiam in gratia confirmati, quia in tali possunt esse motus primo primi, non autem in Adā.

Dubium tamen est Adā per quid esset praeseruat⁹ ab huiusmodi motibus primo primis? Scholasticorum Doctores in sententia loco citato est, qd praeseruat⁹ esset ab illis per iustitiam originalem existentem in eis anima, & per alias qualitates in singulis potentis existentes, per quas singulari potentiae rationi subdebantur. At nos dicimus, nō opus esse in singulis potentis qualitates huiusmodi collocare, sed ad hoc vt omnes vires inferiores subditae essent rationi sufficiens erat sola iustitia originalis existens in essentia animae cum ceteris virtutibus communibus: nam sicut per iustitiam originalem homo Deo erat subditus, sic & omnes potentiae, & vires inferiores subditae erant rationi.

Pro defensione Chrysostomi primo ad haereticos respondeo eos perperam exponere sancti viri dictum, quod quidem referendū est non ad affectus mortalis hominis post lapsum Adā corruptos, sed ad illos adhuc in regno assuetos quos homo in sua prima formatione acceperat. Secundo ad alia dicta Chrysostomo in dico, non esse intelligenda de ipsis naturalibus affectibus qui in homine ante peccatum fuerunt in prima natura suae conditione inditi, sed de perturbatione & excessu affectuum qui peccata fecerunt. Vnde prudenter Chrysostomus non dixit, post peccatum introisse affectus, sed affectuum turbam, hoc est, perturbatione & excessum. Possunt etiam haec ipsa verba aliqua ex parte ad vsum & exercitium naturalium passionū referri, nam rei venerere vsum & stimulos ac dolores sensuum post Adā lapsum incepisse constat.

SEXTVM QVAESITVM,

An lex Moysi minora praecipiat quam lex naturae.



Chrysostomus, homi. 13. in epistolam ad Rom. in enarratione hui⁹ clausulae, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, Rom. 7. inquit tantam fuisse Dei indulgentiam, vt in lege Moysi minora aeterniora praecpta dederit quam in lege naturae. Quam

sententiam duplici argumento demonstrat, his verbis, Deus in lege scripta homines nō ad carnium pertraxit pollicitam, sed permisit peccatis illos frui, pluribus vxoribus vt non prohibens & ire gratificari quod iustū esset, & voluptatum moderatam vsum habere, deique tanta erat indulgentia, vt scripta lex minora exigeret etiam quā naturalis lex ditaretur naturae lex virum vnum mulieris vnius consuetudine contentū esse iussit, quod & Christus indicans ait, Quia ab initio fecit marem & feminam eos fecit. At Moysi lex, neque haec repudiari, nec illam repudiare in locum admittere prohibuit, neque duae quominus eodem habeatur tempore interdixit. Praeter id autem videas quae ante Moysi legem vixere sub naturali lege eruditi eos plura praestitisse, quae in Moysi lege contenta essent.

Disputant Doctores scholastici de materia huius quaestioni. 2. sent. dist. vltima, & S. Thom. 1. 2. q. 98. artic. 5. ubi respondens quaestioni, An omnes homines obligabatur seruare veterem legem, respondet supposito, qd lex vetus superaddebat quaedam propria praecpta super praecpta legis naturae, duabus conclusionibus. Prima conclusio est, Quantum ad illa quae vetus lex continebat de lege naturae totus orbis tenebatur eam seruare, puta decem praecpta decalogi, quae ex iure naturali sequuntur, lex autem naturae omnes obligat. Secunda conclusio, quantum ad ea quae superaddebat legi naturali vt sunt caeremonialia & iudicialia, solus ille populus tenebatur: data enim lege, concessum est praerogatiua speciali vt ille populus ceteris gentibus superemineret ratione sanctitatis Patriarcharum & Prophetarum, tum etiam ob reuerentiam Christi qui in lege veteri includebatur: sicut modo clerici praerogatiuam quandam habent supra laicos, & religiosi inter seculares. Vnde licet totus populus nunc nō teneretur legibus clericorum, ita & tunc nec totus orbis legi Iudeorum tenebatur. Circa primam conclusionem.

Dubium est, An Gentiles tunc ad decem praecpta tenerentur eodem modo quo Iudaei? S. Thom. videtur affirmanter respondere. Sed nos dicimus quantum ad genus obligationis totum orbem teneri sub poena mortalis: ius enim naturae omnes obligat, praecpta enim illa sunt de grauiusimis reb⁹, & inferuntur ex iure naturali, ergo omnes obligantur sub poena mortalis. Est tamen duplex differentia, Prima, Gentiles aliquod il-

lorum praecptorum forsā poterant inuincibiliter ignorare, vt an fornicatio simplex peccatum esset, quod Durandus stādo in lege naturae ignorauit, vel fumere alienum in graui necessitate, quia haec non euidenter deducuntur ex principijs naturalibus: Iudaei tamen id non poterant inuincibiliter ignorare quia lex iam erat illis expressa. Secunda differentia quia Iudaei grauius peccassent quā Gentiles, etiam quā illi qui nō ignorabant, ratio est, quia praecptum Diuinum aliquid addebat supra ius naturale. Et hoc est quod Paulus inquit, Lex subintravit vt abundaret delictum. Circa secundam conclusionem.

Dubium est, An Gentiles legem Iudeorum possent recipere? Dico duo, Primi leges caeremoniales Iudeorum poterant recipere tanquā leges posituas proprias, & in suis ciuitatibus illas statuere: sed tunc nō essent illis leges Diuinae, neque circumcissione illis deleretur originale, quia ad illum effectum soli populo Iudeorum fuit lex data, & illis qui in suam coloniam transirent. Secundo dico, qd Gentiles si velint ad coloniam Iudeorum transire, & legem scriptam recipere, poterant: quia ita dispositū est Exodi. 12. Exodi. 12.

Sed an legem Iudeorum possent in partem recipere, & non in totum? Verbi gratia, An poterant circumcissionem, tanquā legem Diuinam, recipere, & tamē quoad omnes alias caeremonias non tenerentur? Ad hoc dico esse valde probabile, & vero simile, post legē datam nullum circumcidi potuissent tanquā de lege Diuina, & vt populus Iudeorum faciebat quin ad totam legem Iudeorum teneretur, quod ex Paulo constat, qui ad Galatas, qui circumcidi volebant, ait, Quod talis debitor est vniuersae legis. Tum etiam, quia sicut nunc baptismus est professio totius legis Christianae, ita & tunc circumcisio: baptizatus autem ad totam Euangelicam legem teneretur ergo & circumcisus ad totam legem scriptā tenebatur.

Pro defensione Chrysostomi respondemus, quod quando inquit, lex Moysi minora praecipit quam lex naturae, intelligi debet, quod ad vim punitiuam: multa enim impune permittebat, quae tñ apud Deum culpa nō carebat. Et ideo Chrysostom⁹ prudēs dixit, qd lex vetus permisit illos pecunijs frui, & libellū repudiij dare, & scribere, sicut & lege etiā Euāgelica lupanaria permittuntur ad maiora mala euitāda: vnde sicut lex Euāgelica illa quae permittit nō approbat, sic & lex veteris.

Exodi. 12.

Galat. 5



SEPTIMVM QVAESITVM.

An coeli ob peccatum Adæ corruptibiles et dissolubiles effecti sint.

**H**rysostomus, homi. 14. in epistolam ad Roma. in enarratione huius clausulae, Vanitati creaturae subiecta est non volens, Sentire videtur elementorum & coelorum corpora ob primi hominis peccatum facta esse corruptioni & interitui obnoxia, quòdque in corruptionem & immortalitatem recipient in resurrectione vltima. Verba eius haec sunt, Quid hoc sibi vult vanitati creaturae subiecta, corruptibilis effecta est, inquit, cuius rei gratia, & quamobrem, propter hominem nam postquam corpus tuum mortale fecisti, atque passibile, terra ipsa quoque maledicto subiecta, spinas protulit & tribulos: quòd autem & celum vna cum terra senescens tandè in meliorem statum sit transferendū audi Prophetam dicentem, Domine ab initio tu terram fundasti, & opera manuum tuarū sunt caeli, tu autem permanses & ipsi peribunt, & omnes vt vestimentum veterascent, & tā quā vestem mutabis eos & mutabuntur. Esaias quoque eadem asserit dicens, Suspici te celum, & respicite terram, quoniam celū vt fumus deficiet, terra sicut vestimentum senescet, qui autem ipsam incolunt instar illorum peribūt. Vides ne vt vanitati seruiat vniuersitas, & quo pacto liberanda sit à corruptione? ille enim ait tanquā vestem mutabis eos, & mutabuntur. Esaias autem dicit, Qui verò terram incolunt, instar illorum, peribunt, non penitus abolenda significās, sed temporalis eorum interitus erit per quē etiam ad immortalitatem transibunt, quemadmodum & natura omnis condita. Et infra concludit, Quid dolēs in rebus aduersis? An non tu tui solius causa pateris? Mundus autem propter te omnis, & si mundus ipse sperat atque confidit, scilicet, quod in melius commutabitur qui propter te conditus est, multo magis & tu speralere debes, ob quem mundus bonis illis fruatur: sic & parentes facere consueuerunt vbi filius in altiori gradu expectandus sit, seruos enim nobis & splendidioribus vestibus induunt ad gloriam eius, sic igitur & Deus fabricā hanc inducit

immortalitate in libertatem gloriae filiorū. Homi. 10. ad populū Antioch. apposuit verba his consona, dicens, Deus mirabilis & magnū fecit mandum, sed corruptibilem & marcescibilem, & ipsius imbecillitatis multas misuit demonstrationes: Dauid enim demonstrans quòd & si pulchrum & magnū, tamen est corruptibile, sic inquit, Initio tu Domine terram fundasti, opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt, tu autem permanses, & omnes sicut vestimentū veterascent, & sicut operitorium mutabis eos, & mutabuntur. Et de sole inquit, Idem, tanquā sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad curredam viam. Vidisti ipse pulchritudinem? vidisti magnitudinem? vide & imbecillitatis eius demonstrationem: nam de hoc sapiens dicebar, Quid lucidius sole? & hic deficiet. Et infra, Non de celo & terra sigillatim vobis dicemus, sed de omni pariter creatura, de qua Apostolus, Omnis creatura corruptioni nunc seruit, sed expectat quòd liberabitur à seruitute corruptionis, quando resurgemus.

Ambrosius lib. 1. Hexameron. c. 6. refert lens eos, qui celos ponunt incorruptibiles, & ex quinta quadam substantia constantes, ita scribit, Aetherū corpus caeli stellarūque philosophi arbitrati sunt quintam quandā naturam corporis esse, quòd diuinam caeli putarent mansuram esse substantiam. Sed non ista opinio prophetice potuit obuiare sententiae, quā Diuina Iesu Christi maiestas in Euangelio comprobauit. Dixit enim Dauid, Principio tu terram fundasti Domine, opera manuum tuarū sunt caeli, &c. Quod adeò probauit in Euangelio Dominus, vt diceret, Coelum & terra praeiteribunt, meae autem verba non praeiteribunt, nihil ergo agunt qui propter caeli asserendam perpetuitatem quintā corpus Aetherium introducendum putarunt. Praeterea B. Petrus epistola. 2. de celis, hoc testimonium reliquit, Adueniet dies Domini vt fur in quo caeli magno impetu transibunt, terra autem, & quae in ipsa sunt opera exurentur: cum igitur haec omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, expectantes aduentum Dei Domini, per quem caeli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos vero celos & nouā terram, iuxta promissum ipsius, expectam⁹. Ad haec dilectus in Apocalypsi, Vidi caeli nouum, & terram nouam: primum enim coelum & prima terra abiit. Et Esaias, Lenate

Psal. 101.

Psal. 18.

Ecclesi. 17.

Rom. 8.

Psal. 101.

Luc. 21.

1. Petri. 9.

Apoc. 21.

Esai. 51.

in caelos oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia caeli sicut fumus liquefcent. Et rursum, Ecce ego creo celos novos & terram nouam. Ex quibus apparet quòd ob peccatum Adæ caeli corruptibiles & dissolubiles erunt.

Clementis volumine. 2. recogitationum introducit Petrum Apostolum duos celos docentem, vnum superius, & inuisibile, perpetuum, & aeternum, quod spiritus beati incolunt: alterum inferius, visibile, varijs distinctum yderibus, corruptibile, & in consumatione seculi abolendum, vt velamine eo amoto, coeli illud excellens his appareat, qui eius conspectu digni sunt. Deinde lib. 3. eiusdem operis introducit Simoitem Magum sententiae eius repugnantem, & inquit, At Simon ait, responde mihi, & dic si visibile istud (vt vis) celum resoluatur, cur ex initio factum est? Respondit Petrus, Propter vitam praesentem hominum factum est, ne quis forte indignus habitationem caelestium, & Dei ipsius sedem videret, quae his solis qui mundo corde sunt videnda praeparantur. Si non ait, Si conditor bonus est, & mundus bonus, quomodo bonus bona dissoluet aliquando? Si autem quasi malum destruit, quomodo non videbitur malus, qui malum fecit? Petrus ad haec, Audi coslum istud, quod visibile est, & pertransit, siquidem propter semet ipsum factum est, resolui minime deberet: si verò propter aliud, & non propter se factum est, necessario soluetur, vt illud pro quo factū videtur appareat. Sicut, verbis gratia, dixerim tella ouorum quauis pulchre facta & diligenter formata videatur, necesse est tamen eam frangi & resolui, vt inde pullus procedat, & illud pro quo totius oui forma expressa videtur, appareat: ita ergo & humilimodi necesse est transire statum, vt status ille sublimior regni caelestis effulgeat.

Hieronymus lib. 14. in Esaiam refert hanc opinionem Clementis à quibusdam fuisse eò probatam praesentis Petri testimonio. Coeli qui nunc sunt, & terra referuata igni, & elementa ardente soluentur. Itemque Pauli auctoritate dicentis, praeterit figura mundi huius contemplantibus nobis non quae videntur, sed quae non videntur: quae enim videntur temporalia sunt, quae non videntur, aeterna. Et rursum Esaiæ vaticinatio clamatis, Coeli sicut fumus liquefcent. Quod Aquila & Simmachus vertunt, Coeli comminuentur in nihil, & in falsi modum conterentur, & euanescent, & nota Hieronymus, hanc fuisse phi-

losophorum quorundam opinionem existimantium omnia quae cineris igne peritura. Eusebius lib. 19. Euangelicorū preparationis scribit hanc fuisse Stoicorum doctrinā, in quibus omnium veritissimū Zeno, Cleantes, & Chryssippus, tradiderūt, omnia post longos anni circuitus in ignem aethereum resoluenda.

Oecumenius propositum Petri locum in collectaneis suis examians, contrarium asseruit. f. caelos neque perituros, neque abolendos, sed tantum flammarum exustione purificandos: vt sic purgati incorruptibiles & immortales fiant. Sic enim habet, Porro quod huius vniuersi fiat corruptio, non solū Christianis, verumetiam Graecorum sapientibus videtur, quemadmodum Eraclito, Ephesto, & Empedocli, Aetico. Sed dicit aliquis, & quae fuit ratio vt conderetur, si rursus oportebat ad nihilum redigi mundum? Dicimus quòd non penitus ad corruptionem tendet mundus, sed ad renouationem: sicut igne fundere solemus res quasdam corporeas, nō vt absolutum interitum eis tribuamus, sed vt puritate ac sinceritatem eis praestemus.

Augustinus in lib. 20. de ciuitate Dei. c. 24. asserit superiores celos nec supremo loco incendio purgandos, neque ab ignibus attritendos, sed tantum celos aereos, & elementa duntaxat conflagratione ignis renouanda. Exponens enim locum Petri adductum sic ait, In epistola Petri Apostoli vbi aqua inuadatus qui tum erat perisus dicitur est mundus: satis clarum est quae pars mundi toto significata est, & quatenus perisus dicta sit: & qui caeli repositi igni referuandi in diem iudicii. Et perditiones impiorum, in eo quòd paulo post ait, Veniet dies Domini vt fur, in quo celum magno impetu transcurrent, elementa autem ardente resoluentur, &c. Pos sunt illi caeli intelligi perituri, quos dicit repositos igni seruandos, & ea elementa accipi arsurā quae in hac imma mundi parte subsistunt procelosa & turbulenta, in qua eisdem caelos dixit esse repositos, saluis illis superioribus, & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sydera constituta.

Doctores scholastici disputant materiam hanc. 4. sent. dist. 47. & S. Thom. in supplemento. 5. part. 4. dist. 47. & in disputatis q. 5. ad quintum, sextum, & septimum. Et ad quaestionem: An motus caeli quandoque deficiet? Respondet, quòd secundum documenta sanctorum affirmandum est motum caeli aliquando cessaturum, quauis magis fide

tenca



reueatur, quam ratione demonstrari possit. Suae deur tamen quia natura nunquam inclinatur ad motum propter mouere, sed propter aliquid determinatum, quod ex motu consequitur: sicut natura grauis inclinatur ad quietem in medio, & per consequens ad motum qui est deorsum, secundum quod tali motu in talem locum peruenitur: cœlum autē nō peruenit suo motu in aliquod vbi, ad quod per suam naturam ineluctur, quia quodlibet vbi est principium & finis motus: unde suus motus non potest esse naturalis, quasi sequens inclinationem suae naturae: sicut est ignis cuius motus naturalis est sursum ferri: & ideo principium motus & quietis cœli est substantia aliqua separata vt Deus vel intellectus. Et quia omne agens propter finem agit, considerare oportet quis est finis motus cœli: & constat qd non ponitur motus cœli propter aliquid vilius, nam cœli finis sit unde ratio sumitur, oportet finē prægeminere his que sunt ad finem, generatio autem istius inferiorum non est finis motus cœli sed effectus eius vel terminus, quia cœli his inferioribus prægeminet, & motus eius motionibus & mutationibus ad horum neq; ponitur finis motus cœli propter aliquid infinitū: nihil enim mouetur ad id quod est impossibile ipsum consequi: pertingere autem infinitum impossibile est. Et ideo sensentia cōmunit est, qd motus cœli est propter implendum numerum elementorum. Anima vero rationalis nobilitior est ipsō cœlo, impleto ergo numero electorum motus cœli cessauit.

An vero celsitate motus cœli remaneat actio & passio in ipsis elementis, respondeo, quod motus cœli cū cesset, cessat actio & passio in elementis, quia motus cōnuicatur, & ad generationem attingit, & transmutationem materiae, nam sicut habetur in libro de causis, Quando causa prima tribuit actionem suā à causato, oportet etiam qd causa secunda in virtute causae primae retrahat actionē suam ab eodem, eo quod causa secunda agit: cū autem omne agens agit fecundum quod est in actu, corpora autē inferiora minus habent de actualitate quam corpora caelestia, nec quod materia substantiæ vni forme renouetur in potentia ad aliam formam, corpora vero caelestia non sunt in potentia ad aliam formam, quia ea potentia est terminata per formam quā habent: substantia vero separata sunt perfectiores, in actualitate quā corpora caelestia, quia non sunt cōposita ex materia & forma, sed sunt per se subsistentes:

quae tamen deficiunt ab actualitate Dei quae est suum esse. Elementa ergo agent in virtute corporum caelestium, & corpora caelestia in virtute substantiarum separatarum: unde cessante actione substantiarum separatarum oportet qd cesset actio corporum caelestis, & ea cessante, oportet qd cesset actio corporum elementalis in operibus potentiarum animarum. Hoc videre possumus, sensus enim cōmunit vna est ei conueniens actio secundum naturam propriam, alia secundum quod continuatur rationi & imaginationi in qua est aliquod iudicium. Similiter & ignis suo calore transmutat materiam ex virtute corporum caelestis, & corpora visibilia multiplicat suas species in medio virtute luminis, cuius fons est in caelesti corpore, unde si actio vtriusque corporum caelestis cessaret, nulla actio in his inferioribus remaneret, sed cessante motu cœli cessauit prima actio per quā transmutatur materia quam sequitur generatio & corruptio. Ex quo fit consequens qd cessante motu cœli non erit actio & passio in elementis, & per consequens neque generatio neque corruptio.

Sed an planta, & bruta animalia, & corpora mineralia, remaneant post finem mundi, respondeo, in illa mundi inuouatione nullum corpus mixtum remanere praeter corpus humanum, pro cuius probatione supponendum est prius considerandam esse rationem causae finalis, deinde principia materialia & formalia, postmodū vero de causis mouentes, vt philolophus docet. 2. Physi. Finis autem mineralium corporum, & plantarum, & animalium duplex potest considerari, vna in qua sunt quidam particulares effectus causarum vniuersalium, qui nō pertinent ad perfectionem vniuersi simpliciter, sed in quantum sub motu primae causae existunt, & ab intelligentia mouente cœli, & ideo cessante motu & mutabilitate vniuersi oportet, qd omnia praedicta cessent: alius finis eorum quae Deus condidit est homo, quia philolophus in sua politica dicit, ea quae sunt imperfecta in natura ordinantur ad perfectam sicut ad finem, unde animalia cū habeant vitam imperfectam respectu vitae humanae, quae simpliciter perfecta est: & plantae respectu animalium, sunt enim propter animalia praeparata eis in cibum, animalia vero propter hominem necessaria ei ad cibum, & ad alia auxilia humana: ista autē ne celsitas est durante vita animalis hominis, quae in illa rerum inuouatione tollitur, quae corpora

corpus non refertur animale, sed spiritale. 1. Corinth. 17. Et ideo tunc etiam animalia & plantae cessabunt. Hoc idē inuenitur ex consideratione causae mouentis: esse enim plantarum & animalium quodā vivere est, quod in rebus corporalibus sine motu nō existit, unde cessante motu cordis, animalia deficiunt, & planta cessante nutrimento. In his autem rebus non est aliquod principium motus non dependens à primo mobili, quia ipsae animae animalium & plantarum totaliter subsistentur impressionibus corporum caelestium, unde motus cœli omnino cessante, nō poterit in eis motus remanere neque vita. Ex quo patet qd in illa mundi inuouatione res praedictae non poterunt remanere.

Sed an corpora humana motu cœli cessante maneat: Respondeo, qd cū ad perfectionem vniuersi & naturae hominis attingat, ea manere post finem mundi motu cœli cessante, non est inconueniens. Vnde S. Tho. 1. p. q. 77. art. 8. probat, intellectum & voluntatem necesse manere in anima à corpore separata, & ipso corrupto, quia comparantur ad solam animam sicut ad subiectum, & tales necesse est qd corpore destructo in anima maneat. Secus est de potentia sensitiva, quae sunt in coniuncto corpore sicut in subiecto, destructo autem subiecto non potest accidens remanere, sed tantum manet in anima sicut in principio vel radice. Et ideo falsum est quod quidam dicunt, actus potentiarum sensitiuarum remanere in anima separata, quia tallium potentiarum nulla est actio nisi per organum corporeum.

Pro defensione Chrysostomi dicimus primo, Doctores scholasticos secutos fuisse sententiam Augustini vt potē rationabiliorē & magis consonantem verbis Petri, qui scriptum explanans ostendit se nō loqui de cœlis ydolis, sed aereis, & terris, quae olim inundatione diluuij perierant, inquiens, Caeli prius & terra per aquam perierant, atque in hunc sensum expauerunt quod in praemis Diuinae scripturae oraculis dictum est, eos los senescere, atteri, liquecere, dissolui, mutari, transire, desicere, & perire.

Secundo dicimus, duplicem esse mutationem & interitum, vna quos res mortales corrumpit & abolet, quae in cœlis non est, alterum similitudinariam, quod cessationē à pristino vsu, & iuxta Hieronymum, cōmutationem in melius designat, senescere igitur & interibunt non ea ventilate quae animalia & plantae ad interitum tendent, sed cessatio-

ne vsus, quia vt diffiniuimus, eorum cessauit vsus, hominibus enim in aeterna gloria vitam assumptis nullus erit amplius vsus motus caelestis lucis atque caloris, quibus vita mortalium fouetur.

Tertio dicimus, qd interibunt mutationis & renouationis interitum, eo modo quo Hieronymus lib. 18. in Esaiam expressit his verbis, Ipsi peribunt, tu autem permanes, &c. In quo perspicue demonstratur perditionē & interitum, non abolitionem in nihil, sed commutationē sonare in melius, neque enim illud quod in alio loco scriptum est, Luna fulgebis vt sol, & septuaginta nō accipiet, &c. interitum significat pristinum, sed cōmutationē in melius. Quod vt intelligi possit nostrae conditionis ponamus exempla. Infans cū in puerum creuerit, & puer in iuuenem, & iuuenis in virum, & vir in senem, nequaquam per singulas aetates perijt idem enim est qui prius fuit, sed paulatim immutatur, & etiam pristine perijisse dicitur. Quod intelligens & Paulus Apostolus inquit: praeterit figura huius mundi, consideremus quid dixerit figura praeterita, non substantia. Hoc idem significat & Petrus dicens, Latet eos hoc volentes, quoniam caeli erant ab initio, & terra de aqua & per aquam, per que prior mundus diluuij perijt, caeli autem qui nunc sunt, & terra eadem ratione seruantur igne. Quod quo sensu accipiendum sit postmodū docet, Nouos autem caelos & nouam terram videbimus. Non dixit alios caelos & aliam terram vidimus, sed veteres & antiquos in melius cōmutatos.

Esa. 30

OCTAVVM QVAESITVM

An aeternae gloriae priuatio gehennae poena sit grauior.



Chrysostomus, homilia. 14. in verba illa, secundam Deum postulat pro sanctis, Roman. 8. non longe à fine: ad peculiarem sibi sententiam recurrens ait, Diuinae gloriae priuationem & damni poenam quauis gehenna grauiorem & alienationem ab aeterna quiete quibuslibet supplicij detentorem. Vide supra secundo tomo ad quintum quaesitum.

NO-

NONVM QVAESITVM.

An p̄destinatio sit ex meritis p̄destinatorum p̄gruis.



Chryostomus, homi. in epi stolam ad Rom. hunc locū, Iacob dilexi, Esau autem odio habuit, pertractans, insinuare videtur aeternam Dei erga suos dilectionem, electionem, p̄destinationem, & temporalem vocationem, oriri ex meritis electōrū ab aeterno in Diuina p̄sentia p̄gruis. Vide supra secundo tomo, ad decimum tertium. Et aduertendum, quod Concilium Tridentinum scissione. 6. c. 12. circa temerariam p̄sumptionem p̄destinationis his verbis diffinit. Nemo quoque, quando in hac mortalitate uiuitur, de arcano Diuinae p̄destinationis mysterio usque adeo p̄sumere debet, ut certo statuatur se omnino esse in numero p̄destinatorum, quasi verum esset q̄ iustificatus aut amplius peccare nō possit, aut si peccauerit certam sibi respicientiam p̄mittere debeat: nam (nisi ex speciali reuelatione) sciri non potest, quos Deus sibi elegit.

Concilium Tridentinum

DECIMVM QVAESITVM.

An p̄cepta legis Diuinae ex folis naturalibus viribus possint impleri.



Chryostomus, homi. 3. in priorum ad Corinth. hunc locum, Obsecro vos per nomē Dñi nostri Iesu Christi, 1. Corinth. 1. enarrans, sentire vi re videtur, quod multi Gentilium philosophorum sola naturali ratione adducti p̄cepta legis Diuinae, non solum impleuerint, sed etiam transcenderint. Sic enim habet, Nonne Deus legem tulit & scriptam & naturalē? nonne silium misit? nonne signa fecit? nonne celi regnum pollicitus est? nōne p̄cepta eius adeo leuia sunt, ut multi philosophica tantū ratione ea excefferint? Doctores scholastici quaestione hanc disputant. 2. sent. dist. 28. & S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 4. ubi ad quaestionem, An homo per sua naturalia sine gratia p̄cepta legis pos-

sit adimplere, supposita distinctione, respon det per tres conclusiones. Dupliciter enim p̄ceptum adimplere possumus, vno modo quantum ad operis substantiā, hoc est quando quis opus iustum facit, ut pote parentes honorando, & sic est prima conclusio. Quod Adam in statu naturae integræ omnia mandata legis potuit quantum ad substantiam adimplere. Secundo conclusio, Homo in statu naturae corrupte ex naturalibus non potest omnia adimplere, probat ambas conclusiones, Quia p̄cepta omnia sunt de lege naturae, quando ergo natura erat sana & integra, homo ex naturalibus poterat omnia adimplere, nunc vero quia natura est infirma, & vires eius sunt diminutae, licet possit singula, omnia tamen adimplere non potest. Secundo modo, considerare possumus adimplerem mandatorum quantum ad modum agendi & operandi, & sic considerando est tertia conclusio. Quantum ad modum agendi, id est, ut in charitate fiant, hoc modo in nullo statu potuit homo ex naturalibus aliquod mandatum Diuinum adimplere: ratio est, quia illud est opus supernaturale, si ergo vires naturales excedit, ergo sine auxilio Diuinae gratiae adimpleri nequit. Circa hanc tertiam assertionem est dubium, videtur enim quod Adam ex naturalibus poterat in charitate mandata omnia adimplere, poterat enim ex naturalibus Deum perfecte diligere, Deum autem perfecte diligere, idem est, quod charitatem habere, respon deo secundum S. Thom. nomine charitatis intelligi habitum infusum, qui vere nos Dei amicos efficit, & ideo licet Adam dilectione naturali quae amorem dicit cum adimplerem p̄ceptorem, potuit Deum perfecte diligere, charitatem tamen simpliciter & absolute, quae in finem supernaturalem hominem ordinat, ex suis naturalibus habere non potuit.

Dubium maius est circa primam & secundam conclusionem de p̄ceptis fidei & spei, quae opera supernaturalia esse videntur: au quantum ad substantiam homo sine gratia possit illa adimplere? Et quia de hoc sunt variae sententiae Doctorum scholasticorum, ideo respondeo per sequentes propositiones. Prima propositio, Non est idem p̄ceptum fidei adimplere, & sufficienter ad salutem credere, p̄batur enim nō possumus sufficienter ad salutem credere, nisi per habitum fidei infusum: illum autem ex naturalibus nō possumus habere. Hic etiam fuit error Pelagij qui

Primo propositio.

1. Cor. 3.

Eph. 2.

Ioann. 6.

Secunda propositio.

3. Propositio Matth. vi.

4. Propositio.

5. Propositio.

qui peius affirmauerat, quod ex operibus naturaliter poteramus gratiam habere. Post vero à Patribus & Conciliis conuictus id retractauit. Deinde vero asseruit, quod saltem ex naturalibus iustificationem inchoare possumus, puta credere, & propter meritum fidei gratiam nobis conferunt. In quo errore fuit aliquando Augustinus: sed postea lib. 1. retractatio. retractauit, affirmas, quod nedom credere, sed neq; inchoare ex naturalibus possumus iuxta sententiam Apostoli. 2. Corinth. 3. non sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et ad Eph. 2. Gratia estis saluati per fidem & non ex vobis, Dei enim donum est. Et Ioann. 6. Nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum. Ex quibus cōcluditur quod ex naturalibus nō possumus sufficienter ad salutem credere. Secunda propositio, de modo credendi, hoc est, quod fide viua & formata credamus p̄ceptum non habemus: ratio est, quia p̄cepta non dantur de habitibus, & maxime supernaturalibus, sed solum de actibus. Quinimo Caietanus articulo hoc asserit non adimplere nos p̄ceptum per infusionem habitus, sed per hoc quod Deus nos efficit habiles & dispositos ad hoc quod sufficienter ad salutem credamus. Tertia propositio, p̄ceptum aliquod & speciale est de suscipienda fide, assertio haec constat ex illo Matth. ultimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, cōdemnabitur: ubi p̄ceptum de fide & spe manifeste traditur. Quarta propositio, p̄ceptum hoc speciale de fide suscipienda quantum ad substantiam sine auxilio speciali etiam manens in peccato potest quis adimplere, ita quod nouum peccatum excuset, verbi causa, est haereticus qui fidei habitum non habet, negabat articulum Trinitatis, vel Eucharistiae, occurrit casus p̄cepti, dolet & consistitur articulum quem negabat, talis per actum credendi adimplere potest p̄ceptum fidei, esto, nō habeat habitum infusum: quinimo is qui nunquam fuit Christianus si concionante audiat, assentiri potest articulis fidei, licet baptizari & Christianus fieri recuset. Paruus etiam ex parentibus Iudaeis vel Gentilibus qui baptizatus non est, tamen inter Christianos nutritus, vix posset Euangelio non credere quod diuulgari saepe inter Christianos audiuit, licet propter metum vel finem alium temporalem baptizari recuset. Vltima propositio, adhuc actum illum quantum ad sub-

stantiam sine reuelatione illi vel alteri facta qui eum doceat quis habere non potest: si enim Deus mysteria fidet orbi non reuelasset, nullus ex naturalibus credere posset. Ex quibus constat, quod quis in peccato mortali manens potest quantum ad substantiam p̄ceptum fidei, sicut & charitatis, ut asseruimus, adimplere. Et idem de p̄cepto spei affirmamus. De p̄cepto sacramentorum est etiam dubium ex eo quia vsus & opera eorum videntur esse supra naturalia, ut est p̄ceptum de baptismo Eucharistiae & confirmatione. Respondeo dubitationi huic in cōmuni & vniuersali nullum esse p̄ceptum, nec de sacramentis, neque de quouis alia materia, quod quoad substantiam sine gratia non possit adimpleri: constat enim posse quempiam baptizari sine intentione recta suscipiendi baptismum, concubinarium tamen manentem, in quo obicem ponit gratiae, & tamen p̄ceptum baptismi adimpleret. Idem etiam est de confessionis p̄cepto, stat enim quod quis confiteatur cum obice alicuius mortalis, qui tamen auditur ab Ecclesia, vel saltem eum ignoratla vincibili, quia existimat se sufficientem examinationem delictorum suorum fecisse, qui tamen de facto non fecit, tum sine gratia p̄ceptum adimpleret. Et idem omnino est de p̄cepto sumptionis Eucharistiae in die Paschalis sancto. Dubium maius est de p̄cepto contritionis, supposito quod tale p̄ceptum sit, nec tamen sine gratia adimpleri posse, quia contritio est dolor perfectus de peccatis reconcilians peccatorem & illum efficiens Dei amicum. Ad hoc respondemus primo, isto modo accipiendi contritionem; non esse speciale p̄ceptum de contritione amplius quam de habenda gratia, sed tantum est necessarium necessitate finis, hoc est ad beatitudinem consequendam. Secundo dico, licet esset tale p̄ceptum, non tamen esse generale omnibus, quia posset quis esse adeo iustus & sanctus ut peccata non committeret, de quibus conteri tenetur. Et licet Doctores scholastici contra hanc doctrinam asserunt esse p̄ceptum de habenda gratia, & peccatum nouum illam non conferuere: sed nos dicimus per hoc quod quis gratiam perdat non peccare, sed solum quia contra aliquod p̄ceptum delinquit. Et ceteri Doctores scholastici in hoc differunt à Sancto Thom. quia sine distinctione aliqua affirmant, quod potest homo bene moraliter agere, & adimplere singula, & omnia p̄cepta,



Ephesino, inter Armenorum instructiones, vna est hæc, quod qui in hac vita purgare peccata sua non potuit, post transitum hinc cõsolatione ignis purgatorij purgabitur, iuxta quod Ecclesia in libris psalmsorum multa orthodoxa desumit ad orandum pro mortuis, vt illud, De pfundis clamauit ad te Domine, &c. et Circumdederunt me doloris mortis, & dolores inferni circumdederunt me. Inferni autem nomine non solum damnatorum locus, verum & quo iusti etiam descendunt designatur: iuxta illud Genes. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Concilio etiam Constantinensi errores omnes Ioannis Hus, & Vicleph, fuerunt damnati, quos Lutherus secutus est. Et inter articulos damnatos à Leone contra Lutherum hic est. 4. & 37. & 38. Et nunc tandem Concilio Tridentino, sessione. 6. Can. 30. Si quis post acceptam iustificacionis gratiam cuiuslibet peccatori penitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ delicti dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis excoluenda, vel in hoc seculo, vel in futuro in purgatorio, anteaquam ad regna celorum additus potest perire, anathema sit. Et rursus sessione. 25. decreto de purgatorio sic diffinit. Cum Catholica Ecclesia Spiritu sancto edocta ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione in sacris Concilijs, & nominissime in hac œcumenica Synodo docuerit purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio iuari, præcipit sancta Synodus episcopis, vt sanam de purgatorio doctrinam à sanctis Patribus, & sacris Concilijs traditam, à Christi fidelibus teneri, doceri, & vbi que prædicari diligenter studeant. Et infra, Curæ autem episcopi, vt fidelium viuorum suffragia mislarum, scilicet, sacrificia, orationes, elemosynæ, aliæque pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri consueuerunt, secundum Ecclesie instituta, pie ac deuote fiant.

Tertio, medio id suadet ex cõmuni consensu sanctorum Patrum, Origenes, homil. 6. super Exodum discutiens locum Pauli adductum exponit, dicens, quod Dominus purgavit filios Leui, sed inquit, Cum illic venitur, si quis multa bona opera, & separè aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igne resoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum: & si quis plus il-

lud plumbi detulerit, plus exurit, vt amplius decoctur, vt si purum aliquid est aurum purgatum, tandem residere: quod si aliquis il luc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod scriptum est, Demergetur in profundum tanquam plumbum in aqua validissima.

Chrysostomus, vt constat de purgatorio catholice sensisse, & ea que nos diffinimus affirmasse, amplius est excutiendus, homil. enim. 52. in Matth. Cur post mortem, ait, tuorum pauperes cõuocasti? cur presbyteros vt pro eo velint orare obsecrasti? non ignoro te responsurum, vt defunctus requiem adipiscatur, vt propitiū iudicē inueniat. Et infra, Nā si multæ barbæræ gentes vnā cū defunctis res eorum cremare solent, quanto æquius tu de functo filio tua tradere debes, nõ vt in aerē redigatur, sed vt gloriosum magis illum reddas: Puras enim maculis inquinatum abissse: da ipsi sua vt illis se à maculis detergat: optulemur igitur defunctis fratribus, propiis memoriam faciamus. Nam si Iobi illius liberos patris victima purgauit, quid dubitantes à nobis quoque; si pro dormientibus offeramus, solatiū quiddā illis accessurum? gratificari Deus propter alios alij solet.

Homi. 15. in epistolam ad Philippen. & homi. 69. ad populū Antiochenū, Desleamus, ait, istos mortuos, inuenimus eos pro viribus, procuremus illis aliquid auxilij, &c. Modici quidem attamen viuemus, eos quomodo, qua ratione peccantes adhortemur, & alios vt pro illis orent? pauperibusque indefinenter pro illis elemosynas denus. Habet res ista non nihil consolationis: audi quippe quid Deus dicat, Protegam ciuitatem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Si memoria duntaxat iusti tantum valuit, quando & opera pro tali viuunt, quid non poterunt? Non frustra ab Apostolis sancitum est vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum qui hinc discesserunt. Et homilia. 4. in epistolam ad Hebraeos, Dic mihi quid sibi volunt in funere lampades istæ festiue? non ne sicut athletas eos (defunctos) produciamus? Quid etiam hymni? nonne vt Deū glorificemus, & Deo gratias agamus? Quid iam coronauit discedentem? quid iam à laboribus liberatum, de seruitute ducens apud se habet? nonne propter hoc psalmi & hymni? nõne propter hoc psalmodia ista gaudētium? Et post pauca quid psalmi illo tempore, Reuete anima mea in requie tuam, quia

Hom. 41. f. epistolam ad Corin.

4. Reg. 19

Psal. 114

Psal. 37.

dominus benefecit tibi, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et iterum, Tu es re fugium meum à tribulatione mea quæ circumdedit me, intelligis quid sibi volunt psalmi isti, &c. Et iterum pro qua re dic mihi presbyteros vocas & psallentes: nõne vt cõsolatione recipias: nõne vt honores discedent? Hieronymus in postremis verbis, lib. 18. super Esaiam refert quosdā verba Pauli. 1. Corinth. 3. sic intelligentes vt colligerent quod etiam ignis quo in inferno puniuntur peccata mortalia, quod intelligebat, per ligna, signam, & stipulam, non sit æternus, sed transitorius, vt tandem damnati salui fiant. Contra quod ait quod sicut diaboli & omnium negatorum ac impiorum, qui dixerunt in corde suo non est Deus, credimus æterna tormēta, sic peccatorum, & impiorum, & Christianorum, scilicet, per fidem formatā, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mixtam sententiam clementiam iudicis.

Augustinus sermone de cõmemoratione animarum, & de fide & operibus, & in enchiridion. c. 69. & refertur dist. 25. quin aliud, ait, quod qui in alium seculū distulit fructū cõuersionis prius purgabitur igne purgationis qui nõ est æternus, & libro de cura pro mortuis agenda idem cõfirmat.

Ratione hoc idem probatur, supposito iustitiæ Christi nõ sic nobis imputari ac si nos illā exhibuissēmus, illud enim est hæreticorum fundamentū ad negandas satisfactiones & subinde purgatorium: nā si cū primum quilibet post baptismū lapsus reuertitur Christo, sitque eius membrum, imputatur ei eius passio: veluti dum legitime baptizatur pfecto, nec vlla amplius satisfactione opus est in hac vita, neque purgatione in altera, sed veritas Catholica est, quod solum in baptismo, vbi regeneremur in Christo, & cõmitemur ac sepelemur in illo, sit nobis illa plenissima passionis cõmunicatio. Deinde non applicatur nobis nisi per penitentiam & alia sacramenta quæ habent certū gradum gratiæ, ac perinde certum satisfactionis, aut secundū mensuram nostrorum operum quæ Diuina opera maiora esse possunt & minora, quod negare est facere omnes iustos æquales in sanctitate, quæ est Lutherana blasphemia. Hoc autem constituto, palam cõsequitur nõ semper per contritionem, aut sacramentum penitentię remitti totam pœnam temporalem. Ex quo subinfertur, quod neque illud quod relinquitur, semper in hoc seculo

per satisfactionem in integrum deletur. Preterea cū peccatum veniale natiuum etiam habet reatum pœnæ, & eiusmodi peccata si nul possint esse cum gratia, sit consequens vt non omnis qui ex hac vita discedit profusus ab his pœnarum maculis purgatus discedat. Hinc ergo argumentum insurgit, Paradisus cœlestis, vbi diuina præsentia conspicitur, ferre nequit, vt quisquam maculosus in eum ingrediatur, vnde Esai. 35. via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus: & Apocal. 21. non intrabit in eam aliquid coinquinatum: sic & ad Ephe. 5. ait Paulus de Ecclesia sponsa Christi que illam sanctā ciuitatem in gressura est, quæ Christus eam sanctificauit, mundans eam lauacro aque in verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata: vbi denotatur quod non sit cœlum ingressura donec sine macula sit & ruga, sicut de lauacro baptismi emerit. Necessarius ergo est locus per quē foelices animæ transeunt: à quo cunque in quinamento quod Diuini oculis indignum est, purgentur. Et huic veritati concinit Malachias cap. 3. vbi ait, ipse (scilicet Christus) quasi ignis conflagans, & quasi herba fulonum, & sedebit conflagans & emundans argentum & purgabit filios Leui, & collauit eos quasi aurum, & quasi argentum, & eunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.

Ad rationes hæreticorum. Argumentatur enim Lutherani ex illo Apocalyp. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis, sed qui in charitate decedunt in Domino moriuntur, ergo nullus ei restat labor, atque adeo neque purgatorium. Respondetur verbum illud Apocalypsis sic intelligendum, quod morientes in Domino statim cessant à labore merendi & demerendi quem habent in via, non tamen omnes à labore passionis qua vrgentur. Secundo argumentatur, quia nulli in sacra pagina legitur vbi nam sit locus purgatorij, nisi illis verbis Matth. 25. ibunt in ignem æternum, solum ignis damdatorum designatur. Argumentum hoc petit quod secundo loco proposui mus. De quo variz fuerunt Doctorum sententiæ: quidam enim opinati sunt, lege cõmuni vnumquemque, illic purgari vbi deliquit, sed hoc p̄babile nõ est, eo quod homo pro multis peccatis potest simul puniri, quæ

Esai. 35.

Apoc. 21

Cœcilium Tridẽntinũ

Origenes

diuersis locis commisit. Alij dixerunt omnes puniri lege communi in aere, vel in elementis ignis, eo quod status eorum medius est inter nostram & beatissimum, sed neque hoc probabile est, quia non puniuntur pro charitate, quae nos excedunt, sed pro peccato, quod in eis est infimum. Dicendum ergo, quod licet de hoc testimonium scripturae non habeamus, neque scripturae conuincens, ex natura tamen rei ducuntur coniecturae, quod lege communi eodem igne cruciantur, quo damnati in inferno: tum quod in scriptura non est alia mentio quam ignis inferni: tum etiam quod cum in purgatorio fiat peccatorum puniatio sicut in inferno, videtur eidem igni competere. Neque opus est plures multiplicari, postquam non aliter differunt quam opus est aeternus, alius est temporalis: unde Gregorius. 4. libro dialogo. Sicut sub eodem igne aurum rutilat & pallica fumat, ita sub eodem igne peccator crematur, & electus purgatur. Est autem ille ignis corporeus, quantum quidem & corpora post resurrectionem coarbit, qui diuersis nominibus iuxta atrocitatem quam exercet, nuncupatur, iuxta illud psalmista, Ignis, sulfur, spiritus procellarum, pars calcis eorum. At vero quia poena purgatorii solum est ad purgandum quod proprium est igni, illa poena soli igni tribuitur. Est igitur in medijs terrae visceribus, nam & nomen inferni locum infimum sonat, & ubique in sacra pagina legitur in infernum descensus, vt de Dathan & Abiron, nume. 16. quod descenderint viuentes in infernum: & psalm. 54. vbi psalmista iniquis male dicens ait, Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes: & Job. 14. Vt in inferno protegas me: Et David, Deus redimet manum meam de manu inferi, hoc est, de purgatorio & limbo, quapropter sinus purgatorii paulo est eleuatiore quam locus damnatorum, nempe vbi certa spes est beatitudinis, cui loco supereminet limbus purcorum, quod ignis non attingit, nam supremus sinus Abraham, hoc est, Patrum limbus, iam ab orbe redempto vacuus est.

Tertio loco proposuimus, an animae alibi quam in purgatorio purgentur. Ad quod dico de lege communi animas in purgatorio purgari, nam ex dispensatione specialis probabile est, vt Hugo ait, in his locis, aliquando puniri vbi culpa commiserunt. Et Gregorius in Dialogis narrat de quodam Episcopo Germano Capuano, quod purga-

batur in balneis, quae quidem dispensatio nonnunquam fit, vel ad viuosum structionem, vel ad mortuorum subuentionem, vt viuentibus eorum poena innolescant, qui suis suffragiis eos adiuent. Adhibenda est tamen cautela cum anima alicuius diffunditur viuentibus apparet, quia frequenter Satanas transfiguratur se in Angelum lucis, & falso se penumero mentitur, quia mēdax est, sicut & pater eius.

Ad vltimum quod proposuimus, quanto tempore quis sit in purgatorio: ratio dubitandi est, quia cum peccata venialia tam leuibus satisfactionibus in hac vita purgentur, & poena mortalibus remissis, non multum duris expietur, vt clementis, elemosynis, orationibus, flagellis, & sacrificijs, quomodo stat tantam poenarum acerbitatem eidem peccatis in purgatorio esse decretam. Dico in primis poenam haec sponte assumptam, quia voluntaria & meritoria est, maiorem habere virtutem quam quae a Deo infligitur in purgatorio: illa enim tantum est afflictiva & purgatiua, & nullatenus meritoria. Secundo dico forte Dei clementiam non ferre multo tempore amicos suos a suo conspectu cohibere, & ideo sapientissima providentia fuit, illas penas ad eos purgandos instituire, quae breui tempore possent animas illinc purgare. Quapropter Doctores aliqui affirmarunt, nunquam aliquem in purgatorio viginti annis detentum, alij nec decem: ratio est, nam cum nemo illis sit nisi Dei amicus, contritio eius: & post Christum passum, sacramenta, & suffragia, & bona opera quae egit, ad cumulum eius satisfactionis accedunt. Nec credibile est, vt quos poenarum acumulatione liberare Deus breuius inde potuit, temporis prolixitate detineat. Aduertendum tamen, quod licet quis huic sententiae consentiat, publice tamen praedicari non conuenit, quia retrahit fideles a suffragijs defunctorum, & quod penitus ignoramus, rutilius est vt Dei iudicio, qui omnia nouit, relinquantur.

Pro defensione Chryostomi vidimus ex locis eius quae adduximus sententiam eius esse quae Ecclesia Catholica tenet, verè simile tamen sit Chryostomum fuisse hoc loco ab usum, non vt expositioni Latinorum quae neque forte viderat, contradiceret, sed vt hinc arripere occasionem deterrendi quosdam, qui id temporis credebant gehennae supplicia aliquando, iuxta Origenis dogma, finem habitura.

DVO-

## DVODECIMVM QVAESITVM.

An missa &amp; publicae preces lingua vulgari sint dicendae.



Chryostomus, homi. 35. in illa verba, *Si oram lingua spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, exterum qui supplet locum idcirco quomodo dices amen super eam benedictionem, quoniam quid dicitur.* 1. Corinth. 14. Sic inquit, Idiota promiscuum plebem vocat, monstratque non leue incommodum esse si, amē, dicere non possit, si enim peregrina lingua gratias agas, quam neque intellexisse, nec ceteris interpretaris, subijcere, amen, plebeius non potest. Et illud in saecula saeculorum, qui finis precum est, audiens non dicet, amen.

Basilii in libro questionum ex varijs scripturae locis. q. 278. sic loquitur, Quomodo spiritus alicuius, vt ait Paulus, orat, mens vero infructuosa est. Respondeo hoc de his qui in lingua audientibus ignota orationes edunt dictum est, quia cum ignota fuerint praesentibus verba orationis, infructuosa est mens orantis, cum nemo utilitatem capiat, cum vero praesentes intellexerint orationem professe audientibus, potentem tunc is qui oratum habet, quod hi qui utilitatem capiunt meliores reddantur.

Cajetanus in commentarijs supra locum citatum Pauli, inquit, Ex hac Pauli doctrina habetur, quod melius ad edificationem Ecclesiae est, orationes publicas, quae audiente populo dicuntur, dici lingua communis clericis & populo, quam dici Latine.

Communis consensus Doctorum sacrorum & scholasticorum est in contrarium. Hoc enim dogma inuentum est a Luthero, qui hac visitate plebeios ac rudos homines theologos magno efficere contēdit: in quo adeo profecit, vt qui in sua ignorantia facile in fide Ecclesiae sustinebantur, nunc in sua ista mirabili sapientia, mirabiliter à Christi gremio exciderint. Quod ergo consilium hoc à spiritu veritatis non veniat illud satis argumentum erat, quod ab his profectum est, qui spiritu erroris aguntur. Tum etiam quia merito damnandi sunt qui ex suo capite moluntur euertere & ab

rogare vetustissimam Ecclesiae traditionem, non solum longa consuetudine receptam, sed & prudenti ratione firmatam. Visum est enim antiquis Ecclesiae Patribus & Pastoribus, vt missarum & Diuinarum laudum officia his potissimum linguis celebrarentur, qui bus primum editi sunt ab eorum autoribus, nempe à sanctis Apostolis, eorumque discipulis, ac successoribus, cum ob existimam, quae illis debetur obseruantiam, tum ob maiorem sacrorum mysteriorum venerationem, ne possint in foro & in compitis Diuinae scripturae oracula, & mystica sacramentorum verba omni reuerentia & silentio digna irridere, & in ludibrium vertere profani & impuri homines. Vnde Cantico. 4. Ecclesia, & scriptura his trullis insignitur, Hortus conclusus, & fons signatus, quia mysteria Ecclesiae non sunt vulgari, hominibus manifestanda, ne detur sanctum canibus, aut margaritae lutulentis iuibus conculcandae proijciantur signatus est iste fons, qui reclusus esse debet, ne veneno hereticorum inficiatur, quod Spiritus Diuinus nobis adumbravit, Gene. 29. vbi habetur, quod oves grandi lapide claudebatur, & deuolebatur à pastoribus, vt oves adaquarentur, & postea rursus imponebatur puteo grande illud operculum, significans, scripturam sacram non vulgari lingua tradendam, sed à praedicatoribus tantum aperiendam.

Tridentinum Concilium huic pesti subueniens, sessione 22. cap. 8. sic diffiniuit, & si missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est patribus vt vulgari passim lingua celebraretur: quamobrem retento ubique cuiusque ecclesiae antiquo, & à sancta Romana ecclesia omnium ecclesiarum matre & magistra probato ritu, ne oves Christi exuriant, neue paruuli panem petant, & non sit qui frangat eis, mandat sancta Synodus Pastoribus, vt per se, vel per alios, ex his quae in missa leguntur aliquid exponant & declarent diebus praesertim Dominicis & festis: & Can. 9. Si quis dixerit Ecclesiae Romanae, quo submissa voce pars canonis & verba consecrationis profertur, damnandum esse, aut lingua tantum vulgari missam celebrari debere, aut aquam miscendam non esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra

Christi institutionem, anathema sit.

DECIMUM TERTIVM  
QVAESITVM.

An animę sanctorum ante diem iudicij sint beate.

**C**hrystostomus homi. 39. in illud Apostoli, *si in hac vita tantum in christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* 1. Corinth. 15. Vide tur incidere in errorem Armenorum & Anabaptistarum, qui dicunt, nullam animam ante diem iudicij fore beatam ea beatitudine quę in visione & fruitione Diuine essentiae consistit. Eius sententia ad verbum expressa hæc est, Quid ais Paule, supererit ne fiducia sola, si corpus non excietur? an non animus supererit? immortalis quidem, quanquā vero vel sex septies sit, vt sane est immortalis, tamen sine carne ipsa admirandis illis bonis non fructur, quemadmodum neque penus punietur: omnia enim corā tribunali Christi manifestabuntur, inquit Paulus, vt vniuersique ferat quę per corpus siue bona, siue mala fecit: nam si corpus non resurgat anima nostra incoronata iacebit, & extra celestem beatitudinem erit. Et homi. 28. ad Hebr. 11. in hæc verba, Hi mercedem non receperunt ne sine nobis consumerentur, & c. nondum, inquit Apostolus, receperunt mercedem, sed adhuc permanent, & ita mortui, & in tanta tribulatione necdum receperunt mercedē, intelligite & vos quale & quantum est Abraham sedere, & Apostolum Paulum, expectantes, vt possint tūc mercedem recipere, tunc prædixit eis Saluator non dare mercedem, sicut pater bonus & amator filiorum dicit se non daturum comedere, nisi venerint etiam alij fratres: tu autem anxius es, quia nondum mercedem accipis, quid itaque faciet Abel, qui adhuc sine coronā sedit? quid Noe? quid ceteri, qui te & alios, qui post te futuri sunt præstantur? Et infra, Si enim corpus vnum omnes sumus, maior ex hoc efficitur corpori iocunditas, cum simul & communiter coronatur, & non per partes, simul enim glorificari magna iocunditas est.

De loco autem in quo anime nōdum coronate detineantur, in cōmentarijs super illud ad Hebr. c. 5. Accedam ergo cū fiducia, & c. Et indicare videtur, quod in sinu Abraham maneat. Sic enim habet, Nemo nūc de se

ipso desperet, tunc desperationis tēpus erit, cū thalamus fuerit clausus, cū intrauerit rex videre discumbentes, cum venerit ad sinum Abraham, qui eo fuerit facti digni: nunc autem adhuc permanet agoni, adhuc palma p̄det. Et homi. 33. ad populum Antiochenū, Eleemosyna, inquit, non finit nos eo decidere vbi diues ille, neq; audire verba illa tremenda, sed in Abraham sinum nos deducit. Et homi. 33. in Matth. Misericordia, inquit, nō patitur eo nos detrudi, vbi diues ille eraticur, sed in sinum Abraham certo itinere ducit. Et homi. 40. in Genesim. Audi, inquit, quod omnes iusti ab illo tempore Abraham vsque nunc, & vsque ad consumationem ipsius Abraham, opus orationis faciunt vt in sinu Patriarchę occurrat. Et hom. 24. in priorē ad Corin. inquit, Si hinc Eucharistie sacrificio cōmuniti migrauerimus maxima cū fiducia, sanctum ascēdemus vestibulum, tanquā aureis velibus vndiq; contenti.

Tertulianus lib. 4. aduersus Marcionē, ait, Vnde apparet Sapientii cuiq; qui aliquando Eliseos cōpos audierit, esse aliquam lealem determinationē, quę sinu data sit Abraham, & recipiendas animas filiorum eius etiā ex nationibus, & fide Abraham, qua Deo credit. Eam sinum dico Abraham, & si non coelestem, sublimiorem tamen, inferis refrigeria præbituram animabus iustorum, donec consumatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expugnat. Et libro de Anima. c. antepenultimo, Nemini, inquit, ante resurrectionem, ex his quę in vita gessit præmium redditur. Et ibidē, Si Christus forma humanę mortis apud inferos situs, non antea ascendit in sublimiora cœlorum, quā descendit in inferiora terrarū, vt illic Patriarchas & Prophetas compotes sui faceret, superbe iudicant, qui existimant feruina super dominū, & discipulū esse supra magistrū. Et paulo infra, Nulli pater cœlum terra adhuc salua, ne dixerim clausa, cū transactione enim mundi referabuntur regna cœlorum. Et addit: Habes etiam de paradiso à nobis libellum, quo constitutus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini, & cap. vltimo eiusdem operis hæc intulit, Omnes ergo anime penes in feros velis ac nolis sunt, & supplicia iam illic & refrigeria, & c.

Origenes homi. 7. in Leuiticū, nondū, ait, Sancti receperunt lætitiā suā, neq; Apostoli quidem, sed & ipsi expectant, vt & ego lætitia eorum particeps siam, neq; enim dece-

decidentes sancti contūpū integra meritorum suorum præmia consequuntur: sed expectant etiam nos licet, morantes, licet desides, non est enim illis perfecta lætitia, donec pro erroribus nostris dolent, & lugēt nostra peccata, sicut Paulus dicit, Nondū affecuti sunt, p̄missiones, Deo pro nobis aliquid melius prouident, ne sine nobis perfectionem cōsequerentur. Vides ergo quia expectat adhuc Abraham, expectat Isaac & Iacob, & omnes prophete expectant nos, vt nobiscū per festā beatitudinē percipiant. Et lib. 2. Periarchon non longe à fine, eandē sententiam cōfirmat, & lib. 4. Periarchon de loco animarum sanctarum, inquit, qui de hoc mundo secūdu cōmūnem illam mortē recedunt, pro actibus suis & meritis dispensantur prout digni fuerint iudicati, alij quidem in locū, qui dicitur infernus, alij in sinum Abraham per diuersas mansiones.

Ambrosius lib. 2. de Cain & Abel. c. 2. Soluitur, inquit, à corpore anima, & post finem vitę huius adhuc tamen futuri iudicij ambigua suspēditur. Et libro de bono mortis, cap. 10. Scriptura Eldr. 4. habitaculum animarum promptuarie nuncupat, & occurrens quæralla humanā, eo quod iusti, qui præcellerunt, videtur longitudine temporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter, ait, corpnam in diem Domini ab omnibus expectari, vt victi erubescāt, & victores palmam victorię adipiscantur. Et eodem, 4. locum, quę animarū corporibus exute perunt, appellat infernum; qui non videtur.

Augustinus in enarratione psalm. 36. ait, post vitam nondum eris vbi erunt sancti, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, nondum ibi eris quis nescit, sed iam poteris ibi esse vbi illum quondam vlcerosum pauperem diues ille superbus in medijs tormētis videt. longe requie fecerunt in illa requie, certe securi expectabis iudicij diem, & lib. 12. Gene. ad literam c. 9. inquit pars illa ciuitatis Dei, quę cōiungenda immortalibus Angelis, ex mortalibus cōgregatur, nunc vel mortaliter peregrinat in terris, vel in eis qui mortem obierunt secretis animarū receptaculis sedibusq; requiescit. His similia ait in illud psal. 36. Adhuc pusillum, & non erit peccator.

Theophilactus ad Hebr. 11. Sancti, ait, nihil adhuc celestium p̄missionum sunt affecti, tamen si fuisse constat nonnullos, vt Da-

uidem, regem his terrę bonis affectos, aut tamen præsentia hæc ipsi inquirimus, sed quę in cœlo sunt certiores & beatiores p̄missiones. Hoc idem habet in cōmentarijs super. 23. c. Lucę, exponens illud, Hodie mecū eris in paradiso.

Bernardus enarrans hunc locum, vidi sub altare Dei animas insectorum, Apoc. 6. & in sermone. 4. festiuitatis omnium sanctorum asserit, animas sanctorum vsq; ad diē iudicij quiescere sub altare Dei, hoc est, in sola uisione humanitatis Christi, donec veniat tēpus in quo filius Dei post vniuersalē resurrectionē ostēdat seipsum illis in forma Dei, vna cū Patre & Spiritu sancto: sic enim ait, In hunc ergo locū (hoc est Abraham sinū) Saluator, descēdit contriuit portas greas, eductosq; victos de domo carceris, iam tū quidē sub altare Dei collocavit, abscondens eos in abscondito tabernaculi sui, donec veniat tēpus in quo p̄cedat cōpleto iam numero fratrum, & percipiant regnū paratum ab origine mundi. Et paulo post addit, Porro altare Dei de quo nobis sermo est, ego pro meo sapere nihil aliud arbitror esse quā corpus ipsū Domini saluatoris, de quo dictum est in Euaḡelio, Vbi fuerit corpus ibi cōgregabuntur & aquile; Et infra, Ostēdit enim tūc se nobis filius vt pollicetur est semetipsum, nō in forma serui, sed in forma Dei. Rursum in sermone 3. eiusdē festi obiter explicat Davidicum illud, Quā dilecta tabernacula tua Dñe, concupiscit anima mea in atrijs domus tue, & c. Tres inquit esse animarum status. Primus, in tabernaculis, secundus in atrijs, tertius, in domo Dei, hoc est in beatitudine, in qua sine corporibus nō intratur. Sic enim habet, Ad uertistis, ni fallor, ex his quę præcedere sermone sunt dicta, tres esse sanctorū animarū status. Primus videlicet in corpore corrupti bili, secundus sine corpore, tertius in beatitudine cōsumata. Primus, in tabernaculis, secundus in atrijs, tertius in domo Dei. Et post paucula subdit, in illa beatissima Dei domū animę nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis, id est, neque sancti sine plebe, neq; ipsi ritus sine carne.

Ioānes 22. videtur sententię horum Patrum subscripsisse, & decreto sanciuisse sic esse credendum, vt referunt Guillelmus Ochani in opere nonaginta, trium, digram, & Adrianus Papa sextus, qui libro 4. sentent. in sine quaestione de sacramento confirmationis inquit, nouissime sentent. de Ioanne 22. q. pu blice docuit, declarauit, & ab omnib; tenenda

Etia. 4

Augu. 1



mandavit, q̄ animę purgatę autę finale iudicium, non habent solam, quę est clara & facili visio Dei. Et fertur vniuersitatem Parisiensem ad hoc induxisse, quod nemo in ea posset gradū in theologia adipisci, nisi prius iurasset hunc errorem se defensurum. Irenęus, Iustinus, Lactantius, Theodoretus, alij antiqui his subscripserunt.

Doctores scholastici disputant de materia huius questionis. 4. sent. dist. 49. & S. Thom. 4. contra gentes. c. 91. & 1. 2. q. 4. art. 5. vbi sequentes conclusiones nobis proponit, supposita distinctione beatitudinis perfectę & imperfectę. Prima conclusio, Beatitudo in perfecta, qualis in hac vita haberi potest, nõ potest esse sine corpore. Probat, quia consistit in cognitione intellectus speculatiui vel practici, vt Arist. 1. Ethic. dicit, sed cognitio intellectus pro isto statu depēdet a phantasmatis corporis, ergo sine corpore esse nõ potest. Secunda conclusio, Ad beatitudinem perfectam, qualis in patria possidetur, non requiritur corpus, probat authoritate Pauli. 2. Corin. 5. quandiu sumus in corpore peregrinamur : & quę sit ratio peregrinationis ostendit subdens, per fidē enim ambulamus, & non per speciem: animę autem sanctorum ambulat non per fidē, sed per speciem, Dei essentiam videntes, in quo est beatitudo, ergo rationē id etiā probat, nam intellectus ad suam operationem non indiget corpore nisi propter phantasmata, manifestum est autem quod Diuina essentia per phantasmata videri non potest, cum ergo hominis beatitudo perfectā in visione Diuine essentię consistat, non depēdet a corpore, vnde sine corpore potest anima esse beata. Tertia conclusio, Ad perfectionem illius beatitudinis aliquo modo requiritur corpus, tanquā ad bene esse illius.

Aduertendum, errorem, quem impugnat S. Thom. conclusione. 2. fere a tempore Apostolorum fuisse in Ecclesiam: Tertulianus, Irenęus, & Lactantius circa tēpora Apostolorum fuerunt, quo tempore multi fuerunt in illo notabili errore, quod scilicet Christi redemptor noster post sex millia annorū in corpore glorioso erat venturus, & Hierusalem erat venaturus, & ibi cum iustis mille annis erat regnaturus. Occasionem huius erroris sumplerunt ex illo Apocali. 21. Vidi cęlum nouum, & terram nouam, & ciuitatē nouam sanctam Hierusalem descendentem de celo. Quem locum literaliter & grosso modo intelligebant. Ex hoc errore, vt ego

conijcio, inciderunt in alium, quod scilicet animę vsque ad illud tempus quo erāt corpora reassumpturę in cęlum non ascenderant, sed quidam illorum affirmarunt, vt vidimus, quod detinebantur in lybno, alij in paradiso terrestri: Bernardus quod sunt in cęlo, sed non fruuntur Diuinitate, cuius visio beatificat, sed solum humanitate Christi, post diem vero iudicii finalis, ostendit se Christus beatis, nõ in forma serui, sed in forma Dei, & tunc perfecte erunt beatę cū essentia Dei, & presentia Trinitatis fruuntur.

Conclusio S. Thom. est de fide & Catholici, quare probo primo ex verbo Dei expresso. 2. Corin. 5. dum sumus in corpore, &c. & Philip. 1. cupio dissolui & esse cū Christo: quid sit autem esse cum Christo explicat. 1. Thessalo. 4. quod scilicet est beatitudine ipsius Christi frui, dicens, Et sic semper cum Domino erimus. Sunt etiam in Euangelio loci expressi, vt est illud Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso, quod intelligi non potest nisi de beatifica visione. Et Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, scilicet, morte corporali, recipiat vos in æterna tabernacula sua. Item Actuum. 7. Stephanus dicit, Ecce video cęlos apertos, &c. insinuans, quod statim illic esset recipiendus. Sunt etiā ad hoc sanctorū Patrum testimonia: Origenes homi. 3. in Apocalyp. expresse asserit, quod hi qui de corpore exierunt, si munda habuerunt corda, merentur statim Deum videre, quia Diuina illa & spiritalia non videntur per corpus, sed animę intellectu. Et Augustinus lib. 9. cōfessionum. c. 3. ait, Quidquid ibi est, quod sinus Abraham vocatur iam non audit me, sed anima iusti bibit ad fontē aque viuę, quantum capere potest. Et in lib. sup. purificationum loquens ad sanctos: Felices, inquit, sancti Dei, beati omnes, quia de pulchritudine Dei iam faciamini, de cuius beatissima visione semper gaudetis. Et Gregorius in dialogis hæc sæpe repetit. Et Concilium Oecumenicum Florentinum sic dixerit, Diffinimus illorum animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exute prout superius dictum est sunt purgatę, in cœlum mox recipi, & intueri clarę ipsi Dominum trinum & vnum sicuti est, pro merito tamē diuersitate alium alio perfectius: illorum autē animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali

Origenes

August.

Gregoris.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

originali decedant, mox in infernum descēdere, poenis tamen disparibus puniendas. In nocentius etiam tertius, & Benedictus vndecimus idem suis decretalibus epistolis de finierunt, & cum illis Benedictus duodecimus in sua extrauaganti, quę incipit, Animas purgatas, quod animę sanctorū virtute testantē postquā iam sunt purgatę ante resurrectionem corporum sunt in beatitudine in consortio sanctorum Angelorum, & contemplantur essentiam Diuinam postquā Christus Dominus in cęlum ascendit, & ex illa visione & fruitione beatificantur, cū ergo Pontifices ij hoc tanquam Catholicū diffinierunt, constat secundam cōclusionem S. Thom. esse de fide.

Rationes etiam sunt, quę conclusionem conuincunt esse Catholicam: Prima est S. Thom. Si animę separatę non videret Deū, maxime quia ad hoc corp⁹ requiritur, sed ad intellectiōē corpus non requiritur, nisi propter phantasmata, Deus vero non videtur mediāntibus phantasmatis, ergo. Secūda ratio, Beatitudo est merces, vt patet Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cęlis. Sed Luca. 19. Deus præcipit ne merces mercenarij maneat apud ipsos vsque mane, ergo beatitudo statim post meritum confertur: sic in hac vita tempus merendi finitur, ergo præmium statim post mortem confertur. Et confirmatur, quia Deus opera gratię ordinatę & propter suū debitum facit, sed nullus est finis neque ratio quare animę corpora expectent ad videndum Deum, statim ergo vident. Tertia ratio, Nam si animę sanctorū vsque ad diem iudicij Deum non sunt visurę parum nobis profuisset. Christum Dominum tanto tempore ante diem iudicij mortuum fuisse, idem enim esset ac si per vnum annum ante diem iudicij fuisset mortuus, eodem enim modo animę iustorum detinerentur, sicut & animę sanctorum Patrum, consequens autem est erroneum, quia cōtra illud Matth. 3. poenitentiam agite, & appropinquet regnum cœlorū; appropinquare autem quid aliud est quā cœlorum regnum aperiri. Et extra de baptismo & eius affectu diffinitur. c. maiores, q̄ baptismus aperit regnum cœlorum. Tum etiam quia lex nostra dicitur lex gratię: quę omnia ostendunt animas iam ad veram amicitiam Dei admissas & Deum ipsum videre. Quarta ratio, quia Apostoli in die iudicij seculi sunt ad iudicium, sed nisi essent beati, iudices esse nõ possent, ergo: item quia maneret illis spes con-

tra illud Pauli. 1. Corint. 13. charitas nõquā excidit, fides vero & spes quę nunc manet, euacuabuntur: Quinta ratio, quia Deus prior est ad miserendum quā ad puniendum, sed diuitem epulonē statim in inferno puniuit, vt patet Luca. 16. ergo iustos statim præmiat. Vltima ratio est argumentum de illis qui in tempore passionis in corporibus cum Christo resurrexerunt, si postea mortui non sunt, vt communis Theologorū opinio tenet, vident ergo iam Deum postquā habent corpora, & illi vident, cur non iustorum animę: alias non esset quia ratio in iustis.

Dubium tamen est, an post resurrectionē corporis beatitudo essentialis in beatis augeatur & perfectius quā nunc Deum videat S. Thom. respondet. 4. sent. dist. 49. q. 1. art. 4. per tres propositiones. Prima, beatitudo animarum erit maior extensiuē, hæc patet, quia gloria animę redundabit in corpus, & dotes in corporibus extendentur. Secunda, animę beatorum habebunt maius gaudium accidentale, hæc etiam est nota, quia gaudebunt corporibus glorificatis. Tertia, potest etiam dici, quod beatitudo animę augebitur intensiuē, quia anima habebit tūc perfecti⁹ esse, ergo & perfectius operat. Hoc tamen articulo S. Thom. retractatur hanc vltimā propositionē: & ratio est, quia hic assignat, quia intellectus in sua operatione non depēdet a corpore, & ideo tam perfecte intelligit sine corpore, sicut illo glorificato. Est etiam hoc contra Doctores scholasticos, qui contrarium affirmant, & est ratio theologica, nam vel animę habent totum præmium essentialē quod meruerunt, vel minus, si totum, augeat ergo non potest nam præmium iuxta quantitatem meriti est. Si minus, quare Deus illas præmio priuat, postquā intellectus potest recipere. Et confirmamus, quia visio beatifica proportionata est luminī glorię, sed lux enim glorię non augebitur, ergo neque visio. Tum etiam, quia hi qui sunt in inferiori Hierarchia cū Angelis transirent ad superiorem, quia post corpora sumpta clarius viderent. Vltimo, quia anima Christi in lybno non tam perfecte Dei essentia videret, sicut quando erat in corpore, quod tamen asserendum non est. Ex quibus conuincitur sententiam, quā S. Thom. retractauit, esse tenendam.

Pro defensione Chrysostomi testimonia sequentia aperitissime prædicant sententiam eius, sanctorum animas statim vt ex hac vita

5. ratio

6. ratio

Augustinus. 16. de ciuitate Dei, inquit, Om-  
nium de hac re calcantium digitos resoluat,  
& quiescere iubet, quod enim Apostolis  
querentibus noluit indicare, nec alijs reue-  
labit, unde omnes illi qui tempus illud pre-  
figere voluerunt, falso loqui inuenti sunt.

Pro defensione Chrysostomi respondeo,  
quod beatus Hieronymus in epistola ad Mi-  
nerium & Alexandrum excusat vtramq; lec-  
tionem, & in arbitrio lectoris ponit, vt ha-  
rum eligat qua ipse maluerit: & similiter di-  
uus Augustinus quaestione. 3. ad Dulcimum  
asserit, eque Catholicos esse, qui tam istam,  
quam illam lectionem & opinionem sequi-  
tur.

DECIMUM QVINTVM  
QVAESITVM.

An liceat viuos vel mortuos  
anathemate plecti.



Chrysostomus in homi. qua de  
anathemate inscribitur, occasio-  
ne huius sententiae, si quis non  
amat Dominum nostrum Iesum Christum,  
vnde Corinth. 16. videtur asserere q  
neq; viui, neq; mortui sint anathemate plecti,  
etiam si heretici fuerint. Sic enim in-  
quit, Apostoli admodum diligentes fuere he-  
reticos redarguendo, & eiiciendo, nulli autem  
haereticorum hanc anathematis poenam ad-  
ijciendo. Porro Apostolus in duobus dunta-  
xat locis vocem hanc quasi coactus asserit,  
nec tamen certe ac determinate persone il-  
lam intentat, nam Corinthijs scribit, Si quis  
non amat Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum, anathema sit: & si quis vobis euangeli-  
zauerit praeter id quod accepistis, anathema  
sit: cur ergo quod nullus eorum fecit, tu fa-  
ceris audes? Et infra, Haereticus, aiunt, ille fa-  
ctus est, inhabitantem habet diabolum, ad-  
uersus eum iniustitiam loquitur, sane Pau-  
lus hos redarguens, Doce, ait, in lenitate eru-  
diens eos, qui obstitunt, si quando det Deus  
eis poenitentiam, &c. extendit saena chari-  
tatis vt non subuerteretur claudicans, sed po-  
tius sanetur. Et infra, Is quem tu anathematiz-  
are decreuisti, vel viuis, vel mortuus est:  
si viuis impie agis, qui eum qui a malo in bo-  
num subuertere potest, crudeliter absecas, si  
mortuus est multo magis crudelis es: cur  
nam? quia domino suo stat vel cadit, no iam

Galat. 1.

2. Timo. 2.

sub iure humano existens. Et post pauca,  
Ea propter vos oro ne vobis verba haec in-  
te excidant: dogmata enim impia & que ab  
haereticis profecta arguere, & anathematiz-  
are oportet, hominibus autem parcendum,  
& pro salute ipsorum orandum.

Doctores scholastici de excommunicatione  
disputant. 4. sentent. dist. 18. & S. Thom.  
in scriptis ibidem: & de malo. q. 1. art. 3. & su-  
per epistolam primam ad Corint. in. c. quin-  
tum, haereticis auctoritate excommunican-  
di, & priuandi bonis spiritualibus interuenis  
contendunt non esse in Ecclesia. Vnde Ioseph,  
& Hieronymus a Praga vtramq; potestatem,  
scilicet, soluendi & ligandi, tam in sacramen-  
to, quam extra, negant, contendentes eccle-  
siam non habere potestatem conferendi in-  
dulgentias, quod pertinet ad auctoritatem  
soluendi, neque facultatem excommunican-  
di, quod attinet ad potestatem ligandi, vt ex  
Concilio Constantiensi, sessione. 8. & 19. co-  
stat. Et per simodum in Bulla Martini. 5. vbi  
de ambobus articulis fuerunt damnati, Eas-  
dem haereses suscitauit Lutherus, cuius arti-  
culus. 23. inter eos qui a Leone. 10. conde-  
mnati sunt, sic habet, Excommunicationes  
sunt tantum poenae externae, nec priuant ho-  
minem communibus spiritualibus Ecclesiae  
orationibus. Ratio eius est, quoniam homo  
per fidem, spem, & charitatem, fit membrum  
Christi: haec autem spiritualia bona non est  
in potestate Ecclesiae tollere, quia non per-  
duntur nisi per proprium consensum homi-  
nis in peccatum: cum autem qui verum Chri-  
sti membrum est, non potest Ecclesia oratio-  
nibus suis aut alijs suffragijs spoliare. Vn-  
de in articulo. 24. addit excommunicationem  
plus esse diligendam qua timendam, cum sit  
medicinalis. Contra hos statimus sequentes  
conclusiones. Prima, Ecclesia per auctori-  
tatem clauium facultatem habet excommuni-  
candi, hoc est, priuandi hominem no solum  
aetu fidelium, verum & communibus bonis  
spiritualibus, & orationibus, & suffragijs. Ad  
cuius intellectum notandum, q homo dum  
per baptismum efficitur Ecclesiae membrum  
admittitur in Ecclesiae gremium, & in comu-  
nionem fidelium. Communio autem dicit  
rationem conferendi & suscipiendi aliquid  
inter plures, & hoc consistit in communica-  
tione, tam interiorum & spiritualium, qua  
exteriorum & corporalium: bona vero in-  
terna & spiritualia sunt in duplici differen-  
tia, quaedam enim sunt in quibus consistit sub-  
stantia vitae spiritualis, vt gratia, charitas, fi-  
des,

Vnde Ioseph

Lutherus

des, spes, & reliquae virtutes quae eadem cha-  
ritate & gratia informantur: alia vero sunt  
accidentalia, scilicet, quibus homo ad candē  
gratiam adipiscendam & colendam adiuua-  
tur, ut qui inter illa primum est communio me-  
ritorum, ob id enim q sumas membra eius-  
dem corporis meritum vnius alteri prodest,  
non q meritum essentiale vnius possit alteri  
communicari, potest tamen, si pro illo oret,  
pro eo satisfacere, ob id etiam q Deus pro-  
pter meritum vnius membri gratius audit  
orationes alterius, & eis suffragatur, iuxta il-  
lud psal. Particeps ego sum omnium timen-  
tium te, & custodienti mandata tua, sicuti re-  
gi ob gratiam vnius eius gratiores illi sunt alij  
eiusdem ciuitatis. Vnde Deus Abraham dicitur,  
quod si essent in Sodomis quinquaginta,  
aut triginta, aut certe decem viri iusti  
tibi vbi pepercisset. Et haec communio ex-  
plicatur in simbolo, vbi credimus Saetorum  
communione. Praecedens enim articulus,  
Credo sanctam Ecclesiam, pertinet ad fidem:  
& subsequens Saetorum in communionē, ad  
charitatem, qua vna Christi membra coglu-  
tinantur. Deinde sunt orationes & suffragia  
communiae, quibus Ecclesia adiuuat suos fi-  
lios, ac dem iam sacramentorum participatio.  
Est autem inter illa prior bona substantia-  
lia & alia accidentalia duplex diferentia. Pri-  
mam, quod illa solum pendet ex Deo & Do-  
mino ipso, qui illis bonis vitae, gratia enim  
& gloria solus Deus dat, ideo qui manet in  
charitate, in Deo manet, & Deus in eo quo-  
circa talis non indiget applicatione Eccle-  
siae, neque vlla potestas potest illa bona ab  
hominē auferre, sed solus Deus, & ille pec-  
cando perdit. Alia vero bona vt orationes,  
& suffragia, sunt quae Ecclesia instituit & de-  
creuit, atque per eius applicationem membris  
eius profunt. Secundum diferimen consequi-  
tur ex hoc quod illa non nisi iustis compe-  
tunt, haec vero etiam peccatoribus, ideo Ec-  
clesia vna orationibus & suffragijs illis opul-  
tatur vt a peccato exeant. Ex his sumitur  
ratio ad nostram conclusionem. Et primo, q  
Ecclesia possit hominem priuare comunio-  
ne sacramentorum, quod fit per excommuni-  
cationem, sine maiore, sine minore, res est  
clara, nam cum omnes Christiani sint Eccle-  
siae, & eius praelatis subditi, & quodcumque  
peccatum mortale sit ob ex gratia, quae per  
sacramenta confertur, iure propter delictum  
inobedientiae, quod genere suo est mortale,  
potest Ecclesia inobedientia sacramentorum  
susceptione prohibere. Quod vero possit

Gene. 18

1. Ratio.

etiam priuare bonis spiritualibus? qui ex eius  
instituta procedunt probatur, na postquam  
illa ex eius applicatione pendet, potest eum  
qui a sua obedientia eximitur illis priuare.  
At dices supplicium esse nimis rigidum vt ho-  
minem illis subsidijs destituit, probatur non  
esse nisi salutare. Concedens enim fuit iudi-  
cium Ecclesiae quae ministerij Ecclesiae agit  
similitudinem proferre iudicij Diuini.  
Deus autem peccatores vt eos ad se trahat  
dupliciter corrigit. Primo, salutaribus moni-  
tis alliciendo, vt medicus lenitius empla-  
stis, deinde vrgentius calamitate aliqua, in-  
stat potonis, ac demum, si opus est, putre  
membrum ne alia faciat, rescecando, nempe  
destituendo homines salutaribus auxilijs  
ex culpa ipsorum, vt suam fragilitate cogno-  
scant. Haec duo postrema in excommunicatione  
reperiuntur: nam erubescetia exclusi est  
ei calamitas & supplicium. Deinde priuare  
eum suffragijs & sacramentis, est eum dese-  
rere, vt sic derelictus suam inopiam sentiat,  
& ad cor redeat. Hanc auctoritate tribuit  
Christus Matth. 18. vbi intrans in Petro  
omnes quemadmodum debent fratres cor-  
ripere, ait, Si correptus non audierit eccle-  
siam, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: &  
subdit, Amen dico vobis quae cumque ligaueris  
super terram, erunt ligata & in caelo.  
Et hoc quod ait, sicut ethnicus & publica-  
nus, notatur non solum ab externo consor-  
tio Christianorum debere esse semotum, ve-  
rum comunibus orationibus & suffragijs ac  
sacramentis: nam ecclesia haec non impar-  
titur nisi his qui sunt sui gremij. Vnde Augu-  
stinus de ethnico ibidem ait, Noli eum re-  
putare in numero fratrum tuorum, quod &  
notatur in verbo subinfecto, quae cumq; liga-  
ueris super terram, erunt ligata & in caelo:  
nam excludere hominem tanquam ethnicum,  
non solum est a terrena communicatione re-  
pellere: sed etiam ab spiritualibus subsidijs,  
quae vim habent apud Deum in caelo. Ideo  
illic Chrysostomus, vide, inquit, qualiter du-  
pliciter etiam ab spiritualibus subsidijs,  
pena quae hic proicitur ab ecclesia, & habe-  
tur sicut ethnicus, & supplicio futuro, quod  
est etiam ligatum in caelo, hoc est, peccati reus  
nisi ecclesiam audierit. Eadem auctoritate  
vltus est Paulus in illud, inestuosum qui no-  
uerca abutebatur. Iudicauit enim, inquit, eu-  
m quae sic operatus est in nomine Domini  
nostri Iesu Christi tradere huiusmodi hominē  
Satanae in interitum carnis, vt spiritus saluus  
sit in die Domini nostri Iesu Christi. Quare

z. Ratio

Augustinus

Chrysostomus.

1. Co. 5.

Matth. 10.

vt hic Sanct. Thom. & Doctores exponunt, veluti Christus Apostolis potestatem tradidit eijcendi demonia, ita conuerso tradere homines demonijs, à quibus torquerentur, quando essent Ecclesia: inobediētes, vt metu illo respicerent. Quocirca in primitiua Ecclesia ad confirmandam fidem Spiritus sanctus super baptizatos visibiliter descendebat, ita fortasse tunc rebelles visibiliter Satanæ torquendi tradebantur. Vel forte excommunicatus dicitur Satanæ traditus, quia auxilijs Ecclesia: desitutus in magno versatur periculo, vt iterum atque iterum incursum demonum in peccatorum barathrum precipitetur. At forsan Lutheri patronus dicit hic, Paulus nō ait tradidisse Satanæ animam Corinthij, quia ipse per peccatum iam eam tradiderat, sed in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat: ideo illic non significatur separatio quoad bona spiritalia, sed ex verbis Pauli contrarium colligitur, nam et si anima per peccatum tradatur Satanæ, Paulus tamen aliud genus traditionis insinuat, quia cum ait, In interitum carnis, ille cebram carnalem significat, qua ille incesum commiserat. Traditio ergo illa fuit vt ille vehemens demonis incursum perculsus tanquā ab ecclesia desitutus rediret ad eor. & hoc significat cum ait, In nomine Domini Iesu Christi, vbi notatur virtus supernaturalis clauium, quæ eum sit spiritalis, ad animam penetrat, cum spiritalibus auxilijs priuatus: & ideo subdit, Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit, expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, ne familiam Christianā contamine. Eandem etiam excommunicandi auctoritatem Apostolus exercuit aduersus Himeneum, & Alexandrum, quos tradidit Satanæ, vt discerent non blasphemare, & ad Titum, hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Et Ioannes in canonica, Est peccatū ad mortem, non dico pro eo vt oret quis: cuius communis expositio est, vt pro excommunicato non sit orandum, vt S. Thom. de malo q. 3. art. 13. exponit: sed de euitatione excommunicati quantum ad cōmertia externa intelligitur illud, si quis venit ad vos & hanc doctrinā nō affert, nolite recipere eū in domū, nec Aue, ei dixeritis: qui enim dicit illi, Aue, cōmunicat eius operibus malis. Ex his sequitur vt quæramus.

i. Timo. i.

Ad Titu. 3.

i. Ioan. 5.

z. Ioan. i.

Virum excommunicatio sit ex iure Diuino apparet enim formam excommunicationis in scriptura nullibi esse expressam, & contra videtur ex præmissis locis designari. Sunt qui conueniant quosdam iure Diuino esse excommunicatos propter illud Pauli, hæreticū hominem post vnam & secundam correctionem deuita, verumtamen hoc non est verū, quia secundum formam quæ est in vsu Ecclesia: nemo est in Euangelio excommunicatus: ideo dicimus, q̄ potestas excommunicandi iure Diuino est tradita Ecclesia: vt ostensum est: attamen forma ipsa & effectus, scilicet, priuare hominem participatione sacramentorum, orationibus & suffragijs Ecclesia: non est expressum in Euangelio, quia Christus sub hoc nomine, neminem excommunicari iussit: sed tamen Ecclesia potestatem sibi Diuinitus concessam optime sic interpretata est: ideo vsus excommunicandi quem seruat Ecclesia hac ratione, est de iure Diuino, quod habet fundamentum in Euangelio ad hæc huius ecclesiasticae sententia, in antiqua lege figura præfuit, & exemplum: figura, quia leprosi excluderantur à castris: si enim ad cauendam corporalem contagionem illud tunc permittebatur, multo ergo melius ad cauendam spirituale labem hæretici: & hac ratione alij rebelles ab Ecclesia pelluntur. Præcessit etiam exemplum, quia propter delicta etiam excluderantur à synagoga, vt patet Ioann. 9. vbi Iudæi diffinuerunt, q̄ si quis Christum confiteretur, extra synagogam fieret, quāuis illa non proprie esset excommunicatio vt nostra, quoniam illic nulla erat spiritalis virtus clauium, & ideo sacerdotes nullum poterant à sacrificijs communibus priuare: & ideo, qui negant Ecclesiam per excommunicationem priuare excommunicatum à fructu suffragiorum, dicentes solum priuare ab externa communione, re ipsa negant virtutem spirituale clauium: nam id secularis princeps facere potest relegando in exilium aliquē, & prohibendo nequis cum illo cōmunicet. Tum etiam quia nec excommunicatio esset maxima pena quæ est in Ecclesia, vt Hugo ait, Can. corripiantur. 24. q. 3. Comprobatur hæc veritas Patrum testimonij: Cyprianus epistola. 11. lib. 1. epistolarum, vbi docet penam excommunicationis in Euangelio fuisse poenæ legis veteris mortis temporalis. Adnotandum enim est, quod cū lege veteri præter supplicia de iure gentiū pro nullis criminibus Deus iure Diuino posituo statue-

Cyprianus

Colof. 2

Deut. 27

Luc. 22.

August.

Erasmus.

August.

statuerit penam capitis, in Euangelio tamen Christus nullam penam capitis statuit, sed principibus secularibus cōmisisse gladiū, qui iure gentium illis conuenit ad vlciscendum crimina: Ecclesia: autem solum reliquit gladium spirituale: & ratio est, quia circuncisio tunc carnalis erat, nunc vero vt ait Apostolus, circuncisio est mere spiritalis per baptismum: vnde cū lata esset lex quod dicitur que sacerdotem non audierit morte morietur, loco illius in ecclesia reliquit excommunicationem, vt gladius olis ferreus, in Euangelio esset spiritalis: & hi sunt duo gladij, scilicet, ciuili & spiritalis, quos dicit Dominus satis esse ad familiam Christianā gubernandam: vnde deriuatum est vt potestas spiritalis dicatur gladius, & hac ratione Augustinus loco citato distinguens maiore & minorem excommunicationem, ait, Quod corripiantur subditi minoribus vel auctoribus excommunicationibus pro culpam diuersitate, quoniam pena quæ per episcopale iudicium fit nulla maior est, & subdit vt pasto res separare curent morbidam ab ouib⁹ suis ne per plures serpent diurna contagia. Est ergo Lutheri iustus, quia ait, excommunicationem non esse timendam, quod ex datum suo prædecessore Ioāne Vicleph in Concilio Constantiensi exhibuit: Idem affirmauerat. Excommunicationem prelatorū non esse timendam, sed peccata per que homo à Deo excommunicatur, quibus cōsentit Erasmus in colloquijs de fide, dicens, quod huiusmodi excommunicationes territant pueros, non autem fortes viros, quia tantum est pene malum, non culpæ: nam cū triplex sit bonum, honestum, vtile, & delectabile: priuatio boni honesti est malum culpæ: boni vero vtilis, & delectabilis est malum penæ: excommunicatio ergo non est malū culpæ: quare quæcumque culpa etiam venialis est maior quam excommunicatio: est tamē malum penæ priuatio dulcissimæ & vtilissimæ communionis Ecclesia: & tunc est effectus peccati, scilicet, pena eius. Tum etiam per accidens causa aliorum peccatorum, nā qui Ecclesia: præsidij desituitur in præcepto est dilabendi. Est nihilominus sic malū quoddam, vt tamen intentione Ecclesia: referatur ad bonum excommunicati, iuxta id Pauli, Vt spiritus eius saluus fiat in die Domini: ei tamen qui non respuerit vertitur in perniciem, ideo Augustinus in loco citato appellat eam maximam penam: & lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarum. c. 17. expo-

nens illud, Quæcumq; ligaueris, &c. ait, grauius esse hominem excommunicare, quam si gladio feriretur, flammis exuriretur, feris subijceretur. Et sermo. 68. de verbis Apostoli, & refertur. 1. q. 3. Canon. omnis Christianus, inquit, Qui à sacerdote excommunicatur, Satanæ traditur, quia extra ecclesia: tabernaculum est, sicut in ecclesia Christus, ideo nihil sic debet timere Christianus quā separari à Christo. Et Hieronymus exponens illud Pauli, Tradidi eum Satanæ: vides, inquit, quia & modo non solum per Apostolos suos tradidit Deus delinquentes in manibus iniquorum, sed etiam per eos qui ecclesia: præfunt, & non solum potestatem habent soluedi, sed etiam ligandi: vbi multa de forma excommunicationis subnectit. Et 24. q. 3. refecit hæc sunt putridæ carnes. Idem Hieronymus, Et scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corumpantur, putrescant, & inereant. Et Ambrosius lib. 2. de officijs, cap. 27. Omnia, inquit, tentanda priusquam ad hoc disciplinae genus veniatur, cū dolore enim amputatur etiam quæ putridi pars corporis, nihil denique antiquius & firmitus in ecclesia est quā excommunicandi auctoritas, qua Synodus Nicæna. c. 5. & 12. vna est aduersus Arrium: & Synodus Calcedonensis, & alię antiquissimæ & celeberrimæ aduersus alios hæreticos. Atq; adeo conclusio asserta, non vitij, est vera, sed & Catholica, & non solum in canonibus ecclesia: verū & euangelica & Apostolica doctrina fundata: & ideo Concilium Tridentinum, sessione. 25. cap. 3. tantum reformat excommunicationis abusus. Pro defensione Chrysostomi respondemus primo, quod locus qui ab hæreticis solet adduci ex sermone qui incipit, Nuper ad vos, tomo. 5. neque Chrysostomi est, neque eius redolet phrasim: nam homi. 5. super primā epistolam ad Timotheum, & homi. 4. super primā Corinth. & homi. 4. super epistolam ad Hebr. & refertur Can. nemo contēnat. 1. q. 3. aperte docet eos qui non audiunt ecclesia, esse excommunicandos. Secundo dicimus, quod id quod videtur affirmasse homi. hac, que de anathemate inscribitur, credendum est eam protulisse aduersus quosdam temerarios & indoctos, qui cum neque essent Ecclesia: Pastores, neque vllam haberent excommunicandi potestatem, tamen odio & contentione in ducti dogmata ab ipsis nō intellecta vna cū auctoribus eorum temere damnabant, & anathemate notabat: quod ipsa verba Chrysostomi

Hierony.

Chrysoſtomi aperte indicant, quæ ſic habêt, Hæc expecto viros qui nullum ex facris literis Germanum ſenſum, imò nihil omnino ſacrarum literarum tenent: & vt pleraque tranſeam non erubefco dicere ſubundus, magis, contentioſos, qui neque ſciunt quæ dicant, neque de quibus affirmant, in hoc vno tantum audaces q̄ dogmata ſtatunt, & anathema declarant ea quæ maxime ignorant. Et infra, Quis tu tantę authoritatis qui tantam tibi vſurpas anathematizandi potentiã? Cur dignitati tantam aſſumis, quæ Apoſtoli tantum cõmunicata, & his qui illorum idonei ſunt ſuceſſores? &c.

Ad dilemma quod hæretici aduerſus doctrinam quã ſtatimus obijciunt, ad priorẽ partem, nempe, Aut is quem anathematizatus viuit, aut obijt: ſi viuit impie agit, qui eum qui conuerti poteſt, ab Eccleſiæ corpore abſcindis: reſpondeo Chryſoſtomo hoc diſtõ non damnari: anathematis poenã, qua Eccleſia viuẽtes cõuertit, ſed eorum impiam mentem, qui ſinem pini anathematis peruertebant. Cũ enim Eccleſia excommunicacione affectu pio vtatur tanquã phar-maco ſalutari, vt excommunicatus culpã ſuam agnoſcat, & ad Eccleſiam, de qua eiectus fuerat ſupplex reuertatur, crudeles illi eo ſine homines anathematizabant, vt irreuocabiliter ab Eccleſia eiecerint non vltra recipiendos. Et merito ob hoc ait Chryſoſtomo crudelitate huiusmodi redarguens, Impie agit, qui eum, qui eum qui à malo in bonũ ſe poteſt vertere, crudeliter abſceſas.

Ad ſecundam partem dilemmatis, ſcilicet, ſi obijt, multo crudelior es, qui in eum qui ſub humano iure non eſt, poenam inferre nitentis: ſimiliter reſpondetur Chryſoſtomo eos reſellere, qui inortuos anathematizatẽ intentione diuerſa à traditione eccleſiaſtica. Nam cum Eccleſia dum hæreticos anathematizat eorum animas non excommunicat, qui ipſa morte diabolo ſunt tradite, ſed qui in erroris pernicia migrarunt, & pronunciat eas excludas à cõmuni delictum, & ideo caudera & cineres eorũ, qui in pertinacia hæreſis diſceſerunt, ad euidentiorẽ rei demonſtracionem, arceat ab eccleſiaſtica ſepultura, vt viuẽtes ab hæreſibus detereret. Chryſoſtomo igitur non hunc ritum Eccleſiæ, ſed impetuos illos accuſat: qui quaſi ſuis habent in mortuos, exiſtimabant anathematizationibus ſuis animas defunctorum ex loco quietis & ſalutis deturbare, & in locum damnacionis æternę dei-

cere. Furorẽ ergo eorum, & iudicium Chryſoſtomi ſcompeſcere contendit.

DECIMUM SEXTVM  
QVAESITVM.

An neceſſe ſit Euchariftiam laicis  
ſub vtraque ſpecie exhibere.



Chryſoſtomo, homi. 18. in illud, *offenſionem ergo qua eſt eorum vitium vſtra offendit.* 2. Corin. thio. 8. iudicare videtur Euchariftiam ſub vtraque ſpecie panis & vini laicis exhibendam, ſe inuenit, Eſt autem vbi nihil diſfert ſacerdos à ſubdito, vt quãdo fruendum eſt horrendis myſterijs, ſimiliter enim omnes vt illa percipiamus digni habemur, non ſicut in veteri lege partem quidem ſacerdos comedebat, partem autem populus, & non licebat populo participem eſſe eorũ quorum particeps erat ſacerdos: ſed nõ ſe, verum omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnum. Hieronymus videtur conſentire Chryſoſtomo in commentarijs. Malachia. c. 2. vbi inquit, Sacerdotes qui Euchariftiam conſiciunt & ſanguinem Domini populo diſtribuant, &c. His accedit de cretum Gelafij Papæ, quod habetur diſtin. 2. c. comperimus, ſi verbis, Comperimus q̄ quidam ſumpta tantummodo ſacri corporis portione à calice abſtineant, qui proculdubio, quoniam nescio qua ſuperſtitione videntur aſtricti, aut integra ſacramenta percipiunt, aut ab integris accendant: diuiſio enim illius myſterij ſine grandi ſacrilegio nõ admittitur, &c. His teſtimonijs innituntur nunc Lutherani ad afferendum Euchariftiẽ ſub vtraque ſpecie omnibus Chriſtianis neceſſario eſſe tradendam.

Doctores ſcholæſtici diſputant queſtionẽ hanc. 4. ſen. diſt. 12. & S. Thom. 3. part. q. 80. arti. 12. & ad queſtionem, an liceat corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine, diſtinctione præmiſſa, duabus reſpondet cõcluſionibus. Hoc enim ſacramentum conſiderari poteſt ex parte ipſius, & ex parte ſumentium. Ex parte ipſius eſt prima conſcluſio, Sacerdos conſiciens de neceſſitate ſacramenti, atque adeo præcepti, tenetur vtraque ſpeciem ſumere. Probat, quia ſacramentũ, quãtũ ad inſeram ſignificationem, non niſi in vtraque ſpecie

ſpecie perficitur: eſt enim coniuſium ex eis & potu conſtans: minus autem ſacerdotis eſt ſacramentum conſecrare & perficere, ergo ſicut non poteſt corpus ſine ſanguine conſecrare, ita neq; vnum ſine altero ſumere. Secunda cõcluſio, Ex parte ſumentium prouidẽ in quibusdã eccleſijs obſeruaatur, vt ſeculari populo ſanguis ſumendus nõ detur, ſed tãtum corpus, ſanguis verò à ſolis ſacerdotibus ſumatur. Probat cõcluſionem, quia ad ſumptionem huius ſacramenti, maxima exigitur, tam reuerentia, tam cautela, ne quid accidat quod in iniuriam tanti myſterij cedat, quod in ſumptione calicis præſertim contingere po. Item nam ſi incaute ſumetur facile poſſet effundi: igitur cũ creſcens familia Chriſtiana, ſenium debilitas, & iuuentũ imprudentia, & paruulorum temeritas cõmiſceretur, difficile eſſet tantũ diſcretionis & cautele vbique adhiberi, vt nõ crebro periculũ effuſionis immineret: cõſultiſimũ, ergo fuit populũ à ſanguinis poculo arcere.

De antiquitate huius hæreſis variẽ doctores ſentiunt. Cõmunis tũ theologorũ ſentiẽtia tenet, q̄ originẽ traxit à Bohemijs. Et Dio nyſus de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 13. de eius ritu ſic habet. Velatum enim & nõ diuiſum panem reuelas, & in multa diuidens, & vniõ calicis omnibus diſpartiens, &c. quæ quidẽ cõſuetudo in eccleſia nõnullis ſeculis durauit, vt eſt videre apud Cyprianũ epistol. 2. vbi ait q̄ martyribus dabatur ſanguis, vt acriter eſſent ad pugna. Et ſermonẽ de lapſis ſubdit hitoriam de cõſecrato ſanguine, quem ipſe puellã in os inſudit. Et in hitoria Lawerij legitimus dixiſſe Sixto, Experire vtrum idoneum miniſtrum elegeris, cui cõmiſiſti Domini ſanguinis diſpartionem. Ex quo colligimus diaconos tunc miniſtraſſe ſanguinem populo. Et lib. 9. hitorie Tripartite. c. 30. refertur Ambroſiũ hæc verba dixiſſe Theodoſio in obiurgacionem eius, Quomodo huiusmodi manibus ſuſcipies ſanctum Domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum ſanguinis pretioſi percipies? Ritus ergo ille non modo inter hæreticos, verum inter Catholicos multo tẽpore inualuit: adeo vt tẽporibus S. Tho. nõ dum fuerit abſolutus: dicens enim in quibusdã eccleſijs prouide ritum noſtrum obſeruari, inſinuat, quãdoq; ſaiſſe vniuerſalẽ. Et B. Rhe manus in annotationibus in Tertulianũ lib. de corona militis, refert Benedictionẽ, & Carthuſianorum ritum fuiſſe miniſtrandi ſanguinem laicis, quoniam à calice ſtitula argẽtea,

vel aurea, ſumebant. Poſtea vero tẽporis cũ ritus noſter tanquã tãtor & cautiõ creſceret, Vnic'e philiſtæ, & ciues Prægſes ceperunt editõ publico, pclamare, & neceſſariam eſſe cõmunionẽ ſub vtraque ſpecie, noſtramq; morem hæreticum eſſe: quorum error damnatũ eſt Concilio Cõſtantiẽſi ſeſ. 13. vbi habetur, cõſuetudinem hanc noſtram ad euitandũ aliqua pericula & ſcãdala rationabiliter introductã: licet in primitiua eccleſia huiusmodi ſacramentum reciperetur à ſide libus ſub vtraque ſpecie: cũ firmiſſime credẽdum ſit, & nullatenus dubitandũ, integrum Chriſti corpũ & ſanguinẽ, tam ſub ſpecie panis quã ſub ſpecie vini veraciter contineri. Qua diſtinctione Cõcilij nõ obſtãte, Lutherus omnium hæreſum ſententia in Bohemorũ errorem iuratus apud Germanos eundẽ ſuſcitauit. Cõtra quos nuper Conci. Trident. ſeſ. 21. Can. 1. 2. & 3. in hæc verba ſic diſtinit. Si quis dixerit ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis omnes & ſingulos Chriſti fideles vtraque ſpeciem ſanctiſſimę Euchariftiæ ſacramenti ſumere debere, anathema ſit.

Secundo, Si quis dixerit, ſanctã Eccleſiã Catholicã non iuſtis cauſis & rationibus adductã fuiſſe, vt laicos atq; etiam clericos nõ conſicientes ſub panis tantummodo ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, anathema ſit.

Tertio, ſi quis negauerit totum & integrũ Chriſtum & omnium gratiarum fontẽ & authorẽ ſub vna panis ſpecie ſumi, quia vtrũquẽ dã falſo aſſerunt, nõ ſecundum ipſius conſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur, anathema ſit. Ex qua diſtinctione duas colligimus conſcluſiones.

Cõcluſio prior eſt. Cõmuniõ ſub vtraque ſpecie nõ eſt adeo cõdemnata, vt ſit omnino cõtrarius Diuinus, nã verba Euagelica ſuperſicite tenus id videntur ſonare, & præterea cõſuetudo antiqua eccleſiæ: quo ſit vt privilegio eiõdem eccleſiæ poſſit nunc etia quibusdã illuſtribus indulgeri, vt principiibus, & regib; & cardinalibus nõ ſacerdotib; vt poſſit cũ omni decetia & cautela ſanguinẽ ſumere. Secunda cõcluſio, Eccleſia conſultiſimẽ ac ſanctiſſimẽ, vt Cõci. Trident. diſtinit, interdixit populo huiusmodi ſanguinis cõmunionẽ. Et ideo merito qui dixerit cõcilium id nõ potuiſſe aut debuifſe diſſimere, maniſeſtus hæreticus eſt. Si. n. verò eſt qd̄ Apoſtoliſillam formam ſolemẽ baptiſmũ, baptizandi in nomine Domini Ieſu, ex rationabili

Cõcilium  
Tridentinũ

causa mutarunt, nihil ergo mirum si ecclesia hunc ritum emendauerit. Licet discrimē sit quōd mutatio formę, cum sit de essentia sacramenti, absque reuelatione speciali fieri nequit: hec autē mutatio nō est nisi de usu sacramenti, qui nō est de eius essentia. Et idē etiam est de ritu, & usu sacramenti matrimonio, quem nunc mutauit ecclesia, & definitio Concilij Tridentini, cū clandestina matrimonia irritauit: quia ergo huiusmodi ritus & usus non est de essentia sacramenti, ideo absq; noua reuelatione per generalem prouidentiam id facere potuit, sicut olim ecclesia sanxit, vt fideles abstinerent a suffocato & sanguine, & cōsuluit, vt Christiani bona sua ad pedes Apostolorum afferret, quæ quidem pro ratione temporū mutata sunt.

Prima ratio conuincens mutationem vsus sanguinis fuisse decentissimam est, quam S. Th. adducit de periculo effusionis sanguinis. Secundo, accedit periculum corruptionis, quia sacramentū hoc pro infirmis paratum esse debet, vt de consecratione dist. 2. Can. Presbyter, iubetur: vinum autem facilitate accescit, & corrumpitur. Tertia ratio est, qd multis vini horribile est, & nauseam mouet, & infirmis haustus sepe noxius est. Quarto, quia posset prouincia tāta vini inopia laborare, vt nō posset pro populo copia haberi: qui casus sufficiens esset, licet ritus antiquus staret in ecclesia, vt Papa interpretaretur, quōd solus sacerdos corpus cū sanguine cōsecraret & sumeret, & populus solum corpus sine sanguine susciperet. Quinto, & id fuit condecens ad repellendum errorem eorum, qui censebant non totū Christum sub vtraque specie contineri, sed corpus sub specie panis, & sanguis sub specie vini. Similiter ecclesia, ad propulsandum Heuionitarum hæresim dicendum seruandas esse Iudaicas cęremonias, instituit, vt cōsecraretur fermentato. In his enim quæ nō sunt de necessitate salutis, aut de essentia sacramentorum, consultissimē ecclesia temporum rationes obseruat. Sexto, vt inter sacerdotes & populum hac dignitate discriminetur, non enim decet in hoc sacramento pares esse: habet quippe sacrosancta Eucharistia & rationem sacrificij, & rationem sacramenti, & quatenus sacrificium, est oblatio, quæ sacerdos, nomine populi, Christum hostiam viuā sanctam & immaculatā Deo offert: nam & si plebs tanquam assisiles suo ordine dicatur offerre, sacerdos tamen est, qui cōsecrat, & sacrificium perficit, & ideo

debet passionem ipsam perfectissimē representare, in qua sanguis a corpore fuit effusus, & ideo ad vtrunq; tenetur, tum cōsecratione, tum perinde sumere. Gratiam vero quā vsus sacramenti suscipientibus dignē communicat virtute corporis abunde participant, nam sub speciebus panis simul etiam & sanguinem suscipiunt. At vero quoniam Lutherus vtrunq; negat, scilicet, & missam esse sacrificium, & munus sacerdotis omnibus Christianis æqualiter conuenire: nos cōtrarium manifeste ostendimus ex cōcordia veritatis & figurarum: nam Genes. 14. legitur quōd Melchisedech sacerdos Christi ty pus panem & vinū offerebat. Et in esu agni paschalis, aut in manā, quibus, in figuram huius sacramenti, populus passus est, nulla fit ratio vini, sed tātum cibi. Et dum Christus Dominus tanquā præambulum huius sacramenti quā que panibus turbā satiavit, nulla fit mentio porus aut vini. Et S. Th. 4. sen. di. 11. q. 2. artic. 1. ait, In veteri lege qui animalia sacerdotibus in sacrificium offerebant, partē eorum quādoq; sumebant: de liquidis autē libaminibus oblati, vt de vino & oleo, vt legitur Leuit. 23. nihil populus sumebat, sed in solū vsum sacerdotū cedebat. Tū etiā quia si panes, ppositionis, qui erāt super altare in templo, populus semel in hebdomada ederet, sanguinē tñ sacrificiorū, vt Leuit. 3. legitur, solus sacerdos traiebat, lingēs altaris cornua.

Aduersus hęc Catholicā veritatem heretici opponunt, primo de loco illo Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis, vbi cū sub eodem tenore caro & sanguis nominetur, vtrunq; necessariū iubetur. Ad hoc pleriq; respondēt, locum hūc nō intelligi de sacramentali māducaione, sed per metaphorā de incorporatione in Christū per fidē, cui responderi in gloria esus & potus per visionē: iuxta verbū ipsius, Ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mēsam meā in regno meo, sicut Christus dicitur panis Angelorum. At vero proculdubio locus hic de māducaione sacramentali intelligitur, nam quāuis a principio locutus fuerit de huiusmodi māducaione per fidem, postmodū verō & potissime illis verbis de sacramentali loquitur, quod Augustinus optime nouit, nam Pelagianos reuincens eo quōd affererent pueros sine peccato nasci, & sine illo sacramento esse dignos vitā æternā, ipsos ex hoc verbo redarguit, Nisi manducaueritis, &c. nō habebitis vitā in vobis, &

Figurę

Hæreticorum,

1. Ratio.

August.

& ideo concludit sacramentum hoc esse de necessitate salutis, saltem voto, quod includitur in baptismo. Et ideo respondeo primo, quōd illud, Nisi manducaueritis, &c. dictum est ecclesię in communi, hoc est, nisi manducaueritis, vt ecclesia disposuerit carnem & sanguinem, ecclesia vero disposuit qd sacerdos sumat corpus & sanguinē, plebs solum corpus, sed quia singulis dictum est, non habebitis vitam in vobis: ideo secundo respondeo, qd sub speciebus panis caro simul & sanguis sumitur, vt Synodus Constantiensis innuit, nā licet sanguis illic non sit nisi ex naturali cōcomitantia, tam verē tamē est ibi dem sicut corpus, & ideo vtrūque simul sub qualibet specie sumitur, nam sub forma panis comeditur corpus, sumitur & sanguis: quare Christus nō dixit, nisi manducaueritis carnem sub specie panis, aut biberitis sanguinē sub specie vini, sed simpliciter, nisi manducaueritis, &c. vt māducaio referatur ad res, quę ambe sub vtraq; specie continentur.

Secundo loco obijciunt locū illū, Luc. 22. hoc facite in meam cōmemorationem, vnde duplex format argumentum, prius ex forma precepti, posterius ratione exēpli, quia dedit discipulis corpus, & eorum sanguinē dicens, vt Marth. afferat, Bibite ex hoc omnes. Ad hoc respondeo primo, verbū illud, facite, multiplice habere sensum, nā per illud instituit Christus discipulos sacerdotes, adeoq; precepit eis iuxta dispositionē ecclesię celebrare, & populo sacramētū dispensare, ac subinde populo iusit, secundū eiusdē ecclesię dispositionē sacramētum sumere: quōd modum quādo Ioan. 20. tradidit eis Spiritū sanctum, tanquā facultatē remittēdi peccata, in virtute precepit Christianis vt ea cōfiterentur. Secundo respondeo, qd si attendamus rigorē verborū, tū sonat, quādo tradidit corpus, vt est apud Lucā, dixit, hoc facite, post calicē vero id nō adiecit. Vnde & Paul. 1. Corin. 11. pariter in traditione corporis cōmemorat dixisse, hoc facite, sed in porrectione calicis nō ait nisi, hoc facite quotiensque bibetis in meā cōmemorationē, vbi nō subiugitur vni vsuale preceptū bibēdi, quod omnes liget, sed secundū ecclesię ritū. Vltimo respondeo, qd quāuis Christus precepto illo vnuerſalē fidelium ecclesię cōprehēderit, nihilominus Apostolis ecclesię tunc representatibus positū est, & ideo in cōmuni est intelligēdum secundū ecclesię dispositionē, vt cōcilia diffinierunt: & Christus, Apostolis quos sacerdotes instituebat, vtrāq; specie comunicauit: &

ideo illud, bibite omnes, nō ad omnes fideles, sed praeſtite ad Apostolos, & perinde ad sacerdotes referatur: nec ritus ille nouus est in ecclesia, nā discipulis euntibus in Emus, vt Luc. 24. legitur, in fractione panis sacrosanctū Eucharistie sacramētum illis cōmunicauit, vt August. sermone serię secundae paschalis exponit. Item Actu. 2. legitur, qd tūc fideles erāt perseverantes in doctrina Apostolorū, & in cōmunicatione fractionis panis, & in orationib; qd Doctores aliqui interpretantur de fractione sacramētis: & in historia Iacobi Apostoli legitur, qd cū mortuo Christo iurasset, se nō cōsecurum panē quosq; resurrexisset, apparuit ei Dominus, deditq; panem qui creditur sacramētis, vbi nulla fit mentio vini: & in oratione I. n. ca. vetimus panē quotidianum, quod plurimi de sacramēto explicāt. Vnus etiā ecclesia fuit apud quosdam vt parochiani farina cōferrent, quia panis fieret pro omnibus consecrādus, & nō vinum, in cuius memoriā relicta fuit distributio panis benedicti in ecclesia sine vino. Dominique Pius Papa decimus a Petro circa annū Domini 160. vt referunt de cōsecratione dist. 2. Can. si per negligentiam, cavit, vt si sanguis super terram spillet, sacerdos quadraginta diebus pœniteret, & si super altare, quā uerbo dicit, vbi de secularibus nihil meminit: quod est inditium iam tunc inchoatum morem subtrahendi sanguinem populo.

Vltimum argumentum sumitur ex detrimēto gratiæ, nam cū sanguis virtutem in se contineat conferendi gratiam, sicut & corpus, apparet distinctum gradum gratiæ infundi per sanguinem, ab illo qui infusus est per corpus, quo ideo non debet populus priuari. Ad hoc bisarīe solet responderi: primum non esse absurdum cōcedere auctiorem gratiam sub vtraq; specie sacerdotibus cōferri quāam populo sub vna, nam cum effectus sacramenti abunde per summptionem corporis conferatur, ecclesia nullam iniuriam facit secularibus, dum sanguinem illis subtrahit. Hęc tamen solutio sustineri nō potest. Primo, quia est cōtra diffinitionē Cōcilij Cōstantiensis scs. vltimo, vbi diffinitur, non conferri gratiam maiorem sub vtraq; specie quā sub vna. Secundo, quia si solutio fuerit, vti que hæretici conuinci non possent, vt altera tantū specie contenti essent. Tertio, quia expresse est contra sententiam D. Thom. 3. parte, quæst. 79. art. 7. ideo secundo & verius responderetur, ita tamen, mō eandem præſtite gratiam conferri

facerdotibus sub ambob<sup>9</sup> speciebus quā populo sub altera: & sic docet Caietan<sup>9</sup> ar. 12. questionis. 80. scilicet, quod gratia nō minus cōfertur virtuti illius, rei quā sub speciebus continetur per concomitantiam, quam virtute illius quē cōtinetur exvi cōsecrationis, quocirca quando postmodum sacerdos sanguinem seorsum sumit, quia eius effectum iam sumperat, non amplius recipit, sicut si vnam hostiam post alteram sumeret. Addit tamen Magister Soto in locum citatum, Si vero dum sumebat corpus forte non erat ei gne dispositus vt gratiam susciperet, & dispositus est in sumptione sanguinis, tūc eandem virtutem sanguinis simul & corporis recipiet. Salua tamen gratia sapientissimi ac religiosissimi viri contrarium assertionis eius existimo verum. Primo, quia si cum sumebat corpus non erat dignus, indignē ergo manducauit, & ideo sibi iudicium. Secundo, quia si corpus Dominicum, sicuti est nō dela anima, venenum esset, corporaliter illum occideret, igitur spiritaliter occidit. Tertio, quia sub distinctis speciebus distincta gratia concederetur, quod est contra distinctionem Concilij Cōstantiensis. Quarto, quia id est effectus peccatores cum conscientia mortalis ad Eucharistiam accederēt. Quinto, quia si hoc datur, debet etiam cōcedi speciebus in stomacho operari eundē effectum, quem operantur si digne sumerent. Sexto, quia simpliciter & absolute panis hic non est mortuorum, sed viuentium, vel saltem cū ignorantia inuincibili ad panē Dominicum vescendum accedentium. Vltimo, quia idem sacramentum eidem sub vni ca & eadem actione esset causa mortis dum corpus sumit indignē, & causa vitæ dū sanguinē iam cōtritum sumit, quē rationes suade re vidētur contrarium prædictæ assertionis.

Pro defensione Chryostomi & Hieronymi respondeo, quāuis primo aspectu vidētur Græcis & nobis Lutherang sectæ hereticis sanere, ab vtriusque in triplici discrimine differunt. Primo, quia quod Gelasius & ceteri Pōtifices de sumēda Eucharistia sub vtraque specie intinere, hi etiā laicis præceptū esse volunt, cōtra decreta & titulū quo solis sacerdotibus cōprehenduntur: & cōtradictibus historici aliis, qui affirmāt sanctionē à Gelasio datam hoc cauere, vt sacerdotes neq; Eucharistia sub vna tām specie cōsecrarent, neq; sub vtraque specie populo distribuerēt. Secundo, q̄ Chryostom<sup>9</sup>, Hieronymus, & alij quidā ecclesiarum pastores

ex indulgentia & benigna dispensatione populo cōcesserunt, isti in præceptū & obligationē vertunt. Tertio, q̄ illi anteaquā contra riuē ea de re statuit ecclesie, aut permisissent, aut cōcesserūt, isti vero etiā post synodicas & oecumenicas prohibitiones ita excessarum faciunt, vt diffiniāt ac decernāt ex Dei præcepto & ex necessitate salutis omnibus fide lib<sup>9</sup> Eucharistia sub vtraque specie sumēda, & eos grauitè peccare, qui alterā sine altera sumant, quos merito Cōstantiensis Concilium, & Tridēna Synodus damnant.

DECIMUM SEPTIMUM  
QUAESITVM.

An Petrus Paulo ac ceteris Apostolis fuerit dignitate superior.



Chryostomus in cōmentatio epistolæ ad Gal. Deinde post annos tres a seculo Hierosolymam vt videtur Petrum Gal. 1. Quid hoc, inquit, Pauli animo posuit esse modestus post tita taliaq; beneficia, cū nihil opus haberet Petro, nec illius egeret, sed honore par esset illi (nihil enim hic dicā amplius) tā ascendit velut ad maiorem ac seniore, solusque Petri cōspectus cōmouit illum vt eo proficisceretur. Ad eandē sententiā alludere videtur homo in epistolā ad Rom. 18. inquit, Neq; n. si populū suum Deus repulsurus fuisset Paulū sibi ex Israclitis elegisset, cui omnē prædicationem, cui res orbis, mysteria cuncta, vniuersamque dispensationem cōcederet.

Hieronymus consensit videtur Chryostomo, nempe quod Petrus autoritate & dignitate non fuerit Paulo superior, in expositione tituli huius, Paulus Apostolus nō ab hominibus, neq; per hominē, &c. Galat. 1. sic scribens, Potest obliquē in Petrum, & in ceteros dictum accipi, quod non ab Apostolis ei sit traditū Euangelium, sed ab ipso Iesu Christo, qui & illos & Apostolos elegerat, quod manifestus facit dum ab eis qui videbantur esse aliqui, nihil in se collatum referit: & ipsi Petrus in faciem restitisse scribit. Et infra exponens illud Euangelium, Ab homine non accepi, neque didici: idē repetit. Item super illud ex cap. secundo, Qui operatus est Petro in Apostolum, &c. loquens sub persona Pauli, ait, ego in nullo sum Petro inferior, quia ab vno Deo sumus

Gal. 1.

Rom. 18

Gal. 1.

1. Propositio

Math. 16.

2. Propositio

Math. 18.

sumus ambo in ministerio ordinati. Et lib. 1. aduersus Iouinianū indicare videtur Petrus parē potestati habere ceteris Apostolis, his verbis, Ecclesia licet fundetur super omnes Apostolos, & cuncti clauēs regni celorū accipiant, & ex quo super eos ecclesie fortitudo solidetur, in prope ea inter duodecim vnus eligitur, vt cōstituto capite schismatis tollatur occasio. Et in epistolā ad Euarium, videtur Romano Pōntifici quēlibet episcopū equare, ait enim, Vbiq; fuerit episcopus siue Romę, siue Cōstantinopoli, siue Alexandria, eiusdē meriti, eiusdē est sacerdotij: potentia diuinitatū, & paupertatis humilitas, vel sublimiorē, vel inferiorem episcopū faciunt ceterum omnes Apostolorum succello resunt. Et s. dicit Chryostomus & Hieronymi ab utroque nostrorū temporum heretici aduersus Petri primatū, cōtendentes labefactare supremā potestatem Petri, ac primatū Apostolicę sedis Romę supra ceteros Apostolos ac episcopos.

Disputat Doctores scholastici de hac quæstione. 4. sen. di. 18. & Caietan<sup>9</sup> inter sua opuscula, & A Equius in opere quod de hac re nō minus egregiū quā amplū edidit. Et quoniam materia hæc de potestate ecclesiastica, & in quo primo resideat, nimis lata ac diffusā est, aliqua ex illis, sequentibus propositionibus exponā. Prima propositio, tota potestas ecclesiastica tā ordinis quam iurisdictionis fuit in Petro Apostolo sibi à Christo dño collata. Hęc patet Math. 16. Tibi dabo clauēs regni celorū: vbi Dñs totā & integrā potestatem Petro pmissit, nō ergo dubium quin quod promissit, impleuerit, dato ergo pignorem quādo vel vbi Dñs impleuerit, Catholico tamen fat est scire & cognoscere q̄ si Dñs promissit, id opere adimpleuit. Et de hæc propositione cōtrouersia nō est. Secūda, in omnibus Apostolis fuit potestas ecclesiastica ordinis & iurisdictionis: hæc etiā manifesta est ex illo Mat. 18. vbi omnibus dñs est, Quodcūq; ligaueritis, &c. & quodcūque solueritis. Et Luc. 22. Hoc facite in meā cōmemorationē, quotiescūq; feceritis, vbi omnes sacerdotes sunt constituti. Dubium tñ est, an omnes Apostoli potestatem immediate à Christo acceperint, vel an à Petro ad ipsos deriuata sit. Et dubium est tā de ordinis potestate, quā iurisdictionis: & de ordinis potestate, quia Iacob<sup>9</sup> maior ordinatus est episcopus Hierosolymitanus à Petro, Iacobo, & Ioāne, vt habetur. e. ponō di. 66. & Paul<sup>9</sup> & Barnabas videtur q̄ ab alijs Apostolis pote

statē ordinis suscepisse: habetur enim Act. 13. d. xxi Spirit<sup>9</sup> sanctus, segregate militi Paulū & Barnabā, &c. & sequitur, imponēs eis manus, dimiserunt eos. His tñ nō obstantibus statuitur tertia propositio, Omnes Apostoli potestatem ordinis immediate acceperunt à Christo, hęc patet Luc. 22. Hoc facite in meā cōmemorationē. De potestate verō iurisdictionis dubium est grauius. Nā Turrecrē matalib. 2. c. 24. defendit nō omnes Apostolos potestatem iurisdictionis suscepisse à Christo, sed Pet<sup>9</sup> eam accepit, & ab ipso in alios est deriuata: & ea quæ adducit solum cōcludunt aliorū Apostolorum autoritatē iurisdictionis esse authoritatē Petri, & ei subordinatā. Ratio vero eius hæc est, quia si Christ<sup>9</sup> dñs potestatem iurisdictionis omnibus Apostolis tradidit, dedit ergo subditos & inferiores, tūc sic aut diuisit inter eos puincias, & hoc credendum nō est, quia neq; in Euangelio, neq; in sacris literis habetur: aut dedit illis potestatem supra totum orbē, quod neq; vero simile est, tunc enim plures super eosdem subditos eadē potestatem haberent, quod tñ est cōtra illud Dñi Luc. 11. Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur: & principij pluralitas in eadē prouincia & republica confusionē parit. Tum etiā quia si Petrus maior potestatis & autoritatis non esset quā ceteri Apostoli, tūc omnes essent æquales, quod tamen hereticum est, quia tunc Petrus princeps Apostolorum non esset, & cōtra diffinitionem oecumenici Concilij Florentini sels. vltima, sic enim habet, Diffiniuit sanctā Apostolicam sedem & Romanam Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pōntificem Romanum succellorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verē Christi Vicarium, totiusque ecclesię caput. Hoc tamen non obstante, statuitur quarta propositio, Apostoli à Petro nullā potestatem acceperunt, sed totā habuerunt à Christo. Probat hæc assertio cōtra Turrecrē matā, & plures alios Doctores, qui plus de bito autoritatem summo Pōntifici tribuunt, sicut etiā alij Cōcilio. Primo, quia omnibus Apostolis dictū est Mat. 18. Quodcūq; solueritis, &c. Et Ioānis. 20. Quorum remiseritis, &c. & Marc. vltimo, Eantes in vniuersum mundum prædicate euāgelium, &c. Prædicare autem, potestas iurisdictionis est. Et rursum Ioā. 20. Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos: nō dicit Pet<sup>9</sup> mittet vos, sed ego mitto vos. Si ergo à Christo sunt missi, & hoc cū potestate & autoritate, dicit enim, sicut

1. Propositio

Turrecrē matalib.

Cōciliū Florentinū

4. Propositio

1. Ratio



2. Ratio sicut misit me pater, ergo. Secundo arguitur quia Christus Dominus duodecim Apostolos instituit ad auctoritatem autem & Apostolorum ministerium spectat plenam potestatem habere, ergo eos misit cum plenitudine potestatis, antequam recedat. patet Matth. 6. & Luc. 10. & Mar. 3. & minor probatur ex doctrina S. Tho. in locum illud Epistolae. 4. Scilicet posuit in ecclesia quosdam Apostolos, &c. ubi inquit, Quod ad officium Apostolatus tria requiruntur. Primum auctoritas populum fidelem gubernandi. Secundo, docendi auctoritas. Tertio, miraculorum potestas. Sed quia ista Apostolis omnibus sunt data, ut patet Luc. 9. & Mar. vii. dedit eis potestatem ut daemonia eiecissent, & ut laegros curaret, & misit eos predicare. & Mar. ultimo, Euntes in vniuersum mundum docete omnes gentes, &c. Si ergo equaliter omnibus Apostolis ista tria ministeria tradidit, quae ad ad officium Apostolatus spectant, non ergo a Petro, sed a Christo potestatem immediate acceperunt. Tertio probatur, quia certum est, quod ceteri Apostoli non minor potestatem acceperunt quam Paulus, Paulus vero potestatem non accepit a Petro, sed a Christo, ergo & ceteri Apostoli minor habebat ad Gal. 1. & 2. ubi inquit, Hi qui aliquid esse videbantur nihil mihi conulerunt, sed qui operatus est Petro in Apostolatum, operatus est mihi: non enim segregatus sum in Euangelium ab hominibus, nec per homines, sed per revelationem Iesu Christi. Et quod Apostolus de se affirmat, id de ceteris Apostolis tenendum est. Sed offert se statim dubium, quam potestatem Apostoli a Christo receperint, numquid equaliter an Petrus maior acceperit? De hoc sit quinta propositio, Apostoli omnes extensiuè equaliter acceperunt potestatem a Christo, hoc est, quod sicut Petrus potestatem accepit in totum orbem, sic & Apostoli item extensiuè, id est, quantum ad actum omnes, sic quod quidquid Petrus in totum orbem poterat, similiter & quicquid quod alius Apostolus: hoc patet, quia Marci ultimo, omnes in vniuersum orbem ad praedicandum misit. Et Ioann. 20. sicut misit me pater, & ego mitto vos: Christus vero in vniuersum orbem est missus. Tum etiam quia vniuersaliter omnibus dictum est, quorum remiseritis peccata, & non solum Petro. Ad haec, quia omnibus equaliter data est vniuersalis potestas ad tres illas functiones, & actus, quos requiritur diximus ad ministerium Apostolorum. si gubernandi, & docendi fidelem populum, cum miraculorum potestate. Secundo id probatur ex gestis ipsorum Apostolorum, legimus enim, quod ubi

3. Ratio.

5. Propositio

cumque erant omnia quae spectabant ad vniuersalem potestatem ecclesiasticam, exercebant. E hoc ex Paulo constat, qui ad Gal. 1. & 2. pro vniuersali auctoritatem sui defendit, ostendens partem se habere potestatem cum Petro: & idem iudicium est de ceteris Apostolis, quia potestatem maiorem non habuit, quam illis data, quod etiam ex Cypriano constat in epistola ad Nouatianum de monite ecclesiae: & habetur. 2. 4. q. 1. c. loquitur Dominus, ubi inquit, Erant vtiq; ceteri Apostoli quo Petrus pari consortio praediti & honoris & potestatis. Sed quia hoc videtur esse contra Petri primatum, ideo statuitur Sexta propositio, Petrus inter omnes Apostolos auctoritate & potestate princeps fuit, & supremus. Probatur haec assertio, primum Matth. 10. & 12. ubi habentur Apostolorum nomina, quae sunt haec, primus Simon qui dicitur Petrus. Et Luc. 6. idem habetur, & Mar. 3. eodem ordine nominantur. Ex quo sic arguitur, Petrus dici non potuit primus, nisi auctoritate vel vocatione: vocationem autem primus non fuit, nam vt Ioann. 1. habetur, Andreas fuit primo vocatus, qui fratri suo Simoni dixit, Inuenimus Messiam, & duxit Petrum ad Iesum. Si ergo vocatione non fuit primus, sequitur quod auctoritate & dignitate primus fuerit. Secundo, probatur Matth. 16. Christus pro confessione heretica fidei Apostolis alijs praesentibus ei dixit, Super haec petra edificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni caelorum: ex quo liquido constat quod aliquod speciale Petro concessit, quod alijs non tradidit, vt ex promissione ipsa constat: hoc autem non videtur quid esse possit, nisi suprema dignitas & auctoritas. Ita Luc. 22. Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Si ergo curam fratrum ei commisit, id arguit potestatem supra ceteros supereminentem. Item Ioann. ultimo, alijs Apostolis praesentibus, iter interrogauit illum, dicens, Petre diligis plus his? & tandem dicit illi, pascere oues meas. Ex quo manifeste constat, quod pro maiori dilectione aliquid Petro, quod non alijs Apostolis concessit. Dubium tamen est, si ita est, quod Petrus auctoritate & potestate ceteris Apostolis fuit superior, quomodo igitur stat, omnes Apostolos aequalem potestatem habuisse cum Petro? Respondeo extensiuè, & quantum ad actum potestatem & auctoritatem fuisse in omnibus: Petri vero auctoritatem intensiuè in quatuor fuit superior & maior. Primo, quia Petri potestas ordinaria erat, ceterorum vero quae delegata: erat, non tamen delegata, vt potestas vicarij

6. Propositio

7. Propositio

Vicarij est delegata ab episcopo, & ei subordinata, licet episcopo ei concedat potestatem omnem quam supra potestati commissas habet. Secundo, quia Petrus potestas, quoad extensionem perseueratura erat in ecclesia: aliorum autem Apostolorum, ipsis defunctis, quoad extensionem cessauit. Episcopo enim potestatem & auctoritatem tantum in sua diocesi exercere potest, Petri vero successores excedit se in totum orbem. Tertio, quia licet auctoritas & potestas aliorum Apostolorum in totum orbem se extenderet, non tamen supra se inuicem erant, nec supra Petrum: si eius episcopo Lucensis non potest episcopo Auentis aliquid imperare auctoritate coercitua: Petri vero potestas supra ceteros Apostolos erat: ita deo si Iacobus praecipisset vt Hierosolymis maneret, obedire tenebatur, & idem de alijs Apostolis. Quarto, quia in causis maioribus & grauius Petri auctoritas supra ceterorum potestatem praegualit: vt potest h Petrus & Paulus de re aliqua cõcedissent, & Petrus tanquam de fide id diffinisset, Petri diffinitioni standum est. Septima & vltima propositio, Praeter Apostolos nullus alius potestatem & auctoritatem habuit immediate a Christo. Probatur haec assertio, quia locis omnibus quibus potestatem ecclesiasticam Christus tradidit, discipuli ibi non erant, sed solum Apostoli, vt patet Matth. 16. & 18. & Luc. 22. & Ioann. 20. & vltimo. Tum etiam quia Iosephus, qui cognominatus est Barababas, vnus erat ex discipulis, vt Actuum 1. patet, qui tamen potestatem a Christo non accepit: legitur enim Actuum. 9. quod erat Leuita & diaconus, & hoc post ascensionem Domini erat, & si illi Christus potestatem non dedit, creditur neque alii cui ali dedit. Etiam de Philippo Actuum. 8. constat, quod praedicauit Samaritanis: & tunc S. Thom. 4. dist. 2. q. 1. art. 4. ad primum argumentum, & quotlibet. 10. asserit illum Philippum, qui praedicauit Samaritanis, & baptizauit illos, non fuisse Philippum Apostolum: ratione probatur, quia ibi legitur ipsos Samaritanos per praedicationem & Philippi baptismum Spiritum sanctum non recepisse, & credibile non est, quod fuerit aliquis extra discipulorum numerum, & post Apostoli tunc misit vt Spiritum sanctum acciperet, cõpertum ergo est fuisse ex discipulis. Et Actuum. 6. & 12. legitur Philippum istum fuisse vnum ex septem diaconibus, & cum non sit vero simile, quod Christus illum solum diaconum instituerit, non ergo potestatem aliquam a Christo accepit. Et idem de alijs septuaginta duobus existimandum est. Dubium tamen est, an iure Diuino in ec-

clesia sit vna suprema potestas, quae auctoritate & potestate a Christo Domino succedat. Ad quod affirmatiuae respondeo vnica Catholica conclusione de fide. In ecclesia Catholica diuinae Potestatis Maximi supereminet ceteris dignitatibus ecclesiasticis auctoritate & potestate, & hoc de iure Diuino. Quod constat Matth. 16. ubi Petrum fundamentum instituit ecclesiae dicens ei, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, &c. Sunt qui verbum illud, Super hanc petram, non ad Petrum referat, sed vel ad Christum, qui lapis est angularis totius ecclesiasticae aedificae, de quo. 1. Corin. 3. ait Paulus, Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod Christus est Iesus, vel ad ipsam confessionem Petri, Tu es Christus filius Dei viui, quae prima petra est, & articulus, cui fides nostra subnititur. Alij, Tibi dabo clauem regni caelorum, non Petro singulariter dictum existimant, sed vel toti Apostolorum collegio, vel ecclesiae in cõmuni. Sed contextu Evangelico attentius inspecto, ad Petrum singulariter totum pertinere constat, nam Christus in interrogat Apostolos, quem dicunt homines esse filium hominis, non omnes, sed singulariter Petrus respondit, Tu es Christus filius Dei viui. Vnde cum postmodum Petrus omnium nomine fidem cunctorum confitere tur dicens, Nos credimus & cognominus quia tu es Christus: respondit Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus dabo est: Quasi dixisset, Non satis omnium peccata inspexisti, vt pro omnibus respondeas. Quocirca Leo Papa sermone. 3. de passione Domini, Vnus, inquit, de toto mundo eligitur Petrus, qui cunctis ecclesiae Patribus proponatur, & assignat ratione auctoritatis, quia primus est in Domini confessione, ideo primus est in Apostolica dignitate & potestate, confessio ergo Petri praerogatiua singularis sibi concessa, causa fuit. Et haec est sententia Clementis Papae in epistola prima ad Iacobum fratrem Domini, ubi Petrum fundamentum fidei a Christo positum esse ostendit, cuius ideo ore cognominatus est Petrus, nam primum inquit, Petrus Deus Pater filium reuelauit, cui & Christus beatitudinem contulit: quod & nomen ipsum Petri pandit, quid enim in causa esse potuit, quod solum Simonem Petrum nuncupauerit, nisi vt de petra fidei, quam ore promulgeret, nomen duceret, quo deinceps appellaretur: & ideo fateamur confessionem illam, Tu es Christus, primam esse fidei petram: nam si quis

Leo Papa

Clementis Papa

I 4 primum

primum agnouerit Christū esse Deum, qui mentiri nequit, ea que ipse nos docuit summa fide tenebit. Verumtamen non dixit, Super hanc petram ædificabo fidē meam (quanquā & hoc verissimum sit) sed Ecclesiā, hoc est politiam, & rempublicam meam, que prælatōrum administratione gubernatur, atq; super vno summo prælatō fundari debet: fuit ergo legitimus sensus, eo quod tu me cōfessus es filium Dei, atq; ad eō primā petram & fundamentum, vt vere sum, Ecclesię quā fabricare intendo, ego te vicissim Petrum (id est petra) instituo, qui vice mea petra Ecclesię sis, & fundamentū in terris. Ideo cum Domini dixit, Tu es Petrus, verbū illum, Tu es Petrus, ad Petrum ipsum referatur, ac si dixisset, Tu es petra, & super hanc petram, &c. & portę inferi non præualebūt aduersus eam (scilicet Ecclesiā) super te fundatā: & sicut ego habeo clauem David, qui celos clausos aperiturus modo sum, eorundem caelorum ego tibi clausos cōcedam, vt quidquid tu vice mea solueris super terram, sit solutum in celo, & quidquid ligaueris ligatū. Atque huius sententię sunt Patres antiqui, qui eiusdē Ecclesię columnę & fundamentum fuerūt: Origenes homi. 1. super Exo. magno illi, inquit, Ecclesię fundamento petra q; solidissima, super quam Christus fundauit Ecclesiā suam, vnde quid dicitur, modicę fidei quare dubitasti? Cyprianus in epistola ad Iulianū super Petrum, inquit, Christus ædificauit ecclesiā suam, vnde vnitatis haberet originem. Et Hieronymus super eundem locum Math. Quid est, inquit, quod ait Christus, & ego dico tibi, quia tu mihi dixisti, Tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi, nō sermone crasso, neq; vllum opus habēte, sed dico tibi, quia meum dixisse fecisse est, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam. Idem Ambrosius in sermone de natali Petri & Pauli, & in sermone de fide Petri, & multis alijs locis. Augustin⁹ in sermone de cathedra Petri, & sermone 26. de sanctis, Audistis, inquit, frequenter ipsum Petrum à Domino petram nuncupatū, sicut ait, Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam, si ergo Petrus petra est, super quam ædificatur ecclesia, recte pedes sanas. Extant decreta Leonis citati Anacleti, Cano. in nouo. 21. dist. quę asserta cōfirmant.

Locus alius cōfirmans auctoritatem summi Pontificis supremam esse de iure Diuino est qui habetur Ioā. vltimo, nō enim te

merē Christ⁹ Petro interrogauit, Diligis me plus his; sed qui aliquid singulare ei præ alijs cōmittere volebat, nepe Christiani orbis gubernaculum, ob id enim examen eius præmissit, an dignior reliquis esset, quo præmissis subiungit, quia diligis me plus his, pascere oues meas, hoc est (interprete Chrysostomo illic) præpositus & caput esto fratru, vt ipsi te in loco meo assumentes, vbiq; terrarū te in throno tuo sedentem prædicent & confirmant: qua de causa fidem Petri ecclesię appellat Lucā. 22. vbi secernens eum à reliquis ait, Ego rogabo pro te, vt non deficiat fides tua, tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos. Accedit ad hoc quod in concilio Niceno, & alijs antiquis, summus honos Romano Pontifici est delatus. Et beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus inter sua decreta, Vt membra, inquit, maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorū Pōtificum, à quo nostrum est quærere, quid credere quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes, præ omnibus quoniā ipse solus est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare, loco illius qui ipsum ædificauit, & nulli ali quod suum est plenum, dedit ipsi soli dedit, cui omnes iure Diuino caput inclinant, & primates mundū, tanquā ipsi Dño Iesu Christo obediunt. Idemq; Anacletus Can. in sancti, dist. 22. Ex qua doctrina constat solutio diffinitionis ecclīe Florentinę: consensus enim diffinitio nō illius, scilicet, Romanū Pontificē in vniuersum orbem tenere primum, & successorem esse Petro, verū Christi vicarium, & totius ecclesię caput: & addidimus diffinitionem hanc tanquam de iure Diuino esse habendam.

Ex diffinitis fit cōsequens in facultate ecclesię non esse positum; sic gubernationem Christianę reipublicę mutare, vt non sit in ea Papa, sed diocesē per episcopos & archiepiscopos & patriarchas gubernaretur, quoniam Papam Christus Diuino iure sibi subrogauit vicarium, qui cū de iure Diuino sit institutus, ideo de medio eum tollere ecclesia nō potest, sed tenetur illū ceu caput suum colere. Quod si arguas, si ecclesia non eligeret eum, nullus esset Papa: posset autē ecclesia pro bono pacis, aut alia iusta causa, nullum creare, ergo hoc est in sua facultate positum. Respondeo cōcessa maiori, nā electio Papę ad ecclesiā pertinet: & ideo, nisi ea ipsum legitime creasset, nullus esset: si aut nullus esset episcopus, neq; presbyter, nisi

Cyillus.

An duo Pontifices possint ecclesię præ esse.

si eius auctoritate ordinibus initiatus, attamen ecclesia nullo iure posset ab electione Pontificis abstinere, id est Spiritus sanctus eam non permittit in talē erroris foueā incidere. Quod si queras vtrum posset saltem duos aut tres Romanos Pontifices eligere, quorum alter Occidentali ecclesię, alter vero Orientali præfideret? Non enim defuerunt quibus hoc probabile sit iudicatum: vt si inter Romanam & Cōstantinopolitanam ecclesiā desideret, quod aliter desiderium pacari non posset, quā singulis earum singulos concedendo Pontifices, apparet enim institutionem talem iuri Diuino non aduersari, quia vterq; esset vicarius Christi, alteri minime subditus. Nihilominus respōdetur hu iusmodi assertionem nedum esse erroneam, sed etiam hereticam, quoniam Christus vnā Monarchiam instituit: cui vniū vicariū prætulit, sicut ipse vnicus & Rex regni caelorum, quem ideo constituit esse summū caput, cui vniuersalis ecclesia pareret: repugnat autem duos esse, & vtrūq; summum. Sed forte quis arguat, quoniam cōstet Christum Dominum personam Petri sibi suo loco substituisse passorem, non tamē inde palā colligitur instituisse eius successores apicem illum auctoritatis & potestatis semper tenerent: respondeo verba ipsa, Super hanc petram ædificabo ecclesiā meam, & tibi dabo claves, &c. & pascere oues meas, palā demonstrante illa ratione ecclesiā fundasse, vsque ad postremam diem orbis duraturā, vt sicut Petrus, sic & eius successores vice Christi fungerentur, atq; ad eō vnusquisque eorū summū in ecclesiā fastigium teneret. Potest tamen suos legatos ad diuersas ecclesias delegare cum plenitudine potestatis, vt sepe accidit, non tamen potest supremā potestatem à se abdicare, quin illos valeat amovere, & si ab illis appellaretur causas cognoscere & diffinire.

Legati Papa

Dubium autem est, an Episcopus Romanus iure Diuino Papa esse debeat? Caietan⁹ sic. 3. apologetice de primatu Papę id cōstantēr affirmat ex historia illa in qua habetur, qd cū Petrus carceribus liberatus ab Vrbe exiret, obuians Christus ei dixit, Vado Romā iterum crucifigi: quā historiā Innocentius. c. per venerabilem qui filij sint legitimi ad idem propositum allegauit. Inde colligit Caietan⁹ Diuinitus fuisse Petro mandatū, vt Urbem reuerfus, illic vitam finiret, atque ad morte sua summū episcopatum orbis sibi cōmissum stabiliret esse episcopatū Ro-

manum. Hęc subtiliter dicit, cui si quis adhaerereat nihil forte periculi subest. Attamen historia illa quā Ambrosius lib. 1. epist. refert, non tanta pollet auctoritate vt rei rati momenti solidum sit fundamentū, quare ne que Innocentius vt sacram refert. Præterea quauis historia infirma non esset, collectio tamen nō est satis firma, nam et si inde vtrūque colligatur, voluntatem Christi Domini fuisse vt Apostolus Romam suo sanguine cōsecraret, tenuissima tamen est illatio, vt sub inde voluerit sedem Romanam sic esse sedē summi Pontificis, vt nulla ratione ecclesia possit ista duo se iungere. Ideo ad questio-nem dico, primum, rem esse maxime decentissimā, vt Romana sedes Petri sanguine decorata sit sedes successorū Petri, id quod habetenus omnium Conciliorum sanctionibus, & Pontificum decretis, qui hucusq; præcesserunt confirmatur: & hoc est quod Innocentius voluit docere. Sed hac non oblatē veritate, nulla ex Euangelio prohibitio planē colligitur, quoniam cōstitutio ecclesię fieri posset, vt episcopus orbis sedem suam ab Vrbe demoueret, imō vt nullam particularem ecclesiā sibi applicaret, cuius dicere tur antistes, sed esset vniuersus episcopus, cui omnes particulares subirentur. Primum, quia in hoc more exemplum Apostolorum referret, qui in quātum Apostoli, fuerunt episcopi vniuersales totius orbis, quauis in orbem nutu Spiritus sancti fuerint dispersi. Secundo, quia cum Petrus quādo institutus fuit à Christo vniuersalis ecclesię caput, nulli fuerit particulari additus, nulla ratio conuincit vt per eius mortem iure Diuino restrictus fuerit Ecclesię Romanę: qua propter sicut ipse Antiochię septem annis sedet, & postmodum se Romam contulit, sic & vnus suorum successorum Abinoniz ex causa iusta pluribus annis fuit cōmoratus, & liceat postea Romam redierit, non tam videtur Diuini qd prohibeat ex causa iniusta tum honesta, posse sedem mutari Tridenti. Vidi & legi librum integru partē Caietani sustinentem: rem tamen nōn nimis virgebat. Sed cū ecclesia hactenus de hęc re nihil diffinierit, sententiam hanc diffinitione illius & Romani Pontificis subijcio.

Pro defensione Chrysostomi respondeo, qd ipse verborum sensus & occasio palam arguunt, Chrysostomum hic nō loqui de primaria Petri auctoritate ac iurisdictione suaper omnes Apostolos, & in omnem ecclesiā: sed de honore Apostolatus & dignitate fuisse

1. Ratio

2. Ratio

gelicæ prædicationis, & in hoc, inquit, quod Paulus Petro non fuit inferior: nam de Petri Monarchia faciens mentionem homi. 55 in Math. ait, Ecclesia, quæ totantisq; fluctibus irruentibus immobilis maneat, pastor & caput pitor homo est. Pro defensione Hieronymi aduersum ex dictis, triplicem in Petro fuisse potestatem, nimirum ordinis, Apollolatus, ac regiminis: si Apollolatum spectemus, hoc est docendi officium; & Evangelicæ prædicationis curam, quod ad hæc, inquit Hieronymus in cõmentarijs ad Galat. Paulum non esse inferiorem Petro, quia sicut Petrus electus est à Deo, vt euan gelizaret Iudæis, sic Paulus & Gentibus: si vero infirmitas ad potestatem quæ in sacramento ordinis conferretur, palam est vt cõtra Iouinianum & Euagrium scripsit, omnes episcopos pares esse: si verò de potestate regiminis, & de illa primaria super omnes episcopos & ecclesias autoritate sit sermo, optinè contra Iouinianum, & contra Luciferianos, & alibi scripsit, Petrum inter duodecim Apollolos electum; & caput omnium constitutum, vt eius suprema autoritate cõtentiones ecclesiarum dirimantur, & omnis schismatum occasio tollatur.

DECIMUM OCTAVVM QVAESITVM.

An electio sit ex meritis præiudis.



Hieronymus homilia. 1. in verba illa, *Eligit vobis ante mundi constitutionem.* Ephes. 1. ait, quod quemadmodum homines eligunt sibi optima, multo magis & Deus. Et homo illa ad Ephes. super illud, *Prædestinavit nos,* addit, prædestinavit seu prædistinguit homines secundum opera quæ præiudicant eis quos elegerat, vnde electionis gratia non solum est ex Deo, sed & ex nobis est. Quæ sententia Pelagianum quid respere videtur. De hac questione vide supra. 2. tomo Chrysostomi ad decimum tertium.

DECIMUM NONVM QVAESITVM.

An lapsus penitentia deneganda sit.



Hieronymus homil. 2. in illud, *In laudem glorie gratia ipsius.* Videtur vna cum Nouatianis penitentiam lapsis denegare, sic inquit, Deus ad salutem prouidit illos, qui vbi semel amici ipsius facti sunt, perseverant: quod si demum ad priores recurrant inimicitias, omnia frustra & in casum, non enim alterum generationis lauacrum conceditur, neque rursus superest secundaria reconciliatio, sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis emulatio, quæ consumptura est aduersarios. Et paulo post, *Ostendit tibi Deus lumen verum,* quod si ipso depulso, tenebras rursus incurris, qui tibi relinquatur excusationi locus: quæ spes veniam? ne vna quidem speranda est deinceps. Et paulo infra, *Si necessitatem patens peccandi, aut vim, veni vitæque assequeris,* si autem per ignauiam aut torporem laberis, non item.

Disputant Doctores scholastici questione hæc. 4. dist. 14. & 5. Tho. 3. p. q. 84. art. 10. & ad questionem, *impugnatus hæresibus,* respondet vnica conclusione, dicens, *Manifestum est quod penitentia est pluries iterabilis,* probat autoritate Evangelicæ Luca. 6. *Sto rem misericordes, sicut Pater vester misericors est.* Dominus autem misericordiam sine numero suis discipulis iussit dicere Petro *Marthæ. 18.* quærenti quoties fratris in se peccanti nexam condonaret, respondit, *non solus vsque septies, sed vsque septuagesies septies,* vbi numerus finitus pro infinito ponitur: patet ergo modo nobis peccantibus Deus quoties penitentiam egerimus, ignoscit, præsertim cum nos petere doceat, *Dimitte nobis debita nostra,* sicut & nos dimitimus debitoribus nostris. Deinde probat ratione duplici contra duas contrarias hereses: vide ibi. Primus author hæresis huius, scilicet, lapsus non patere remedium penitentiam, fuit Hieronimus, cuius illud veterissimum Montanus, vt ait Chot est Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, a quo postmodum Nouatus Romanus presbyter hæreditauit, vt lib. 6. ecclesiasticæ historię refert Eusebius. c. 34. deinde Chatari Nouatum sectantes, vt lib. de hæresibus c. 38. ait Augustinus, vnde superbi sumus & odiosissimum nomen sibi arrogauerunt, vt propter munditiam, quia nunquam peccabant Chatari, id est, mundi dicerentur: tamen Hieronymus super psalm. 95. *Nouacianos non prius dixit omnium peccatorum penitentiam de medio tollere, sed acerbam, inquit, de mendatio, peritio, & de furto, quia minora*

Eusebius.

August.

Hieronymus.

Chryso- stomus.

Concilia.

nora ab eis existimabantur, penitentiam posse haberi: ceterum de fornicatione & homicidio minime. Hæc autem hæresis adeo illo seculo execrabilis fuit, vt pleriq; Patres cõtra illam scripserint, vt Chrysostomus libro de reparatione lapsi, & Cyprianus in sermone de lapsis, & Hieronymus ad Damasum, & Ambrosius duobus libris de penitentia, & Augustinus inter questiones noui & veteris testamenti. q. 22. & libro de vera & falsa penitentia. Fuit error hic condemnatus, primo in Concilio Romano. 60. episcoporum, & Concilio Niceno. c. 8. & in Concilio Lateranensi, quæ diffinitur, quod lapsus post suspensionem baptismi per penitentiam potest etiam reparari, & Concilio Florentino penitentia annumeratur inter septem sacramenta. Et licet Tertullianus libro de penitentia videatur Nouatianis consentire, verum in feruis dictum corrigi.

Vltra Concilia, rationibus probo heresim hanc merito ab ecclesia esse damnatam. Primo, quia si hæresis hæc vllum haberet probabilitatis colore, homines obijceret in desperationis periculum, & ideo funditus ex humanis mentibus eradica est. Secundo, testimonij Diuini, Deus enim in hunc finem & Angelos & homines condidit, vt eos sua Diuinitate bearet, & ob id. 1. Timoth. 2. ait Paul. *Vult omnes homines saluos fieri,* nisi per ipsos steterit: cū homo sua natura infirmus & labilis, Dominus in infirmitate illi subueniens, penitentiam remedium instituit, quo posset mutata mente à malo in bonum conuerti. Vnde sicut in seculari vita corporis generatio non est nisi vna, sic & regeneratio per baptismum vnica tantum est: quia vero sanatio est à frequentibus morbis, sic & in vita spirituali baptismus non iteratur, penitentia vero toties quoties morbus mortis expulsi. Tertio, fragilitas humani generis id exigentem postquam iustitiam originalem amisit, sic mansit vulnerata, vt frequenter homines collabantur, quod Dñs Ten. 8. in causam indulgentiæ adduxit, vbi ait, *Nequaquam maledicam terræ propter homines, sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, naturalis ergo pronitas ad malum frequentationem penitentiam requirit, quod Dauid psal. 50. in causam venie deprecandæ allegabar, dicens, Ecce enim in iniquitatibus concepsum sum, quarum impulsu sæpe prosternor.* Quarto, ex natura ipsa penitentiam sacramenti colligitur eius repetitio, nã qui negat poenitentiam post baptismum, omnino negat sacramentum penitentiam: & ideo penitentia quæ est sacramentum in sui ratione & diffinitione includit remissionem peccatorum, quæ post baptismum committuntur: igitur si semel post baptismum lapsus penitentia non negatur, eadem ratio nec si septuagesies septies labatur, nam eadem est ingratiudine in omnibus, & licet crescat in posterioribus, alia tamen ratione priora possunt esse grauiora. Quinto, qui negat penitentiam toties iterandam quoties quis peccat, radicem ius naturæ tollit: natura enim admonet vt quoties homo deliquerit redire studeat in viam: quod si per Dei auxilium, vt fides docet, homo nequit, sublata ergo penitentia, cum nulla sit reliqua spes venie, nemo curaret resipiscere, & sic in hac vita homo diabolus fieret. Vltimo quia infernum miseriam in hoc ab hac nostra huius seculi militia differt, quod quantum hic viuimus patientia Dei, Rom. 2. ad penitentiam nos adducit, iterum atq; iterum nobis parcendo, sed eos impenitentes, qui longanimitate patientiæ eius contemunt, ira Dei in infernum adducit, vt penitentiam via illis claudatur.

Eadem Catholicam veritatem Deus meritis nostris impressit, Ezech. 18. vbi ait, *Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis (non aut istis aut illis, semel aut bis, sed quotiescunque) vita viuere, & non morietur.* Et subdit, *Nunquid voluntatis mea est mors hominis, dicit Dñs, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat.* Et, c. 33. iuramento id firmat, *Viuo ego, dicit Dominus meus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.* Si verò vt heretici aiunt, lapsus non pateret reditus, falsum vtique esse in ramentum Dei, dicentis, *nole illorum mortem.* Quem errorem, vt à nobis auferat, replicato, inquit, conuertimini, conuertimini à vijs vestris pessimis, hoc est, quantūcumque scelera & flagitia cumulaueritis. Et subiungit, *Impietas impij non nocet ei in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua, licet millies id fecerit.* Et Ieremi. 18. sine prescriptione alicuius termini, Si penitentiam, inquit, egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ego penitentiam super malo quod cogitauit vt facerem ei. Et tandem sicut nobis baptismus est, quo originale remittitur, ita Hæresis fides per circuncisionem applicata: sed illos lapsos Deus ad penitentiam admonet, & veniam pollicetur, ergo & nobis baptizatis

Ezech. 18

Ezech. 33

Ierem. 18

per

Gen. 4.

per penitentiae sacramentum reconciliatio conceditur.

Exempla huius rei sunt quaeplura Genes. c. 4. legimus, quod Deus Cain ad poenitentiam fratricidii induxit, quod post remissionem originalis patrauerat: & in lege Euangelica Petrus, qui, ut ait Augustinus, baptizatus tunc erat, post trinum negationem poenitentiam adeptus est. Et Paul. 1. Cor. 5. Fornicarium baptizatum Satanę tradidit, ut poenitentiam ageret, de quo ait epistola. 2. c. 2. Ego quod donauit, si quid donauit propter vos in personam Christi Nouatiam concedunt, ut ait Ambrosius, facit dotes super baptizatos semper habere potestatem ligandi, cum ergo Deus qui ad miserendam propensionem est, quae ad puniendum, simul coniunxerit, quodcumque ligaueritis erit ligatum, &c. quodcumque solueritis erit solutum, absque negant simul etiam habere potestatem absolucendi a peccatis, quod nisi per sacramentum poenitentiae exercere valent. Accedit & parabola de filio prodigo, Luc. 15. qui totam paternam substantiam dissipauerat: & tamen conuersus ad cor, & ad patrem reuersus, apertis visceribus susceptus est. Item in Iud. 12. ubi Dominus ait, Omne peccatum remittetur omnibus, spiritus autem blasphemie non remittetur: quis autem sit spiritus blasphemiae explicat dicens, Quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur. Omne ergo peccatum remitti potest, praeter peccatum in Spiritum sanctum, quod est desperatio vel perseverantia in mortali uisus ad mortem. Et Joann. Can. c. 2. Filii mei haec scribo uobis, ut non peccetis, sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum, & ipse est pater peccatorum nostrorum propitius, & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Multi alij loci sunt in scriptura, sed haec satis. Ex quibus colligitur regula Theologica, quod nunquam per Deum fiat, quominus peccator quantumuis sceleratissimus, cum ipso reconciliari ualeat, nulli enim auxilium necessarium deneget, quod ad reconciliationem sufficit, ut constat ex illo Apoc. 5. Ego quos auo arguo & castigo, quia uolens ego & poenitentiam agere, ecce ego ad hostium & pulso: si quis auerit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, cenabo cum eo, & ipse mecum. Ex quo Diuinus illud axioma colligitur, Peccato ruam ex te Israel (hoc est, tu es illius causa) ex me autem auxilium tuum. Tandem memoriae

Luc. 15.

Matth. 2.

Apoc. 5.

comendandum, quod cum hoc tam maximum beneficium Deus nobis in bonum nostrum contulerit, nos illo perniciosissime abutimur, quia tunc certa spes uenit feciores nos reddidit, ut in peccatorum uoluntate diuini reuolbamur. Sed caueant sero poenitentes incertum exitum, quo saepe iratum Deum experiantur.

Pro defensione Chrysostomi respondeo, quod ipse libro de reparatione lapsi, & hom. 2. in illum versiculum psalmi. 50. Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, sufficientissime mentem suam explicuit, nam cum peccatores ad poenitentiam animaret, in multis hominibus sepe in istam uocem prorupit, Peccasti, poenitere, milles peccati, nullies poenitere: quam uocem non deseruit qui damnarent, sed in eorum damnationem, ut ex doctrina adducta constat. Dicta uero Chrysostomi facile est recedat, nam cum hom. 2. ad Ephes. affirmat lapsi poenitentiam esse denegandam, non sunt intelligenda uerba haec de poenitentia priuata, ad quam frequenter inuitat peccatores, sed de poenitentia solemnibus, quae secundum antiqua iura non iterabatur, ut ait Augustinus epistola. 54. ad Maccedonium, ne medicina pluries iterata uilesceret, ut habetur de poenitentia, dist. 5. Quando uero in multis hominibus afferit, Milles peccati, milles poenitere, de priuata ac secreta poenitentia loquitur: & hanc peccasti milles, in remedium milles offert, non ut eis licentiam delinquendi praebet, sed ut eos ab omni occasione desperandi liberet: quod ipse eadem hom. 2. declarat, dicens, Haec dico, non ut negligentes uos faciam, sed ut ad fidem uos salutaris expectationis adducam, ne inquam desperetis de uobis, sed semper de Dei misericordia confidatis: desperandum enim de illo tantum est, qui de seipso desperauit.

VIGESIMVM QVAESITVM.

An originale attulerit nobis mortem animę sicut corporis?



Chrysostomus hom. 14. enarrans illud Pauli, qui dicitur Dominum seculum in corruptione, Afferere uidetur, peccatum Adę, in quo nascimur, intulisse nobis mortem corporis.

Pecc.

Peccata uero actualia post baptismum commissa offerre nobis mortem animae, inquit enim, Corruptibilis est nobis corpus, uerum incorruptibilis anima, ne itaq; & ipsam corruptumus, hoc primum illud peccatum fecit, quod autem post laucrum comititur & animam corrumpere potest, & capri facile reddere uermi immortali. Quod uero originale corpus & animam, & eius vires superiores & inferiores lesit, uide supra tomo. 4. ad tertium quaesitum.

VIGESIMVM PRIMVM QVAESITVM.

An sancti sint a nobis orandi.



Chrysostomus in fine hom. que de defectu Euangelij in scribitur, que extraordinarie ceterarum est, in hunc locum Pauli, sine occasione, sine uerba de Christo annuntiat. Phil. 1. Explodere uidetur intercessionem & patrocinia sanctorum, sic enim scribit, Ceterum non opus tibi patronis apud Deum, neque multo discursu, ut blandiare alij: sed licet solus patronis; caritas, & preter ipsum Deum de precibus, omnino tamen uoti compositus eris, neque enim tam facile Deus annuit, cum alij pro nobis orant, ut eam ipsimet oramus, & iam si plurimis plenissimus malis. Et paulo post, Vis discere quod etiam per nos ipsos orantes apud Deum uis efficimus, quam diu alij pro nobis orant: Clamauit Cananea, & ut accesserit discipuli dicunt, dimitte eam, quia clamat post nos: & ad illos quidem dixit, Non sum missus nisi ad oues domus Israel, quando ipsamet accessit & perseverauit clamans, Domine etiam catelli edunt de mensa dominorum, tunc beneficium dedit, & ait, Fiatribi sicut uis. Vides quomodo reperit cum alij praecarentur, ubi uero ipsamet pro dono clamauit, annuit.

Doctores scholastici disputant hanc questionem. 4. sen. dist. 15. & alij dist. 45. S. Th. 2. 2. q. 83. art. 4. & ad questionem, an solus Deus debeat orari. Respondet oratione dupliciter ordinari ad aliquem: uno modo quasi per ipsam implendam, alio modo sicut per ipsum imperandam. Primo modo soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam & glo-

riam consequendam, quae solus Deus dat, secunda illud Psal. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Secundo uero modo orationem porrigimus sanctis Angelis & hominibus, ut eorum precibus & meritis orationes nostrae fortiantur effectum. Probat ex illo Iob. 5. Vocatus est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Et Apocal. 8. ubi habetur, Ascendit fumus in censuram de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Hoc etiam patet ex modo quo ecclesia orationem a sancta Trinitate petimus ut nostri miseretur: & ceteris autem sanctis, ut orent pro nobis.

Primum se offert locus Iob. 5. excutiendus, Vocatus est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Apparet enim ex hoc loco sanctum Thomam non concludere intentionem, uerba enim illa non sunt Iob, sed Eliphad Themanites, qui erronea multa asseruit, quale est illud, Circa cardines caeli perambulabat, ubi expresse Dei providentiam negat. Tum etiam quia id dixit Iob irridendo. Sed respondet, quod etiam hoc admissio, locus uiget maxime. Patet enim Eliphad Themanites Iob ob sua scelera a Deo flagellari, ideo quasi irridendo ei dicit, quod se ad sanctos conuertat: quasi insinuans nullam sanctum pro eo oraturum, cum iuste patitur. Quidquid ergo Eliphad senserit, sit est Iob sanctos orasse, quod ex hoc loco sufficienter elicitur. Error iste, quod sancti non sunt a nobis orandi, fuit Vigilantij, post fuit Vuiclepi, & Bohemorum, & nostris temporibus Lutherani illum susceperunt. De Deo quod sit a nobis orandus, ex scriptura euidenter notum est, nam Patriarchae & Prophetae Deum orauerunt: & Christus Dominus uelam orauit, sed etiam nos orare docuit: & Ecclesia Christi sponso quotidie & frequentissime orat: & huiusmodi orationes salutaris esse dicitur. Naturalis etiam ratio hoc idem dicit esse, scilicet superiorem orandum, in cuius potestate est nostris subuenire miseris, hic autem Deus est.

De Angelis stultum & absurdum esset negare quod Deum orent & pro hominibus in tercedant: nam in Zacharia legitimus, Angelum afflictioni populi Dei miseratum, sic Dominum rogasse, Domine exercituum usque quo tu non miseraberis Hierusalem & urbem Iuda, quibus tu iratus es: Qui responsum clemens accepit a Domino, quod populo annuntiaret. Et in Daniele habetur, princeps Persarum restitit mihi viginti & uo diebus:

Zach. 1.

Danie 10

Danl.7  
Tobia.12  
Gen.33  
Hebr.1  
Iere.15  
Ezech.14  
2.Mac.5  
g.rod.32  
Psal.151  
Matt.27  
Luc.17

diebus: ecce Michael vnus de principib⁹ primus venit in adiutoriu meum. Cuius loci vera expositio est, quod princeps regni Persarū erat Angelus cuius provincia Persarum: Angelus autem telis materialibus resistere nō poterat: restitit ergo orationibus Deum deprecando, vt regnum & provinciam sibi commissam custodiret, Daniel. etiam. 7. ha beatur, Accessit ad vinum de assistentibus, & veritatem querebā ab eo de omnib⁹ his, Tobie. 12. dixit Angelus ad Tobiam, Quādo orabas cū lachrymis, & sepeliebas mortuos, & eleemosynam dabas, ego orationē tuā ob ruli Domino: quid autem est Angelum orationem nostram Deo offerre, nisi illum simpliciter orare, vt supplicationi & petitioni eius condescendant. Neque Angelus id ipsi Tobie narraisset, scilicet, orationem eius Domino obtulisse, nisi vt significaret modum, quo ipse Tobias vota sua fuerit consecutus, mediante, scilicet, opere ipsius Angeli. Et in Gene. Iacob dixit Angelo, Non dimittam te vsq; dum benedicas mihi. Et in Matth. Angeli eorum semper vident facie patris, cuius expositio est, vt illos custodiant, vindicent, & à Deo impellent quod illis ad salutem expedit. Et Paul. ad Hebræ. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.

Quod vero sancti defuncti pro nobis intercedant, & eorum orationes Deus exaudiat, habetur Iere. 15. Si tulerit Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istū: Moses autem & Samuel sancti erāt vitæ: supponit ergo q̄ iam defuncti Deū orabāt. Et in Ezech. Si Noc, Iob, & Daniel orassent pro eis, non eos saluarem. Constat tamen prophetas illos sanctos defunctos esse, & tamen inde aperte colligitur, sanctos illos solitos esse Deum orare, & à Deo exaudiri. Præterea legitur in libris Machab. q̄ Ieremias (cū defunctus esset) orabat assidue dominum pro populo Dei, dedissetq; ei gladium dicens, Accipe sanctum gladium. minus à Deo, in quo deiciēs aduersarios populi Israel, sicut & factum est. Item in Exodo, Recordare Domine Abraham, Isaac, & Iacob. Et in psalmo, Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius. Et Matth. Multa corpora sanctorum surrexerunt, & venerunt in sanctam civitatem, sed non ob aliud venerunt, nisi vt homines viuentes de necessarijs ad salutem instruerent: gerebāt ergo curam illorum. Et Lucæ diēs in infer-

no orabat Abraham, ne eius fratres in locū quo cruciebatur venirent. Si ergo diēs in inferno orabat, à fortiori ergo beati & sancti orabunt pro his qui Deo charitate sunt cōiuncti. Et in Apocaly. Vsq; quo Domine sanctus & iustus non vindicas sanguinē nostrum. Si ergo sancti vindictam contra inimicos orant, quid prohibet quominus pro amicis orent? maxime cū de multis sanctis viuis legamus, eos Christum & Deum pro alijs orasse, eosq; exauditos esse. A. fortiori ergo credendum est de sanctis defunctis cū Christo regnantibus, q̄ pro nobis orant, & exaudiuntur. Et ideo cū ex scriptura diffinitum sit, Deum, Angelos, & sanctos defunctos orandos, merito Lutheri damnat⁹ est Concilij Carthaginiens, Can. 13. & Milebitano, & Bracharensi secundo, & Toletano. 5. Can. 9. & super Concilio Tridentino sess. 25. titulo de inuocatione, & veneratione, & reliquis sanctorum. Sic enim habet, Illos qui verò negant sanctos æterna felicitate in celo fruētes inuocandos esse: aut qui asserrunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, vt pro nobis etiam singulis orent, in uocationem, esse idolatram, vel pugnam cū verbo Dei, aduersariq; honori viuis mediatoris Dei & hominum Iesu Christi, vel solum esse cælos regnātibus voce, vel mente supplicare, impie sentire, &c.

Dubium tamen est quomodo beati orationes, quas ad ipsos dirigimus, cognoscant. Caietano & alijs visum est, illos eas formaliter cognoscere in verbo, & à principio suæ beatitudinis omnes orationes nostras cognouisse. Oppositum tamen tenendum est cum S. Thom. qui in isto articulo. 4. tenet, q̄ eas non cognoscunt formaliter, sed casualiter, hoc est, quod casualiter in illis cognitione orationum & petitionum Deus, eis reuelando. Et quod hoc ita sit probatur, & quarto quando ego loquor cum Petro, nunquid potest verba quæ ego profero sine Dei cōcursum intelligere? certum est quod non, sed Dei intercessus semper est quolibet instanti paratus, ergo sancti non ex suis naturalibus, sed per Dei auxilium speciale statim quod illos oramus, orationes & petitiones nostras agnoscunt. Et Caietano & qui illum sequuntur in hoc decepti sunt: existimant enim q̄ ea quæ Deus cognoscit reuelare moratur, ac si conditionis esset humanæ: quod non ita est, sed cū cognoscit, statim reuelat.


De existentibus in purgatorio dubiū est, an sint à nobis orandi. Videtur enim quod ipsi

Apoc.6

ipsi pronobis orent. Maiorem enim charitatem tibi habent quā cū essent in via. Respondeo, non esse à nobis orandos. Ratio est, quia orationes nostras non intelligunt, neq; necessitates, quas patimur, sciunt, cum beati non sint, & ideo licet ipsi pro nobis orent, nos non debemus ipsos orare, sed pro illis orare, & suffragijs iurare.

Pro defensione Chrysostomi respondeamus ipsum nec somniasse sanctos à fidelib⁹ non esse inuocandos, sed aduersos desides in uehebatur, qui de sua salute omnino in peccatis dormientes obliuati erant. Contra quos homi. 8. in Matth. inquit, Si negligentes fuerimus ac desides, neq; per aliorum quidem merita possumus saluari, &c. hæc autem dicimus, non vt pro peccatoribus supplicandū esse sanctis negemus, sed ne nos metipsos in otium ac desidiam resoluamus, & dormientes ipsi alijs tantummodo nostra curā mādemus. Et idem confirmat homi. 5. in Matt. ait enim, Etiam si Abraham Patriarcha pro his supplicet, qui in suis vitijs permanendo inmedicabiliter egrotant, abibit Deus, relinquēs rogantem, ne vocem pro talibus interuenientis exaudiat. Et homi. 45. in Gen. Quando, inquit, quod ex nobis est si mala fuerimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert, quod si ipsi negligentes fuerimus, spem salutis nostræ in solis ipsis collocauerimus, nihil amplius nobis prodest, non quod infirmi sint iusti, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos perdimus. Et homi. 1. in priorem epistolam ad Theff. ait, His itaque cognitis, neque sanctorū preces cōtemnamus, neque totum in illas projiciamus hoc idem, ne temere in sidijs opprimamur, illud verò ne extra multum lucrū & profectum excedamus, sed oremus etiam vt pro nobis precentur, manumq; porrigāt, vt virtutis studio ipsi adheramus, vt bona diligebimus Deum promissa consequi valeamus, &c.

**VIGIIMVM SECVNDVM  
QVAESITVM.**  
An pro cathecumenis absque baptismo decedentibus orandum sit.

 Hrysostomus homil. 3. in illud, *Desiderium habet dissolui esse cū Christo*, Philip. 1. indicare videtur, quod pro cathecumenis absque baptis-

mo decedentibus nō sit orandum. Sic enim scribit, Deum placamus pro defunctis orantes, verum istud quidem de illis dicimus, qui in fide decesserunt. Cathecumenos vero neque isto solatio dignamur, sed omni huiusmodi desistuti sunt auxilio, vno quidē dempto. Quoniam illos pauperibus, illosum nomine dare licet, vnde illis non nihil refrigerij accedit.

Disputant Doctores scholastici materiam quæ tangitur in hac questione. 4. sen. dist. 5. & dist. 45. S. Thom. 3. p. q. 66. art. 11. vbi quæritur, an conuenienter describantur iā baptis mata. Nam an cathecumenus sine baptismate aquæ discēdens salutem consequatur, est quæstio facti, que pendet ex hoc: an baptismate penitentia & flammis discesserit baptizatus? Et responder S. Thom. duabus cōclusionibus. Prior, Tria sunt peccati remedia, quæ vocantur baptismata, nempe baptismus aquæ, martyrium, & penitentia, seu quiuis actus sufficiens peccata remittere. Et martyrium nuncupatur baptismus sanguinis ab effectu effusionis eius. Motus vero cordis appellatur baptismus flammis, à causa, quia flamine Spiritus sancti inspiratur. Baptismus aquæ à sua materia sumit nomen fluminis. Posterior conclusio, baptismus iā sanguinis quā flammis ob id nominatur baptismus, q̄ vtreq; supplet vicem baptismi aquæ. In quo insinuat simpliciter, & absolute baptismum aquæ censerit baptismum, reliqua non sic, sed propterea baptismata appellari, quia vicem baptismi supplet. Probat ambas conclusiones. In litera vide. Et confirmatur doctrina S. Thom. autoritate Augustini lib. 4. de baptismo contra Donatistas. c. 22. Et refertur de consecratione di. 4. c. baptismi vicem. Baptismi enim vicem, inquit, aliquando implere passionem. De latrone illo, cui non baptizato dictum est, hodie mecū eris in para diso, B. Cyprianus non leue documentum assumit, quod etiam atq; etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod baptismodeerat posse suppleri, sed etiam fidē confessionemq; cordis, si forte ad celebrādum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Hæc S. Thom.

Doctrina trium baptismatum solennis est, non modo inter scholasticos verum inter patres antiquos, qualis est Augustinus loco citato, & de fide ad Petrum lib. 6. quod refertur. Can. firmissimè de consecratione di. 4. & lib. 13. de ciuitate Dei. c. 7. & Hieronymus super

August.

Cyprian.

Hierony.



G. Nazian  
Benedictus

super illud ad Ephet. 4. Vna fides, vnun. ba-  
ptisma, & Creg. Nazianzenus Orat. 2. de Epi-  
phanij, & Cyrillus super Leuit. 2. libro : &  
Benedictus epistola. 60. atq; Hugo lib. 2. de  
sacram. parte. 6. c. 7. & Vualden. tomo. 2. de  
sacramentis. c. 96. & 97. Et hoc in scriptura  
fundamentum habet. De baptismo passionis  
Apoc. 7. Hi sunt qui venerunt ex magna  
tribulatione, & lauerunt stolas suas, & deal-  
bauerunt eas in sanguine agni. Luca. 12. Ba-  
ptismo habeo baptizari. Et Marc. 10. pote-  
stis baptismo, quo ego baptabor, baptizari.  
De baptismo flammis Eiaiz. 4. si abluerit  
Dominus sordes filiaru Sion, & sanguinem  
Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu  
iudicij (scilicet discretionis cordis) & spiritu  
ardoris. Et Actu. 1. Vos autem baptiza-  
mini spiritu sancto & igne non post mul-  
tos hos dies. Doctrina hac inde traxit ortu,  
q; baptismo in Euangelio ad remissionem  
originalis culpe instituitur, Nisi quis renatus  
fuerit, &c. & Qui crediderit & baptizatus  
fuerit, &c. Hinc haeretici colligebant prae-  
ter baptismum aquae, in re nemini patere re-  
missionem originalis, atq; adeo nec salutem.  
Contra quos sancti Euangeliorum interpre-  
tes, ne negare contra Euangelium viderentur  
actiones illas, quae per se sine baptismo  
ad remissionem originalis sufficere possent,  
& illius sacramenti vicem supplere; & ideo  
appellari baptismum, qualis est conuersio in  
Deum, adueniente vsurationis, vbi includi-  
tur votum baptismi, vel formaliter, vel (vt  
communis schola Theologorum tenet) virtua-  
liter: vt quando est ignorantia inuincibilis  
baptismi, ac praecipue martyrium, & deniq;  
omnis actus, qui originale peccatum suffi-  
ciens est remittere, atque adeo qui bap-  
tismi votum formaliter & virtualiter includit,  
appellationem baptismatis meretur. Vnde  
Augustinus & ceteri doctores post illum con-  
tra haereticos sic arguebant. Deus nemine  
ad impossibile obligat, ergo licet praecipuum  
baptismi quantumvis strictum posuerint, ut  
inominus vbi nulla ad est baptismi possibili-  
tas, vel vbi inuincibiliter ignoratur voluntas  
obtinenti remissionem peccatorum, pro ba-  
ptismo facto in aqua a Deo reputatur: nam  
qui dixit, Nisi quis renatus fuerit, &c. pari-  
ter dixit, Si impius egerit poenitentiam, vita  
vinct, Ezech. 18. Et quod ad martyres atti-  
net et similes dixit, Maiorem charitate nemo  
habet, quam vt ponat animam suam pro ami-  
cis suis.

At qui Cornelius, vt legitur Actu. 10. ante.

quam baptizaretur a Petro, in gratia erat, quia  
eius elemosina iam Deo placuerant. Et  
Paulus antequam baptizaretur ab Anania, ce-  
nerus fuerat baptismum flammis. Et eod. c.  
10. ait Petrus, Quis prohibere potest vt ba-  
ptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt,  
sicut & nos. Baptismus ergo flammis  
cum voto realis baptismi, antequam sit copia  
aquae, sanctificat. Ecce ergo cur baptismum  
hoc cogit privilegium. Nam cetera sacra-  
menta non sunt instituta ad remissionem ori-  
ginalis, sed ad alios effectus gratiae conferen-  
dos. Patet deinde q; baptismus sanguinis &  
flammis solum illi sunt actus principaliter  
charitatis, qui baptismi votum quodammo-  
do includunt, quare conuictio Christiani pec-  
catorum actualium, non tam proprie dicitur  
baptismus flammis, quam virtus poenitentiae.  
Ideo Cyrillus elemosynam & alias actio-  
nes misericordiae, quibus peccata dicuntur re-  
mitteri, non vocat baptismata, sed remissiones  
peccatorum: tamen largo & nomine exten-  
so, non modo tales contritiones, verum om-  
nes motus charitatis dici queant bap-  
tizata.

Tridentina Synodus sess. 7. Can. 5. diffinit  
doctrinam hic positam: sic enim habet, Si quis  
dixerit, baptismum liberum esse, hoc est, non  
necessarium ad salutem, anathema sit. Et Can.  
4. de sacramentis in genere: Si quis dixerit,  
sacramenta nouae legis non esse ad salutem  
necessaria, sed superflua, & sine eis, aut eorum  
voto per solam fidem homines a Deo gra-  
tiam iustificationis adipisci, licet omnia sin-  
gulis necessaria non sint: anathema sit. Ex  
qua diffinitione aduertendum, quod licet  
baptismus flammis & poenitentiae in casu  
supplet aquae baptismum, sed post huius  
diffinitionem concedi non debet, quod de  
facto quis salutem consequatur sine aliquo  
actu fidei explicito. Nam decreto. 6. eiusdem  
sessionis sextae sic diffinitur, Fides nostra Ca-  
tholica sine qua impossibile est Deo place-  
re: fides autem nostra explicita est. Et infra,  
Si quis originale peccatum, vel per humani-  
tatis naturae vires, vel per aliud remedium af-  
frit tolli, quam per meritum vnus mediatoris  
Domini nostri Iesu Christi, aut negat ipsum  
Christi Iesu meritum per baptismi sacramen-  
tum tam adultis quam paruulis applicari, ana-  
thema sit. Quia non est aliud nomen sub eg-  
lo datum hominibus, in quo oporteat nos sal-  
uos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu  
Christi. Vnde illa vox, Ecce Agnus Dei, ec-  
ce qui tollit peccata mundi. Et illa, Qui est q;  
bap-

baptizati estis, Christum induistis. Item,  
quia remedia salutis magis expressa & ex-  
plicita sunt in lege Evangelica, quam in le-  
ge naturae, aut scripta erant: sed in omni  
lege accedentem ad Deum saltem oportuit  
credere, quod est, & quod se in qui-  
rentibus remunerator sit: si ergo tunc nec-  
cessarius fuit actus aliquis expressus fidei,  
a fortiori ergo nunc lege Evangelica, in qua  
ea quae ad salutem sunt necessaria plura  
sunt. Quod si quis quera quis actus  
sit iste, respondeo, quod saltem credere  
Christum Dominum esse verum Deum &  
hominem mediatorem: & si tempus ei con-  
ceditur vitae, & ceteri articuli illi prepo-  
nantur, teneat illos explicito credere: si  
vero de facto, antequam baptismum sus-  
cipiat, ex vita migrauerit, salutem potuit  
consequi, & de facto saluari. An vero salu-  
tem sit consecutus, quae est facti, &  
Deus scit. An vero pro illo sit oranda, iam  
ecclesia diffinit, non esse pro illis oran-  
dum, Concilio Bracharen. primo, sessio-  
ne. 35. sic enim habet, Placuit vt catechu-  
menis sine redemptione baptismi defun-  
ctis simili modo, non oblationis oratio,  
vel commemoratio, neque psallendi im-  
pendatur officium: nam & hoc per igno-  
rantiam vsurpatum est. Et de Palude. 4.  
diffinitio. 4. quaestione. 3. conclusion. 1.  
affirmat, quod tales priuantur ecclesiasti-  
ca sepultura. Et de consecratione, distin. 4.  
Can. catechumenum, ex professo verbis  
Augustini ad Fortunatum probatur, quod si  
catechumenus per baptismum flammis  
potuit gratiam consequi, a fortiori per  
baptismum sanguinis. Sed ad quaestionem  
facti videtur quod ecclesia aliter sentiat  
de illis quam de baptizatis baptismate re-  
generationis, cum eos prius his suffra-  
gijs externis, & ecclesiastica sepultura. De  
quibus tamen non repugnat iudicium id  
haberi, quod de discedenti maiori excom-  
municatione excommunicato, formamus,  
quem ecclesia priuat per viam purificationis  
ecclesiastica sepultura: qui tamen potuit  
in Deum conuerti, & salutem consequi. Si  
aliter ergo de catechumeno sine baptismum  
discedenti.

Pro defensione Chrysostomi ex dictis  
patet responsum, nam cum prisci Patres  
animaduertissent, quosdam catechumenos,  
ex ignavia & loco dia, baptismatis sacra-  
mentum vsque ad extremam diem vitae dif-  
ferre, abstulerunt eis sacrificij oblatio-

nem publicam, & funeris honorem, vt hac  
ignominia deterri, ad baptismum propo-  
rarent. Et hoc est quod Bracharen. con-  
cilium diffinit. De priuatis vero & le-  
cretis orationibus concilium nihil diffi-  
nit. Ideo Chrysostomus primo loco af-  
ferit, catechumenos esse priuatos publi-  
cis & solennibus precationibus Ecclesiae.  
Ex priuatis vero asserit, quod potest il-  
lis aliquid refrigerij accedere, sicut & qui  
excommunicatus discessit, si post mortem  
ab excommunicatione absoluitur, & corpus  
eius ecclesiastica sepultura tradatur, alio  
quid refrigerij illi accedit.

VIGESIMVM TERTIVM  
QUAESITVM.

An sacrae literae Deo patien-  
tiam tribuant.



Chrysostomus homilia se-  
cunda in epistolam ad Co-  
lossenses in illa verba, Ad  
impatientiam & longanimitatem,  
Coloff. 1. explicans hanc  
clausulam, ait, nusquam in  
in sacris literis Deo tribui patientiam, sed  
crebro longanimitatem, verba eius haec  
sunt, Longanimes erga eos sumus, quos  
viciis possumus: patientes vero erga eos  
quos viciis non possumus: propterea pa-  
tientia Deo nunquam tribuitur, longani-  
mitas vero sapissime. Quemadmodum hic  
ipse beatus alibi scribens dicit, an diuitias  
bonitatis eius patientiae & longanimitatis  
contemnis? Rom. 2.

Disputant Doctores scholastici in. 4.  
sentent. distin. 16. de materia huius qua-  
estioni, vbi de partibus satisfactiois, per pa-  
tientiam vero tristitiam Deo satisfacimus.  
Et sanctus Thomas secunda secundae, qua-  
estione. 136. articulo. 5. vbi quaerit, an pa-  
tientia sit idem quod longanimitas? Et re-  
spondet, quod sicut magnanimitas dicitur  
per quam aliquis habet animum tendendi  
in magna sic longanimitas dicitur per  
quam quis habet animum tendendi in ali-  
quid quod in longum distat: & ideo fieri  
K ma-



magnanimitas magis respicit spem tenden-  
tem in bonum, quam auidacia, vel timor,  
quae respiciunt malum, sic & longanimitas.  
Vnde longanimitas maiorem con-  
uenientiam videtur habere cum magnanimitate  
quam cum patientia. Sed potest conuenire  
cum patientia duplici ratione. Primo,  
quia patientia, sicut & fortitudo, sustinet alii  
qua mala propter aliquod bonum, quasi ex p-  
pinquo expectetur, facile est sustinere: si au-  
tem in longinuum differatur, difficilis est ex-  
pectatio: mala autem in praesenti sustinere  
difficilior est. Secundo, quia haec ipsum quod  
est bonum speratum differri, nactum est cau-  
sare tristitiam, secundum illud, Spes quae dif-  
fertur affligit animam. Vnde in sustinendo hu-  
iusmodi afflictionem potest esse patientia,  
sicut in sustinendo quascunque alias tristitias.  
Sic ergo secundum quod sub ratione mali con-  
tristatus, potest comprehendi dilatio boni spe-  
rati, quae pertinet ad longanimitatem, & labor  
quem homo sustinet in executione continua  
boni operis, quod pertinet ad constantiam,  
tam longanimitas quam constantia sub patientia  
comprehenduntur. Vnde Tullius diffinit  
patientiam dicit, Patientia est honestatis ac  
vilitatis causa voluntaria, ac diuturna per-  
pesso rerum arduarum ac difficilium. Quod  
dicit, difficultium, pertinet ad gravitatem ma-  
li, quod proprie respicit patientiam. Quod ve-  
ro additur, diuturna, pertinet ad longani-  
mitatem, secundum quod conuenit cum patientia.

Dubium est, an in Deo sit patientia. Ratio  
dubitanda est, quia plura Diuinae scripturae  
testimonia Deum patientem appellat, & eius  
patientiam commendat: ut illud, Et tu Domine  
Deus patiens, & multae misericordiae, & ve-  
rax. Et rursum, Dominus patiens, & multum  
miserans, & de patientia eius centies peccator  
facit malum, & a Deo per patientiam  
expectatur. Et ad Rom. Sustinuit Deus in  
multa patientia vasa aptata in interitum. Et  
Petrus, expectabant Dei patientiam in die-  
bus Noe. Tertullianus fecit librum de patientia  
Dei, & nimis eius patientiam exaggerat,  
per hoc enim quod patiens peccata non punit.  
Et Augustinus libro de patientia, multa de  
eius patientia adducit. Contra quod heretici  
istatim insurgunt, asserentes absurdum esse  
in Deo patientiam ponere, eum cura ho-  
rum inferiorum non habeat. Duo huic dubio  
respondemus. Primo, proprie & in rigore  
loquendo, in Deo non est patientia. Pro-  
bo, quia obiectum & materia patientiae est tri-

stitia, sed proprie loquendo in Deo non est  
tristitia, ergo neque patientia. Secundo dicimus  
metaphorice in Deo esse patientiam, sicut &  
penitentiam, hoc est, quoad eius effectum. Effec-  
tus enim Dei est peccatorum, cui eos potest  
iuste punire, patienter ferre, sicut accidunt in  
ter homines. Vnde similitudo metaphorica  
in hoc stat, quod sicut homo iustus tristitia  
patienter fert: sic & Deus hominum scelera.  
Obiectum vero proprium penitentiae  
est tam remittere tristitiam, quam eam tempe-  
rare.

Dubium aliud est, cui obiectum patientiae sit  
arduum & difficile, sicut de facto est omni tem-  
pore & aduentu tristitia remittere & tempe-  
rare, an hoc homo ex suis viribus naturali-  
bus, valeat an ad hoc indigeat speciali auxilio?  
Huic dubitationi satisfacimus per sequentes  
conclusiones. Prima, virtus non est, nisi  
circa suum obiectum versetur, sicut & in omni  
euentu. Haec patet, dato enim  
quod quis faciat vnum actum fortitudinis,  
fortis non dicitur, sic ergo & in actibus om-  
nium aliarum virtutum, nam propter  
vnum actum virtutis quis studiosus non di-  
citur. Secunda conclusio, patientia, ut vir-  
tus singularis, versatur generaliter circa  
tristitiam, ex quacunque causa proueniat,  
sive ex bonorum spiritualium amissione,  
sive ex amici vel parentis morte. Tertia  
conclusio, Tristitia prouenire potest ex quo-  
cunque naturali malo, sive sit malum lae-  
dens, sive ex amissione alicuius boni proueniat,  
ut ex amissione honoris, famae, vel  
diuitiarum. Quarta conclusio, Ferre tristitiam  
de per se non est bonum, nisi propter  
aliquid aliud bonum. Hoc ex Euangelio patet,  
Si quis te percusserit in vnam  
maxillam, praebet ei alteram. Tristitiam illam  
& iniuriam ferre, de se bonum non  
est, nisi propter felicitatem, aut aliquod  
aliud bonum honestum, percussus tristitiam  
illam ferret. Ex his respondeo ad pro-  
positum dubium. Et quare prius, quod  
quis sit paratus omnia tristitia & aduersa fer-  
re, & bona omnia naturalia admittere, vnde  
de hoc illi prouenit? Si dicas ex bono e-  
quanimitatis, & propter pacem mentis &  
cordis: tum amplius quare equanimitas illa  
bonitatem vnde accipitur, a fine & bo-  
no supernaturali. Quod si arguas in Platone,  
Catone, Diogene, & alijs philosophis  
erat virtus patientiae in lumine naturali: pa-  
tienter enim tristitia, quae ex amissione bono-  
rum temporalium procedunt, ferebant, neque  
tamē

tamen bonum supernaturale cognoscebant.  
Dico ad hoc primo, in lege naturali patientiam  
nunquam fuisse perfecte cognitam: &  
si fuit cognita, vsque ad legem Euangelicam  
non fuit in executione, & exercitio  
politae: non fuit enim tunc aliquis qui mor-  
tem fuerit persequens propter gloriam & Dei  
honorem, sicut martyres passi sunt, vel non  
omnino cognoscebatur, bonum esse tristitia  
ferre. Secundo dico, quod philosophi si  
tristitia patienter ferebant, erat propter bo-  
num quod lumine naturali cognoscere po-  
tuerunt, siue hoc esset bonum aliquod honestum,  
vel premium, quod post hanc vitam spe-  
rabant, qui animam cognouerunt esse im-  
mortalem: & propter hoc virtutem patientiae  
in materia aliqua speciali habuerunt. In  
omni tamē casu, & in omni euentu quod ad  
virtutem perseverantiae pertinet, quia hoc ex-  
cedit vires naturales, sine Dei speciali auxilio,  
neutiquam valuerunt.

Pro defensione Chrysostrami aduertendum,  
nomen hoc patientiae, in scriptura duo signifi-  
ficare, virtutem, scilicet qua aduersa fortiter  
tolerantur: & haec in Deo non cadit, quia ca-  
pax calamitatis non est: & expectationem  
qua errantes ad respicientiam longo tem-  
pore expectare solent. Et haec, inquit Augu-  
stinus libro de patientia, proprie Deo conue-  
nit. Sic enim enim inquit, Patientia Dei pre-  
dicatur, non in hoc quod malum aliquod pa-  
riatur, sed in hoc quod a expectat malos ut co-  
uertantur. Diffinitus tamen quod in rigore  
proprie patientia Deo non conuenit, sed me-  
taphorice. Chrysostramus vero ad priorem  
significationem respiciens, recte adnotauit  
nullibi in sanctis libris patientiae nomen dis-  
tribui, quia nec tristitia, nec calamitatis ca-  
pax est: metaphorice vero aduertendum est,  
in Deo esse patientiam.

VIGESIMVM QVARTVM  
QV AESITVM.

An singulis hominibus singuli An-  
geli sint deputati?



Chrysostramus homi. 5. in il-  
lud, Passus est per sanguinem  
et sicque super terra sunt & quae in  
caelis. Colof. 1. indicare vide-  
tur, non esse singulis homi-  
nibus singulos Angelos ad

custodia deputatos, sed tantum fidelibus in Chri-  
stum creditibus: sic enim ait, Primum iuxta  
numeros gentium erant Angeli, nec vero non  
secundum numeros gentium, sed secundum num-  
erum fidelium. Vnde liquet: Audi Christum di-  
centem, Angeli eorum semper videt faciem pa-  
tris, qui in caelis est. Etenim vnusquisque; cre-  
dentium Angelum habet, nam & ab initio  
quisque; virorum celeberrimus ac probatus: An-  
gelum habebat, quoadmodum Iacob dicit, An-  
gelus qui passus est me, & qui liberauit me a  
uentute mea.

Doctores scholastici de custodia Angelorum  
disputant. 2. sen. di. 11. & S. Th. 1. p. q. 113. Scar.  
4. querit, An omnibus hominibus? Angeli ad  
custodia deputati. Respondet affirmatiue, & p-  
bat ex Hieronymo, qui exponit illud Mar-  
th. Angeli eorum in caelis, &c. dicit, Magna  
est dignitas animarum, ut vnusquisque; habeat  
ab ortu natiuitatis, in custodia sui, Angelum  
delegatum. Et ratione, quia homo in statu  
vitae istius constitutus est quasi in quadam  
via, qua debet tendere ad patriam, in qua mul-  
ta pericula homini imminet, tum ab interio-  
ri, tum etiam ab exteriori, secundum illud  
Psal. In via hac qua ambulabam absconderunt  
laqueum mihi. Et ideo sicut hominibus  
per viam non tutam ambulandam dantur cu-  
stodes, ita & cuiuslibet homini, quoadiu-  
tor est, custos Angelus deputatus: quado autem  
iam ad terminum vie peruenierit, iam non ha-  
bebit Angelum custodem, sed habebit in re-  
gno Angelum correptantem, in inferno de-  
monem punientem.

Dubium est in quo gradu fidei sit cer-  
tum, homines custodiri ab Angelis. Res-  
pondeo, id esse certum certitudine fidei.  
Probo ex illo psal. Angelus meus manda-  
uit de te, ut custodiant te in omnibus vijs  
tuis. Quem locum licet tentator de Chri-  
sto induxerit, ab omnibus tamen Docto-  
ribus de hominibus exponitur. Nam cum  
Christus Dominus custos sit Angelorum,  
custodia Angeli non indigni. Et cum Eu-  
angelium dicat, quod apparuit Ange-  
lus confortans eum, ut ad prelium, quod  
iam iam imminet, ut caro rationi ef-  
feret conformis, more humano loquens, hu-  
manitatem Domini, quasi derelictam, con-  
fortabat. Et Matth. 18. habetur, Ange-  
li eorum vident faciem patris mei, qui in  
caelis est. Vbi Hieronymus, Magna est di-  
gnitas animarum, &c. fit Elai. Super te Hie-  
rusalem constituit custodes. Quem locum  
Doctores sacri exponunt de Angelis, quos  
K 2 100

Preus. 13

Psal. 88  
Psal. 144  
Eclesi. 3.

Rom. 9

1. Petr. 3

Psal. 90

Math. 18

Esa. 64

Dominus auxilio & speciali fauore super Hierusalem constituit. Sed an singulis hominibus singuli Angeli ad custodiam deputentur? Respondeo, id certum esse ex sententia Hieronymi, Augustini, & ex communi schola theologorum: & Sancti Thomae articulo. 2. optima ratione probat, quae est, quia Angelorum custodia est quaedam excusio Diuinae prouidentiae circa homines: prouidentia autem Dei aliter se habet ad homines, & aliter ad creaturas corruptibiles: homo enim non solum est incorruptibilis quantum ad communem speciem, sed etiam quantum ad propriam formam, quae est anima rationalis: quod de alijs rebus corruptibilibus a se non potest: manifestum est autem quod prouidentia Dei principaliter est circa illa quae perpetuo manent: sed secundum Gregorium, Diuersi ordines deputantur diuersis rerum generibus: pura potestatem, ad arcendos demones: virtutes, ad miracula facienda. Rationabile ergo est, quod diuersis hominibus, diuersi Angeli ad custodiam deputentur. Sed nunquid hoc est de fidei: & qui contrarium assereret nunquid haereticus esset? Respondeo, non esse de fide in primo gradu, quod singulis hominibus singuli Angeli deputentur: esset tamen temerarium, quia contra communem sententiam Doctorum sacrorum & scholasticorum. Quinimo apud Gentiles etiam custodes animarum concedebantur, quos ipsi genios appellabant.

Dubium tamen est, supposito ex S. Tho. ar. 3. quod Angeli custodes sunt ex infimo ordine Angelorum, videtur quod non omnes homines singulos Angelos custodes habeant. Probo, quia plures homines erunt quam sunt Angeli infimi ordinis: quod ex eo constat, quia tot homines saluandi sunt, quot Angeli ceciderunt, sed plures Angeli ceciderunt quam sunt in infimo ordine, ut Apoc. 6. habetur, Draco de caelo cades traxit secum tertiam partem stellarum: si ergo plures ceciderunt quam sunt in infimo ordine Angelorum, ergo singuli homines singulos Angelos custodes non habebunt. Respondeo ad hoc, & dico primo, Vnus Angelum multos homines custodire successit, & isto modo plures sunt Angeli ordinis inferioris, quam homines saluandi, qui eodem tempore simul viuunt. Secundo respondeo, negando plures homines esse quam sunt Angeli inferioris ordinis, quia multi affirmant non esse necessarium, sedes ruinam, quod ad numerum reparandas fore, sed solum quae-

ad speciem. Sed quia communis Theologorum tenet, sedes ruinae, etiam quod ad numerum reparandas: ideo prior solutio sufficienter argumentum soluit: scilicet, quod quia successit unus Angelus plures homines potest custodire, ideo non concluditur plures esse homines iustos quam sint Angeli infimi ordinis. Et ideo bene stat quod singulis hominibus singuli Angeli deputentur. Ex qua doctrina inferitur, primum patentem in statu innocentiae Angelum habuisse custodem: nam licet ei in statu illo pericula non imminerent, poterat tamen peccare, ut de facto peccauit: & quia Dominus illum peccatorem sciebat, ideo ei Angelum custodem dedit. Secundo, inferitur Beatissimam Virginem Angelum custodem habuisse: & forte de suprema Hierarchia eum habuit.

Dubium tamen est de Antechristo, & de omnibus reprobis, & damnandis, an Angelos custodes habeant? Respondet Sanctus Thomas articulo. 4. ad tertium, quod sicut praesenti & infideles non priuantur custodia Angelorum, sic nec Antechristus exteriori auxilio totius naturae humanae Diuinitus concessio, scilicet, custodia Angelorum, per quam & si non inuenitur, quantum ad hoc quod vitam aeternam bonis operibus mereantur, iuuantur tamen, quantum ad hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur, quibus & sibi ipsi, & alijs, nocere possunt. Nam & ipsi demones arcantur per bonos Angelos, ne nocent quantum volunt. Et similiter Antechristus custodia Angelorum non tantum nocere poterit, tum etiam, quia licet sint praesenti, Angelus tamen custos ignorat damnationem, & quia nescit eum quem custodit esse damnandum, ideo custodit. Tum etiam custodit a maioribus peccatis, quae committere posset, vel a malis corporalibus, quae ei possent accidere.

Dubium tamen est, an sicut singulis hominibus singuli Angeli in custodiam deputantur, sic etiam singuli demones singulis hominibus ad instigandum ad malum, & ad accusandum, deputentur. Dicimus non oportere fateri illud, Deo tamen permittente, ex malitia prouidentiae vel ciuitatis deputantur Angeli aliqui in punitioem talis prouidentiae vel ciuitatis, vel ad certas aliquando personas. Et hoc patet ex illo Danielis. 10. ubi habetur, quod Angelus Persarum restitit alteri Angelo, ne regno sibi commisso noceret. Qui Angelus secundum Hieronymum malus Angelus erat. ]

Ex

Ex quo elicitur, Deo permittente, fatendum esse, quod sicut cuilibet prouincia, & ciuitati, & cuilibet homini deputati sunt Angeli in custodiam, similiter in poenam peccati deputantur singuli demones in punitioem.

Dubium tamen est, an vni homini plures Angeli deputentur. Sanctus Thomas pariter affirmatiue asserere videtur, nam Archangeli principibus & magnatibus deputati sunt. Detur ergo particularis homo, qui Angelum custodem habeat, & postmodum in summum Pontificem eligitur, tunc datur ei Archangelus, & sic plures Angelos habet custodes. Dico ad hoc primo, id concedere non esse inconueniens, vel secundo id concedere non esse necessarium, sed sufficit quod vnus vnus custodiat, in quacumque sublimi dignitate sit constitutus. Vel tertio dico, illi, qui ad maximam dignitatem est assumendus, a principio suae natiuitatis non Angelum, sed Archangelum in custodiam dari.

De cultu Angelorum est dubium quousque se extendat: & an possit homo quotannis Angelo suo custodi missam celebrare. Magister Victoria asserit Parisiensi disputatum fuisse istam questionem. Et aliqui sustulerunt partem negatiuam, ex illo Apocal. 19. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum, Deum adora. Ex alia parte alij affirmant fortiter, quia sunt sancti: si ergo sancti sunt colendi, cur non & Angeli? Tum etiam, quia custodiunt nos, & pro nobis intercedunt plusquam alij sanctorum. Si ergo sancti sunt colendi, ergo & Angeli. Dico ad hoc primum licitum esse sanctos Angelos colere, & nimum etiam venerari. Hoc ex vsu Ecclesiae constat, quia sanctos Angelos orat, & eorum festa colit. Et adductum ex Apocal. non obstat, nam ille locus exponitur primo, quod Angelus ille prohibuit adorari cultu laetiae, qui soli Deo debetur: & ideo merito tali cultu adorari prohibuit. Sed quia Ioann. bene sciebat cultum laetiae soli Deo deberi, ideo secundo & appatentius dico, Angelum dixisse propter dignitatem Apostolatus, & honorem sancti Ioannis, & ideo sic dixit, Conseruus tuus sum, quasi in sinu sanctitatis mihi aequalis es: & ideo ex vrbinitate quadam Angelus id asserere potuit. Tum etiam ob reuerentiam humanitatis in vnitatem supposito Diuini assumptae. Et ideo licet ante Domini incarnationem Angeli ab

hominibus adorarentur, post Christum tamen Dominum incarnatum, id non sunt passuri: & hoc est quod Apocal. 19. significatur. Quantum ad custodienda festa Angelorum seruandus est mos ecclesiae. Et consultius est festa restringere, quam ampliare.

Sed an Angelus deputetur homini ad custodiam a principio suae natiuitatis? Respondet S. Thom. affirmatiue. Probat, quia beneficia quae dantur homini Diuinitus, ex eo quod est Christianus, principium habent a tempore baptismi, sed ea, quae prouidentur homini a Deo, in quantum habet animam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accipit: tale autem beneficium est custodia Angelorum: ideo ista tim a natiuitate habet homo Angelus ad sui custodiam deputatum. Conclusio haec S. Thom. est communis & ab omnibus recipitur loco citato. Et ad argumentum quod statim se offert. Quia homo, quousque, ad usum rationis perueniat, male operari, & delinquere non potest, ergo vsque dum ad usum rationis perueniat, Angelo custode non eget. Respondeo licet ita sit, quod donec perueniat ad usum rationis, peccare non possit, sunt tamen rationes propter quas oportet puero Angelum esse deputatum. Primum, ut pariter eius moneatur, ad hoc quod current, ut sacramenta ei ministrantur. Secundo, ut eum a demonibus & maleficijs defendat. Tertio, ut eum a periculis naturalibus imminetibus custodiat. Sed nunquid quando mulier est praegrans, sunt ibi duo Angeli custodes, an vnus? Respondet S. Tho. ad tertium, quod puer quoadiu est in materno utero, non totaliter est a matre separatus, sed per quendam colligationem est quodammodo adhuc aliquid eius, sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris: & ideo, probabiliter dici potest, Angelum qui est in custodia matris, custodire prolem in matris utero existentem.

Vltimo dubitatur, an Angelus custos quandoque deserat hominem? Respondet Sanctus Thomas articulo. 6. totaliter, nunquam hominem ab Angelo deserit, sed ad aliquid interdum eum dimittit, prout scilicet non impedit quin subdat alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum secundum ordinem Diuini iudiciorum. Et secundum hoc Babylon, & domus Israel ab Angelis derelictae dicuntur, quia Angeli earum custodes non impederunt quin tribulationibus subderentur. Circa hanc doctrinam aduertendum, quod

licet homini quandoque multa eueniant, hoc tamen non est ex culpa Angeli custoditus. Et ideo si aliquando nos deserunt, id non est similitudo, sed tantum secundum quid, hoc est, quoad periculum certum, vel malum certum, & hoc ex Diuina dispositione: aliquando etiam in poenam delictorum praecedunt. Et hoc sensu exponendi sunt loci illi Ierem. 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam. Et Ezech. 5. conuerteris de uinea, ait, Auferam sepem eius, & erit in conculcationem omnibus bestijs terra. Et notandum, quod Angelus caecos non semper nobis in terra adest, sed quandoque in caelum ascendit, & tamen propterea non desinit nos custodire, quia in caecis quae hic aguntur cognoscit, & si oportuerit subito descendit, & ministerium sibi commissum exequitur. Sententia beati Chrysostomi fultinet non potest, quia aduersus sententiam omnium Doctorum sacrorum & scholasticorum.



Chrysostomus homi. in primo ad Timotheum. 2. in illa uerba, Diaconos similiter & pueros. 11. tom. 2. asserit inter episcopum & sacerdotem nullum fore esse discrimen, sic. inquit, Postquam de episcopo dixit, omisso presbyterorum ordine, ad diaconatum transit: cur id quod supra quia scilicet inter episcopum & presbyterum interest ferre nihil, quippe & presbyteris ecclesiae cura commissa est, & quae de episcopis dixit, etiam presbyteris congruunt. Sola quippe ordinatione superiores illis sunt, atque hoc tantum plusquam presbyteri habere videntur.

Hieronymus in commentario epistolae ad Titum dilucidat hunc locum, ut constituas per ciuitates presbyteros, titulo. 1. episcopum & sacerdotem asserit utrumque idem esse. Cuius uerba sunt haec, Diligenter uerba Apostoli attendamus dicentis, ut constituas per ciuitates presbyteros: idem est enim presbyter quod episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent: & diceretur in populis, ego sum Paulus, ego Apollo, ego autem Cepha, communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur, postquam uero uniuersique, eos quos baptizabat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electis superponeretur ceteris, ut schismatum semina tollerentur. Et discant hanc non meam, sed Apostoli esse sententiam: legant eius uerba ad Philippen. dicentis, Paulus & Timotheus sancti qui sunt Philippis, cum episcopo & diacono gratia & pax. Philippis una est uerba Macedonia, & Cefarea, in una ciuitate plures ut nuncupantur episcopi, esse non poterant: sed quia eosdem episcopos illo tempore & presbyteros appellabant: propterea indifferenter de presbyteris, quasi de episcopis est locutus. Et in actibus Apostolorum, Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo posuit uos Spiritus sanctus episcopos. Et hic diligenter obserua, quomodo uetus ciuitatis Ephesi presbyteros postea episcopos dixerit. Haec diximus, ut ostenderemus apud ueteres eosdem fuisse presbyteros quos episcopos. Et ut episcopi nouerint se magis consuetudine quam dispositionis Dominice ueritate presbyteris esse maiores: & in communi debere ecclesiam regere.

Ambrosius in commentarijs epistolae ad Ephes. in. cap. 4. eisdem suffragatur, ita scribens, Non per omnia conueniunt dicta Apo-

Hier. 5. Eia. 5

VIGESIMVM QVINTVM QVAESITVM.

Biblia an lingua vulgari omnibus sit legitima.



Chrysostomus, homi. 9. in illa uerba, sicut dixi in libro Colos. 3. inquit, Videte obsecro seculares omnes, comparate uobis Biblia, anima pharmaca, si nihil aliud uultis, vel nouum Testamentum acquirite, Apostolorum acta, Euangelia, his incumbite: imo non incumbere solum, sed assidue omnia illa, quae mente contine. Luthera in obsequium hunc locum episcopis Catholicis, qui non omnibus concedunt lectionem uulgarem Bibliorum, quae Chrysostomus omnibus secularibus emenda monet. Vide supra hoc, tomo. 4. ad 12. quae situm.

VIGESIMVM MEX TVM QVAESITVM.

Episcopus an presbytero sit maior.

Philipp.

Act. 10

Vuileph

Apostoli ordinationi quae nunc in ecclesia est, quia haec inter ipsa primordia sunt scripta, nam & Timotheum episcopum a se creatum presbyterum uocat: quia primum presbyteri episcopi appellabantur, ut recedente coequegens sit succederet. Denique apud Aegyptum presbyteri consignant, ut praesens non sit episcopus: sed quia ceperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio: ut non ordo, sed meritum crearet episcopum multorum sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temere usurparet, & esset multis scandalum.

Doctores scholastici disputant de hac questione. 4. sent. di. 24. & S. Tho. 2. 2. q. 184. ar. 6. & questionis possunt esse duo sensus. Vnus, utrum uera uis sit discrimen inter episcopum, & simplicem sacerdotem, uel iure Diuino, siue humano: Alter uero, utrum hoc discrimen sit de iure Diuino: Et ideo questio in duabus conclusionibus fiet satis. De prioris sensu soli haereticis incitantur: Vuileph ait, nullum esse prorsus discrimen, sed promiscue omnes sacerdotes esse episcopos, atque adeo quemlibet posse conferre, & ordinare, & habere plenam iurisdictionem in sua parochia. Eundem errorem sequuntur Lutherani, imo nequiores, quia omnes quos ciuilibus respublika creat pastores, censet esse presbyteros, & episcopos. Probat suam peridiam. Primo, ex Apostolo. 1. ad Timotheum. 3. ubi dicens, episcopum oportere esse irreprehensibilem, &c. omnes presbyteros comprehendit. Et conuerso ad Titum. 1. in illis uerbis, Huic gratia reliqui te Crete, ut constituas per ciuitates presbyteros. Nominis presbyterorum episcopos intelligit. Secundo, id confirmant auctoritate Hieronymi super eundem locum ad Titum. Et refertur Can. olim. dist. 95. Olim enim, inquit, idem erat presbyter qui & episcopus. Contra hanc heresim statuitur.

Primo conclusio. Quid sit de iure Diuino, certissimum est esse saltem Apostolorum traditione discrimen esse inter episcopos & simplices presbyteros. Quod & Hieronymus loco citato affirmat. Subdit enim antequam diaboli instinctu studia uel schismata, &c. ubi expresse affirmat episcopos instituto Apostolorum praepositos esse presbyteris. Et super Ezech. lib. 2. inquit, Inter senes & principes hoc discrimen fuisse reor in ueteri populo, quod nunc est inter presbyteros & episcopos. Vastifacies Vuileph fuit rescindere pro se unam partem uerborum Hieronymi, olim era t idem

presbyter qui & episcopus, & alterius dissimulare, ubi adiecit, Toto deinde orbe decretum est ut unus de presbyteris superponeretur omnibus. Manifesta ergo haec est ecclesiastica Hierarchia consistere, ut recedente nullum esse discrimen inter presbyteros & episcopos. Et eodem commento negant potestatem Maximi Pontificis. Augustinus namque lib. de haeresibus haeretic. 53. Aeternum in quendaem commentario notat, quod presbyter esset, solutus fuit, quod non potest esse episcopus, quia obrem in Ariano haeresim lapsus, episcopum adhibuit dogma, quod presbyter ab episcopo nulla differentia deberet discerni: quod & Vuileph accidit. Alter sensus est utrum semper iure Diuino inter episcopos, & simplices presbyteros fuerit discrimen. Verba Hieronymi insinuare uidentur, quod hoc discrimen non sit de iure Diuino, sed ex traditione Apostolorum. Nihilominus subiungitur.

Secunda conclusio. Discrimen hoc & praesentem etiam inter episcopos, & simplices presbyteros, non ex sola traditione Apostolorum suscepit ecclesia, sed iure Diuino ex institutione Christi. Haec est sententia S. Tho. loco citato, & omnia in sanctorum Patrum, & Doctorum, & Dionysii Apostolorum discipuli de ecclesiastica Hierarchia, c. 5. ubi ponit tres ordines Hierarchicos: ut sunt purgantium tantum, neque Diaconorum quibus conuenit cathedrae nos cathedrae: & illuminantium, scilicet, presbyterorum administratum baptismi, poenitentiam, Eucharistiam, & perficientium, scilicet episcoporum, quibus conuenit conferre, ordinare, & praedicare. Et cum istae functiones sint de iure Diuino palam docet, eodem iure fuisse distinctos. Et ad hoc est urgentissimum argumentum, quia multa possunt episcopi facere, ad quae presbyterorum facultas non pertingit: adeo ut si presbyteri id tentarent, nihil facerent, idque praecipue in sacramentis, ergo illa distinctio est de iure Diuino. Antecedens probatur, quia episcopi possunt conferre: & tamen si presbyter id tentaret, nihil faceret. Et idem mos, ait Eusebius Papa, tempore Apostolorum erat celebris. Et eadem ratione si simplex sacerdos conferret maiores ordines, nullum perficeretur sacramentum. Et idem est de consecratione chrismatum, & templorum. Ecclesia uero non potest sic potestatem sacramentorum uariare, ergo illa distinctio est de iure Diuino. Si ergo sacerdos de iure Diuino posset omnia perficere quae episcopi, nequisset ecclesia facere, ut sacramenta

August.

Dionysius

Eusebius Papa.

confirmacionis, & ordinis, per ipsos admini-  
strata, non essent valida. Quinimo de iurisdic-  
tione arguitur. Si quilibet sacerdos sim-  
plex tā plena haberet iurisdictionē iure Di-  
uino in sua parocchia, quā in episcopi, iniuria  
eis irrogaretur ab ecclesia, si prohiberet ne  
excommunicandi ius, aliāq; iudicia tam plene  
exercerent, q̄ episcopi. In hoc autem non  
solum nulla eis fit iniuria, imō optim⁹ lu-  
cet ordo, ergo à iure Diuino institutum est. Ex  
quo cōcludimus non differre episcopum à  
presbyteris solo merito, & electione, vt hæ-  
retici contendunt, sed insinuebatur conse-  
cracione, & manuum impositione. Quod ex  
dictis Pauli ad Titum, & Timotheum, palā  
fit, nam Apostoli per impositionem manuum  
episcopos creabant.

Vnum tamen argumentum dictis obuiare  
videtur quod format Duran. di. 2. q. 5. quia  
in Euangelio nullibi legitur, episcopos seor-  
sum à presbyteris ordinatos, ergo discrimen  
non est de iure Diuino. Antecedens proba-  
tur, Christus nunquā ordinasset Apostolos  
episcopos anteaquā eos sacerdotes fecisset,  
fecit tamen eos sacerdotes in cēna, quib⁹ po-  
testatem remittendi peccata cōtulit post re-  
surrectionem, dicens, Quorum remiseritis  
peccata, &c. Et postmodū vero nō legitur su-  
periorē eis episcoporum dignitatem con-  
tulisse, ergo presbyter & episcopus iure Di-  
uino non differunt. Respondetur primo mul-  
ta, vt ait Ioannes, fecisse Christum quā Euā-  
gelistę scripto non mandarunt. Secundo, q̄  
Christus per potestatem excellentiā, præter-  
misso ordine, qui nunc seruatur, potuit Apo-  
stolos, cū eos ad Apostolatū assumpsit, epi-  
scopos creasse, quantum ad eorum peculia-  
res functiones, licet postmodum virtutē cō-  
secrandi & absoluedi cōtulerit. Certo enim  
certius est, siue ante sacerdotiū, siue postea,  
Apostolos in episcopos fuisse à Christo in-  
stitutos, quādoquidē summa eis ecclesię gu-  
bernatio incumberebat. Apostolis autem epi-  
scopi successerunt. Augustinus enim in lib.  
de quæstionibus noui & veteris Testamen-  
ti. c. 97. nemo, inquit, ignorat episcopos salu-  
tatorē ecclesię instituisse: ipse enim prius-  
quā in cœlos ascenderet, imponens manum  
Apostolis, ordinauit eos episcopos. Hoc A-  
postolus Sancto Spiritui deputat, cū dicit,  
Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos  
Spiritus sanctus posuit episcopos regere ec-  
clesiam Domini Iesu. Et Anacle⁹ Papa Pe-  
tri discipulus in epistola de Patriarchis, &  
Primitiuis, & reliquis episcopis, quæ refer-

tur Can. in nouo. 21. dist. & Isidorus in Sy-  
nodo aut, Apostolis successisse episcopos,  
& septuaginta duobus discipulis, simplices  
presbyteros. Quo discrimen inter presby-  
teros & episcopos in iure Diuino fundatum  
docent. Et Beda lib. 3. super Lucam. c. 15. si-  
cut duodecim, inquit, Apostolos formā epi-  
scoporum exhibere, simul & demonstrare,  
nemo est qui dubitet, sic & septuaginta duos  
figuram presbyterorum gessisse, sciendū est.  
Tamen primis ecclesię temporibus, vt A-  
postolica scriptura testis est, vtriq; presby-  
teri, & vtriq; vocabantur episcopi: quorum  
vnum scientiæ matritatem, aliud industria  
curæ pastoralis significat. Sūt ergo iure Di-  
uino episcopi à presbyteris prælatione di-  
stincti. Vnde Apostolus ad Ephes. 4. Post-  
quā dixit quod Christus quosdam dedit A-  
postolos, quosdam Prophetas, &c. adnotan-  
dum, reliquos presbyteros subiungit, alios  
Pastores, alios Doctores, &c.

Synodus Tridentina sess. 23. Can. 7. hanc  
doctrinam confirmauit sic diffinit, Si quis  
dixerit, episcopos non esse presbyteris supe-  
riores, vel non habere potestatem confirmā-  
di, & ordinandi, vel etiam quam habent, il-  
lis esse cum presbyteris communem, vel or-  
dines ab ipsis collatos sine populi, vel potes-  
tati seculari consensu, aut vocatione, irri-  
tos esse: aut eos, qui nec ab ecclesiastica, &  
canonica potestate rite ordinati, neque missi  
sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse ver-  
bi, & sacramentorum ministros: anathema sit.  
Superest ad obiecta in contrarium responde-  
re. Nam. 1. ad Timo. 4. nomine episcoporum,  
presbyteros intelligit. Nā cū dixisset, oportet  
episcopum irreprehensibilem esse, &c.  
nulla facta presbyterorum mentione, ad dia-  
conos se transfert, quos ait debere esse pudē-  
cos, non bilingues, &c. ergo vniuersos pres-  
byteros episcopos appellauit. Et Philipp. 1.  
Paulus & Timotheus omnibus sanctis, qui  
sunt Philippis cum episcopis & diaconis.  
Gratia vobis & pax. Si autem medius esset  
ordo presbyterorum, illos non præterisset.  
Et ad Tit. 1. admonet Titum, vt per ciuita-  
tes presbyteros constituat, nomine illo in-  
telligens episcopos. Et. 1. Timo. 5. dicens, q̄  
qui bene præfunt presbyteri duplici hono-  
re digni sunt, episcopos quoque significat.  
Et Actuum. 20. presbyteris loquens, ait, At-  
tendite & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus  
sanctus posuit episcopos: Ephesi autem nō  
erant plures episcopi.

Ad hæc respondet S. Tho. loco citato. 2. q.

q.

q. 184. artic. 6. q. de episcopo & presbytero  
postumus loqui vno modo, quantum ad no-  
men: quoniam olim omnes primitiue voca-  
bantur & episcopi & presbyteri. Nam pres-  
byteri, vt Augustinus decimo nono de Ci-  
uitate inquit, idem est Græcè, quod Latine,  
seniores, quod nomen apertissime con-  
gruit episcopis. Et episcopus etiam Græcè  
idem est quod superintendens, seu vigilans:  
quæ etiam appellatio presbyteris accomo-  
datur: siquidem omnis, cui animarum cura  
incumbit, debet supra gregem vigilare: sed  
re vera inter ipsos presbyteros erat in dice-  
cessi vnus, iuxta Christi institutum, præposi-  
tus, qui erat episcopus. Quare licet hono-  
ris gratia presbyteri omnes dicerentur epi-  
scopi: & ne episcopi superbirent, etiam dice-  
bantur presbyteri: nihilominus in re erat di-  
stinctio. Et ita Paulus, non dignitatem, sed  
sola nomina, ait, episcopos & reliquis presby-  
teri fuisse communia.

Pro defensione Chrysostomi, & in com-  
muni pro Doctoribus, qui videntur presby-  
teros equalle episcopis. Respondeo, eos non  
intellexisse potestatem iurisdictionis, qua epi-  
scopus presbytero longe maior est, sed sacra-  
mento ordinis, quo presbyter ab episcopo  
non differt. Neque quicquā amplius habet  
episcopus quā sacerdos, idem enim vtrique  
est sacramentum, & eadem vis sacramenti,  
idem character, & eadem gratia: licet ad plu-  
ra se extendat potestas episcopi, tam ordi-  
nis quā iurisdictionis, quā potestas presby-  
teri. Et ideo Chrysostomus asseruit presby-  
teros non differre multum ab episcopis, sed  
sola intronizatione episcopi super reliquos  
presbyteros ascenderunt. Si ergo ascende-  
runt, consequitur q̄ licet omnis episcopus sit  
presbyter, non tamen omnis presbyter est  
episcopus. In solutione vero & defensione  
Hieronymi maior est difficultas. Non enim  
ait, quod solo nomine presbyter & episco-  
pus sunt idem, sed q̄ idem omnino erant, ne  
que aliud habebat episcopus quā presbyte-  
ri. Et ad rem subiungit, q̄ episcopi nouerint,  
se magis consuetudine, quā dispensationis  
Dominicę veritate, presbyteris esse maio-  
res. Et in epistola ad Euandrium, eandē sen-  
tentiam confirmat, existimans tempore Apo-  
stolorum non nomine tantum, sed re, eundē  
fuisse episcopū, qui erat presbyter. Ex qui-  
bus constat Hieronymum in ea fuisse opi-  
nionē: q̄ primitus de iure Diuino nullum  
erat discrimen: cuius contrarium conclusio  
ne secunda sufficienter probauimus. Et pro

reuerentia, qua illi debetur, dicimus ad con-  
tundenda episcoporum supercilia, illum ex-  
cessisse zelo Diuini amoris & honoris arden-  
tem: quod in Doctorum sacrorum scriptis  
sæpe reperimus. Ambrosio idem omnino  
respondendum. Et quod ait, Apud Aegy-  
ptum presbyteri consignati, hoc est confir-  
mant, si non sit præfens episcopus: dicimus  
simpliciter id falsum esse, neq; vniquā fuisse  
presbyterum sine noua consecratione epi-  
scopum. Quocirca si Aegyptij illum ritum  
seruant, errore teneantur.

VIGESIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.


An clerici, præter victum & vesti-  
tum, debeant aliquid possidere?



Chrysostomus homi. 15. in priore  
ad Timot. in illud, Dignus est opera-  
rius mercede sua. 1. Timo. 5. inquit  
Leuitis ex lege constituti fue-  
rant redditus decimarum, primitiæ, vota, &  
alia plurima: verū illis lege ista merito per-  
mittebantur præsentia tantum, & terrena,  
quarentibus: Ego ecclesię præfules auden-  
ter dixerim nihil, præter victum & vestitu-  
m, habere oportere, ne ad ista trahantur  
desiderio. De hac quaestione vide supra. 2.  
tomo ad. 19.

VIGESIMVM OCTAVVM  
QVAESITVM.

An personę priuatę liceat blasphe-  
mantes punire.



Chrysostomus, homi. 1. ad  
populum Antiochenum,  
post expositionem loci hu-  
ius, Medio vno vers. 1. Timo.  
5. sermonem ad blasphemā-  
tes conuertens, aduersus  
blasphemos, inter cetera, sic prorumpit, Sed  
postquam de blasphemia nobis verba sunt  
facta, vnam vos omnes petere volo retribu-  
tionem pro concione hac atque sermone: vt  
in ciuitate blasphemantes mihi castigetis.  
Et si quempiam in biuio, & foro, Deum blas-

K 5 phe-

August.

Anacle⁹

phemant em audientis, accede, increpa: & si verbera instringere oporteat, ne recuses: plus faciem alapa percutit, contere os ipsius percussione manuum, sanctifica. Et si vili accuserint, & si in carcere traxerint, sequitur. Et si pœnas index pro tribunali depoposcerit, dic eam libertate, q̄ angelorum regem blasphemavit. Si enim regem terræ blasphe mantem punire oportet, multo magis illum contumelia afficietas.

Doctores scholastici disputant. 4. sen. dist. 13. de obligatione restitutionis damni illati per iniam. Et S. Thom. 2. 2. q. 60. arti. 2. cuius conclusio est. Ad hoc q̄ iudiciū quodlibet rectum sit, tria exiguntur: nempe vt procedat ex autoritate iudicis, & ex affectione iustitiæ, & ex rectitudine prudentiæ, quorum quolibet deficiente, iudicium erit vitiosum, & ex consequenti illicitum. Probat conclusio. Iudicium eatenus est rectum, ac perinde licitum, quatenus est actus iustitiæ, ad hoc autē vt sit actus iustitiæ, tria hæc commemorata requiruntur, ergo easdē sunt ad rectam iudiciū necessaria. Posterior præmissa probatur. Propria enim iustitiæ vis est coactiva: cogere autem alterum nemo potest, nisi sit illi subditus. Quod naturali exēplo constat. Agens namq; passivum non vincit, nisi sit subiecta suæ auctoritatis periodū subiectum, requiritur ergo principis, iudicisq; auctoritas. Vnde Paulus ad Rom. 14. Tu qui es, qui iudicas alienum servum? domino suo stat aut cadit. Atq; cum Deus sit Dominus vniuersalis omnium, nemo inter mortales legitimus est iudex, nisi qui ab ipso auctoritatem iudicandi receperit. Vnde Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et infra, Quemcumque iudicem ait esse Dei ministrum, vindicem in iram ei qui male agit. Secundum, quod ad rectitudinem iudicij requiritur est, vt proficiatur ab affectione, & inclinatione iustitiæ. Quod nulla vbi indiget probatione, quam q̄ iudiciū est proprius huius virtutis actus, tanquā animā ad iustum afficietas. Tertium, q̄ rectitudo iudicij postulat est officium prudentiæ, cuius munus est iudicium proferre. Quapropter qui ius dicit, & iustum inter litigantes constituit, munus suum iuste exequitur: scens qui in alteram partem contra ius declinat. Hinc fit q̄ iudicium, cū auctoritas præsidens desit, dicitur vsurpatum: cui sublimitas iustitiæ, nuncupatur iniquum, quod sit absque prudentia: si defuerit ordo iuris, cō-

setur suspectum, si vero ex leuitate, & absq; legitimi probationibus proferatur, est temerarium.

Aduertendum circa has conditiones, q̄ defectus cuiuslibet illarum suo genere constituit mortale peccatum. Iudex inquam, qui vel nullam habens auctoritatem, vel alienā vsurpans, cum iudicat eum qui sibi non subditus, mortaliter peccat. Vt si index secularis in clericorum causas se inferat, etiam si à iure excommunicatus non esset, ipso facto mortali culpa cōmacularetur, perinde ac si priuata esset personam: & eo grauius, q̄ obtentu publicæ auctoritatis id facit: & in clericum bonis suis priuaret, vere esset latro: & si occideret, vere homicida. Secunda etiam conditio est considerate aduertenda. Nam quod iudicium debeat ex affectione, & inclinatione iustitiæ procedere, ambiguum est. Et triplex potest esse sensus. Primus vt non fiat contra iustitiam: & hic est legitimus, vt scilicet, vnicuiq; sincere tribuatur quod suum est, cuius defectus reddit iudicium iniquum. Secundo, vt iudicium procedat ex affectu iustitiæ: defectus huius nunquā est peccatum mortale: nam si iudex iustitiam exercendo, iustam ferat sententiam, licet hoc non faciat ex habitu, vel amore iustitiæ, quia improbus homo est, non mortaliter peccat: esset tamen veniale, quia cum iudex sit castus iustitiæ, eius affectus debet semper iudicare. Tertius sensus est, iudicium non feratur ex alio prauo affectu, scilicet, odio, amore, vel cupiditate. Defectus huius peccatum erit, secundum affectum ex quo procedit. Verbi causa, Si iudex furem, legitime talem comprobatum, patibulo ex odio suspendat, non peccat contra iustitiam, sed contra charitatem: & si cupiditate pecuniæ id faciat, non iniquus, sed auarus erit: & si appetitu inanis gloriæ, tunc vanus erit, & venialiter peccabit. Quocirca licet ex odio occidat, non censetur homicida, sicut si esset priuata persona, quia habet ius occidendi. Defectus etiam tertie conditionis erit peccatum mortale. Vt si regulas & circumstantias iuris prætermittat, & cū vt persona priuata leuiter actemeret de occultis iudicat: potest autem fieri veniale ex leuitate maritæ, vt si iudex terminos aliquos leues iuris omittat, aut si quis quempiam de re leui leuiter iudicet.

Dubium est, an peccatori iudicare liceat? Videtur enim q̄ non, ex illo Rom. 2. Inexcusabilis est o homo omnis qui iudicis. In quo

quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas. Eadem agis que iudicas. Nemo autem est à peccato immunis, Nam si dixerimus, ait Thom. quod de peccato non habemus, nos ipso seducimus. Nemini ergo licitum est iudicare. Respondet S. Thom. ad secundum argumentum distinguens, videlicet iudicem, qui est in graui peccato publico, non posse iudicare alios, qui similibus aut minoribus rei sunt: præcipue quando peccata sunt publica. Et allegat pro se Chrysostrum ipse exhortantem super illud Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini: si vero iudicis peccata occulta sunt, poterit similes peccatores condemnare, si id cum humilitate faciat. Quod confirmat sententia Augustini, qui in libro de sermone Domini in monte ait, Si inuenerimus nos in eodem vitio esse, conueniamus, & ad pariter conandum nos inuitemus. In hac autem responsione primam adnotandum est, Vuicleph, & eius affectas asseuerasse, per quodcumque mortale peccatum, vna cum Dei gratia, amitti & rerum dominium, & omnem iudicandi potestatem, quæ Dei largitate recipiuntur. Hæresis tamen hæc damnata est concilio Constantinensi sels. 8. Sed inter Catholicos sunt qui teneant, iudicij quod delicto sordescit, crimen esse, sententiam in alium ferre peccato rem: non solum si in peccato sit publico propter scandalum, verum etiam si sit in occulto. Quia officium iustitiæ ex affectu eiusdem virtutis non præstat. Qui in vno enim est sceleris, omnibus est priuatus virtutibus, atque adeo habitu iustitiæ caret. Vnde in excusabilis es o homo (scilicet peccator) omnis qui iudicas, &c. Secundo, quia cum iudex sit Dei minister, debet ei dum alium iudicat, assimilari, secundum illud Leuit. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Tertio, ratio naturalis id probatur. Docet enim philosophus. 2. de Anima, visum, qui de coloribus iudicat, ab omni esse colore alienum: alias colorem, quo insinceretur, in nullo posset obiecto percipere. Quarto, quicunq; sacerdos in peccato existens, quantum occulto, si manus sacerdotis in ministrandis sacramentis exerceret, mortaliter peccat, vt cōmunis theologorum sententia tenet, ergo eodem modo, quia in peccato potestatis iurisdictionis exercetnam vtraque potestas à Domino Deo est, Rom. 13. Accedit & c. quæstus de tempor. ordin. Vbi id admoneri videmur. Huius sententiæ fuit S. Thom. 4. dist. 19. q. 2. arti. 2. Sed eam mutauit hoc loco, & 3. p.

Opinio quorūda.

1. Ratio

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio

q. 64. ar. 6. quibus locis tenet, q̄ peccator occultus, qui iudex est, non delinquit mortali ter, peccatorum publicum damnando. Et ad dubium propositum respondemus sequenti bus propositionibus.

Prima propositio, iudici qui occulto inretitus est scelere quantumcumque grauisimo, nisi excommunicatus sit, vel suspensus, licet subditus, siue de eodem crimine, siue de alio, condemnare. Ratio est, quia huiusmodi iudex habet iudicandi titulum: & id negare hæresis est: & potest habere prudentiam, & animam seruandam vnicuique ius suum, nihil illi deest, quominus potest iudicandi vtatur. Secus si esset hæreticus, qui ratione excommunicationis iudex sedere non potest. Neq; est simile de sacerdote, qui in peccato sacramenta administrat, nam ad hoc munus requiritur potestas ordinis, in cuius collatione confertur gratia, per quā dignus efficitur ad ministranda sacramenta, quibus gratia confertur, & ideo sanctitate qua alijs præstet, vigere debet. Et hoc præcisè diffinitur c. quæstus. Aliter vero censendum est de potestate iurisdictionis. Alia rationes tantum conuincunt, quod sint quidem decentia, vt qui alios iudicat, talem se gerat, quales vult esse subditos, quos condemnat.

Secunda propositio, quod peccator peccatorem damnet, peccatum veniale est. Hæc propositio est Caietani quodlibeto secundo, q. 14. Ratio eius est, quia contra rationem videtur, quod is qui alium damnat de leuiori delicto, alienus sit ab omni culpa. Secundo, quia deficere ab ordine, aliquo modo est à lege deuiare, sed ordo naturæ & charitatis est, quod vnusquisque in iudicando prius à se quā ab alio incipiat. Tertio, quia quicumque alium iudicat, profertur se nudum esse à crimine: & ideo si non est, talis est quodammodo hypocrita, quæ taxat illic Christus, Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides hypocrita? Eijce prætrabem, &c. Sed quia iniuriam non facit, non peccat mortaliter. Illud autē Apostoli, Rom. 2. In quo alterum iudicas, &c. Intelligi debet, non quod simile peccatum committat, sed quod alium condemnando, ostendit se dignum esse, qui simili sententia condemnentur, iuxta verbum Domini Lucæ. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam.

Tertia propositio S. Thomæ est, q̄ publicus peccator alios condemnans, mortaliter propter scandalum peccat. Nam tunc iustitia in vilipendium venit apud populum, nec

Propositio 10

2. Propositio 10

3. Propositio 10

pe

pe qui videt non habere eandem vim in iudice, quam exercet ipse in subditos.

4. Propositio

Quarta propositio, licet genere suo peccata sit mortalis, potest nihilominus ex leuitate materia fieri veniale: & ideo dicit S. Tho. si sit in grauioribus criminibus, & precipue si sit in similibus, vt si esset ipse publicus latro, & latrunculos persequeretur, aut publica admitteret adulteria, & adulteros iudicio premeret. Nam si esset, verbi gratia, fomicarius, & latrocinia, & homicidia vicifeceretur, non esset mortale scandalum: imò quando crimen non esset infame, nullum esset scandalum, vt si esset auaritia non largiretur, quando date tenetur.

Pro defensione Chrysostomi respondemus, quòd isto loco, sicut & in pluribus alijs, zelus ardens Diuini honoris, & odium blasphemiae & zerrimum coegerunt virum Dei charitate flagrantem excedere metam. Vt iuxta vetus prouerbium, multa petet, vt salte pauca obtineret: & in qua interdum postulat, vt equa reciperet.

## VIGESIMVM NONVM QVAESITVM.

### An in Christo duae sint personae.

Chrysostomus homi. 3. in illa verba, *Prout te Deus Deus tuus.* Hebr. 1. videtur duas in Christo ponere personas, quòd nefas est dicere, & tenere. Sc enim habet, Quid est quòd dicit, Deus Deus tuus, hic Iudaeos, & Paulus Samaritanum, & Arrianos, & Marcellum, & Sabelium perculsit, quo modo? Iudaeos quidem ostendens eis duas personas, Deum & hominem.

Doctores scholastici disputant hanc questionem. 3. sent. dist. 6. & S. Thom. 3. p. 9. 4. artic. 2. vbi quaerit, an filius Dei assumpserit personam. Et respondet negatiue. Et probat ex Augustino libro de fide ad Petrum, vbi dicit, quòd Deus naturam hominis assumpsit, non personam. Assumpsit autem aliquid dicitur ex eo quòd ad aliquid sumitur. Vnde illud quòd assumpsit oportet praetelligi assumptioni. Persona autem non praetelligitur in humana natura assumptioni, sed magis se habet vt terminus assumptionis. Si enim praetelligeretur, vel oporteret quòd corrumperetur, & sic frustra esset assumpta, vel

quòd remaneret post vnionem, & si cessent duae personae, vna assumens, & alia assumpta, quòd est erroneum. Vnde relinquatur quòd nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam, quia si personam assumpsisset, in Christo essent duae personae, quòd est haereticum. Tum etiam quia humanitas in Christo non constituit proprium suppositum, sed sustentatur in alieno, hoc est, in Diuino, vt patet in inserto, ergo sicut Christus non est duo supposita, ita neque duae personae.

Dubiū tamen est, quae persona est ista quae resultat ex vnione humanitatis ad verbum. Dicunt quidam personam Diuinam esse quae inde resultauit. Ratio eorum est, quia in Christo Domino vnicum tantum suppositum est, si autem humana persona resultaret, essent duae personae, quòd est haereticum. Tū etiam quia persona humana intrinsicè ex humanitate constituitur, humanitas vero in Christo intrinsicè non fuit, sed extrinsicè, ergo in Christo non fuit persona humana, sed tantum Diuina. Hoc tamen non obstante dico, nullum esse negare Christum esse personam humanam. Et ideo asserendum est Christum esse personam Diuinam & humanam, & ex illa vnione hoc resultauit, vt Christus esset persona humana, probatur clarissime, ex illa vnione resultauit verissimus homo, ergo vera persona humana. Et contrarium est negare ipsam verum hominem fuisse. Et confirmatur, habebat veram humanitatem, ergo erat verè persona humana. Et ad argumentum in contrarium negamus sequelam, scilicet, quòd incidamus in errorem asserendum in Christo esse duplex suppositum, quia haeret in Christo Domino constituebatur duas personas realiter distinctas, & sic assignabatur personam vniam distinctam, quae humanitatem constituebat, & aliam personam distinctam, quae constituebat Diuinitatem. Nec vero in Christo non duas personas, sed duas naturas, & vniam personam tantummodo assignamus, & istam, quae sit simul Diuina & humana, non autem duo supposita, quia ad pluralitatem personarum naturarum pluralitas non sufficit, sed requiritur suppositum. Et supposito quòd est de fide in Christo tantum esse vniam personam, quae eadem est Diuina & humana, in artic. 3. affirmat tanquam de fide esse tenendum. Et huius oppositum inquit esse erroneum, scilicet, in Christo tantum esse vnum suppositum. Probat ex auctoritate Felicitis Papae & martyris, quae introducit in Synodo Ephesina, Credimus

in

in Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Et ratione, quia homo idem est quòd habet humanitatem, verbum autem quòd habebat non assumpsit, sed humanitatem ipsam, ergo non assumpsit hominem. Tum etiam quia id quòd assumpsit praesupponitur & praetelligitur ad assumptionem, sicut id quòd mouetur praesupponitur ad motum, si ergo suppositum assumatur, suppositum esset prius assumptione, & sic esset principium assumptionis, quòd tamen falsum est, quia solum est terminus. Item, quia si in Christo essent duo supposita, quòdlibet illorum per se subsisteret, & si per se subsistit, per se sonat: & si per se sonat, ergo est persona. Ad haec, multiplicato superiori, multiplicatur inferior, suppositum vero & persona habent se tanquam superius & inferius, ergo multiplicato superiori, quòd est suppositum, multiplicabitur inferius, quòd est persona, & ex consequenti essent duae personae. Praeterea, quia suppositorum dualitas damnata est Constantinopolitano Concilio, sexta Synodo, & Concilio Ephesino, & Calcedonensi, contra Nestorium damnata est in Christo personarum pluralitas, quae admissa, pluralitas suppositorum manifeste inde sequitur. Et Damascenus ait, quòd in Christo sunt duae naturae & vnica tantum hypostasis, quòd tanquam de fide tenendum est.

Difficultas tamen est circa doctrinam quae constituitur, quia Doctores omnes sacri (maxime beatus Augustinus) passim affirmant, quòd verbum assumpsit hominem. S. Tho. 9. 4. art. 3. ad primum argumentum dicit factos interpretandos & exponendos esse. Assumpsit hominem, id est, naturam hominis, vel assumpsit hominem, id est, vt esset homo. Sed suppono hominem posse capi dupliciter, Primo modo concretiuè pro supposito humano: & isto modo non sunt intelligendi sancti, quando dicunt, quòd verbum assumpsit hominem: non enim assumpsit hominem in concreto. Secundo modo, homo potest capi abstractiue, hoc est, p. natura humana in abstracto: & in hoc sensu sancti intelligi debent. Et confirmatur hoc ex modo loquendi communi. Dicimus enim, praetor assumpsit personam regis, id est, dignitatem & figuram eius: ita sancti dicunt, Deus assumpsit personam hominis, id est, naturam eius. Post sunt etiam sancti, quando dicunt Deum assumpsisse hominem, exponi vt verbum illud, hominem, capiatur vt importat terminum, sed non vt importet medium, hoc est, quòd mēs

sanctorum est, cum dicunt, quòd assumpsit hominem, hoc est, quòd Deus factus est homo. Ita S. Thom. & Caietanus loco citato. Vltimo dico, quòd licet sancti pro reuerentia, quòd illis debetur, ita exponendi sint, passim tamen vtendum non est illa propositione, neque illo modo loquendi: sed haec propositio, verbum assumpsit hominem, simpliciter & absolute neganda est, & si aliquando illa vtamur, tantum sit ad exponendos sanctos.

Quaestione. 17. S. Thom. artic. 1. supposito, in Christo Domino tantum esse vnicum suppositum, & vniam personam, & duas naturas distinctas realiter, & naturam humanam non praedicari de Diuina, quaerit an Christus sit vnus, vel plura. Et respondet, quòd licet in Christo includatur duo, non tamen concedendum est quòd Christus est duo, sed vnus. Addit tamen, haereticos ponentes in Christo duo supposita, fateri Christum esse duo. Aduertendum est pro quaestione tractada, hanc quaestionem posse dupliciter habere sensum. Primus est, an Christus sit plura diuinitatis vè ita vt seorsum quòdlibet illorum sit, sicut Deus est tres personae simul, & illarum quae libet est Deus, ita quòd eodem modo Christus sit plures, scilicet, diuinitas & humanitas, & seorsum quòdlibet earum sit ita, vt seorsum sit humanitas, & seorsum Diuinitas. Et in hoc sensu quaestio haec apud Patres antiquos fuit disputata statim in ecclesiae inijs. Sed nunc in Concilijs conclusio negatiua tanquam de fide est distincta, & in hoc sensu articulo hoc. 1. S. Thom. quaerit, an Christus sit vnum vel plura. Secundus sensus est complexiuus, an Christus sit plures, & seorsum nulla illarum collectiue, sed complexiue, sicut Petrus est materia & forma complexiue, & nullum illorum seorsum. Et in hoc sensu Doctores scholastici disputant. Et licet affirmet contrariam sententiam S. Tho. Contra illos conclusionem negatiuam concludimus. Christus non est plura, neque diuinitas, neque complexiue, sed tantum est vnus. Conclusio haec distincta est in concilijs Ephesino, Calcedonensi, Constantinopolitano, & Niceno. Vbi habetur, Credo in Iesum Christum vnicum filium eius. Quae quatuor concilia diuus Gregorius tanquam quatuor Evangelia veneratur. Ratione sic probo, Primo, quia si Christus esset plura, quae sunt ista plura? Si dicas, quòd Diuinitas & humanitas arguitur sic. Christus in abstracto non est humanitas, neque Diuinitas, quia ista propositio, Christus est humanitas, aut ista, Chri-

stus



stus est Diuinitas, diuinitate falsa est. Neque etiam complexiue est plura, quia frequenter Christus non esse Deum, si Christus est humanitas est Diuinitas simul, quia quando aliquid simul est plura, seorsum non est vnu. Secundo, quia si Christus esset duo, vel aggregatum ex duobus, sequeretur quod Christus esset compositus nam ex eo dicitur quod Christus compositus est, quia habet duo distincta, quae ipsum componunt. Tertio, quia hoc aggregatum ex Diuinitate & humanitate est Christus, ergo Christus in triduo incepit esse, & desinit esse, hoc autem concedere nullo modo sustineri valet, quia falsum est. Quarto, quia sequitur quod Christus non est Deus, sequela probatur, quia per te Christus est aggregatum ex duobus naturis, sed huiusmodi aggregatum non est Deus, ut aggregatum ex mundo & Deo, non est Deus, ergo. Vltimo, quia sicut album est corpus habens albedinem, ita Christus est filius Dei habens humanitatem sibi vnitam, sed album non est aggregatum ex corpore & albedine, ergo neque Christus ex natura Diuina & humana. Minoris probatio, Dato enim opposito arguitur sic, Sortes est album, & album est corpus & a budo, ergo sortes est corpus & album, & aggregatum ex vtroque, ergo sortes est substantia & accidens: & per consequens accidens est de essentia substantiae: quod sustineri nequit. Et ideo tenendum est cum Sancto Thoma, Christum plura non esse, neque diuinitate, neque complexiue. Et oppositum asserere erroneum est. Et qui contrarium asserunt decepti sunt in hoc, quod in omnibus entibus naturalibus ens sit suae partis simul, sic existimant in Christo, quod tamen in eo locum non habet, ut sufficienter ostendimus.

Pro defensione Chrysostomi, suspicio est hunc locum in codicibus Graecis esse deprauatum, & pro eo quod est, Deum & hominem, legendum esse, Deum & Deum. Occasio suspitionis est duplex. Prior est, quia Theophilactus sic scribit, Hoc aduersus Iudaeos, & Sabellium, & Marcellum pugnat, ita quae duas personas indicat Deum & Deum. Altera est, quod conduplicatio particulae, Dei, apertissime congruit cum proposita Pauli sententia, in qua geminato nomine Dei, dicitur, vnica te Deus Deus tuus, ad expressionem duarum personarum, reclamantibus Iudaeis Sabellio & Marcello, qui vniam tantum Deitatis personam agnouerunt. Quod si quis contendat legendum esse duas personas

Deum & hominem, exponi debet, ut per hominem intelligamur significari personam Christum, quae simul est persona Dei & hominis, ut exposuimus: per Deum vero personam Patris, & Spiritus sancti.

TRIGESIMVM QVAESITVM.

An seculares & monachi eodem genere peccati equaliter peccent.



Chrysostomus homil. 7. in istam periodum, *Aduersus eos ad inuicem dicitur.* Hebr. 4. sentire videtur quod excepta fornicatione quae in monachis grauior est, tam graua esse secularium omnia peccata quam monachorum. Verba eius haec sunt, Sed quid ad nos, labores, lectiones, vigiliae, ieiunia, inquis, qui non sumus monachi, haec mihi dicit? Dicit Paulo, cum dicit, Vigilantes in omni patientia, & oratione: cum dicit, carni carum ne feceritis in concupiscentijs. Non enim monachis tantum ita scripsit, sed omnibus qui erant in ciuitatibus. Non enim secularis debet aliquid amplius habere monacho, quam cum vxore cohabitare tantum, hic enim habet veniam in alijs autem nequaquam, sed omnia equaliter, sicut monachi, age re debet. Hoc ipsum lib. 3. aduersus vituper. vitae monasticae clari\* ita scribit. At inquit, non ambo ex eadem altitudine decidunt, ita neque eadem vulnera suscipiunt, fallis te ipsum prorsus ac decipis, eade namque ab vtriusque totius vitae ratio requiritur, eiusdem pro culpis poena vna omnibus debetur: imo vero ut aliquid ex nobis addere audeamus, magis si ne vlla spe venie peccauit, qui ex seculo id scelus admisit. &c.

Doctores scholastici de hac quaestione agunt. 2. sen. dist. 44. & S. Tho. 2. 2. q. 186. & ad quaestionem, an religiosus eodem genere peccati grauius peccet quam secularis, respondet quatuor conclusionibus. Prior, si religiosus peccet contra votum religionis, puta si fornicetur, vel furetur, grauius peccat quam secularis. Probat, quia talis non solum facit contra praecipuum diuinae legis, sed etiam contra votum: quia fornicando facit contra votum continentiae: & furando, con-

1. Concl. sio.

tra votum paupertatis. Ex quo deducitur opera praecipue cadere sub voto. Constat enim vitare furtum & fornicationem non esse bonum coactum, & supererogationis, sed legis & praecipui. Secunda conclusio, si religiosus peccet ex contemptu, grauius peccat quam secularis. Probat, quia talis est magis ingratus diuinae beneficijs, quibus est sublimatus ad statum perfectionis, sicut Apostolus dicit ad Hebr. 10. quod si fidelis grauiora meretur supplicia, ex hoc quod peccando, filium Dei coculcat per contemptum. Vnde & Dominus conqueritur Hierem. 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Tertia conclusio, peccatum religiosi potest esse grauius peccato secularis propter scandalum, quia ad vitam eius plures respicit: vnde dicitur Hier. 23. In prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterarum, & iter mendacium, & confortauerunt manus pessimorum, ut non conuerterentur vniufcuique a malitia sua. Quarta conclusio, si vero religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate vel ignorantia aliquod peccatum, quod non est contra votum committit in oculo, religiosus peccat eodem genere peccati quam secularis, quia peccatum eius, si leue sit, quasi absorberetur ex multis operibus bonis quae fecit: & si sit mortale, facilius ab eo resurgit, id est, propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quia si ad horam intercipiatur, de facili ad pristinum reperit. Vnde super illud, cum ceci dedit iustus, non collidetur, dicit Origen. In iustus, si peccauerit, non poenitet, & peccatum suum emendare nescit: iustus autem scit emendare, scit corrigere. Sicut ille qui dixerat, Nescio hominem, paulo post cum resperxit eum Dominus, flere coepit amarissime. Et ille qui de recto mulierem vidit, & concupuit, statim dixit, Tibi soli peccaui, & malicoram te fecit. Secunda ratio est, quia iuuatur a socijs ad resurgendum, secundum illud Ecclesi. 4. Si vnus ceciderit, ab altero sustentetur: vsq. soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.

Aduertenda doctrina, quam ponit in solutione ad tertium argumentum quod est, Praesens vita sine arguemento non transitur, secundum illud Iacobi, In multis offendimus omnes, si ergo peccata religiosorum essent grauiora peccatis secularium, sequeretur quod religiosi essent peioris conditionis quam seculares, & sic non esset sanum consilium ad religionem transire. Respondet, quod iusti

non de facili peccant ex contemptu, & si aliquando cadant in aliquod peccatum ex ignorantia vel infirmitate, de facili resurgunt: si autem perueniant ad hoc quod ex contemptu peccent: efficiuntur pessimi, & maxime incorrigibiles, secundum illud Hier. 2. Non frangisti iugum, dirupisti vincula, dixisti, Non seruiam in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternaberis meretrici. Vnde Augustinus dicit in epistola ad plebem Hypponensem, Ex quo Deo seruire coepi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasterijs profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterijs ceciderunt. Ex qua doctrina colligitur, quod secundum Augustinum, & Thomam, religiosi pessimi, deteriores sunt quibuscuque secularibus quantuis sceleratis, quia sunt incapaces correctionis.

Pro defensione Chrysostomi sufficit solutio S. Tho. nunc assignata, scilicet, monachorum, qui postquam ceciderunt, incorrigibiles facti sunt, peccata grauiora esse, quam secularium. Secundo dicitur, Chrysostomum per hyperbolem enuntiasse ad depellendam ignauitiam, & loco eadem opinionem quorundam secularium existimantium, orationes, ieiunia, ac vigiliae, monachis duntaxat a Christo imposita. Tertio dicitur, quod Chrysostomus respiciens ad crimina, quae religiosus committit ex fragilitate vel ignorantia, asseruit esse leuiora quam secularium delicta propter rationem S. Thomae. Et quod de his sicut locutus ex verbis eius constat, inquit enim, magis sine vlla spe venie peccauit secularis, quam mulierem respicit, & concupiscit, quam monachus: neque enim par facinus admittere videtur qui vxoris solatio subnixus, decore mulieris irretitur, atque is qui huiusmodi auxilia, & infirmitatis remedio destitutus, haec interdum peste corripitur.

TRIGESIMVM PRIMVM QVAESITVM.

An salutis initium sit ex nobis.



Chrysostomus homilia. 12. ad Hebr. Explicans hunc locum, *Adhuc enim in lumbis patris erat.* Hebr. 7. Videtur initium nostrae salutis voluntati humanae tribuere Diuinam gratiam praerogantem, inquit enim, Oportet nos quip-

pe eligere primum quae bona sunt, & tunc ipse quae sua sunt introducat, non autem cedat nostras voluntates, ne lex datur liberum arbitrium: cum autem nos elegerimus multa, tunc nobis aufert auxilium. Hoc ipsum quae plurimis locis repetit. Vide supra tomo. 2. ad decimum tertium.

TRIGESIMVM SECVNDVM  
QVAESITVM.

An animae sanctorum adhuc sint beatae.



Chrysostomus homilia. 28. in epistolam ad Hebr. enarrans hunc locum, *Oraverunt in me Iohannis in pelibus capris.* Indicat sanctorum animas ante diem iudicii non frui Divina visio

ne. Vide supra in tomo quarto, ad decimum tertium quatuor.

TRIGESIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An sufficiat soli Deo confiteri.



Chrysostomus homi. 31. in hunc locum, *Non invenit pariter locum.* Hebr. 12. alludit ad dogma eorum, qui existimant peccata soli Deo confitenda, & non facerent: ait enim, Non tibi dico, ut te prodas in publicum, ut te apud alios accuses, &c. Vide tomo. 1. ad. 12. quæsitum.

QVINTVS TOMVS.

An Iudaei agnouerint Christi Deitatem.

AD QVAESITVM.

An Iudaei Christum & eius Deitatem agnouerint.



Chrysostomus tomo. 5. demonstratione aduersus Gentiles, quod Christus sit Deus, conuertitur ad Iudaeos, & ait, Na quot sunt, qui nullis unquam auditis legibus, honeste ac legitime vixerunt: cum interim quidam a pueritia enutriti legibus, usque ad senectam nunquam transgredi illas cessarunt. Haec & apud veteres contigerunt. Nam Iudaei licet signa & miracula plurima haberent, non quia tamen per ea meliores euasere. Nimirum tua tantum voce audita vitam mutarunt a peccatis liberati. Explicans illud Matth. 21. hic est haeres, inquit, quod principes Iudaeorum non per ignorantiam, sed per inuidiam Filium Dei crucifixerunt. Cognouerunt enim eum esse Filium Dei, intellexerunt

eum esse illum, cui Pater per prophetam dicit, Postula a me, & dabo tibi hereditatem meam.

Disputant Doctores scholastici. 5. sent. di. 22. & S. Thom. 3. p. q. 47. Et ad questionem, an Christi persecutores eum cognouerint. Respondet art. 5. sequentibus conclusionibus. Prima conclusio, Maiores Iudaeorum cognouerunt Christum esse Messiam promissum in lege. Secunda conclusio, Licet Iudaei cognouerint Christum esse Messiam, non tamen cognouerunt, eum esse filium Dei naturalem. Tertia conclusio, Maiores Iudaeorum non excusantur ab occasione Filij Dei, quia ignorantia illorum fuit affectata: videbant enim euidentia signa Diuinitatis ipsius, sed ex odio & inuidia Christi, eam peruertebant, & verbis eius, quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Unde ipse de eis dicit, Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et postea subdit, Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et ideo ex persona eorum accipi potest id quod habetur Job. 21. Dixerunt

Pha. 6.

Iohanna. 17

runt Deo, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quarta conclusio, Minores de populo, id est, turbae, non cognouerunt eum esse Messiam, neque filium Dei: licet enim aliqui eorum in eum crederent, multitudo tamen non credit. Quinta conclusio, aliqui de populo bene affectati ex auditu cognouerunt esse Messiam, & propter signorum multitudinem, & propter efficaciam doctrinae: qui tamen postea, ut habetur Ioan. 7. decepti fuerunt a suis principibus, ut eum non crederent, neque filium Dei, neque Messiam. Et ideo Petrus eis dixit, Scio quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, quia scilicet per principes seducti erant.

Conclusiones S. Tho. sunt examinandae. Et contra primam, quod maiores Iudaeorum cognouerunt, Christum Deum esse Messiam in lege promissum, sunt argumenta. Primum, quia. 1. ad Cor. 2. habetur, Sapientiam loquimur inter perfectos. Et subdit, Na si cognouissent, non vique regem gloriae crucifixi essent. Videtur ergo quod illi non cognouerint. Secundo arguitur, quia si maiores cognouissent Christum Dominum esse Messiam in lege promissum, ex eo maxime esset, quia ex miraculis, & scripturis, & ex prophetis in Christo adimpletis, id cognouerunt: hoc autem non maior est nota. Et minor probatur, quia maiora & excellentiora signa post mortem erat adimpleta, ut constat ex lignis resurrectionis & ascensionis, ergo non cognouerunt. Tertio, discipuli, qui edocti fuerunt a Christo, non cognouerunt mysterium verbi Dei, neque illi esse Messiam, ergo neque maiores Iudaeorum. Et quod amplius videtur, quia Paulus in scholis Iudaeorum enutritus ait. 1. ad Tim. 1. Misericordia cosecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. Et Petrus Act. 3. ad populum ita loquitur, Scio fratres quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Ultimo, quia Christus Dominus Matth. 26. a Pilato abiuratus, an filius Dei esset, respondit, Videbitis filium hominis venientem in nubibus caeli. Quod cum Iudaei audissent, dixerunt, Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Caietanus in hac re dubium mouet, & assignat duas solutiones. Prima, quod inter maiores Iudaeorum differentia erat, nam quidam illorum scripturas praecallebant. Alij vero, licet ex maioribus essent, legem tamen ignorabant. Illi qui legem & scripturas intelligebant, Christum esse Messiam in lege promissum, cognouerunt. Alij vero illum ignorarunt. Secundo asserit, quod Messiam dupliciter poterunt cognoscere. Primo modo in particulari, sicut ait Iohanna.

res, sic est Messias in lege promissus: alio modo poterunt eum cognoscere non in particulari, neque in re facta, sed quod habuerunt, & viderunt mysteria, & signa tam aperta, quae esse poterunt cognoscere. Et hoc, inquit, est quod Apostolus vocat cognoscere. Haec enim solutio minime placet. Est enim contra S. Thomam, qui differentiam assignauit inter modum, quo cognouerunt Christum esse Messiam, & esse filium Dei naturalem. Et ita tendum est, quod maiores illorum cognouerunt, Christum Deum esse Messiam in lege promissum. Et ista est sententia Augustini super Ioannem, loco citato, & Chrysostomi super illud Matth. 21. Hic est haeres, & Bede Luc. 23. in illa verba, Ignoscite illis, quia nesciunt quid faciunt, & Hieronymi in Matt. 21. Denique est opinio communis Doctorum sacrorum, et probatur ex parabola Matth. 21. ubi, nullis seruis, occiderunt eos, & deinde, cognito herede, cum dicere deberent, Hic est haeres, venite adoremus eum, dixerunt, Venite occidamus eum. Quae parabola, secundum Hieronymum & Augustinum, in sensu literali de Christo Domino & Iudeis intelligitur, Cognouerunt ergo esse Messiam, & occiderunt. Secundo, quia cognouerunt scripturas, & prophetias omnes, & mysteria de Christo: aliqua tamen illarum intelligi non poterat nisi de Christo, ut patet Esai. 9. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & Zacharie. 9. Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper ascendens super asinum, & super pullum filij asinae: & Gen. 49. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit spectatio gentium.

Ad argumenta responderetur primo, quod in principio maiores cognouerunt, Christum Deum esse Messiam, post vero illos malitia excecauit, & ideo ab illa priori cognitione recesserunt. Secundo dico, quod de facto cum cognitione quod erat Messias eum occiderunt, et ex parabola Matth. 21. Hic est haeres, constat. Tertio dico, quod intelligentia Pauli, quod si demones cognouissent esse Messiam, & simul esse Deum, ad occasionem Dei non anhelarent: enim Deum esse cognouissent, cognouissent, & cognoscerent, redemptorem esse generis humano: & ex hac secunda conditione ab occasione Christi cessarent. Et ita Paulus non dicit, Quia si cognouissent Deum, non crucifixissent, sed, Quia cognouerunt sapientiam absconditam. Ex quo constat ad tertium argumentum, quod Paulus loquitur de ignorantia redemptionis,

& fructus passionis, & non de Deo, neq; de Messia. Ad secundum respondetur concedendo maiorem. Et dico quod licet cognouerint aliqua, quae nec dici, neq; affirmari poterant nisi de Christo Redemptore nostro, non tamen omnes scripturas, neq; omnes prophetias cognouerunt, donec Spiritus sanctus aduenit, qui eas Apostolis manifestauit. Ad tertium, non consensio cum theologis asserentibus maiores Iudaeorum non cognouisse Christum Dominum, neq; Messiam, neq; Deum esse. Hoc enim falsum est, quia defacto cognoscebant: non tamen cognoscebant mysteria omnia, & signa quae de Christo erant, & ordinabantur ad redemptionem generis humani. Ad Pauli, Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci: respondetur, quod Paulus tunc non erat de maioribus. Secundo dicit S. Thom. quod id fecit ex ignorantia Dei, hoc est, quod licet cognouerit esse Messiam, non tamen esse Deum. Similiter respondetur ad aliud Actuum. 3. quod id fecerit ex ignorantia Dei. Ad aliud de interrogatione Pilati respondetur, quod Iudaei maiores non cognouerunt mysterium secundi aduentus, quando iudicaturus ueniet: ex hoc tamen nihil contra nos, quia ignorabit ex aetate ignorantia: factus est, cognouerit aliqua, quae intelligi non poterant, nisi de Christo & Messia.

Contra secundam conclusionem quae est, Licet maiores cognouerint, Christum enim esse Messiam, non tamen cognouerunt filium Dei naturalem esse. Arguitur primo, quia Esai. 9. habetur, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. & subdit, Vocabitur Deus fortis. Tunc sic Iudaei omnes prophetiam illam intellegebant esse de Christo: & ait, quod vocabitur Deus fortis, cognoscebant ergo esse Deum. Secundo, Hic. 23. Ecce dies ueniet, & suscitabo germe iustum, hoc autem est nomen quod Hebraei Iehouah, & Tetragramaton dicunt, quod soli Deo conuenit, ergo cognouerunt esse Deum. Tertio, quia in illa parabola Matth. 21. Hic est haeres, uenite occidamus eum, cognouerunt esse haerem: haerem autem cognoscere non poterant, nisi filium Dei cognouissent, ergo. Quarto, daemones cognouerunt Christum esse Deum, ergo: antecedens patet Marci. 5. Quid tibi & nobis fili Dei, scimus quod sis sanctus Dei. Vbi Chrysostomus & Theophilactus dicunt. Quod sis sanctus Dei, id est, peculiaris sanctus Dei, hoc est, filius Dei. Et Luc. 4. habetur, Exhibuit daemonia clamantia, & dicentia, Hic est filius Dei. Et quod amplius urget est, quia increpans eos

Christus, nolebat eos loqui, quia sciebant eum esse filium Dei. Quinto, quia miracula quae faciebat, & modo quo ea operabatur, ipsum esse filium Dei euidenter demonstrabant. Et probatur ex illo Ioann. Si opera non fecissem, quae nullus alius fecit, excusationem haberent. Vltimo, quia ipse de se affirmabat esse filium Dei, & in confirmationem miracula faciebat, ergo euidenter id cognouerunt. Et ita Chrysostomus & Beda afferere uidentur, quod daemones & maiores, non solum cognouerunt Christum Dominum Messiam esse, sed etiam esse Deum. Sed Augustinus libro de quaestionibus noui & veteris Testamenti, q. 66. Hieronymus, Caietanus, S. Tho. & Liranus, in illum locum Matth. 21. tenent, quod cognouerunt eum esse Messiam, non tamen intellexerunt esse Deum. Et ita tenendum est. Et quod ita sit, probatur, quia daemones non cognouerunt eum esse Deum, & filium Dei naturalem, ergo neq; maiores Iudaeorum. Antecedens patet Matth. 4. Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Et Matth. 27. cum Iher. Pilati fateretur, se multa passus in somnis & ideo misit ad virum suum, & dixit ei, ne virum iustum occideret: somnium autem illud Iudaei demonis erat, qui sententiam mortis Christi mutare intendebat, & hoc non quia sciret Christum Dominum esse Deum, sed quia ex signis id suspicabatur.

Ad argumenta in contrarium. Ad primum dico, Esaiam non dicere quod erat Deus, sed vocabitur Deus. Secundo dico cum S. Tho. art. isto. 5. ad secundum, Deum dici aliquando per naturam, ut Deus pater: aliquando per gratiam, ut illud, Ego dixi, Dii estis uos. Hoc ergo pacto, id est, per gratiam, & adoptionem, Iudaei & daemones Christum esse Deum cognoscebant: sed an esset per naturam Deus, & filius Dei naturalis, ignorabant. Et similiter respondetur ad secundum ex Hieremia inducitur. Ad tertium respondeo S. Tho. art. 5. ad primum, parabolam sufficienter verificari, in quantum Christum esse Messiam cognouerunt. Sed contra hoc est ratio, quia nos ex eo dicimus, quod haereditas Christo conueniebat, quia filius Dei erat, & tamen hoc Iudaei cognouerunt, sed respondeo esse ita: ignorabant tamen, an filius Dei naturalis esset, an per gratiam vel adoptionem. Sanctus Thomas. 1. parte, quaestione. 44. articulo primo, ad quartum, negat antecedens, & ad illud Marci quinto, & Luc. quarto, dico, Daemones suspicari uehementer, quod Christus Dominus filius Dei esset, & ideo dubitanter loquebantur: ut ex mendatio

veri

veritatem elicerent. Ad aliud quod daemones sciebant esse Deum, dico primo, intelligi debere, sciebant, id est, esse Christum, vel Messiam. Secundo dico, quod ex eo dicuntur scire, quia facile poterant cognoscere. Tertio dico cum Caietano, particulam, quia, illic capi pro quod, hoc est, nolebat eos loqui quod scirent, quia non est Deo grata laus in ore mendacii. Ad quintum respondeo, eos ex miraculis, & ex modo faciendi, cognoscere facile potuisse, Christum esse Deum, non tamen habebant euidentiam, quod alius, ut puta Angelus in eo miracula illa faceret, & ita euidenter non cognouerunt. Ad ultimum dico dupliciter. Primo, quod non erat illis evidens, alium in eo miracula illa non posse facere, aut Angelum, vel virtute doni miraculorum specialiter illi communicati. Se-

cundo, quia in sacris literis euidenter non inuenitur, quod miracula faceret, ut se esse filium Dei ostenderet, licet ex scripturis forte euidenter id deducatur. Et in doctrina Sancti Thomae, tanquam uera, & scripturae sacrae consona, amplectenda est. Et quod Caietanus asserit, Iudaeos peccasse non solum peccato occisionis Messiae, sed etiam peccato occisionis Dei, est consonum doctrinae sanctorum Patrum, quia nisi inuidia & malitia eos exceperat, & uita Christi immaculata, & ex miraculis & scripturis, facile Christum Dominum esse Deum cognoscere poterant. Et haec uelima aduertentia est circa ea quae beatus Chrysostomus, tum doctissime, tum sanctissime, in uilitate Ecclesiae Catholicae scripsit.

## Finiuntur aduertentiae in B. Chrysostomum.

L I ADVERTENTIAE

# ADVERTENTIAE

in tertium tomum beati Hieronymi,  
Ad primum.

*An Paradisus terrestris ante mundum sit conditus.*



**H**IERONYMVS  
tom. 3. c. 204. in prin  
cipio Hebraicarum  
traditionem, in illud,  
*Plantauit Dñs Paradisum*,  
Gen. 2. asserere vide  
tur, q̄ priusquã coelũ  
& terram Deus crea

ret, paradysum ante considerat, sicut & legi  
tur in Hebr̄o, Plantauerat autem Deus pa  
radysum in eodem à principio.

Doctores scholastici de paradiso terrestri,  
an sit locus corporeus cõueniens habitati  
oni humane, & ad quid in paradiso positus  
fuit, & an cõditus fuit ante paradysum dispu  
tant. 2. sen. di. 17. & S. Tho. 1. part. q. 102. per  
quatuor articulos. Ad primum respõdet, q̄ se  
cũdũ Augustinũ octauo in Gen. ad literã,  
tres sunt de paradiso generales sententiã.  
Vna eorũ, quã tãtũmodo corporaliter para  
disum intelligi volat. Alia eorũ, qui spiritua  
liter tãtum. Tertia eorũ, qui utroq; modo pa  
radysum accipiunt. Et inquit, Fateor hãc sen  
tiã mihi placere. Et aduertit, q̄ ea quẽ de pa  
radiso in scriptura dicãtur, per modũ histo  
riẽ pponuntur. In omnib; autẽ, quã sic scri  
ptura tradit, pro fundamẽto tenẽda est veri  
tas historiẽ, & de super spirituales expositio  
nes fabricãde. Et ratio est, nã cetera alia quã  
in illo. c. narrãtur in sensu literalĩ, & corpora  
liter intelligãtur, ergo & ea quã de paradiso  
dicuntur. Nã vt S. Tho. notat, paradysus idẽ  
est q̄ hortus, hortus autẽ locus est corporeus,  
ergo & paradysus verẽ fuit locus corporeus.

An vero fuerit cõueniens habitati  
oni humane? Respõdet affirmatiuẽ, nã secundũ Iu  
storũ lib. 8. Ety molo. situs fuit in parte Oriẽ  
tali, tanquã in nobilissimo loco totius terre,  
Cũ vero Oriens sit dextera celi, & secundũ  
philosophũ, dextera est nobilior quam si  
nistra, conueniens fuit, vt in parte Oriẽ  
tali, tanquã in loco conuenienti habitati  
oni humane, paradysũ insitueretur à Deo.

Et vt Damascenus dicit, est locus tempera  
to, & tenuissimo, & purissimo aere circũful  
gens, plãtis semper floridis comatus: & ideo  
conueniens habitatiõni humane, secundũ  
statum primã conditionis hominis. In con  
clusiõne Doctores omnes conueniunt. Fue  
runt tamen diuersi modi dicendi de paradiso.  
Primus fuit quorundã Patrũ antiquo  
rum. Hugo super Pentateuchon, in principi  
pio docet, paradysum illũ fuisse totam ter  
ram, & non locum aliquem specialem, nam  
tunc omnis terra plena erat arboribus, &  
veiut hortus quidã amœnus. Et non de  
fuerant moderni, qui existimãtur modum  
hunc dicendi nõ esse omnino vanum; quod  
sequentibus rationibus probant. Prima ra  
tio, nam constat extra paradysum multas ar  
bores fuisse, & pisces, & animalia, non ta  
men est asserendum, quod superflua fuis  
sent: si tamen Adam in paradiso esset, & ab  
eo non egrederetur, si non peccasset, su  
perflua ergo fuissent in orbe, hoc autem  
asserendum non est, ergo terra tota ille pa  
radysus fuit. Secundo, Si Adam non pec  
casset cunctis animantibus terre domina  
retur: si autem animalia per orbem essent di  
spersa, & ipse in certo loco paradisi esset, nõ  
posset omnibus animalibus dominari, ergo.  
Tercio, si esset certus locus paradisi, nauigã  
tes, maxime nostris tẽporibus, cũ fere totũ  
orbẽ perlustrauerint, ad illũ ergo locũ perue  
nissẽt, talis autẽ locus nõdum est reperitus, af  
firmadũ ergo nõ est, q̄ sit specialis aliquis lo  
cus, qui paradysus nuncupetur. Quarto, quia  
in scriptura de paradiso tãtũ habetur, Gen.  
2. q̄ tulit Deus hominẽ, & posuit eũ in pa  
radiso. Scriptura tã nõ narrat, quando fuerit  
factus, sed tãtum p̄supponit, quod fue  
rit iam creatus, antequã quã homo esset cõditus.

His nõ obstantibus, sententia opposita tã  
quã vera tenenda est, scilicet, paradysum  
nõ totam terram, sed specialem locũ esse, in  
quo Deus primũ hominẽ posuit. Et sententiã

hzc

Damasc  
ny li. 1. c.  
11.

Prim; mo  
dus.

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

hãc est de mente Augustini, Bede. & anti  
quorum Patrũ. Et probatur ex illo Gene.  
2. tulit Dominus Adam, & posuit eum in pa  
radiso. Si ergo tota terra esset paradysus,  
quomodo ergo stat, Tulit eum Dominus, &  
posuit eum in paradiso? Fallam ergo esse cõ  
uincitur, q̄ tota terra fuerit paradysus. Tum  
etiam, quã illa quã de quatuor luminibus  
astimãtur, qui egrediuntur de paradiso, nõ  
stant, neq; nisi paradysus est certus locus cõ  
ueniunt. Ad hęc, postquã Adã peccauit, po  
suit Deus Cherubini vt paradysum custodi  
ret, ergo paradysus locus fuit specialis.

Dubitatũ tamẽ in qua parte terre para  
disus situs sit? Quorundã sententiã est, in terra  
promissiõnis paradysum sitũ esse. Probatur,  
quia Gen. 2. habetur, q̄ Cain postquã fratrẽ  
suũ Abel occidit, habitabit circa regionẽ  
Hebron, quẽ in terra promissiõnis est: & Io  
sue. 14. habetur, q̄ mortuus est Adã, & sepul  
tus est in Hebrõ, qui locus est in terra pmis  
siõnis. Ex his locis argumẽtantur. Si Adã se  
pultus est in Hebron, cũ ergo Adã non ma  
xime distaret à paradiso, apparẽs ergo vide  
tur, paradysum fuisse in terra promissiõnis.  
Hãc sententiã tenet Berofus lib. 1. de histo  
rijs, & gestis ante diluuiũ. Strabo, & Beda  
asserunt, q̄ paradysus est situs in loco altissi  
mo, ad eõ vel nullus ad illum locũ peruenire  
possit. Alij asserunt, situm esse sub equino  
ctiali, & sub quarto climate. Fundamẽtum  
horum est, quia nunc tẽporibus nostris con  
ueniẽtissima habitatio hominũ est sub equi  
noctiali, licet Ariĩoteles, & antiqui omnes  
contrarium tenuerint. Ad dubium nos re  
spõdẽmus, Hi qui asserunt, paradysum, esse  
situm in terra promissiõnis, coguntur di  
cere, situm, & amõnitãre loci, & omnia quã  
de paradiso terrestri scriptura tradit, ex di  
luiujs omnia esse valde mutata. Secundo di  
cimus, hodie hoc certum esse ignorari, vbi si  
tus sit certo paradysus: cum tamen certũ sit,  
alicubi esse, vt scriptura tradit. Et ad argu  
mẽta in cõtrarium indũcta dicimus, nihil cõ  
cludere. Ad tertium vero, quod est possibi  
liũ, quia nullus eorum, qui orbẽ peragrãrũt,  
ad eum locũ perueniũt, iam respõsum est, lo  
cum illum ex diluiujs esse valde mutatũ: &  
licet forte al. qui ad eum locũ peruenierint,  
propter mutationem factã non agnoscerint.  
Et ad aliud, quã in scriptura non fit men  
tio, quando, & vbi creatus. Respondeo,  
fat esse, quod scriptura in communi dicit,  
Deus à principio creauit paradysum vo  
luptatis.

An vero Adam in paradiso fuerit positus,  
textus Gen. 2. sic habet, Tulit Dñs hominẽ,  
& posuit illũ in paradiso voluptatis, vt ope  
raretur, & custodiret illum. Augustin; oĩa  
uo super Gen. ad literã ait, verbum istud  
dupliciter posse intelligi. Vno modo sic, q̄  
Deus posuit hominẽ in paradiso, vt ipse  
Deus operaretur iustificãdo & custodiẽ  
do ipsũ, cuius operatio, si ab homine ces  
set, continuo obrebratur: sicut aer obre  
nebratur, si collet influentia luminis. Alio  
modo potest intelligi, vt ipse homo opere  
tur & custodiret paradysum, nec tamen illa  
operatio esset laboriosa, sicut post peccatũ,  
sed fuisset iocunda, propter experientia vir  
tutis naturã. Custodia vero illa non esset cõ  
tra inuolentem, sed ad hoc paradysum sibi cu  
stodiret, ne peccãdo ipsũ amitteret: & hoc  
totum in bonum hominis cedebat: fuit  
tamen malus cultus, & ideo merito  
audiuit, In fadorẽ vultus tui uelceris pa  
ne tuo.

An autem factus fuerit in paradiso? Respõ  
det S. Tho. negatiuẽ, nẽpe q̄ factus fuit ex  
tra paradysum, & deinde translatus est in il  
lum. Probat ex illo Gen. 2. tulit Deus homi  
nem, & posuit eum in paradiso, & ita Patres  
veteres tenent. Et ratio est, ne Adam, existi  
mans quod ille locus esset sibi naturalis, su  
perbiret, vt egr̄o Dei gratia imputaretur, &  
non humane naturã, Deus hominem extra  
paradysum fecit, & postea ipsũ in paradiso  
posuit, vt habitaret ibi toto tempore anima  
lis vitã, postmodum vero cum spiritualẽ vi  
tam adeptus esset, transferendus in cœlum.  
Quod vero Deus prius cœlum & terram fe  
cerit, quã paradysum condiderit, diffinitũ  
est. Concilio Lateranensi sub Innocentio. 2.  
anno M. CC. xvi. Nam in primo cap. suarũ  
sanctionũ sic habet, Creator omnium in  
uisibilium, & uisibilium, spiritualium, &  
corporalium, sua omnipotentẽ virtute si  
mul ab initio tẽporis vranque de nihilo  
condidit creaturã, spiritualem, & corpo  
ralem. Angelicã videlicet, & mundãnam.  
Qualiter vero creaturã corporeã con  
diderit, primum cap. Gen. explicat dicens,  
Fiat firmamentũ, & factum est cœlum. De  
inde diuisit aquas ab aquis: & post factũ est  
mañe, & vespere dies vnus. Et tandem com  
pleuit Deus die septimo opus suũ, in  
iuxta quã periodum Basilij, Gregorij Ni  
zenus, Chrysostomus, Hieronymus, Ambr  
sius, Augustin; & ceteri Patres uetustissimi  
concorditer conueniunt, q̄ prius Deus cœlũ

& terram creauit, deinde paradifum condidit, neq; exiftimandū est Hieronymū cōtra cōmūnem fenfum antiquorū Patrū fenfiffe, cū neq; humana ratio capere poffit, paradifum locale & terrenū locū, imō & terrē ornatum, ante terram fuiffe. Exiftimandū ergo est, Doctores ifcruum fignificare uolūiffe, q̄ anteaquā Deus cēlum & terram diftinguēdo, & ornādo, periferet, paradifum tertia die condidit. Licet aliqui exiftiment D. Hieronymū idcirco paradifum poffuiffe

ante mundū, quia iuxta nudā allegoriā crediderit, paradifum nihil aliud effe, quā ftatum felicē creaturarum rationalium, quem Deus ante hunc uifibilem mundum creauit. Quōd hoc autē falfo fibi imponatur, palā cōftat ex r. cōmentariorum Danielis, fic inquit, Cōticefcant eorum delirāmēta, qui umbras, & imagines in ueritate fequentes, & ipfam conantur euertere ueritatem, ut paradifum, & flumina, & arbores, putent allegoriz legibus fe debere fubruere.

## Q V A R T V S T O M V S.

- 1 An bona quae hominibus infunt, illis sint à natura.
- 2 An spirituales diuitiae sint ex nobis, an ex Deo.
- 3 An peccator de Ecclesia dici poffit.

### AD PRIMVM QVAESITVM.

An bona quae hominibus infunt, illis sint à gratia, uel natura?



**M** Hieronymus ad Deme- triadem uirginem, de uirginitate, conftituta prima hominis dignitate, ex eo quia ad Dei imaginem est cōditus, & ideo omnia illi fubdita: & fecūda, quia in

libertate arbitrij cōditus, rēfpondens fecūdaē obiectioni inquit, Sed pleriq; impie nō minus quā impie, cūm fuper ftatu hominis queritur, uerō dicere, quafi reprehēdentes opus Dñi talē illū, aiunt, debuiffe fieri, qui omnino facere nō poffet malū. Dicit itaq; fignētū ei qui fe fingit, Quid me fecifti fici & improbiffimi hominū dum difsimulant id ipfum bene administrare, quōd facti funt, aliter fe factos fuiffe aiunt, ut qui uitā fuā emēdare nolūt, uideātur emēdare uel naturā. Cuius bonū ita generaliter cunctis inftitū est, ut in Gentilibus quoq; hominibus, qui fine ullo cultu Dei funt, fe nōnūquā offēdat ac proferat. Quam multos enim philofophorū audiuimus, & legim⁹, & ipfi uidim⁹

caftos, patientes, modeftos, liberales, abftinētes, benignos, & honores mundi, fimul & delicias rēfpuentes, & amatores iuftitiae, nō minus quā fcientiae. Vnde quēfo hominib⁹ alienis à Deo, ifta quae Deo placent? Vnde autē illis bona, nifi de naturae bono, &c. Haereticī nouelli ex hoc loco cū alijs cōtendunt libertatē liberi arbitrij negare, & auxiliū gratiae ad bene operandū neceffarium nō effe.

Diſputāt Doctores ſcholaeſtici de hac quaeſtione. 2. ſen. di. 25. & S. Tho. 1. 2. q. 109. art. 2. in quo querit, an homo poſſit uelle, & facere bonū abſq; gratia? & rēſpōdet per ſex cōcluſiones. Et primo diſtinguit duplicē hominis ſtatū. ſ. naturae integre, in quo fuit à Deo creatus, & naturae lapſe, in quo ſumus. Prior cōcluſio, In utroq; ſtatu homo auxiliō Diuino indiget ad uolendū & operandū bonū, auxiliō in quā generali: cōcluſio eſt clara. Secūda cōcluſio, In ſtatu naturae integre per ſola naturalia poterat homo omne bonū uirtutis acquiſiſte operari, puta morale bonū. Nō probat, ſed relinquit tanquā notū: quia natura hominis eſt rationalis, ergo quādo eſt perfectā in ſua natura poterit bonū rationis agere, quia hoc eſt bonū ſuum natura le, ſicut bonū ignis eſt calefacere. Tertia cōcluſio, Homo in ſtatu naturae integre, ad bonū ſupernaturale operandū, auxiliō ſpeciali Dei indigebat. Hoc de ſe eſt notū, quia uitā aeternam mereri, uirtes naturales excedit.

1. Concluſio

2. Concluſio

3. Concluſio

4. Concluſio

5. Concluſio

6. Concluſio

excedit. Quarta cōcluſio, Homo in ſtatu naturae lapſe non poterit omne bonū morale naturaliter adimplere, hoc eſt, opera bona moralia facere, ut patēt honorare, & ſcilitate cetera omnia. Probat, quia natura eſt infirma, & uires animae attenuatae, & ab appetitu ſenſitivo inſurgunt paſſiones uehementes, quae rationem trahunt, ut illi conſentiat. Tum etiam, quia, ut Ioan. inquit, Mundus totus in maligno poſitus eſt, & frequēter pericula multa ſe offerunt, quae omnia homo uincere nō poterit, & ideo ut bonū totū morale adimpleat, auxiliō ſpeciali indiget. Quinta cōcluſio, Homo in ſtatu naturae lapſe poterit aliqua bona naturalia ſine auxiliō ſpeciali agere, ut plāre uiteas, domos edificare. Et probatur hoc, quia licet natura poſt peccatū multū infirma, nō ſi eſt omnino corrupta. Ex his inferitur ultima cōcluſio rēſpōſiua ad quēſitum. ſ. q̄ in ſtatu innocentiae homo nā uidebat gratia ſolum ad bonum ſupernaturale, in ſtatu uero naturae lapſe indiget auxiliō, nō ſolum ad ſupernaturale bonum, ſed etiā ut reſpectu boni naturalis, ſanctur, & in utroq; auxiliō generali indiget, quo ad operandū moueatur.

Quēſtio hęc eſt grauiſſima in materia de gratia. Et aduertendum prius, q̄ S. Th. nomen gratiae nō intelligit gratiā gratum facientē, quae hominē gratum & amicū Dei efficit, ſed gratiā accipit pro quocunq; Dei auxiliō ſpeciali, & ſupernaturali, ac dono Dei grauiſſimo, ut cōtra uires naturales diſtinguatur. Secundo aduertendum, q̄ homo in trib⁹ ſtatibus cōſiderari poeſt. Primus eſt, ut in puris naturalibus cōditus, nec in peccato, nec in gratia, nec in iuſtitia, ſicut equus gignitur. Et hoc modo ſunt qui exiſtimēt, Adā in primo inſtitū ſuę creationis fuiffe. Secūdo, cōſiderari poeſt cū originali iuſtitia. Tertio, ut nudus illa iuſtitia originali, ſicut modo homo naſcitur. Et ait Caietan⁹, q̄ ſtatu merē naturalis, & ſtatu naturae lapſe, nō differūt per hoc, q̄ natura lapſa ſit magis deſtituta, uel magis infirma, quā ſi iuſtitiam originale non habuiffet, ſed in puris naturalibus eſſet creata. Secluſo enim originali, nullum naturae principium manit in nobis amplius corruptum, quā ſi in puris naturalibus creati eſſemus, nec maiorē ignorantiam, nec inclinatioē maiorē ad malum habemus. Hoc cōſtat, quia per peccatum ſolum donum ſupernaturale iuſtitiae & gratiae amiſimus. Ex naturalibus tamen nullam ſacturā fecimus, ſed natura ipſa, ac ſi nunquā habuiſſet iuſtitia,

manet. Eſt ergo differētia ſicut inter hominē de ſe nudum, & hominē ab alio deauiditum. Creatus eſt homo nudus, & in puris naturalibus uelut eſt originali iuſtitia, quae poſtea deuidatus eſt: nudus uero nō amplius uelut eſt, ſi ille qui nunquā ueſtem habuit. Simile aliud eſt, lapis deſcendens, non deſcendit ſi prohibeatur, impediēto tanē remoto, eodem modo deſcendit, ſicut ſi impeditus non fuiſſet. Similiter ergo homo in puris naturalibus creatus, habet ſenſualitatem adueſus rationem repugnātem, cōtrarietas hęc per iuſtitiam originale eſt impedita, remouetur iuſtitia, & appetit⁹ remānet ita cōtra rationem propenſus ſicut aqua. Differētia ſtat in hoc, quia nuditas, quam homo in puris naturalibus habet, eſt pura negatio, & eſt merē naturalis ſicut in equo eſt mera negatio, ut non rideat, quia rideere nō poterit: poſt peccatū uero carenſia illa eſt priuatio, & habet rationē poenae. Et ideo in ſcriptura appellatur ſomes, uulnus peccati, rebellio carnis, tyrannus. Vnde Concilio Tridentino, ſeſſione quinta, Can. 1. diſſinitur ſic. Si quis non conſitetur, totum Adam per illam priuauit omni eſſentiam, ſecundum corpus & animam in dēterius cōmutatū fuiffe, anathēma ſit. Et ſeſ. 6. declarat liberū arbitrium minime extinctum uirtus naturalibus, ſicut fuerit attenuatum per hoc quōd iuſtitia originali eſt deſtituta.

Dubium priuum eſt, quā ſi hęc doctrina ſtaret & uera eſſet, perperā ergo S. Tho. aſſeruit, hominem in ſtatu innocentiae ex naturalibus poſſe omne bonum morale, & naturale operari, quia id non ex naturalibus, ſed ex iuſtitia originali erat, quae natura appetitus impediēbat, ne contra rationem inſurgeret. Tum etiam quia cauſabat, quōd in mūdo nō eſſent pericula, & occaſiones, quae modo ſunt, ut homo decidat. Ad hoc dico primo, q̄ S. Tho. naturale illud uocat, quod Deus hominē, ratione illius ſtatu, cōceſſit. Tū etiā quia integritas & ſanitas naturae rationalis illa erat, q̄ null⁹ motus ſenſualitatis rationē uinceret, neq; cōtra rationē faceret: uelut ſanctus corporis ea eſt, ut debita ſi portio humorū, ſcē quia Ade data ſunt auxilia per modū habitus, quib⁹ ſine aliquo alio auxiliō operari poſſet. Et in hęc ſenſu exponendus eſt S. Tho. quādo aſſerit, q̄ homo in ſtatu innocentiae ex naturalibus omne bonū morale operari poterat, hoc eſt, ſine aliō auxiliō ſpeciali, uel motione Diuina. In hoc uero neſtro ſtatu licet homo ſit in gratia &

Cōcluſio  
Tridentinū

in charitate, auxilio tamen speciali & particulari ad perseverandam, & ad omne bonū faciendum, indiget, quā naturam eam; enim homo Deo sit gratus, naturam tamen habet infirmam, quia tunc sana erat, auxilio non indigebat.

Dubium secundum est circa id quod S. Th. dicit, nempe quod in statu illo homo auxilio speciali ad bonum supernaturale indigebat. Videtur enim quod iustitia originalis, & fides, cum ceteris virtutibus infusis, & gratia gratum faciens bonum supernaturale operari sufficerent. Dico ad hoc quod S. Th. omnia haec auxilium speciale vocat: status enim ille sanitatem & integritatem naturae per iustitiam originale dicit illa tamen posita, ad hoc bonum supernaturale manebat. Sicut aqua quantumcumque perfecta natura sua calescere non potest. Ideo Adam fide indigebat ad supernaturalem cognoscendum, & auxilio speciali ad meritum propter Deum operandum. Advertendum etiam est, Durandus dist. 28. q. 1. 2. sen. docere, non solum in statu illo, sed etiam in nostro, sine Dei concursu speciali, & absque habitu aliquo infuso, opinionem aliquam de articulis fidei nos habere minime posse, sicut tempore Christi Domini multi in sua infidelitate permauerunt, opinionem habebant, quod Christus Dominus vera praedicabat, & haereticas discredens vni articulo, potest alteri adhaerere. Certum tamen assensum sine auxilio speciali habere non possumus.

De statu nostro dubium est, quid nos ex puris naturalibus possimus: Gregorius Ari. 2. sen. dist. 28. q. 1. tenet primo, hominem ex puris naturalibus sine speciali Dei auxilio, in his quae ad vitam moralem pertinent, non posse cognoscere quid volendum, vel quid agendum. Scientias & artes scire potest homo, quod vero ad bene moraliter agendum pertinet, scire non potest. Secundo ait, quod homo postquam agendorum notitiam habuerit ex suis naturalibus sine Dei speciali auxilio, neque vele, neque operari bonum potest. Et intelligit non solum de bono merito gloriæ, sed etiam de bono morali. Et Capiculus eadem dist. q. 1. affirmat hanc esse sententiam S. Th. Et primo, quantum ad cognitionem notum est S. Th. contrarium sensisse, art. enim primo diffinit, quod homo, quantum ad veritates naturales cognoscendas, alia illustratione nisi naturalis non indiget. Et non distinguit circa artes, vel scientias, vel circa operabilia, sed de omnibus in genere loquitur. Et ita esse af-

firmandum probatur ex psal. 4. Ad quaestionem, Quis ostendet nobis bonum? Respondet Propheta, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Hoc autem omnes de lumine naturali intelligunt, quod veritates naturales etiam operabiles ostendere valet. Et Paulus Rom. 1. Qui cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt. Qui de cognitione naturali expresse loquitur, quae vi Deum glorificassent, sufficiebat. Ratione probo, Homo creatus in puris naturalibus, licet iustitiam nunquam habuisset, bonum tamen operabile sufficenter cognovisset, nam quod honestum esset parentes honorare, amico fidem servare, & alia his similia, in solo lumine naturali intellexisset, ergo post peccatum id cognoscere, & operari posset. Collectio ex dictis patet, quia, vt distinctivimus, homo post peccatum non habet maiorem ignorantiam, quam in puris naturalibus habuisset. Et quod Gregorius ait, quod actus non potest esse moraliter bonus, nisi in Deum, tanquam in ultimum finem supernaturalem referatur, id nos negamus: neque prebare potest. Imò dicimus, & in hoc stat differentia opinionum) bonum morale in hoc consistere, quod sit bonum honestum, & de se laudabile. Vnde qui patres honorat, quia illum genuerunt, bonum morale sine ulla relatione facit, quia bonum omne honestum ex natura sua in Deum refertur. Et in hoc Gregorius est deceptus. Mirabile enim est, brutum cognitionem sufficientem habere ad suas operationes naturales: & quod homo, qui natura sua rationalis est, neque cognoscere, neque operari possit bonum rationis. Et ad omnia quae pro se adducit Gregorius respondetur, quod peccatum non incurrimus maiorem ignorantiam, quam in puris naturalibus habemus, sed quia per iustitiam passionem impediuntur, ne insurgerent, & ne ratione excarent, ideo iustitia sublata, natura mastris pura. Non tamen inde sequitur, quod nullum bonum possimus cognoscere, neque operari: licet natura mastris pura, quia tamen infirma, & debilitata remanet, ideo in operationibus etiam naturalibus frequenter erramus, propter eam: à Deo petimus, vt nos dirigat maxime ad supernaturalia merenda.

Dubium maius est, an agendorum notitia supposita, homo sine gratia possit vele, & bonum operari? Gregorius & Capreolus negativè respondent. Et asserunt esse opinionem S. Th. art. isto secundo, quia asserit hominem in innocentis statu auxilio non indigere, nisi ad supernaturaliam statum vero naturae corruptae

præter

præter hoc, auxilio indiget homo, vt natura sanetur, ad agendum bonum artis. Et subdit, quod homo in natura corrupta solum bonum artis potest facere, vt vineas plantare, domos edificare: neque exemplum de aliquo bono morali assignat. Nichilominus asserimus contrarium fuisse sententiam S. Th. Quod probo primo, quia hoc articulo solū dicit, quod homo in statu naturae lapsae per sua naturalia omne bonum morale implere non potest: nichilominus non negat quin aliquid boni facere possit. Et 1. parte, q. 23. ponit duplex auxilium generale, quod est proportionatum naturae, & speciale in ordine ad supernaturalia: quod proportionem naturae excedit. Et 2. 2. q. 10. art. 1. tenet, non omnia opera infidelium esse peccata. Et quaestione. 137. artic. 4. vbi querit, an homo perseverare possit in bono sine gratia, dicit, quod potest quidem eligere, perseverare vero sine gratia non potest, quia illud indiget, vt bene semper agat. Et in solutione ad secundum ait, quod ex naturalibus potest vnum opus bonum facere, sed illud ad perseverandum non sufficit. Simile est de infirmo, qui aliquod opus sanitatis potest agere, sed non omne. Secundo arguitur sic, Homo in puris naturalibus poterat bene moraliter agere, ergo in natura corrupta, postquam eodem modo se habent. Aut cedens probo, quia homo de lege natura tenetur operari conformiter ad rationem, ergo ex natura potest illud adimplere. Mirabile enim esset, quod natura ad aliquid obligaret, ad quod ipsa non sufficeret. Et confirmatur; Homo ex suis naturalibus potest conformiter ad appetitum sensitivum agere, ergo licet saepe ab illo vincatur, aliquando tamen agere poterit conformiter ad appetitum rationalem, postquam ille est sibi magis naturalis. Tertio, quia actus bonus sicut sacrum audire, & malus, sicut quando parentibus teneor subvenire, & non subuenio, sunt eiusdem speciei in genere naturae, si ergo quando est peccatum, possum parenti bus subvenire, à fortiori ergo quando est bonum. Confirmatur, quia potest homo malo sine ambulare, ergo & bono, & potest denarium in flumen proicere, ergo & dare indigentibus. Quarto, quia Deus potuit hominem condere, qui ex suis naturalibus conformiter rationi ageret, cum ergo rationale fecerit, de facto ita fecit, postquam alijs agentibus dedit naturam ad sua opera naturalia sufficientem. Ultimo, quia sequitur cetera Gregorius omnes actus infidelium esse peccata: quod licet ipse concedat, est tamen contra

communem sententiam Doctorum scholasticorum, & damnatum Synodo Tridentina sess. 6. Can. 7. qui sic habet, Si quis dixerit omnia opera, quae ante iustificationem fuerint vere esse peccata, anathema sit.

Ad argumenta Gregorius, quae intendunt, requiri expremam & formalem relationem in ultimum finem, nos dicimus, sufficere relationem virtualem. Et ad omnia quae adducit ex Augustino, dicimus, quod intelliguntur de bono merito vitæ aeternae. Et ne quis existimet hoc gratis dictum, probatur manifeste, quia Augustinus & antiqui Patres solum aduersus errorem Pelagij loquebantur, qui affirmabat, quod ex naturalibus gratiam & gloriam mereri possumus, quod Concilium Milebitanum damnat, Can. 4. & 5. & Araucicum, Can. 7. Carthagenense, & omnes sancti, & Synodus Tridentina, sessione. 7. Can. 1. 2. & 3. Secundo dicimus, quod propter naturae infirmitatem perseveranter non possumus bene moraliter agere. Secundum argumentum Gregorius est, Si homo ex naturalibus possit bene moraliter agere, posset ergo tentationes vincere, quod contra Pelagium damnatum est, quia assererat, liberum arbitrium ad resistendum tentationibus, sufficere. Dicimus contra Pelagium, illic solū diffinitum esse, quod non possumus propter infirmitatem naturae, tentationibus omnibus resistere: non tamen quod nulli. Et eodem modo solvimus tertium, quo arguit, Sancti orant Deum, vt ad bene agendum, & resistendum tentationibus adiuventur. Dicimus, quod id quod petunt est, vt ad merendum vitam aeternam, & ad perseverandum, adiuventur. Et ad damnationem Pelagij, qui compulsus est fateri, gratiam Dei ad singulos actus requiri, dico, intelligi de singulis actibus merito rursus. Error enim Pelagij erat, quod ad primū actum fidei, qui est meritorius gratiae, auxilium non indigemus. Quod damnatum est contra illum, & ita intelligendus est Apostolus, cum ait, Non est volentis, neque currentis, &c. Et non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Quod intelligi debet respectu gloriæ caelestis, quia Christus Dominus nobis praedicavit. Ad ultimum argumentum, quia si ad bene moraliter operandum, concursus generalis sufficit, non aliter ad actus bonos, qui ad peccata adiuventur à Deo: quod contra Pelagium fuit damnatum. Dicimus aliter ad actus meritorios, & ad perseverandum in actibus moraliter bonis, nos adiuvari, nam ad singula Deus con-

L 5 currit,

Crestum  
Tridentinū



concurrit, dando legem, & consilia, & adiuvando per doctrinam predicatorum, proponendo in istis praxima.

1. Propositio

Ut autem eam solvamus quaestione propositionem, tenenda sunt sequentes propositiones. Prima propositio, Quidquid poterat homo in parisi naturalibus, potest in statu naturae corruptae. Et si arguatur ex glossa super illud Luc. 10. de homine qui incidit in latrones, quem dicit, non solum esse privatum gratiam, sed lesam in naturalibus, Respondet, quod lesio in naturalibus, de habitibus viciosis, & de consuetudine pessima peccandi, intelligitur, propter quae homo ad bene agendum debilitatur. Nullum tamen principium naturae imperfectus est, quia in parisi naturalibus. Secunda propositio, In statu naturae integre ex naturalibus plus homo poterat, quam nunc potest. Poterat enim in bono morali perseverare, nunc autem non potest. Tertia propositio, Nunc homo licet non possit perseverare, potest tamen aliquando bene moraliter agere. Quod si quis arguat, si homo sine speciali auxilio potest vnum bonum opus facere, poterit ergo postea aliud, & consequenter omnia. Dico ad hoc primum, aliquid dupliciter possibile dici. Primo modo de potentia logica, quia contradictionem non impliat. Secundo modo moraliter, hoc est, quod naturaliter, & ut in plurimum possibile est, verbi gratia, Infirmus per tres dietas potest recte ambulare, non tamen per sex: & si iter ignoret, quo Romam perveniat, poterit recte per duas dietas iter agere: pervenire tamen Romam, nisi iter interroget, non potest. Sic ergo dicimus, quod licet homo vnum opus moraliter bonum possit facere, non tamen omnia, & in omni euentu, & per totam vitam. Quarta propositio, quod poterat Adam in statu naturae integre propter sanitatem naturae, potest nunc homo per gratiam gratis datam, quae est auxilium Dei speciale. Tantum enim nunc potest Deus per auxilium facere, sicut tunc per originale iustitiam. Quinimo Beatissimam Virginem in peccabilem, etiam venialiter fecerit. Vltima propositio, Ad merendum vitam eternam, in vtroque statu indiget homo auxilio speciali, vel gratia gratum faciente.

2. Propositio

1. Propositio

3. Propositio

1. Propositio

4. Propositio

Pro beato Hieronymo respondemus, quod quando inquit, se vidisse philosophos castos, modestos, &c. Et respondet, Vnde illis bona nisi de naturae bono interpretandas est secundum doctrinam quam tradidimus, scilicet, quod licet philosophi possent aliqua bona

na moraliter agere, non tamen se ad gratiam disponere ex naturalibus, neque omne bonum moraliter agere, & in omni euentu, & per totam vitam in bono sine auxilio specialiter perseverare. Et tantum absuit ab errore Pelagii, ut plura contra eum et nobis scripta reliquerit: vt tomo. 4. 318. c. & eodem tomo 374. c. & tomo. 7. est videte.

SECUNDVM QVAESITVM.

Spirituales diuitiae, num ex nobis, an ex Deo sint.



Ieronymus ad Demetriadem de virginitate, postquam illi suavit, quod virginitas sanctitate morum ornata esse debet, & quod sola virtus proprium bonum hominis est, subindicare videtur, quod spirituales diuitiae, quia ex nobis sunt, proprium bonum nostrum sunt. Et de bonis externis ait, Cuncta enim illa foris petuntur, & quidquid aliunde speratur, alienum est. De diuitiis vero spiritibus, & internis, subiungit, Haec vero in tua potestate sunt, & vere propria, quae non extrinsecus veniunt, sed in ipso corde generantur: illa enim, neque omnis qui quirit, inuenit, neque qui inuenit, semper tenet, quia ut ea commodare, ita & diripere casus potest, haec autem & omnis qui quirit inuenit, & qui inuenit, eripi sibi nunquam timet. Illa enim sola bona sunt, quae sine voluntate neque inuenimus aliquando, neque perdimus. Habes ergo & hic per quae merito praepararis aliquid hic magis, nam corporalis nobilitas, atque opulenta tuorum intelliguntur esse, non tuae spirituales vero diuitias, nullas tibi praeter te, conferre poterit. In his ergo iure laudanda es, in his merito ceteris praeferranda es, quae nisi ex te, & in te, esse non possunt. Caecilius contra B. Hieronymum ex his verbis deducitur, quia spirituales diuitias, asserere videtur, ex nobis esse: & ex eo, quod qui semel inuenit, eripi sibi nunquam timet. Quae verba quoad corticem, Pelagii errorem sapere videtur.

Doctores scholastici de hac quaestione disputant. sentent. dist. 28. & S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 3. in quo quaerit, An homo ex puris naturalibus possit diligere Deum super omnia

omnia: vere enim diuitiae spirituales in dilectione, quia Deus propter se, & proximas propter Deum, diligit, consistunt. Et respondet duabus conclusionibus. Prior, in statu naturae integre, sine gratia dono, homo super omnia, ex naturalibus diligere poterat per generale auxilium. Probat, quia homo in natura integra ex naturalibus omne bonum sibi conaturale operari poterat, conaturale vero est non solum homini, sed omni creaturae, Deum super omnia diligere, ergo. Minor probatur, quia bonum partis propter totum, ergo appetitus naturalis pars magis ad totum, quam ad se est: quia vnum quodque, secundum quod est, agit. Secunda conclusio est, Homo in statu naturae lapsae indiget auxilio gratiae, & facilitatis, ad Deum supra omnia diligendum. Probat, quia in isto statu homo est infirmus, & non potest totum illud, in quod natura inclinatur.

Dubium primum quod se offert, est circa id quod dicit S. Thom. quod homo ex natura sua inclinatur ad hoc, ut Deum plusquam se diligat: cuius contrarium scholastici plures defendunt. 3. sent. dist. 39. puta quod natura hominem non inclinatur, ut Deum plusquam se diligat: quia amabilia, quae sunt ad alterum, sunt ex amabilibus, quae sunt ad nos: & propter quod vnumquodque tale & illud magis, ergo ex naturalibus plus me quam Deum amo. Tenenda tamen est sententia S. Thom. Primo, quia alias praecipit dilectionis Dei naturale non esset, & per consequens praecipit omnia naturalia in iure naturae non fundarentur: quinimo sequitur, quod Deus nobis praecipit aliquid contra naturam, quia praecipit ut ipsum plusquam nos diligamus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus, & ut crucem nostram tollamus, & nosmetipsos propter ipsum abnegemus. Secundo, quia Deus se plusquam omnia diligit, & fecit nos naturaliter, ergo inclinatur nos ad se plusquam omnia diligendum. Constat enim, si homo rerum naturam condidisset, cum tali propensione illam conderet. Tertio, quia simile quod S. Thom. de partibus & toto adducit, in tantum concludit, quod naturaliter pars in defensionem totius se obijcit, ut manus caput conseruet. Doctores contrariae sententiae ad hoc simile naturaliter respondet dupliciter. Primo quod pars non se obijcit, eo quod plus amet totum quam se, sed quia se plusquam totum amat: & quia conseruatio sui a conseruatione totius dependet. Hoc tamen ridiculum videtur, quod

pars se obijciat ad conseruandum se, quia tunc totum, conseruando se, non conseruet, Scotus. 3. sent. dist. 27. pariter respondet, & ait, quod manus non se obijciat in defensionem totius, sed totum mouet manum, & ideo sequitur solum, quod totum se plusquam manu diligit. Sed dato, ut verum est, totum mouere manum, quare, vel mouet illam contra inclinationem ipsius manus, vel iuxta inclinationem ipsius. Non primum, quia tunc pugna naturalis esset inter totum & partem, quod ordini naturali non condecet. Si vero manum mouet iuxta inclinationem ipsius, ergo manus ad hoc inclinatur. Confirmatur, quia sicut Deus, ita & natura agit propter finem: sicut enim ita expeditur, quod partes ad conseruandum totum inclinarentur, nam sunt propter totum, tanquam propter finem. Simili ergo modo quia creaturae ex natura sua sunt propter Deum, inclinatur ergo ad Deum plusquam se diligendum: & hoc est praecipuum naturale, & doctrina S. Th. vera.

Dubium secundum est, an sit praecipuum postrius de dilectione Dei? Doctores omnes scholastici affirmanter respondent, ut patet ex illo Deut. 6. & Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Et concedunt omnes conclusionem tanquam de fide. Sed quando asseritur in praecipito esse, dubium est, dilectio Dei quomodo accipitur? Potest enim tripliciter accipi. Vno modo, ut quidam actus specialis est diligendi Deum. Alio modo, ut adimplentione praecipitorum dicitur, sic ut sit vnus actus voluntatis habens pro obiecto Deum super omnia, ut volo Deo in omnibus, & super omnia placere, qui actus potest cum mortali esse, & cum infideli: ideo dicitur dilectio imperfecta. Alia vero est dilectio perfecta, quae dici potest executiua, siue effectiua, hoc est, quod non tantum in actu voluntatis, sed in executione operis consistit: haec ergo est perfecta dilectio, quia implentionem mandatorum Dei in se includit. Et est aduertendum, quod in scriptura quando exprimitur praecipuum, vel est sermo de dilectione Dei, ut in plurimum intelligi habet de dilectione perfecta hoc secundo modo, ut Ioann. 14. Si quis diligit me, Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: & 1. Ioann. 2. qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et de charitate perfecta subdit, qui autem seruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta

fecta est, quā charitas alia imperfecta sit, puta solus communis actus: & cap. 5. Hæc est charitas Dei, et mandata eius custodiamus: & Paul. Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio, hoc est, implere legem, est diligere. Et hæc distinctio charitatis insinuat Dominus Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei. Actū diceret, Multi qui affectu dicunt Dominum, Dominum, in effectum tamen non faciunt. Tertio modo accipi potest dilectio pro specialia Dei amicitia, quæ est acceptatio ad gloriam per gratiam. Hoc statuto, pro solutione dubij pono tres propositiones. Prima oppositio, Dilectio Dei isto tertio modo, hoc est, quod ex gratia diligimus, non est in præcepto. Hanc pono contra Maritimum. 2. sent. q. 18. art. 2. qui solus tenet, quod est præceptum de habenda gratia gratiam facere. Probat, quia alias lex ad vitam æternam esset insufficientis, quia illam sine gratia non meremur. Contra tamen probat. Primo, quia præcepta Dei moralia sunt de iure naturæ, hoc est, quod licet Deus ea non præcipere, ad illa tenere mur: natura vero ad aliquid supernaturale non nos obligat: amicitia vero ista est super naturalis: licet ex natura capaces simus acceptationis ad gloriam Dei, non tamen obligamus, quia natura de se ad id non valet. Cōfirmatur hoc quia ut S. Thom. isto articulo dicit. Homo in statu naturæ integræ ex naturalibus poterat Deum super omnia diligere, sicut nunc est in præcepto, ex naturalibus tamen Dei amicus esse non poterat, neque ad gloriam acceptus, dilectio ergo Dei, quæ est in præcepto, est illa ad quam de iure naturæ tenemur: quæ in hoc consistit, ut Dei præcepta adimpleamus: quod propter infirmitatem naturæ naturaliter non possumus: quod si natura esset sana, potentes essemus: nisi ergo præceptum morale obligat, nisi ad id quod naturaliter possumus, alias de iure naturæ non esset. Secundo, quia acceptatio ad gloriam meriti rationem non habet, sed præmij: de præmio vero non est obligatio, sed de actibus virtutis: quinimo nec ut gloriam mereamur est præceptum, sed ut Deū diligamus, & iustitiam inter proximos seruemus. Et ideo sicut non est præceptum, ut proximum ex charitate diligamus, ita nec Deus licet propter hoc diligamus, ut gratiæ & gloriæ det nobis. Ultimo, quia ut dicit Paul. 1. Timot. 1. finis præcepti est charitas. Ad hoc enim præcepta omnia organantur, ut

Dei simus amici, finis vero præcepti non est in præcepto, ergo. Ex quo sequitur contra Maritimum (licet ipse concedat) quod qui peccat propter peccatum quod committit, quādiū est extra gratiam, semper continuat peccatum de non habenda gratia: & ita nūquā quis in vno solo peccato esset, quod merum cōmentum est. Secunda propositio, De dilectione Dei secundo modo non est vniuersale & singulare præceptum, sed omnia præcepta simul. Quia Deum diligere hoc secundo modo est Dei præcepta adimplere: nullum tamen singulare præceptum est de hoc quod Dei præcepta faciamus. Secundum est, quod Deum colamus, parentes honoremur, ne occidamus. Et quia cōclusio est euidēs ideo sit tertia propositio, Dilectio Dei primo modo, ut est specialis actus amoris voluntatis erga Deum, est in præcepto speciali. Conclusio hæc est S. Tho. supra questione. 100. articulo. 10. Et probatur primo, quia si est præceptum de dilectione Dei, & non tertio, nec secundo modo, ergo primo modo, quia dilectio non alijs modis accipitur. Secundo, quia præceptum dilectionis Dei, sicut alia præcepta intelligitur, sed alia de actibus singularibus materię singularis intelligitur: ut honora parentes, sabbatha sanctifices, ergo eodem modo, diliges dominum Deum tuum, de singulari amore intelligitur: quia tamē affirmatiuum est, non obligat pro semper, sed aliquando saltem, quantum ad id quod affirmatiuum habet: nam ad non odisse Deum semper obligat.

Dubium tertium est, quando quis obligatur Deum diligere? Dicunt nonnulli, semel in vita. Hoc tamen ridiculum est. Quid enim Deo præstaret, quod ego in tota vita vnicuiusolum actum habere diligēdi Deum? Ad hæc, quia præceptum illud est de amicitia, vel ad amicitiam ordians, ad amicitiam autem semel vnum actū dilectionis habere, nihil conduceret. Alij dicūt obligare in articulo mortis. Sed nec hoc placet, quia hoc est præceptum cōciliandę, & cōseruandę amicitię, per totam vitam cum Deo: ridiculum ergo est, tantum obligare, quando bene merendi tempus non superest. Scotus loco citato tenet, quod Ecclesia determinauit in diebus festis obligare. Idem tenet Adrianus quodlibet. 7. q. 4. puta quod quādo quis sacrum audit, tenetur ad eorredire, & mēte in Deum ascendere. Sed certe hoc Ecclesia non præcipit, nisi sacrum audire, & ab operibus seruilibus cessare: & licet illud sit præceptum finis,

2. Propositio

3. Propositio

nis, non tamen obligat ad finem. Secundo, quia neque ad celebrandum, tenemur actū illum dilectionis habere, ergo a fortiori neque ad sacrum audiendum. Tertio, quia iure humano secluso, de obligatione Diuina quarimus, de qua valde probabile est, non esse amplius diffinitum quā præceptum de honoratione parentum: quod tantum obligat, quando necessitas de obrulerit. Sed quando necessarium esse dicitur? Respondeo, Quādo occurrat necessitas respondendę pro fidei vel Dei honore, puta si fides, vel cultus Diuinus, vel religio periclitaretur, vel quando necessitas martyrii se offert, vel si atrociter coram me quis blasphemaret, vel hereticus fidē impugnat, vel de religione quis male loquitur, vel quādo casus occurrat, in quo tenetur pro Deo respondere, sicut lege amicitie amicus aduersus est pro amico respondere. Et strictius tenemur quā leges amicitie humane obligant. Et ultra istos casus, quādo quis venit ad vsum rationis, hoc est, quando quis cognoscit plene Deum, vel primam causam, a qua omnes alie tanquā a superiori dependent, & intelligit quod tenetur Deo seruire, tum sub poena mortalis tenetur proponere, quod Deo seruiet, & declinabit a malo, & faciet bonum, quia lumen naturale hoc ostendit: sicut si quis tenetur regi seruire, tenetur aliquando proponere, quod illi seruiet. Dilectio etiam proximi obligat in articulo necessitatis, ut quando vita, vel substantia, vel honor illius maximo periculo subiacet, si possumus illi subuenire, tenemur. Et pro republica in causa tenetur quis etiam vitam ponere.

Dubium vltimum est, An homo ex naturalibus sine gratia possit præceptum hoc adimplere? S. Tho. dubie de hoc loquitur. Nā questione. 100. articulo. 10. ad tertium, respondendo Pelagius, qui affirmabat, quod sine gratia possumus omnia præcepta adimplere, ait S. Tho. hoc esse falsum, quia saltem præceptum de dilectione Dei sine gratia adimplere non possumus. Sed ad dubium per hanc distinctionem respondeo, Dilectio Dei, prout est in præcepto, duo dicit, primum, quod est in trīsecum illi actū, scilicet, Deum in obiecto habere affectiuo. Et quantum ad hoc est cōclusio, quod sine gratia illud implere possumus. Aliud est illi extrīsecum, quod ad perfectionem illius actus pertinet, quod est adimpletio omnium præceptorum, isto modo sine gratia adimplere non possumus. Probo primo, quia de hoc præcepto nullibi legi

tur quod sit singularis obligatio, quod ex gratia impleatur, quā de alijs. Secundo, quia præcepta non dantur de habitibus, sed de actibus virtutum, gratia vero non est actus virtutis, sed habitus. Tertio, quia sequitur, quod nullus posset præceptum illud transgredi, quin duo peccata peccaret, vnum quia non diligit alterum quia non diligit ex gratia: duo enim præcepta videntur, vnum de actu, alterum de modo. Quarto, quia sequitur, quod nullus ad vsum rationis veniens, per actum dilectionis positus in Deum conuertitur. Probo, quia amicus actus nullo modo potest ex gratia procedere: quinimo illa dilectio esset peccatum, quia non procedit ex gratia. Ex quo sumitur argumentum in via. S. Thom. quod ipse non intellexit præceptum illud debere ex gratia adimpleri, & expressit id affirmat. q. 3. de malo, art. 4. ad 3. argumentum. Secundum membrum distinctionis probatur, videlicet, quod quantum ad illud extrīsecum illi actui, scilicet, omnia præcepta implere, id pro isto statu naturaliter non possumus. Probo primo, quia pro isto statu, omne bonum morale nobis cōnaturale propter infirmitatem naturæ implere non possumus: non posse vero omne bonum morale implere, est sine auxilio Dei omnia præcepta implere non posse: dilectio enim perfecta dicit actum illum amoris simul cum omnium præceptorum adimpletione. Secundo, quia licet Adam in statu illo, quando natura intacta erat, illud potuit, nos tamen non possumus, quia natura debilitata est, & infirma. Quantum ergo ad modum loquendi, dico tria sequentia. Primum, quod absolute negandum non est, præceptum esse de actu charitatis, & ut est habitus infusus. Secundum, quod absolute pro isto statu sine gratia illud adimplere non possumus. Tertium, quod quoad substantiam actus, possumus illud implere si ne gratia ad excusandum nouum peccatum. Et differentia inter statum innocentię, & nos est, quia Adam illud habere poterat, quotiescunque præceptum occurreret, & quotiescunque vellet, nos vero moraliter loquendo non possumus. Aliquando enim passionem tam vehemens insurgunt, quod illum actum, vltimo Deo in omnibus & per omnia place-re, habere non possumus. Hoc de concubinarijs, & de illis qui inimicitiam gerunt, manifeste constat, quia intelligunt se Deo displicere, & tardè placent.

Pro D. Hieronymo dicimus longe abesse, ut errorem Pelagij sapiat. Cū enim Demetriadi

triadi dicit, spirituales diuitias, nullus tibi præter te conferre poterit, manifestum est, auxilium, & Dei concursus specialem non excludere: diuitias enim omnes spirituales in gratia & charitate fundamentum habent, si ergo gratiam sine Dei auxilio speciali nullus assequi potest, ergo neque spirituales diuitias: quia vero Dei auxilium semper est paratum, & ad hostium pulsat: & id possumus, quod per amicos possumus, ideo B. Hieronymus dicit illi, quod præter se, diuitias spirituales nullus ei conferre poterit. Suas vero diuitias appellat, sicut nos merita nostra, diuitias animæ nuncupamus: quia licet Deus initium meriti, & perseverantiam usque in finem ponat, quia tamen nos cum eius auxilio concurrimus ad bene & merito operandum, ideo merita nostra, & iustitiam, & diuitias, dicimus. Sic ergo & Hieronymus. Et quod inquit, si inuenieris, eripi ne timeas, in rigore verum est, quia perditio peccatoris ex te est, & nisi liberè in delictum consenserit, semel habitæ eripi non possunt.

## TERTIVM QVAESITVM

An peccator de Ecclesia dici possit?



Hieronymus in regula monachorum in fine. c. de poenitentia & misericordia, in fine videtur, peccatorem forde aliqua maculatū de Ecclesia Christi non esse. Exponens enim quæ magna ira Dei sit, Deum peccatoribus non irasci, inquit, unde in Ezechiele ad Hierusalem, iam non irascar tibi, zelus tuus recessit à me, sed reuera Deus hominibus non irascitur, sed vitijs, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit. Habet autem ira Dei mensuras, quantum, & quâto tempore, & ob quas causas, & quibus inferatur, iuxta illud quod scriptum est, Cibabis nos pane lachrymarum in mensura. Misericordiam igitur à Deo cōsequitur, qui se putat esse miserum: nam Deus qui nullis viribus superari potest, publicani tamen precibus vincitur: quanto ergo tempore te errare nosti, quanto tempore deliquisti, tanto tempore humili te ipsum Deo, & satisfaci in confessione poenitentiae, quoniam qui

peccator est aliqua forde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari, neque; Christo subiectus dici, igitur qui errauimus iuuenes, emēdemus senes, iungamus genitus, & lachrymas, copulemus culpam simpliciter confitendo. Hæc assertio infirmare videtur Hieronymus, quod peccatores de Ecclesia Christi non sint.

Doctores scholastici disputant de hac questione, 3. sent. dist. 24. & S. Tho. 2. 2. q. 54. art. 3. ubi diffinit, quod fides solum per peccatum infidelitatis, aut hæresim, corrumpitur: nullum aliud mortale valet id corrumpere. Probatio illius est, quia vnumquodque per suum contrarium corrumpitur, charitati contrariatur omne mortale, & ideo illam corruptio fidei vero infidelitas tantum, aut hæresis contrariatur, ergo solum infidelitas, vel hæresis fidem corrumpunt: ad id ut discedens vni articulo, in eo non maneat fides, nec formata, neque informis. Quod ex eo constat, quia qui inheret doctrinæ Ecclesiæ tāquā regulæ infallibili, omnibus assentit, quæ Ecclesia docet: alioquin si ex his quæ Ecclesia docet, quæ vult tenet, & quæ vult non tenet: iam non inheret Ecclesiæ doctrinæ, sicut infallibili regulæ, sed propriæ voluntati. Et sic manifestum est, quod hæreticus qui pertinaciter discedit vni articulo, non est paratus se qui in omnibus doctrinam Ecclesiæ. Si enim pertinax non est, neque est hæreticus, sed solum errans. S. Thom. 2. 2. q. 24. art. 12. de corruptione charitatis, ponit has tres conclusiones. Prima, Peccatū, si mortale sit, ex natura peccati habet excludere charitatem, & eam de facto excludit. Secunda conclusio, Vnus actus non corrumpit habitum acquisitum, licet vnum mortale charitatē infusam corrumpat. Ratio est, quia charitas infusa dependet ab obiecto, & à Deo conseruante, charitas vero acquisita dependet ex virtute & dispositione subiecti. Tertia conclusio, Charitas infusa vnico mortali corrumpitur.

Dubium est, quia S. Tho. ait, habitum acquisitum per vnum actum contrarium non corrumpi, an semper ita sit, scilicet, nunquam vno actu contrario corrumpi, maxime si habitus sit in subiecto radicatus: Ad hoc dico, quantum ad formale, habitum posse vno actu contrario corrumpi. Quod ex eo constat, quia vnus actus potest habitum generare in potentia, ubi alius contrarius erat. Quod S. Tho. asserit. 1. 2. q. 5. art. 3. & experientia hoc docet. Et ratio S. Tho. est, quia habitus ratio in hoc consistit, quod facit potentiam facili-

ter

ter & promptè operari in potentijs appetitiuis, vnus actus causare non potest promptitudinem, & dare facilitatē ad operandū, quia habet multa motiua in contrarium, & vnus actus non potest omnes illas difficultates vincere, quia operatur ex multis causis, vt pote ex auidia, vel ex amicitia, & ideo vnus actus in potentijs appetitiuis non potest habitum generare: quod secus est in potentijs intellectiuis, & apprehensiujs, in quibus vnus actus acquisitus sufficit ad vincendum omnem difficultatem: vt si difficultas ex ignorantia procederet, adueniente scientia, iam non est difficultas, & potentia non potest non assentiri, & per consequens generat habitum. Quinimo in potentijs appetitiuis vnus actus (licet rarissime) generat habitum, vt in conuersione Magdalene, quæ vnico actu ipsa habitum temperantiæ genuit, ita vt ex tunc promptè & delectabiliter operaretur. Ratio id probat, quia si habitum erroris circa aliquam conclusionem, adueniente demonstratione, assentiri illi promptè & delectabiliter, ergo generatur habitus, sed habitus erroris & scientiæ repugnat, neque simul stare possunt, ergo peractum generantem habitum in scientiæ statum corrumpitur habitus erroris. Dixerim, quantum ad formale, quia verisimile non est, quod illam qualitatem vnus actus corrumpat, sed tollit quod habitus erroris amplius non sit. Et hoc est consonū doctrinæ S. Th. qui tenet, quod vnus habitus scientiæ se extendit ad omnes vel plures conclusiones illius scientiæ, & corrumpitur in ordine ad aliquas; & manet in ordine ad alias: & sic habitus ille erroris manet in quatuor qualitas, licet non in quantum habitus, post vero per alios actus contrarios corrumpitur.

Aduertendum circa tertiam conclusionem S. Thom. scilicet, Charitas infusa vnico mortali corrumpitur, quod Germani Latini asserunt, non esse verisimile vnico mortali charitatem corrumpi. Dico ad hoc, si asserere isti velint, quod vnico mortali non stat charitatem corrumpi, est hæreticum, & fatuum in philosophia, quia contrarium repugnat: & fieri nequit, vt mortale simul sit cum charitate, sicut & quoddam simul sit amicus & inimicus. Si vero asserere velint, quod non stat quæpiam pro vno tantum mortali damnari, hoc licet non sit hæreticum, est tamen temerarium: nam ignoramus, an Deus permittat illum in illo peccato mortali moti: & quod ignoramus, neque scire pos-

sumus, temerarium est, tanquam certum asserere.

Dubium grauius est, an si quis discedat vni articulo, & credit alijs, an maneat in illo fides infusa, licet in formis? Durandus, 3. sent. dist. 23. q. 9. sustinet partem affirmantē. Primo, quia stat aliquem in scientia aliqua assentiri aliquibus conclusionibus, & alijs dissentire, ergo manente fide, potest vni articulo assentire, & alijs dissentire. Antecedens probatur, quia si aliquis doceatur in scientia de homine, & illi stant solum dux demonstrationes, illas sciet, alias vero ignorat, sic ergo erit in fide. Et confirmatur, quia si tantum vnus habitus vnus scientiæ, vt Sancti Thomæ tenet, licet circa vnā conclusionem quis erret, habitus ille scientiæ non corrumpitur, sic ergo erit in fide, quod licet quis circa vnum articulum dux temperantiæ fidei corrumpitur. Secundo, quia hæreticus ita bene alijs articulis quos credit assentitur, sicut antea quæ hæreticus esset, eundem ergo habitum habet: quod ex eo patet quia per assensum habitum cognoscimus. Si enim equè facilius & promptè, nunc assentitur, sicut antea, eundem ergo habitum habeo. Antecedens patet, quia Lutherus equè bene Deum trinum & vnum esse credit, sicut antea quæ hæreticus esset.

Communis sententia Theologorum contrarium tenet cum Magistro, dist. 23. Notandum vero est, quod hæreticum dicimus, non quia circa articulos errat, sed eum, qui circa articulum aliquem pertinaciter errat, vel circa Ecclesiæ definitionem aliam hæreticus non dicitur, licet mortaliter erret, si paratus sit credere, si Ecclesia proponat. Is vero pertinaciter dicitur credere, qui alicui articulo non credit propter fidei rationem formalem, hoc est, quia reuelatum à Deo, sed rationibus conuictus. Hoc supposito contra Durandum arguitur. Primo, quia ex eius sententia sequitur nullum, qui semel habuit fidem, eam perdere posse. Patet, quia si hæreticus vni articulo discedens, habitum fidei non perdit, ergo eadē ratione si omnibus discedat. Quinimo qui vnum solum articulum credit, licet toti scripturæ discedat, habitum fidei non perderet, & si propter solas rationes naturales erederet, adhuc fidem haberet, siquidem ad id firmiter nunc illi articulo, sicut antea, assentitur. Secundo sequitur, quod si quis ad baptismum accedat, omnes articulos præter vnum negans, vt putat Deus est vnus, illi, inquit, fides infunderetur, quod patet

patet quia si prius Christianus fuisset, vnum vel duos articulos credens, fidem non perde- ret, ergo finitimi: si vni articulo assentiat, si- dem recipit in baptismo. Tertio sequitur, quod quis simul fidelis, & infidelis esset, quod implicat, hoc patet quia si est haereticus, er- go infidelis: extra de haeret. c. 3, dubius in fi- de infidelis est. Sed talis fidem negat, est er- go infidelis. Quod vero sit fidelis constat, quia aperte habet fidem infusam, ergo est fi- delis. Et ideo tenendum est, tanquam firmū & certum, quod haereticus quomocumque non credat, non habet fidem infusam. Et al- ferri Durandi à Doctoribus scholasticis er- ronea censetur. Et aduertenda diffinitio Sy- nodi Tridentinae circa quaestionem propo- sitam, An peccatores sint de Ecclesia Chri- sti, sessione. 6. Can. 28. Si quis dixerit, am- issa per peccatum gratia, simul & fidem sem- per amitti, aut fidem, quae remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua, aut eum qui fidem suae charitate habet, non esse Christia- num, anathema sit.

Ad rationes Durandi, ad primum datus antecedens, & negamus electionem, & dis- criminem assignat Sanct. Thom. loco citato, ad secundum, quia in scientia sunt diversae demonstrationes, quod secus est in fide, verbi gratia, in scientia naturali per vnum me- dium probamus, quod homo est animal ra- tionale, & per aliud, quod materia est inge- nerabilis: sed in fide omnes conclusiones probamus per hoc medium, quia reuelatum à Deo. Et ideo Sanct. Thom. ad primum ar- gumentum ait, quod haereticus, qui vni ar- ticulo dissentit, & alios credit, auctoritate Diuina non credit. Ad confirmationem ve- ro responderetur, quod non est idem de scien- tia & fide. Pro quo notanda est differentia inter habitum fidei infusum, & alios ha- bitus scientiae acquisitos: quia habitus scien- tia, vt philosophia naturalis, acquisitus, habet vnam rationem formalem termina- tiuam, scilicet, mobilitatem, & sub hac in- clinat ad omnes conclusiones philosophiae, quae sunt de re mobili: sicut potentia vniu- ersa est de omnibus coloribus, quia color est obiectum terminatiuum vniuersi, non tamen habet vnicam rationem, sub qua hoc est v- nicum medium procedendi, quinimo per di- versa media diuersas conclusiones demon- strat. Secus vero est in fide, quia veritas fi- dei infusae non solum dependet ab veritate

obiecti terminatiui, hoc est, quod omnes propositiones fidei sunt à Deo sub ratione Deitatis, sed etiam dependent ab veritate me- dij: idem enim medium est procedendi cir- ca omnes articulos, scilicet, qui à Deo re- uelati, & ab Ecclesia propositi. Vnde qui auctoritatem Ecclesiae simul negat, & me- dium vniuersale procedendi ad omnes arti- culos, negat.

Ad secundum responderetur negando con- sequentiam. Stat enim quod aliquis, absq; Dei inclinatione, alicui articulo, saltem pro paruo tempore, ad se firmiter credat, quod p- tunc fide infusa non indiget. Sicut etiam ex- passione, vt quis vlciscatur iniuriam, pro tempore quo durat passio, adeo firmiter inimicum odit, vt pro nihilo ducat mori: qui vero fidem infusam habet, perseueran- tius credit, immortuus enim in fide persistit, sed qui sine fide infusa credit, tandem à cre- dularitate amouetur. Secundo dico, quod haereticus non ita firmiter credit sicut fide- lis, nam licet haereticus quandoque pro de- fensione suae sectae moriatur, non tamen ita perseueranter in illa persistit, sicut Chri- stianus in fide Christi. Tum etiam, quia haereticus vni articulo discredens, facillime in varios errores, circa alios articulos, la- bitur. Vltimo dico, quod nunquam tot ma- tyres pro defensione sectae infidelium, vel haereticos, occubuerunt, sicut pro fide Catho- lica. Vnde argumentum est nullum, haereticum posse mori pro sua secta, non ergo habet fidem infusam: quia non ita pas- sim, sicut fideles, mori reperiuntur: quod argumentum est, eos fidem infusam non ha- bere.

Pro beato Hieronymo quando inquit, quod peccator, qui aliqua sorte est macu- latus, de Ecclesia Christi non potest appel- lari, pro reuerentia quae illi debetur, expo- nendus est per hyperbolem, vel excessum, fuisse locutum, vt timore tanti damnae de- lictis abstinere. Vel intelligit, quod pecca- tor de Ecclesia Christi non potest appellari, non quoad numerum (peccatores enim si baptizati sunt, & in infidelitate, vel ha- resim non sint lapsi, de numero fidelium sunt) sed quoad meritum, quando enim peccator in mortali persistit premium glo- riae mereri non potest. Quod non modicum damnum est, maxime religiosi, quibus no- nam viuendi iuste & religiose traheret.

QVINTVS

## QVINTVS TOMVS.

- 1 **A**leuius sit aperte peccare, quam sanctitatem fingere.
- 2 *An sancti in caelo pro aeternorum malorum recordentur.*
- 3 *An ignis inferni sit metaphoricus.*
- 4 *An aliquis in hac vita vere iustus sit.*
- 5 *An regia potest esse sublimior sit ecclesiastica.*
- 6 *An Chiliastarum opinio damanda sit.*
- 7 *An liberum arbitrium sit ponendum.*
- 8 *An barbaram & capillos possint clerici radere.*
- 9 *De Danielis & Susanna historia quid sentiendum.*
- 10 *De regno Romanorum quid tenendum.*
- 11 *An sacrae imagines colende sint.*
- 12 *De haereticis à Hieronymo damnatis.*
- 13 *De tempore mundani interitus.*

PRIMUM QVAESI-  
TVM.

An leuius sit aperte peccare, quā  
sanctitatem fingere.



Hieronymus in illud Esai.  
In tribus annis mercenarij au-  
ferentur gloria, Esai. 16. in-  
quit, Si castum me si-  
mulo, & aliud est in cō-  
scientia mea, habeo non  
gloriā mercenarij, sed  
supplicia peccatoris,

quia in eo paratione duorum malorum, leuius est aperte peccare, quā simulare & fingere sanctitatem. Doctor S. de hypocritis disputat. 2. q. 111. art. 4. Et supposito fundamēto respondet per quatuor conclusiones. Fundamētum est, quod in hypocritis sunt duo, scilicet, defectus sanctitatis, & simulatio ipsius, qui cū peccator sit, sanctus intēdit reputari. Prima conclusio, Qui nō vult esse sanctus, & sanctū se esse simulat, mortaliter peccat. Et hoc modo in scriptura hypocritis accipi cō- suevit: nā sanctitate nullus priuatur, nisi p- pter peccatū mortale. Secūda conclusio, Qui sanctitatem simulat, quāuis sit in peccato morta- li, ipsa simulatio nō sepe est peccatū morta- le, sed quādoq; veniale. Tertia conclusio, Si fictio vel hypocritis repugnet charitati Dei,

vel pximi, est peccatū mortale, puta cū san- ctitate simulat, vt doctrinam falsam dissemi- net, vel si sit indignus, vt ecclesiasticā dignitatē adipiscatur, vel quaecūq; alia bona tēporalia intēdat, in quibus finē cōstituit. Quarta con- clusio, Si finis intentus charitati non repu- gnet, erit veniale peccatum, puta cū aliquis in ipsa fictione delectatur, de quo dicitur. 4. Threnorū, quod magis videtur vanus, quā ma- le, inanis autē gloria de se tārū est veniale: eadē enim ratio est de mēdatio, & simulatio ne mēdatiū vero officiosum & iocofum, est veniale, quia charitati nō repugnat, idē ergo erit & simulatio, quādo nō repugnat chari- tati. Aduertendū vero circa hāc doctrinā, quod nō licet equiuocatione, vel simulatione vti, quādo interrogati respondere teneor: quod si re- spōdere nō teneor, verbis equiuocis, & simu- latione vti possum. Ex quo inferatur, quod si in- dex, prelatas, & pater, iuste me interroget, & simulatione vtar, peccatū admissū, quia in iuriā illis irrogo: si vero signis vtar, veritate simulādo cōtra illos, quib⁹ nō teneor non re- spōdere, & iuste possum nocere, tunc licitū est verbis & signis equiuocis vti. Vt p- pote quādo Christiani in bello cōtra Turcas, vel Sar- racenos, insignijs, & lingua eorū vtiunt, tūc peccatum nō est: quia insidijs in bello cōtra hostes licite sunt, quod patet ex Iosue, qui contra Gabaonitas insidijs est vsus, tubis canendo, & ignem in amphoris concluden- do. De se tamē fictio simulatio est indebita.

M. sicut.

ADVERTENTIAE IN. V. TOMVM.

simulatio vero indebita mendatum est, & ideo simulatio de se, si ex industria fiat, peccatum est mortale, si contrarietur charitati, veniale, si inaniter gloriarum intendat. Apud theologos hypocrita is dicitur, qui cum non sit iustus, nec intendat esse iustus, iustum tamen se esse simulat: & hic est qui in scriptura damnatur. Ex hac doctrina respō demus pro Dno Hieronymo, verba eius intelligenda esse de eo genere simulatio nis, quo quis sanctitatem simulat, quam neque habet, neque habere desiderat, quinimo etiam odit: & de tali verum est, quod nō gloriam mercenarii, sed supplicia peccatoris habet. Et in hoc sensu intelligi debet illud glossae in Iob. 1. Sicut Domino placuit, ita factum est. &c. simulata equitas, nō est equitas, sed duplex iniquitas. Et illud Treno. c. 4. ubi exponens illud, Maior est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Inquit, Scelera animarū planantur, quae in hypocrita simulantur, cuius iniquitas maior est peccato Sodomorum. Quod si ex vanitate & leuitate, aliquis se sanctum simulet, fictio talis veniale tantum est.

sicut nūc sepe tristi lethi reminiscimur, ita tunc transactae nequitiae sine igitur nostrae beatitudinis recordabimur, plerumque enim incolumitatis tempore, ad memoriam dolores praeteritos sine dolore reducimus, & quo ego nos recolimus, eo nos incolumes plerumque amamus: & id ergo in illa beatitudine, culpa memoria, non quae mentem pollutat, sed quae nos arctius laetitia astringat: vt dum doloris sui amicus sine dolore reminiscitur: & debitorem se medico verius intelligat, & eo magis acceptam salutem diligat, quo molestie meminit, quam euasit. Vide psal. 37. Laetabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatorum. Et Ethicus poeta, Forsan & haec olim quondam meminisse iuuabit.

TERTIVM QVAESITVM.

An ignis inferni sit verus & realis, an metaphoricus: et an damnatorum poenae aeternae sint.

**H**ieronymus in illud Esaię, Vermis, quoniam non morietur, & ignis, qui non extinguetur, Esaię. 66. duas damnabilis expositiones sine nomine authorum adfert. Prior docet, ignem inferni esse metaphoricum in sola afflictione conscientiae ac memoriae positum. Altera, ignem inferni tandem aliquando finitum. Quas cum non confutet, Rufinus eum calumniam, tanquam utriusque dogmatis fautorem. Verba prioris expositionis haec sunt, Vermis qui non morietur, & ignis qui non extinguetur a plerisque conscientia accipitur peccatorum, quae torquetur in suppliciis constitutus, iuxta illud, Versatus sum in miseria dum insigniter spina. Et in Prouerbis, Tinea osium, cor intelliges. Verba posterioris interpretationis sic habent, Porro qui volunt supplicia aliquando finiri, & licet post multa tempora tamen terminum habere tormenta, his vruntur testimonij. Cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet: & iterum, Concluserit Deus omnia sub peccato, vt omnium miseretur: & rursum, Benedicam te Domine, quoniam iratus est mihi, auertisti faciem tuam a me, & misericors es mei: Dns ad peccatores, Cum irae furoris mei fuerit, rursum sanabo: & hoc est quod in alio loco dicitur, Quam magna multitudo

Psal. 37  
Prou. 25  
Rom. 12  
Galat. 3  
Esa. 12  
Psal. 30

Psal. 6.  
Psal. 13

tudo bonitatis tuae Domine timentibus te: & infra, Sicut diaboli & omnium negatorum atque impiorum qui dixerunt, in cor de suo non est Deus, credimus aeterna tormenta, sic peccatorum ac impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purgata, moderata arbitramur, & mixtam elementarum sententiam iudicis.

Augustinus libro. 12. explicans illud, Planctum Dominus paradysum Genes. 2. disputans cap. 22. de paradiso ait, Loca quibus animae corporibus exurgunt afficiuntur, seu bene, seu male, nō esse corporalia, sed spiritualia, quae vna cum varijs rerum corporalium similitudinibus, tam laetis, quam tristibus animis defunctorum representantur, nō secus atque his, quibus aer in somno constitutus, aut a sensibus subtrahitur, modo graues terrores & cruciatus, modo laetitia res & inconcapita exhibentur. Hoc idem confirmare videtur libro. 21. de Ciuitate Dei, cap. 10. ubi ignem inferni dicit esse, quo cruciebatur, spirituales esse inuit his verbis, Dixerem quidem sic arduos sine vilo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille dicitur, quando dicebar, crucior in hac flamma, nisi conuenter responderi cerneret, talem fuisse illam flammam, quales oculi, quos Ienabot, & Lazarus vidit, qualis lingua, cui hamorem exiguum desiderauit infundere, quae illis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulabat, ubi tamen erant sine corporibus animae: sic ergo & incorporalis illa flamma, quae exarsit, & illa guttula, quam proposcit, qualia etiam sunt vasa dormientium sibi in extasi cerentium res incorporales, habentes tamen similitudines corporum, &c. Et 20. de Ciuitate Dei. c. 16. inquit, ignis cuiusmodi, & in qua mundi vel rerum parte sumus sit, homines scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus Diuinus ostendit.

Lucas. 16.

Disputat Doctores scholastici de hac questione. 4. sentent. dist. 50. Et ad duo posita, ordine quo statuta sunt, respondeo. Et primum ad id, An ignis inferni sit corporeus, per sequentes propositiones. Prima propositio, Ignis inferni est corporeus ab initio mundi ibidem creatus. Probat primum ex regula theologica, nempe quod quoties verbum sacrae scripturae, eo praesertim loco ubi historia narratur, in sensu literalis sane interpretari potest, sic est interpretandum: ait vero Christus electis se diciturum, Venite benedicti Patris mei, per

x. propositio

capite regnum: reprobis, Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo: ubi prior pars ad literam intelligitur de regno, quod etiam in corporibus beati possidebunt, non est ergo cur non & ignis nomen ad literam corporeum significet paratum ab initio diabolo. Ratione in etiam probatur, Damna corporibus reallumptis igne corporeo sunt cruciandi: & non est credibile, quod tunc de nouo sit creandus ignis conflagrationis, vt sit illis adhibendus, ergo & nunc est ibi corporeus. Confirmatur hoc, si verbum illud, Ite in ignem aeternum, corporeum significet, vt pote quo damnati cum suis corporibus mittuntur, & subdit Christus, Qui paratus est diabolo & angelis eius, conueniens est, vt idem ignis corporeus sit ab initio in inferno. Secundo, quia si non sit verus ignis corporeus, non est cur potius dixerit in ignem, quam in aquam, vel aerem aeternum: nam quantum ad tormentum spirituale, non plus ignis confert, quam quodlibet aliud elementum. Tertio, quia ob id ignis potius quam res alia praedicatur in inferno torquere miseris, quod elementum illud, propter vehementissimam agendi vim horribilissimum est, ac proinde ad vltimam criminum aptissimum: si autem non esset ignis corporeus, neque vehementiorem haberet cruciandi vim, neque significantius haberet nomen, quod esset religioni Christianae quoddam genus deceptationis. Quarto, id probatur Lucas. 16. de diuitie epulone, qui inquit, Qui erucior in hac flamma. Quem locum, licet Augustinus efficaciam eius infirmit, & ducat flammam spiritualiter intelligendam, veluti & aquam, verum tamen salua eius autoritate, dici potest, quod Christus accomodans parabola ad nostram normam intelligendi, ambos induxit, ac si in corporibus illic essent, & ideo non leue argumentum inde sumitur, quod sit vera, & adeo terribilis flamma, vt destillantem aequa guttulam pro refrigerio daceret. Quinto, accedit & illud Sapient. 11. Per ea quae quis peccat, per haec & torquetur: peccati autem homines per res sensibiles, ergo igni sensibili torquentur. Vltimo arguitur ex illo Pauli de purgatorio. 1. Corin. 3. Si quis supergeri ficat ligna, fenum, & stipulas, valde Augustinus. 21. de Ciuit. Dei. c. 26. sic colligit, Si hoc temporis interuallo, donec dies resurrectionis adueniat, spiritus iusti defunctorum igne dicuntur perpetui, purgatorij quod non sentiet illi,

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

6. Ratio

SECUNDVM QVAESITVM.

An sancti in caelo praeteritorum malorum recordentur.



Hieronymus exponens illud Esaię, Visioni tribuitur sum angustia prioris. Esaię. 65. asserere videtur, sanctos in caelo nō habituros memoriam praecedentium criminum, ait enim, In caelo noua, & in terra noua, omnis conuersationis pristinam memoria deletur, ne hoc ipsum pars malorum sit, prioris angustiae recordari. Magister sent. 4. sent. di. 43. adducit hunc locum, & ait sic esse intelligendum, vt non excludamus a beatis memoriā praecedentium delictorum, sed memorie lesionem, ac molestiam: memoria enim delictorum felicitate sanctorum nō minuet, sed ad gratias peragenda praepiores, & caliores reddet. Quae interpretatio a Gregorio accipitur, qui in sine libri. 4. in Iob ita habet, Quae tunc est, quomodo electorum mens perfecta esse in beatitudine poterit, si hanc inter gaudia suu reatus tigit memoria. Sed sciendum est, quod

qui nō habuerunt tales mores, & amores in huius corporis vita, vt eorū ligna & fennum, & stipula consumantur? Quod si quis que rat, an ignis ille eiusdē sit speciei cū nostro, Sit secunda propositio, Ignē illū probable est, esse eiusdē speciei cū illo, quem vidim⁹, quāuis materia sit forte diuersa. Dico esse probable, quia ex scriptura sacra id conuincit nequit. Et probe, quia aqua (vt. i. Topi. ait philosophus) omni aquae est idem specie. Et eadem ratione ignis omni igni: quādoquidem nomen ignis specificum est. Ex quo sequitur quod ignis, qui non est eiusdem speciei cum elemento, non sit vere ignis, cum igitur ille inferni vere sit ignis (si quidem sic in Euangelio vocatur) colligitur vt sit eiusdem speciei cum illo, quē nos experimur. Est tamen notandum, q ignis potest esse, vel in materia propria, sicut est in elemento, vel in aliena, quemadmodum in nostros vltus venit: & illa ratione potest differre ignis ab igne materialiter, vt ignis carbo differat ab igne flamma: quāuis in carbone non est verus ignis, sed plurimus calor propter densitatem materiae, vt est in ferro ignito, pari modo ignis ille inferni differat à nostro. Et illa ratione Augustinus dicit se nescire cuiusmodi est, id est, in qua materia. Et ideo Gregorius. 15. libro Moralium super illud Iob. 20. Deuorauit cum ignis, qui non succeditur. Ignis, inquit, corporeus, vt esse valeat, corporeis indiget fomentis, nec valet nisi succensus esset, & vlti refectus, subsistere: at contra gehennae ignis, cum sit corporeus, & in semetipso reprobos corporaliter exurat, neque studio humano succenditur, neque lignis nutritur, sed actus semel durat insingubilis. Tertia propositio, Locus ille inferni gehenna ignis dicitur, quasi ignis fornax, quod in Apocalyp. vocatur stagnum ignis ardens sulphure, quod à Christo Domino positum est. Est enim gehenna quasi vallis filiorum Henon, iacebat enim prope Hierosolymorum muros, vt 4. Reg. 23. legitur, Filij Henon idolo Mochol filios suos & filias igne sacrificabant. Et ideo Christus nomen gehenne ad fornacem inferni transtulit, eo quod vallis illa cadaueribus combustis plena, inferni imaginem referebat. Quarta propositio, Ignis ille est aeternus, hoc est, perpetuo crucians, à quo nulla est redemptio. Hæc statuitur contra Origanistas, quos Augustinus post Epiphaniam libro de hæresib. cap. 43. refert. Aiebant enim, ignem illum inferni,

quo iniqui torquentur, purgationem esse ipsorum, sciat nos de purgatorio iustorum asserimus, atque adeo diabolum, & angelos eius post longissima tempora purgatos regno Dei restitui, & rursus ad hæc mala denouo labi, & reuerti, & has vices alternantes beatitudinum & miseriarum rationales creaturæ semper fuisse semperque fore: quāuis verisimile est Originem in illa opinione non mansisse.

Hanc vesaniam à philosophis, & potissime à Platonis didicerunt: contra quos Augustinus libro. 21. de Ciuitate Dei, cap. 13. & 17. late disputat, Non enim illi persuadere sibi poterant pissimum Deum supplicij æternis quospiam quantumuis sceleratos punire. Quare alij dicebant in die iudicij, prolata damnatorum sententia, precibus sanctorum Dei viscera commouenda, vt eis ignoscat, sunt autem huiusmodi fabule sub pietatis cortice impietissimæ. Vbi enim Christus ait, Ire in ignem æternum: sententiam irremediabilem designat: neque solum dicitur æternum, quia in æternum permanet, sed quia in æternum damnatos tenet, & perpetuo cruciat. Et ideo subditur, Et ibunt in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Si ergo iusti gaudium æternum habebunt, ergo & iniqui supplicium æternum absque redemptione vlla habebunt. Accedit & illud Marcij, 9. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quāuis duos pedes habentem mitti in gehennam ignis insingubilis, vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Quod Dominus Ioann. 5. explicauit, dicens, Procedent hi qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ex quibus constat de fide esse, & contrarium hæreticum, quod damnati in inferno perpetuo cruciantur. At dicit quis, Si vnus est gehennæ ignis, quomodo diuersos cruciat peccatores? Dicimus, quod cum sit instrumentum Diuinae iustitiæ: & instrumentum non agat nisi vt à principali agente mouetur, ignis ille non profusus vt naturalis æqualiter agit in omnes, sed vt iustitia postulat. Et simile est in naturalibus, Non enim omnes qui solis radios suscipiunt, æqualiter calefcunt, sed secundum cuiusque dispositionem: nam actus agentium, vt ait philosophus, sunt secundum dispositionem patientis.

Dubium

Dubium grauius est; An animæ separatæ igne illo inferni corpore torquantur? Ad quod quibus conclusionibus responderetur. Prima, Animæ separatæ ab igne inferni, neque quicquam corporeale recipiunt, neque illam sensum aliquo percipiunt. Prior pars per se nota est, quia subiectum indiuisibile corporeum qualitatibus diuisibilibus est, recipere nequit. Secunda etiam probatur, quia in anima separata nullæ sunt potentie sensitivæ, atque adeo neque sensationes vllæ: sentire enim quāuis sit animæ, tanquam principij in quo est virtus agendi, non tamen tanquam subiecti, quod sentit, sed totius coniuncti: intelligere vero, & velle, quia sunt actiones per se non pendentes ab organo corporeali, sunt in anima separatæ: sentire autem, quia fit mediante organo corporeali, ideo est totius subiecti: corrupto autem subiecto, necesse est & corrumpi potentiam, quæ est propria ipsius: igitur in anima separatæ non manent potentie sensitivæ, nisi tanquam in radice: & ideo si in anima separatæ non sunt potentie sensitivæ, multo minus esse possunt sensationes. Hoc ergo supposito non est intellectus facile, quemadmodum anima separata, cum parus spiritus sit, ab igne corporeo patitur. Etenim qui dicent cruciatus illos esse imaginationes in phantasia, iam exclusi sunt: quia tales potentie sensitivæ et si in radice mancant, organa tamen non habent, donec corpora restant. Item quia illæ imaginationes debent esse per species, quas in hac vita receperunt, per illas vero non possunt dici ab igne pati. Ideo alij dixerunt solum pati per intellectualem vltimū illius ignis, nempe trisleri: ait enim Gregorius. 4. Dialogo. cap. 29. quod anima ignem eo ipso patitur quo videt, & quia apicem se cremare, crematur. Hoc autem non sufficit, quia obiectum visus sola ratione qua videtur, non afficit tristitia, sed lætitia: necesse ergo est, vt contristetur sub ratione disconuenientis & noxiæ, cerni: & ideo quod præterquam per visum, aliter nocet. Ideo alij dixerunt, quod sola apprehensio, qua anima apprehendit ignem vt sibi nocentem, sufficit nocere, & tristitiam causare. At vero opinio hæc in multis deficit. Primo, quia tunc passio illa non esset secundum rei veritatem sed solum secundum apparentiam, & quāuis ex sola falsa imaginatione possit quis trisleri, vt Augustinus. 12. super Gen.

ad litteram ait, per illam tamen tristitiam nō vere patitur à re ipsa, sed à sola imaginatione: & ideo illo modo animæ non dēntur pati ab igne, sed à sua falsa opinione. Præterea cum animæ separatæ & præferentiam dēmones acuminis iugum polleant, credibile non est, eo vsque falli posse, vt ignis eis nocere appareat, si verè non nocet. Ideo quartus modus dicendi fuit concedentium, animam separatam vere ab igne pati. Quomodo autem patiatur, dicunt corporeum illum ignem bifariam posse considerari. Vno modo quatenus res quædam: corporea est: & illo modo: quæ in animā agere. Alio modo consideratur, quatenus est instrumentum iustitiæ puniendæ Dei, quæ exigit vt anima quæ peccat, se rebus corporeibus subiecti, eiusdem pñam patiendæ, subdat. Et qua instrumentum in virtute agit principalis agentis, non mirum si ea ratione ignis ille possit realiter agere in animam, & calorem, scilicet in eam proferendo, sicut Deus per aquam baptismi infundit gratiam. Sed neque iste modus placet, quoniam instrumentum nequit in virtute principalia agēti moueri, nisi per propriam actionem, quæ sibi natua est. nequit enim artifex ferrea lancea vti, sed ferrea, vel alia, quæ apta sit ad ferrandum: & ideo Deus nequit creaturam vti, tanquā instrumentum ad creandum, quia creatura nequit actionē circa nihilum exercere. In baptismo vero, quia aqua realem actionem habet circa hominem, Deus illa actione vtitur vt instrumentū ad ipsum sanctificandū per gratiā, quæ in anima recipitur: igitur cum ignis corporeus nequeat actionē realem exercere in anima, producendo calorem, quia anima nō est capax ipsius recipiendi, sit vt idē ignis, neque tanquā Diuinū instrumentum valeat animā calore illo reali afficere. Ideo est quintus modus, & cōmuni theolorū opinio, quia anima separatæ cruciatur ab igne inferni per hoc quod ab illo detinetur. Pro quo notandum, quia anima nō potest ab igne detineri, nisi si aliquo modo vnitur: corpori vero anima bifariam vnitur: vno modo vt forma materiæ, & locatum loco, eo pacto quo spiritus loco potest diffiniri: diffinitur enim spiritus loco ea ratione, quia omnis spiritus creatus res finita est, quæ de causa sic in isto loco est, vt simul alibi per naturam esse nequeat: at vero quāuis loco

Quartus modus.

Quintus modus.

2. Propositio

3. Propositio

4. Propositio

Primo modus quo anima patitur.

Secundus modus.

Tertius modus.



2. Conclu  
sio.

diffiniatur, per naturam tamen ab ipso ligari, & teneri non potest, quominus valeat, dum liberit inde exire, quia spiritus non pendet à loco, anima tamen dum corpus informat, non solum à corpore diffinitur, verum ei alligatur, & tenetur, ita vt nequeat nisi per mortē inde exire. Habet ergo hoc ignis ille virtute Dei, cuius est instrumentum, vt velut ergastulum animas teneat & coerceat, ne inde exeant: & hoc satis existimant, vt ab illo igne cruciari dicantur. At vero neque hoc plene satisfacit, vt anima vere cruciatur ab igne, satis sit ipso, veluti carcere, & compedi bus ac manici detineri. Ideo statuitur secunda conclusio, Animę, perinde ac dæmones, à corpore igne inferni, non solum veluti in ergastulo & vinculis detinentur, verum & illa tristitia affliguntur, cuiusdemque proorsus rationis, ac li corpora, quibus essent vnta, concremarentur. Etenim quod ab igne detineantur certissimum est, quia illic tam anime, quam dæmones veluti in carcere detrusæ sunt, quare infernus per metaphoram portis & ferreis vectibus prædicatur oclusus, vt psalm. 106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit, quia conuertit portas græas, & vectes ferreas confregit. Vnde Augustinus 12. de Ciuitate Dei, cap. 10. Sicut anima, inquit, iungitur corpori, dans ei vitam, & ex illa coniunctione maximum concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni, vt accipiens ab eo poenam, & ex illa coniunctione concipit horrorem. Et Gregorius lib. Dialog. cap. 29. Si viuens, inquit, hominis in corpore spiritus detinetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Ad cuius confirmationem adducit illud Euangelij de epalone, qui cruciabatur in flamma. At vero ita hoc verum est, vt tamen sufficere non videatur, vt anima peculiariter ab igne cruciari dicatur: nam vt tantum esset carcer & vincula, non plus ignis conferret, quam aqua vel aer, imo solus Dei iustus sufficeret, vt dæmones & animas illic teneret. Neque satis est responseri, quod detinentur animæ in igne parato vt eas affligeret, propterea, quod postea sit cruciaturus corpora, nam & dæmones cruciatur, quorum corpora non torquetur. Tum etiam, quia animæ, reassumptis corporibus, acris affligentur, quam per modum detentionis, propter dolorem sensualem ignis, qui est in corpore, ergo & nunc eadem torquentur afflictio-

ne, quoniam poena ignis non crescit in anima. Ideo exciderim, quod sicut anima, dum corpus, quod in hac vita viuificat, exurit, peculiarem afflictionem & tristitiam patitur, illa scilicet, quæ si tormentum alicuius generis pateretur corpus, puta si febre vreretur, ita inferno exuta corpore, eandem tristitiam & afflictionem sentit, quam passura est, quando corpus, quod reassumpserit, sensualem dolorem patietur. Et hanc vim habet ille ignis tanquam instrumentum Diuinæ iustitiæ in dæmones, atque animas, nempe quod afflictionem, quam in anima mediante dolore corporis reassumpti, effecturus est, faciat absque illo dolore. Et hoc est quod ait Augustinus loco citato, quod quantum miris, veris tamen modis, spiritus affligitur ab illo igne, recipiens poenam, non dando illi vitam. Et quod Gregorius ait, quod anima non solum viuendo, sed experiendo incendium patitur, ex periri vero incendium est perinde pati, ac si corpus eius combureretur, imo hoc est quod significat Euangelicus epulo petens aquæ guttū, quæ ardorem flammæ mitigaret. Ad secundum, an supplicia infernorum aliquando finienda sint, lat sunt quæ questione præcedenti propositione quarta attulimus. Et quod Hieronymus non sub propria, sed alterius persona attulerit, constat ex locis, quibus prædictum errorem damnat, præsertim in epistola ad Abitum; vbi enumerans Origenis hæreses, hanc inter alias his verbis recenset. Origenes libro. 2. Periarchon, ignem gehennæ, & tormenta, quæ scriptura sancta peccatoribus comminatur, non ponit in supplicijs, sed in conscientia peccatorum, quando Dei virtute & potentia omnes, memoriam delictorum ante oculos nostros ponit, & quidquid feceramus in vita, vel turpe, vel impium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur, ad præteritas voluntates nos intuens, conscientie punitur ardore, & penitudinis stimulis cõfoditur. Et lib. 3. in epistola ad Ephes. exponens illud. c. 5. Nemo vos decipiat in inanibus verbis, &c. ait, Quia sunt plerique, qui dicunt non futura pro peccatis supplicia, nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed ipsum peccatum, & conscientiam delicti esse pro poena, &c. subdit. Has itaque persuasiones, & aciculas fraudulentas, Paulus verba inania appellauit, & vacua, quæ videntur florem quandam habere sermonis, & blanditi peccantibus, sed dum fiduciam tribuunt, magis eos serunt, ad

ad æterna supplicia. Ex his vero duobus locis constat Hieronymum Catholice sensisse, ignem infernorum esse corporeum, & eos qui in inferno sunt, intrinsecus, & extrinsecus torqueri.

Quod etiam Catholicè senserit poenæ damnatorum esse perpetuam, & nunquā finiendam, palā cõstat ex apologia ipsius aduersus Rufinū, & in plerisque alijs locis, quibus cõstantissimè fatetur, damnatos etiā Christianos, ab inferni supplicijs nunquā liberandos: & opinione eorum, qui aliter sentiunt, omnino detestandā, multis argumentis probat. Ex quibus in cõmētario. 3. c. 10. hæc summam pertingit. Primo, quia opinio hanc de finiendis damnatorum supplicijs, nusquā Diuina scriptura docet. Secundo, quia in euāgelio ignis æternus dicitur, & supplicium æternum: & apud Esaiā, Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur. Tertio, quia hæc sententia euertit penitus timorem Dei, dum facile homines labuntur ad vitia, putantes omnes improbos aliquando post poenas fore saluandos. Quarto, si post longum seculorum circuitum, omnium rerum restitutio fiat, vt vna sit dignitas animarum, nulla distantia erit inter virginem, & prostibulum: inter matrem Domini, & inter victimas libidinum publicarum: idem erit Gabriel & diabolus: Apostoli, & dæmones: idem propheta, pseudopropheta: idem martyres, & persecutores, scilicet, si finis omnium finimilis est, sine infinitis ætates cruciatus præteriti oēs pro nihilo sunt: nõ querimus, quod aliquando fuerimus, sed quod semper futuri sumus. Ex quibus constat Hieronymum huius dogmatis fuisse hostem: & ea quæ in commentarijs ad Ephes. scripsit non ex sua, sed aliorum sententia retulisse: & quod in sine comment. Esaiæ aduersus Pelagianos ait, Christianos post poenas & tormenta ignis saluandos, referendum esse non ad ignem æternum inferni, sed ad ignem temporalem purgatorij: in quo, cum animæ fuerint ad tempus purgatæ, saluabuntur. Ad testimonia scripturæ dicimus, quod licet hic inexplicata reliquerit, alibi plenissimè declarauit: & ex eis non auctori corporeas, & extrinsecas damnatorum poenas, sed mentionem fieri interioris ac spiritualis supplicij, memoriam & conscientiam damnatorum perpetuo stimulo excruciantis: est enim prima ac maxima reprobatorum poena vitæ conscientie flagellum: proxima huic est poena exterior ignis,

scilicet, sulphur spiritus procellarum, & cetera tormenta corporea, quæ literæ Diuinæ impijs comminantur.

Pro defensione B. Augustini respondeo, quod licet aliquando ambiguus fuerit, an ignis inferni corporeus esset, libro tamen 21. de Ciuitate Dei. c. 26. & pluribus alijs locis, firmiter asseruit, ignem illum corporeum esse, quo etiam nunc dæmones, & humani spiritus cruciantur. Et Sanct. Thom. loco citato sic eum exponit, inquit, dictum Augustini potest hoc modo accipi, vt prout tanto dicatur locus ille, ad quem animæ deferuntur, non esse corporeus, quia anima in eo corporaliter non existit, per modum, scilicet, quo corpora existunt in loco, sed alio modo spirituali, sicut Angeli in loco sunt. Vel dicendum, quod Augustinus opinando loquitur, & non determinando, sicut frequenter facit in libris illis. Tertio dicimus, Augustinum ea verba non protulisse, vt afferret ignem inferni incorporeum, quem in toto illo cap. docuerat esse corporeum, sed vt ostenderet assertionem suam de igne corporeo non posse euidenter confirmari: exemplo diuinit in flamma ardentes, quippe quæ facile eluderetur ab eo, qui responderet, tales fuisse flamas illas, quales erant oculi, & lingua diuinit, sine suo corpore patientis.

#### QUARTVM QVAESITVM.

An aliquis in hac vita iustus sit.

**H**ieronymus lib. 3. in Hieremiam elucidans locum hunc, Omnis iustus cula impletur viuis, & omnes vegetes cõfascidat ab ebrietate. Hiere. 13. hæc adfert, Ostendit Propheta non esse vas fragile, iuxta Apostolum dicentem. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, neque posse posse fieri, vt non illud impleatur in nobis, quod scriptum est, Non habitat in carne mea bonum. Et iterum, Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc operor: ac deinde, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hæc autem ebrietas, qua obliuiscimur præceptorum Dei, & vitij, atque peccatis omnis impletur humana conditio, dicitur Propheta, Nō iustificabitur in conspectu

tu omnis vivens, non ad cōparationē Dei, vt veteres & noui heretici volūt, & patroni hereticorum, sed ad sciētiam eius refertur. Homo enim videtur in facie, Deus in corde: quōd nobis interdum pulchrū videtur, illi oculis sordidum deprehenditur: non solum vulgus ignobile, vilisq; plebecula, sed reges ecclesiarum, qui sedēt super thronum, sacer dotes quoq; ipsi, secūdus in ecclesiastico honore gradus, varietate peccatorum cōpēntur: Ex hac doctrina Lutherani duo dogma ta deduxerunt. Primum, neminem quantūlibet perfectum, in hac vita verum iustū esse, sed in omnibus ira Dei dignum, & in peccato vsq; ad mortem permanere. Secundum, quōd secularis & regia potestas supereminēt sacra & totā dignitatē.

De dogmatē priorū disputant Doctores scholastici. 2. sent. dist. 26. & 1. dist. 17. S. Th. 1. 2. q. 12. art. 5. vbi querit, An homo possit scire se habere gratiā. Et secundum quod ali quid tripliciter potest cognosci, respondet tribus cōclusionib⁹. Prima, per reuelationē: & est prima cōclusio, quōd Deus ex priui legio speciali, aliquādo reuelat alicui illum esse in gratia, sicut 2. Corin. 12. Paulo dixit, Sufficit tibi gratia mea. Alio modo, aliquod cognosci potest per semetipsum, & hoc dupliciter: aut certitudinaliter: & tunc est secūda cōclusio, Nullus certitudine scientiæ se esse in gratia cognoscere potest, quia cōclusionem nullas cognoscere potest, nisi prius sciat principium, sed Deus: qui nobis ignotus est, principium & obiectū gratiæ est, cognoscere ergo non possumus, quando eius auiui vel inimici sumus. Tertio modo, homo id potest cognoscere ex coniecturis, & per signa aliqua: & est tertia cōclusio, Homo isto modo cognoscere potest se esse in gratia. Et ponit duo signa: primum rerū mundanarum contemptus: secundum, quōd homo alicuius mortalis non sit conscius. De prima questione dubium nō est quin Deus ex priuilegio alicui reuelare possit, quōd est in gratia. Dubium tamen est, an de factō hoc alicui euidenter reuelauerit. Dico ad hoc primum nos de hoc certitudinem aliquam nos habere, neque de fide est, asserere quōd aliquis in via cōfirmationem suam in gratia euidenter agnouerit, præter solum Christum. Secundo dico, quōd ego crediderim beatissimam Virginem habuisse reuelationem, quōd esset grata & amica Deo, sicut & suæ prædestinationis similiter: & Apostoli post cōfirmationem Spiritus sancti iug-

salutis habuerunt certitudinem, & qualis per cognitionem prophetici haberi potest: fuerunt enim Apostoli & prophete in gratia cōfirmati, & illo Spiritu sancto cōfirmationem suam in gratia cognouerunt: & isto modo prior cōclusio S. Thom. intelligitur, & illud Pauli dictū, Sufficit tibi gratia mea. Et quōd hanc certitudinem Paulus habuerit, constat ex illo. 2. ad Tim. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est Deus de positum in eum seruare. Et ratio est manifesta, quia nos sumus certi certitudine fidei de sua cōfirmatione, ergo & ipsi certi fuerūt, cōsequenter patet, quia nos aliunde nō credimus ipsos fuisse cōfirmatos: nisi quia ipsi ita scripserunt, vt habetur Luc. 14. & in Actibus Apostolorum. c. 1. & 2. Vos autē sedete in ciuitate, donec induamini virtutē ex alto. De Stephano videtur maius dubiū, vidit enim celos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei, vt Actū. 7. habetur. De hoc aliqui affirmant, intuitiue eum cognouisse gloriam suam, sed forte per extasim cognouit, & si lux gloriæ notitiam intuitiue habuit, hoc fuit Stephano peculiare. De latrone vero, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, fides tantum est. De martyribus multis, quibus Deus sua martyria reuelauit, & de prophetis, vt de Moſe, & Heliā, qui curru igneo assumpsit, credendū est quod prope mortē, siue salutis habuerūt certitudinē, non tamen euidētiam. Sed contra hæc, quæ diffiniamus, rationes nō desunt. Videtur enim quōd Paulus certitudinem talem nō habuerit. nam 1. Corin. 4. habetur, Nihil mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, Deus enim est qui me iudicat. Dico quod ibi solum asserit certitudinem suæ salutis, ex cōscientia sua sufficienter non pronuntiat: collectio enim ista non est euidens, nescio an sim in peccato, ergo scio quōd sum in gratia: non tamen repugnabat aliunde illa certitudinē habere. At dices, Si Apostoli erāt certi de sua salute, ad quid corpus castigabant, vt 1. Corin. 9. Paulus ait, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: & 2. Corin. 12. Ne magnitudo reuelationum extolleret me, datus est mihi Angelus satan, qui ma colaphizet. Dico, quod certitudo vna aliam non tollebat: cū hoc enim certissimi erant, quōd si aduersus tentationes dæmonis non pugnasent, gratiam perderent, & ideo pugnarē necesse habebant, vt tentationes vincerent.

Secunda cōclusio certissima est, & ab omnibus

nibus recepta, quod nullus sine reuelatione de sua salute certus esse potest, iuxta illud Ecclesiast. 9. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. Et ratio est, quia forma spiritualis, quæ in nobis est, non nisi per actum cognoscitur, quinimo animā ipsam per actus ipsius cognoscimus, sed non est spiritualis actus a gratia & charitate procedens, cui similis in substantia ex sola potentia cum habitu acquilito procedere nō possit, ergo, minor probatur, quia maxime peccatorum dolo: proter Deus, vel Dei dilectio super omnia: at actus isti, quantum ad substantiam actus, in peccatore esse possunt: hereticus enim in affectu habere potest pro Deo mori, sicut & Catholicus. Quod si dicas, saltem studiosus actus, quantum ad modum, vt manifestū est, signum gratiæ est, vt puta si quis prompte, & delectabiliter pro Deo moriatur, & alia opera virtutis exerceat. Dicimus quōd neque hoc signum est manifestum, dato sit rationalis coniectura, ex habitu enim acquisito potest quis prompte & delectabiliter operari: hereticus enim delectabiliter se posset morti offerre, vt puta pro Christo, in suo tamen errore permanens. Virgens tamen argumentum est, quōd quis posset esse certus se esse in gratia: nam sit paruulus, qui primo venit ad vsum rationis: hic quando incipit libere operari, aut potest primum peccatum cognoscere, aut non: si non potest, nō ergo peccauit, & tunc certus erit, quōd in gratia baptisimali permanet: si vero illud cognoscere potest, ergo potest vitare: si enim vitare non posset, neque peccaret. Durādus 1. sent. dist. 17. q. 4. ait, quōd pro aliquo tempore quis certus potest esse se in gratia esse, certus tamen non est, quōd in illa finaliter permanebit. Hoc tamen non placet, nam in primis, si baptismum recipit ante vsum rationis, scientiam nō habet quōd sit baptizatus: si post vsum rationis, de intentione baptizatus certus esse non potest. Tamen etiam, quia licet ei constaret, quōd est baptizatus, nō tamen constat, quando primo ad vsum rationis venit, & sic de se nullus euidenter scire potest aut in gratia sit. De alio tamen certitudine fidei certi esse possumus, vt sacerdos, paruulum ante vsum rationis baptizans, certus est, quōd ipse intendit baptizare, & quōd puer obicem non ponit, ergo certitudine fidei certus est, quod paruulus sit in gratia, vti Concilium Tridentinum merito, sessione. 6. Can. 13. diffiniuit. Si quis dixerit, omni homini, ad remissionem peccatorū

assequendam, necessarium esse, vt cedat certo & absque vlla hesitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Et Can. 15. Si quis dixerit, hominem renatum & iustificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse in numero prædestinatorum, anathema sit. Et eadem sess. 6. 9. contra inanem hereticorum fiduciam in fine: nā sicut nemo pius de Dei misericordia, & de Christi merito, deq; sacramentorum virtute & efficaciam dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, ac timere potest, cū nullus scire valeat certitudinē fidei: cū non potest subesse fallum, se gratiā Dei esse affectum.

Cōclusio tertia de se est manifesta. Multe enim sunt coniecturæ, ex quibus homo probabilitatem potest habere, quōd Deo sit gratus. Bernardus sermone secundo in octauis Pasche, ait, quōd sunt tria testimonia gratiæ inhabitantis in homine, quæ explicantur 1. Ioann. 5. Tres sunt, quæ testimonia dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: testimoniū sanguinis est: a peccatis nos abstinere, a quibus Christus per eius sanguinem nos liberauit: testimoniū aquæ est contritiōnis vehementiæ offensio: testimoniū autem Christi per aquam offensio: peccatorum lauit: testimoniū spiritus est, opera vera, quæ a Spiritu sancto sunt operari. At dices, coniecturæ istæ quā certitudinem facere possunt? sunt enim aliqua adeo certa, quōd de illis dubitare non possumus contra certitudinem articuloꝝ fidei, sicut ego habeo certitudinē quōd est Roma, vel quōd Rex est in curiā, quæritur, an isto modo coniecturæ certitudinem causent? Respondeo, coniecturas nō posse talem certitudinem causare, nam auctoritas dicentium, quod est Roma, me conuincit, neque dissentire possum. Sed nūquid, qui ita firmiter assentiret se esse in gratia, sicut assentitur, quōd Roma est, delinqueret mortaliter? Dico mortaliter non ita leuiter alicui imputanda: nā si hominus tamen esset iactantia, & leuitas ventralis, aliquādo etiam posset esse mortaliter, vt puta si ignorantia esset nimis crassa, vt si homo, qui perditē viuit, crederet, quōd est in gratia, & quod tuus est de sua salute: homo tamen qui sancte viuit, vt D. Benedictas, & Hieronymus, & alij his similes, talis mortaliter nō peccaret. Dices tamen est quid est melius, multum de sua salute dubitare, an nimis confidere. Re-

sponeo, vtrunq; periculosam esse: & dubitare, neque est tutum, neque laudabile, quia tale dabium animum deiecit, & vires ad persequendum remittit, aliquis vero confidentia alacritatem generat, quare ad Deum diligendum maxime iuuat: & ideo spes amplius iuuat, quam timor. Sunt enim aliqui animo ad eò abiecto, semper se esse in inferno putantes, quod laudabile non est.

Pro D. Hieronymo ad adducta respondemus cum respexisse ad humanam conditionem Dei gratia desitutam: nullus enim sine auxilio Diuinae gratiae iustus est, neque diu stare potest quin cadat. Quod si virgeas ipsam etiam de iustis, ea quae afferunt, pronuntiasse. Dicimus, eum de lenibus ac venialibus intelligendum esse, non de mortalibus sceleribus: multa enim sunt venialia, à quibus etiam iustus vix liberari potest: ideo Paul. ingemiscens exclamabat. Infelix ego homo, &c. Et scio quod non habitat in carne mea bonum, & non quod volo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum. Et David dicebat, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, si iuxta rigorem Diuinae iustitiae examinetur, quia septies in die cadit iustus.

Rom 7  
Ecl. 14.

QVINTVM QVAE-  
SITVM.

An Regia potestas sacerdotali  
preferenda sit.



**M** Hieronymus. c. 13. in cōmentarij Hiero. videtur cū Lutheranis id affirmasse, quia sic habet, Non solum vulgus ignobile, vilisque plebecula, sed reges ecclesiarum, qui sedent super thronum, sacerdotes quoque ipsi, secundus in ecclesiastico honore gradus, varietate peccatorum completur. Faciunt pro illis verba illa, sacerdotes secundus gradus in honore ecclesiastico.

Bernardus lib. 1. de consideratione ad Eugenium, potestatem temporalem à Romano Pontifice videtur auferre: vbi inquit, In criminibus, non in possessionibus est potestas vestra, quoniam propter illa, & non propter haec accepistis clauas regni caelorum: sequitur, Quare nā tibi maior videtur potestas peccata remittendi, an praedia diuidendi: habet

haec terrena & infirma iudices suos reges & principes terrar: quid fines alienos inuaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis? cur maior vis esse Domino, qui interceptus à quodam dicente, Dic fratri meo vt diuidat mecum hanc editatem, Luc. 12. respondet, Quis me constituit iudicem inter vos?

Doctores scholastici agunt de hac questione. 4. sent. dist. 18. ad quam, quia materia nimis lata est, quinque conclusionibus respondetur. Prima conclusio, Potestas ecclesiastica & civilis, duae potestates distinctae sunt. Probatur primo, Potentiae & artes vt 2. Ethic. ait philosophus, per actiones differunt, & actiones per obiecta & fines, quo actiones diriguntur, sed in corpore mystico Christi sunt duo fines, vnus naturalis, quo administratio civilis sedet, nempe pax, & tranquillitas reipublice, alter supernaturalis, qui in visione Dei cōpletur, ergo sunt duae potestates distinctae: nā cū sint duae vitae, vna terrena, & altera spiritalis, & in vtraque iustitia seruetur, & vilitas proueniat, nec esset fariā est duplex potestas ad conseruationem iustitiae, vna quae praesit terrenis, altera spiritalibus. Secundo, Potestas ecclesiastica est facultas clauij regni caelorum, vt patet Matt. 16. & 18. ac perinde remissionis peccatorum, vt habetur Ioann. 20. in super & consecrandi corpus Christi verum & sanguinem, haec autem facultas potestati civili non est concessa, ergo sunt duae potestates. Tertio, quia ad promouendos homines ad huiusmodi fines sunt diuersae leges, scilicet, temporales, & ecclesiasticae, & diuersi gradus, hoc est, diuersa supplicia temporalia morte consumantur, ecclesiastica excommunicatione, & alijs censuris. Quarto, potestas spiritalis ad animas refertur, & ideo pontifices sacerdotes instituit: quae munera regibus non competunt, sed praetores & alios magistratus creat. ergo sunt diuersae Hierarchiae ac potestates. Vltimo, quia nō solum in lege Moisaica, sed etiam in lege naturae diuersi erant sacerdotes ab alijs magistratibus in omni enim lege semper fuit necessaria aliqua reuelatio si dei supernaturalis, quae cultum Dei necessarium ostendebat. Sed arguet quis, Fines reipublice civilis est bonos facere ciues, ac bene institutos: bonus autem non est, nisi qui amicus Dei fuerit, haec autem amicitia iussit ad vitam aeternam, iura ergo civilia ad conseruationem vitae aeternae sufficiunt. Confirmatur ex illo Matth. 22. Si vis ad vitam ingredi,

1. Conclusio.  
2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

gre li, serua mandata. Vbi sermo fiebat de mandatis natura, Non occides, non furtum facies, &c. Si ergo vnus est finis vtriusque potestatis, vnica ergo est potestas. Hinc Lutherani colligunt, penes regem civilem & spiritualem potestatem residere. Respondetur, quod & si mandata vtriusque iuris naturalis & civilis ad conseruationem felicitatis referantur, ad illum tamen assequendum non sunt sufficientes: quia officia moralia ad amicitiam Dei siue charitate infusa non sufficiunt: & ideo super legem naturalem, & civilem requiritur Dei speciale auxilium, & sacramentorum usus: & ideo potestas haec excellior est civili, quā Christus Dominus vicario suo, & per ipsum ecclesia reliquit. Quod si queras, Nūquid Deus per vicarium potestatem, & per vicarium caput comprehendere non poterat ambas, ita vt potestas regia, vel ecclesiastica, vtrunq; administraretur. Dico quod de potestate absoluta nihil diffiniunt: tamē quia vt Sap. 7 legitur, Deus omnia suauiter disponit, & secundum suos fines omnia ordinate gubernat, ideo cōcedens non fuit tam diuersa officia vni soli potestati cōmittere: est enim a. b. g. potestates penes eundem supremum gubernatorem essent, omnia essent confusa, & multis periculis subiecta: quare necessarium fuit, vt tam diuersis rebus diuersa capita decernerentur, & esset ecclesia sicut regina à dextris principis sedens circumamicta varietate, & corpus illud mysticum, vt 1. Corin. 10. ait Paulus, ex varijs membris compactum. Secunda conclusio, Potestas spiritalis & ecclesiastica praestantior est civili. Conclusio haec est diffinita, e. solus de maiorior, & obedi. Vbi Innocentius reprehendit Constantinopolitanum Imperatorem, qui ex illo. 1. Petr. 2. Subiecti flore omni humanae creaturae propter Deum siue regi tantā praerexcellenti, &c. opinabatur potestatem regiam ceteris praecellere: reprehendit eum, & ostendit illic Apostolum solum significare praerexcellentiā regum in temporalibus respectu ducum, & illorum, qui ab illis illa accipiunt: sed Pontifex in spiritalibus antecedit, quare tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima corpori praefertur, Deus duo luminaria magna instituit, nēpe solem, & lunā. Sicut enim sol praegressit diei, ita & Pontifex spiritalibus: & sicut luna nō est, ita & rex temporalibus: & sicut luna à sole, ita potestas civilis à spiritali recipit lumen: sic enim rex temporalia regere debet, vt spiritali religioni seruiant. Secundo id

2. Ratio

probat ex fine vtriusque potestatis, quia vt 1. Ethic. ait philosophus, Qualis est ordo inter fines, talis est inter facultates, & artes, quare habet illos propósitos fines: & ideo ars equestris praestantior est frēnesca: & nautica, arte extruendarum nauium, eo quod fines illarum sunt finibus itarum superioribus. Cū ergo finis potestatis spiritalis sit sempiterna beatitudo, & finis potestatis secularis sit tranquillitas status reipublice, quia ad illa refertur, sit vt potestas ecclesiastica sublimior sit. Confirmatur exemplo Pauli ad Hebr. 7. ubi probat, quod sacerdos Melchisedech superior fuit, quia secularis Abraham, quia Genes. 14. legitur, quod Melchisedech benedixit Abraham: & inquit, Sine dubio maior est qui benedixit, quā qui benedicitur. Tertia conclusio, Excellētia potestatis ecclesiasticae supra civilem non est huius rationis, vt Papa sit dominus totius orbis in temporalibus. Non loquimur de prouincijs, quarum habet suprenum dominium, sed de vniuersali regno orbis. Conclusio haec sequitur ex prima, quia si Papa esset supremus omnium, non essent duae potestates, sed vna: & ideo cū tota potestas ecclesiastica sit vna, si civilis esset eadem cum illa, tunc ambar simul essent vnae. Quo autem conclusio haec, & sequentes amplius elucescant, notandum est Christum non aliam potestatem vicario suo reliquisse, quam ipse in quantum homo, & redemptor orbis accepit, qui regnum temporale non assumpsit, sed illud rerum temporalium praecellens dominium, quod ad finem redemptionis erat necessarium. Dixerim in quantum homo, quia quatenus Deus, iure creationis dominium absolutū habuit vniuersi orbis, Domini enim est terra, vt est in psalmo, & plenitudo eius. Et Sap. 8. per ipsum reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Verum est, quod in quantum homo, poterat, si voluisset dominium vniuersale etiā seculare accipere, non tamen accepit: sed quantum ad regnum spirituale fuit necessarium. Probatur ergo conclusio. Primo, in toto Evangelio nulla sit mentio regni Christi temporalis, vanum est ergo illud asserere, ne dicam temerarium, quoniam rem tāti momenti Euangelicae non tacuissent: solū autem meminerunt de spiritali: ideo Baptista initium praedicationis Christi à regno caelorum accepit, Math. 4. Pœnitentiam agite, & propinquabit regnum caelorum: & Matt. 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et plura id genus. Secun-

2. Conclusio

1. Ratio

u. Ratio

do, Christus, qui cum Deus esset, ut ait Dauid, bonorum nostrorum non egubat, humanitatem ea ratione induit, ut nostram redemptionem perficeret: hac enim ratione praedicavit fidem, & leges instituit, & pontifices creavit, qui nostri essent pastores, ut ad illam beatitudinem nos perducerent, cum ergo Christus nihil superfluum assumpserit: & potestas regni temporalis ad illum finem non fuerit illi necessaria, non ergo illam assumpsit, neque ad excellentiam dignitatis eius id expediebat: longe enim altius maiestas eius inde commendatur, quod uniuersum orbem despoxit: nam in paupertate vixit, & Apostolos pauperes elegit, & paupertatem, & humilitatem semper praedicauit, & laudibus exultat. Vnde Paulus ad Philippenses. 3. & cetera omnia tanquam exterorea arbitrabatur. Tertio, Christus manere hoc regis potestatis nuncquid sanctus est, imo ab eo semper se sobria xit, vnde ipse Ioann. 3. Non natus Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum per ipsum. Et quando adultera coram eo fuit accusata, nullam sententiam ut iudex tulit, sed tanquam ius naturale ac Diuini explicat, dicens, Qui sine peccato est vestrum, primum in eum lapidemittat. Et Matth. 22. quando nomisya census illi fuit oblatum, ius naturae: & Diuini commendans dixit, Quae sunt Caesaris, date ea Caesar, & quae Dei, Deo. Et quando alij eum conatenerunt, ut inter ipsos iudex sederet, manus detrectans ait, Luc. 12. Quis me constituit iudicem inter vos? Stigitur, regis manere nunquam sanctus est, sit ut neq; talem potestatem assumpserit: vana est enim potestas, quae nunquam reducitur in actum, & tantum habet ab eius proposito usus humani potestatis, ut quando eum turbae in regem eligere adorabant, sese ab eorum conatu subduxerunt. Quarto, Christus non fuit nisi rex Iudaeorum, rex autem Iudaeorum non erat rex futurus bonorum temporalium, sed eternae & spiritualis hereditatis, ergo non fuit rex in temporalibus, ut sunt seculares reges. Confirmatur ex illo Ioann. 18. Regnum meum non est de hoc mundo, hoc est, illius generis, cuius sunt regna temporalia, & caduca: & ideo praefes mysterium illud non intelliges, eum a crimine ipsi obiecto absoluit. Et post, quasi spiritu prophético, titulum illud crucis affixit, Iesus Nazarenus rex Iudaeorum.

Psal. 2.

Telimonia prophetarum id palam manifestant, ait enim ipse per Prophetam, Ego autem constitutus sum rex ab eo (hoc est a Deo)

super Sion montem sanctum eius (nempe super Ecclesiam) praedicans proceptum eius. Ecce regnum eius in sola predicatione fidei regni celestis constituisse, cui & ipse consonat: Vbi ait, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos. Quae potestas ad regnum celeste ordinatur. Et per Hier. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, excusitabo David germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, in diebus illis saluabitur Iuda, hoc est, solus erit rex ad lauandum Iuda, & super solium David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud a modo in sempiternum. Et Dauid de sua prole ait, Regnum tuum, regnum omnium seculorum, quia non finiret, sicut seculares, sed absque ulla interpellatione durabit in aeternum. Et hoc Angelus Mariae exposuit, dicens, Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Quod vero fingunt iure paterno regem fuisse, quia Ioseph descendit a Dauid per Salomonem, & B. Virgo per Nathan, nihil ad rem. Primum, quia illud erat regnum speciale, nos loquimur de regno totius orbis vniuersali. Secundo, quia regnum illud temporale Davidis in Sedechia extinctum fuit, iuxta prophetiam Hier. 22. vt. 4. Reg. 24. patet. Tertio, quia licet Sedechias sederit in sede Dauid, non tamen in eadem, qua Christus, cuius regnum fuit aeternum, quale non fuit Dauid. Confirmatur eadem veritas Patrum testimonij. Augustinus lib. 83. q. 61. & vbi libet de hac re distulit, non ait, nisi quod Iesus Christus fuerit rex noster, eo quod nobis pugnandi, & vincendi tradidit exemplum, cuius ducatu ab Aegypto liberamur, & in caelestem Ierusalem, tanquam in terra promissionis, introducimur. Quod vero Sanct. Thom. opusculo. 20. lib. 3. c. 3. ait, intelligi habet, quod Christus fuerit Monarcha totius vniuersi, quod ex illo psal. 8. deduxit, Omnia subiecisti sub pedibus eius: & ex illo Malachie. Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen eius. Quae de regno celesti intelliguntur, cuius respectu omnia sunt illi subiecta: nam temporalia a regno Christi non excluduntur, eo modo quo ad spiritualia ordinantur, & ideo solum affirmat fuisse regem in temporalibus, ex eo quod Iudaei eum expectabant regem temporale, & ideo Deus ordinauit, ut Christus eandem quoque dignitatem haberet. Consequitur tamen hac aded leuis est, ut sententiam cotrariam

Matt. 28

Hier. 23.

Ecc. 9.  
Psal. 44.

Patrum testimonij.

affir

affirmet, quia existimatio illa Iudaeorum falsa erat, & erronea, nam praeter testimonia citata, habebant illud clarum Zachariae, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinum. Quo docebantur absque regia pomparum venturum, non enim decuit, ut propter illorum errorem, Christus regnum temporale assumeret, hoc statuo fundamentum.

Tertia conclusio confirmatur, quia quauis Christus regnum temporale simpliciter assumpsit, non tamen inde consequens fit, ut parem potestatem suo Vicario commisitset, nam dicere possumus illud ad potestatem excellentiae attinuisse, ut sacramenta institueret, & sine illis gratiam conferre, quod munus Papae non commisit: at cum ipse potestatem hanc regiam non assumpsit, constat illam Vicario suo non contulisse. Praeterea veritas haec constat ex illo Matth. 20. & Luc. 22. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, &c. Et concludit, Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare in redemptionem pro multis. Quem locum Bernardus lib. 2. de consecratione ad Eugenium post multa concludit, Nec ille tibi dare quod non habuit potuit, quod habuit dedit, solitudinem super Ecclesiam. Nam quid dominationem mundum ipsi audi, Nec dominantes in clero, sed forma facti gregis. Et infra, Si utrunque semel habere voles, perdes utrunque, alioquin non te exceptum illorum numero putes. Osee 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui. Item, si talem potestatem haberet, posset Papa citra iniuriam principum iurisdictionem usurpare, & reges etiam extra causas fidei amouere, & instituire, quod tamen sanctissimi Pontifices non attulerunt. Innocentius Can. citate, duo sunt, agnoscat duas esse potestates distinctas Imperatoris & Papae: neque etiam Papae super reges, quam pastoris tribuit, ut illos possit excommunicare, & in causa fidei regno priuare. Et c. per venerabilem qui filij sunt legitimi: fatetur se non habere potestatem in temporalibus super regem Fraciae. Et idem intelligit de omnibus regibus. Et Nicolaus, Can. cum ad verum, expresse ait, quod neq; Imperator iura Pontificatus nunquam arripuit, neque Pontifex nomen Imperatorum usurpauit, quia Christus Dominus actibus proprijs, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque distinxit. Confirmatur conclusio parentis. Administrationes reipublice ecclesiasticae & civilis aded sunt diuer-

se, ut ecclesiasticae per negotia secularia nimis impediatur: & ideo iustissimum fuit, ut ecclesiastici ab vxoribus essent alieni: nam ut Paul. ait, qui vxores habent: quare ut quomodo placeant uxori: & negotijs secularibus, qui Deo militat, non se debent miscere: repugnant ergo illi duo potestates simul. Itaque potestas utraque a Deo instituta est, Rom. 13. Non est potestas nisi a Deo: Deus vero per sapienter eas diuersas disposuit, ciuilem, ut reipublicam in pace gubernaret, ecclesiasticam, ut in beatitudinem perduceret. Regia vero potestas ab spirituali deriuatur, iuxta illud, Per me reges regnant, & legum conditores iura decernunt, Sapient. 8. sed potestas ecclesiastica a Christo Petro est collata, ergo non Petro, aut successores eius, dominia secularia regnorum simpliciter sunt commissa. Ad haec lex fidei legem naturae non destruit, sed perficit, lege autem naturae, quae ab aeterna deriuatur, ante aduentum Christi, dominabantur reges, ut Daniel. 2. legitur, Deum ceteri imperium & regnum Nabuchodonosor tradidit: & ad Rom. Omnis anima potestati bus sublimioribus subdita sit, &c. Et. 1. Petri 2. iubet vniuersis Christianis Petrus, ut subiecti sint omni humanae creaturae propter Deum. Et infra, Serui subditi estote in omni timore dominis, non solum bonis & modestis, sed etiam discoloris. Vnde colligitur, quod etiam regibus infidelibus quandiu absque periculo fidei, & iniuria saluatoris, regnant, parere debent Christiani: multo ergo liberius reges Christianorum per se suis funguntur potestatibus independentes a Papa, quoad nullam iniuriam irrogant fidei. Ea propter minorem probabilitatem habent patroni illius opinionis, qui afferunt donationem factam Syluestro a Constantino (si qua fuit) vel a Philippo, Cesare, non fuisse donationem, sed restitutionem: quini vero vice versa Syluestrum bono pacis Orientale imperium Constantino donasse. Item quod Papa, si non vtratur administratione bonorum temporalium in toto orbe Christiano, non ex defectu potestatis, quae vera posset, sed propter confirmationem cum filijs suis tranquillitatem, & pacem. Sed haec nuge sunt, nam si ius haberet, omnium temporalium citra iniuriam posset habere usum, quod & ipsi non dant.

Quarta conclusio, Non solum Papa non est dominus temporalium regnorum, imo nec sic superior, ut reges possit instituire. Dicere enim quisquam forte posset, quod quauis non sit dominus simpliciter temporalium regnorum,

gnorum, potest tamen via ordinaria reges ubique instituire, sicut instituit episcopos, licet simpliciter dominus non sit episcopatus, vel sicut Rex instituit magnates, quantum simpliciter non sit dominus patrimonio rani illorum. Contra rium affert conclusio, quare via ordinaria non potest reges extraneas fidei iudicare, sicut inter ecclesie prelates, nisi eorum delicta in detrimentum fidei aut religionis vergeret: cum enim posset non tantum per viam correctionis fraternae, vt cap. nonit, de iudicijs, ait Innocentius, verum & coactiuo iudicio. Hæc conclusio colligitur ex superiori, quia vtraque potestas per se sufficiens, & diuinitate diuinitus instituta. Quocirca eodem cap. idem Pontifex protestatur, se non introuitire ad vsurpandum iudicium regum. Ex quibus sic consequens, quod si quis rex in tyrannidem incidere, citra iniuriam fidei, illum à regno depellere, non Pontifici, sed reipublice incumbet. In summa, in Papa nulla est potestas mere temporalis, vt in regibus, præterquam in terris sibi seculariter subditis: ratio est, quia huiusmodi potestas mere temporalis non est ad regimen ecclesie necessaria.

Quinta conclusio. Potestas quæcumque ciuili carens est ecclesiasticæ subiecta, in ordine ad spiritualia, vt Papa possit per suam spirituales potestatem, quoties ratio fidei & religionis exegerit, non solum censuris ad vsus reges agere, eosque cogere, verum & cunctos Christianos principes temporalibus bonis priuare, & vsque ad eorum depositionem procedere. Dixi, per suam potestatem spirituales, quia potestas Pontificis, quatenus Pontifex est, non est mere temporalis, sed temporalis vtitur, vt ministrat spiritualibus. Hæc autem conclusio supra secundam addit, quod Papa potest vt bonis temporalibus ad finem ipsius, & per pœnas temporales principes coercere. Ad cuius declarationem notandum, quod potestas ecclesiastica non solum est præstantior ciuili, eo quod eius finis, qui est beatitudo æterna, est sublimior felicitate ciuili, sed etiã ea ratione quia felicitas ciuili non est in se adeo perfecta, & ordinata ad ælestem beatitudinem: vnde ciuili respublica spirituali subseruit, licet ambigat simul in vnum corpus mystica nuntiant copactæ, vt ad Rom. 12. & 1. Corin. 12. Paulus optime declarat in vno autem corpore omnia membra debent ad vnum caput referri, non autem spiritualia ad temporalia, quatenus perfecta sunt, ergo temporalia debent

iudicio spiritualium subesse. Hoc ergo subiecto fundamento arguitur sic. Ad debitum regimen, & administrationem reipublice spiritualis necessarium est, vt omnis secularis potestas illi obtemperet, ergo & necessaria est in præfidenti spiritualis facultas vtendi temporalibus, quatenus ad eius finem sunt necessaria, atque adeo principes cogendi dum oportuerit, etiam vsque ad eorum depositionem, tanquam membrum putridum & pestiferum: Christus autem non desuit in his quæ ecclesie erant necessaria, ergo huiusmodi potestatem temporalem relatum ad spirituales ipse assumpsit, & vicarijs suis reliquit. Secundo, Pontifex maximus pastor summus atque vniuersalis à Christo constitutus est totius Christiani gregis: pastores autem officium est, errantes oves cuiuscumque ordinis & dignitatis sint, in viam reuocare, & quancumque ratione compellere, ergo per illam potestatem potest, dum opus illi fuerit, temporalibus vti. Atque hac ratione Innocentius, c. solite, de maior. & obed. aduersus Imperatorem Constantinopolitanum se munuit. Et similiter Nicolaus Pontifex, Canon. omnes. 22. dist. Oportet autem discerni inter hanc & duas præcedentes conclusiones exemplis aperire. Quatenus enim rex alijs generibus iniuriarum, citra periculum fidei, regni gubernacula administrat, nihil ad Papam, nisi per viam correctionis fraternae, si vero rex leges in detrimentum fidei conderet sacramentis, aut religioni Christianæ contrarias, aut si Papa concilium indiceret, & rex contra ius per nefas impediret, aut si hæreticis, aut infidelibus, fidem nostram oppugnantibus, aut schismaticis suppetias ferret, aut aliam perniciem sedi Apostolicæ vel ecclesie moliretur, tunc Papa posset non solum spirituali, verum etiam temporali gladio aduersus eum agere. Sed dices, Nonne satis esset gladio spirituali, nempe anathemate, & alijs censuris contra eum agere: videtur enim alia non habere arma, nisi vt Paul. 1. Corin. 10. ait, Arma militiæ nostræ, non carnalia, sed spiritualia sunt. Respondeo, quod non factus esset ecclesie consultum, nisi res eius per potentatus seculares afflictis: dum arma spiritualia non sufficiunt, temporali quoque gladio esset illos punire, quia tunc non haberet vim prorsus coercitiam, qualis est illi necessaria. Quod si rursus queras, an in eiusmodi euentibus posset Papa illico, prætermissis spirituali gladio, temporalem excimeret: Videtur enim posse, quia vtraque habet.

Ex

Ex quo respondeo id nec decere, nec licere, nisi periculum esset in mora, quoniam via ordinaria Pontificis est pastorale baculum: gladius vero secularis est extraordinarius: debet autem via ordinaria antecedere, & gladio temporali, nisi in vrgenti, & exigenti necessitate, non vt videlicet dum expertus cognoscit vires spirituales ad rem non satis esse, imo nisi esset in terris propiis, quarum est dominus temporalis, ad illas defendendum: in reliquis vero non decet Papam per se bella gerere, nisi quando princeps aliquis est ecclesie aut fidei rebellis, & iniurijs alias alteri principi debet negotium armorum exhibere. Eatenus verum est quod ait Paul. Arma militiæ Christianæ non esse carnalia. Quatenus legitimus sensus sit de bellis, quæ quisque aduersus demones, & propriam carnem sustinet. Leges fidei noxias constat, quæ potest Papa abrogare. Et hæc sunt satis ad questionem propositam.

Pro Diuo Hieronymo dicimus, eius verba referenda esse ad regnum, & sacerdotium Iudæorum, & Gentilium, apud quos, cum omnis cultus sacerdotalis institutus esset ad consequendum terrena & temporalia bona presentis vite, quorum cura expectat ad regem, iussit sacerdotes & pontifices Iudæorum, & Gentilium, regibus & imperatoribus subdebatur. At in lege Evangelica, in qua Christus assilens Pontifex futurorum bonorum instituit sacerdotium longe præstantius, quod nobis conferret spiritualia & ælestia bona, in quibus potestas regia nulli habet ius, æquum est reges imperio pontifici subesse, & sacerdotum dicto parere. Aduertendum tamen, vt Philo Iudæus notat lib. 3. de vita Moysi, quod et si summus sacerdos Iudæorum regi esset inferior, tamen quantum ministerio suo fungebatur, ingrediens templum, amictus sacerdotali vestis, & cidarim in locum regis diadematis capite gestans, & auream laminam Dei nomine insignitam, erat ipso regi superior.

Pro beato Bernardo respondemus, non esse incredibile quod illi falso imponitur, sensisse, nam eodem libro vtraque potestatem esse in summo Pontifice sustinet: assilens enim Romano episcopo, non solum pontificiam Aaronis summi sacerdotis maiestatem, sed etiam politicam principatus iurisdictionem, quæ olim fuit in Samuele iudice, in Mose iudice, in Melchisedech rege & sacerdote. Ita enim Eugenius Papa alloquitur, Age in dagemus diligentius, quam geras pro tempo

re personam in ecclesia Dei. Quis est sacerdos magnus, summus Pontifex: tu princeps episcoporum, tu heres Apostolorum, tu Primatu Abel, gubernati Noe; Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aarõ, autoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Et lib. 5. eiusdem voluminis de vtroque gladio loquens, eandem doctrinam confirmat. Et concludit, Vterque ergo gladius ecclesie spiritualis & materialis: sed is quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus est: ille sacerdotis, is militiæ manu: sed sane an nutu sacerdotis, an iussu Imperatoris, &c. Hæc Bernardus.

Quod si verba eius quis in toto rigore accipiat respondemus secundo, duplicem esse rerum temporalium potestatem. Monarchiam, scilicet, ac pastorem. Monarchia potestas est, quæ hominem constituit vniuersi Monarchiam, ac summum & singularem dominum terrarum omnium: vt non solum liceat, ius & nomen Monarchiæ sibi vindicare, sed etiam suæ ditioni subditos, ac principatus, regna, & imperia, vt ei visum fuerit, assumere: & assumpto etiam suæ causa, ab eisdem regnis deponere, & regna ex vno ad alterum pro arbitrio suæ voluntatis transferre. Huiusmodi ergo genus potestatis existimat Romanum Pontificem iure Pontificatus sibi usurpare non posse, nam cum in se esset Petri, nequit sibi abrogare quod Christus Petro & Apostolis interdixit, cum illis de Monarchia temporalis inter se altercantibus dixit Math. 20. Reges gentium dominantur eorum, &c. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Temporalibus tamen in ordine ad spiritualia ius habet vtendi, vt diffiniuimus.

## SEXTVM QVAESITVM,

An Chiliastarum opinio, duas resurrectiones afferentium, damanda sit.

**H**ieronymus lib. 4. in Hierem. explicans hunc locum, contra popululum illum, & ciuitatem illam, sicut ceteras vniuersas, signat, quod non possit illas restaurare, Hierem. 19. videtur dogma Chiliastarum non dammare, sed vnicuique liberum esse sentire quod velit. Duas enim esse futuras carnis resurrectiones.

surrectiones affirmabit, primam bonorum, secundam vero malorum post mille annos. Christum vero, a prima usque ad secundam resurrectionem, mansurum in terris, ibique per mille annos cum sanctis & dilectis suis regnaturum in maxima pace, affluente vniuersi, incredibili omnium terrestrium felicitate deliciarum. Hieronymus autem sic scribit supra locum citatum, Perspicue hoc non de Babylonia, sed de Romana dicitur captiuitate. Post Babyloniis quippe & vrbs instaurata, & populus rediit in Iudam, & abundantia pristina restituta est: post captiuitatem autem, quae sub Vespasiano & Tito, & postea accidit sub Adriano, usque ad consummationem seculi, ruine Hierusalem permansura fuit: quantum sibi Iudaei autem atque geminata Hierusalem restituendam putarent, sumque victimas, & sacrificia, & coniugia sanctorum, & regnum in terris Domini saluatoris. Quae licet non sequamur, tamen ad mirare non possumus, quia multi ecclesiasticorum virorum & martyres ista dixerunt, & vniuersique, in suo sensu abundet, & Dominis cuncta iudicio referentur. Et libro de viris illustribus, assertores huius opinionis nominatim prodit.

Augustinus ab hac sententia Hieronymi non abhorruit, qui non ausus eam appellare haeresim, nec errorem, sic de ipsa. 20. de Ciuitate Dei. c. 7. scripsit. Haec opinio esset ut cuncte tolerabilis, si aliquae diuitiae spirituales in illo sabbatho, scilicet, mille annorum futurae sanctis per Domini praesentiam crederentur: nam etiam nos haec opinati sumus aliquando.

Doctores scholastici de resurrectione corporum disputant. 4. sent. dist. 43. Circa quaestionem hanc variae fuerunt haereticorum haereses, quarum vna est de qua nunc agimus. Contra quam sunt testimonia scripturae manifesta. Iob enim ait. 14. c. Homo cum dormierit non resurget, donec ateratur caelum. Quod non quoad substantiam coeli, quae perpetua est, intelligi debet, sed quantum ad eius virtutem generatiuam, quia corruptiones & generationes post resurrectionem cessabunt. Et Ezechiel. 37. ait propheta, quod in spiritu Domini eductus fuerit in capum, qui erat plenus ossibus, & iustus est illis vaticinari. Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos neruos, & crescere faciam super vos carnes, & super extendam super vos cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis, & scietis quia ego Dominus.

Vnde Christus improperans Saduceis ait, Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Suis enim affectibus excecati, illas non intelligebant, neque existimabant Dei virtutem id efficere posse. Quare de resurrectione mortuorum subdit, Non legitis quod dictum est, scilicet, Moyse de rubo. Exod. 3. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: & subiungit, Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Vbi cum dictum non fuisset, Deus animae Abraham, Isaac, & Iacob, sed Deus Abraham, Isaac, & Iacob, quod totum compositum dicit, docuit mortuos resurrectiones: quod per Moysen insinuat, ut intelligeret, quod potens erat Deus mortuos de sepulchris resuscitare, ut intelligeret, quod facilius erat Deo populum de Aegypto educere. Et David psal. 1. dicens, Non resurgent impij in iudicio vnicam resurrectionem praedixit. Et idem Esa. 26. Resurgent mortui, exsuscitantur qui sunt in monumentis. Quinimo & rebus gestis resurrectionis seculo illo legis antiquae fuit demonstrata, cui Elias & Eliseus, vt. 3. & 4. reg. legitur, mortuos suscitauerunt. Christus Dominus lege Euangelica hanc eandem veritatem palam praedicauit, vt Ioann. 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audiant vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Sic enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium faceret, quia in finali iudicio potestatem hanc executurus est: & ob id subdit, Quia filius hominis est, nolite mirari hoc, hoc est, nolite mirari quod in filio hominis tam excelsa sit virtus: venit enim hora, in qua omnes (non dicit vnus prius, & post alius) sed omnes, qui in monumentis sunt, audiant vocem filij Dei. Cum praedixisset, filius hominis, subiungit, filius Dei, vt exprimeret qua virtute id facturus sit: nam et si per vocem humanam, & Angelum sit mortuos suscitaturus, virtute tamen Diuina: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae, & qui mala fecerunt, in resurrectionem iudicij. Quod negotium non post mille annos, sed breuissimo tempore executioni mandabitur. Atque ad eandem fidem resurrectionis confirmandam, postea discipulis potestatem dedit mortuos suscitandi. Et ipse tum alios, tum praecipue Lazarum suscitauit. Ioann. 11. vbi post prolixum sermonem cum Martha, quae vbi a Christo audiuit, Resurget frater tuus, respondit, Scio quia resurget in nouissimo die: intelliges omnes

simul

simul ad vocem tubae resurrectionis. In cuius confirmationem subiungit Christus, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui credit in me non peribit in aeternum. Et ait illi, Credis hoc? Respondit, Vti quae Domine. Et merito eiusdem confessionis, quae de gratia Christi processerat, fratrem suscitauit. Accedit in confirmationem huius Catholicae conclusionis resurrectio Christi de qua vaticinatus fuerat Dauid, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et alibi, Surge Domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuae. Sicut enim sua morte liberauit nos a peccato, nobisque vitam coparauit: ita resurrexit, ut causa esset & exemplar nostrae resurrectionis. Est ergo conclusio non solum de fide, sed articulus fidei, quo fatemur resurrectionem mortuorum, quam ecclesia tradidit, si multaturam.

Pro Dino Hieronymo respondemus, quod id quod sibi imponitur, nunquam sensit, sed ut exemplo suae modestiae nobis indicaret, ab erroribus veterum Patrum ecclesiae summa cum reuerentia dissentendum, iudicio Domini id reliquit, & ne plures Catholicos, qui tunc ea ducebantur opinione, infestari videretur. Quod clare expressit in praefatione decimi octauae commentarij in Esaiam his verbis, Apocalypsim Ioannis, si iuxta litteram accipimus indicandum est, si spiritua liter vt scripta est differimus, multorum veterum videbimus opinionibus contrariare Lactantium, Tertullianum, Victorinum, Lactantij Graecorum, vt ceteros praetermittam, Irenaei tantum Lugdunensi episcopi faciam mentionem: aduersus quem vir eloquentissimus Dionysius Alexandrinus ecclesiae Pontificis elegantem scripsit librum, & irridens mille annorum fabulam, & auream, atque gemmatam in terris Hierusalem, instauracionem templi, hostiarum sanguinem, otium sabbathi, circuncisionis iniuriam, nuptias partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium seruitutem, rursusque bella, exercitus, ac triumphos, & superarum necesse, morteque centenarij peccatoris. Cui duobus voluminibus respondit Appollinaris, quem non solum suae sectae homines, sed & nostrorum in hac parte duntaxat plurima sequitur multitudo: vt praesaga meae iam certam, quantorum in me rabies concitanda sit, quibus non inuideo, si tantum amant terram,

vt in regno Christi terrena desideret, & post ciborum abundantiam, guleque, atque venter in-glubiem, ea quae sub ventre sunt, querant. Quibus verbis constat, quae fuit Hieronymi sententia, & quod contrarium opinioni Chlilastarum senserit.

Pro Augustino dicimus, quod eadem modestia qua & Hieronymus locutus est, nam libro. 20. de Ciuitate Dei, cap. 7. & 8. ediferens illud Apocalyp. 20. vbi duplicis resurrectionis videtur fieri mentio, ait enim 1. Ioann. Vidi Angelum descendentem de caelo, &c. & ligauit diabolum per annos mille, & vidi sedes, & animas decalarum propter testimonium Iesu sedentes super eas, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis: ceteri mortuorum non vixerunt quousque consumerentur mille anni, & est resurrectio prima: vbi duae videtur insinuari resurrectiones, vna sanctorum martyrum, altera post mille annos vniuersalis, iustorum & damnatorum. Ex quibus verbis Ioann. Papias eius discipulus duas commentus est corporum resurrectiones. Quo errore Lactantius lib. 7. Diuinarum institutionum, & plures alij comaculati fuerunt. Ex cogitarum siquidem, quod quemadmodum mundus fex diebus fuit conditus, & in sabbatho fuit septimus dies in quo requieuit, ita in fine sexti millenarij ab orbe condito, viuentis esset Christus, iustos omnes resuscitans, quos illic Ioannes nomine martyrum designat, qui fuerunt propter testimonium Iesu decollati, qui quidem septimo millenario illo Dominus ligaturus erat diabolum, ne eos posset terere, aut infestare: illo autem exploio millenario soluendus erat exiguo tempore sub aetate Antechristi, vt gentes seduceret, & protinus facienda erat vniuersalis resurrectio proborum & reproborum. Sed haec fabula, ait Augustinus, est: & ideo tanquam erroneum & fabulosum in ecclesia diu non perstitit: erat enim inuentio hominum nimium sensibus indulgentium. Quid enim opus erat eis, qui in Domino dormierat, & a maculis peccatorum erant purgati, & in Dei amicitia coheretis, voluptate sensibiliu deliciarum: ac si fructu terrenorum merces eorum esset, cum Christus, iustis, non nisi regnum celorum fuerit pollicitus, Gaudete enim, inquit, & exultate, quia merces vestra copiosa est in caelis. Tu etiam, quia si cibo & potu deberet indulgere, deberent etiam rei vxorie vacare, atque adeo filios procreare, qui, vt ipsi, beati non essent, quod ne dum fabulosum, sed ridiculum est.

Iob. 14.

Eze. 37

Exo. 3.

Psal. 1.

Esai. 26

Reg. 3-4

Ioann. 5



Dux ergo ille resurrectione, interprete Augustino, non alie intelligende sunt, qua spiritualis à peccatis, & corporalis, duplici aduentu Christi celebrat. Quare Angelus ille, que eà clauē descendente vidit Ioānes, nō alius fuit quā Christus Dñs in carne descendens: nulle vero anni, quibus dicitur Satana ligasse, totum tempus designat ecclesie Euangelica, nempe ab orbe redempto ad finem mundi. Numerus enim ille, cū sit perfectus, tempus perfectum designat. Dicitur autem Christus hoc tempore ligasse Satanam, eo qd cum non permittit predestinatos sic tētare, & superare, vt vsq; ad mortē victos detineat. Quare isto tempore predestinati sunt sicut sacerdotes, vt illic ait Ioannes, & Petrus in sua Canonica, sacrificia suorū corporum Christo offerentes, & ideo isto millennario cum ipso regnantes, scideo Ioannes eos beatos appellat, qui habent partem in hac prima resurrectione à peccatis per gratiam. Et ideo inquit, In his secunda mors non habet potestatem. Prima enim mors est corporis, que tam bonos quā malos rete suo comprehendit: secunda vero est animę, que sanctos sęlicis non tangit. Secunda ergo resurrectio est vniuersalis corporū, que vnica tantum erit, tam predestinatorū, quā reproborum. Et cōstat hanc esse sententiam Hieronymi & Augustini.

SEPTIMVM QVÆSITVM.

An in homine sit liberū arbitriū.



Hieronymus lib. 4. in Hiere. interpretans hunc locum, *Propheta qui habet somnium, nāret somnium.* Hiere. 23. Hęc, inquit, solent hæretici semper prospera polliceri, & caelorum regna peccatoribus pandere, vt dicant parata sunt tibi regna caelorum, potes initari maiestatem Dei, vt absque peccato sis: acceptis enim liberi arbitrii potestatem, & legis sententiam, per quam consequaris quod volueris: decipiuntque blanditijs miser os, & maxime mulierculas oneratas peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ. Locum hunc vsurpat Luthera nū, vt ostendant, nos esse hæreticos, quia docemus hominē accepisse liberi arbitrii potestatem,

vt Diuina fauere gratia, possit ab omni culpa mortali abstinere.

Doctores scholastici disputat de libero arbitrio. 2. sent. dist. 25. & S. Tho. 1. 2. & q. 6. vsque ad questionem decimam, & ex multis quæ his questionibus adducit, pauca perstringam. Et primo aduertendum, liberum arbitrium idem esse, quod hominem esse dominum suarum actionum: ita ait Sanctus Thomas. 1. 2. questione prima, articulo primo, vbi inquit, Hominem in hoc differre ab alijs animantibus, quia est suarum actionum dominus: vnde proprie ille solum vocatur actio humanæ quarum homo est dominus: est autem homo dominus suarum actionum per voluntatem & rationem: vnde liberum arbitrium dicitur facultas libertatis, vel voluntatis & rationis. Et articulo secundo dicit, Homo habet dominium suarum actionum per liberum arbitrium. Ad hoc autem quod homo dominus sit suarum actionum, duo requiruntur. Primum, vt homo habeat facultatem consultandi, aut deliberandi quid bonum, quid malum, quid sequendum, aut quid fugiendum: alterum est, vt habeat in sua potestate deliberationē eligendi, aut respondendi quod sic deliberatum est, non enim primum sine secundo sufficeret, nec quis esset dominus suarum actionum, si post deliberationem necessario sequeretur electio, aut non posset consilium sequi. Hoc ex acceptione verborum cōstat, nam dominus is ab omni dicitur, qui facultatem habet re aliqua vti, & hæc facultas sine facultate rationis & voluntatis haberi non potest, quæ est in libero arbitrio: vnde idem est liberū arbitrium habere, quod habere dominium suarum actionum: quinimo ideo dicitur liberum arbitrium, quia suarum actionum habet dominium: & sic dominium & liberum arbitrium per idem diffiniuntur, scilicet, per facultatem. Est enim liberum arbitrium facultas rationis & voluntatis, & dominium suarum actionum: est etiam facultas vtendi ratione & voluntate.

Secundo aduertendū est, quod ex duobus requisitis ad liberū arbitriū, secundū nō potest esse sine primo, posito autē primo, ponitur secundū. Hoc de se est notū, vā vbi est facultas deliberandi, est & facultas eligendi, & contra: nec vnum sine alio inuenitur, vt tam in pueris, quā in adultis cōstat, & in amētibus, vbi nulla differentia, aut mutatio, ex parte voluntatis posita, qua intellectus à de-

à deliberatione, & consilio impeditur, voluntas in sua potestate libera nō habet eligere, vel nō eligere. Quia si quis querat à quo ite voluntas necessitatur in amente dicimus qd à natura sua, quia libertas voluntatis ab intellectu dependet, nam licet libertas formaliter in voluntate sit tanquam in subiecto, est tamen in intellectu tanquam in causa & radice, vt Sanct. Thom. ait. 1. 2. q. 6. artic. 2. ad secundum, & q. 17. artic. 1. ad secundum, & de veritate. q. 24. artic. 2. & Aristoteles. 3. Ethico. inquit, Desiderium sine delectationem ex consilio nasci. Ex quo sequitur, hominem vsum rationis habere, vel ad vsum rationis peruenire, est hominem tali in statu esse, vt de agendis consiliari, & deliberare possit, quauis enim præter hoc vsum rationis etiam potestatem dicat eligendi, quod ad voluntatē expectat, in quo tuncque tamen potestas consiliandi est & eligendi. Ex hac doctrina, in qua omnes conuenire debent, aliqua oriuntur dubia.

Libertatem liberi arbitrii impugnarunt plures antiqui hæretici. Primo Manichei, qui nullam ponebant in homine potentiam ad vtrūlibet liberam, sed duas dixerunt esse in homine animas: alteram rationalem ex bono principio conditam, & ex necessitate quæ bona sunt & honesta operantem: alteram sensualem & malam, ab altero malo principio, quæ pari necessitate mala perpetrat. Contra hunc errorem antiquissimi tam Greci quā Latini Doctores scripserunt, & maxime Augustinus libro de libero arbitrio, vbi copiose differt & diffinit, causam delinquendi nobis à propria voluntate competere, & non ab aliquo principio malo. Secundo, liberum arbitrium negauit Priscilianus, qui homines fatalibus stellis alligatos esse dicebat. Qui damnatus est à Leone Papa. 1. in epistola. 71. que est ad Astoricensem episcopum, & concilio primo Bracharēsi, Cano. 9. & Hieronymus in epistola de Cresiph. dicit eum seculi gladio & totius orbis autoritate damnatum. Tertio, Petrus Abailardus tempore Innocentij tertij asseruit, omnia ex necessitate ab solute euenire, neque Deum aliter posse facere res quā facit. Quod quidem olim Stoici, Empedocles, Crisostolus, Diodorus, & alij multi philosophi docuerunt, quos secutus est Ioānes Vniuersalis dānatus concilio Constantiensis sess. 8. Quæ error licet damnatus, nostris temporibus, pellissimus Martinus Lutherus suscitauit. Cuius error à Leone decimo fuit dānatus,

vt ex bulla dānationis ipsius artic. 30. patet: quæ secuti sunt Ecolapadius, Philippus Melancthus, Carolostadius, & alij plerique factionis eiusdē. Verba Lutheri hæc sunt, Liberū arbitrium post peccatū res est de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter. Et subdit, Imō simpliciter debuit dicere, liberū arbitrium est signentū in rebus, & titulus sine re, quia nulli est in manu sua quidpiā cogitare mali & boni, sed omnia de necessitate absoluta eueniunt. Quæ errorē Rosenstēpestate nostra, & Ioānes Acquius in Ethicidion, art. 32. & Ioānes Cochleus, 2. lib. contra Philippum Melandionē copiosissime cōfutarunt. Sed vt veritas Catholica, & diffinitio Conciliorū manifeste pateat, eam cōfirmabim: primo, ex verbo Dei expresso: secundo, testimonijs sanctorū: tertio, argumentis & rationibus etiam naturalibus.

Primo, libertas arbitrii probatur ex verbo Dei expresso, quo nobis optio & electio datur & permittitur, vt vtrūvis ex duobus eligamus. In Deuteronomio Moyses pponit populo Israelitico, vt eligat benedictionem, vel maledictionē. Iosue etiā eidē proposuit, an Deū veler sequi, necne. Dauid data est optio eligēdi vnā ex tribus plagis. Hierem. præcipit Dñs, vt diceret populo suo, Hęc dicit Dñs, Deus, Ecce ego de corā vobis viā vi tē, & viā mortis: qui habitauerit in vrbe, morietur, qui egressus fuerit, viuet. Ecclesiasticus aperte dicit, ante hominē posuisse Deū vitā & mortē, bonū & malū, vt quod placere rit detur & illi. Ad hęc multa in scriptura dicitur voluntatē & spōte fieri, & voluntati nō stre relinqui: in Exodo vocatur voluntaria dona, quæ obrulerunt viri & femine Israel ad conficiendū tabernaculū. Et Dauid, Voluntariē sacrificabo tibi, Eliaas, Si volueris & audieris me, bona terra comeditis: Hieremias, Si poenitentia egerit gēs illa. Ezechiel, Si impius egerit poenitentiam. Et Dñs in Euāgelio, Si vis ad vitam ingredi, serua mādata. Tertio, multa dicuntur esse in nostra potestate: ad Cain ait Dñs, Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaueris illius. Ioan. dicit Deū dedisse potestātē credētib; vt filij Dei fiant. Petrus Anania dixit, etiam pretium agri venudati in sua fuisse potestate. Quarto, multa dicuntur in scriptura fieri à peccatoribus corā Dei voluntatem, & ei resistere. In Exodo Pharaō dicitur Deo resistere. In Actib; dicit Stephanus Iudais, semper eos Spiritui sancto resistisse. In Proverbij; V. Vocauit, inquit, & renouit. In Est.

Deut. 30.

Iosue vit. Num. 20 Hierem. 21

Ecclesi. 15.

Exod. 35

Psalm. 34. Esai. 1.

Hiere. 18. Ezechiel. 8.

Gen. 4. Ioann. 1

Acto. 5

Exo. 16 Acto. 7 Pron. 1

Esai. 5. Expectaui vt faceret vras, fecit autem lam  
brucas. Et ad Hierusalem, Quoties volui  
congregare filios tuos sub alis, & noluiſti.  
Mart. 13. Quinto, omnia docet ſcriptura facere cum  
conſilio: & vt paſim in ea eſt videre, aliqua  
præcipit, aliqua prohibet, aliqua conſultat, alia  
dehortatur, aliqua laudat, alia vituperat, ali-  
qua præmiat, alia punit. Omnis ſcriptura,  
ſicut docet Paulus, utilis eſt ad docendum,  
ad arguendum, ad corripiendum, ad eruden-  
dam in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei  
ad omne opus bonum inſtruetur. Ex quibus  
conſtat, libertatē noſtri arbitrij ex ſcriptura  
maniſeſte colligi.

Secundo medio ſi ſuadeo teſtimonijs Do-  
ctorum ſacrorum, Origenes lib. 3. de princi-  
pijs, c. 3. Tertulianus lib. 2. aduerſus Mar-  
tionem de Emonogamia, Cyprianus lib. 7.  
epiſtola. 3. & in tractatu de ſimplicitate præ-  
latorum, Chryſoſtomus homi. 60. in. c. 18.  
Matth. Theophilactus in parabola de filio  
prodigo, Ambroſius lib. 1. de Iacob, & vita  
beata, Hieronymus ad Edibiam, & in. 3. epi-  
ſtola ad Damafum, Auguſtinus de vera reli-  
gione. c. 14. contra Fortunatum Manicheū  
in initio ſecunde diſputationis, & contra Cre-  
ſcentium grammaticum lib. 3. c. 51. & lib. 12.  
de Ciuitate Dei. c. 6. & homi. 92. ſuper Ioā-  
nem, & epiſtola quadam ad Paulinū refert,  
in concilio Paleſtino damnatum Pelagianum,  
eo quod diceret, nō eſſe liberum arbitrium.  
Et tandem Magiſter ſen. & vniuerſi Doctores  
ſcholæſtici ſecundo loco citato Doctores  
ſacris ſubſcribunt.

Tertio medio probamus libertatē arbitrij  
rationibus etiam naturalibus: experientia  
enim ipſa, & lumen noſtrum naturale eam  
maniſeſte oſtendūt. Neque perfectus aſſen-  
tior meditare quæ diſcipuli ſcribunt, quam  
me ſubefſe poteſtati, ea dictare, vel non dic-  
tare. Ideo Ariſtotiles merito dicit, negātes  
liberum arbitrium, non rationibus, ſed ver-  
beribus conuincendos eſſe: & a priſimū eſ-  
ſe, huiusmodi hereticos, vt ab hac inſania re-  
ſpiſcerent, in fornacem mittere, & eos roga-  
re, num poſſimus in de illos extrahere, vt pē  
na tormentis coacti veritatem agnoſcerent.  
Quid quod vnicuique potētis cognoscitiuæ  
Deus hūc appetitū eiufdē generis & naturæ  
accommodauit, cū igitur intellectus noſter na-  
tura ſua ſit in vtrāque parte ratiocinariuus, vt  
quilibet in ſe experitur, & appetit noſter na-  
tionalis, hoc eſt volūtas, qui ſibi reſpōdet, li-  
ber ad vtrālibet, & natura ſua in vtrāque par-  
tē cōtradictōnis indeterminatus. Tū etiam

qui libertatē arbitrij à nobis tollunt, ſtipites  
& truncos nos faciūt, quāſi enim locus eſſet  
cōſilij, præiis & præmijs, ſi nullum liberum  
arbitrium haberemus? Vnde Auguſtinus, Si  
non ex gratia, quomodo Deus ſaluat mun-  
dum? & ſi non eſt liberā arbitrium, quomodo  
Deus iudicat mundum? nō erat morbus,  
cur fruſtra medicus? ſi ex nobis liberum,  
quāſi ex nobis, cur dicit Dñs, Sine me nihil  
potēſtis facere? & ſi nihil poſſumus, quomodo  
ait Paulus, Omnia poſſum in eo qui me  
confortat? Item, quia ſi liberum arbitriū nō  
haberemus, nullum ergo opus, quantumcū-  
que prauum & rectę rationi diſſonum, pec-  
catum erit. Quis enim peccat in eo quod  
vitare non poteſt? Vnde Auguſtinus, Pecca-  
tum ad eō voluntarium eſt malum, vt nullo  
modo ſit peccatum, ſi voluntarium non eſt.  
Et qui pertinaciter contrarium ſuſtinent, at-  
tendant quid in ſe quotidie experiantur, &  
volentes, ac nolentes cogentur veritati aſ-  
ſentire. Si enim fieri non poſſunt, quæ non  
ſunt, neque vitari, quæ ſunt, nemo vti-  
que vel in ſe, vel in alio, culpæ quidquam po-  
teſt tribuere, neque mala opera noſtra in  
Deum poſſunt refundi, nam ſi ea quæ Deus  
præcipit, aut conſultat, longiſſimā pecca-  
to ſunt, quomodo peccata Deo tribui poſ-  
ſunt? Vnde Iacobus ipſa Dei bonitate ad-  
monitus dicit, Nemo cūm tentatur, dicat quod  
à Deo tentatur, Deus enim intentator ma-  
lorum eſt, ipſe autem neminem tenet, & ſi  
ad malum non hortatur, neque inſtigat, qua  
ratione neceſſitatem inferit? Conſtante er-  
go aſſerendum eſt, omnia operum noſtro-  
rum vitia, & defectus omnes, nobis, ſed non  
Deo debere imputari, nos enim ſumus, qui  
ad mala opera ipſius generali concurſu abu-  
rimur, cū ille paratiſſimus ſit nobiſcum  
ad bona cooperari. Et quædam modum nemo  
imputat fabro homicidium gladio ab ipſo  
bona intentione facto perpetratum, neque An-  
gelo motori orbium celeſtium mala quæ per  
eorum inſluxum facimus, neque vitium ma-  
le ambulationis claudi in tibiā detortam  
reiſcimo, neque vitium ſcripturę exarate ab  
optimo ſcriba in papyrus malum, aut in ca-  
lamum male temperatum: ita proſus neque  
peccata noſtra Deo imputari debent, qui au-  
xilio ſolum generali ad ea concurrit, ſed no-  
bis, qui ab ipſius lege deſectimus, & claudi-  
camus, & ipſius inſluxu in malum detorque-  
mus. Quod ex eo cōſtat, quia in moralibus  
ille, alicuius operis iudicatur cauſa, qui, lege,  
cōſilio, fauore, ope, aut perſuaſione ad illud  
mouet:

Auguſt. de  
vera reli.

Auguſtin.  
epiſt. 46  
cap. 14

Iacob. 1

Sap. 14

habac.

Oſez. 13

Auguſt.  
8: quæ-  
ſtionum.

ſynodus  
Tridentina

1. Propoſi-  
tio

2. Propoſi-  
tio

mouet: Deus vero, licet generali concurſu  
nobiscum ad peccata concurrat, non tamen  
præcipit, neque conſultat, neque ſuadet, neque  
præmiat, neque illa approbat. Vnde Salo-  
mon, Odiō ſunt Deo impius, & impietas ei-  
us. Et Habacuc. Mundi ſunt oculi tui, ne  
videas malum, & reſpicere ad iniquitatē nō  
poteris. Et per Oſeam, Perditio tua ex te Iſ-  
rael, tantummodo ex me auxilium tuum. A  
nobis ergo ipſis eſt, quod deſicimus, quod erra-  
mus, & quod perimus: ille ſemper ſtat ad o-  
ſtium, & paſſat, ſemper vocat, ſemper allicit,  
ſemper hortatur, & inſtigat ad bonum. Ideo  
verſiſſime Auguſtinus inquit, Deo auctore  
nemo ſit deterior. Et ſententiā Fulgentij ab  
omnibus receptiſſima eſt, nempe Deus non  
eſt auctor eius, cuius eſt vltor. Quare iure  
optimo Tridentina ſynodus contra omnes  
hos hereticos, ſeſ. 6. Can. 5. ſic diſſinit; Si  
quis liberum hominis arbitrium poſt Adæ  
peccatum amiſſum & extinctū eſſe dixerit,  
aut re eſſe de ſolo titulo, imo titulo ſine re, ſi  
gmentū denique à Satana inuentū in eccleſia,  
anathema ſit. Et Can. 6. Si quis dixerit, non  
eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas fa-  
cere, ſed mala opera, ita vt bona, Deū opera  
ri non permiſiſſe ſolum, ſed etiam proprie,  
& per ſe, adeo vt ſit eius proprium opus nō  
minus proſedit Iudæ, quā vocatio Pauli,  
anathema ſit.

Vnde dubium eſt phyſicum, quare cū nō  
ſolum homines ſint vnius ſpeciei, ſed etiam  
vires ipſę & potentia; imō, vt ſupponimus,  
ex ſe vna non eſt perfectior alia, cū hoc in  
quā ita ſit, vnde prouenit, vt vnus homo v-  
ſum rationis habeat, & alius non? Item cur  
in infantia, & in aliquibus etiam in adoleſcē-  
tia non ſit, cū idem ſit omnino intellectus  
in pueritia, & in ſenectute? Pro ſolutione, eſt  
prima propoſitio. Hęc differentia proueni-  
re non poteſt ex parte intellectus aut volun-  
tatis. Propoſitio hęc clariffima eſt, quia li-  
cet in dubij reuocetur, an intellectus vnius  
perfectior ſit alterius, nō tamen tā inæqua-  
litas eſſe poteſt, vt amentiam aut ſanitatē  
cauſet. Tum etiam quia de infantia & ado-  
leſcētia ratio haud aſſignari poſſet, niſi egedē  
potentię ſint. Et ſecundo probatur, quia ſi  
cauſa inſtante ex parte intellectus aut  
voluntatis proueniret, tunc etiam in ani-  
mabus ſeparatis inueniretur: quod nedum  
abſurdum, ſed impium eſt aſſerere. Se-  
cunda propoſitio. Talis differentia non ex  
aliquo habitu concreto à natura, vel in  
intellectu, vel in voluntate prouenit, qui

ſcilicet, in vno homine, & non in alio ſit,  
vel in puero, & non in adulto. Hoc patet,  
quia anima noſtra in principio ſui eſt tan-  
quā tabula rata eſt, vt tertio de Anima, cō-  
men. 14. et ſi qui habitus in illa ſunt, ſolum  
primorum principiorum ſunt, qui omnibus  
communes ſunt: & tranſiens à vigilia in ſom-  
num, non aliquem habitum perdit, neque à  
ſanitate in dementia, neque e cōtrario à  
dementia ad ſanitatē rediens habitum ali-  
quem acquirit. Tertia propoſitio, Deſectus  
& priuatio vſus rationis, ſemper velut pluri-  
mum ex defectu & imperfectione partis ſen-  
ſitue, cogitatur, hoc eſt à ſenſibus maxime  
interioribus prouenit. Probatur primo in  
pueris in quibus cū rationales potentia  
perfectę ſint, ratio reddi non poteſt, quid  
in cauſa huius priuationis ſit, niſi ex ſen-  
ſitiua parte. Item neque in dormientibus, ne-  
que in ſomniantibus. Secundo, quia cū in  
intellectu nihil ſit, qui prius in ſenſu fue-  
rit, primo Poſteri. & neceſſe ſit phantaſma  
ta ſpeculari. 3. de Anima, corruptio & im-  
perfectio in ſentiendo neceſſe eſt quod  
redundet in intellectu. Hęc ergo ſuffi-  
ciens cauſa eſt priuationis vſus rationis.  
Et confirmatur, quia diuerſitas ingeniorum  
ſolum ex differentia ſenſuum prouenit.  
Vnde Ariſtotiles ſecundo de Anima dicit,  
quod carnes molliores, & delicatiores ſunt  
aptiores, & ingenioſiores: quod ideo eſt,  
quia omnes ſenſus in tactu ſenſu fundan-  
tur, vt illi ipſe dicit, qui in carne perfe-  
ctiori perfectior eſt. Hanc conſequentiam  
probat Sanct. Thom. 1. parte. q. 84. artic.  
2. vbi probat, ligatis ſenſibus ligari intelle-  
ctum. Et Ariſtotiles libro de ſomno & vi-  
gilia reddit rationem, quare ſenſus ligan-  
tur in dormientibus, quia ſcilicet vapores &  
humores ſumoſi ad cerebrum reſoluuntur,  
& quanto ſenſus ſoluuntur, tanto ratio ligan-  
tur: totū ergo prouenit ex parte ſenſuum:  
ſed hoc ad medicos. Hoc ſcimus, eos qui  
æquo modo ſe habent in ſenſibus, vt in pluri-  
mum equaliter ſe habere circa vſum ratio-  
nis. Quarta propoſitio, Appetitus ſenſiti-  
uus poteſt eſſe cauſa priuationis vſus ratio-  
nis, hoc eſt, dato quod quis habeat vires ſen-  
ſitiuas conuenienter diſpoſitas ad ſuum v-  
ſum, ex vehemēti tamen paſſione poteſt  
quis vſum rationis perdere. Hoc patet, quia  
vt Ariſtotiles. 6. & 7. Ethico, ait, Per-  
turbationes impediunt iudicium rationis,  
ſic enim in agendis iudicat homo, ſicut af-  
fectus eſt. Et ideo Ariſtotiles ait, quod conſtru-

3. Propoſi-  
tio

4. Propoſi-  
tio

ti in perturbationibus, eodem modo se habent, sicut dormientes, furiosi, & ebrij, & eo modo falluntur: & ideo incontinentes impossibile est esse sapientes, aut prudentes. Si ergo perturbationes appetitus sensitivi vsum rationis impediunt, tantum ergo crescere possunt, quod omnino tollatur. Et Aristoteles Ethico. septimo, expresse affirmat, quod ita & veneris cupiditas, & his similia nonnullis in furorem & insaniam adiungit. Et comicus minime miratur eos qui ex iniuria insanire incipiunt. Et hinc fit, regulariter iudicium rationis non impediti, neque perturbari, nisi prius turbido sensum. Quinta propositio, Probabile est omnino, illa rectitudine posita ex parte sensitiva, vsum rationis tolli posse per habitus in voluntate existentes, puta, ex odio vel amore ipsius voluntatis. Probat, quia, vt Aristoteles. 6. Ethico. tradit, & experientia docet, mali habitus perturbant iudicium rationis, tantum ergo crescere possunt, quod virtutes naturales intellectus superent, & potestatem deliberandi omnino tollant: quia si difficultatem inferre possunt, ergo omnino impedire. Confirmatur, quia mali habitus sic possunt rationem perturbare, sicut passiones: si ergo passiones, quare non mali habitus? nam licet verum sit, quod eo casu sensus turbantur, prior tamen videtur turbatio rationis. Et confirmatur, quia species non intellectus, sed sensus recipit ad vsum vero rationis discussus ac ratiocinatio requiritur. Dato ergo sensum comode species administrare potest, tamen aliunde ab vsum ratio impediti. Quod si hoc verum est, potest ergo aliquis furere, non tamen ex imperfectione sensuum. Dixi hanc propositionem probabilem, non tam omnino certam, quia ex hoc videtur sequi, eum qui ita insaniret in corpore, posse & extra corpus in insaniam perseverare, quia mali habitus in animabus damnatis perseverant: & sic in inferno essent aliquae animae non habentes vsum rationis. Licet possit responderi, quod habitus quidam esse non possunt circa omnes materias, sed tantum circa raras: & sic intellectus habens illos malos habitus, remaneret liber circa omnes alias materias. Neque inconueniens esset, quod anima aliqua separata circa materiam aliquam insaniret: sicut maniacis accidit. Quod de passionibus non ita est, nam ex illis corpus commouetur, & ipsum instrumentum vel organum vitium sensitiuarum corrumpitur, quo corrupto ad aliquam operationem non manet idoneum: quod experientia docet in his qui sensu aliquo sunt laesi. Sexta propositio, Nulla dispositio qualitatum naturalium sine speciebus sensibilibus est sufficiens ad vsum rationis, hoc est dicere, quod quantumcumque organum optime esset dispositum per qualitates naturales etiam ad species recipientium, non dicitur vsum rationis habere. Hoc patet, nam ad consultandum & iudicandum, quid vitandum, quidve prosequendum, multitudo specierum requiritur. Nam ad bene consultandum in agendis requiritur memoria praeteritorum, & intelligentia praesentium, & prouidentia futurorum, vt Cicero secundo Rheto. & Aristoteles secundo Ethico. dicunt, quia virtutes intellectuales experientia & tempore indigent: neque potest homo de contingentiis iudicare, nisi ex his quae vt in plerimum accidunt, quae sine memoria cognosci non possunt. Vnde si quis species omnes amitteret, quantumcumque organa bene disposita manerent ad recipientium nouas species, constaret quod ille vsum rationis non haberet. Septima propositio, Ad hoc quod aliquis perueniat ad vsum rationis, maxime conducit doctrina, educatio, & institutio, hoc est dicere, quod ceteris paribus, si quis bene instruat inter homines ciuiles, citius perueniat ad vsum rationis, quam si inter rusticos educetur. Patet haec, quia ad vsum rationis non solum acquisitio specierum requiritur, sed etiam ordinatio: ad hoc autem institutio plurimum iuuat, ergo. Ex quo sequitur equalis in naturalibus, non equali tempore peruenire ad vsum rationis. Et ex dictis patet, quod aliquem habere, vel peruenire ad vsum rationis, nihil aliud est, quam ad talem statum peruenisse, quod praesentato obiecto aliquo circa quod contigit operari, potest propinqua sufficienter deliberare possit, & consultare, quid agendum, aut quid vitandum sit mediante vel immediate. Quod addimus, quia non oportet, vt quicquam habet vsum rationis, per seipsum cognoscere & iudicare possit quid sit agendum, vel quid vitandum: sed fat est, vt hoc possit per se, vel per institutionem, vel per instructionem aliorum: & ipse sit capax iudicij, iuxta illud Aristoteli. 1. Ethic. Optimus quidem qui ex se omnia nouit: & rursus bonus qui parat recta moneri: quauis iugenuus faceret longe facilius esse intelligere, & cognoscere, quos vsum rationis

rationis habeat, aut non habeat, quam expediere quid hoc sit: illud enim vel idiotae, & in eruditum cognoscunt, & ames a sanis discernunt: hoc vero neque philosophis facile est explicare, nam & hoc ipsum quod diffinitum calumnia non cretam ignorantes, & in moribus alias errantes, vt sunt haeretici, consultare & iudicare quid agendum, quid vitandum, non sunt sufficientes, alias non ita longe a veritate aberrarent, & tamen eis vsum rationis non negamus: non ergo hoc requiritur. Licet responderi ad hoc possit, assumptum negando, quia omnes illi sufficientes sunt, errant tamen ex prauo affectu, vel ex negligentia sua. Haec tamen physica sunt, de quibus non oportet theologum: adeo sollicitum esse.

6. Propositio

7. Propositio

Pro Diuo Hieronymo sufficientissima est defensio, ex eo quod in epistola. 3. ad Damasum Papam scribit, sic inquitens, Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichaeo dicunt hominem peccatam vitam non posse, quam illos, qui cum Ioviniano asserunt, hominem non posse peccare: vterque enim a se arbitrii libertatem. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare, & non peccare posse, vt scribit per nos liberi confitemur arbitrii. Secundo dicimus, Hieronymum non damnare loco citato sententiam Catholicam, quam de libero arbitrio diffinimus, sed superbum atque insolens dogma Pelagij, qui, auxilio Diuinae gratiae excluso, hominem asserere bar ex scientia legis, & ex virtute propriae voluntatis posse ad imitationem Dei omnino fieri impecabilem, & aeternae felicitatis possessorem.

OCTAVVM QVAESITVM.

An clericis barba capillive tondenda sint.

**H**ieronymus commentario. 13. in explanatione horum verborum, sacerdotibus caput suum non radat, Ezecch. 44. his verbis ea explicat, Quod autem sequitur, caput suum non radat, &c. & perspicue demonstrat, non radant capita, sicut sacerdotibus cultoresque; Iudis, atque Sarrapis non

Ezech. 44

esse debere, nec rursus comam dimittere, quod proprie luxuriosorum est barbarorum, quae, sed vt honestus habitus sacerdotum facie demonstraret, neque caluitium nouacula esse faciendum, neque ita ad presum esse tondendum caput, vt rasorum similes esse videamur. Et post pauca, Rasa capita habet superstitio Gentilis. Et lib. 6. in Esaiam explicans illud, In cunctis capitibus caluitium, & omnis barba radetur, &c. ait, Si quid virilitatis haberi videbatur in barba, rasum a viro ecclesiastico effeminatum & debile comprobatur. Et iterum libro. 3. in Esaiam edisserens illam Dei comminationem, In die illa radet Dominus in nouacula, &c. inquit ergo in ista nouacula acutissima, hoc est in rege Syriorum, omnes capillos, decoremque barbae, quod virilitatis inditium, est, radet Dominus de Iudea, vt nihil in ea forte, nihil plachrum resideat, sed effeminatis hominibus, imo ignominiosis mulieribus comparetur. Epiphanius Salamine episcopus in tertio Panathy volumine aduersus Massilianos, asserit, inquitum esse ab Apostolis ex auctoritate Diuinae scripturae, ne barba radetur. Eius verba haec sunt, Ne corrupas, hoc est ne feces capillos barbae, neque meretricio more, ob comam efferas. Clemens etiam Alexandrinus Origenis praceptor, libro tertio Pedagogij, cap. 11. sic scribit, Vitorum capilli nec a capite nitium dimittantur in comam mulierum dilabentes, viris enim barba sufficit, quod si quis etiam barbam non nihil tondent, ea tamen non est omnino denudanda: est enim turpe spectaculum. Platonographus barbae coma delectatus inquit, Sicut vnguentum quod descendit in barbam Aaronis. Cum barba decorem conduplicacione laudasset, vulsum exilarauit vnguentum Domini. Capilli ergo tondendi sunt, non nouacula, est enim hoc illiberale, sed tonsorem forpicibus: barbae autem pilli, qui nihil molestiae adferunt, non sunt vexandi, vt qui vultui grauitatem adferant, & quendam patetnam errorem incitant.

Esa. 7.

Esa. 7.

Haeretici nouelli ex his dictis patrum sacrosanctis, conuicti, & blasphemis insectantur, tam clericos, quam monachos, qui religiosum institutum radendi verticis & mentis seruant. Et Hortensius quendam libellum huius argumenti scripsit particula rem, retorquens loca haec scripturae. Nam de rasura interdictionem scriptam esse dicit in Ezecchiele, Sacerdotes caput suum non radent. Et de Samuele. sacerdote,

Ezech. 44

Hortensio, quae tonsuram & rasuram prohibere videntur, id de facto non prohibet, sed tantum inhihent peruersam intentionem ac prauam consuetudinem tendentium, & rudentium: ex quibus alij vana superstitione persuasi, seipfos radebant ad imitatione Gellitium sacerdotu, alij muliebri quada molli- tie inducti, barbam radebant, vt seipfos effe minarent. Sicut Suetonius de Iulio Caesare scripsit, ea diligentia ac morositate barbā ra- sisse, vt pillos etiani non sine calumnia velle- ret. Et Othonem quotidie faciem rasisse, ac pane madido linisse, idque instituisse a pri- ma lanugine, ne barbatus vnquā esset. Hunc igitur impiū vsum & improbū radendi ton- dendiq; more damnat Hieronymus, & cum eo Epiphani⁹, & Clemens Alexandrinus.

NONVM QVAESITVM.

An ea, quae Daniel de Susanna & hymno puerorum scripsit, vera sint, an hagiographa?



Hieronymus in praefatione translationis in Daniele, in verba haec, Anno tertio regni Ioaehim, &c. Dani. i. ita scribit. Haec idcirco refero, vti difficultatem vobis Danie- lis ostenderem: qui apud Hebraeos, nec Susannae habet historiam, neque hymnū trium puerorū, neq; Belis draconisq;ue fabulas, quas nos, ne videremur apud imperitos ma- gnā partem voluminis detruncasse, subieci- mus. Audiuī quendam de praceptoribus Iudaeorum cū Susannae historiam deride- ret, & a Graeco nescio quo diceret esse con- fectam. Deinde tantum fuisse orti tribus pue- ris caullabatur, vti in camino effluantis incē- dij metro luderent, & per ordinem in laudē Dei omnia elementa protocarēt. Aut quod miraculum: Diuineq; aspirationis inditiū, vbi diaconem interfectum ossa picis, vel sa- cerdotem Belis machinis deprehensiq;ue magis prudentia soletis viri, quam prophē- tali essent spiritui perpetrata: Cū vero ad Habacuc veniret, & de Iudaea in Chaldeam raptum disciphonum lectitaret, quarebat exemplum, vbi legissemus in toto veteri Te- stamento, quae quantū sanctorum graui volaf- se corpore, & in puncto horae tanta terrarū spatia transisse. Cui cū quidā ex nostris Eze-

chielem adduxisset in mediū, & diceret eum de Chaldaea in Iudaea translatum fuisse, deri- sit hominem: & ex ipso volumine demōstra- uit, Ezechielem in spiritu se vidisse transpo- situm: sicut Paulus de se, cū raptus fuit, dixit, Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. His argumentis apocriphas in libro ecclesiae fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelin- quens, illud admoneo, non haberi Danielelem apud Hebraeos inter prophetas, sed inter eos, qui hagiographa cōscripserunt. In tres siquidem partes omnīs ab eis scriptura diui- ditur: in legem, in prophetas, & in hagiogra- pha. Rufinus lib. 2. inuectiuarum ob tria cū- minatur Hieronymum. Primum, quod hor- tatus Barabae Iudaei praepetoris vii Danie- lis volumē abiecerit, cum eum ecclesia per quadringentos annos legisset. Secundum, qd- trium puerorum hymnum, quem maximē diebus soennibus ecclesia cātaret, loco suo dimouerit, & absceiderit. Tertium, quod Da- nielem dixerit, non esse habendum inter prophetas.

Danielis librum haeretici falso nomine cō- scriptum, & multas fabulosas narrationes cō- tinere affirmant, quod Anabaptistae ex fontē- bus Manicheorum hausert, qui inter se dissidēt. Alij enim totum Danielis volumē, tanquam falsum reiiciunt. Alij tantū ea re- ciipiunt, quae Hebraei Danielis esse credūt, & sola inter hagiographa computant, quae in codicibus Hebraicis non habentur, sicut sunt hymnus trium puerorum, Susannae hi- storia, Belis narratio, ac Danielis in lacū de- iecti, & rapti Habacuc historia.

Haereticorum obiectiones haec sunt. Pri- mo, quia satis constat Danielelem, cuius gesta & visiones in praesenti volumine referūt, non esse Danielelem illum, qui inter sanctos viros, ac prophetas memoratur, quia nullatē- us ei accommodari possunt, quae de prophē- ta Daniele scriptis Ezechiel, qui eum re- censuit inter viros natu grandes, & coniuga- tos, filios & filias habentem. At Daniel, de quo hic liber loquitur, tribus pueris, Ana- nia, Azaria, & Misael comparatur, & inter eunuchos regios enumeratur. Et Hiero- nymus lib. 1. aduersus Iouinianum, spandē illum fuisse, confirmat. Secundo, quia liber non a Daniele propheta, sed ab incerto au- thore post tēpora Antiochi cōscripsit, qui non futura praedixit, sed praeterita narra- uit. Cuius rei argumentum est, quod visionē de leone, vfo, & pardo, & rebus a Nabacho donofor

Ezech. 3.

i. Cor. 12.

Dani. 13. Dani. 14.

Ezech. 14.

donofor vsque ad Antiochum gestis, respon- dent: sed in his, quae post Antiochum vsque ad haec nostra tempora praedixit, quoniam vates nō erat, seipsum, & eos qui ei crediderūt, fecellit, quia eorū quae de quarta bestia, hoc est, de quarta Romanorum monarchia praedi- dit, nihil impletum est. Describens enim decem cornua, hoc est, decem reges eodem tempore in regno Romano sessuros, & paruum regem super illos ascensurum, visum non est. Tertio phrasis, non Danielelem, sed Graeculum quendam Iudaeis amicū, autho- rem libri fuisse indicat: qui tametsi tā Chal- deum, quam Hebraeum sermonem facile mē- titus sit, non tamen potuit tandiū imposturā celare, quin se proderet in calce voluminis Graecum, cū Danielelem Graecis allusionibus presbyteris respondētē induxit, & eductis verbo scindere, & secare à nomine ilice, quo- rum etymologia, neque Hebrae, neq; Chal- deae coaptari possunt. Quarto, quia negari non potest magnam huius voluminis partē consistam fuisse, velut id quod de adoratio- ne Danielis in eo legitur. Nefas enim est, Da- nielem passim se adorari, & tanquam Deū sacrificio adhibito à potentissimo rege suo colli, cū Paulus eundem honorem à Lycao- nibus, scisis vestibus, fuerit execratus. Simi- liter hymnus trium puerorum suspect⁹ est, nam vltra id quod verisimile non est, vt in medijs flammis luderent, & omnia elemen- ta per ordinem ad Dei laudem inuocarent, etiā in Hebraeis exemplaribus nullibi in- uentur. Quinto, historiam Susannae, quam ab authore Graeco scriptam praedictē ety- mologię illis & lentis vetustissimi eccle- siae Patres, vt cōstitam reiiciunt, vt Eusebius lib. 6. Ecclesiasticae histor. c. 23. refert, & Origenes asserit, nequaquam Iudaeorum com- mentus, & fraudibus auscultandum, sed hoc solum pro vero habendum in scripturis Di- uinis, quod septuaginta interpretes transu- lerunt: & ita Origenes existimauit, Simachi fontē, vel Theodotionis fraudem fuisse. Prae- ter haec tempus iudicij Susannae cōstare nō videtur, nam contigit post mortem Astagis, Medorum, ac Persarum rege regnante Cy- ro, qui Astagis regnum suscepit, quo tem- pore vt ex eodem libro constat, Daniel non puer erat, sed sexagenario maior apud Cy- rum in honore vivebat. Sexto, quia Belis destructio, & Habacuc translatio, Danielē in lacum Ieonum fabulose sunt, nā praeter quod draco ille ad imitationem Mi- norum Cretenis ossa picis fingitur interse-

Dani. 3.

Acto. 14.

Dani. 13.

ctus, & fraus sacerdotū in personae eius etis deprehensa, quod sine spiritu prophētico, a quocunq; vel mediocri ingenij homine fieri potuit, hoc accidit, quod auctor fabulae sibi non constat, qui cum prus dixisset Da- nielem vna tantum nocte fuisse in lacu, postea scribit, septem diebus in lacū permansisse, & a propheta Habacuc prandio tefectu. Vltimo, quia prudentissimus Iosephus hu- iusmodi narrationis cū Daniele gesta in de- cimo antiquitatum libro perscriberet, tan- quā fabulosas tamen omisit. Et Hierony- mus in praefatione Danielis eas fabulas ap- pellauit, & a reliquo Danielis volumine de- truncavit, & assumpta argumētū Iudaei per- sona, multis illas confutauit. Et in praefatio- ne commentariorum in Daniele irridentis harum fabularum defensores, inquit, Minor quosdā querulos indignari mihi, quasi ego detrauerim librum, cū Origenes & Euse- bius, & Appollinaris, alijq; ecclesiastici vi- ri, & Doctores Graeci, has, vt dixi, visiones non haberi aq; Hebraeos fatentur.

Cōmunis consensus Patrum est, qd ea quae in libro Danielis ab ecclesia leguntur veris- sima sunt, idque ostendunt certissimē euen- tus eorum rerum, quae in ipso, multis ante fe- culis quam euenirent, praedicta inueniuntur: & vt inquit Iosephus, non solum futura praedixit, quod omnibus prophētis cōmune est, sed etiam quo tempore, & sub quibus regi- bus, numeratis per ordinem annis, quib⁹ eue- nire debeuerat, certissimē praedixit: cuius prophētae tanta fides fuit, vt incredulis ho- minibus non videatur futura dixisse, sed praeterita narraffe. Nihil enim ferme de qua- tuor monarchijs Babylonum, Persarū, Grae- corum, ac Romanorum, in historijs gērium continetur, quod non in libro Danielis an- te plura secula praenuntiatum legatur. Vnde recte Hieronymus in praefatione cōmen- tariorum Danielis dixit, ad intelligendum hunc librum multiplici Graecorum & Lati- norum historia, opus esse. His accedit con- sensus sacrorum voluminū, tam veteris, quā noui Testamenti, Danielis prophētis at- testantium. In. 1. Machabeorum volumine Mathathias morti proximus filios suos hor- tatur ad legis obseruantiam, & tormentorū tolerantiam, acceptis ex hoc libro exem- plis trium puerorum, qui de camino ignis arden- tis liberati sunt, & Danielis, qui de ore leo- num saluatus est, & Christus excidiū vrbis, & templi Hierosolymae, abominationē a Da- niele propheta praedictam denūtiat. Et Pau- lus

Dani. 6.

Dani. vlt.

1. Mach. 2. Math. 24.

Dani. 9.

Hebr. 11.

lus

Dani. 3.

Dani. 14.

lris trium puerorum. & Danielis meminit, cū ait, Extinxerunt impetum ignis, ob urbanae ruit ora leonum. Quibus testimonis additur, quod per omnes ecclesias semper inter prophetas Danielis volumē annueratum fuit, & vna cum hymno trium puerorum, & historia Susannae, Belis, & Habacuc in auctoritate receptum, vt testantur Rufinus libro. 2. aduersus Hiero. & Augustinus sermone de sanct. s. 47. & Origenes homi. 1. super Leuiticum, inquit, Angustiae mihi sunt vndiq; Ecclesia vero quotannis hanc historiam Susannae Quadragesimali tempore in sanctis missa mysterijs legit, ac simili honore historiam Belis, draconis, & Habacuc eodem tempore legens, veneratur. Et tandem Synodus Tridentina, sessione. 4. qua recipit, & assignat numerum veteris & noui Testamenti, inter quatuor prophetas maiores, Danielē annuerat, & diffinit, Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones praedictas sciens & prudens contempserit, anathema sit.

Pro defensione Hieronymi, ipse criminationibus obiectis occurrens lib. 1. inuictuarum aduersus Rufinum, eidem sic respondet. De Daniele autem breuiter respondebo, ne non negasse eum prophetam, quem statim in fronte prologi prophetam esse confessus sum, sed quid Hebraei dicerent, & quibus argumentis suam niterentur probare sententiam, voluisse monstrare, & docuisse lectorē, ecclesias Christi hunc prophetam iuxta Theodotionem legere, & non iuxta septuaginta translatores, quorum si in isto libro editionem dixi multum a veritate distare, & recto iudicio ecclesiarum Christi reprobata, non est meae culpe, qui dixi, sed eorum qui legunt. In promptu sunt quatuor editiones, Aquile, Simachi, Septuaginta, & Theodotionis. Si ecclesiae iuxta Theodotionem legunt Danielem, ego quid peccauis, si ecclesiarum iudicium secutus sum? Quod autem refero, quid aduersus Susannae historiam, & hymnum trium puerorum, & Belis, draconis fabulas, quae in volumine Hebraico non habentur, Hebraei soleant dicere, qui me criminantur stultum, se scopas probant. Non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explacui. Quorum opinioni non respondi in prologo breuitati studens, ne non praefationem,

sed librum viderer scribere. Puto quod statim subiecerim, dixi enim, de quo nō est huius temporis differere. Et tandem concludit contra Rufinum, Qui istiusmodi penias cōsecratur, & scripturae Hebraicae veritatem non vult recipere, audiat libere proclamantem, nemo cogitur legere quod nō vult, ego tentibus scripsi, non falsidiosis, gratias, non inuidis, studiosis, non oscitantibus: & tamen miror, quomodo Theodotionem hereticū, & Iudaizantem legit, & qualiscunque peccatoris Christiani translationem falsidit.

His habitis ad rationes haereticorum respondetur. Ad primum, quod ab Anabaptistis affertur argumentum respondetur. D. Hieronymus lib. 1. aduersus Iovinianum, in his verbis, Dicimus Ezechielem Danielis, non viri, sed adhuc pueri meminisse. Si vero aliquis illud opposuerit quod in Ezechiele dicitur Noe, & Daniel, & Iob in terra peccatrice filios & filias suas liberare non posse, respondendum est, quod iuxta hypothesein didū sit, neque enim eo tempore Noe & Iob erāt, quos multis ante saeculis fuisse cognouimus: & est sensus, Sitalis & tales viri fuerint in terra peccatrice, filios & filias suas liberare non poterunt. Annueratus autē puer Daniel inter duos grandes viros, vel quia adhuc puer notus erat populo, aut propter interpretationem formiorum regis, aut propter Susannae libertatem, & occisionem praeyerorum annueratur etiam inter viros illos coniugatos, non quod coniugem & filios habuerit, sed quia tres illi viri, vt idem Hieronymus existimat, magnam praeceteris calamitatem ac felicitatem in tribus diuersis statibus experti sunt, Noe vidit seculi prosperitatem ante diluuium, ruinam in diluuiō, reparationem eius post diluuium. Iob vidit felicitatem suam, deinde vidit filiorum ac omnium honorum suorum interitum, rursus vidit se restitutum. Daniel vidit se charum ante captiuitatem, deinde vidit se captiuum, deinde vidit se ad regnum sublimatum. Quod vero Rufinus objicit Hieronymo, negasse Danielem esse prophetam, ipse respondet, se id non negasse, sed tantum quod Hebraei dicerent, indicasse.

Ad secundum respondit idem Hieronymus 7. c. in Danielem, in his verbis, Ergo dicamus quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt, in consumatione mundi, quando regnum Romanorum destruendum est, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant, & vndecimum surrecturum esse regem

gem parauit, qui regē Aegyptiorū, Africae & Aethiopiae superaturus sit, quibus interfectis & illi septē reges victori colla submittent. Cui consonat quod in Apocalypsi scribitur de bestia habente decem cornua, vbi Angelus visionem illam exposuit, dicēs: Decem cornua quae vidisti, decē reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient. Cū igitur tot modis refelli queat Porphyrii calumnia, nihil contra veritatem concludit.

Ad tertium, quod de etymologia inducitur, nihil probat. Facitur enim historia Susannae, cuius ea verba sunt, vt Hieronymus, & Patres omnes testantur, neque in Hebraeo legi codicē, neque ab Hebraeo scriptore, sed a pio quodam Graeco iuxta facti veritatem Graeco sermone scriptam, deinde vero iudicio Apostolice ecclesiae additam sub fine libri Danielis, tanquam rem tali propheta dignam.

Ad quartum respondet Hieronymus. 3. c. in Danielem, quod rex non tam Danielem, quam in Daniele adorauit Deum, qui mysteria reuelauit. Quod & Alexandrum Magnum regem Macedonum in Ioyada pontificis fecisse legimus. Secundo respondetur, Nabuchodonosor magis radine lignorum, & stupore cōsulum, ignorasse quid faceret, quod a Iosepho apud Pharaonem & Aegyptium factum legimus. Et in Mardocheo apud Assuerum. Et ad id quod Anabaptistae opponunt, Paulum talia recussisse, respondetur, quod Paulus idcirco vestes discidit, quia vidit Liciones illis honoribus, nō Deum in se, & in Barnaba, sicut Nabuchodonosor in Daniele colere voluisse, sed tanquam Deos impiorum gentium Iouem, scilicet, ac Mercurium, stulta quadam opinione cōmotos, venerari voluisse. De hymno vero trium puerorum, credimus a pueris illis in camino ignis fuisse cantatum, neque mirum quod in flammis metro lusierint, ac per ordinem ad ad Dei benedictionē singulas creaturas pro uocarent, cū ex Dei benignitate multo maiora & mirabilia potuerint, deambulare scilicet per medios ignes intactis vestibus, & capillorum suauitatis illesis.

Ad quintum, de sententia Origenis respondetur, quod tantum absit a sententia haereticorum, vt sententiam Catholicam longa & erudita epistola similibus confirmauerit. Sic enim in caetera epistola scripsit, Hec a me dicta sunt pro defendenda Susannae historia,

atque vtiā scripturae Susannae encomium celebrare possem, cū in singulis dictionibus immorando, tum senta exima ostendenda, id quod prius aliquis, qui studiose & abī de meditatō fuerit in Diuinis, cōponere poterit. De temporibus autem pueritiae Danielis, & liberationis Susannae, quae inter se differere videntur, sciendum est verba illa: Et rex Astiages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus regnum eius, quae in sine capitis. 13. leguntur, non pertinent ad statim supra cōmemoratam historiam Susannae, sed ad historiam Belis & draconis proxime in capite 14. sequentem, cuius tempus designatur: & cū dicitur, Rex Astiages appositus est ad patres suos, &c.

Ad sextum, de diverso dierum numero, quibus legitur Danielem fuisse in lacu leonum, quidam sequentes opinionem eorum, quos Hieronymus refert, duos distinguunt Danielē, sic dicentes, Danielem hunc, qui in historia Susannae, ac Belis & draconis ponitur, non esse eum cuius gesta in libro Danielis narrantur, sed alium qui nō fuit de tribu Iuda, & eunuchus regis Babylonis, sed sacerdos de tribu Levi. proinde nullam esse contradictionē, cū historia Susannae, Belis & Habacuc, ad librum Danielis non pertineat: sicut iuxta septuaginta interpretes, in titulo eiusdem historiae Belis ponitur: Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel filius Abda, conuiua regis Babylonis, &c. Haec illi. Sed nos controuersiam sic tollimus. Daniel non semel, sed ob diuersas causas in lacum nullus est: primum sub Dario Istaspe, quia contra eius edictum, Deum tuum intra triginta dies prohibitos adorauerit: & tunc vt 6. cap. huius libri legitur, vna tantum nocte in lacu fuit, & inde sequenti luce a rege extractus. Secundo vero iterum nullus est in lacum ob destructum Belem, interfectū draconem, sub Cyro rege, qui cū Dario Istaspe duobus annis, & post eum annos viginti duos regnauit, & fuit in lacu sex continuis diebus, & septimo a Cyro rege liberatus est. Neque mirum est, Habacuc ab Angelo ad Danielem delatum. Si enim permittit Deo, potuit diabolus saluatorem, ex deserto in templum, & ex templo in montem, in momento temporis, vt Lucas ait, ferre, cur incredibile videri debet, iubente Deo potuisse Angelum intra vnius horae spatium Habacuc de Iudaea in Chaldaeam corporaliter apparere.

Ad vltimum Iosephus lib. 10. antiquitatum,

e. 12. fatetur, has & multas alias sacras historias praterisse, non quia eas narratione sua indignas iudicaret, sed quia in antiquis Hebræorum libris scriptæ non essent, quos solos ille transferendis sumperat. Hieronymus autem Rufino sic respondet. Quod autem refero, quid aduerfum Susannæ historiam, & hymnum uicini puerorum, & Belis & draconis fabulas, non quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere solent, explicauit, & c. Quod si quis Hieronymum carpere velit, quod has historias ubiq; fabulas appellat. Respondetur, eum fabulæ nomen non a fabulando, sed a fando deduxisse. Nam & qui vera narrat communi gemitu locutione fabulari dicuntur. Sicut de duobus discipulis Lucas dicit, Dum fabularentur adinuicem, hoc est, colloquerentur.

L. 12. 2. 8.

DECIMUM QVAESITVM.

An sacre imagines colendæ sint.

**H**ieronymus in expositione illius, *Deo tres non colimus, statum quærescunt, non adoramus.* Ad elucidationem huius clausulæ his verbis utitur, Cultores Dei imagines adorare non debent, ergo iudices & principes seculi, qui Imperatorum statuas adorant & imagines, hoc se facere intelligant, quod tres putari facere nolentes, placuerunt Deo. Et notanda proprietates, deos colit, imagines adorari dicitur, quod utrumque seruis Dei non conuenit. Et in epistola Epiphanijs ad Ioannem Hierosolymoræ episcopum, ab ipso Hieronymo translata & approbata, hæc verba habentur, Cum uenisset ad uillam quæ Anablata dicitur, & uidissem lucernam ardentem, didici ecclesiam esse, in traui ut orarem, inueni ibi Belum depictum, habens imaginem quasi Christi: & cum uidissem in ecclesia Christi, contra auctoritatem scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illam, & magis dedi consilium eisdem modis eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent, & c. Rursum in alia epistola, quæ in actus septimæ Synodi citatur, idem author sic scribit, Stote memores dilecti filii, ne in ecclesiam imagines inferatis, neque in sanctorum cæmeterijs eas statuas, sed perpetuo circumserte Deum in cordibus uestris, quin etiam neque in domo eor-

um tollerentur: non enim fas est Christianum per oculos suspensum teneri, sed per occupationem mentis. Et idem confirmat in epistola ad Constantiam Anguliam. Ex his & alijs locis patrum hæretici cultum imaginum ab ecclesia relegantur.

Disputat Doctores scholastici de hac questione, 3. sent. dist. 9. & S. Thom. 3. par. q. 25. art. 3. in quo, supposito ex Philosopho libro de memoria & reminiscencia, q; imago dupliciter considerari potest, uno modo ut res quædam extrinseco modo ut est imago: addit q; motus in imaginem, ut res quædam est, distinguitur à motu in imaginem, ut imago est: motus uero animi in imaginem, ut imago est, idem est cum motu animi in rem cuius est imago. Secundo notat, quod imagini, ut res est, nulla omnino reuerentia debetur, quia reuerentia soli creaturæ intellectuæ debetur: imago uero, ut imago est, debetur reuerentia propter illud cuius est imago: quod Sabellius lib. 8. A Encad. tradidit, & Latini patros temporibus Caroli Magni his duobus uerbis, ex Græco translatis, concluderunt. Hoc Deus est, quod in imago docet, sed non Deus ipsa: hanc uideas, sed mète colas quod cernis in ipsa. His suppositis est conclusio prior Sancti Thomæ, Imago Christi est adoranda adoratione latræ. Probat, Christus est adorandus latræ adoratione, Christus uero & Christi imago (ut imago est) eadem omnino adoratione adorari debet, imago ergo Christi latræ adoratione est adoranda. Minorè probat ex eo quod supposuit, quia idem est animi motus in imaginem, ut imago est, & in rem cuius est imago: adoratio autem est animi appetitus, ergo & ipsius animi motus, ut exposuimus.

Dubium primum iuxta hanc materiã est, an imaginibus aliqua reuerentia sit debita. Durandus inter scholasticos Doctores tenet, primo, quod Crucis, in qua Christus pendit, nullus debetur honor propter tantum ad Christum, improprie tamen illi debetur honor, quia est signum passionis Christi. Ratio eius est, quia Crux non est subiectum capax honoris, neque per illum contentum excellentiam aliquam, aut uirtutem acquisiuit. Hoc asserit ad tertium argumentum. Secundo, inquit, imaginibus proprie nõ debetur aliquis honor aut adoratio. Ultimo ait, Quando Doctores asserunt imagines esse adorandas, & quod eas debemus adorare, debet sano modo intelligi, nempe sic adoramus imagines, id est, res representatas per ima-

ina-

imagines, & exemplaria imaginum: & quando dicimus nos imagines adorare, hoc non ex eo est, quia ipsas imagines adoremus, sed quia signa sunt recordatiua rerum, quas adoramus: cui moderni aliqui subscribunt, asserentes imagines uenerandas esse, non tamen adorandas. Nos tamen sententiam istam nedum falsam, sed temerariam & erroneã existimamus, maxime post diffinitionem Tridætinæ Synodi, sessione uiltima sub Pio. 4. Canon. 1. Egidius magistralis canonicus Hispani abiuratione. 8. asseritionem hanc tanquam hæreticã abiurauit, uidelicet, Imagines sanctorum non sunt adorandæ eadem adoratione qua adorantur ipsa prototypa & exemplaria, quia contrarium per concilia antiqua est diffinitum. Et abiuratione. 9. Cruci tantum debetur adoratio dulcis, est hæretica, & illa retracto. Et tandem coactus est cõfiteri, quod Crux est adoranda eadem adoratione latræ qua Christus Dominus adoratur, ut S. Th. artic. 4. diffinit asserens, quod Crux in qua Christus Dominus pendit, quia representat Christum Dominum, & quia mēbra eius sancta tetigit, & quia sanguine eius fuit per fusa, ideo adoratione latræ propter ytranque rationem est adoranda. Et hæc est ratio, quare cum Cruce, sicut cum ipso Deo loquimur, cum dicimus, Ave crux spes uicica. Quæcūque uero alia Crux eadem etiam adoratione est adoranda, quia Christum Dominum crucifixum representat. His suppositis probosententiam Durandi nedum temerariam & erroneam, sed forte hæreticam esse. Et primo probatur ex uerbo Dei licet non omnino expresso, ut S. Th. asserit, Gēs enim Iudæa, licet ad idolatriam propessor esset, imagines tamen aliquas Deus eis præcepit in Exodo, Duos quoque Cherubin aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi: Cherubin unus sit in latere uno, & alter in altero. Et in Numer. locutus est Dñs ad Moysen, Fac serpentem hęcum, & pone eum pro signo. Et in Leuitico, Non facietis uobis idolum uel sculptile, neque titulos erigitis, neque insigne lapidem ponetis in terra uestra, ut adoretis eum. Et tamen Ioseph mortuus posuit lapidem prægrandem sub tera quæ erit in sanctuario Domini. Similiter Samuel, Sic permisum est altari filijs Rubē & Gad.

Egidius.

Exod. 15.

Numer. 21.

Leuit. 25.

Ioseph. 11.

1. Reg. 17.

Iosuc. 22.

Secundo probatur ex traditione ecclesiæ, quia ut S. Th. art. 3. in solutione ad quartum ait, imaginum usus, & adorandi illas ritus, & consuetudo, insincentur specialiter Spiritus san-

cti nobis ab Apostolis sunt tradita: & licet in scriptis nõ reliquerint, fat est, quod per consuetudinem fidelem & obseruationem ecclesiæ id docuerunt. Vnde Paulus. 2. ad The. salo. 2. inquit, State & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, scilicet, ore prolutum, siue per epistolam scripto transmissam. Vnde Patres ecclesiæ tradunt, B. Lucam Christi Domini imaginem depinxisse, quæ ut fertur, Romæ stat: ergo imaginum usus, & consuetudo illas adorandi habetur ex traditione Apostolica. Et confirmatur ex septima Synodo generali adione. 7. ubi circa finem hæc uerba habentur, Sic enim tenet nostrorum sanctorum Patrum disciplina, uel traditio Catholica ecclesiæ, & discerniat supra adorandas esse imagines.

1. The. 2.

Basilis.

Tertio, quia Patres sacri ecclesiæ sic nobis tradiderunt. Basilis inquit, Quæ sermo historia per auditum exhibet, hoc pictura tacens per imitationem ostendit. Vnde quidam recte dixit, picturam esse mutam poesim. Sexta Synodus generalis tradit Christi imaginem per Martionitas & Manichæos, qui ueritatem humanæ naturæ in Christo negabant, fuisse introductam: & iuxta hoc Christi imago fuit prima ex his, quæ in templis receptæ sunt: neque sine causa, cum plura nobis beneficia, quam cæteræ aliæ imagines representet. Damascenus lib. 4. de fide orthodo.

Damascenus.

c. 17. inquit, quod Christus Dominus uoles desiderio nostro satisfacere, qui mirum in modum cum incarnatum uidere cupiebamus, in cracissimam sui uultus imaginem ad nos transfudit, nempe filium, qui figura est substantia, & Patris splendor. Athanasius refert qualiter Iudæi quidam in Christi imaginem atrociter seuerunt, quā in domo sua inuenit: qui post à iudice requisitus, quomodo imago illa ad illi peruenisset: respondit, q; Nicodemus proprijs manib; ex conspectu uultus Christi eam depinxit, quam tradidit Gamalieli, Gamalieli Iacobo, Iacobus Simoni: & sic cõseruata est usque ad excidium Hierosolymæ, quæ deuastata est anno post ascensionem Domini. 43. Eusebius lib. 2. suæ historię super testimonio martyrii Apostolorum Petri & Pauli idem de imaginibus Apostolorum asserit, per quas fideles ad eorum memoriam excitabantur. Et idem lib. 7. de statua Saluatoris apud Cæsarem Philippi refert, quod ad pedes eius herba quæ dā nascitur, quæ uirtute mira morbos omnes curabat. Basilis etiam refert, quod cum prætor quidam uellet Christum ad Iouis similitudinem depingere,

Athanasius.

Eusebius.

pingere,



pingere, manus eius a refecta est quem post delicti confessionem, precibus ipsius, subito manus eius sanitatem accepit.

Quarto, ritus adorandi imagines probatur ex definitionibus conciliorum. Primo, ex sexta Synodo generali Constantinopolitana, ubi abusus picturae imaginum datur: tunc ergo imagines in templis erant, non autem ob aliud, nisi ut prototypa & exemplaria in ipsis adorarentur. Secundo, septima Synodus generalis concilii Niceni secundi exponens illud Exodi. 20. Non erit tibi dii alieni praeferre, Non facies tibi idolum, neque alicuius similitudinem: ait Synodus, Et si faciamus hominum priorum similitudines, non tamen esse fiant, ut adorarentur ut dii (quod gentes faciunt) sed ut Deus adoratur in ipsis, sicut & veneratur in sanctis adoramus ergo sanctos, quia Deus adoratur in ipsis: & si noster sanctorum imagines, quia in ipsis adoratur sancti. Et quia humanitas Christi eadem adoratione latius adoratur, quia verbum ipsum, ideo Synodus subiungit, Si vero similes Christi facimus, scilicet imagines, sane non propter similitudinem adoramus, ergo propter prototypa & exemplaria quae representant, & ut memper ea quae conspiciuntur fuerint eleuetur. Et actione. 7. his verbis idem confirmatur. Diffiniuntur cum omni diligentia & cura venerandas sanctas imagines, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque. Et subditur, quod per picturam inspectionem ad prototyporum & exemplarium memoriam & recordationem veniant, illisque imitationes, & honorariam adorationem exhibeant. Et subdit concilium rationem, quare imagines adorari debeant, asserens, Imaginis enim honor in prototypum resultat, & qui adorat imaginem, adorat etiam in ea descriptum. Circa quod aduertendum, quod Synodo. 8. actione. 10. Can. 3. circa finem adduntur haec verba, Dignum est enim ut imagines honorentur & adorantur. Ex quo constat, quod ultra honorem & reuerentiam quae rebus omnibus sacris debetur, imagini bus sanctorum adoratio, ultra hanc reuerentiam esse debita: ex quo sic arguitur, Librum Euangeliorum, vestes, & vasa sacra venerantur, illis tamen neque genua flectimus, neque caput aperimus, quod tamen imaginibus facimus: maiori ergo reuerentia imagines, quae res has sacras venerantur: haec autem alia esse non potest, nisi species aliqua adorationis, ergo imagines adoramus.

Tridentina etiam Synodus, sessione vlti-

ma, Can. 1. postquam diffiniuit, Christi, & virginis, & aliorum sanctorum imagines in templis habendas esse, subdidit, ut per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoramus, & sanctos, quorum ille similitudinem gerunt: quod Conciliorum decreto contra impugnatores imaginum, praefertim secunda Nicena Synodo, laucum est. Rationibus eadem veritas probatur. Primo, quia vel imago est colenda, vel non. Pars negatiua est contra Conciliorum definitionem, colenda ergo est, alio quo ergo cultu colenda: tum sic, vel in quantum res quaedam est, vel in quantum imago est: non in quantum res quaedam est, ut patet, neque iuxta sententiam Durandi, & eorum qui illum sequuntur, in quantum imago est, nullo ergo modo est colenda, quod tamen haereticum est, ergo. Secundo, quia si Cruci, in qua Christus pependit, nullus debetur honor propter contractum ad ipsum, ergo non magis illam, quam aliam quamlibet Crucem honorare tenemur, neque precio maiori est habenda: hoc tamen est contra communem Christianorum omnium consensum, ergo. Tertio, quia loca sancta, ut sepulchrum, praesepe, templum sanctum Hierusalem, non essent maiori reuerentia veneranda, quae quibus alia loca sancta. Quarto, quia si fiat iniuria imagini regis, ipsi regi rogatur iniuria, ut patet de statutis, quas inquisitores igni tradat, ergo ex opposito, quae exhibetur imagini, prototypo & exemplari tribuitur: sunt ergo imagines adorandae: & oppositum est haereticis, qui imagines tollunt, consentire. Quinto, quia si imagines tantum adoramus ex eo quod signum recordatiuum sunt rei, quam adoramus, ergo solem, & omnes creaturas adorare debemus, quia inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Vltimo, in praesentia imaginum flectimus genua, & caput aperimus, non autem in praesentia rerum omnium sacrarum, ergo imagines adoramus, non quia signum recordatiuum sunt, sed quia in eis prototypum adoratur. Et oppositum est Viclephistis consentire, & imagines tollere.

Pro solatione rationum Durandi, & haereticorum, aduertendum, quod licet adoratio, ex vi & rigore vocabuli, creaturis conueniat, ut patet Gen. 18. 3. Reg. 1. & Gen. 25. & Apocal. vltimo, Theologi tamen ex via communi & accommodatione, adorationem tribuunt Deo, ita ut existiment creaturas, adorare grande nefas esse: sic ergo ex via

communi

communi theologorum, & ritu & traditione ecclesiae potuit imaginibus adaptari. Et hunc esse quod dicitur ex vi & rigore vocabuli, Latine idem est, quod seruitus & reuerentia, quam seruus Domino exhibet. Theologi tamen, & communis vsus ecclesiae dulam vocant cultum illum, qui cuiusque sancto exhibetur. Et idem de alijs speciebus adorationis. Ex quo supposito facile est rationes Durandi, & eorum qui illum sequuntur, solvere. His ita diffinitis.

Dubium est, an imaginum vsus sit licitus: de quo Vualdenis de sacramentis, cap. 156. Aequius in Enchiridion. c. 16. Circa haec quaestionem fuit duplex haeresis. Prima, quod imago Dei dicitur homo, & imago illa non in anima ipsa, sed in corpore est, hoc est, quod homo factus est ad imaginem Dei secundum corpus, & non secundum animam. Cum his tamen haereticis disputandum non est, quia Deum corporeum existimant. Secunda haeresis fuit dicentium, quod imaginum vsus erat illicitus, quia species idololatriae, & imagines adorare idololatriam erat. Haec haeresis fuit damnata. 2. Concilio Niceno, quam suscitauit Vicleph. Concilio Constantensi damnata, & hac nostra tempestate Lutherani: Contra quos hanc constituimus Catholicam conclusionem, & fide tenendam.

Imaginum vsus in ecclesia est valde vtilis, cum per eas rudes doceantur, & cum illi qui terrenarum rerum curis sunt distracti, ad Diuina contemplanda raro se mente conuertunt, ut mira Dei opera illis ob oculos proponantur. Et quod hae conclusio sit de fide: & quod tempore Apostolorum imaginum vsus fuerit in ecclesia, probatur primo ex his quae ex Exodo, & ex Numeris, & ex Iosepho inducimus. Item. 3. Reg. c. 3. & 7. Salomō in templo fecit Cherubim, & palmas, & malagranata, de quo non est reprehensus, sed potius laudatus: depinxit etiam duodecim boves: licebit ergo in ecclesia duodecim Apostolos pingere, quorum figuram boves illi gerebant, nam si figuram pingere licuit, cur non & rem figuratam?

Secundo loco probatur hoc ipsum ex traditione ecclesiae, & patrum. Basilus enim inquit, Quae sermo historice per auditum exhibet, pictura tacens per uisionem mentis ostendit. Et Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa. c. 17. idem asserit. Et similiter Athanasius, & Eusebius libro secundo suae historiae. Tertio, id ostendo ex definitionibus conciliorum. Primo ex Synodo Nicena secunda,

& Synodo Franconiana eadem tempore Caroli Magni contra haerem Feliciani, quae vsus imaginum, tanquam licitus & vtilis, approbatur. Et Concilium Calcedonen. haerem hanc, quae durauit vsque ad tempora Gregorii Magni, damnauit. Et tribus Concilijs Lateranen. sub Gregorio secundo & tertio, similiter fuit damnata. Sexta Synodus tradit Christi imaginem introductam propter Marronistas & Manichaeos, qui veritatem humanae naturae in Christo negabant. Et sexta Synodus in hanc modum diffinit, Venerandas imagines ex quauis materia commode paratas in templis sanctis Dei colendas habendasque, maxime Christi imaginem. Sic enim tenet sanctorum Patrum disciplina, vel traditio Catholicae ecclesiae, quae a finibus vsque ad finem Euangelium suscepit. Et tandem Synodus Tridentina sess. vltima, hoc tanquam Catholicum diffinit.

Rationibus hoc ipsum probatur. Primo, quia per vsum imaginum, nientes fidelium ad imitationem sanctorum excitantur. Sunt enim imagines veluti libri, in quibus rustici Christi exempla & sanctorum legunt, & legendo, agnoscunt, agnoscendo, admirantur, & admiratione gaudent, & in Domino exultant. Secundo, quia ratio naturalis dicitur, imaginum vsus esse vtilissimus: quia cum imago Christi naturaliter Christum ipsum representet, & sanctorum trophea, si ergo sancti iure a nobis venerantur, eadem ratione & res quae ad eos pertinent venerari debent. Vltimo, quia per vsum imaginum, non solum simplices instruuntur, sed etiam scientes & prudentes admonentur, tardius excitantur, deuotius & contemplatiuius afficiuntur. Ex quibus constat quod, a temporibus Apostolorum vsque ad nos, imaginum vsus semper fuit, tanquam vtilis & licitus, in ecclesia retentus, ut Magister Soto libro secundo de Iustitia & iure, quaestione. 4. articulo. 2. ostendit. Et ad rationem haereticorum in contrarium, quia. 4. Reg. cap. 18. habetur, quod rex Ezechias confregit serpentem azeum, quem Moyses condiderat, & contriuit statuas: qui tamen de hoc non est reprehensus, quin potius laudatus, & respondetur, quod Ezechias laudabiliter fecit, quia Iudei ad idololatriam erant propensi, & serpentem azeum, tanquam Deum adorabant, ut ex textu patet: nam vsque ad tempus illud filij Israel in azeum serpentem adolebant.

Ad

Ad secundum, quo argumentatur ex illo Exodi. 20. vbi Deus praecepit populo, Ne facias tibi sculptile, neque omnem similitudinem: non ergo licet imagines facere: respondetur, quod Deus ibi solum prohibuit imagines tanquam idolum adorare, vt gentes faciebant: quod constat ex eo quod statim sequitur, & Non habebis deos alienos praeter me, & cetera.

Et ad decretum Concilij Eliberrini, Cano. 38. anno Domini tricesimo vigesimo celebrati, cuius verba haec sunt, Placuit picturas in ecclesia esse non debere: nec quod colitur, aut adoratur, in parietibus pingatur. Et ad Concilium Ephesinum tertium, anno Domini. 330. sub Leone & Constantino filio Augusti, qui sic habet, Si quis Dei verbi in carnali figuram, & sanctorum omnium Ideas, in imaginibus inanimatis, & mutis, materialibus coloribus, depingere studeat, cum nullo omnino vsum afferant picturae, anathema sit: vna enim est excogitatio & diabolice insimulationis intentio. Post cuius decreti promulgationem ideam Imperatores omnes imagines & statuas à templis auferri, & incendi mandauerunt. Respondetur ad diffinitionem Concilij Eliberrini, quod causa cur Concilium illud prouinciale à decem & non vni episcopis in Hispania peractum, imaginem in templis pingi vetuit, est, vt idolatriam hoc medio extingueret. Nam et si Patres illius Synodi scirent, imaginum cultum vilitatem maximam conferre, tamen cum animaduertissent, getes illas nuper ab idolorum superstitione ad Christum venientes, adhuc ad pristina idolatriae consuetudinem inclinari, & Diuinos honores imaginibus impedere, ac si illis aliquod inesset Diuinitatis, iudicauerunt praesenti morbo aliter mederi non posse, quam imaginum interdictione. Et quia periculum tale, hoc die non imminet, ideo imagines non sunt de ecclesia auferendae. Quod si quis rusticus ex simplicitate erroris docendus est, qualiter imagines sunt colendae, & quid in illis veneretur. Leges enim non paucorum numero, sed maiorigentium multitudinē prospiciunt. Ad Concilium Ephesinum, & duorum Imperatorum ad ducta, respondet Damascenus in dogmatibus, & dispositionibus ecclesiasticis Imperatorum, non esse vt leges imponant, sed accipiant: pastores vero & Doctores ecclesiae: mada tū esse, vt ecclesiastica rei ordinē non ad Imperatorum arbitrium, sed ad recte fidei normā perferant, dicente Apostolo, In ecclesia quos dā posuit Deus. primū Apostolos, secundo

prophetas, tertio pastores & Doctores, nulla inter istos mentionē Imperatorū facere. Quapropter Imperatores illi, qui Apostolice potestatem inuaserunt, & 4. Synodo impios canones pro sua libidine fieri ab episcopis iusserūt, merito, vt praedones & latrones, fuerunt à Catholicis damnati. Et aliquot ex episcopis, qui conciliabolo illo interfuerunt, postea relapsi ceteros, canonē illum aduersus imagines editum ab iurauerunt corā trecentis & quinquaginta patribus in. 2. Nicana Synodo, in cuius actione prima palinodia episcoporum poenitentium legitur.

Sed an quicquid vsus imaginum sit licitus, vt trinitas cum tribus capitibus? Respondetur, quod imago rei spirituales tripliciter potest depingi. Primo ad figurandā Diuinitatē, & rem spirituales: & talis imaginum vsus nendum est licitus, sed sacrilegus. Sacrilegum enim est, Deum, qui figura aliqua affici non potest, depingere velle. Secundo modo potest quis imaginē condere, non ad rem spirituales, vt Deum vel Angelū figurandum, sed ad ostendendū species, sub quibus Deus aliquando propheta apparuit, vt Danielis. 7. habetur, vel si quis Angelus in vestibus alijs depingat, vt mulieribus apparuerunt: & talis vsus imaginum licitus est, & vtilis. Tertio modo potest quis imaginem condere ad animos hominū excitandos, vt per imagines sensibilibus, ad contemplationē spirituales & inuisibilibus inducatur, vt cum quis Angelū depingit cum alijs, ad explicandā illorum agilitatem, & in forma iuuenis, ad ostendendam illorum perpetuitatem, & cum diademate, ad explicandam gloriam, quam habent.

Dubium tamen est, an imaginem Dei depingere liceat, non solum ad ostendendum sub quibus speciebus apparuit, sed ad cultum, & ipsius adorationem? Caietanus loco citato, art. 4. respondet, quod si imaginibus vti de se neque est bonū, neque malū: sicut hominis occisio de se neque est bona, neque est mala, quia potest bene & male fieri. Secundo dicit, quod in casu vsus ille imaginum tollendus est, & prohibendus, vt si ex tali vtu sequatur error credēdi Deum habere talē formam, sub qua depingitur, Tertio dicit, quod si talis error in mente simplicium non generetur, & fiat cū circumstantijs ab ecclesia approbatus, & consuetudine ecclesiae sit receptum, tunc licet trinitatē depingere non cū tribus capitibus, sed in forma sensus, crucifixum manu tenentis, & colūba medio interposita: quia sub istis tribus formis tres personae Diuinae apparuerunt.

Adde

Addit etiam, quod imagines multiplicandae non sunt, sed illis tantum utendū, quibus ecclesia vtiatur, vt. 6. Synodo Concilij generalis cautum est, vbi prohibet imaginum picturas oculorum praetragitantes, & mentis corruptiones, siue in tabulis, siue in quibusuis alijs rebus depictas, & ad turpes voluptates incentiuas: ideo inquit, Sancimus, vt nullatenus in posterum pingantur, si quis autem hoc fecerit, excommunicationem, vel aliquā aliam poenam, ad placitum Synodi incurrat. Ceteri abusus episcopis committantur: melius enim eorum cura & diligentia poterit illis subueniri, quā via cuiuscūque celsure ecclesiasticae. Quē Canonē Concilium Tridentinum sels. 9. sub Pio. 4. Can. 1. denno confirmauit.

Pro defensione Hieronymi respondetur, quod inceptissime haeretici inducunt ad abrogandas imagines, ea quae de statua regis Assyriorum scripsit, Gētes enim non solum imagines dijs & demonibus suis faciebant, sed etiā regibus, ac principibus suis viuis & defunctis statuebant, & impie adorabant. Has B. Hieronymus dixit non esse adorandas, non autē illas, quas vero Deo & sanctis amicis eius nos Christiani facramus. Et ad id quod ex Epiphano opponitur, Ioannes Damascenus annis ab hinc octingentis, respondit libro. 1. aduersus Iconomachistas in hunc modum, Quod si obijcias eximium illum & admirabilem Epiphanium cultum imaginum inter dixisse. Primo responderem, opinionem illā cōmentitiam esse, non enim Epiphanius eximius, sed alterius, qui eodem dictus sit nomine fideam esse, id quod multi facere consueverunt. Tum secundo, si opponis B. Athanasium venisse sanctorū reliquias imponi casualis, siue loculis, respondeo, verius praecipisse ob id quod modis omnibus cuperet abrogare absurdum Aegyptiorum consuetudinem, qui suorum cadauera non terra tegebant, sed in lecticis & feretris deponēbant. Tertio responderem, non infringi traditā ecclesiastica doctrinā vno aut altero euentu qui in contrarium accidat: neque enim vna hirudo facit ver, vti Gregorio, & ipsi veritati videtur, neque sententia vnus potest totius ecclesiae traditionē funditus demoliri, & à termino terrae ad extremū vsque limitē cōuellere. Haec Damascenus.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An reliquiae sanctorum sint adorandae.



Anst. Thom. 3. parte. q. 25. art. 6. respondet affirmatiue. Et probatur, quia libro primo de dogmatibus ecclesiae id ita habetur.

Tum etiam Concilio Lateranensi & Graegeni, quibus anathematizatur afferentes reliquias sanctorum in basilicis non esse seruandas. Ratione vero sic probatur, Christus Dominus sanctorum corpora veneratur, cū ad praesentiam illorum miracula facit, ergo & nos eorum reliquias venerari debemus. Tū etiā quia sancti sunt membra Christi, & amici nostri, & intercedit pro nobis, & horū corpora fuerunt tepla & organa Spiritus sancti, oportet ergo eorū corpora & reliquias venerari, & nedū corpora, sed etiā exteriora aliqua, vt vestes, baculum, & similia. Et idē probatur ex Augustino. 1. de Ciuitate Dei, vbi ait, Si paterna vestis anulus, & similia ratio chariora sunt posteris, quāto erga parentes est maior affectus, nullo ergo modo sanctorū reliquiae speremendae sunt.

De hac quaestione et nobis disputandum cū haereticis, & ex Catholicis cum Durādo loco citato: qui afferunt, quod reliquias sanctorum de per se nullus debetur honor, nisi quatenus nos ducit in sanctorū recordationē. Durandus de reliquijs non loquitur, ait tamen, quod Cruci in qua Christus pendit, non debetur honor propter contactū ad ipsum. Sequitur igitur secundū illum, quod non refert reliquias veras aut falsas in ecclesijs statuere, quia sicut verę in memoria sanctorum nos inducunt, similiter & falsę pro veris habent: cōsequens tamen falsum est: minor patet, quia reliquias falsas supponere, sacrilegum est, & Concilio Lateranensi sub Eugenio. 4. damnatum. Et de Cruce Domini, quod non sit adoranda, & similiter de Eucharistia, fuerunt antiquę hereses, quas Ecolapadius suscitauit, quae per plura concilia damnata fuerunt, & Valdensis de sacramentalibus, a. c. 150. vsq; ad. 160. refert. Contra quos statuum conclusionem Catholicam, & de fide tenendam. Reliquiae sanctorum, sepulchra, & basilicae eorū sunt adorandae. Et oppositū est hereticum. Probatur ex Paulo. 1. ad Cor. 6. vbi ostensurus corpora sanctorum, dū in terris agerent, habitacula fuisse Spiritus sancti, inquit, An nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti? Quā ratione post hanc vitam magnis honoribus sunt à fidelibus venerata. Et de Abraham habetur Gen. 27. quod emittit duplice speluncā, vbi honorifice ipse sepultus est, & Sara eius vxor. Et Gen. 47. Iacob filium

suū Ioseph adiuravit, vt non sepelliret eum in Aegypto, sed in terra Canaā in sepulchro maiorum suorum. Et Ioseph moriens idem etiam posteris suis precepit.

De reliquijs idem etiā patet ex veteri Testamento. Nam Num. 4. habetur de obseruantia arce, in qua erat vna manna plena, & virga Aaron, & tabulæ legis, quæ tanquā reliquiæ ab Israelitis colebantur. Rex etiam Dauid coram arca Domini saltabat, quia reliquiæ illæ in ea erant inclusa. & 1. Reg. c. 21. De gladio Philistæi habetur, quod fuit seruatus, & in magna veneratione habitus. Quid ergo mirum si nos gladium Petri, quo auriculā Malchi abscidit, veneremus? Quæ etiam Reg. c. 1. post Naaman ab Eliseo sanitati fuit restitutus, cū nolet eius munera accipere, petiuit ab eo partem terræ, in qua ipse habitabat, & accepit duo onera iumentorum, quod Eliseus permisit. Anastasius etiam libro de incarnatione verbi, & B. Laurentius, de signo crucis mira asserunt, & deniq; miracula, quæ in crucis inuentione facta sunt, omnibus sunt nota, neq; id mirum cum virga Moyse, & serpens eneus, quæ cruce adumbrabant, tanta veneratione colebantur.

Secundo probatur ex traditione ecclesiæ & Patrum sanctorum. Clemens libro. 1. recogn. mentionem facit de sepulchris duorum sanctorum fratrum, qui de proximo passi, multis miraculis ibidem clauerunt. Anastasius ad omnes episcopos & sacerdotes as signans ordinem Patriarchalium sedium, asserit, à sancto Marco Evangelista Diuo Petro sedem erectam esse, & templum quodam instructum. Anastasius libro questionum ad Apostolos inquit, Apostolos fabricasse ecclesiam versus Orientem, & idem Ignatius Apostolorum discipulus, & Eusebius, & Tertullianus, Cyprianus, Felix martyr, Basilus, Chrysostomus, & Hieronymus refert, beatum Antonium vestem Pauli primi eremite gestare aliquando solitum: & ad sepulchrum Epiphanijs dicit dæmones terredi, & torqueri affirmat. Ambrosius sermone B. Agnetis, de reliquijs Geruasi & Prothasi, & Vitalis, & Agricole, idem affirmat. Et Augustinus epistola. 137. ait, ratio nota est, quare miracula in aliquibus locis fiant, et nō in omnibus, quia id prouenit à sanctitate loci, vbi corpus sancti cōditum est. Et lib. 3. retractationum. c. 13. refert quomodo cæcus illuminatus fuit ad contactum Felicitis martyris. Loca latius apud Rufin. contra Lutherum, et

apud Aequium habentur, consule, si placuerit.

Tertio medio probatur diffinitionibus cōciliorum. Concilio Gangrensi, quod ante mille ducentos annos celebratum fuit, damnatus est error cuiusdam Eustachij, qui assererat sanctorum martyrum locos & basilicas contemni debere, & quotquot illuc conueniunt, & sacra faciunt, reprehendi. Neque hoc Patres tanquā nouum dogma diffiniunt, sed quia Eustachius aduersus traditionem ecclesiæ docebat, vt ex Can. 20. constat, qui sic habet, Si quis per superbiam conuentus, quæ per loca & basilicas sanctorum martyrum sunt, accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorum contemnedas, anathema sit. Item Synodus Laodicena. Non oportet, inquit, in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabatho & dominica tantum memoriam facere. Et quinta Synodus Carthagenensis, Can. 14. sic statuit, Placuit, vt altaria, quæ passim per agros, aut vicos, tanquam memoria martyrum constituantur, in quibus nullum corpus conditum, aut reliquia martyrum condita, probentur ab episcopis, qui illis locis præfunt, & euertantur, & omnino nulla memoria martyrum acceptetur, nisi vbi corpus reliquiæ, aut origo alicuius habitationis, possessionis, vel passionis fidelissima origine tradatur. Et 7. Synodo generali habetur: quæ admodū à Deo Christianam fidem accepimus, &c. Deinde subditur, Sanctā Mariam, quæ secundū carnē filiū Dei peperit, sanctos etiā Apostolos, prophetas & martyres, qui pro nobis apud Deū supplicat, vt remissionem peccatorū largiatur, vere constitemur. Et Concilio Lateranen. 1. Can. 62. de reliquijs sanctorum sub Eugenio. 4. sic diffinitur, Cū ex eo quod quidā sanctorum reliquias existimant venales, & eas passim ostendant, Christianæ religioni detrectat, sit peius, ne in posterū detrahat, presentis decreto statumus, vt antiquæ reliquiæ nullatenus venales exponantur: & quæ extra capsam, quāuis antiquæ, nō ostendantur: immētas autē de nouo nemo publice venerari presumat, nisi prius auctoritate Romani Pōtificis fuerint approbatæ, & præcipitur quod prælati habeat speciale curam de hoc. Et tandem Cōcilium Tridētinum sess. vlti. Can. 1. damnat eos qui dixerint, reliquias sanctorum non esse venerandas, & approbat omnia de creta antiquorum conciliorum. Quarto medio rationib; idē in principio questionis

id

id probauimus. De hac re fuit specialis hæreticis Vigilantijs, quam postea Vauicleph, & post illum Ecolampadius suscitauit, quod Eucharistia non est adoranda: quæ hæreticis concilijs allegatis damnata est.

De reliquijs veteris Testamenti dubitant aliqui quare illas non veneramus? Respondetur, quod si alicubi sint, veneranda sunt. De reliquijs Elisei prophete fertur, quod Rauena in magna veneratione habentur. Beda refert, quod Imperator quidam transtulit corpora Habacuc, Michæ, & Samuclis, in suam ciuitatem, quæ est in Tracia, & ibi in magna veneratione habentur. Et si fideles eorum, reliquias non veneramus, ideo est, quia ignoramus vbi sint, neque ecclesiā de hoc sollicita est, ne periculo sacrilegij se exponat.

Dubium aliud est, quare festa sanctorum veteris testamenti non veneramus? Respondetur, quod aliqua festa eorum veneramus, vt Machabæorum, & B. Ioseph, & Ioānis Baptista, qui Christo fuerunt confines, & Canone missæ ecclesiæ commemorationem facit aliquorum sanctorum Patrū, vt Abel, & Melchisedech. Illorum tamen festa, & facta, ideo nō veneramus, quia in nouo Testamento sunt innumerati sancti: & ecclesiā non valet festa tot venerari, & celebrare. Et ecclesiā forsā eorum festa non venerat, quia de fide est, quod non statim post mortem euolant ad cælos: die enim sanctissimæ Ascensionis Christi Dominus captiuam secū duxit captiuitatem, neque habuerunt tam perfectam gratiam. Sed vrget dubium, quare synagoga festa sanctorum suorum nō veneratur, sicut nos festa sanctorum nostrorū veneramus? Respondetur, quia sanctos propter excellentiam virtutum & dignitatem animarum, quæ in cælo Deo fruuntur, veneramus, & ante Christi Ascensionem animæ sanctorum Patrum non erant in cælo, sed detinebantur in lyombo. Et ideo S. Thom. articulo. 6. ad secundum, ait, quod corpora sanctorum sensibilia non adoramus propter ipsa, sed propter animas, quibus fuerunt vnita, & quia Deo fruuntur, & propter Deum ipsum cuius ministris fuerunt: quod ex eo patet, quia mirabilis Deus in sanctis suis. Et ad argumentum hæreticorum contra diffinitionem hanc, quia corpus mortuum non est eiusdem speciei cum viuo, non ergo est adorandum, respondet S. Thom. in solutione ad quartum, quod quauis corpus istud nō fuit in homine viuo, fat tamen est, quod materia

ista fuit in illo, & sic ratione materia collitur. Vnde licet corpus viuum & mortuum specie differant, physice tamen & materialiter idem sunt, vnum enim succedit alteri, sicut aqua, quæ ante annos fluxit, & quæ nūc fluit, distinguntur, fluuius tamen, qui antea fuit, idem est: stat enim aliquid plura esse in vno genere, cum sit vnum in illo, vt domus: sic etiam corpus hominis physice, & materialiter vnum est, specie vero plura: quia viuens informatur vna forma, & mortuus aliter ad hoc autem quod venerari & coli debeat, fat est, quod physice & materialiter sit idem corpus.

Circa reliquiarum abusus maxime cauetur est. Primo, ne talis veneratio fiat, cū sit perditione. Secundo, ne falsæ reliquæ adorantur pro veris, & ideo oportet id consilare ex multis miraculis, aut testimonijs maximo, & irrefragabili, vt Cōcilium Lateranense quod adduximus cautum est. Aduertendū etiam, quod his temporibus multa miracula falsā, reliquijs & imaginibus sanctorum, gratia quæ illis imposta sunt, quod non solum in ecclesiā scandalum, ac fidelium, sed etiam in irrisorem hæreticorum aliquando cecit: & ideo huiusmodi miracula publicare non licet, nisi prius ab episcopo examinata approbentur.

DVVECIMVM QVAESITVM.

An mundi interitus sit certus & diffinitus.

**H**ieronymus in catalogo scripturarum ecclesiasticarum, Iudam Sitarum in commentarijs. Deui. 9. explicantem verba illa, septuaginta hebdomadæ abbreviate sunt, notat his verbis. Iudas de septuaginta apud Danielem hebdomadibus plenissime disputauit, erroris tamen arguitur, quod aduentum Antechristi circa sua tempora, hoc est, anno post Christum ducentissimo futurū esse dixerit: sed hoc ideo quia magnitudo persecutionū presentem mundi mirabatur occultum. In quo errore longe ante illos fideles illi decebantur, quos Paulus admonens, inquit, Rogamus vos per aduentum Domini nostri Iesu Christi, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terra nui quasi

2. The. 2.

Q 3 in fest

ria; idq; ostendit exemplo Pelagiæ Antiochia virginis, ac dorum fororum, ac matris eius: quarum illa, subuersis prius idolorum aris, se ferro peremit; ille vero sese vna cum matre in fluium demersit. Et assertionem suam sequentibus verbis suadere videtur, inquit enim Pelagiæ respondens, Quid agimus: nisi prospicias, captiua est virginitas, & vorum est, & metus est mortis, quia mors non excipitur, sed asciscitur: moriamur, scilicet, vel si noluit licere, moriamur. Deus remedium non offunditur, & facinus fides allebat: mori non timeo cum nullum peccatum carni relinquam, possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis beneficio. Et ad duas sorores & matrem, Quid veremur dicere, ecce aqua, quis nos baptizari prohibet? & hoc baptisma est, quo peccata donantur, regna quaeruntur, hoc baptisma est post quod nemo delinquit, excipiat nos aqua, quae regenerare consuevit, quae caelum aperit, infernos tegit: Haec effat, cõsertis manibus, itaque choros ducentes in medium progrediuntur alium. Et concludit sancta mater, licet sen su carnis, pietatis tamen adhuc seruabat amplexum, nam quas ad martyrium vinxerat, vique an tumulum vindicabat.

Eusebius Cæsariensis. 8. lib. ecclesiasticae historiae eisdem assentitur, non enim dissimili ad praecedentibus exemplo, Antiochena virginis sibi ipsam manibus intulerunt, qui sic inquit, Admirabilis quaedam femina fuit, genere nobilis, pulchritudine pariter, & pudicitia formosa, cui erant duae filiae virgines, ad maternae pudicitiae regulam nutritae: has declinandae persecutionis gratia absentes, missi in hoc ipsum milites, Antiochiam venire cogunt, quae cum vehiculo imposito iter agerent, religiosa & pudica mater ad filias talibus vitur verbis, Scitis dulcissima mihi filiae, quomodo vos in disciplina Dei educaverim, scitis quod a parulis Deus vobis pariter: Deus nutritor, Deus institutor extiterit: & quod pudicitiae & castitatis, bonum ita mecum pariter dilexistis, ut ne oculus quidem vester in qua, sicut vobis conscia sum, lasciuior fuerint maculatus aspectu. Quid igitur nunc agimus? proferrentur publicis lupanaribus membra, quae aer pene ipse publicus habuit incognita: praeueniamus impuras carnicum manus, mundumque hunc, qui ad impuram & impudicam copellit ac pertrahit vitam, pura & pudica morte damnetur. Vbi cum se humanae necessitatis causa descendisse simul assent, iuxta fluium in iti-

nere positum, & custodes, cogente naturali reuerentia, paululum secessissent, adductis diligentius hinc inde vestibus, minacibus se fluij rapidis intecerunt fluentis. Et rursus c. 17. eiusdem voluminis in eadem narratione & opinione persistens, haec addit. Silere equum non puto, nobilissime femine in urbe Romae mirabile factum Sophomae: cuius vir praefectus urbis Romae sub Magentio tyranno debebat, qui cum pulchritudinem eius cognouisset, maritum coegit, ut eam ad se mitteret, quae cum defixis genibus Deum orasset, ut non suae et pudicitiam suam maculari, mucrone arripere, pectus ac viscera transuerberaret. Haec Eusebius, cuius placitum ecclesia amplecti videtur, quae in testimonio pretiosae mortis, perpetuo martyrio honores praeditis virginibus decernit.

Communis Theologorum contrarium assertionem indubitanter tenet, ut diffinit S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. quo, diffinit, seipsum occidere, necdum esse contra charitatem, sed etiam contra iustitiam. Vita enim hominis alterius rationis est, quam temporalia bona: est enim Dei, & reipublice: Bona vero temporalia sunt mea, quia sum dominus illorum, vitae autem non sum dominus, quia non licet illa pro voluntate propria vti, sed secundum Dei beneplacitum, & ipsius leges, & praecipua, ut S. Tho. ait in solutione ad primum argumentum: & in solutione ad tertium enumerat causas, ex quibus videtur, quod licet in casu aliquo se occidere: & illis exclusis reprehendit Catonem, eo quod se occidit, quia Caesaris victoriam sustinere non valuit. Carpit etiam Lucretiam, ex eo quod ex animi fragilitate se occidit. Similiter & Plinium, quia podagrae dolores patienter ferre non valens, se interemit. De Sapphone, excusant eum Doctores sacri, sicut & alios martyres, quod se morti tradiderint instinctu Spiritu sancti. Nam vires Sapphonis erant supernaturales, & licet ad tempus eas amiserit, restituit tamen ei sunt. De Appollonia & ceteris virginibus, ex fortitudine animi id fecerunt: & in rigore potius pati dicebantur, quam se occidere: nam cum rogam viderent paratum, legentes currebant ad martyrium instinctu Spiritu sancti, ut fidei fortitudinem ostenderent.

Dubium tamen est, si quis sit damnatus ad incisionem venae, & licet non est peritus ut sanguis effluat, tamen qui mori debet esse peritus, an sibi liceat venam incidere, ut dolorem euitet? Videtur enim id licere, quia

- 1. Propositio
- 2. Propositio
- 3. Propositio

de Seneca legitur, quod ita fecerit. Similiter si quis damnatus, ut veneni potu moriatur, an tali licet venenum bibere? Idem est, si quis damnatus esset, ut lingua eius abscinderetur, & licet forte totam linguam abscinderet, an sic damnato ad euitandum maius damnum sibi abscindere liceat. Similiter habetur in Iosapho de bello Iudaico lib. 2. c. 27. tyrannus quidam reo proposuit, Si tibi abscideris sinistram manum, concedam tibi dexteram, ambas enim iure eras priuatus. Ad haec dico per propositionem. Prima sit de veneni sumptione, Si lex licite posita est, quae hominem dampnet ad veneni sumptionem, reus licite potest venenum sumere. Ratio est, quia apud Aethienses fuit huiusmodi lex, qui tamen in suis legibus laudantur, videtur ergo id licere. Secunda propositio, Veresimilius tamen est, quod lex illa erat iniusta, quia contra naturam est, quod quis sibi inferat mortem: quia deglutire est in potestate sumentis, & licet ut venenum in os immitti possit, tamen quia deglutire est in eius potestate, ideo talis potius agit, quam patitur mortem. Tertia propositio, Si quis iuste damnatus, ut sibi ipse venam manu abscindat, tum si iuxta esset lex, potest manum abscindere. Sed dico, quod lex talis esset iniusta. Ad alios casus dico, quod sunt metaphisici. Et ad inductum de Seneca id potius fuit mortem pati, quam agere: & credibile est quod ignorata fuit excusatus.

Dubium alud est de illo, qui damnatus ut fame pereat, an si panis copiam habeat, licet ei comedere? Constat quod sententia talis esset iniusta, & licite posset panem comedere. Sed an si iuste est ad mortem damnatus, an liceat illi non comedere? Communis sententia est, quod non licet. Contrarium tamen est verius, quia id non est ad mortem agere, sicut si se ipsum iugularet, quod nullo casu licet. Idem dicimus de illo qui est ad mortem in carcere damnatus, qui potest fugere, & non fugere.

De religiosis, qui per ieiunia & abstinentiam vitam minuunt, an id liceat, & sic se occidere? Dico tria. Primum, quod minuerent vitam si sciens & prudens faciat, nullo modo licet. Secundum dico, quod uti cibis, qui non sunt communes, neque vitae homines conueniunt, non licet: vituta vesci herbis & oleribus venenosis, homini non licet: neque tanta inedia uti, quod sit scienter, vitam breuiare. Tertium dico licitum cuiusque cibis communi tantum uti ad vitam conseruandam,

quia id non est vitam breuiare, sed non pro longare.

Dubitarum ultimo, an alicui liceat se occidere. Videtur quod sic, nam potest quis non fugere ad carcerem, licet sit ad mortem damnatus. Item extremum patiens, si pati debet, potest illum extremum indigenti dare, & mortem pati, ut alterius vitam saluet: respondetur, quod aliquem se occidere stat dupliciter. Vno modo directe, & ex intentione: & hoc nunquam licet, & semper est peccatum. Alio modo virtualiter, & indirecte: & hoc modo, ut mors alicui impuretur, requiritur, quod possit, & teneatur, & non faciat: quia si non posset mortem fugere, impossibilis eum excusari: & si non tenebatur, charitas eum excusaret: ut si ex causa rationabili panem, quem poterat comedere, persona reipublicae vili tradat, necdum peccat, sed meritum sibi auget. Si vero sine causa aliqua comedere non licet, talis tunc virtualiter seipsum occidit. Si miles est, si domus ruat, & nolit, cum non possit, fugere, homicida est: non enim est causa quare non fugiat. Si tamen sit in carcere, & ad mortem damnatus, & nolit fugere, cum possit, tunc non est homicida sui, quia cum ex sententia iudicis morti sit damnatus, patienter vult mortem pati, ut pena delicti a suorum exsoluat. Consule de hac questione beatum Chryostomum tomo. 1. ad sextum.

Pro defensione Hieronymi respondemus eum cum communi theologorum sententia consentire: nam ait, nulli licere propria manu perire: quod simpliciter verum est. Et cum addit, Absque eo ubi castitas periclitetur, intelligit in casibus specialibus, de quibus diximus voluntarias cedere fuisse, & ex speciali Diuinae voluntatis dispensatione: & licet corpus morte periret, animas tamen saluas faciebant: & similia facta non omnibus imitanda, sed his tantum, quibus licet certa & indubitata Spiritus sancti reuelatione singulariter mandatum, vel inspiratum sit. Et hoc solutio est consona sententiae Augustini lib. 1. de Civitate Dei, ubi statuit, nulla prorsus causa licere alicui sibi manus inferre. Et arguit, quod si quis dixit, id licere, ne virginitatis & pudicitiae integritas amittatur respondet, castitatem corporis, manente animae castitate, non amitti. Proinde qui se interfecit ut libidinis violentiam euitet, maius flagitium eligit, ut minus peccatum euitet. Et ad exempla sanctorum mulierum respicit cap. 26. eiusdem libri, quod de his nihil temere iudicare audeat: fieri enim potuit,

## ADVERTENTIAE IN. V. TOMVM.

vt ita fit, vt narratur: & qd si id fecerunt non humanitus decepti, sed diuinitus iussu, neq; errantes, sed obediētes id fecerūt. Sicut de Sampsonē, inquit, aliud nobis fas nō est credere. Cū autē Deus iubet, se iubeat sine vllis ambagibus intimat: quis obediētiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset?

## TERTIVM QVAESITVM.

An Hieronymus pro cucurbita re  
ctae transfulerit hederam.

Hieronymus in translatione huius periodi, *Et preparauit Deus hederam*, Ion. 4. a pleurisque veterum notatus, quod pro eo quod septuaginta interpretes transfulerunt cucurbitam, verterit hederam. Rufinus libro. 2. inuēctiarum, ipsum irridēs, inquit, Scribanus etiam in sepulchris veterum, vt sciant & ipsi qui hic aliter legerunt, quod Ionas non habuit vmbra cucurbitae, sed hederę. Et iterum eū voluerit legillatōr neq; hederę, sed vitgultū. Augustinus in tertia epistola ad Hieronymum adducta in eum fabula iocatur. Et vtriq; Hieronymus in cōmentarijs Ionę responderet. Ad Rufinum parpatū referens, ait, Cantherius, id est, p̄grandis asinus tardus & hebes de antiquissimo genere Corneliorum dudum Romę dicitur me accusasse sacrilegij, quod pro cucurbita hederam transfulerim. Timuit, nesi pro cucurbitis hederę nascerentur, vnde occulte & te ne vose biberet, non haberet. Et re vera in ipsis baculorum cucurbitis solent Apostolorum imagines adumbrare, e quibus & ille non suum sibi nomen assumpsit: quod si tam facile vocabula cōmutantur, vt pro Cornelijs seditiosis tribunis Aemilij consules appellatur, miror cur mihi non liceat, hederam transferre pro cucurbita. Sed veniamus ad seria. Pro cucurbita sine hederā, in Hebręo legitur Ki Kion, quā lingua Syria & Punicā El Keroa dicitur: est autē genus vitgultū, vel arbutule, lata habens folia in modū pini, & vmbra densissimā, suo trunco sustentens, quā in Palestina creberrime nascitur, nūmquē in modum, si semetē in terram ieceris, cito confota confurgit in arborem. Et quia sermo Latinus hęc speciem

arboris non habet, timuimus grammaticos, ne inuenirent licentiam cōmutandi, vel bestias India, vel montes Boetia, aut istiusmodi portenta confingerent. Secutiq; sumus veteres translatores, qui & hederam interpretati sunt.

Ad Augustinum vero in epistolis hunc in modum rescribit, Huiusmodi in epistola tua textis fabulam: quidam frater noster, quo episcopus eū laitarē instituisse in ecclesia, cui p̄est, interpretationem tuam mouit, quidam longe aliter antepositum apud Ionā prophetam, quā in erat omnium sensibus memorizque inueteratum, & tot zratum successionebus decantatum: factusq; est tantus tumultus in plebe, maxime Gręcis arguentibus & inclamationibus calumniā falsitatis, vt cogere tur episcopus Iudæorū testimonium flagitare. Quid plurē coactū est homo, velut mēdatum corrigere. Vnde etiam nobis videtur, aliquando in nonnullis te quoque falli potuisse. Dicis me in Ionam prophetam male interpretatum, & seditione populi conclamitē propter vnius verbi dissonantiam, episcopum p̄est sacerdotium perdidisse. De qua re in cōmentarijs Ionę plene respondiui. Peto in fine epistolę, vt quiescentem senem, olimque veterānū militare non cogas, & rursus de vitā periclitari. Tu qui iuuenis es, & in Pontificali cultu inuēctur, doceto populos & nouis Aphricę faucibus Romana recta locupletato. Mihi sufficit cum auditore & lectore pauperculo in angulo monasterij sustinere.

## QUARTVM QVAESITVM.

## An Angeli die Iudicij iudicandi sint.

Hieronymus huius clausule, *Surge & contende iudicio aduersum montes*, et Micę. 6. intelligentiam appetens, imitari videtur Origenem asserentem, Angelos hominibus p̄positos in administratione sua posse errare, & ideo die Iudicij iudicandos, vt secundū peractę curę meritum p̄nas, vel p̄mia recipiant. Eius verba in. 2. Micę cōmentario sic habent, Surge & contende iudicio aduersum montes: quos nō alios significari puro, quā

Deut. 32

Hebr.

quā Angelos, quibus rerum humanarum cōmissa est procuratio. Deuteronomij canonico in idipsum congruente, Cū diuideret excelsus gētes, cū disseminaret filios Adā, constituit terminos terrę secundum numerum Angelorum Dei. Hi sunt administratores spiritus, missi in ministeriū propter eos, qui hereditatem salutis possessuri sunt. Et contende iudicio, vt siue montes, siue colles reperi fuerint, non digne populos procuras vel meum videatur esse, qui tales p̄positi, vel culpa tollitur a populo, & referatur ad principes. Legamus Apocalyp. Ioann. Apostoli, in qua laudantur, accusanturque Angeli ecclesiarum, pro virtutibus, vitijsq; eorum, quibus p̄esse dicuntur. Sicut enim interdum episcopi culpa est, interdum plebis: & saepe magister peccat, saepe discipulus: & nonnunquam patris vitium est, nōn quā in filiis, vt vel bene, vel male erudatur: ita in iudicio Dei, vel in Angelos crimen refertur, si non egerint omnia, quę ad suum officium pertinebant, vel ad populum, si illis vniuersa faciētib; ipsi audire contempserint. Haec sunt Hieronymus.

Origenes homi. 20. in Numeros, huic locot: Et iratus Dominus dixit ad Moyses, Tolle sanctos principes, & ostēta illos contra solem, Num. 25. allegoricam interpretationē apponens, docet Angelos custodes nostros in die Iudicij iudicandos a Deo. Eius verba hæc sunt, Venient Angeli ad iudicium nobiscum, & stabunt pro nobis ante solem iustitię, ne forte aliqui etiam ex ipsis causa fuerint, quod nos delinquimus, ne forte minus erga nos operis & laboris expenderint, quo nos a peccatorum labe retiocarent: nisi enim esset etiam aliquid in ipsis, quod in causa nostri culpandum videretur, nunquam diceret scriptura ad Angelum illum vel illum ecclesię, Qui habes, verbi gratia, quosdam tenentes doctrinam Balam, vel quia dereliquisti charitatem tuam primam, vel patientiam tuam, vel alia huiusmodi, pro quib; in Apocalypsi Angeli vniuscuiusque ecclesię culpantur. Et homi. 24. in Numeris exponens illud ex cap. 20. eiusdem libri, Mulier si quippiam nouerit, & c. idem repetens, inquit, Sepe diximus animarum, quę in ecclesia Dei sunt, curam procurationemque haberi per Angelos, quosque etiam ad iudicium venire cum hominibus ostendimus, vt illo Diuino constet examine, vtum sua fiducia peccauerint homines, an monitorū custodumque negligentia. Rursum homi. 13. in

Lucam enarrās illud ex cap. 2. Facta est multitudo exercitus. Et latius idipsum pertractat, ita scribens, Si audacter expedit loqui scripturarum sensum sequentis, per singulas ecclesias binii sunt episcopi, alius visibilis, scilicet, homo, alius invisibilis qui est Angelus. Et quomodo si homo cōmissam sibi dispensationem bene egerit, laudatur a Domino, si male, culpe & vitio subiacet: sic & Angelus. Scriptum est enim Apocalyp. Ioannis, Sed habes ibi nomina pauca, quę polluerunt illud vel illud, & c. Iterum homi. 35. in Lucā super illud cap. 11. Cū in vadis cum aduersario tuo, & c. eadem apertius repetit, inquit, Scribitur alibi quod assistant hominibus in bonam siue in malam partē duplices Angeli: de bonis saluator meminit dicens, Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei: Si fuero de ecclesia, quantum minimus sum, habet libertatem Angelus meus, & fiduciam semper videndi faciem Patris mei: si autem fuero forissecus, non habet fiduciam Angelus meus respiciendi vultus Patris mei, qui in cęlis est. Et concludit, Secundum enim meritum eorum, quorum Angeli sunt, aut semper, aut nunquā, vel parum, vel plus faciem Dei Angeli contemplantur.

Doctores scholastici disputāt de hac materia. 2. sent. dist. 11. S. Thom. 1. par. q. 113. artic. 7. vbi quærit, vtum Angeli doleant de malis eorum quos custodiunt? & respondet negativē, nempe quod Angeli non dolēt de peccatis, neque de penis hominum, quia trinitia & dolor secundum Augustinum nō est nisi de his quę contrariantur voluntati: nihil autem accidit in mundo, quod sit contrarium voluntati Angelorum, vel beatorum: quia voluntas eorum semper totaliter inhaeret ordini Diuinę iustitię: nihil autem fit in mundo, nisi quod per Diuinam iustitiam fit, aut permittitur: & ideo simpliciter loquendo, nihil fit in mundo contra voluntatē beatorum. Argumentatur argumento vltimo contra hanc sententiam ex Origene locis citatis, ex quibus habetur, quod Angeli trahuntur in iudicium propter negligentiam ipsorum, vel propter ignitiam eorū, qui lapsi sunt. Et ex solutione ipsius constat defensionē beati Hieronymi, & eiusdem Origenis: respondet enim, qd Angeli dicitur in iudicij pro peccatis hominū, nō quasi rei, sed quasi testes ad convincendū homines de eorum ignauiā. Et Hieronymus multis in locis hęc errorem impugnat, & in hoc loco nō ex mente propria, sed ex mente Origenis adducta scripsit.

scripsit, suppresso ob modestiam, ut sui moris est, Origenis nomine. Quod ex his deprehendi potest, quae paulo infra adiecit. Vide loco citato. Origenes etiam insinuare videtur, Angelos in iudicium adducendos, non ut rei, sed ut testes ad convincendum ignaviam eorum, qui Angelorum monitis acquiescere neglexerunt. Homi. enim. 11. in Números, sic habet, Igitur unusquisque Angelorum in confirmatione seculi aderit in iudicio, educens eos secum, quibus praefuit: & puto etiam ibi inquisitionem futuram: nam non quidem an culturae hominum Angelus defuerit: sed an culturae Angelicae nequaquam digne legitimitas humana responderit. Cofule de hac quaestione beatus Chrysostomus. 4. tomo ad. 24.

QUINTVM QVAESITVM.

An Deus scientiam habeat et providentiam minimarum rerum.



Hieronymus in primū cap. Habacuc in illa verba, *M. d. Jans oculi tui, ne videas malum*, affirmare videtur Deū nō habere singularem & peculiarē providentiam irrationalium, ac certam & particularem novitiam in minuti animalis, sed in generali tantū & in specie curam illorum gerere, sic enim scribitur, In ceteris animalibus generalem quidem Dei dispositionem & ordinem cursumque rerum intelligere possumus, verbi gratia, quomodo nascatur piscium multitudo, & vivat in aquis: quomodo reptilia, & quadripedia oriantur in terra, & quibus alatur cibus: ceterum absurdum est, ad hoc Dei deducere maiestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quotve moriantur, quae cunicum, & pulicem, & muscarum sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua nati, & qui de minoribus maiorum praecedere debeat. Nō sumus tam fatui adulatorum Dei, ut dum poteriam eius etiam adim deirahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eandem rationabilium, quā irrationalium providentiam esse dicentes.

Doctores scholastici de scientia Dei disputant. 1. sent. dist. 31. & S. Thom. 1. par. q. 14. art. 5. & 11. & de providentia Dei. 1. sentent.

dist. 39. & S. Thom. eadem. 1. par. q. 22. ar. 2. & quantum ad scientiam Dei attinet, & an alia à se cognoscat, responder art. 5. Necessè est Deum cognoscere alia à se. Manifestum est enim, quod seipsum perfecte intelligit: si autem perfecte aliquid cognoscitur, necesse est quòd eius virtus perfecte cognoscatur, unde cū virtus Divina sit prima causa effectiva omnium entium, necesse est, quòd Deus alia à se cognoscat. Et addit, Ad sciendum autem qualiter alia à se cognoscat, considerandum est, quòd dupliciter aliquid cognoscitur. Uno modo in seipso, ut quando aliquid cognoscitur per speciem propriam adaequatam ipsi cognoscibili, sicut cum ocululus videt hominem per speciem hominis. Alio modo in alio, ut cū aliquid videtur per speciem continentis, ut cū homo videtur in speculo per speciem, speculi vel quo cunque alio modo contingat aliquid in alio videri: sic igitur dicendum est, quòd Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso. Et art. 1. idem probat hac ratione, quia immaterialitas est causa de se cognoscendi aliquid, sicut e contra materialitas est impedimentum cognoscendi: sed Deus est purus actus, & omnino immaterialis, ergo cognoscit se, & alia à se. Maior probatur, quia haec est differentia inter cognoscētia, & non cognoscētia, quòd non cognoscētia praesertim se ad suam formam extendunt: lapis enim esse non potest nisi lapis, & lignum non nisi lignum: cognoscētia vero in se recipere possunt formam ignis & lapidis, quia recipere possunt species, quae formae sunt, quoniam modū rerū, & saltem eminēter species est forma rei. Ex quo sequitur quòd non cognoscētia sunt terminata, cognoscētia vero sunt illimitata. Ratio est, quia materia est principium limitationis & individuationis, forma vero est principium & causa cognitionis. Cū ergo Deus sit purus actus, sequitur quòd se & alia à se cognoscit. Conclusio S. Thom. est de fide, & oppositum est haereticum. Et habetur expresse in scriptura Roma. 11. O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei. Et. 1. Cor. 2. quae sunt Dei nemo novit nisi spiritus Dei. Et ad Heb. 4. omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et ibidem, pertingit usque ad divisionem spiritus & animae compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum

rum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Et Rom. 4. qui vocat ea quae non sunt tanquā ea quae sunt. Et Proverbiorum. 15. Infernus & perditio coram Deo. Et Proverbiorum. 16. Omnes viae hominis patent oculis eius. In cōclusionē, quia est deus, omnes doctores tam sacri quā scholastici conveniunt. Sed quia eius rationem impugnant, breuiter probō illam esse efficacē. Et primo ex eodem, qui infra quaestione. 84. artic. 2. sic arguit, eandem rationem assumens, Omne cognoscitium nō solum est sui cognoscitium, sed etiam aliorū, & cognoscens oportet esse idem cū cognito, ut Aristoteles libris de Anima inquit, nō enim potest homo lapidem intelligere, nisi eius intellectus eminenter & quodammodo lapis fiat, ut de visu & alijs sensibus patet: propter quod multi philosophi asseruerunt animam esse omnia, quia omnia intelligit: imaginari enim non poterant, quomodo alias intelligere possent. Ex quo S. Tho. infert cognoscitium multorum, oportere multa fieri, quòd sine immaterialitate propria & vera, saltem quoad effectum illum fieri non potest. Quod ex eo constat, quia intellectus lapidem intelligere non potest, nisi vnum cū lapide fiat, per quod immaterialiter formam lapidis recipit: hinc quodammodo eminenter & spiritualiter sit idem cum lapide. Et hinc multi affirmarunt species obiectorum in aere esse spirituales, quia habent cōditiones spirituales: non enim corrumpi possunt, nisi corruptione subiectorum corrūpantur. Species enim, per quas intelligimus, de per se incorruptibiles sunt. Et ideo ratio S. Thom. optima est, hinc in sententia & in re arguit, quia omne cognoscitium oportet quodammodo fieri vnum cū cognito, ergo immaterialitas est causa cognoscendi, sic enim Aristoteles. 3. de Anima probavit, intellectum humanū esse immaterialem, eo quòd multa intelligit.

Secunda controversia circa hanc quaestionem est cū philosophis, qui non recte philosophantes, quinimo turpiter in lumine naturali errantes, pertinaciter sustinuerunt, Deū alia à se non cognoscere. Inter hos Averroes. 12. Meta. cōmenco. 51. id sustinuit. Et idem asserit de omnibus substantijs separatis & existimat esse opinionem Aristotelis. Et argumentatur primo, quia si Deus intelligit aliquid extra se, ergo Deus est creatura, illa, quam intelligit. Probatur, quia intellectus quilibet sit intelligibile in actu per id

quod extra se intelligit. Et lib. 3. de Anima, cōmenco. 5. quòd ex intelligente & intellectu fit vnum plusquā ex materia & forma, ergo. Respondetur, quòd illa propositio S. Tho. Intelligere Dei est summa esse, intelligi nō debet materialiter: sic enim falsa est, sed formaliter & causaliter, vel eminenter, hoc est, quod perfectus modus essendi Dei est ratio quòd perfecte intelligat se: & alia extra se cognoscere, non imperfecto, sed perfecto est: quoniam nō cognoscere imperfecto est. Secundo argumentatur, quia alias sequeretur quòd potentia Divina moneretur à creatura, & dependeret ab illa. Responderet negando sequelam, sed obiectum immediatū Dei est ipsemet Deus, qui per hoc quòd se respicit, omnia alia à se intelligit. Tertio, quia si Deus intelligit aliquid extra se, ergo omnia intelligit, consequens est falsum. Minor vero probatur, quia sequitur quòd distincte intelligeret omnes partes continui, quòd tamen implicat, quia cōtinuum in omni suā partem dividi non potest. Respondetur concedendo, quòd in Deo omnes partes continui sunt distinctae, & sufficienter divise. Et ad argumentum, quia iterum adhuc sunt divisiibiles, dico, quia omnia Deus distincte intelligit. Quarto, quia Deus nō cognoscit omnes numeros posibles: probatur, quia si cognosceret, ponatur ergo in esse: & sequitur, quòd nō posset postea alium numerum efficere, quòd tamen omnipotentiae Dei repugnat. Confirmatur, quia si cognoscit omnes numeros, ergo aggregatum ex illis erit infinitum quodam, quòd concedere est absurdum. Respondetur, quòd Deus intelligit omnes numeros collectiue, & isti sunt illi, quos Deus intelligit, & idem dico de continuo, nec praeter illos, quos Deus intelligit, sunt alii alij. Et ad probationem, quia esset infinitum, dico, quòd non possunt poni in esse, quia est merefigmentum, quòd Deus aliquando creet omnia ab ipso creabilia, & ideo ista opinio Averrois est mera fabula, & sit iniuria Aristoteli, illi imponendo quod fuerit huius sententiae: nam libro de bona fortuna inquit, quòd aliqui homines sunt, qui patiuntur spiritus quosdam ad eligendū ea, quae meliora sunt sine deliberatione, quòd fieri non posset nisi à principio aliquo extrinseco id acciperent: & ibidem ait Aristoteles, quòd id refertur in principij aliquid nobilius & melius homine, quòd est supra rationem hominis, quòd nisi ipse Deus, esse non potest. Et libello quodam de somno & vigilia

1. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

1. Ratio.



vigilia inquit, quod negare diuinationes per somnia, est negare sententiam. Probat, quia multi sunt experti, quod illa quae illis per somnia nuntiata sunt, sic eueniunt: huiusmodi autem a casu fieri non possunt, sunt ergo à Deo, ergo Deus alia à se intelligit. Et si alibi Aristoteles contrarium asseruit, sibi contra dixit. Quod vero ea quae extra se Deus cognoscit, cognitione distincta cognoscatur: probatur, Primo, quia cognitio confusa est cognitio imperfecta, quae in Deo esse non potest. Secundo, quia proprietates rerum sunt vere perfectiores, & continentur in Deo, ergo sicut se perfecte cognoscit, sic & proprietates omnes rerum perfecte cognoscit. Et articulo. 11. probat, quod Deus singularia omnia cognoscit. Vide ibi. Et aduertendum, quod sicut dixit insipiens in corde suo, non est Deus, sic & insipientes philosophi dixerunt, Circa cardines caeli perambulat, neque nostra considerat.

Ad secundum quod est de prouidentia, supposito quod prouidentia est ipsa Diuina ratio in summo omnium principe constituta, qua cuncta disponit, vel ratio ordinadorum in finem: respondet S. Thom. q. 22. art. 2. quod omnia sunt subiecta Diuinae prouidentiae. Probat Sap. 8. ubi de Diuina sapientia dicitur: quod attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et Sap. 14. Tu autem Pater gubernas omnia prouidentia. Democritus & Epicurei, totaliter Dei prouidentiam negarunt ponentes inuadum factum esse à casu. Alij posuerunt incorruptibilia tantum prouidentiae subiaccere, corruptibilia vero non: ex quorum persona dicitur Job. c. 22. Nubes latibulum eius circa cardines caeli perambulat, neque nostra considerat. Rabbi Moyses à generalitate corruptibilibus excipit homines propter splendorem intellectus, quo participant. Contra quos omnes statuitur conclusio. Necessae est dicere omnia Diuinae prouidentiae subiaccere, non tantum in vniuersali, sed etiam in singulari, quod sic patet, quia cum omne agens agat propter finem, tantum se extendit ordinatio effectuum in finem, quantum se extendit causalitas primi agentis, causalitas autem Dei, qui est primum agens, extendit se usque ad omnia entia, non solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad individua, tam corruptibilia, quam incorruptibilia: cum ergo prouidentia Dei nihil aliud sit quam ratio ordinis rerum in finem, necessae ergo est, omnia in quantum partici-

pant esse, in tantum subditi Diuinae prouidentiae.

Dubium breue est, an sub prouidentia Dei cadant praecise media, non autem fines. Et quidem ex S. Tho. videtur, quod ordinatio mediorum in finem solum fuit humana industria acquisita. Nam de veritate. q. 6. artic. 1. ponit differentiam inter prouidentiam & praedestinationem: & ait, quod prouidentia non se extendit ad finem, sed tantum ad media. Et ibidem. q. 5. artic. 1. inquit, quod finis non cadit sub prouidentia, sed solum media: si ergo prudentia secundum ipsum non est de fine, ergo neque prouidentia: cum secundum ipsum prudentia sit pars prouidentiae. Et ita tenet Durandus. 1. dist. 40. q. 15. finis non cadit sub prouidentia, sed solum media. Sed dicimus Dei prouidentiam esse de fine & de medijs: & in hoc prouidentia Diuina ab humana, quae solum ordinat media, differt. Et probatur hoc primo ex hoc S. Tho. artic. 2. quo asserit, omnium, absque nulla exceptione, esse Dei prouidentiam. Secundo probatur, quod sic haec eius opinio, nam quaestione sequenti, artic. 6. asserit, praedestinationem esse in Deo partem prouidentiae, sed praedestinatione est de fine, ergo & prouidentia. Tertio, quia expresse. 3. Contra gentes. c. 49. asserit, quod prouidentia Dei est de fine & medijs: idque rationabiliter fatendum est, ne concedamus aliquid fieri in rerum natura, quod non cadit sub Dei prouidentia. Et ad ducta in contrarium respondemus, verum esse, quod S. Thom. illis locis ita sensit, sed postea tanquam sapiens sententiam mutauit. Ad rationem dicimus, quod solum procedit de humana prouidentia, quae solum de medijs ordinat & considerat, prouidentia vero Diuina media & fines ordinat, & ordi-

ne miro disponit. Pro defensione B. Hieronymi respondimus, non fuisse eius mentem, id quod sibi imponitur, ut ex explanatione eiusdem in Matt. c. 10. constat, ubi dicens illud, Nonne duo passeris asse veniunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro, ubi ait, Sensus est, si parua animalia, & vilia absque Deo autore non decidunt, & in omnibus semper est prouidentia, & quae in his peritura sunt, sine Dei voluntate non pereunt: vos qui aeterni estis, non timere debetis, quod absque Dei viuati prouidentia. Et paulo post cum dicitur, Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos, idem confirmat, dicens, Quoniam si sine Dei scientia parua anima-

lia

lia non decidunt, quanto magis homo. Quod autem ait, Vestri capilli capitis omnes numerati sunt, immensam Dei erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilem signat affectum, quod nihil nostrum laet Deum: etiam parua & ociose dicta eius sententiam non fugiunt. Secundo respondetur Hieronymum, Doctores scholasticos. 1. sen. di. 39. duplici modo interpretari. Primo, ut intelligat, Deum non alternatim & particulatim, & per diuersa temporum momenta minima quaeque prospicere, sicut per varia momenta quadam illos deficiunt, quaedam incipiunt, sed vnico indiuisibili ac sempiterno intuitu cuncta simul ac singula quantumuis minima cognoscere, culicum, vermium, pulicum, muscarumque, tam nascentium, quam interuentium, singulo quoque momento numerum. Secundo, ut intelligi velit Deum non ita & eodem modo penitus scientiam & prouidentiam habere hominum & brutorum, hominibus enim & praecpta dedit, & Angelos ad custodiam, brutis vero ea tantum quae corporis sunt administrat necessaria.

## SEXTVM QVAESITVM.

An mali sacerdotes consecrent, & boni possint conferre ordines.



Hieronymus locum hunc, Sacerdotes eius polluerunt suum, Sophonie, 3. sic exponit. Sacerdotes, qui Eucharistiae seruiunt, & sanguinem Domini populis eius diuidunt, impie agunt in lege Christi, putantes Eucharistiam imprecantur facere verba, non vitam: & necessarium esse tantum solemne orationem, & non facere dotum merita: de quibus dicitur, Et sacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationem Domino. Et paulo post idem exponens ait, Sacerdotes qui dant baptismum, & ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum, faciunt oleum, existimatis manus imponunt, catechumenos erudiunt, leuitas, & alios constituunt, sacerdotes, non indignantur nobis sic exponere tibus, sed studiose agant, ne de sacerdotibus qui violant sancta Domini, esse mereantur.

Ex his Hieronymi verbis nouelli haeretici tria deduxere. Primum est, sacramentum Eucharistiae non posse ab improbo sacerdote

te consecrari. Secundo idem est, Cuiuscunque sacerdoti licere sanctum confirmationis christi consecrare, & manus, his qui confirmantur, imponere. Tertium est, In potestate cuiuscunque sacerdotis esse vt sacros ordines conferat. Quartum colligit Caluinus. c. 18. institutionis suae, nempe Eucharistiam sub vtraque specie laicis exhibendam, ex eo quod Hieronymus inquit, Sacerdotes sanguinem Domini populis diuidunt. Doctores scholastici disputant de priori quaestione; nempe, An mali sacerdotes Eucharistiae sacramentum consecrent. 4. sent. dist. 13. & S. Tho. 3. p. q. 82. art. 5. Et respondet, Sacerdotes, etiam si non iusti sint, sed peccatores, possunt Eucharistiam consecrare. Probat, Primo, auctoritate Augustini in libro de corpore Domini dicens: Intra ecclesiam Catholicam in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus pericitur sacerdote: quia non in merito consecratur, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti. 1. q. 1. Can. intra Catholicam: & de consecra. dist. 2. Can. vtrum sub figura. Secundo probatur ratione, Sacerdos consecrat non virtute propria, sed tanquam Dei minister in eius persona, malignitas vero non priuat ministerium Domini potestate, nempe qui bonos & malos habet ministros & seruos, vt patet Matth. 24. ubi postquam Christus dixit, Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. subdit, si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, &c. Et Apostolus. 1. Cor. 4. postquam dixerat, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. subdit, Nihil mihi conscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum, ergo certum esse potest, aliquem esse ministrum absque certitudine probata eius. Quod si quis obijciat hoc Christi maiestati derogare, vt iniquis ministris vitatur. Respondetur id potius eius excellentiae congruere, cui sicut vero Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala, quae per ipsius prouidentiam in eius gloriam ordinantur.

Conclusio hac nemini orthodoxorum est ambigua. Haeretici tamen contrarium docent, vt Vicleph apud Vualdenum, tomo. 2. de sacramentis, cap. 7. qui sic argumentatur, Si Spiritus sanctus ea laico sanctissimo, quent inhabitat, non concurret ad consecrandum, à fortiori neque cum pessimo sacerdote, in quo non est Spiritus sanctus. Illatio tamen illa haeretica est, sicuti si colligeret, qui non concurret cum optimo Nathanaele, vt esset Apostolus, ergo neque cum pessimo Iuda, ad id

munitis

muneris concurrat: potestates enim Diuini  
tus collatæ, non in bonum singularium per-  
sonarum, sed in bonum commune totius ec-  
clesiæ conferuntur: sicque ex moribus mi-  
nistrorum non dependent. Alias cū hominū  
crimina occultissima sint, vix vnquā certi es-  
se possunt, an publici ministri ecclesiæ  
rebellarem habeant, & eorum acta iuridica, &  
sacramenta solida sint & valida. Vnde sem-  
per in ecclesia consilio & turbatio oritur,  
quā heretici eiusdem perturbatores molū-  
tur. Secundo, quia character sacerdotalis sa-  
cerdotibus non ad modum habitus imprimi-  
tur, tanquam virtus ad bene operandum, sed  
est mera potentia, & indelebilis facultas ad  
operandum sine bene sine male. Tertio, quia  
secundum istos nunquā essentis certi, vtrū  
verum sacramentū adoremus. Quarto, quia  
est error Donatistarum, ab omnibus Docto-  
ribus sacris damnatus, quorū testimonia de  
consecra. dist. 4. referuntur, vbi diffinitur, q̄  
mali ministri, quantumvis heretici, vera ad-  
ministrant sacramenta, est etiam error Ar-  
machani dicentis per quodcunq; mortale  
delictum quācumque publicam potestatem  
delinquentis perire.

Quantum ad secundum, scilicet, q̄ cuius  
que sacerdoti licet sacramentum confirmatio-  
nis conferre, disputant Doctores schola-  
stici. 4. dist. 7. & S. Thom. 3. par. q. 72. ar. 11.  
vbi haec conclusio est constituta. Collatio  
huius sacramenti episcopis referatur. Pro-  
batur ex similitudine (vni artis, tum etiam  
humanorum contractuum). In ædificijs nā-  
que extruendis inferioris ministri archite-  
cto materiam preparant, sed architectus ipse  
formam imponit. Huius ædificij vsus ad pa-  
tronum expectat. Et epistolæ per notarium  
scriptæ manu Pontificis subscribuntur. Fide-  
lium autem ecclesiæ ædificium quodā Di-  
uinum est, secundum illud. 1. Cor. 3. Dei ædi-  
ficario estis. Item epistola quædam spiritu  
Dei in cordibus scripta, vt habetur. 2. Cor.  
3. Hoc autem ædificium & epistola per ba-  
ptisimum, sacerdotum ministerio edificatur,  
& scribitur per sacramentum autem confir-  
mationis domus quasi iam edificata, dedica-  
tur in templum Spiritus sancti. Et epistola  
iam scripta consignatur signo crucis: munus  
ergo hoc episcopis ex officio incumbit, qui  
tanquam successores Apostolorum summā  
potestatem in ecclesia obtinent, sicuti in eius-  
primordijs, per manus impositionem Apo-  
stolorum, vt in eorum Actis. c. 8. & c. 19. legi-  
tur, plenitudo Spiritus sancti dabatur. Vi-

de de hac questione supra, tomo. 4. Chryso-  
stomi, ad. 26. vbi statuimus conclusionē de  
fide. Collationem huius sacramenti solis epi-  
scopis esse concessam, contra hereticos tam  
vereres, quam non ellos.

Ad tertium, scilicet, An in potestate sit cuius  
libet sacerdotis sacros ordines conferre, suf-  
ficat definitio concilij Tridentini in damna-  
tionem illorum, sess. 7. sub Pio. 4. Can. 7. Si  
quis dixerit, episcopos non esse presbyte-  
ris superiore, vel non habere potestatem con-  
firmandi, vel eam quam habent, illis esse cū  
presbyteris communem, vel ordines ab ipsis  
collatos, sine populi, vel potestatis secularis  
consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos  
qui nec ab ecclesiastica & canonica potesta-  
te rite ordinati, neque missi sunt, sed aliunde  
veniunt, legitimos esse verbi, & sacramen-  
torum ministros: anathema sit. De questio-  
ne, an si licet Eucharistiæ sacramentum sub  
vtraque specie laicis sit exhibendum, vide  
supra ad quartum tomum B. Chryostomi,  
ad. 16.

Pro defensione Hieronymi respondet S.  
Thom. loco citato ad primum argumētum,  
Hieronymum illic tantum admonere, quod  
indigne accedere ad sacramentum, sit graue  
scelus, contra illos qui credebant, se digne  
posse, Eucharistiam consecrare, eo tantum  
merito, quo sunt sacerdotes, quauis pessimi  
sint: non tamen negat esse verum sacramen-  
tum etiam dum in crimine consecratur. Ad  
secundum & tertium respondetur, per sacer-  
dotes, qui oleum chrisuati faciant, manus  
imponunt, & sacerdotes ac leuitas consti-  
tuunt, intellexisse episcopos, quod ordinis  
sacramentum a sacerdotibus non differant, li-  
cet iurisdictione & dignitate longe distant.

SEPTIMVM QVAE-  
SITVM.

An Christianis iurare liceat?

Hieronymus libro secundo in Za-  
charia occasiois huius præcepti,  
tamē non dicitur diligens, Zach. 8.  
affirmare videtur, diuine profusus  
iuramentum Christianis interdictum esse:  
Sic enim ait, Iuramentum mendax non dili-  
gatis, præcipiente Domino in Euāgelio, Ego  
autem dico vobis, nolite iurare omnino, sed  
sit sermo vester, est, est, non, non. Qui enim  
non

non iurauerit, nunquam poterit peierare, in  
præceptis quæ ad vitam pertinent, & sunt per-  
spicua, non debemus querere allegoriam, ne  
iuxta comicum nodū queramus in scip. po.  
Vide de hac questione supra tomo. 3. Beati  
Chryostomi, ad sextum.

OCTAVVM QVAESITVM.

An sinus Abrahæ et infernus da-  
mnatorum idem sint.



Hieronymus cōmentatio. 2.  
in Zacharia explicans hūc  
locum, Tu quoque in sanguine  
stans non emisti vinctos de lacu,  
in quo non eras aqua. Zach. 9.  
exillimā, collocasse sinum  
Abrahæ in inferno damnatorum: & putasse  
idem vtrūq; esse: sic enim habet, Tu quoq;  
in sanguine, &c. Quod ita intelligitur, In sa-  
guine passionis tuæ, eos qui vincti in carce-  
re tenebatur, in quo nō est vlla misericordia  
tua clementia liberasti. Et paulo post in hu-  
ius præfigurationem, Lacus qui non habet  
aquas: & Ioseph à fratribus missus est in la-  
cum: & Hieremias à Cælcis, non in aquā  
latij, sed in lutum egnumque latij demer-  
gitur, quod possit suffocare magis, quā refrige-  
rare: vnde in Psalmista inscribitur, Infixus  
sum in limo profundi, & non est substantia:  
in hoc lacu inferni morabatur dives ille  
quodam purpuratus, cuius lingua magnilo-  
qua poenarum exuberatur incedijs: & in tā-  
tum nulla habebat poenarum refrigeria, vt  
extremi digiti pauperis tincti in aqua, refri-  
gerium postuleret.

Lucæ. 16.

Augustinus epistola. 57. ad Dardanum, &  
epistola. 99. ad Ebodium, & lib. 12. de Gene-  
si ad litteram, resellere videtur hanc senten-  
tiam, duplici de causa. Primo, q̄ in Euange-  
lio dicitur, Chaos magnum & profundum:  
& hiatus intransibilem positum esse inter  
sinum Abrahæ, vbi Lazarus solatus fuebat-  
tur, & infernum, vbi diues tormētis ardebat.  
Deinde, q̄ cum in sacris literis nusquā inue-  
niatur, inferorum nomē in bonā partē acci-  
pi, credibile nō sit, requiem illam, in qua La-  
zarus cū cæteris animis sanctorū Patrum la-  
tabatur, esse apud inferos.

De hac questione disputamus supra to-  
mo. 4. D. Chryostomi ad. 11. Vide ibi. Et  
pro defensione D. Hieronymi aduertendū,

quod Doctores scholastici docēt, sinū Abra-  
hæ, & infernum, situ idem esse, qualitate ve-  
ro differre, eodē enim subterraneo loci cla-  
stro, vt recte sentit Hieronymus, vterq; con-  
cluditur: sic tamen vt sinus Abrahæ in supe-  
riori, & infernus in infima regione collo-  
centur, & intersitio aliquo inter se distin-  
guantur. Qualitas vtriusque regionis ita di-  
uerfa est, ut in sinu Abrahæ olim fuerint re-  
frigeria animarū piarum: in infima vero re-  
gione supplicia impiorū perpetua, & hiatus  
ingens vtriq; regionū interiacens, veluti qua-  
dā impermeabili voragine horum, & illorū  
cōmixtione prohibet. Ex quo cōstat,  
q̄ nihil prohibet quin sinus Abrahæ, & in-  
fernus, eodē terrenæ cōcauitatis ambita cō-  
prehendantur, & inter se sint habitacula val-  
de distincta, alterum in solarium animarū in-  
starum, alterum in dolorem impiorum. Ad  
id autē quod Augustinus ait, in sacris literis  
nusquā infernum in bonā partem accipi, re-  
sponderet S. Tho. 4. sent. dist. 45. q. 1. his ver-  
bis, Locus & status sanctorum Patrum quā-  
tum ad id, quod de bono, sinus Abrahæ dico-  
batur, sed quantum ad id quod habebat de  
defectu, dicebatur infernus. Et sic neque si-  
nus Abrahæ in malum accipitur, neq; infer-  
nus in bonum, quantum quodammodo sint  
vnum.

NONVM QVAESITVM.

An electio et reprobatio sint ex  
præscientia meritum.



Hieronymus in commentario  
Malachie, hoc explicans,  
Jacob dilexi, Esau autem odio habui,  
Malachie. 1. nō longe abesse  
videtur à sententia Pelagiano-  
rum de centum, electionem & reprobatio-  
nem oriri ex præscientia meritum, siqui-  
dem sic scribit, Porro dilectio & odij Dei,  
vel ex præscientia nascitur futurorum, vel  
ex operibus, alioquin nouimus, quod om-  
nia Deus diligit, nec quicquam eorum  
oderit, quæ creatur, sed propriè eos suæ  
vindictæ charitati, qui vitium in hostes sunt  
& rebelles: & è contrario illos odit, quia  
Deo destructa cupiunt rursus struere.

Vide de hac questione supra  
4. tomo D. Chryostomi, ad  
nonum.

ADVERTENTIAE IN. VII. TOMVM.

DECIMVM QVAE-  
SITVM.

An clausus, quo Augustus freno equi usus est, fuit quo Christus cruci affixus est.

**H**ieronymus lib. 3. commenta. in Zachariam. c. 14. in illa verba, *dic illa erit, quod super frenum equi est sanctorum dñi.* Asserere videtur, Augustus clauo Crucis Domini freno equi nūquam fuisse usum: sic enim inquit, Audiui à quodam rem sensu pio quidem dictam sed ridiculā, Clauos Domini Crucis, è quibus Constantinus Augustus frenos equo suo fecerit, sanctum Dominum appellari. Hoc vti accipiendum sit, lectoris prudentiæ derelin-

quo. Aduertendum, q̄ licet tempore B. Hieronymi, quod sibi relatum est, fidem non haberet, tamen postquā ecclesiā festiuitatem inuentionis sanctæ Crucis instituit, tenendū est, quod in lectione inuentionis sanctæ Crucis ecclesiā nobis tradit, sic enim legitur de Helena, cuius medio & diligētia Dominica Crux inuenta est, attulit etiā clauos tres, quibus Christi corpus fuerat affixum, quorum vno Constantinus pro amuleto in cono galæ usus est, alterū deiecit in mare ad sedē in rēpēstatem compescendam, reliquum in cruce bellatoris equi feno, veterem prophetiā ad implens, ol. m. enim sic Zacharias propheta clamauerat, Frit quod super frenū equi est sanctū Domino. Et pro Hieronymo respondemus, quod si ecclesiā illi tradidisset, sicut nobis tradit, pie credidisset, sicut & nos credimus, & fat est quod ait, hoc vti accipiendum sit, lectoris prudentiæ relinquo.

SEPTIMVS TOMVS.

- 1 An Astra sint animantia rationalia.
- 2 An Angeli & animæ natura sint corporea.
- 3 An post hanc vitam detur locus vnde animæ semel ingressæ egrediantur.
- 4 Quisnam sit auctor libri Sapientia.

PRIMVM QVAE-  
SITVM.

An sydera sint animantia rationalia.

**H**ieronymus exponens illud Eccles. 1. *Gyrans gyRANDO vadit spiritus.* Allevit, Quod autem ait, Gyrans gyRANDO vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur sibi, ipsum solem spiritu nominavit, quod animet, & spiret, & vigeat, & annuos oibis cursus expleat, ut ait Poeta.

*Intraea magnam sol circumvoluitur annus,  
Atque in se sua peruestigia voluit annus,  
Lucentemq; globum lunæ, Titanæq; astra,  
Spiritus inuis alit, rotamq; insula per annus  
Mens agit molem, & magno se corpore miset.*

Non de annuo Solis cursu, sed de quotidianis eius semitis loquitur.

Origenes. 1. tomo cōmentariorum in Iosā. de stellis sic locutus est, Etenim absurdū est dicere, Christū pro humanis tantum peccatis mortuū esse, & nō pro aliquo alio q̄ preter hominē in peccato fuit, veluti pro stellis, cū neq; stelle omnino mūde sint coram Deo: vt in Iob legitur, stelle autē non sunt mūde corā ipso. Rufinus de syderū animario ne in. 1. Periarcho. c. 7. ostendit, astra esse animalia ratione prædita, quæ in virtutibus proficiant & deficient, esseq; illis spiritum intrin-

intrinsecus à Deo infusum. Et hoc idē ait homilia vltima in libris Numerorum: & alijs quā plurimis locis hoc idem frequenter asserit.

Augustinus horū Patrum sententiam non est ausus improbare, sed eam sub dubio rescribit. 2. libro de Gen. ad literam. c. 18. ita scribens, Solet etiam queri vtrum celi luminaria solū corpora cōspicua sint, an habeant retores quosdā spiritus suos: & si habeāt vtrū ab eis vitaliter inspīentur, sicut animantur carnes per animas animalium, an sola sine vlla permixtione præsentia. Quod licet in præsentia facile comprehendī possit, loes tamen oportuniore poterunt occurrere, vbi nobis de hac re secundum sanctę autoritatis literas, & signum ostendere, certū aliquid tamen credere licebit. Et in Enchiridion ad Laurentium. 18. idē repetēs addit, Sed neq; illud quidē certum habeo, vtrū ad eandē societate Angelorum pertineant sol & luna, & cetera sydera, quibus nō nullis lucida corpora esse, nō cū sensu & intelligentia videantur.

Caietanus in psal. 135. enarrans illud. Fecit celos in intellectu, ait, in intellectu, hoc est, intellectuales, quod est verum, vel quāram ad substantiam celorum, si sunt animati, vt multi philosophi rationabiliter putāt, vel quoad motum, quia motus eorum proculdubio intellectualis est, hoc est, ab intellectu. Et alio loco obiter exponēs quod in præfatione Diuini sacrificij canitur. Cœli cœlorumq; virtutes, loca exultatione concelebrant, existimavit id posse intelligi de cœlis, qui cū animati sint, ipsi quoque vna cū ceteris Angelis laudent Deum.

Disputat Doctores scholastici quæstionem hanc. 2. sen. dist. 15. & S. Tho. 1. par. q. 70. ar. 3. Primo tñ referens opiniones antiquorum falsas: & illis impugnat, respondet negatiue. Anaxagoras, vt refert Augustin⁹. 8. de ciuit. Dei, factus est reus apud Athenienses, quia dixit, Solem esse lapidem ardentem, negans esse Deum, vel aliquid animatum. Platonici posuerunt, corpora cœlestia esse animata. Apud Doctores etiā fidei fuerunt circa hoc diuersæ opiniones. Contrarium Origenis, Hieronymi & Augustini tenuit Basilus homi. 3. in Hexameron, vbi inquit, Neque enim celi animati sunt, quoniam enarrant gloriam Dei: neq; firmamentū animal est sensitiuū, quia annunciat opera manuum ipsius: sic enim & ros & pruina & frigus spiritualis, quædā & rationalis natura erunt, quia apud Danielē Deum laudare videtur. Cōsentit il-

li Damascenus lib. 2. de orthodoxa fide. c. 6. Null⁹, ait, celos aut luminaria arbitretur animata, inanima enim sunt, & insensibilia: quare si scriptura dicit, Latentur celi, Angelos qui sunt in celo ad lætitiā vocat. Nouit etiā scriptura profopopēiam, personarūq; fictionem vsurpare, & de inanimis, vt de animatis, vt Mare vidit & fugit. Et S. Tho. inquit, Considerandū esse, q̄ vniū animæ & corporis nō est propter corpus, sed, ppter animā. De operationibus vero animæ, nulla potest cōpetere animæ cœlesti, nisi duæ: intelligere & mouere: operatio autem intellectus non indiget corpore, nisi in quantum ei per sensus ministrantur phantasmata: operationes autem animę sensitiuę corporibus cœlestib⁹ nō cōueniunt: neq; propter operationē intellectualem corpori cœlesti vnitur, relinquatur ergo q̄ propter solam motionem: ad hoc autē quod moueat, non oportet vniri ei, vt forma: sed per cōtactum virtutis, sicut motor vnitur mobili. Ita Aristot. 8. phys. Platonici etiam animas corporib⁹ vniri nō ponebant, nisi per cōtactum virtutis, sicut motor mobili, vnde Plato corpora cœlestia animata dicens, intelligit substantias spirituales vniri corporibus cœlestibus, vt motores mobilibus. Augustinus etiam dicit. 3. de Trini. corpora omnia administrari à Deo per spiritū vitæ. Ex quibus patet, q̄ corpora cœlestia nō sunt animata eo modo quo plantę & animalia, sed equiuoce. Vnde interponentes, ea esse animata, & ponentes, ea esse inanimata, in re parua vel nulla differētia inuenitur, sed in voce tātum: bifariam enim potest intelligi corpora cœlestia esse animata. Aut vniuoce, hoc est, anima informantē, quę sit forma corporis, quales sunt animæ plātarum & animalium, & isto modo nullus sanctorum somniavit, corpora cœlestia esse animata: aut equiuoce, hoc est, anima existente, quę vnitur corpori, non tanquā forma, sed tanquam mouens mobili. Et in hoc sensu Hieronymus, Origenes, Augustinus, & Caietanus, interpretandi sunt, si aliquando dixerunt, corpora cœlestia esse animata.

Dubiū tamē est, secundū sententiā Aristotelicā, quidnam circa hæc quæstionē tenendum sit. S. Tho. 2. contra gentes. c. 60. videtur asserere, de mente Aristot. esse, quod in intelligentia dicatur anima cœlis: & sic de mente eius apparet, cœlum animatum esse. Nam secundo de celo textu. 62. innuere videtur, quod de celo sentiendum est, sicut de animali quodā. In fine tamen huius articuli



c. 10. Et in 3. de Trinitate. c. 12. Et vterq; afferuisse videtur, Angelum corporeum esse, quod cōcedi non debet, quia si omnino corporeus esset, anima esset nobilior Angelo, neq; Angelus capax gratiæ esset. Tum etiā quia neq; esset visionis Diuinæ capax, neq; intelligeret. Et ideo oportet dicere, qd est pure intellectus. Secūdo modo, Angelus potest dici corporeus, sicut homo, dempto qd eius corpus subtilius & rarius est. Et secūdu hoc sunt intelligēdi Doctores, tam antiqui, quā moderni, qui dicant, Angelū esse corporeum. Hoc tamē modo intelligēdo sequitur, primo, Angelū esse animatū & animal. Sic enim arguit philosophus. 1. de Anima textu vltimo, cōtra opinātes omnia habere animā. Secūdo, quia vt dicitur. 2. Phys. omne agens est ppter finē. Si vero Angelus corporeus esset, nō ppter finē, sed omnino frustra esset. Tertio, quia querendū esset, cuius figuræ esset Angelus? si dicatur rotundæ, quia est ens perfectū, hoc nihil est, nā ex hoc sequitur qd nō implet locum angulārē. Moderni respondent, Angelū esse figuræ cuius voluerit. Sed hoc etiā nihil est, nā eius natura esset valde mutabilis. Quarto, quia. 4. phys. habetur, quod omne corpus occupat locum, sed hunc Angelus omnino non occupat, minor probatur, quia pono Angelum subito à cœlo in terrā descendēte, tum quæro, an penetratiuē se habeat cū omnibus partibus cœli, an descendat à parte in partē, aut rumpat cœlum? sed quodcūq; datur, assignari nō potest locus, quem in quolibet infātū occupet, ergo. Quinto, quia Marci. 5. habetur, qd legio demoniorū fuit in eodē homine: & tamen affirmari nō potest, qd se penetrat. Sexto. 12. metha. tex. 20. arguitur quod intelligētia nō habet corpus, quia potest quācumq; partē cœli simul mouere, quod mouere non posset, nisi secūdu suam substantiā vel virtutē in omni parte esset. Vltimo, quia Ioann. 4. Christus Dñs Samaritanæ dixit, Deus Spiritus est, & oportet veros adoratores in spiritu & veritate adorare: si ergo Deus Spiritus est, & tertiam personam Trinitatis Spiritū dicimus, non ergo spiritus aerem sonat, sed rem omnino sine corpore.

Urget tñ, quia Magister sen. di. 8. c. 1. tenere videtur Angelū esse corporeū, & illi adhæret Rupertus Abbas in tractatu de vita verbi. c. 28. cū sequētib; Et lib. de ecclesiast. dogmatibus. c. 12. ponitur ista opinio, & tñ ibidē cōtinetur ea, quæ tanquā de fide tenenda sunt. Respondetur, qd nō omnia ibi cōtenta tanquā

de fide habēda sunt, licet cōtra ea, quæ habentur à c. 22. vsq; ad. 31. cōtrarium asserere nō licet, quia sumpta sunt ex cōcilio Miluitanomulta tñ ibi cōtinerentur ex sancti copulata, quorū cōtrarium asserere hæreticum nō esset, sicut esset asserere cōtra ecclia, quæ in Decreto habetur sub nomine Hieronymi, Augustini, aut Gregori.

Caietanus opinatur tenet Angelum esse aereum, nō tamē vt aer illius eiusdē speciei sit cū nostro. Sed cōtra illum est, quia si Angelus esset corporeus, ergo materialis, & si materialis, ergo corruptibilis, quodcūq; corpus habēs materiā requirit dispositiones præuias, quib; medijs forma cōseruetur. Tñ etiā, quia anima eius esset ab eo separabilis: si enim inseparabilis esset, imperfectior materia esset quā corpus bruti. Ad argumenta modernorū respondetur per hoc, qd Angelus cōponitur saltē ex esse & essentia: & qd licet Angelus moueatur, vt patet. 6. phys. & 1. de cœlo, & motus idē sit cū corpore, & loco, nō tamē localiter mouetur: sed à rectis & veris philosophis motus Angelorum mutatio dicitur. Quod si quis arguat, Angelus patitur ab igne, sicut animæ cruciantur ab illo, ergo est corpus. Respondetur, quod punitio illa secundum Thom. optime saluatur asserēdo, quod puniuntur à detentione, quia tam animæ, quā Angeli inuiti ibi detinentur. Supposito ergo quod Angelus est incorporeus.

Dubium tñ est, an Angelus sit cōpositus ex materia & forma. Ad quod respondet S. Th. negativē cōtra quosdā, qui opinati sunt Angelos esse cōpositos ex materia & forma, vt assignarent cōuenientiam in esse nostro & esse Angelico: es enim sicut se habet ad esse sic & ad cognosci. Quod vero Angelus nō sit cōpositus ex materia & forma probatur. Primo, quia si materia hominis & Angelorū esset eiusdē speciei, ergo pars hominis & pars Angeli distingūtur, & separātur secūdu materiā: & tñ, vt. 1. phys. habetur, materia de se nō est extēsa, ergo. Secūdo, quia operatio sequitur formā & essentiā rei: nulla autē operatio Angeli est materialis, sed ei operatio est suū velle, & suū intelligere, ergo essentia Angeli nō materialis, sed immaterialis est. Sed prima ratio S. Th. f. ad hoc vt partes separatur, requiritur materiā & quantitas, videtur nō concludere, quia si à materia informetur forma humana, & à materia informetur forma Angelica, habēt penes quid distingūtur & nō per quantitātē, ergo. Respondemus rationē S. Th. procedere de partibus materiæ conti-

continuat, quæ distingui nequeat, nisi per quantitātē. Secūdo dicimus, adhuc rationē S. Th. habere magnā apparētiam, quia licet partes illæ materiæ Angelicæ & humanæ sint separate, tamē quia secundū tenentes Angelum esse cōpositum ex materia & forma, materię sunt eiusdē speciei, nihil prohibet quin cōmuniari possint, & tunc ratio S. Th. procedere videtur. Et si arguatur, Materia Angelica, quādiu informatur forma Angeli, continuari nō potest cū materia, quia illa est indiuisibilis, hæc autē nostra est extēsa & diuisibilis. Respondetur, qd ideo S. Th. addidit secundā rationē, quæ sufficienter cōclusionem probat. Et ad rationē Durādī cōtra secundā rationē S. Th. nō ppe, Operatio sequitur formā & essentiam rei: nā tūc Durādus inquit, Sequitur qd homo esset immaterialis, patet nam intelligere est immateriale, & est hominis operatio, respondet, 2. dist. 3. q. 1. Capreolus, S. Th. intelligere & loqui de re purē immateriali, & purē intellectuāli, nō autem de omni intelligēte. Solutio tamē nō placet, quia si S. Th. supponit sermonē esse de re purē intellectuāli, supponit ergo id quod probare deberet, scilicet, Angelū esse purē immateriale, quia intelligere potest. Ratio ergo S. Th. in forma hæc est, Omnis operatio Angeli est immaterialis, & fit absq; materia, ergo ipse Angelus est immaterialis. Et sic Durādī replica nulla est, cū intelligere hominis sensatione prærequirit & habeat. In conclusionē S. Th. conuenit communis opinio scholasticorum.

Marfilus. 2. q. 2. art. 1. consentit cū S. Th. Et probat eius conclusionem duabus rationibus. Prima, si Angelus est materialis, ergo vel eius materiā est eiusdē speciei, vel non, cū nostra: si primum, ergo est in potētia ad nostras formas, & ex consequenti aliquando illas haberet, & sic continget Angelum aliquando corrumpi, quia eius forma cedit alia de nouo adueniente. Prima consequentia patet, quia ideo dicimus materiā hominis & equi eiusdē speciei esse, quia sunt in potētia ad easdem formas. Simile argumentum Thomistæ formant ad probandum quod materia cœli specie differat à materia horum inferiorum: alias enim cœlum naturaliter corruptibile esset per aduentum nouæ formæ: sicut ergo de cœlo hi, qui dicunt materiā cœli esse eiusdē speciei cū materia inferiorum, sed non esse in potētia ad aliam formam, respondent eam esse fatiatam, idem respondent de Angelo, &

de anima, rationali, quæ, cū sit perfectissima, fatiat materiā hominis. Hæc tamē solutio omnino non satisfact, quia saltem materia cœli appetit formam rationalem, vtpote perfectiorem. Ideo alij aliter respondēt, nempe quod cœlum non habet neque habere potest aliam formam, quia est perpetuū, & eius materiā est perpetua, & ideo aliam formam non appetit. Sed neque hoc satisfact, quia idem dicerent, qui affirmant, Angelum esse cōpositum ex materia & forma: nam eadem ratione materiā Angeli aliā formam non appetit, quia id frustra esset, eo qd Angeli forma est perpetua. Sed sine dubio sustineri non potest materiā Angeli & materiā cœli esse eiusdē speciei cum nostras & quod non sint in potētia ad alias formas probatur, nam. 1. physicorum & alibi sæpe habetur, quod materiā est potētia, & eius essentia est esse in potētia ad recipiendas formas, sicut de essentia formæ est actūare materiā: sic ergo potētia sunt eiusdē speciei, erunt ergo in potētia ad eandem actus omnino: ideo enim intellectus & volūtas specie differūt, quia sunt ad diuersos actus: & ideo ratio Marfilij sic intellecta in suo vigore manet. Sic enim eam confirmat, quia si materiā Angeli est eiusdē speciei cū nostra, ergo potest recipere quantitātē, & sic erit extēsa, & cōtingeret aliquando corrūpi.

Secūda ratio principalis Marfilij est, quia nō potest dici qd materiā Angeli & nostra differant specie, ergo, antecedēs probatur, quia vt. 8. meta. habetur, species rerum sunt sicut numeri, numeri autem æquales esse nequeunt, materiā ergo nostra & Angeli haberent se sicut minus & maius perfectum, cū tamen materiā sit pura potētia equaliter se habens ad formas, vnde potētia vna perfectior alia esse non potest. Sed hæc ratio etiā probaret materiā cœli nō differre specie à materia inferiorum, & ideo non concludit. Dico ergo ad argumentū Marfilij, de facto vniā materiā esse perfectiorem alia, quia materiā illa erit perfectior, quæ fuerit in potētia ad perfectiorem formā. Exemplū est de materiā cœli & nostra: illa enim est perfectior: quæ est actūata sua forma nobilior, & ideo hæc nostra materiā nō est in potētia ad formā cœli. Ex quibus cōstat solū secundā rationem S. Th. esse quæ vrget.

Aduertendū tamē, qd si quis sustinere velit Angelū esse materiale, vim facere debet in hoc quod materiā Angeli est indiuisibilis, & specie distincta à materiā nostra: & isto

modo sustinere Angelum esse compositum ex materia & forma, non esset hereticum, licet esset falsum: hinc enim euidenter sequitur dari Angelum crassiores alio, & ut Hispanè dicimus (Darle hia vn angel patudo.) Ratio autem constituendi distinctionem specificam inter materiam Angeli & nostram, & tamen quòd sit indiuisibilis, ea est, ut ponatur distinctio numerica inter Angelos: quilibet Angelus specie ab alio distinguitur, ut S. Th. q. 50. art. 4. sustinet, supposita veritate illa quod in Angelis neque per se inuenitur materia assignata, ad argumentum principale assertum Angelum esse compositum ex materia & forma, nempe quia Angelus mutat locum, ergo est in eo mouens & motus, ex. 7. physica, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur, in omni ergo quod mouetur est principium actuum & passiuum, scilicet, materia, respondetur. Primo, quòd Angelus proprie non mouetur, neque eius desertio loci proprie motus dicitur, sed mutatio. Secundo dico, quòd mouetur per solum imperium volutaris. Dicitur autem philosophi intelligitur solè de ente naturali composito ex materia & forma. Ad aliud argumentum, quia si Angelus est immaterialis, ergo actus purus, consequenter patet, quia actus purus nihil habet de materia, consequens autem est falsum, quia solus Deus est actus purus, ergo. Respondet S. Th. ad tertium argumentum, quòd Angelus est actus purus, hoc est, non compositum physice cum ex materia & forma, est autem compositus ex actu & potentia, id est, ex esse & essentia. Pro quo aduertendum, quòd ut habetur. 8. Merita, essentia rerum sunt perpetua, illae tamen essentiae sunt in potentia ad existere, quia existere possunt: & isto modo omnis creatura est composita, Angelus enim componitur ex eo quòd est, & quo est, id est, ex essentia & actualiter existere, quòd secus est in Deo, ut inquit S. Thom. 3. par. q. 3. art. 4. qui est actus purus; hoc est, neque compositus ex esse & essentia, neque compositus physice: Dei enim essentia est existere, id est, in quidditate Dei includitur esse, & ita in ipso Deo existere non differt ab essentia, quia includitur in illo: unde si existere est de essentia Dei, & illi contentum ab intrinseco, ergo est à seipso. Patet si existere esset extrinsecum Deo, Deus ergo haberet esse participatum, & ita aliquid participatum existeret ante Deum ipsum: & in hoc Deus ab hominibus & omnibus creaturis differt, quia existere distinctum est in illis ab eorum essentia, quia

est illis per participationem: & ideo creatura omnis composita est, Deus vero simplex & purus actus, & ab omni compositione alienus: unde si Deus quidditative diffiniri deberet, per esse existentiae diffiniri oporteret.

Pro defensione D. Hieronymi & Augustini, & Doctorum antiquorum respondemus, credi posse veteres illos Patres Angelos & animas asseruisse esse corporeas, non tamen existimarunt, seipsum & in sua natura corpus esse, sed ratione habita ad Deum cuius comparatione nihil est, quòd omnino incorporeum dici possit, quippe qui nec corpore indiget, neque loco circumscribitur, nec terminis clauditur, sed ubique est, & omnia implet: creatura vero quantumlibet spirituales sunt, certis applicatur corporibus, anime illis que animat, Angeli locis quibus presunt & assunt. Et Augustinus lib. 10. de Gen. ad litteram improbat sententiam Tertuliani.

TERTIUM QUAE SITVM.

An post hanc vitam detur locus, vnde de animæ semel ingressæ egrediantur.

**H**ieronymus in Ecclesiaste hanc verba edisserens, *si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem, in locum ubi ceciderit lignum, ibi erit*, Eccles. 11. innuere videtur, post hanc vitam nullum esse locum ex quo animæ, cum ad ipsum peruenierint, amplius exire queant. Sic enim scripsit, In locum ubi ceciderit lignum ibi erit: ubicunque enim tibi locum preparaueris futuramque sedem, siue ad Boream, siue ad Austrum, ibi cum mortuus fueris, permanebis: tu enim quasi lignum quauis longeuus sis, non eris in perpetuum, sed subita, ut ventorum, ita mortis tempestate subuersus, ubicumque cecideris, ibi iugiter permanebis, siue te rigidum & truncem, siue clementem & misericordem, vltimum inuenit tempus. Hoc testimonio & alijs sanctorum abutuntur Lutheranæ aduersus Catholicam assertionem de purgatorio, unde animæ, expleta peccatorum expiatione, liberantur. Hieronymus vero, & Doctores sacri nihil aliud affirmant, nisi quòd mortuus, in quo statu discesserit, ibi manebit, in charitate videlicet, vel extra charitatem: vti si suo charitate obierit, quod

quod est esse rigidum & truncem, non possit fieri misericors & clemens, aut è diuerso: nam nemo potest post mortem, charitatem perdere, vel acquirere sibi de nouo. Cum hoc tamen immutabili statu stat, ut qui hoc meruerunt in charitate existentes possint hinc decedentes, vitiorum suffragiis à penis debitis liberari: non enim illa releuatio poenarum statum mutat, sed in eo sunt statu, in quo possint à debitis penis releuari. De hac questione vide supra tomo. 4. Chrysostrami ad 11. & infra tomo. 2. Augustini ad. 14.

QUARTVM QUAE SITVM.

An sit certus author libri Sapientie & Ecclesiastici.



Hieronymus libro Sapientie Salomonis à se emendato argumentum proponens iuxta illud, *Diligite sapientiam qui indigetis terram*, inquit, liber Sapientie apud Hebræos nufquam est, vnde ipse Syrus Græcam linguam & loquelam redolet; hunc Iudæi Philonis esse affirmant.

Ex hac assertionem Hieronymi olim Pelagiani (ut Hilarius ad Augustinum scribit) occasione sumperunt, ut assererent librum Sapientie falso nomine Salomonis scriptum esse, & ideo vnâ cum libro Ecclesiastes à canone sanctorum voluminum eum excluderunt. Qui error nuper ab Anabaptistis & Lutheranis suscitatus est. Qui duo asserunt. Primum est, authorem libri Sapientie non esse Salomonem, sed Philonem Iudæum patris Alexandrinum Græcæ linguæ peritissimum: de quo propter similitudinem dictio nis, quam cum Platone habuit, olim dictum est, Plato Philonem, aut Philo Platonem sequitur. Alterum est, neutrum horum voluminum esse canonicum. Harum assertionum primam incertâ ac rememoriam esse ante concilium Tridentini diffinitionem, secundâ hereticam esse, ostendimus.

Primo, si liber Sapientie à Philone Iudæo sit editus, inter libros veteris Testamenti numerari non debet, sed inter noni Testamenti volumina recenseri: nam Philo post Christi tempora floruit sub Caio Cesare, ad quem missus est Iudæorum legatus, cum ergo ecclesia reponat hunc librum inter alios veteris

Testamenti, qui ante nouum Testamentum sunt conditi, manifestum est, illum non esse Iudæi Philonis, qui sub nouo Testamento claruit. Secundo, quia author huius libri. c. 2. spiritu prophætico describit futuros conatus Iudæorum aduersus Christum; diceus, Venite circumuetiamus Iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, &c. Et concludit, Si enim est verus filius Dei, suscipiet eum, & liberabit eum de manibus contrariorum: contumelia & tormento interregemus eum, ut sciamus veritatem eius, & probemus pacientiam eius, morte turpissima condemnemus eum. Quæ verba apertum de passione & morte Christi futura vaticinium continent: quod cum tempore Philonis iam esset impletum, sequitur, cum vaticinijs huius non fuisse scriptorem. Tertio, ad hæc accedit quòd author libri huius eodem cap. 2. detestatur impiorum Iudæorum inuidiam, simulationem, & zelum in ipsum iustum Christum: & execratur grauem illorum malitiam & impietatem, quòd non est verisimile fecisse Philonem virum inter ipsos celebrem, & summo honore semper habitum, ne tam recens, patrum suorum scelus tam libere & aperte accusans, suorum in se odium concitaret. Quarto, quia Dionysius Areopagita in prima parte cap. 4. libri de Diuinis nominibus ex hoc libro testimonium profert, dicens in primis scripturarum institutionibus quandam de Diuina sapientia copiosus dixisse, Amator factus sum formæ illius, quod ex. 8. c. huius libri sumptum est. Neque credendum est B. Dionysium id ex libro Philonis iam recentem editum citasse: quem librum, etiam si possibile sit, B. Dionysium vidisse nuper editum, adhuc verisimile tamen non est, ut talis ac tatus Patris dignatus fuerit in te grauisima auctoritate Philonis inniti. Vltimo stat catalogus omnium operum Philonis apud Eusebium lib. 2. histo. Ecclesiast. c. 18. & apud Hieronymum in libro de viris illustribus, in quo liber Sapientie nusquam nominatur.

Verum quia nonnulli ex Lutheranis prædicta suæ sententiæ obstat viderit, ut se ab illis explicarent, dixerunt duos fuisse Philones: vnum post Christi tempora sub imperatoribus Caio, & Claudio, & Nerone; de quo Eusebius & Hieronymus meminerunt; alterum vero vetustiore Græcæ facundia disertissimum supra ceterum & sexaginta annos ante Christi ortum, temporibus Origene pontificis Iudæorum, & hunc fuisse libri Sa-

Eusebius, lib. histo. Eccl.

Sap. 2.

Sap. 8.



pientia auctorem. Huic sententia tamen omnino repugnant quae auctor. c. 9. huius libri de seipso scribens asseruit, se fuisse regem Israel, & in urbe Hierusalē aedificasse Deo templum, his verbis, Tu autem Domine elegeris me regem populo tuo, & iudicem filiorum, & filiarum tuarum: & dixisti me aedificare templum in monte sancto tuo, & in civitate habitationis tuae altare, similitudinem tabernaculi tui, quod praeparasti ab initio. Quae sane verba neutri ex his Philonibus accommodari possunt, qui neque reges fuerunt in Hierusalē, neque templum in ea construxerunt: sed vni tantum Salomoni conveniunt, qui Hierosolymis regnavit, & templum Deo aedificavit, & veluti regum omnium sapientissimus hunc librum Sapientiae condidit, in cuius praedicto. c. scripsit, se orasse Deum pro impetranda sapientia ad recte gubernandum populum, sicut scriptum est. 3. lib. Regum. c. 3.

3. Reg. 3

Ecclēsiæ Catholicae auctoritas, & communis Patrum consensus sufficienter declarant Salomonem huius libri auctorem: ecclesia enim quotannis feria. 4. Pentecostes in sacrosanctis mysteriis primam sententiam huius libri decantat, dicens, Dixit Salomon filiis suis, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: cum omnes Patres tam Graeci, quam Latini consentiant. Et primum de Graecis Eusebius lib. 4. histo. Ecclē. c. 22. sic ait, Verū & hic ipse Egesippus, & Irenaeus, & omnis antiquorum chorus librum, qui attulatur Sapientia, Salomonis, sicut & Prouerbia esse dixerunt. Et Epiphanius libro de pōderibus & mensuris, Salomonis esse credidit. Et Ioannes Damascenus lib. 4. c. 18. librum Sapientiae Salomoni auctori attribuit. Inter Latinos D. Ambrosius in libro de quatuor difficultibus quaestionibus sic inquit, In libro Sapientiae Salomonis de Dominum deprecatum fuisse commemorat. Addit, inquit, Dominum deprecatum sum illud, da mihi Domine sedium tuarum assuetudinem sapientiam. Augustinus lib. 2. retractationum. c. 8. retractavit se aliquando asseruisse librum hunc non esse Salomonis, ex quibus probatur relinquatur, librum Sapientiae à Salomone fuisse conditum.

Quod autem liber Sapientiae Salomonis, & liber Sapientiae Iesu filii Sirac, qui ecclesiasticus dicitur, sint recepti in Can. sanctorum scripturarum, probatur attestatione non uti testamenti, auctoritate ecclesiae, concilio rum determinatione, & Patrum vetustissi-

morum testimonio. Et primum ex verbo Dei expresso, Nam Paulus ad Rom. 11. & Hebr. 11. ex. c. 4. ex. 6. & 9. Sapientiae sententias allegat. Et Petrus & Iacobus vterque. 1. c. suarum epistolarum ex. c. 14. Ecclesiasticis testimonia profertur. Secundo id probatur ecclesiae auctoritate, & Patrum: nam Clemens Romanus Pontifex in. 1. epistola. Anaclētus, in. 2. Euaristus in. 1. epistola ad Africanos, ex libro Sapientiae testimonia adducunt. Si militer de libro Ecclesiastici idem faciunt Fabianus Papa. 1. qui in epistola. 2. ad omnes Orientales episcopos, ex. 10. & 11. eius. c. verba sumit. Et Sixtus Papa primus ex. 24. c. illud accepit, Ego ex ore altissimi pro diuini & gyrum coeli circuiui sola. Ioannes Damascenus vtriusque voluminis lib. 4. de fide memoria facit. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana. c. 8. ita inquit, Illi duo libri, vnus qui Sapientia, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Et lib. 1. de praedestinatione sanctorum idem confirmat. Tertio medio probatur post tota testimonia Patrum, determinatione conciliorum. Nam concilio. 3. Carthaginensi, & concilio magno Lateranensi, & epistola Innocentij Papae ad Erueripium, & Gelasij, de scriptis est catalogus librorum Canonico-rum, in quibus vterque Sapientiae liber annumeratur. Et nunc tandem concilio Tridentino Canone, quo habetur receptio & enumeratio librorum sacrorum veteris & noui Testamenti, suo ordine statuuntur parabole Salomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus. Et diffinitur, Si quis libros ipsos integros, prout in ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones praedictas sciens & prudens contempserit, anathema sit. Ex quo constat, quod licet haec assertio, Liber Sapientiae non est Salomonis, neque in Canone sanctorum scripturarum recipiendus, ante diffinitionem concilij Tridentini tantum esset assertio temeraria, nunc tamen talis assertio haeretica est, sicut & asserere librum ecclesiasticum non esse canonicum.

Ad obiectiones haereticorum, & pro defensione B. Hieronymi, ad rationes & fundamenta illorum respondemus. Et primum & maximum argumentum illorum est, quia B. Hieronymus in prologo librorum Salomonis inquit, librum illum falso inscriptum Salomoni,

Iohanni, cum sit Philonis Iudaei, & apud Hebraeos nasquam est, & ipse Syllus Graecae redoleat eloquentiam: cui subscribit Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana. c. 8. vbi inquit, Nam illi duo libri, primus qui Sapientia, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur, nam Iesum filium Sirac eos scripsisse, constantissime perhibetur. Et. 17. lib. de ciuitate Dei. c. 26. ait, Alij duo libri, quorum vnus Sapientia, alter vero Ecclesiasticus, propter eloquij nonnullam similitudinem, vt Salomonis dicantur, obtinuit consuetudo: non autem esse ipsius, non dubitant Doctores.

Secundo contendunt haeretici, quod neuter horum voluminum canonicam habeat auctoritatem, quia Hieronymus in praedicto prologo inquit, Fertur & paneretos Iesu filij Sirac liber: & alius pseudepigraphus, qui sapientia Salomonis inscribitur. Et paulo post, sicut ergo Iudith, & Thobias, & Machabaeorum libros legit ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipitur: sic & haec duo volumina ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatu confirmanda. Et idem confirmat in prologo galentio Epiphanius libello de pōderibus & mensuris de vtroque libro, ait, Vtilis quidem sunt & commodi, sed in numero receptorum non referuntur. Hieronymus quoque lib. 6. eymologiarum. c. 24. librum Ecclesiastici inter apocryphos rejicit. Sed neque Eusebius, neque Origenes, neque vnus veterum hos libros in catalogo Diuinorum voluminum receperit.

Ad haec respondetur ad primum, falso haereticos imponere Hieronymo, quod ipse non asserit, sed referendo scribit, non ipse id credens, sed nonnullos veteres scriptores, hoc est, Iudeos id credidisse narrans, ait enim, Iudaei Philonis esse affirmant, qui forte in hoc sensu id asseruarunt, vt putauerunt Philonem sententias huius libri à Salomone de primum editas ac dispersas, in vinum collectasse uolument: ita vt à nomine collectoris Sapientia Philonis à nonnullis postea vocaretur. Ad Augustinum respondetur, quod libro. 2. retractationum, cap. 8. sententias inductas his verbis retractauit. Quod dixi de auctore libri, quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quod ipsum etiam, sicut ecclesiasticum scripserit Iesus filius Sirac, postea didici, non ita constare, sicut me dictum est: & omnino probabilis comperi non esse hunc libri illius auctorem.

Ad secundum, nempe quod Hieronymus asseruit, librum Sapientiae inter canonicas ab ecclesia non recipi, respondemus eum de ecclesia suorum reponum id intellexisse: paulo vero post ecclesia ab Spiritu sancto edocta, in concilio. 3. Carthaginensi volumē vtrique que recepit: ac deinceps sequentia concilia vtrique ad Synodum Tridentinam in sacris catalogis vtrunq; numerarunt. Ad Origenem & ceteros Patres respondemus, ex eorum auctoritate tantum colligi, libros huiusmodi non esse de numero scripturarum, quae semper in ecclesia habitae sunt vt canonici, ita vt ex illis ecclesia sua dogmata confirmaret, postea tamen ab Spiritu sancto plenius illustrata, tanquam canonicos recepit eos.

OCTAVVS TOMVS.

1. *Oratio Christi semper fuerit exaudita.*
2. *An mundi exas sex millibus annorum constet.*

PRIMUM QVAESITVM.  
AN oratio Christi semper fuerit exaudita.



Hieronymus in commentarijs psal-morum pertractans hunc versiculū, *Deus meus clamabo per diem. Et non exaudiet me.* inquit, Clamavit Christus

in Cruce, & orauit pro suis, exauditus, & non exauditus est: exauditus pro praedestinatijs, sicut in octomillibus, vel pro illis centum viginti & quingentis fratribus & non exauditus, hoc est, pro illis qui non erant praedestinati, de quibus dixit Euangelista, Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Disputant Doctores scholastici de oratio

ADVERTENTIAE IN. VIII. TOMVM.

ne Christi, 3. sen. dist. 17. & S. Thom. 3. par. q. 27. art. 4. & respondet, quod omnis oratio absoluta Christi semper fuit exaudita, non tamen condonata, ut illa, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Sed contra hoc arguitur, quia Christus oravit pro omnibus hominibus, qui per verbum Apostolorum credituri erant in illum, sed non omnes qui credunt, salutem consequuntur aeternam, ergo. Tum etiam quia oravit pro crucifigentibus, dicens, Pater ignosce illis, & tamen licet aliqui ex illis, non tamen omnes salutem sunt affecturi: respondet S. Tho. ad secundum cum B. Hieronymo, quod Christus pro solis predestinatis tantum oravit, & pro illis exauditus est. Et ad tertium dicit, illud psalmi, Clamabo per diem, & non exaudies, intelligendum esse quantum ad effectum sensualitatis quo mortem refugiebat, non tamen quoad effectum rationis, quia ut sic exauditus est. Caietanus vero inquit, omnem Christi orationem, iam secundum rationem, qua secundum effectum sensualitatis semper fuisse exauditam, quia quod caro petebat, non fixa de terminatione flagitabat, sed a conditione, si Patri ita visum foret, quod si fecus ei videre tur, postulabat voluntatem patris experiri, in quaerens, fiat voluntas tua. Pro quo aduertendum, quod Christo in quantum Deus non conuenit orare, sed tantum in quantum homo, quia orare importat relationem inferioris in ordine ad superiorem: & in quantum Deus potuit facere quodcumque voluit, in quantum vero homo propria voluntate explicabat Patri. Ex quo patet, quod si in Christo solum fuit voluntas Diuina, ut Sergius, Auz. Appollinaris, Nestorius, & Eutiches contendunt, non posset Patrem orare: & ideo merito actione quarta sextae Synodi Constanti non positae vsque ad decimam quartam actionem sunt damnati. Est ergo de fide, & oppositum est haereticum, quod in Christo fuit duplex voluntas, nempe Diuina & humana, & Patrem oravit secundum voluntatem humanam, quia in quantum homo est inferior Patri, & subditus illi: & ut sic omnipotentiam non habet, neque per potentiam animam potest omnia quae vult facere. Secundo aduertendum, Christum neque orasse secundum sensualitatem, neque potuisse orare, ita ut oratio esset proprius actus sensualitatis: Probatur, quia oratio importat & includit ordinem in finem, omnis enim qui orat, orationem ad aliquem finem ordinat: ordinare autem actus est intellectus, non voluntatis,

neque appetitus sensitui, cui ordinare non uenit, ut auctor est S. Tho. 1. 2. q. 1. art. 1. & 2. nam cum hirundo nidificat, opus illud non ordinat ad filiorum generationem: & si formica interrogetur propter quem finem grana congregat, responderet se nescire: & cum hoc ita sit, quod orare sensualitati non conuenit, Christus tamen Dominum secundum sensualitatem orare potuit, exprimens affectum & desiderium sensualitatis, & proponendo appetitui rationali id quod sibi discendi ueniens erat, & quia sensualitas Christi in terra refugiebat, inde est, quod orabat affectum sensualitatis exprimens, dicens, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: & hoc modo conueniens fuit Christum pro se orasse, ut de facto orauit dicens, Pater clarifica filium tuum: ubi pro glorificatione corporis orauit. Pro cuius ampliori explicatione notandum, quod Christus dupliciter orabat, vno modo exprimens affectum sensualitatis vel voluntatis simplicis, quae consideratur ut natura, sicut cum orauit, ut calix passionis a se transiret: alio modo orabat exprimens affectum voluntatis deliberatae, quae consideratur ut ratio, ut cum gloriam resurrectionis postulauit: quod ideo fecit ut nobis exemplum orandi traderet, & ut ostenderet Patrem auctorem, a quo secundum naturam Diuinam aeternaliter, & secundum humanam temporaliter, processit, & quod quidquid habet a Deo habet. Scid. Ioann. 11. gratia Patri agebat, p. bonis in natura humana iam perceptis, dicens, Gratias ago tibi Pater, &c. & etiam pro accipiendis, ut nobis utriusque exemplum relinqueret. Et ideo S. Tho. art. 3. inquit, Oratio uocalis Christi non fuit illi necessaria propter se, sed propter nos: & ideo asserit B. Hylarius, 10. de Trinitate, iuxta quod Ioann. 11. dixit, Pater ego sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstant, dixi, ut credant quia tu me misisti. His diffinitis.

Dubium est quare non oramus Christum, ut pro nobis apud Patrem intercedat, neque id ecclesia facere consuevit, sed Christum oramus, ut nostri misereatur. Et probat, illud nos orare posse, ut ad Patrem pro nobis intercedat, quia re vera in mundo existes pro nobis Patrem orauit, quid ergo obstat quod nunc etiam pro nobis Patrem oret? Tu etiam quia. 1. Ioann. c. 2. Apostolus inquit, Aduocatum habemus apud Patrem. Iesum Christum, & ipse interpellat pro nobis, postumus ergo illum orare, ut munus hoc exequatur. Respondet.

Ioann. 13.

Ioann. 11.

Respondetur ad hoc, ecclesiam in hoc quod non orat Christum, ut pro nobis intercedat, optimè seruare morem, & ideo rectius orat, ut nostri misereatur, quia orare respectum dicit inferioris ad superiorem, & impotentiam quandam & inhirmitatem arguit: unde qui orat, nequit ea quae vult per seipsum facere, neque ea pro quibus orat secundum illum modum, secundum quem orat Christus Deum, licet omnia pro quibus orabat, efficere poterat, non tamen secundum humanitatem, secundum quam orabat: & ideo quia orare de se fragilitatem & impotentiam quam dicit, ideo postquam resurrexit, conueniens non est, ipsum Patrem orare, qui surrexit sine defectu aliquo, quia neque impotentiam, neque fragilitatem, neque imbecillitatem aliquam habuit: bene tamen quando uia tot erat: & haec est ratio quare Christum non oramus, ut pro nobis oret. Secundo dico, quod si quis per ignorantiam Christum oraret, ut pro se Patrem oret, sacrilegium magnum non esset.

Dubium alterum est, quid dicimus Christum in hoc mundo Patrem orasse, quomodo Pater accipiatur, essentialiter ne, an personaliter? Pro quo aduertendum, quod Pater essentialiter dicitur de Deo, in quantum est Pater omnium creaturarum per creationem, & hoc modo sumitur, cum orantes dicimus, Pater inter qui est in caelis: personaliter vero ut in Diuinis Pater sumitur pro prima persona, quae filium generauit. Hoc supposito respondemus, quando dicimus Christum orasse Patrem, & quod erat subditus Patri, Pater sumitur essentialiter, uide licet pro Deo: sicut quando nos Patrem oramus, essentialiter etiam sumitur: non enim amplius pro persona Patris quam Filij vel Spiritus sancti accipitur: & sicut nos aliquando orationem nostram ad personam Patris ordinamus, sic & Christus suam orationem ad personam Patris potuit dirigere: quemadmodum si quis ex deuotione speciali, cuiuslibet personae Diuinae orationem & deprecationem suam commendaret.

Bro B. Hieronymo respondemus ex dictis, ipsum non negare, Christum a Patre fuisse exauditum, cum Paulum legitur, qui de Christo in cruce oratione valida exclamante dicebat, Qui cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: neque ipse asserit, eum pro omnibus crucifixoribus orasse, neque etiam pro omnibus, qui erant in eum credituri, sed pro his solum, qui erant praedestinati ad vitam aeternam, & pro his exauditum esse. Quod autem psalmi ait, Clamabo, & non exaudies, intelligi debet, non quoad rationis desiderium, quae semper exaudita est, sed quoad effectum carnis mortem refugientis.

SECUNDVM QVAE SITVM.

An mundi aetas sex tantum annorum millibus constet.

**H**ieronymus in epistolari expositione psalmi octogesimali noni ad Cyprianum in hunc versiculum, Quoniam mille anni ante oculos tuos, sicut dies hieremiae quae praeteriit, psalm. 89. diducit omnem durationem praesentis seculi ab orbe condito vsque ad diem Iudicij, sex millium annorum spatio concludi: sic scribens, Ego arbitror ex hoc loco, & ex epistola, quae nomine Petri inscribitur, mille annos pro vna die solitos appellari, ut scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus, sex millibus tantum annorum credatur subsistere, & postea venire septenarium numerum, & octonarium, in quo verus exercetur sabbatismus, & circumsionis puritas redditur, ad eandem sententiam alludit. Vide supra de hac quaestione tomo 5. B. Hieronymi ad quintum, & eodem tomo ad duodecimum & vltimum.

NONVS TOMVS.

1. *A* N. lucta iacob corporea fuerit, an spiritualis.
2. *A* n coniugium Mariae & Ioseph legitimum fuerit.
3. *A* n panis, quem in oratione Dominica postulamus, corporeus sit.

4. An

- 4 An sacerdotibus insit ligandi & solvendi potestas.
- 5 An Moses apparuit in transfiguratione Christi.
- 6 An clerici sint immunes à tributis secularium principum.
- 7 An Evangelia & cruces collo appendere liceat.
- 8 An Angeli tam boni quàm mali stecti ad vitium vel virtutem queant.
- 9 An hereticorum scripta sint legenda.
- 10 An Petrus Paulo & ceteris Apostolis dignitate fuerit superior.
- 11 An electio & reprobatio sit ex meritis.
- 12 An striges possint infantulos fascinare.
- 13 An in sacris literis legatur, Deum alicui maledixisse.
- 14 An liceat prefectos canoniorum abbates vel patres appellare.
- 15 An damnati aliquando servandi sint.
- 16 An sancti defuncti pro nobis possint orare.
- 17 An anime ante mundum cõditæ, & postea in corpora ob sua culpa deiectæ.
- 18 An in Eucharistia sit vera & realis Christi caro.
- 19 An damnatorum supplicia finienda sint.
- 20 An in Angelis sint crementa & incrementa.
- 21 An Astrorum anime Christi sanguine sint purgata.
- 22 An demones aliquando iuvandi.
- 23 An Angeli sanguine Christi sint purgati.
- 24 An corpus sit carcer anime.
- 25 An Angeli ante mortem Christi mysterium redemptionis agnouerint.
- 26 An qui docere non potest instruendus sit episcopus.
- 27 An passio Christi demonibus profuit.
- 28 An in Divinis laudibus cantu sit utendum.
- 29 An peccatores membra sint ecclesie.
- 30 An Ecclesia Christi sit visibilis vel invisibilis.
- 31 An Iacob cum Angelo corporea lucta dimicaverit.
- 32 An liceat bigamum constituere episcopum.
- 33 Angeli an longè ante mundum steterint.
- 34 An presbytero episcopus sit maior.
- 35 An epistola ad Hebræos sit Pauli.
- 36 Panis, quem in oratione Dominica petimus, quid sit.

PRIMUM QUÆSITVM.  
An Iacob corporea lucta cū Angelo certauerit.

**H**ieronymus. 3. lib. cõmentariorū epistolæ ad Ephe. explicās illud, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequi-

ta in caelestibus. Inquit, Iacob nō pugasse corporaliter contra Angelum, qui sibi in itinere apparuit. Vbi scriptura ait, Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, sed magis auxilio eius, qui sibi in itinere apparuit spiritaliter decertasse, non aduersus tentationes humanas, sed contra improbi dæmonis tentationes, quas Paulus appellauit colluctationes,

rationes, non aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus spiritualia nequitie in caelestibus. Hanc sententiam his verbis expressit, Hæc in medium protulimus, vt retundamus eorū opinionem, qui putant, omnia vitia esse carnis & sanguinis, & nullam habere damonum potestatem, vt nos incitent ad peccandum: talem luctationem & Iacob fuisse putamus, quod scilicet non aduersus carnē & sanguinem contenderit, quando remansit solus, & luctabatur cum eo homo adiuuans eum, & corroborans aduersus alium sudore nimio dimicantem, & simul vide ne forte ridiculi sint, qui arbitrantur in ritum luctantium tota Iacob nocte luctatum: quid enim grande si, vt illi aiunt, luctatus aut superaret, aut victus, sed lux a rationabilem & conuenientem Patriarche luctam, talem illi colluctationem fuisse credendum est, qualem illi habet, qui possunt dicere, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus spiritualia nequitie in caelestibus.

Origenes hæc eandem sententiā prius in. 3. Periarcho sustinuit, sic enim habet, vnde & Angelus luctatus dicitur cū Iacob, quod nos quidem non ita intelligimus, vt idem sit luctatum cum Iacob Angelum esse, quod est aduersum Iacob, sed quod is qui ei salutis causa aderat, & in nomen Israel imponebat, ille idem cum ipso luctabatur, cum ipso est in agone, & iungat eum in certamine: cū sine dubio alius esset, aduersus quem dimicaret, & aduersus quem ei certamen ageretur. Denique & Paulus nō dixit, nobis esse luctam cum principibus & potestatibus, sed aduersus principatus & potestates: vnde si Iacob luctatus est, sine dubio aduersus aliquam harum virtutum luctatus est, quas humano generi & sanctis aduersari, & certamina mouere, Paulus annuntiat. Ideo de Iacob denique dicit scriptura, Qui luctatus est cum Angelo, & inualuit ad Deum, vt sit in agonis certamen, Angeli tamen adiutorio sustentatum, perfectionis vero palma vincente perducatur ad Deum.

Pocopijs in cõmentarijs Gen. 32. inquit, Quidam, vt ex docto quodam viro accepimus, profitentur, cū Iacob cõcertasse diabolum in specie Esau, volente deuincere ipsū, ceterum à Iacob letuisse Angelum auxiliarem, ob cuius auxilium nihil diabolus qui uerit efficere, ne igitur putaret Iacob propria virtute debellasse aduersarium, sed Angeli virtute adiutus, tactus est ei neruus, & claudicatio sublecuta.

Communis sententia antiquorum Patrum, locum citatum elucidantium, a Iacob in. Scilicet, Iacob vera & corporea luctatione aduersus Angelum dimicasse, qui virili forma ad tempus assumpta, Patriarcham ipsū ad luctam provocauerat. Et hanc sententiam ferre omnes Patres tam Hebræi, quàm Græci, & Latini expositores sequuntur. Et quia hæc est sententia cõmunis Patrum, ab ea non est recedendum, sed potius est amplectenda.

Pro B. Hieronymo respondetur, quod secutus est sententiam Origenis, que licet sustineri possit saltem in sensu allegorico, publice tamen & in concionibus tentantiam Origenis enuntiare non licet, quia pijs aures offenderet audientium, cuius cõtrarium textus expressit dicens, Et ecce vir luctabatur cum Angelo vsque mane.

SECUNDVM QUÆSITVM.

An cõiugium Mariæ & Ioseph fuerit legitimum.



Hieronymus lib. 1. cõmentatorum in hunc locum Matth. 1. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus. Matth. 1. inquit, Cū virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare cõsuetudinis scripturarum, quod sponsi viri, & sponsa vocentur vxores. Et in libro aduersus Eluidium ait, Ioseph Mariæ potius custodem fuisse quàm maritum. Hoc loco Hieronymi abutuntur aliquando Doctores, qui discipulandi causa, cõtendunt inter Mariam virginem & Iosephum, non fuisse verum sacramentum matrimonij.

Doctores scholastici de hac questione disputant. 4. sen. dist. 30. & ibidem S. Tho. & quia quæstio supponit, Deiparam virginē, virginem perpetuo mansisse, id probamus, quia id orthodoxa nos admonet fides, nō solum per ecclesiasticam sanctionem, sed per verbum illud virginis ad Angelum, Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco? Tum etiam ex eo quod Angelus respondit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Causas virginis status Mariæ percipiet S. Tho. 3. par. q. 28. per quatuor articulos illius quæstionis. De-

cuit

desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph, an purissimū illud coniugium fuerit perfectū, supposito, vt fides Catholica tenet, illud nūquā fuisse per copulā cōfirmatū. Vnde Ioseph, vt ait Thomas Vualdenus, c. 130. opinatus est, matrimonium nō esse legitimū & perfectū, nisi fuerit cōsummatum: & ideo inficiabatur matrimonium Virginis, asserēs nō fuisse perfectū. Probat primo, quia perfectū matrimonium dicit absolutum cōsensum: & tamē videtur quōd Virgo in matrimonium nō absolute cōsensit, sed illud commisit Deo, sicut & suam virginitatē: quia si absolute cōsensisset, non licuisset Iosepho eam dimittere: quod tamen Euangelista ait eum cogitasse. Secundo, quia ad perfectionem matrimonij cōuenit cōsummatio & perfecta significatio, illud autē nunquā fuit consummatum, & ideo per illud nō fuit significata visio Christi cū natura humana. His tamē nō obstantibus statuitur hęc conclusio. Sacrosanctū illud matrimonium fuit perfectissimū: Dei nāq; perfecta sunt opera, illud autē matrimonium fuit Diuinitus inspiratum, ergo perfectū, quod Euangelista illo nomine significauit, quo Mariā appellauit coniugem Ioseph. Ratione eadem conclusio exponitur, supposito quōd duplex est rei perfectio, vna essentialis, quæ ad eius naturam spectat: alia accidentalis, quæ secundū eius operationē cōsideratur. Ignis enim, licet in vacuo positus non calefaceret, in suis tamen partibus esset essentialiter perfectus. Perfectio autem essentialis matrimonij consistit in mutuo consensu de presenti, quo se alteruter coniugum alteri tradit, quo pacto inter Mariam & Ioseph fuit perfectissimum matrimonium. Commixtio vero per copulā est vsus & operatio matrimonij, & ideo accidentaliter perfectio, quæ non est de eius essentia. Et per hoc est responsum ad argumētum factum de cōsummatione & significatōe visiois humanitatis Christi, sūt enim accidentarie matrimonio, & ideo defectus eorū nihil tollit de eius perfectione essentiali. Ad aliud argumentum negatur Virgine sub cōditione contraxisse, inō absolute contraxit, certa tamen quōd eius virginitas violanda non esset. Quod autem Ioseph cogitabat eam dimittere, non intelligitur de separatione quoad vinculum, sed quoad cohabitationem.

Dubium aliud est circa id quod diffiniuimus, B. Mariam votum virginitatis emisisse, & post matrimonium contraxisse: quo-

niam, vt ait Hieronymus, vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed velle nubere damnabile est, non ergo ei licuit votum virginitatis emittere, & cōtractum matrimonio celebrare. Respondent Doctores scholastici cū S. Thom. Virginem ante contractas nuptias non emisisse votum absolute, alias in illas consentire nefas esset, sed sub conditione, nepe nisi Deus aliud disponderet aut preciperet. Contra hanc tamen solutionem arguitur, quia in omni voto siue simpliciter, siue solenni intelligitur conditio illa, nisi Deus aliter disponat, ergo illa conditio expressa nihil obstat, quominus votum Virginis absolutum esset, sicuti modo vsu & more fit. Paludanus & alij respondent, quōd licet illa conditio implicite includatur in omni voto, perfectius tamē est illam exprimere. Sed hoc difficultatē non euacuat, vni quia si naturam voti non mutaret, non tantū referret exprimere: tam etiam quia argumentum eo tendit, quōd sicut post votum absolutum non licet inire matrimonium, non obstante inclusione illius conditionis, ita neque licuit Virgini non obstante eiusdem conditionis expressione. Ideo Scotus distinctione, 30. quæstione, 2. tenet B. Virgine etiam ante nuptias absolute vouisse, cui voto, inquit, non repugnauit absolutus cōsensus in matrimonium, quia certa erat, fe nunquam daturam operam rei vxorie. Solutio tamen hęc difficile sustineri valet: est enim cōtra cōtatum Hieronymum dicentem, quōd vouentibus virginitatem etiam velle nubere damnabile est: nam nubere est tradere potestatem sui corporis alteri, quod votum virginitatem non licet. Et ideo communis sententia Theologorum tenet Virginem ante nuptias non vouisse absolute.

Vnde respondendum est longe differre inter votum absolutum quōd illam conditionem non implicat, si Deus voluerit, & votum Virginis autē contractum matrimonium: nunc enim nequaquam licet post votum solenne aut simplex sine dispensatione nuptias contrahere, quoniam per talem contractum concedit alteri coniugij facultatem sui corporis, quod antea Deo vouit: quare licet includatur cōditio, nisi Deus aliter iusserit, intelligitur tū per Diuinas leges Deū non aliud iubere quam vt votū seruetur: votū ergo Virginis ante nuptias sic intelligitur qd nō fuerit firmatū, nunquā enim absolute dixit, Voueo. Quocirca in rigore nō in votū dicendū est quā desiderij vouendi, sed quia

Paludan

Scotus

Respondetur ad argumētum

animo dubia erat, quōd Deus velleret, ipsi cōclusionem deliberationis reliquit. Et Augustinus non dicit quōd votum vouerit, sed qd proposuit se permanurā virginē, nisi Deus aliter reuelaret. Et licet quando contraxit, cōsensus copule in virtute illic fuerit implicitus, sicut actus in potētia, at quia per spiritum sanctum certa erat nunquam suum conjugem exacturum debitum, nihil de perpetua virginitate etiam mentis detractum est ei, virginitati enim non nisi voluntas cōtrahendi cōsumandiq; matrimonium officit: at que ea propter si D. Ioan. fuit ille sponsus, cuius nuptijs Christus interfuit, non est eius sensus tam virgo mente, quia credibile est contraxisse matrimonium lege cōmuni cōsumandi: per mutationem tamen propositi fuit virgo corpore & mente, quia postmodū voto eam conformauit, quōd ad laudeolam sufficit. Virgo vero beata & Ioseph ambo, matrimonio cōtracto ante Angelicā salutationē cōmuni cōsensu per absolutū votum suam virginitatē Deo cōsecraverunt, qd B. Virgo verbis illis ad Angelum expressit, Quomodo fiet istud? &c.

Dubium vltimum est, quia si decens fuit virgine desponsari, vt parus eius diabolo celetur, illa via omnino celare nequiuisset, quominus diabolus noscere poterat intactā Virgine cōcepisse: causa vero ista friuola videtur. Respondent Doctores, qd diabolo Diuinitus nō permittitur omnia mysteria fidei perscrutari, quia vt, 3. de Trinitate ait Augustinus, multa potest virtute suæ nature, à quibus Diuinitus prohibetur: & ideo nō deprehendit modū cōceptionis Christi. Hęc autē solutio nō profus satisfaciens, nā si per solā Dei prouidentia idem cōceptus celatus fuit, nulla erat necessitas vt illa de causa Virgo despossetur. Et ideo dicendum qd Deus ad occultandū diabolo secretū illud vsus est modo naturalis cōsuetudo, diabolus nāq; nō est ad omnes conceptus hominū attentus, quado solito modo per matrimonium sunt. Et ideo quia Virgo virtū habebat nō explorauit mysteriū: quōd fecisset, si inuupta esset, cum eximiam eius sanctitatem & puritatem comperam haberet.

Pro Hieronymo respondetur eum viri ac mariti vocabulo significasse eum, qui cū coniuge matrimonij cōtractū inierit per nuptias vero nuptiale sponsi ac sponsæ cōcubitum, cū vsu Maria & Ioseph omnino fuerint expertes, sola & indivisibili animorum cōiunctio ne cōtenti, quæ prima ac precipua est veri ac

sancti matrimonij dignitas, & potissima forma.

TERTIVM QVAESITVM.

An panis, quē in oratione Dñica postulamur sit corporeus,



Hieronymus lib. 1. cōmentariorum in Matth. eos qui putat panē corporeum postulādū esse, hac petitione, *panem nostrum super substantiam da nobis hodie*, Matth. 6. im-

probare videtur his verbis, qd nos superfluitantem expressimus, in Græco habetur *ἐπιπλεονον*: quod verbū septuaginta interpretes frequentissime transferūt. Cōsiderauimus ergo id in Hebræo, & inuenimus, segula, quōd Simachus præcipuum vel egregium translulit, licet quodam loco peculiare interpretatus sit. Quando ergo petimus, vt peculiare vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illum petimus qui dicit, Esum panis viuus qui de cælo descendit, in Euāgelio quod appellatur secundū Hebræos pro substantiali pane reperi Machar, quod dicitur crastinum vt sit sensus, panis nostrum crastinum, id est, futurum da nobis hodie. Postumus super substantialem panem aliter intelligere, qui super omnes substantias sit, & vniuersas superet creaturas. Et in cōmentatio. 2. c. epistolę ad Titum ait, Absit vt nos, qui in crastinum cogitari prohibemur, de pane isto qui post paululum roquendus est, & abijciendus in fecesum in prece Dominica rogare iubemur. Consentit Hieronymo Ioānes Cassianus collatione. 9.

Chrysostomus homi. 20. in Mattheum petitionem istam corporaliter intelligendam esse demonstrat his verbis, Tu vero cōsidera quænam admodum etiam carnalibus rebus plurimum spirituale foritur. Non enim propter diuitias ac delicias, sed pro pane dup taxat quotidiano insit orationem fundere, & pro pane quide quotidiano, ne pro crastino die simus solliciti.

Augustinus quoq; in epistola ad Probam statuit omne id posse à Deo peti quod licet desiderare, temporalia vero, quatenus ad virtutem cōducunt, desiderare licet, ergo etiam orare. Pro Hieronymo dicunt ipsū admo-

nere voluisse, ne temporalia & caduca propter seipſa peteremus, sed tantum vt per ipsa corpus hoc nostrum seruemus: in obsequiū spiritus ad æterna properantes. Vide supra de hac questione secūdo tomo Chryſostomi ad secundum.

QVARTVM QVÆSITVM.

An sacerdotibus inſit ſoluēdi & ligandi potestas.

**H**ieronymus libro. 3. commentariorum in Matth. hunc locū exponēs, *Tibi dabo claves regni cælorum*, asserere videtur, sacerdotes nullam habere ſoluēdi ac ligandi potestatem, neque his aliud à Christo concessum, nisi vt ostendant ac pronūciēt peccatores ligatos vel ſolutos his verbis, Iſtum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisæorum sumit supercilio, vt vel dānēt innocentes, vel ſoluere noxios arbitrentur: cum apud Deum non ſententia sacerdotum, sed eorum vita queratur. Regius in Leuitico de leproſis, vbi iubentur vt ostēdant se sacerdotibus, & si leprā habuerint, iſte à sacerdote immundū ſunt: quo sacerdos leproſos facit: & immundos, sed quo habeat notitia leproſi, & si leproſi, & possint diſcernere, qui immundus, quive mundus sit: quomodo ergo ibi leproſum sacerdos mundum vel immundum facit, sic & hic alligat vel ſoluit episcopus vel presbyter, non eos qui inſontes vel noxii, sed pro officio suo: cū peccatorum audierit varietates, sicut qui ligatus, quive ſoluendus sit. Hieronymo. conſentiant aliiq̄ ex modernis: ſimile adducūt de leproſis, quos Dominus per se ſanitati reſtituit, deinde eos ad sacerdotes miſiſit quorum iudicio mundati ostēderētur. Sic & Lazarum iam viuificatum diſcipulis obtulit ſoluendum in ſoluēdis ergo culpis vel retinēdis asserunt, ita operatur sacerdos eū gelicus & iudicat, sicut olim legalis in illis, qui conuincit erant sepius, quæ peccatum significat.

Ex hac Hieronymi ſententia duo emerſerunt errores. Pror̄ quorūdam ſcholasticorū asserentium excommunicationem inſiſte: iactant nullum esse momentū, ac prouide neque esse rimendam: cuius asseritionis auſam accēperunt, ex eo quod Hieronymus dixit epi-

scopos, qui arbitrat̄ur se damnare innocentes, & ſoluere noxios, sumere de pharisæorū supercilio ac superbia: Christi testimonio ſententia hæc damnata. Huic errori occurrir cōmunis ſententia Theologorum, 4. ſen. diſt. 18. qui concorditer asserunt B. Hieronymum locutum esse quatenus ad culpā attinet, non ad penam. Nullus enim innocens potest à sacerdotibus in peccatis ligari, neq; vllus in peccatis de industria perseuerans, à peccatis absolui. In poenis vero ecclesiasticis possunt peccatores ab iniuſtis paſtoribus ex ira vel odio excommunicantibus ligari, vel aliquando ex præſumptione ſalſa.

Secundo, error est, quem Martinus Lutherus hinc inique detorſit, docens nullo modo à sacerdotibus peccata retineri poſſe vel ſolui. Quod ſuadere nititur ex eo q̄ Theophilactus in commentarijs interpretans illud Ioannis, Omnis qui facit peccatum ſeruus est peccati, ait, Sed peccati grauior ſeruitus est, à qua ſolus Deus liberari potest: remittere enim peccata ſolus Dei est, ideo dicit omnis qui facit peccatum, ſeruus est peccati: & vos igitur ſerui eſtis, quia peccatores & sacerdotes veſtri ſerui ſunt, & non habēt potestatem: quod Paulus manifeſte dicit, cū ait, Omnes peccarunt & indigent gloria Dei. Et rurſum, Opus habet sacerdos pro se ipſo, offerre ſicut pro populo, quia & ipſe in ſimilitudine obnoxius est.

Disputant Doctores ſcholastici, quæſtionē hanc, 4. diſt. 18. & S. Tho. ibidem. q. 1. art. 3. & 3. parte. q. 20. & Doctores ſcholastici. maxime Thomæ conueniunt in ſequentibus conelusionibus, ſuppoſito fundamento, ſcilicet, Agēs alieuius effectus esse duplex, ſcilicet, principale & instrumentale, Prima conelutio est, Tanquā agēs principale & per naturalē. & propriam autoritatem sacerdos ad remittit culpam, sed ſolus Deus vt enim peccatum cōtra ipſum ſolu cōmittitur, iuxta illud pſal. Tibi ſoli peccauit: ita, & ipſus est proprium peccata remittere. Tā, etiam quia cū gratia, per quā fit remiſſio, fit acceptatio ad gloriam, ſicut dare gloria ſoli Deo cōuenit, ita & dare gratiam. Et hoc est quod Propheta ait, Gratia & gloria dabit Dñs. Nam qui dat ſibi ſuper naturalē dat media ſuper naturalia ad ipſum. Secūda conelutio, Tanquā miniſter & instrumentum Dei sacerdos, dū abſoluit, vere peccata remittit. Hæc cōſtat, quia cōmunis cōſenſus Theologorū uniuersum est, ſacramenta Euāgelica gratiam conferre: & si ita est, quod ſacramentum est causa gratiæ, miniſter, dum illud applicat miniſterio ſuo peccata remittit. Et hæc est diſſinitio Concilij Conſtantiensis, quo decretum est, miniſtrum ſacramentorū vt ipſa ſacramenta gratiam conferre. Quod & Euāgelium manifeſte probat, vbi Chriſtus ait, Quæcuq̄ ſolueritis ſuper terram, &c. Et quorum remiſſeritis peccata, &c. quod & forma ipſa ſacramenti declarat, quæ certe, si sacerdos peccata nō remitteret, falſa eſſet. De hac re duplex est nobis controuerſia. Prima cū hæreticis qui clauium virtutē negant, & ſacramentorū efficiatū gratiæ. Lutherus enim ait. 10. à Leone damnatus in illud peſtifero libello de abroganda miſſa priuata contendit omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Et in præſato articulo ait, Tanrum quilibet Chriſtianus facit, quantum Papa & episcopus, etiam ſi mulier aut puer ſit. Huius hæreſis author prius fuerat Vauileph, vt Thomas Vualdenſis refert tomo ſecūdo de ſacramen. cap. 7. & 28. Alius error de hac re temporibus noſtris exortus fuit Angliæ ſub Henrico octauo, qui animo repudiandæ vxorem Catherinam, litem cum Romano Pontifice conteſtatus est. Vnde occaſio nem nactus contendere cepit, potestatem clauium eccleſiaſticarum penes regem eſſe: & ita in tēporalibus & ſpiritualibus ſe regem prædicans, episcopos & sacerdotes creauit: quem errorem, vt ab Anglia propulſarent, multæ martyrum centuriæ ſe Deo conſecrarunt. Pro ſolutione ergo controuerſiæ contra hæreticos, qui virtutem clauium, & ſacramentorum negant, aduertendum est, quod duplex est potestas characteris ſacerdotaliſ: & duplex iurisdicctio, tam in foro interiori ad ligandum & ſoluendum per ſacramentum poenitentię, quam in foro exteriori ad ſoluendum & ligandum per indulgētias vel excommunicationem, ac demum ad gubernandam eccleſiam. Secundo ſupponendum est huiusmodi potestates eccleſiaſticas eſſe ſupernaturales, vt patet ex earum ſine, qui eſt ingreſſus regni cælorum. Reipublice verò potestates ciuiliſ naturalis eſt, quia ad ſinem naturalem referunt, nempe ad pacem & tranquillitatem reipublicæ: licet ſinis hic proximus ad illum ſupernum per Dei prouidentiam referatur. His ſuppoſitis ad quæſtionē ſequētibus conelusionibus reſpōdemus. Prima, ante orbē redēptum nulla fuit ſpiritualiſ potestas in lege nature, aut ſub lege ſcripta, quæ eſſet causa gratiæ. Probat̄ur primo, quia cla-

Conclium  
Cōſtantiensis  
ſc.

Anglię  
ror.

Rom. 3.  
Hebr. 5.

1. Conclium  
ſc.

uis regni cælorū eſt qua ipſum aperitur: ſed ante Chriſtū natum regnū cunctis hominibus fuit clauſum, nō iuſti ad ſubm̄i deſcēdēbāt ſperantes beatitudinem, & aduentū regni Chriſti, ergo tūc nulla erat potestas clauium. Secundo, quia in lege nature nulla erat proprie ſacramenta, & in lege ſcripta licet eſſēt ſacramenta gratiam ſignificantia per Chriſtum conferendam, per ſe tamen illam non cōferebant, ſed ſola fide venturi ſalui fiebāt: poſſiſſima vero virtus clauium in applicatio- ne ſacramentorum cōſiſtit, ergo tunc nulla erat potestas clauium. Et hoc eſt quod Baptiſta, & poſt ipſe Dñs nos docuerunt, prædicatōne inde incipientes. Poenitentia agit, & appropinquabit regnum cælorum, inſiſti uiam Dominus in ſacramentum poſſiſſimē poenitentia: clauis eiſdem regni ſe collaturū. Secūda conelutio, Chriſtus fuit qui primus habuit clauis regni cælorū. Hæc cōſtat, quia ſolus ipſe habuit clauem excellentiſ, & latroni potuit dicere, Hodie tecum eris in paradiso, quia regnum poterat abſq; ſacramētis aperire: ſacerdotes vero qui ſunt eiſ instrumentales miniſtri, non niſi per ſacramēta, iuxta illud Apocal. 3. vbi aſſeritur, habuiſſe clauem cælorum, quod intelligitur quā tum ad referenda myſteria ſcripturæ ſacræ, cuius ſpiritus expōnitur, & quantum ad ingreſſum regni cælorū, cuius virtute illuc ingreditur. Tertia cōclutio, Chriſtus hæc potestatem eccleſiæ Apoſtoliſ tradidit, nō ſolū ſolū vt in eis tēporaliter duraret, ſed vt perpetuò eſſet in eccleſia permanſura: quod hæretici inſiciantur ex eo quod ſolis perſonis Apoſtolorū dictū eſt, Tibi dabo clauis, &c. Et quorum remiſſeritis peccata. Et itē quia Apoſtolos alijs facultatibus inſignit̄, quæ in eccleſia ceſſarunt, vt dono linguarum, & ſanitarum, & ſpiritu prophético ad ſcripturam ſacrā condendā. Cōtra huiusmodi vero cauillationes pbatur cōclutio, Chriſtus fūda uit eccleſiā vſq; ad cōſumationem ſeculi duraturā, nepe ſuper ſua fide, & eccleſiæ leges, quæ qui nō intrauerint, ſalui eſſe nequeunt, vnde Matt. 28. Ecce ego vobis ſum omnibus dieb; vſq; ad cōſumationē ſeculi, ſed potestates clauium ſunt collatę in bonum commune totius eccleſiæ, ergo non ſolum Apoſtoliſ, ſed in illis etiam ſuis poſteris ſunt collatę, quare non opus fuit Chriſto ſucceſſionum meminiffe, ſed ipſamet traditio clauium perpetuitatem deſignabat, ſicut & baptiſmū, dicens, Ite & baptizate, &c. Alias vero dignitates, quæ ad Apoſtolicam

Q 3 fun-

2. Conclium  
ſc.

2. Conclium  
ſc.

4 Conclu-  
sio.

functionem pertinebat, necessario oportuit in ecclesia perferre. Vnde Paulus ad Ephesios. 4. Ipse posuit in ecclesia quosdam Apostolos, &c. Et concludit, Donec occurramus omnes in unitate fidei, scilicet, in die iudicii. Quocirca ipsi Apostoli successores sibi creantur. Quarta conclusio, Potestas clauium sacramentalis in solis Euangelicis sacerdotibus consistit. Vbi aduertendum, quod Christum clauis contulisse, intelligi potest aut toti ecclesiae reipublice in communis, sicut potestas se gubernandi, aut regem eligendi, aut singulis personis, sicuti est potestas sacerdotalis, qua sacerdos dum sacro ordine initiatur, suscipit, quam corpus ecclesiae non suscipit in communi, sed persona priuata & specialis. Conclusio haec apud Catholicos non indiget probatione, sed aduersus hereticos constituitur, qui in sacramentis nullam vim conferendi gratiam aut virtutem supernaturalem agnoscunt: sed docent vnicuique propriam fidem ad salutem sufficere. Quapropter non eo faciunt omnes Christianos sacerdotes, quo Christianam dignitatem extollant, sed quo sacramenta conculent, in quibus posita est Christiana religio. Illis ergo, quia sacramenta nostra virtutem fatentur habere iustificandi, facile est laedere, ministros esse diuinitus ad id delegatos, & per sanctamunctionem institutos, vti in ordinis susceptione gratiam recipiant, qua fiant idonei sacramentis administrandi: vnde Paulus 1. Cor. 4. non de cunctis Christianis, sed de solis Apostolis & sacerdotibus dicebat, Si quis existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Vnde si in ceteris reipublicae functionibus ad singula officia publica suis sunt destinati peculiare ministri, quanto ergo decentius ecclesiastica Hierarchia id postulat, qua Regius propheta reginam appellat ad dexteram Sapientiae sedentem in vellitu de aurato circumamictam varietate. Ad litteram Apostolus videtur. 1. Corin. 12. similem popularem ceremoniam reprimere, similitudinem membrorum inducens, aut enim in corpore ecclesiae alios esse oculos, alios manus, alios pedes: sic & diuersa sunt gratiarum dona, vt ait ad Ephes. 4. Alij sunt Apostoli, alij pastores & Doctores, &c. Si ergo, inquit, dixerit pes quoniam non sum manus, non sum de corpore: & concludit, Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum auditus, vbi odoratus? Sic ergo, si omnes sunt episcopi, vbi subditi? & si o-

mines parochi, vbi parochiani? Ad quid opus est cum illis litigare, cum manifestum sit Apostolos ipsos creasse episcopos & sacerdotes, sive successores? vt constat Acto- rum. 20. Vocauit ad se presbyteros Asiae, quibus ait, Vos posuit Spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam. Et 1. Tim. 3. docet quale oporteat esse episcopum. Et ad Titum. 1. admonet ipsum vt constituat per ciuitates presbyteros, sicut & ipse disposuit ei, quem episcopum ordinauerat. Et ad id quod Lutherus adducit ex Apocal. 5. Fecistis Deo nostro regnum & sacerdotes: & cap. 20. Sederunt sacerdotes & Christi eius: respondetur, quod licet Ioannes & Petrus dicant Christianos omnes genus electum & regale sacerdotium esse, non tamen Lutherus affirmavit, omnes Christianos reges esse: pari ergo modo licet omnes Christiani ea generali ratione sacerdotis dicantur, quod se & sua Deo in sacrificium offerunt, nihilominus per antonomasiam illi sacerdotes dicuntur, qui ad ministranda sacramenta consecrati sunt.

Secundo his nobis offert sese cum Magistro sentent, qui distin. 18. negat vquam sacerdotem vere absolueri, sed ait duntaxat offendere absolutum. Et ratio eius est, quia censet neminem digne ad sacramentum accedere nisi in gratia existat. Et haec opinio fuit Alexandri. 4. parte. q. 80. membro. 3. & Bonaventurae dist. 18. & ibidem Ricardi & Gabriel. dist. 14. q. 1. Almaini dist. 18. q. 2. & Maioris ibidem, qui omnes dicunt, sacramentum poenitentiae nunquam primam gratiam conferre posse: & consequenter asserunt sacramentum poenitentiae nunquam nisi sola poenitentia remittere.

Contrarium tamen communis Theologorum tenet, nempe quod licet quis ad poenitentiam non contritus accedat, si obicem non ponat, primam recipit gratiam, sicut per baptismum. Ratio est, quia sacramentum hoc non tantum ad poenitentiam ordinatur, sed etiam culpe, vt baptismus: & ideo concorditer tenent sacramentum poenitentiae attrito credito conerito, si cum ignorantia inuincibili accedat, posse primam gratiam conferre.

In hac autem controuersia tres gradus distinguendi sunt. Primus, quando homo ad sacramentum contritus accedit. Secundus, quando per aliam extremum accedit cum obice ne gratiam suscipiat, & sacerdos putans eum iustificemur dispositum absoluti, sed frustra.

Tertius

Acto. 20

1. Tim. 3

Ad Lutherum.

Magister sentent.

1. Cor. 12

Ephes. 4

Tertius modus, quando attritus ex ignorantia inuincibili accedit bona fide putans contritum esse. In primo casu Magistri qui est & eorum sequentium, licet sacerdos non conferat primam gratiam, quia accedit in illa, nihilominus negandum non est, quin vere absoluat, ac peccata remittat, nam alioquin forma ipsa falsa esset, Ego te absoluo. Itē, quia qui baptizatur, quandoque in gratia est, & tamen vera est forma, Ego te baptizo, hoc est, abluo etiam spiritaliter a peccatis. Itē quia sacramentum non solum signum est gratiae, verum & vera causa, vnde cum quis formam illam profert, Ego te baptizo, & Ego te absoluo: non in hoc sensu debet accipi, Ego te ostendo baptizatum & absolutum, sed Ego vere te baptizo & absoluo, veram causam abluionis & absolutionis applicando. Neque ob id dicitur absolueri, vt ait Alexander, quia remittit poenam, neque ob id quod absoluit a praecipuo confessionis: nam absolueri absolute principaliter est a culpa, iuxta verbū Euangelicum, Quorum remisistis peccata, Veritas ergo formae optime saluatur in hoc sensu, vt ego te absoluo, idem sit quod ego sacramentum absolutionis tibi impendo, cuius virtute si in peccatis existeres, quibus obicem non opponeres, remissionem consequeris, nam & per eandem absolutionem augumentum gratiae confertur, quae per se sufficeret peccatum remittere: pari modo & in secundo casu si quis cum obice gratiae accedat, veritas formae saluatur, Ego te absoluo, id est, sacramentum absolutionis impendo, quod nisi ex parte tua obicem inueniret, remissionem peccatorum conferret. Et in hoc sensu Magistri opinio tenenda est, quod scilicet interpretatio formae sit, Ego te absoluo, id est, absolutum ostendo. Simile est de praetore, qui non potest vere debita remittere, quae quis alteri debet, sed per suam sententiam offendere, quod nihil debet: & in hoc sensu dicitur absolueri reum, non quidem ab eo quod debebat, sed a lite: creditor autem solus est qui potest debita remittere, & hoc pacto Deus ministerio sacerdotis: quare verbū, absoluo, non potest exponi in priori membro per verbum, ostendo, sed solum in secundo casu: nam in priori si talem posset facere sensum, liceret sacerdoti commutare verba, & dicere, Ego te absoluo ostendo, sacilegus tamen esset qui illa vteretur forma.

De tertio vero sensu medio, an scilicet, quis postrita attritus ad sacramentum ac-

cedere, vt per ipsum primam gratiam & remissionem peccatorum obtineat, licet inter scholasticos sit controuersia, respondemus tamen affirmatiue cum communi sententia Theologorum, nam fundamentum illorum fallum est, nempe quod quicumque accedit sine contritione, sic indigne accedat, vt peccet accedendo, nam potest esse attritus, & bona fide ex ignorantia inuincibili existimare se esse contritum, vt si se disposuit prout potuit, non tamen fecit votum, quod requirebatur, tunc talis non indigne accedit: neque vero quicumque putat se esse contritum, digne accedit, ita vt sit in gratia, nam illa cogitatio mentis, licet sufficiat ad excusandam culpam ne accedendo peccet, non tamen ad tollendum peccata praeterita, nam peccata non tolluntur per actum mentis, sed per legitimam contritionem: at vero cum sacramentum per se gratiam conferat, virtute illius iustificatur & gratiam suscipit.

Secunda ratio probatur ex nomine ipso clauium. Si enim nunquam absolutio in re exhibita peccatum tollit, frustra sacerdos dicitur habere clauis in foro poenitentiae, nam metaphora clauium sumpta est ab aperiendo, & claudendo hostium, si autem sacerdos nunquam vere coelum aperit, sed tantum ostendit apertum, inepta esset clauium metaphora, & tunc aptior forma esset, Ego te absolutum ostendo.

Tertio, quia hoc est inclinare in errorem eorum, qui clauis negant, nam hoc haereticis contendunt, quod sacerdos neque potest absolueri, neque peccata remittere, nisi homo prius a peccatis sit absolutus. Contra quos Augustinus libro de peccatis, cap. 9. comparans nostros sacerdotes veteribus, ait, quod illi solum ostendebant homines mundatos esse a lepra, nostri vero habent potestatem emundandi. Vnde Bernardus in sermone Apostolorum Petri & Pauli ait, quod sententiam caeli praecedit sententia Petri. Et Chrysostomus in lib. 3. dialogo, idem confirmans ait, quod illi mundatos ostendebant, Euangelici vero inmunditiam mentium non ex parte probandi, sed omnifariam mundandi obtinent potestatem.

Quarto, Christi dicens Ioann. 20. Data est mihi potestas, &c. Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, &c. eandem potestatem tradidit Apostolis, quia ipse habebat, sed Christus vera potestate habuit remitti

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio



peccata, vt Magdalenz remisit dicens, Remittuntur tibi peccata tua, ergo per illa similia verba, quorum remisistis peccata, eandem potestatem illis tradidit, nisi quod eis illam tribuit sacramentis alligatam.

4. Ratio

Quinto, quia si sacerdos non haberet potestatem remittendi peccata per primam gratiam, plus oneris quam commodi preceptum confessionis haberet obligare enim hominem ad rem tam difficilem, quae est, peccata grauissima alteri patefacere, nisi remissionis beneficium illic posset aliquando assequi, non videtur id suauis iugo Dei consentaneum.

5. Ratio

Sexto, sacerdos habet auctoritatem ligandi, nam postlunt tum praelati excommunicare, tum etiam sacerdos poenitentem ad opera satisfactionis exoluenda obligare, ergo & possunt absolueri: alioquin Christus in collatione clauium vigorem potius iustitiae erga nos, quam misericordiae suae clementiam declarasset.

7. Ratio

Septimo, sicut baptismus institutus est in remissione originalium, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ita poenitentia in remissionem actualium, iuxta illud Lucae 24, Oportebat Christum pati, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, sed per baptismum confertur prima gratia, quinimo & per reliqua omnia sacramenta, ergo & per poenitentiam potest prima gratia conferri, praeterquam cum de ipsa dicta sunt, Quorum remisistis peccata. Et ita definitum est in concilio Florentino in instructione Armenorum his verbis, In hoc differunt sacramenta nouae legis à veteribus, quod illa significabant quidem, sed non conferebant gratiam: nostra vero continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt.

3. & vltima ratio.

Vltimo, quia si poenitentia ex se non haberet, vt aliquando primam gratiam conferret, persuaderi non potest esse sacramentum: concilia enim ex traditione Apostolorum colligerunt sacramentorum naturam, & nomina, nempe quia de baptismo dictum est, Nisi quis renatus fuerit, &c. & de Eucharistia, Nisi manducaueritis carnem, &c. si idem de poenitentia non colligatur ex verbis, Quorum remisistis, nulla restat persuasio quod sit sacramentum. Et licet sententia haec firmiter sit tenenda, non tamen propterea poenitentes segniores fieri debent in legitima prosecutione contritione.

De remissione vero poenae dicimus, eandem virtutem clauium etiam ad remittendam poenam se extendere: nam de aeterna tantum

quam sensus in dubium cadere non potest, nam cum remissio culpa non fiat nisi per gratiam, tunc fit homo Diuina visione dignus, atque adeo ab inferno liber. De poena vero temporalis probatur, quia plus est gratia infundere, & culpam remittere, quam poenam cuique cunctis ergo causa potest primum, potest & secundum: maxime cum cuiusque operi meritorio hoc conueniat, esse simul & satisfactorium. Item quia remittere peccatum, totum dicitur, scilicet, remittere & culpam & poenam, & tam paruus esse post peccatum reatus, & contritio tanta, vt totus extinguatur. Si autem quaeras, vtum semper totam poenam remittat, respondetur, quod hoc est discernendum inter sacramentum baptismi & poenitentiae, quod per baptismum, quia est regeneratio in nouam vitam, sic complantatur morti & resurrectioni Christi, vt plenissima ibi condonatio fiat culpa, & totus poenae: at vero, quia per sacramentum poenitentiae non regeneramur, sed sanamur virtute clauium ecclesiae, non fit ibidem tam plena poenae remissio, sed iudicio sacerdotis, habito respectu, tam dispositionis poenitentis, quam grauitatis peccatorum. Et hoc est fundamentum tam satisfactionis, quam purgatorij.

Ad argumenta, quae contra hanc definitionem fiunt, responderetur, & potissimum est, quia remissio peccatorum fit per gratiam, quae est proprius effectus Dei per Spiritum sanctum, iuxta illud psalmi. Gratiam & gloriam dabit Dominus, remittere peccata per propria & supremam auctoritatem solius Dei est, illius autem auctoritati nihil derogat, imò multum honoris arrogat, quod eius ministri, sicut & eius sacramenta veluti instrumenta suae passionis, eundem sortiantur effectum. Et ideo quod Esaias ait, Ego sum qui deleo iniquitates vestras: & Augustinus, Nemo tollit peccata, nisi solus Deus: & omnia quae Magister sent. congregat ad probandum sacerdotem non remittere peccata nullius sunt roboris, quoniam licet Deus auctoritatem remittat, ministri tamen eius ministerialiter diluunt. Ita Ambrosius inducens hoc, subdit, Sed istas auctoritates ita interpretari debemus, vt non auferamus quod Christus commisit hominibus, dicit enim ipsa veritas, Quorum remisistis peccata, remissa sunt. Sed aliud testimonium Ambrosij videtur repugnare diffinitis, nam de poenit. dist. 1. ait in Can. verbum. Verbum Dei, hoc est, filius Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidem suum officium exhibet, & sul-

Ambrosij

nullius potestatis iura exerceat. Vbi videtur docere sacerdotem non absolueri. Respondemus, dum ait, Nullius potestatis iura exerceat, non negat eum absolueri, sed ait quod non exerceat proprie potestatis ius, sed potestate ministri Diuinitus suscepta: sic enim dicere possumus, quod praetor non videtur iure suo, sed regis. Subdit enim illico, Dominus, pater & solvendi esse voluit & ligandi, qui vtunque pari ratione commisit. Et rursus, Certum est quod ecclesiae vtunque licitum est. Ad aliud argumentum, nempe quod vi clauium nulla remittatur poena temporalis, quoniam eadem ratione posset remitti tota poena, consequens tamen falsum est, quia cum satisfactio sit pars sacramenti, apparet semper relinqui aliqua particula, quae sit materia satisfactionis. Respondetur, quod absolutio de se semper equalem partem remittit, siue poenitens sit reus paruus siue magnus, & ideo quandoque totam poenam remittit, sicut contingit ante absolutionem per contritionem & confessionem totam esse remissam, accedenti tamen ad sacramentum melius disposito fortasse vi clauium maior poena remittitur. Et ideo ait S. Tho. 3. parte. q. 69. art. 8. quod tanta potest esse contritio, vt tota poena remittatur. Quod si quis arguat, Ex hoc sequi, quod aliquando sacerdos nullam debet imponere poenitentiam: respondetur, quod si ei constaret, nullum reatum poenae manere, verum concludit argumentum, sed quia id non constat, ideo semper debet aliquam iniungere.

Pro defensione Hieronymi respondetur ex verbis ipsius aperte conuinci, posuisse discrimen inter sacerdotem discernentem de lepra, & sacerdotem Euangelicum absoluentem à peccato, quia sacerdos veteris legis non munda bat leprosum, sed solum iudicabat esse mundatum, sacerdos autem Euangelicus iudicat, an talis sit dignus absolutione, vel non, non tamen est absolutus, sed solum iudicatur esse absolutus, quia ex cogitatione peccatorum, & dispositione poenitentis agnoscit an absolueri vel ligare debeat: cum ergo de sacerdote dixit, quod fecit qui ligandus sit, quive soluendus, aperte innuit vt audientiam peccatorum aliquid adhuc restat, quod operandum sit à sacerdote circa ipsum poenitentem. Quod autem

dixit quod apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeritur, intelligendum est, quod non sola vita reorum quaeritur, sed quae principaliter quaeratur tanquam fundamentum totius structure, cui innitatur quid quid sacerdos postea operatus fuerit: nam si peccator fuerit in voto peccandi quantalibet sacerdos verba absolutionis proferat, non quia peccator erit absolutus. Secundo respondetur Hieronymum nihil aliud docere, quam quod presbyteris non licet vlibet absolueri, sed cum iudicio claus scientiae: quare si suo caeco arbitrio vel innocentes damnetur, vel indignos absoluat, illam sententiam Deus non approbat.

Hebr. 10

Pro Theophylacto respondetur, quod eius verba palam arguunt eum non loqui de sacerdotibus Euangelicis, sed de Moysa, de quibus etiam Paulus dixit eos non potuisse peccata dimittere: nostri vero sacerdotes nobiliores sortiti sunt dignitatem, ius enim habent soluendi & ligandi, vereque etiam peccata remittunt, non tanquam praecipui auctores huiusmodi remissionis (solus enim Deus, qui solus creator est gratiae iustificantis, hoc modo delicta condonat) sed tanquam ministri ac dispensatores Diuinae gratiae.

QVINTVM QVAESITVM.

An Moses apparuerit in Christi transfiguratione.



Hieronymus lib. 3. commentarij in Mattheum exponens hunc locum, Et ecce apparuerunt ei Moses & Helias, innuit Moses ab inferis resurrexisse, & in proprio corpore seruatori nostro seipsum transfiguranti adfuisse his verbis, Scribis & pharisaeis tentantibus se, & de caelo signa postceteris dare noluit, sed prauiam postulationem confutauit responsione prudenti, hic vero vt Apostolorum augeat fidem, dat signum de caelo, Helias inde descendente, quo concenderat, Mose vero ab inferis resurgente.

Ambrosius eundem locum exponens asserere videtur, Mosen & Heliam non vere, sed imaginarie adfuisse & apparuisse in Christi transfiguratione, his verbis, Sciendum est non corpora, neque animas Moysi & Helij ibi apparuisse, sed in subiecta creatura il-

la corpora fuisse formata. Potest enim credi Angel. eo ministerio hoc factum esse, vt An- gel. personas eorum allumerent. Hęc in po- stilla Hugonis ad liceram.

Doctores scholastici de claritate & gloria Transfigurationis disputant. 3. sent. dist. 16. & S. Tho. 3. parte. q. 45. & art. 3. quęrit vtrū testes Transfigurationis cōuenienter fue- rint iudicati, & respondet affirmatiuē, q̄ ex eo constat, quia Christus transfigurari vo- luit, vt gloriam suam hominibus ostenderet, & ad eam desiderandam homines prouoca- ret ad gloriam autem eternę beatitudinis adducit homines, non solum qui post Chri- stum fuerunt, sed etiam qui eum præcesserunt, vnde eo ad passionem properate, tam tuibz quę sequebantur, quam quę præce- debant clamabant, Olausina in excelsis, quasi salutem ab eo prentes: & ideo conueniens fuit, vt de præcedentibus ipsum testes ad- fectus. Testes Transfigurationis cōuenienter fuerint iudicati, & respondet affirmatiuē, q̄ ex eo constat, quia Christus transfigurari vo- luit, vt gloriam suam hominibus ostenderet, & ad eam desiderandam homines prouoca- ret ad gloriam autem eternę beatitudinis adducit homines, non solum qui post Chri- stum fuerunt, sed etiam qui eum præcesserunt, vnde eo ad passionem properate, tam tuibz quę sequebantur, quam quę præce- debant clamabant, Olausina in excelsis, quasi salutem ab eo prentes: & ideo conueniens fuit, vt de præcedentibus ipsum testes ad-

Circa hanc materiam gloriosę Transfigura- tionis sunt aliqua cubia. Primum est circa id quod S. Tho. ait art. 2. nempe quod claritas corporis gloriosi derivatur à claritate ani- mę, sicut Augustin⁹ dicit in epistola ad Dio- scorum: & similiter in Transfiguratione cla- ritas corporis Christi derivata est à Diuini- tate ipsius, & à gloria animę eius: quod enim à principio conceptionis Christi gloria ani- mę non redundaret ad corpus, ex quadā di- sponatione Diuina factum est, vt in corpore passibili redēptionis expleret mysteria. Ex hac doctrina constat mentem illius fuisse, scilicet, claritatem corporis effectiue cau- sari ex gloria animę. Communis tamen sen- tentia Theologorum loco citato docet, clari- tatem corporis à gloria animę effectiue non causari. Probat: primo, quia certū est glo- riam animę esse quid spirituale, quia est qua- litas inere spiritualis potentias animę perfici- ens, ergo corpoream qualitatem causare nequit. Secundo, quia nulla creatura parti- cularis effectū causat specie à se distinctū, gloria autem animę quadam causa particu- laris est, ergo claritatem corporis, cum sit à se specie distincta, causare non potest. Ter- tio, quia si gloria animę effectiue claritatem & gloriam corporis posset causare, eadē ergo ratione concedendum esset, quod posset in medio, hoc est, in aere lucem & splendo- rem causare, consequens autem est falsum, & nullo modo concedendum, ergo. Respon-

detur pro Tho. primo, mentem illius esse, q̄ gloria corporis causatur à gloria animę, nō tanquam ab effectiua, sed tanquam ab exen- plari. Et hæc solutio est Petri de Palude loco citato. Secundo respondetur, quod gloria corporis causabatur à gloria animę, tan- quam à causa finali, sicut Tho. ait de gloria animę Christi procedente ab vnione hypo- statica: ratio enim & finis quare Deus tantā gratiam cōtulit animę Christi fuit ipsa vnio hypostatica, Tertio dici potest, quod Deus animę beatę hanc virtutem communicat & tribuit, vt corpus suum glorificet: licet cōtra- rium sit probabilius: & licet beatorum ani- mę post diem iudicii, corporibus reasum- ptis, vendicent sibi corpora gloriosa, nullus tamen illorum beatorum in claritate, neque in gloria, corporis Christi glorię & claritatē ad equari valebit.

Dubium aliud est de claritate & gloria il- la, vbi subiectabatur. Videri enim quod nō potuit in corpore Christi subiectari, quia claritas tantum in corpore diaphano subie- ctatur, corpus vero Christi non erat diapha- num: respondemus de facto fuisse subiecta- tam in corpore Christi, quod ex illo Matth. 17. constat, Resplendit facies eius sicut sol. Et ad argumentum respondetur, illud esse verum de claritate quę verē & propriē est lumen: claritas, quę est lux, non oportet q̄ sit in corpore diaphano, sed poterat subie- ctari in corpore opaco, quale est corp⁹ Chri- sti: hoc patet ex Aristot. 2. de celo, vbi di- cit, quod stella est densior pars sui orbis, & sicut Saturnus & Iupiter, ita & sol est pars densior. Et si arguatur quod luna nō habet propriam lucem, sed à sole participatam, & tamen est corpus opacū, similiter ergo Chri- sti corpus non habuit à se lucem, sicut neq; lunar argumentum hoc inquit, an claritas Christi in Transfiguratione tantum fuerit in superficie, an in partibus interioribus, & in toto corpore. Pro solutione supponendū est cum S. Tho. 4. di. 44. q. 1. art. 3. quęstionem cula prima, in corporibus beatis claritatē ef- se non solum in superficie, sed in omnibus partibus interioribus: si ergo ita erit in cor- poribus gloriosis beatorum, idem ergo vide- tur de corpore Christi dicendū. Hoc tamen non obstante, contrarium tenet S. Thom. q. citata art. 1. ad primum, & secundum argu- mentum, nempe, quod in Transfiguratione claritas non fuit in partibus interioribus cor- poris Christi, sed tantum apparuit in vultu, & in partibus exterioribus. Et ad argumen- tum

tum responderetur, non esse eandem rationē claritatis, quę erit in corporib⁹ gloriosis bea- torum, & claritatis quę apparuit in Transi- guratione, quia non fuit dos, neque per mo- dum dotis, sed per modum dispositionis tras- cendens: & ideo dato quod in corporibus glo- riosis claritas futura sit in toto corpore, in Transfiguratione tamen id non oportuit. Et quod ita sit probō ex fine, quia Transfigura- tio ordinabatur ad ostendendam lucem & cla- ritate corporum beatorum ipsi Aposto- lis, quia manifestata statim cessare debebat, ad hunc autem effectum manifestandum fat erat quod claritas tantum esset in superficie, ergo. Tum etiam, quia id esset miracula sine necessitate multiplicare. Et ita quidquid S. Thom. in scriptis dixerit, tenendū est quod tertia parte loco citato affirmauit: Et ad ar- gumentum de luna respondetur, corpus Chri- sti fuisse opacum, & simul terrefre, & ideo lucem & claritatem in partibus interioribus non habuisset.

Dubium aliud est, quomodo Apostoli co- gnouerunt, quod illi qui in Transfiguratio- ne apparuerunt, erant Moses & Helias? Re- spondemus, id potuerunt cognoscere Apolto- li ex colloquio, quod habuerunt cum Chri- sto: loquebantur enim, vt Lucas ait, de ex- cessu quem passurus erat in Hierusalem, vel ex verbis ipsorum, vel forte postea Christus ad eis manifestauit. De Apostolis, si etiā quę- ras cur adducti sunt, vt essent testes Transi- gurationis, factum id fuisse respondemus, vt viderent, & experirentur aliqua, per quę cognoscerent se nō esse à Christo deceptos. Item ne hæretici calumniare possent, quod fides, doctrina, & miracula Christi decepto- ria erant: nā ex illa visione & claritate Trā- sfigurationis se non esse deceptos aperte co- gnouerunt: & nos etiam id cognoscimus ex eo quod ipsi Apostoli postea pro manifesta- tione veritatis, & plantatione fidei, mundo cōtempo, martyrium passi sunt: ex quo no- bis constat, nec Christum ipsos, nec ipsos nos decipere.

Dubium vltimum est de voce Patris, Hic est filius meus dilectus, an fuerit vera vox? Respondetur affirmatiue veram fuisse vocē, ministerio Angelorum in aere formatam. Et quod non fuerit tantum imaginariū ex eo constat, quia fuit tante virtutis, quod voce audita, Apostoli territi super facies suas ce- ciderunt, sed si solum fuisset imaginaria, vt Beda & alij affirmant, non sic illos terruis- set, vt caderent super facies suas, nec; tantum

sonitum, & tantam cōmotionem in aere cau- sasset. Et ideo tenendum est, fuisse verā vo- cem, sicut & illa, quę in baptismo Christi facta audita.

Pro defensione Hieronymi notanda soluti- o S. Tho. art. 3. ad secundum, vbi simul re- spondet pro eo & Ambrosio, nempe quod glossa illa, nominis Ambrosij inducitur, dicitur esse sumpta ex libro qui insinuat de mira- bilibus sacra scripturę, qui non est liber au- thenticus, sed falso inscribitur Augustino, & ideo illi glossę non est standum: dicit enim expresse Hieronym⁹ super Mattheum, Cō- siderandum est, q̄ scribis & phariseis de celo signa poscentibus dare noluit, hic vero, vt Apostolorum augetur fides, dat signum de celo, Helia inde descendente quo ascende- rat, Moysē ab inferis resurgente: & declarat mentem Hieronymi, dicens, quod non est sic intelligendum, quasi animam Moyses re- sumpsit, sed quod anima eius apparuerit per aliquod corpus assumptum, sicut Ange- li apparent: Helias autem apparuit in pro- prio corpore, non quidem de celo empyrio allato, sed de aliquo eminenti loco, in quē fuerat in curru igneo raptus: & de Moysē si- mile est, sicut quando Samuel visus est, & cō- stat quod non in proprio corpore visus est, sed in corpore assumpto. Sustineri etiam po- test, quod sicut Helias in proprio corpore apparuit, similiter & Moyses: & hac vice re- surrectionem suam, quę ceteris non nisi no- uissimo die futura est, compleuit: sed Domi- nus Iesus primogenitus mortuorum rationā- biliter creditur corpus Molis iterū post hęc visionem sepulture cōmendatē, vt ipsum in nouissimo die, quando mortui resurgēt, spe- retur assumere.

SEXTVM QVAESITVM.

An clerici immunes sint à tributo secularium principum.



Hieronymum libro. 3. ex- ponentem hunc locum, & res terra à quibus tributa accipiunt, Matth. 7. Erasmus in anno- tationibus suis notauit his verbis, Non satis intelligi- quid sibi velit quod in hunc locū scribit Hieronymus: Dominus noster, & secundū car- nem & secundum spiritum filius Regis erat, vel

Matth. 21

tum

vel

vel ex David stirpe generatus, vel omnipotentis verbum Patris, ergo tributa quasi regum filius non debebat: sed qui humilitate carnis assumptus, debuit adimplere omnium iustitiam: nos infelices, qui censetur nomine, & nihil dignum tanta maiestate facimus: ille propter eximiam charitatem pro nobis & crucem sustinuit, & tributa reddidit: nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus, siquidem videtur Hieronymus hoc arrogantiae tribuere, quod ecclesiastici grauentur tributum pendere principibus, cum hoc die summa pietas habeatur: pro immunitate clericorum modis omnibus digladiari. Hæc Erasmus.

1. Propositio

Ve distinctione questionis propositæ syncre perstringamus, sequentes propositiones subiungimus. Prima propositio, Clerici sunt exempti & liberi à potestate civili, ita ut non possint cōueniri apud iudicem secularem in causis criminalibus aut civilibus. Hæc est distinctio. 11. q. 1. & in varijs alijs locis, quæ prudens omitto, quia nota sunt, & oppositum est damnatum in concilio Constantiensi inter articulos Ioannis Vuicleph. Secunda propositio, Non omnis exemptio clericorum est de iure Diuino. Probatur hoc, quia id tamquam de iure Diuino alicubi non habetur, ergo huiusmodi exemptio tanquam de iure Diuino non est statuenda. Antecedens probatur, quia duo testimonio, quæ ad hoc probandum inducuntur, non satis exemptionem hanc ostendunt. Primus locus est Matt. 17. vbi cū didragma exigissent à Christo, Dñs dixit Petro, Reges gentium à quibus accipiunt censum, à filijs suis, an ab alienis? &c. Et dixit illis Iesus, ergo liberi sunt filij: ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & tolle piscem qui primo ascenderit, & aperto ore inueniens stateram, sume illam, & da eis pro me & pro te. Ex hoc loco arguitur sic, Christus loco hoc tantum significauit, aliquod hominum genus non esse obnoxium principibus, sed esse liberum: non autem videtur posse intelligi aliud genus hominum præter personas ecclesiasticas, qualis Christus cum suis Apostolis erat, ergo illi sunt liberi. Assumptum probatur, quia certe de militibus & de nobilibus videtur quod intelligi nequeat, cū sint tributarij subiecti, ergo omnino oportet intelligi de ecclesiasticis. Nihilominus ad istum locum responderetur, Dominum tatum loqui de se, & de discipulis suis, qui non erant ser-

uillis conditionis, nec temporalia possidebant, ex quibus teneretur tributa soluere: & ideo ex hoc loco non sequitur, quod Christianus omnis sit particeps huius libertatis, sed illi solum qui Apostolicam vitam sequentes non sunt seruilis conditionis. Et ita intelligit S. Thom. hunc locum Matt. 17. vbi addit, quod videtur Dominus velle innuere, ipsum non teneri censum soluere, quia Rex regum, & Dominus dominantium erat. Est autem differentia inter tributum & censum: tributum enim soluitur ex temporalibus bonis: census autem pro capite in signum subiectionis: Christus vero subiectus non erat, quia Rex regni Messias: & esto, non esset Rex regno seculari, in quantum tamen verus Messias, quoad personam saltem, exemptus erat potestate principum. Tum etiam, quia erat de genere regum, quia erat filius David, quod ad exemptionem satis erat: quia si pater est exemptus, ergo etiam filius iure gentium. Item, quia Christus est Rex totius orbis, & per consequens filij naturales eius iure gentium esse exempti, vel forte Christus voluit filij Dei se significare. Secundus locus, qui ex scriptura afferri solet, & ex psalm. 104. Nolite tangere Christos meos. Ex quo haberi volunt, quod cum clerici Christi Domini vere Domino sint vincti & consecrati, eos tangere, hoc est, iudicare non licet. Sed locus hic causam clericorum parum inuauit: aut locus specialiter de ecclesiasticis non loquitur: aut si de illis intelligitur, tantum est in sensu allegorico, vnde non trahitur argumentum.

Secundo principaliter arguitur, quia S. Tho. super locum illum ad Rom. 13. Non enim tributa præstatis, &c. inquit, quod clerici exempti sunt à tributis, non iure Diuino, sed privilegio principum. Et addit, exemptionem hanc æquitate quandam habere, non autem necessitatem. Et probatur, quia in eodem loco Paulus absolute præcipit tributa solui, nulla de clericis, aut alio genere hominum, mentione facta, ergo exemptio à tributis principum non est de iure Diuino. Et confirmatur, quia si clerici sentiunt commoda reipublice, debent & onera illius sentire. Tertia propositio, Aliqua exemptio clericorum à potestate seculari est de iure Diuino. Probatur hæc, quia in causis pure ecclesiasticis de iure Diuino non subieciuntur potestate civili: quod ex eo constat, quia potestas ecclesiastica distincta est à civili, neque in spiritualibus ab ea dependet, nec secularium principum est de causis spiritualibus iudi-

3. Propositio

dicare: in causis ergo ecclesiasticis omnino exempti sunt à potestate civili. Et confirmatur, quia tota potestas principum secularium est à republica, sed respublica non habet aliquam potestatem spirituales, ergo neque principes seculares in spiritualibus possunt iudicium habere. Secundo confirmatur, quia Apostoli exercebant omnem administrationem ecclesie, & curam illius habebant sine villo respectu ad principes seculares, & ita omnes sancti, & Patris ecclesie fecerunt, postquam principes & Imperatores baptizati sunt, ergo ecclesia in rebus ecclesiasticis omnimodam potestatem habet, nec illis subieciuntur, vt Aduum. 5. patet, vbi Petrus Ananiam & Saphiram morti tradidit. Et oppositum est damnatum à Ioanne. 22. contra Marcellinum de Padua. Ex his sequitur, quod si princeps circa administrationem rerum ecclesiasticarum potestatem aliquam habet, vt in electione ad præsentationem personarum ad dignitates & sacerdotia ecclesiastica, totum hoc habet, & illi conuenit privilegio & indulgentia ecclesie, non autem ratione dignitatis suæ. Aduertendum tamen quod Caietanus de potestate ecclesiastica docet. c. 27. scilicet, principes circa administrationem ecclesiasticam posse Papam resistere, si manifeste ecclesiam disipet, vt si pernitiose & symoniace beneficia ecclesiastica conferret, tunc illi parendum non esset, neque symoniace euidenter promoto danda est possessio. Et confirmatur ex cap. quinquagesimo de censu. lib. 6. vbi habetur, quod personæ ecclesiasticæ in spiritualibus iure Diuino exemptæ sunt à potestate seculari. &c. si Imperator. 96. dist. 4. Deus voluit, non à legibus publicis, neque à potestatibus seculari, sed à Pontificibus ordinari & iudicari. Et confirmatur dicta, quia soli Petro dictum est, Pasce oues meas Ioan. 21. Et si princeps haberet iudicare in causis ecclesiasticis, vel hanc potestatem haberet ex equo cū Papa, & hoc non est possibile, quia esset consulto reipublice Christiane, vel supra Petrum, & hoc minime, quia Petrus à Christo immediate accepit potestatem ad regendam ecclesiam, ergo potestatem in ecclesiasticis habere non potest nisi sub Petro. Confirmatur iterum ex 11. q. 1. c. sacerdotibus, & ex facto Constantini Magni, qui, vt Rufinus refert lib. 10. ecclesiasticæ historia, cum hi qui ad Synodum Nicenam venerunt, libellos ei obrulissent, quibus causa & quærele episcoporum cōfitebatur aduersus alios, omnibus illis cōuocatis, dixit, Deus vos constituit sacerdo-

tes, & potestatem nobis quoque iudicandi dedit, ideo nos à vobis recte iudicamus, vos autem à nobis, seu ab hominibus iudicari non potestis. Ecce imperatoris confessionem, & quidem verisimile est, non ex suo sensu expresso, sed à viris spiritualibus & sapientibus instructus hæc videtur dixisse, vbi confitebatur clericos non posse à principibus secularibus iudicari: & si hoc verum est potissimum locum habet in causis spiritualibus. Et ideo dubitandum non est quin principes seculares potestatem, iudicium, administrationem non habent, neque iure Diuino, neque à reipublica in rebus spiritualibus: & si quid iuris habent, totum est à Papa, & ab ecclesia. Quarta propositio, Personæ clericorum non omnino exemptæ sunt à potestate civili, neque iure Diuino, neque humana. Probatur, quia clerici tenentur obedire legibus civilibus in his quæ expectant ad debitam administrationem & gubernationem temporalem reipublice, & non impediuntibus ecclesiasticam administrationem: & contra leges facientes peccant, ergo non sunt omnino exempti. Collectio, est nota, nam si omnino essent exempti, non plus tenerentur ad leges ciuitatis, quam si ciues essent alterius reipublice: antecedens patet, quia clerici ultra hoc quod sunt ministri ecclesie, sunt ciues ciuitatis, ergo tenentur aliquibus legibus civilibus non latis à Papa, quia Papa ordinare leges ciuiles & condere non valent, tenentur ergo legibus civilibus à principe seculari, Tum etiam, quia rex non solum est rex laicorum, sed etiam clericorum, ergo aliquo modo ei subieciuntur, quia clerici quantum ad temporalia non administrantur à potestate ecclesiastica, habent ergo principem cui in temporalibus obedire tenentur. Quinta propositio, dicitur quod personæ ecclesiasticæ iure Diuino, aut Cæsareo non essent exemptæ, summus tamen Pontifex potuit eas excipere à potestate civili. Probatur, quia hoc necdum conueniens, sed necessarium videtur ad administrationem rerum spiritualium, cū ergo respublica Christiana sit perfecta, & si bi sufficiens, ergo in ea est potestas ad condendas leges conuenientes administrationi ecclesie: & si clericorum exemptionis est conueniens, Pontifex potest potestas facere tali exemptioni expedientes. Quod vero talis exemptio sit necessaria, ex eo patet, quia si ministri ecclesie ad iudicium seculare possent trahi, hoc esset, eos posse à ministerio ecclesie reuocare, neque possent commode officio

4. Propositio

5. Propositio

suo vacare: & ideo Paulus ait, Nemo militas Deo implicat se negotijs secularibus, nam si illis implicaretur non possent Deo debite militare. Tum etiam, quia propria auctoritate potest eligere ministros ecclesiae, non obstante quod potestas civilis contradicat, ergo eadem ratione potest eos subtrahere à iudicio seculari. Item, quia si pro causis ecclesiasticis non potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico, si possent simul in eadē causa ad iudicium seculare vocari, esset perplexus ita ut non posset vtrique iudicio simul satisfacere. Vltimo, quia re vera consentaneum non esset, vt ecclesiastici, qui laicorum sunt pastores, à subditis suis in iudicijs vexarentur. Sexta propositio, Exemptio clericorum, maxime quoad personas, scilicet, quae neque iudicari, neque puniri à potestate seculari possint, est valde conformis iuri Diuino & naturali. Probatur ex iudicio illo Constantiani Magni, cuius verba sunt, Vos autē non potestis ab hominibus iudicari, ppter quod Dei solius inter vos expectate iudicium. Et infra, Vos enim à Deo dicti estis Diij, conueniens autem non est, vt homo iudicet Deos. Idem apparet ex facto Iosephi, Gene. 47. qui reliquit terram sacerdotalem liberam. Tum etiam quia sunt distinctae potestates et reipublicae, ergo de se oportet vt habeant ministros proprios, quinò habeant seruire alijs p̄p̄positis, neque ab illis à suo ministerio impediiri. Item omnino sequeretur magna absurditas, vt p̄tor causam coram episcopo diceret, & episcopus corā p̄tore, & accideret quòd aliquādo apud Ethnicos causas agerent, contra illud Pauli. 1. Corint. 6. Audeat aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? quod scādalo carere non possent, videntes fidei professores causas coram rege pagano habere. Septima propositio, Sicut exemptio clericorū sit de iure Diuino, siue non, libertas siue exemptio illorum à principe seculari illis auferri non potest. Hæc conclusio patet ex quinta propositione, quia si exemptio & libertas clericorum expedit administrationi rerum ecclesiasticarum, potuit ergo Papa ministros ecclesiae eximere sine principum auctoritate. Secundo probatur, quia potestas principum est tota à republica Christiana, sed hæc iam diu consentit in hanc libertatem clericorum, ergo principes non possunt illam illis auferre. Octaua propositio, Nihilominus si libertas clericorum esset in manifesta per-

niciem reipublicae, ita vt ecclesiastici impunè vacarent neci laicorum, & Pontifices non lent remedium adhibere, possent principes suis subditis & ciuibus consuleri, non obstantē privilegio clericorum. Probatur, quia res publica stultis est perfecta & sibi sufficiens, ergo potest se defendere, & iniurias illas vindicare, & super hoc leges condere. Confirmatur, quia principes possunt proprias reipublicas ab iniuria aliarum rerum publicarum seruare, & si opus fuerit vindicare, non solum per modum defensionis, sed auctoritatiuè, ergo & ab iniuria clericorum. Vltima propositio, P̄tores & omnes magistratus, citra principem, grauius errant & peccant iudicia exercentes contra priuilegia clericorum, quamuis perniciosi & criminosi sint, eos ab ecclesia extrahentes, extracausa à iure permisso. Probatur, quia non sunt subditi illorum, neque stantibus legibus, habent potestatem in illos, ergo non licet eis contra leges agere, quia ipsi non habent potestatem tollendi legem, vel dispensandi in eas, sed solus princeps. Consule si libet de hac questione Caietanum libello de potestate ecclesiastica. c. 27.

Pro defensione Hieronymi responderetur, eum non loqui de eo tributo, quod subditis huiusmodi principibus debent, sed de eo tributo, quod omnes debent Christo, qui cum talis ac tantus pro nobis vestigalia soluerit, cur nos miser, inquit Hieronymus, qui Christi seruos nos esse profiteremur, molestati ipsius debitum seruitutis tributum non reddimus?

SEPTIMVM QVAESITVM.

An liceat Euangelia et cruces collo appendere.



Hieronymus lib. 4. in Matthaeum in expositione huius clausulae, Dilatate enim portam latiora sua, & magnificet introitus. Matth. 23. damnatur videtur consuetudinem eorum, qui ex pio animi affectu Diuina verba, & res sacras collo suspensas gerunt, sic inquit, Non intelligebant pharisei, quòd hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria, & arce habent libros, & notitiam Dei

Dei non habent: hoc apud nos superstitiosa muliercula in parulis Euangelij & Crucis ligno, & istiusmodi rebus, quae habet quidem zelum Dei, sed non secundū scientiam vsque hodie facit tantum culicem lizates, caue iam glutientes.

Auctor operis imperfecti, homi. 44. in expositione eiusdem sententiae Hieronymo contentit his verbis, Multi scribarum & phariseorum exemplo, aliqua nomina Hebraica Angelorum confingunt, & scribunt, & alligant sibi, quae non intelligentibus linguam Hebraicam, quasi metienda videntur: quidā vero partem Euangelij scriptam: dic sacerdos insipiens, nomine quotidie Euangelij in ecclesia legitur, & auditur ab hominibus: cui ergo in auribus posita Euangelia nihil profunt, quomodo eum poterunt circa collum suspensa saluare? Deinde, vbi est virtus Euangelij in figuris literarū, aut in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collum suspēdis: Si in intellectu, ergo melius in corde posita possunt, quā circa collum suspēsa.

Disputat S. Tho. hanc quaestionē. 2. 2. q. 96. art. 4. quo quaerit, vtrum suspendere Diuina verba ad collum sit illicitum, & respondet, quòd in omnibus incantationibus vel scripturis suspēsis duo sunt cauenda: primum quid sit quod profertur vel scribitur, quia si est aliquid ad inuocationes demonum pertinens, est superstitiosum & illicitum: & si contineat ignota nomina, cauendū est, ne sub illis aliquid illicitum lateat: est etiam cauendum ne aliquid falsitatis contineat, quia sic eius effectus à Deo expectari non possent, qui falsitatis non est rellis. Secundo praecipue cauendum, ne cum verbis sacris contineantur aliqua vana, p̄ta, aliquid characteris inscripti praeter signum crucis: aut si spes habeatur in modo scribendi ac ligandi, aut in quacūq; alta vanitate, quae ad Diuinam reuerentiam non pertinent, quia id iudicaretur superstitiosum: alias autem licitū est: vnde. 6. q. 6. c. non licet Christianis, dispositum est, quòd vti rebus sacris superstitiose aliqua illicitum est: & ideo neque in collectionibus herbarum, quae medicinales sunt, aliquas obseruationes aut incantationes licet attendere, nisi tantum cū simbolo Diuino, aut Dominica oratione, vt tantum Deus in illis adoratur & honoretur. Hæc S. Tho.

Aduertendum, multos praecipere sacrum facere cū certo numero candelarum, existimantes quòd si vna superet, vel deficiat, oblatio talis nullius sit momenti. Hoc autem cui

denter superstitio est, licet de per se celebrare cum candelis nulla sit superstitio, sed est opus religionis. Similiter iudicandū de trigemarijs, de quibus aliqui existimant, si sacerdos tantum pede ab ecclesia exeat, perire omnes fructus, & effectus ipsius trigemarij. Et hoc vanum omnino & superstitiosum est. Idem iudicium est de medicamentis & valneis, quae nouem diebus sumi praecipuntur, & non pluribus, neque paucioribus: in his & similibus superstitiosis arbitrio homini viri standum est, & timendum in similibus ne sit antiquum inuentum demonis.

De his, quos Hispania salutatores nuncupamus, qui pecora à rabie curant, an tales donum sanctitatis habeant dubium videtur, quia de facto habent eorum sanctitatem. Catherinae, & successione paterna similes effectum salutis operantur. In contrarium tamen est, quia tales sunt perditii viri, & vini potatores. Ad hoc dico sequentia, Primum, non dubium est, quin Deus huiusmodi virtutē possit hominibus conferre, vt Marci vltimo Apostolis concessit dicens, In nomine meo demonia eiciunt. Secundo dico, huiusmodi virtutem & gratiam sanitatis posse hominibus iniquis donare. Probatur, quia non datur illis huiusmodi virtus propter priuatum virilitatem ipsorum, sed ppter bonum communitium, vti eorum pecora sanitatem recipiant. Tūc etiam, quia propheta est potissimum donum, & illud Deus hominibus iniquis dedit, vt Caiphæ & Balam, ergo potest hanc virtutem ebriosis & iniquis concedere. Et hinc ad argumentum in contrarium factum. Tertio dico, valde dubium esse an huiusmodi homines talem virtutem habeant: ratio est, quia, esto, in primitiua ecclesia fuerit donum sanitatis in cōfirmationem fidei, quia illis temporibus tale medium non est necessarium ad propagandam fidem, ideo timendum est, an huiusmodi donū tales habeant. Item quia conditio huiusmodi hominum solum est in Hispania, & sine talibus in alijs regionibus animalia viuunt sana, timendum ergo est eos talem virtutem non habere: & si effectum aliquem operantur, id efficiunt ope & arte demonis. Vltimo dico hos, donec de veritate constet, non debere omnino à republica excludi, neque puniri, quādiū à pratoribus & iudicibus tolerantur. Idē iudicium est de vetulis, quae de facto plures morbos curant, de quibus suspitio est, ne arte demonis sanitatem operentur: sed quia de hoc non constat quādiū à iudicibus tolerantur,

6. Propositio

7. Propositio

8. Propositio

9. Propositio

tur, neque excludi a republica, neque puniri debent. Denique in his & similibus standum est iudicio episcoporum & officialium eorum, & arbitrio boni viri.

Pro Hieronymo respondet S. Thom. loco citato eius sententiam exponens, inquit cum non damnare eos, qui pietatis & religionis gratia Evangelia & sanctorum reliquias, & altares sacras secum gerunt, vel collofuspēdunt, sed eos, qui magis ad characteres ecclesiarū inspiciunt, quā ad scripturā intelligētiā, & eos potissimum, qui vel superstitione bona adducti, vel ambitione inflati hęc deferunt: illi igitur qui verba Evangelij reliquias sanctorum, vel alias res sacras portāt ex fiducia Dei, & sanctorum, & reuerentia Dei, accusandi & calumniandi non sunt: nā B. Cęcilium legitur codicem Evangelicam semper in sinu gestasse: & Constantinū Augustum Christi clauum diademate circumtulisse, & Apostolum Barnabam tactu Evangeliorum egros curasse.

OCTAVVM QVAE SITVM.

An Angeli tam boni quā mali flecti ad vitium vel virtutem queant.

**H**ieronymus in expositione parabole de filijs prodigo & frugi ad Damasum hunc locū explicans, *Fili tu semper mecum es*, Luca. 15. sic scribit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: non ait, Non iustificabitur omnis homo, sed omnis viuens, id est, nō Evangelista, non Apostolus, non propheta: ad maiora conuolens, non Angeli, nō Throni, non Dominationes, non Potestates, cęteręque virtutes: solus Deus est, in quē peccatum non cadit: cętera, cū sint liberi arbitrij, iuxta quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in vtramque partem possunt suam flectere voluntatem. Magister sen. lib. 2. dist. 7. adducit hunc locum Hieronymi, & inquit, Hic videtur dicere, quōd omnis creatura in libero arbitrio constituta flecti ad bonum & ad malum: quod si ita est, ergo & boni Angeli & mali ad vtrumque flecti possunt, ergo & boni possunt fieri mali, & mali possunt fieri boni.

Disputant Doctores scholastici quæstio-

nem hanc. 2. sent. dist. 7. & S. Thom. 1. par. q. 62. art. 8. & de veritate. q. 28. art. 4. his locis quærit an Angeli beati possint peccare, an vero mali possint aliquid bonum facere. 1. parte. q. 64. art. 2. & de veritate. q. 24. art. 10. ad primum, an Angeli beati possint peccare: & respondet neganter. Et licet Augustinus. 11. de Ciui. Dei. c. 11. dicat, omnes Angelos fuisse creatos cū visione Dei & in notitia matutina, non tamen est contra sententiam S. Thom. quia non intelligit quōd fuerint creati in beatitudine, quæ esset secunda & permanens.

Origenes homi. 13. super Lucam tenet sententiam specialem contra communē Theologorum, nēpe Angelos beatos peccare posse. Fundamentum sententię eius est, quia sunt administratorij spiritus & hominum custodes, & in custodiendo possunt quandoque esse negligentes, & sic in ministerio suo delinquere & delinquere. Sed in hac parte Origenes non est tenendus, & reprobat ab omnibus Doctores scholasticis. Et ad locum alium Job. 4. In Angelis suis reperijt prauitatem: vbi per Angelos intelligit beatos. S. Tho. respondet, 1. parte. q. 63. art. 1. ad secundum argumentum ex illo loco solum cōiuncti, quōd ex Angelis, qui boni fuerunt creati, aliqui peccauerunt, nempe hi qui a pinguedine Spiritus sancti, in qua creati sunt, ceciderunt.

Dubium est, propter quid & quomodo Angeli beati impeccabiles redditi sint. Durandus. 2. dist. 7. q. 1. inquit, ex eo Angelos beatos non posse peccare, quia error aliquis in ratione & intellectu eorum esse non potest: & supponit malitiam in voluntate esse non posse, nisi prius sit defectus & error in intellectu. Probat, quia voluntas semper sequitur iudicium practicum & rationis, & cōformatur illi, siue sit vniuersale, vt omne bonum est prosequendum, siue particulare, vt hoc est bonum, ergo prosequendum. Ex quo, inquit, patet, quōd nullus beatus peccare potest, omnis enim beatus per iudicium practicum cognoscit omnia, quæ ad conseruationem status beatifici spectant: & sic voluntas beati, quia semper est recta, est impeccabilis. Et secundum hanc sententiam asserendum est, tam Angelos, quā omnes beatos esse impeccabiles, non ratione status, & ab extrinseco, sed ab intrinseco, ab intellectu scientiæ & prudentiæ per iudicium practicum tracto, vt voluntati beatorum cōformetur. Voluntas vero secundum eum erit impeccabilis

Durandus

Primum argumentum contra modum dicens.

2. argumentum.

lis ab extrinseco, nempe ab intellectu recto, & ipsius rectitudine. Scotus. 1. sent. dist. 1. q. 4. asserit alium modum, asserens beatos impeccabiles ab extrinseco, vtique ex Diuina prouidentia, & manutenentiā Dei, qui ita disposuit & ordinauit, vt nullus beatus peccare possit. Et quōd non sint impeccabiles ratione voluntatis probat, quia illorū voluntas est liberrima. Et suam sententiam sic explicat, quia Deus ordinauit nunquā cōcurrere cum beato, neque cum eius voluntate, nisi ad solum ad unum bonum. Consonat Scoto, Gabriel, Ochan, & omnes moderni, qui concorditer tenent, quōd beati de se sunt liberi libertate contradictionis, & contrarietatis, hoc est, quōd possunt amare, & nō amare, & Deum etiam odio habere, sed tamen de facto nunquā non diligunt, aut Deū odio habebunt, & hoc ex Diuina Dei manutenentiā. Sed contra hanc sententiam arguitur. Primo, quia ex ea sequitur esse semper miraculum quod tam Angeli quā beati non peccent: miraculum enim esset quōd Deus saltem concursu generali cum aliqua causa secunda non concurrat. Confirmatur, nam eodem modo sequitur, quōd hęc non esset magis propria, Beati sunt impeccabiles, quā hęc, Iste ignis non potest cōburere, supposito quōd Deus non concurrat cum igne. Probat, quia vtrouque est equale miraculum. Confirmatur secundo, quia sequitur de se tā Angelos quā omnes beatos esse peccabiles: patet, quia sicut ignis esset calefactiuus, licet non calefaceret, si Deus cū illo non cōcurreret, vt constat de igne, qui pueros in camino non cruciabat, similiter ergo & beati de se peccabiles essent, sicut & ignis calefactiuus. Secundo arguitur, quia ex illorum sententia sequitur, quōd nō est assignabilis ratio, quare beati peccato omissionis nō peccent: patet, quia secundū illos dicendum est, ad omissionē Dei cōcurrere nō requiri. Quōd si quis dicat, fat est Deum cū beatis ad amorem cōcurrere, nihil est, nā sic Deus beatos effectiue ad diligendū necessitaret, quod est cōtra ipsos qui dicūt, beatos posse & nō amare, & Deū odisse: & certe miraculum est quod Deus causam secundā & liberā effectiue necessitet. Et ideo dicendum est cū S. Th. quod Angeli & omnes beati sunt impeccabiles, ex eo quod ex amore Dei perfectio, quæ habet, excludente omne actum & cogitationē malā, necessitatur ad amorem. Et hęc est sententia cōmunis S. Tho. pluribus in locis, quod beati necessitantur ad diligendum Deum clare vi-

sum quoad specificationem, quia si de facto beatus aliquem actum habeat, ille necessarius erit amor & Dei dilectio. Quōd autem hęc sit eius mens ex eo constat, quia inquit, sicut voluntas necessitatur respectu boni vniuersalis, sic & Angelus: constat autem quod voluntas circa bonum in vniuersali cognitum tantum necessitatur quoad specificationem, ergo. Sed moderni omnes cōtra hanc doctrinam Sancti Thomę argumentantur. Primo, quia beati omnes sunt ad eō liberi, vt possint Deum odio prosequi: & Augustinus ait, quod nihil est tam in potestate voluntatis alicuius, quā ipsa voluntas, hoc est, quā actus ipsius voluntatis. Respondetur ita esse, voluntatem beatorum esse liberrimam, sed nihilominus dicimus, quōd semper libertas illa saluatur, quando elicit actum circa obiectum, in quo nulla apparet ratio mali, quia obiectum odibile, in quo nulla apparet ratio, neque vestigium boni, non est obiectum voluntatis: bonum enim est quod omnia appetunt, uerum vel saltem apparet. Secundo argumentantur sic, Demus Paulo, aut alicui videti Deum representari Deū sub hac ratione particulari, nēpe, quia est punitor, ille potest odio prosequi Deum, sicut & damnari, ergo. Cōfirmatur, Demus quod damnatus aliquis per miraculū Deum videat, sicut Paulus vidit, & simul in Deo cognoscat & videat se damnadum, & in inferno puniendū: talis potest Deū odio habere, ergo. Respondetur quod licet demus casum, nihilominus talis summa bonitatis non potest odio prosequi: & ad rationem, quia cognoscit Deū sub ratione mali, scilicet, quia est punitor, respondetur hoc nō sufficere, vt eum odio prosequatur, quia talis notitia nō gignit in illo cognitionē Dei sub ratione mali, quia videt eū, & cognoscit punitorē sub ratione boni, & si me iustitij: & si damnatis Deum apparet malus, quia punitor, hoc ex malitia illorum, & quia sunt pessimi, & oblinati in malo, est. Tertio argumentantur, quia fundamentū illud S. Tho. inirmū est, scilicet, voluntas beatorū necessitatur quoad specificationē, ergo sunt impeccabiles, quia quęcumque actū habeant, ille necessitatur erit amor Dei: hoc non valet, quia poterūt salte peccare peccato omissionis, quia beatus quoad exercitium actus nō necessitatur. Respondetur ex lege beatorum, priusquam habeat aliquem actum, se conuertere in Deum, saltem prius natura: & cum non possit Deum odio prosequi, conuertetur in Deum, & amabit illā amorem, qui

Contra S. Thom. argumentatur primo

2. argumentum.

3. argumentum.

R omnem



omnem defectum excludit. Et hanc rationē assignat S. Tho. 1. parte. q. 82. arti. 1. & 1. 2. q. 6. art. 6. in o. scilicet, quod beati necessitatur etiam quoad exercitium, & sunt impeccabiles ex eo quia amor perfectus Dei, qualis est beatorum excludit omnem imperfectiōem. Ideo contra hoc arguētur omnes uocēri, nempe, quod beatus quantum ad exercitium non necessitatur, nam ex hoc quod Deus sit summum bonum tantū sequitur, quod non potest odio haberi, nō autem sequitur, quod saltem per instans non possit ab amore cessare. Tum etiam quia Deus nō mouet uoluntatem beati infinite, cū Deum cognoscit finitē: in electis enim & uolūtas beati finita est, ergo Deus uoluntatem beatis non necessitat ad semper amandū, & per consequens beati non necessitantur quantum ad exercitium. Pro solutiōe aduertendum, quod mens S. Tho. hęc est, scilicet, uoluntatem beatorum ex natura sua inclinatur ad Deū tanquā in ultimum finem, & ideo ex natura sua necessitatur quantum ad exercitium, sicut grāue ex natura sua inclinatur deorsum. Et quod ita sit probari potest ex illo. 2. Physic. scilicet, sicut principium in speculabilibus ita finis in agibilibus, tunc sic, apprehēso hoc principio in speculabilibus, Quodlibet est, uel nō est, statim intellectus necessitatur ad assentiendum, ergo apprehēso ultimo siue ex natura sua, uolūtas inclinatur ad amandū. Et ideo dicendum, quod uolūtas necessitatur quantum ad exercitium ex natura ipsius uoluntatis, quam dedit ei generans. Ex quo patet responsio ad argumēta. Quinto arguitur, quia Deus potest precipere beatis, ut non diligant ipsum, & beati possunt se conformare praecepto eius, tunc ergo beatus non necessitabitur ad amandū. Respondemus aliquos negare, & bene, Deum posse id precipere. Secundo, quia siue prohibeat, siue non, dummodo Deus cum beatis generaliter concurrat, beati necessarii amabunt. Sed adhuc arguitur, quia cum quocunque actu amoris Dei etiam secundum Sanct. Thom. stat peccatum aliquod, ergo ex hoc quod beati necessitentur ad exercitium, non sequitur quod sint impeccabiles. Respondetur, quod licet cū dilectione Dei super omnia compatiantur se peccatum aliquod, hoc tantū est, quādo est cum ignorantia inuincibili alicuius praecepti: ignorantia autem omnino abest ab ita beatorum. Secundo dicimus, quod in uia aliquando stat ueniale cum dilectiō-

ne Dei super omnia ratio est, quia dilectio uia est imperfecta, non autē in patria, quia est perfectissima dilectio: & in uia etiā perfectissima dilectio dari potest, quae omne peccatum excludat, ut patet ex illo Ioann. 14. Si quis diligit me, Pater meus diligit eū, &c. Et sic in uia dilectio sufficiens ad implendum omnia praecepta, excludit peccatum, ergo a fortiori in patria. Sed contra quia cū quacunque summa dilectione se comparatur ueniale, ergo. Respondetur, ueniale simpliciter charitati non repugnare, neque illi opponi, sed feruori charitatis, quā cum beati habeant maximam, ideo simpliciter tenendum est, tam Angelos, quā omnes beatos impeccabiles esse.

Dubium tamen est, postquā in malum Angeli sicut nequeunt, & bonum operari ualent, an possint in beatitudine proficere? S. Thom. quaestione. 62. articulo. 9. respondet negatiue. Et probatur, quia beatitudo augetur per merita, & tempus meriti est uia non termini: unde operamini dum lucem habetis, quia ueniet nox (nempe mortis) quando nullus poterit operari, scilicet, meritorie. Item omne ens ordinatur ad certum finem, quo habito statim quiescit, ergo Angeli, postquam suum finem Deū optimum maximum que adepti sunt, quiescunt. Aduertendum, & conclusionem istam Sanct. Tho. posse dupliciter intelligi: uno modo sic, quod beati non possunt mereri alium gradū beatitudinis, uisā beatitudinem, qua nunc fruuntur: & secundum hoc procedit ratio, quā ponit in argumento in contrarium: que est, quia mereri & proficere pertinet ad statum uia, sed Angeli non sunt uiatores, sed comprehēsores, ergo Angeli beati non possunt mereri, neque in beatitudine proficere. Secundo modo sic, quod de lege nō potest augeti beatitudo beatorum, & secundum hunc sensum procedit ratio corporis articuli, & in utroque conclusio S. Tho. est uera. Magister sent. dist. 5. in fine tenuit Angelos beatos nunc mereri suam beatitudinē per ministeria, quae cetera homines exhibent. Sed eius assertio nō est contra conclusionem S. Thom. quia non concedit Angelos proficere in gloria per merita, nec beatitudinē in illis augeti sed solum assertit, eos beatitudinem, quā nunc Deo fruuntur, mereri per bona opera. Et conclusio S. Thomae est intelligenda sic, quod beati nō possunt proficere in beatitudine essentiali, bene tamen in accidentalī, ut patet ex illo Lucae. 17. Gaudium

Magister.

Gaudium magis est in caelo super uno peccatore poenitentem agente. Sed est argumentum contra conclusionem positam, quia non omnis motus qui ordinatur in aliquam finem, ad eptō sine, quiescit, quia motus caeli uidetur quod non habet finem, & si haberet non tamen quiescit: tum etiam quia Deus posset facere, quod motus caeli (sicut de facto cessauit) quod sit perpetuus, similiter ergo uideretur quod beati possint perpetuo in beatitudine proficere. Respondetur duplicem esse motum, unum, qui ordinatur ad cōsequendam suam formam & perfectionem, quae conuenit ipsi mobili: alium esse motū, qui non ordinatur ad formam aliquam: motus primi generis statim cessat, ad eptā sua forma, non autem motus secundi generis, cuiusmodi dicitur esse motus caeli, & tendentiam beatorum in Deum. Sed contra hoc arguitur, nō licet ex hoc probetur, beatos quiescere in beatitudine, ad quam sunt praedestinati & ordinati, nō tamē probatur, eos quiescere, & non proficere respectu alicuius gradus gloriae, ad quem non sunt praedestinati. Respondetur similiter quiescere respectu cuiuslibet gradus gloriae, sicut quiescunt in ad eptā ipsius gloriae: quia sicut beatus ordinatur ad gloria, sic ad certū gradū gloriae, alias beati nunquā quiescerent: & si nulla res inclinatur ad finem, quem non potest cōsequi, ergo nec beatus ad alium gradū gloriae, quā ad illum ad quem est praedestinatus. Quod si quis dicat, Beatus non adipiscitur illū gradū gloriae, quāprimum adeptus est gloriae, sed paulatim progreditur, & consequitur illum, respondetur, rationale esse, quod beatus quāprimum peruenit ad beatitudinem, habeat omnem gloriam, quam debet habere, & nō acquirat eam successiue. Simile est de habitibus, nam licet habitus producat ab actibus, tamen post habitum acquisitum, licet quis eliciat multitudinem actuum, non acquiritur nouus habitus, sed qui elicit prompte operatur, & in illis eliciendis delectatur, sic & beati non acquirunt nouum gradum gloriae, sed delectantur tantum in actibus beatitudinis, nam si essentialis beatitudo posset augeti, posset quis asserere, quod etiam ualeret in infinitum crescere. Tum etiam, quia si damnatorum poena essentialis non augetur, ergo neque beatorum gloria. Quod si quis arguas, Si in patria datur certus gradus gloriae, ergo in uia datur certus gradus gratiae: quod est contra illud Apostoli, Sequor si quomo-

do comprehendam. Collectio probatur, quia gloriae correspondet gratia, si ergo sumus praedestinati ad certum gradum gloriae, ergo & ad certum gradum gratiae, quo habito, uiator non posset ultra in gratia proficere. Respondemus, disparē rationem esse inter: comprehēsores & uiatores: nam uiator semper potest mereri, & in gratia proficere: quod inde prouenit, quia de uiatoribus non est lex, quae est de beatis, nam de beatis lex Dei est, quod non possint in gratia neque in gloria proficere, quod non sic est de uiatoribus. At si querās, ubi sit talis lex, & Dei ordinatio? Aliqui respondent, quod ibi Ecclesiastes. 11. Lignum ubi ceciderit, siue ad Aquilonem, id est, in infernum, siue ad Austrum, id est gloriam, ibi erit, hoc est, non ultra in gratia, neque in gloria proficiet. Hic tamen locus non conuincit, sed tantum probat, locum inferni, aut gloriae in aeternum mansurum, non autem probat eorum beatitudinem augeti non posse. Et ideo de Angelis dicendum, talem legem non esse expressē positam. Quod uero homines possint in uia, quādiu uiatores sunt, in gratia & meritis proficere, suadere uidetur lectio scripturae in multis locis, ut ex illo Corint. cap. 5. Omnes nos presentari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore suo. Et Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod correspondit operibus meritorijs, quibus beatitudinem meruerunt. Et ad Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum, &c. Si ergo de hominibus lex posita est, quod in patria nō proficiunt, credibile est, quod idē omnino sit de Angelis, ut qui natura sua amplius inuariabiles sunt quam homines.

De secundo membro principali, nempe, an Angeli mali sicut queant tam ad bonū, quā ad malum, respondet S. Thom. 1. parte. q. 64. art. 2. & excludit sententia Origenis in Periarcho ubi asseruit, quod omnis uoluntas creaturae propter libertatem arbitrii potest sibi & in bonum & in malum, excepta anima Christi propter unionem uerbi. Haec tamen positio, ait, tollit ueritatem beatitudinis tam ab Angelis quā ab hominibus, Primo, quia stabilitas sempiterna est de ratione uerae beatitudinis. Secundo, quia repugnat scripturae sacrae, quae demones, & homines malos in supplicij aeterni mittendos, bonos autem in uitam aeternam transferendos pronūtiat.



Et ideo assertio Origenis, tanquam erronea, est contemnenda. Hoc supposito responderi per sequentes conclusiones. Prima, beati sunt in beatitudine sua confirmati: damnati vero obstinate se habent, & non possunt meritorie agere. Et si quaritur unde ista pueniunt, Secunda conclusio, Obstinatio non prouenit a peccato, nec confirmatio ab actu bono sed illis ista prouenit ratione status. Et amplius explicans obstinationem demonum, addit tertiam conclusionem, Obstinatio demonum prouenit etiam ex modo cognoscendi ipsorum damnatorum. Probat, quia Angeli cognoscunt immobiliter, & quibus adheret, immobiliter adherent, ergo voluntas illorum, quae ab intellectu dirigitur, obiectum quod amauerit immobiliter diligit, & quod oderit, immobiliter odio profectur. Antecedens probatur, quia Angelus non potest decipi, & cui semel assentitur, semper illi assentitur, si ergo Angelus damnatus semel peccauerit, semper durat in peccato, cum eius intellectus & voluntas omnino immobiliter se habeant.

Doctores scholastici loco citato ferè omnes impugnant hanc sententiam S. Tho. & maxime ratione in qua obstinationem demonum fundat: & argumentantur contra illum, quod ratio obstinationis sit, quia cui adherent, immobiliter adherent, Primo, quia Augustinus in de fide ad Petrum c. 7. ait, quod si homines damnati possent a peccato resilire, possent etiam demones resipiscere: homines autem non ideo sunt obstinati quia immobiles sunt, ergo neque Angeli. Secundo, quia quocumque iudicio staret in intellectu Angelico, potest Angelus ex libertate arbitrii mutare & non mutare. Probat, quia in quocumque homine habente usum rationis staret hoc iudicio immobilis, non est adulterandum, est liber ad utrumque, ergo ideo de Angelo. Tertio, quia de mente omnium modernorum eadem est ratio obstinationis demonum & hominum, siquidem omnes vniuocè dicuntur obstinati: sed nullus unquam dixit quod homines sunt immobiles, ergo neque Angeli. Quarto, quia S. Tho. assertit, quod daemones peccauit duplici peccato in tempore inuidie, & superbie: num sic, si primo peccato statim fuit obstinatus, non ergo demeruit in secundo, si in primo malo immobiliter adheret. Quinto, quia sequitur ex illo quod omnes Angeli fuerunt confirmati in gratia in primo instanti sui esse: sequela patet ex eo quod Sanctus Thomae assertit, Angelum obiecto, cui semel adheret, semper immobiliter adherere. Ultimo certum est

Angelum posse dissuaderi ab eo quod semel sibi fuerit, ut sancti dicunt, demonem antequam cognosceret Christum esse Deum, conatum esse eum interficere: sed tamen postquam tempore passionis ex coniecturis suspicatus est esse Deum, intendit illum viuere: & tamen oppositum concluditur ex consensu Sancti Thomae. Et confirmatur quia licet demones sint immobiles quantum ad naturalia, non tamen inde fit, quod quantum ad supernaturalia non sint mobiles, quia circa illa omnino discurrunt, & decipi possunt.

Pro solutione harum rationum exponimus sententiam S. Thomae, priusquam illas soluamus. Potest ergo S. Tho. intelligi duobus modis: Primo modo ad sensum, in quo Durandus & Scotus eum impugnant, nempe, quod sint immobiles & immobiliter adherent circa obiecta naturalia, quam supernaturalia. Et licet Capreolus, & Caietanus conentur eum in hoc sensu defendere, vix tamen in hoc sensu sententia eius sustineri potest, ut ex argumentis factis conuincitur. Secundo modo potest intelligi quod sint immobiles, & obstinati circa obiecta naturalia, quibus semel adhererunt. Pro cuius expositione ponimus sequentia dicta. Primum, tam Angeli quam homines habent eandem causam obstinationis. Hoc patet, quia vniuocè sunt obstinati, sicut beati omnes vniuocè sunt in gratia confirmati. Secundum dictum, Causa immediata praecipua & totalis quare damnati omnes sunt obstinati, est sola ordinatio Dei statuentis, ut Angeli statim post peccatum commissum non sint amplius in via, sed in termino, & homines statim post mortem in termino, iuxta dictum Damasceni libro. 2. c. 3. quod hominibus est mors, hoc fuit Angelis casus. Tertium dictum, Ratio, quare Deus legem illam de Angelis statuit, ea est, quia Angelus quantum ad naturalia neque flexi neque mutari potest, & ideo statuit legem naturalibus Angelorum conformem: disponit enim omnia suauiter: quia vero homines ex natura sua sunt variables, disposuit Deus quod homo per primum peccatum non esset obstinatus, sed post mortem. Probat hoc, quia homines ut in plurimum ex ignorantia aut passione cadunt, cessante vero passione aut adueniente scientia penitent, & possunt statim bene operari: & ideo ratiouabiliter per primum peccatum non sunt obstinati: quod in Angelis locum non habet, quia circa ea, in quibus diligit, non peccant

ex

ex ignorantia neque ex passione, sed ex malitia, & ideo in primo peccato obstinati manent. Hanc ergo dicimus esse mentem S. Thomae, quod constat ex secunda conclusione qua assertit, quod demones non sunt obstinati ex natura peccati, ut sit irreuersibile, sed solum ex statu, hoc est, quia sunt in termino: & postquam semel peccauerunt, inquit in tertia conclusione, quod Angeli ex eo sunt obstinati, quia sunt immobiles, & cui adherent, immobiliter adheret: in quo hoc significat, quia ratio, quare Deus illam legem disposuit Angelo, ea est, quia Angelus quantum ad naturalia est immobilis, & decipi non potest, non autem dicere voluit, quod Angelus ex se sit immobilis a peccato. Dubium enim non est, quod si lex illa a Deo non esset statuta, Angelus a peccato resilire posset, sicut & homo. Et in hoc sensu S. Tho. q. 16. de malo, art. 5. ad tertium argumentum exponit sententiam suam: ubi enim ait, quod Angelis prefixus est terminus vix post primum peccatum, quia sunt immobiles quantum ad naturalia, in quo non solimus ab illis libertate arbitrii, sed tantum assensum, quod quantum ad naturalia non possunt errare: vel sunt immobiles, hoc est difficulter mobiles, quia raro aut nunquam resiliunt ab eo, cui semel adhererunt.

Dubium autem est, an commisso primo peccato, potuit Angelus penitere in secunda morula: Scotus. 2. sentent. dist. 7. q. 2. tenet partem affirmatiuam, nam assignat etiam tertiam morulam, in qua omnes qui peccauerunt sunt damnati, & qui perstiterunt sunt beatitudinem consecuti. Nihilominus sententia S. Thomae est verior & probabilior, ut ex his quae asseruimus constat, nam commisso primo peccato, statim Angelus fuit in termino: & ideo S. Thomae tantum assignat duas morulas, in prima fuerunt in via, in secunda statim post illud instans fuerunt in termino: licet secunda morula fuerit diuisibilis, ut S. Thomae ait quaestione. 64. art. 2. in solutione ad secundum argumentum. Et quod haec sententia sit tenenda, probatur contra Scotum, & eos qui eum sequuntur. Primo, quia si Angelus potuit penitere, quo modo in tertia parte stellarum quae cecidit, neque vnus quidem est inuentus, qui de facto peniteret: libe. 1. c. 2. ait, quod nullus Angelorum, qui peccauerunt, penituit. Et reddidit rationem, quare in scriptura fiat tantum aperiatio de peccato primi hominis, & de peccato Angelorum fere nulla fiat, & in-

quit, quia peccatum hominis reparandum erat, non autem peccatum primi Angeli, neque laboratur in cognoscendo morbo, qui curandus non est. Et ibidem ait, quod Angeli ceciderunt a maximo gradu & statu beatitudinis. Item, si potuissent penitere, certe Christus debuit ad redimendos Angelos venire, sed nullus vnquam asseruit, quod Angeli redemerit, licet aliqui dixerint, quod habuerunt gratiam in virtute passionis Christi perquisitae: argumentum ergo est, quod neque penituerunt, neque penitere potuerunt. Et aduertendum quod licet Sanctus Thomae ponat secundam morulam diuisibilem & successiuam, non tamen asserendum est cum Scoto, quod rota fuerit via, sed solum primum eius instans.

Dubium aliud est, an damnati possint bene moraliter agere: Moderni fere omnes tenent partem affirmatiuam: ratio eorum est, quia Angelus & homo damnati possunt habere actum circa bonum obiectum, & debent tam materiam: & cum sint liberi, non necessitantur ad malam circumstantiam, ergo possunt bene moraliter agere. Confirmatur quia damnati habent verum, & remorsum conscientiae, & Deus ordinauit quod illum habeant: remorsus autem ille conscientiae est actus moraliter bonus, ergo. Et addit Scotus quod damnati se possunt habere mere negatiue ad bonum & malum: quod non placet, quia sic daemones & damnati possent se priuare & tristitia & poena sensus. Probat, quia tristitia non est sine actu nolendi, sed damnati secundum illum possunt se habere negatiue, ergo & tristitia se priuare, & poena sensus. Potest Scotus interpretari, quod damnati pro instanti possint se habere negatiue quoad meritum & demeritum: non tamen quod asseruerit, posse eos omni actu carere. Contra hos omnes modernos statuitur conclusio de mente. S. Tho. Damnati non possunt bene moraliter agere. Ita tenet in solutione ad quintum argumentum loco citato: quod est, quia demones aliquando bona opera faciunt: confitetur enim veritatem, dicens Christo, Scio quia sis sanctus Dei, Matth. 11. Et demones credunt & contemiscunt Iacobi. 3. respondet, quod actus demonis est duplex. Quidam ex voluntate demonis est procedens, & talis actus demonis semper est malus: quia si aliquando aliquod bonum faciat, non tamen bene facit, sicut Deum veritatem dicit, ut melius decipiat: & dum non voluntarie credit, & confitetur, sed verum



scripta haereticorum legunt, sōgē disparem esse causam, illi enim erant viri vnde quae eruditi, & in sinceritate fidei constantissimi: hodie Christianorū vulgus maior ex parte indoctū est, & quouis vento nouae doctrinae circūagitur. Tum etiā, quia illi cū nō longē ab exordio nascentis ecclesiae distaret, ob inopiā Catholicorum interpretum cogebantur haereticorum cōmentaria consilere, vt inde haurirent explanationes multarum Diuinā scripturae partiū, quas orthodoxi Doctores, vel nōdum tentauerāt, vel nondum satis feliciter attigerant. Nos cū tot innumeris veterum ac recentium Doctorū pijs ac doctissimis commentarijs affluamus, & cum his habeamus omnes ac singulas vtriusque testamenti partes longe verius, doctius, & elegantius, quā in libris haereticorum explicata, quam venia digni erimus, si relictis purissimae doctrinae fontibus palustres, ac mortiferas haereticorum aquas perquiramus. Illi demum nulla generali Synodi sanctione arcebantur à lectione haereticorum voluminum, nos prohibemur & auctoritate Papae, & Conciliorum, & ideo quod Patribus antiquissimis licuit, nobis non licet.

DECIMVM QVAESITVM.

An Petrus, Paulo, et ceteris Apostolis dignitate superior.



Jeronymus in principio cōmentariorū epistolae ad Galathas aggrediens expositionem tituli huius, *Paulus Apostolus non ab hominibus, nec per hominem*, Gala. 1. videtur sentire, quōd Petrus auctoritate & dignitate nō fuerit Paulo superior. Et idem confirmat exponens illud Euangelium, Ab homine non accepi, neque didici. In alijs etiam commentarijs eius nomine inscriptis super illud ex cap. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatu, &c. loquens sub persona Pauli ait, Ego in nullo sum Petro inferior, quia ab vno Deo sumus ambo in ministerio ordinati. Rursus libro primo aduersus Iouinianum, indicare videtur Petrum non esse ceteris Apostolis maiorem. Iterum in epistola ad Euagrium videtur adimere successoribus Petri potestatem super alios episcopos. De

hac questione vide supra quarto tomo Chrysofomi, ad decimum septimum.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An electio et predestinatio sit meritis.



Jeronymus libro. 1. in epistolam ad Galatas super his verbis, *Cum autem plerisque ei qui me sequebantur, etc.* Galatas. 1. sentire videtur, quōd Deus nec eligit, nec reprobatur quēquā nisi ex praesentia meritorum, inquit, Hoc ex Dei praesentia euenit, vt quem scire iustum futurum prius diligat quā existat ex vtero, & quem peccatorem, oderit antequā peccet, &c. Vide supra. 4. tomo Chrysofomi, ad. 9. quaesitum.

DVODECIMVM QVAESITVM.

An striges possint infantulos fascinare.



Jeronymus libro primo in epistolā ad Galatas in hoc *insensiti Galata quis vos fascinavit*, Gal. 3. talem adhibet expositionem, Dicitur fascinum proprie infantibus nocere & atati paruulæ & his, qui nedū firmo vestigio figantur: vnde & quidam ex Gētilibus dixit, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Hoc vtrum verum necne sit Deus videtur: quia potest fieri vt & daemones huic peccato seruiant, & quoscunque in Dei opere vel cepisse vel profecisse cognouerint, eos à bonis operib' auerant: nunc illud in causa est, quōd ex opinione vulgi sumptum putamus exemplum, vt quomodo tenera aetas infici dicitur fascino, sic etiam Galatae in Christi fide nuper nati, & nutriti lacte, veluti quodam fascino sint infecti, & stomacho fidei nauiscent Spiritus sancti cibum euomerint. Quōd si aliquis cōtradicit, exponat quomodo de cōmuni opinione sint sumpta vallis Titianum in regionum libris, Sirene & Onocentauri in Etsia,

Ar.

Arcturus & Orion & Pleiades in Iob, &c. his similia, quae vtiq; vocabula Gentilium fularum & causas & origines habent.

Cornelius Agrippa homo haereticus in lib. aduersus Iamianum inquisitores à se edito occasione ex his verbis fumens lacerandi inquisitores haereticę prauitatis, accusat eos, quōd inter cetera, hoc etiam calunnia genus inuenerint aduersus simplices, & innocias mulierculas, quas striges vocant, nempe eas faciei obiectu pueros fascinare, & oculorum intuitu corrumpere: quam rem, vt ipse inquit Hieronymus in commentarijs epistolae ad Galatas, & Chrysofomus in homilij epistolae ad Collos, ceu fabulæ & superstitionem Gentilium profectam explodunt.

S. Thom. 1. parte. q. 117. art. 3. in solutione ad secundum argumentum, quod est super illud ad Galat. 3. Quis vos fascinavit veritatem non obedire: Dicit glossa, quōd quidam habent oculos vrentes, qui solo aspectu inficiunt alios, & maxime pueros. Et respondet quōd Auicena assignauit causam fascinationis ex hoc, quōd materia corporalis nata est obedire substantiae spiritali, & ideo quanto anima fuerit fortis in sua imaginatione, materia corporalis immutatur secundum eam: & hanc dicit esse causam fascinationis: fortis enim imaginatio vetulae, si attente respiciat puerum, sufficit alterare corpus pueri, & sic fascinare. Haec tamen sententia sustineri non potest, nempe, quōd intellectus per solam imaginationem causet alterationem in corpore pueri. Albertus Magnus in libro de secretis mulierum inquit, huiusmodi fascinationem in se continere & includere, nō solum imaginationem vetulae, sed etiam verba aliqua, & sic virtute illorum verborū pueros fascinant. Si Albertus velit asserere, quōd solis verbis causetur fascinatio, sustineri non potest: si vero intelligat quōd ex verbis & anhelitu, sustineri potest, quōd illo modo fiat fascinatio. S. vero Thom. loco citato, & lectione. 1. in epistolam ad Galatas. 3. inquit, ex vehementi imaginatione vetulae moueri species eius, & peruenire ad oculos, ex oculis mitti vsque ad puerum, & ita eos fascinant. Quod experientia confirmatur, quia mulieres menstruatae specula inficiunt. Secunda ratio fascinationis est, quia vetulae istae vt in plurimum habent pactum cum daemone, & si odio puerum profectur, tunc daemō ad imperium vetulae puerum nocet. Et aduertendum, quōd negare huiusmodi fascinationes, nō esset scripturam sacram

negare, nam quod Paulus inquit ad Galatas, Quis vos fascinavit? non intelligit quōd eos morbo aliquo infecerit, & illos facinauerit, sed loquitur metaphoricę, ac si diceret, Quis vos decipit vt ad Christum non conuertamini, & in fide steteris. Remedia vero quae matres pueris apponunt ad fascinationem vitandam, non sunt omnino vana. Primo, quia illa remedia possunt habere virtutem aliquam naturalem cōtrariam fascinationi. Secundo, vt oculi vetulae fascinatis dī recte & immediate tendant in illa remedia, & non in puerum.

Pro defensione Hieronymi notandum, quod fascinatio duobus modis fieri accidit, hoc est, animali virtute, ac daemone maleficio animalis virtute, cum ab oculis fascinatis noxijs quidam spiritus, & maligni anhelitus ad res vitas prodeunt, quomodo speculum foedari accidit aspectu mulieris menstruatae, & infectis ac tabidis oculis quorundam senum aërem infici, flores plantarum corrumpi, & animacula quaedam delicatula eorum intuitu necari: hoc ergo modo censent Doctores scholastici infantes aspectu improbarum vetularum adeo ledi posse, vt sensim contabescant, ac pereant. Alter modus fascinandi deterior prioris est, cum edunt pessime vetulae defluxiones illas ab oculis emissas, & daemone cooperatione reddunt pestilentiores, & potentiores ad occidendum efficiunt. Hanc ergo sententiam scholasticorum non improbat Hieronymus, imō cōfirmat, dum inquit, fieri posse vt daemones huic peccato seruiant. Nec Chrysofomus ab hac sententia dissentit fascinationem detridens, sed eos damnat, qui in egritudinebus suorum infantium relicto Christi auxilio, & medicę artis remedijs, confugiunt ad incantatrices vetulas, aduersus quas homil. ad Colossen. 8. sic ait, Christus eiicitur & inducitur temulentia & nugaturus anus: mysterium crucis conculcatur, & seductio diaboli tripudiat: quid vero & alia ridicula commemorem? cinere, salem, fuliginem, & rursus vetulam in medium productam, re vera ridiculum, & dedecus: & oculus quisque, inquit, fascinavit puerum. Quousque Sathana ista? Quomodo non ridebant nos Graeci, quando illis dī cimus magnam esse Crucis virtutem, cum videant nos egere istis, quae ipsi derident? nomine Deus medicos dedit, & pharmaca: Haec Chrysofomus.

DECIMUM TERTIVM  
QVAESITVM.

An in sacris literis legatur Deum  
alicui maledixisse.

**H**ieronymus in cōmentarijs epi-  
stolz ad Galatas hæc verba ex-  
ponens, *Maledictus omnis qui non per-  
mansit in omnibus que scripta sunt in libro  
legis*, Gala. 3. reprehenditur à Luthero, quòd  
tam audacter neget in scripturis inveniri  
quenquam à Deo maledictum, & nunquam  
Dei nomen cū maledictione adiunctum, cū  
in Genesi legitur, Deum maledixisse serpē-  
ti, & terram in opere Adæ à Deo maledictā,  
& Cain Divina maledictione percusum, &  
Deum in Malachia dicentem, Maledictam  
benedictionibus vestris, & Eliseum maledi-  
xisse in nomine Domini pueris Bethel.

De maledictione disputat S. Tho. 2. 2. q.  
76. & art. 1. quærit an cuiquam sit licitum al-  
teri maledicere: & supposito quòd maledicere  
re est expresse quædam affectus id deside-  
rantis quòd verbo exprimitur, cui affectui  
inferuit verbum optatiui modi, & hic mo-  
dus vulgo appellatur, si malum optet, maledi-  
ctio: boni vero in precatio, benedictio.

Hoc supposito respondet, respondet S. Tho.  
per tres conclusiones. Prima, imprecari ut  
alteri malum fiat, optareque, aut imprecari  
malum, quatenus malum illi est, & illud pro-  
posito suo intendens, peccatum est genere  
suo mortale. Conclusio est nota, quia malū  
alteri irrogare vel optare, charitati repug-  
nat. Secunda conclusio, Malum imperare,  
optare, aut imprecari, ut rationem induit  
boni, licitum est, & quandoque necessarium  
officium. Probat, nonnunquam malū par-  
ticularis personæ accipitur ut medium ad  
executionem boni, nam licet de per se ma-  
lum non sit medium necessarium boni finis,  
ex malitia tamen hominum accidere potest  
ut sit conducens: tali ergo casu sicut volun-  
tas huiusmodi finis est bona, ita imperium  
& imprecatio illi? medijs, licet sit personæ in-  
commo-dum, quæ propter tunc eiusmodi af-  
fectio per se non est propria maledictio, sed  
accidentalitè, quia tunc per se non intendit-  
ur ma lum, sed bonum: quæ admodum mors  
quam inebilit qui seipsum defendebat. Tertia  
conclusio, Imperium huiusmodi, & im-  
precatio malū bifariam potest rationem bo-

ni induere. Vno modo, quia habet rationem  
iustitiæ, sicut Deus, ac humanus iudex licite  
maledictorem maledicit, supplicii ei ad  
iudicando: quem admodum sancta ipsa eccle-  
sia dum rebelles anathemate ferit, iure &  
merito maledicit: atq; hæc ratione propheta,  
sepe maledicunt imprecantes peccatori-  
bus malum (licet in bonum ipsorum ordina-  
tum) Divinè sese accommodantes voluntati,  
sicut totus psalmus. 108. Constitue super  
eum peccatorem, & diabolus stet à dextris  
eius, & cōfundantur superbi, qui iniuste ini-  
quitatem fecerunt in me: & psal. 100. In ma-  
tutino inteficiebam omnes peccatores ter-  
ræ, ut disperirent de civitate Domini omnes  
peccatores operantes iniquitatem: licet hu-  
iusmodi imprecaciones nonnunquam ha-  
beant vim pronuntiationū prophetiarum.  
Secundo modo contingit malum alteri im-  
precari sub ratione utilis: & hæc ratione li-  
cet egritudinem aliquam imprecari ei, quæ  
moribus corruptus est, aut aliam calamita-  
tem, qua salubriter correptus, cautius re-  
furgat.

Circa has conclusiones notandum, quòd  
ad iudicandum maledictionis culpam, per-  
pendendum est animi propositum: & hinc  
fit primo quòd cū matres filijs maledicunt  
nullum intus habentes malum desiderium,  
non est mortale, quia vis consuevudo pessima  
est, & infimis hominibus peculiaris, neq;  
correctiōnem conduens, præterquæ quæ ipse  
maledicendi impetus sæpe in odiū con-  
vertit, & sic animum mutat: ut quicquid ma-  
lum eis imprecantur fere illis optent. Secun-  
do fit quòd imprecatio demonis, ut cum por-  
tet, cui maledicunt, asserit Magister de So-  
to, quòd vix à mortali peccato excusari po-  
test, quia est blasphemix genus, & scādalum  
mortem æternam alicui imprecari: neque quæ  
post maledictionem dicti peccatit, inditū  
est non præcessisse consensum, sed tantū est  
signum, impetum illum, non tam ex habitu,  
quàm ex passione emanasse. Circa hæc ræ-  
sonem assertionem advertendū, quòd ad hoc  
ut maledictio sit peccatum, oportet quòd ab  
electione & consensu voluntatis procedat,  
quia ubi non est electio, neque voluntatis cō-  
sensus, ibi nō adest peccatum. Et ex hoc fit,  
& sequitur maledictiones, quæ ex vehemen-  
ti passione procedunt, non esse peccata: unde  
si transeunte passione, qui malum impre-  
catus est alicui, statim poenitet, signum est  
quòd ibi tantum fuit venialis culpa, maxi-  
me si talis ad se conuersus tale malum nullò  
modo

modo optet illi cui maledixit: si vero ad se  
conuersus id optet, mortale est, quia conuin-  
citur talem imprecationem ex passione ve-  
hementi non præcessisse, sed ex odio. Qui  
vero in hac materia ex habitu peccat, ex ma-  
litiā peccare iudicatur. In leuioribus vero  
maledictionibus, ut in plurimum sunt venia-  
lia peccata. Advertendum est discrimen in-  
ter maledictionem sub forma imperandi, &  
alteram imprecatoriam: qui enim tenore im-  
precationis alteri maledicit, si nullā habeat  
malam intentionem, nec scādalum det, nul-  
lam cōmittit culpam: qui vero imperat, ut  
malum fiat, licet sinceram intentionem non  
habeat, licet sic id iubeat, potest incautus  
causam damni dare, & ideo tam grave deli-  
ctum cōmittere, quanta fuit negligentia cau-  
telæ. Vt si quis famulus præcipiat, ut nudis  
enibus aliquem tetrefaciant, ex quo læsio  
fuit subsecuta. Et licet ex obiecto peccatū  
maledictionis speciem: & malitiam trahat,  
prælatas, aut quævis grauis persona vix sine  
scādalo potest male subditis præcari. Idem  
de filijs respectu parentum, & subditis res-  
pectu superiorum.

Contra tertiam conclusionem S. Tho. est  
argumentum, quòd per se priuata non li-  
cet optare alicui malum, tanquā medium ad  
executionem boni, quoniam quòd facere non  
licet, neque alteri optare, nulli in priuata  
personæ licet illi, qui corruptus est mori-  
bus, damnū dare, ut emendetur, ergo neq;  
illud licet ei optare. Respondetur negando  
antecedens, nam quantis mihi non liceat al-  
teri malum inferre, qui non sum minister iu-  
stitiæ, licet tamen mihi optare, ut Deus aut  
potestas publica flagello illum corrigat, ut  
resipiscat: neque solum ob bonum spiritua-  
le postquam malum temporale vitioso opta-  
re, verum & ad cauendum aliud temporale  
peius, ut lapidatori suorum bonorum ne lu-  
sibus illa consumat, qui etiam & mortē Tur-  
cis postquam optare, ut Christianitatis mala  
cauantur, & in pace & in tranquillitate vi-  
uamus, & ab eius tyrannide liberemur: quin  
vero & Christianis hostibus, qui nos iniuste  
persecuntur, quando alia non potuimus  
via neque alio modo, licitum est id ipsum  
optare.

Dubium tamen est, an creaturis irratio-  
nabilibus licet maledicere. Respondet S.  
Thom. art. 2. per sequentes conclusiones.  
Prima, Benedictio ac maledictio per se &  
proprie in solam potest cadere rationalem,  
aut intellectualem creaturam. Probat, be-

nedictio & maledictio ei restantur compe-  
tit, cui bonum ac malum ad felicitatem seu  
infelicitatem pertinet, cōtinere potest, id  
autem soli creaturæ spirituali, aut hominī  
congruit, nam bruta animalia, quæ suarum  
actionum dominium non habent, proprie,  
neque felicitatis aut iustitiæ, neque infelici-  
tatis & iniuriæ sunt capaces: consistit enim  
felicitas in assecutione vltimi finis, quæ crea-  
tura per suas actiones intendit, irracionales  
autem atque inanimatæ creaturæ neq; sine  
agnoscant, neque in illum suas actiones ve-  
ferunt, & ideo proprie & per se ius ad ali-  
quam rem non habet, sed quidquid sunt, ho-  
minis sunt. Quòd si quis dicat, quia iratio-  
nalia famosecunt, infirmantur, & moriuntur,  
& hæc mala possunt eis imprecari, atque  
aded eis maledicere: respondetur, quòd bo-  
na & mala, quæ per benedictionem aut ma-  
ledictionem imprecamur, non sunt illius ge-  
neris, quæ merè sunt naturalia, & generalis  
Dei concursu lignis ac saxis contingunt, sed  
quæ sub speciali prouidentia Dei ad huma-  
nam felicitatem referuntur, & hoc est quòd  
imprecatio optatiui modi designat. Secūda  
conclusio, Benedicere ac maledicere irratio-  
nabilibus creaturis contingit in ordine ad ho-  
minem, propter quem creatæ sunt, ita ut in  
ipsum hominem referantur. Probat, quia  
earum bonum & malum ad nostram felici-  
tatem & infelicitatem referunt. Hæc autem  
relatio tribus modis cōsideratur, primo per  
modum subventionis, quatenus eorum ser-  
uitio & adiumento vitmur, & ideo qui agris  
sterilitatem imprecatur, hominī irrogat iniu-  
riam, cui arba fructus ferunt: & qui armen-  
tis aut pecoribus mortem optat, domino da-  
mnum illud optat, quare in poenam delictō-  
rum nostrorum sterilitates accidere solent, &  
iumentorum pestes: & hac ratione Domini?  
Genes. 3. terræ maledixit, ut homo sudore  
vultus sui victum quærens, poenas suæ cul-  
pæ lucret. Et Deute. 18. Maledictum hor-  
reum tuum. Secūdo modo irrationalis crea-  
tura seruit hominī per modum significatio-  
nis, & hac ratione Dominus maledixit Fi-  
culneæ in significationem Iudaicæ sterilitatis.  
Tercio modo irrationalis creatura ad  
nos refertur per modum continentis, ut tem-  
pus, & locus, & hac ratione Iob elici natu-  
ris suæ, non quidem male hominibus præca-  
do, ut ille facit, qui in clementiam aeris in de-  
trimentum frugum desiderat, tunc enim pec-  
caret: & tamen de Iob legitur, quòd in om-  
nibus illis non peccauit, sed maledixisse potius

Genes. 3.  
Genes. 4.

Malach. 4.

4. Reg. 2.

1. Conclusio

2. Conclusio

3. Conclusio

2. Conclusio

1. Conclusio

3. Conclu  
sio

4. Conclu  
sio

tius ille dici potest propter amorem huma-  
ni generis, ac potissimum Dei, ne propter  
culpam originalem, & graminis inde huma-  
no generi inerecentes: & ad hunc modum  
reducitur maledictio Davidis. 2. Reg. 1. qui  
monibus Gethse male precatas est, quia  
ciades Saulis ibi contigit. Tertia cœlosum,  
Maledicere rebus irrationabilibus, imò &  
demonibus, quatenus creaturę Dei sunt, blas-  
phemia est. Quarta, Maledicere eisdem se-  
cundum se consideratis, ociosum ac vanum  
est, ac per consequens illicitum. Conclusio  
hęc ex prima manifeste colligitur. Ex his  
prudens quisque clare eliciet quousque li-  
ceat tēpēstatis, frugini, & locustis, & alijs  
id genus portentiis maledicere: absit enim, vt  
feratur, in iudicium locustam & bruchum vo-  
care, & contestari lite causa vtrique agita-  
ta anathematis censura extermineatur. Quę  
enim res maiore ludibrio digna esse potest  
quā cum eiusmodi vermibus, quę merē na-  
turali instinctu aguntur, serio res agere.  
Quod ergo in huiusmodi calamitatibus li-  
cet, id tantum est, vt Diuinum auxilium ad-  
uersus demones legitimis exorcismiis implo-  
remus, qui in vitiorum delictorum nostro-  
rum, permitti Diuinitus solent nos infestare,  
& hac forte ratione licet terminis benedi-  
cere.

3. Conclu  
sio

5. Conclu  
sio

Vitium dubium est, an maledictio gene-  
re suo mortale sit peccatum, & detractione  
peius: Ad quod respondet S. Thom. art. 3.  
quatuor conclusionibus. Prima, Maledictio  
secundum suum genus mortale est. Loqui-  
mur de maledictione illa, quę fit iniectione  
mali. Probatur conclusio, imperare malum  
alteri insigendum, sicut & illud cuiquam im-  
precari, genere suo contrariatur charitati,  
cuius proprium est bona dilectis optare: oc-  
cidit ergo vitium hoc animum maledicen-  
tis, quo fit vt tanto sit grauius, quanto perso-  
nam charius amare tenemur, aut malū quod  
illi optamus nocentius est: vnde Leuit. 20.  
Qui maledixerit patri vel matri, morte mo-  
riatur. Secunda conclusio, Potest nihilomi-  
nus contingere, vt maledictio sit veniale, vel  
propter paruā mali, quod imprecamur,  
vel propter defectum deliberationis, nempe  
ex leui motu, vel si ex surreptione ver-  
bum ore labitur: culpa enim verborum ex  
affectu potissimum pēlanda est. Ex his aper-  
te fit maledictionis peccatum multiplicis ef-  
fe speciei: est enim de illo perinde ac de o-  
dio censendum, vnde si maledictio in gene-  
re fiat, vt si quis dicat, maledicaris a Deo, tūc

cōmittitur generale maledictionis delictū,  
vero mortem fueris alteri ex animo impre-  
catus, homicidium mente cōmissisti. Tertia  
conclusio, Maledictio, quę exprimit sim-  
plex desiderium, genere suo minoris est cul-  
pę quā detractio. Probatur, quia detractor  
sicuti & contumeliosus malum culpę disper-  
git aduersus alterum, qui autem simpliciter  
maledicit alicui, non optat illi nisi malū po-  
nere, culpa vero grauius malum est quā pena,  
est ergo detractio maledictione grauior. Cō-  
firmatur ex proferendi modo: detractio &  
contumelia ac derisio est annuntiatio & as-  
sertio mali, simplex vero maledictio non est  
nisi solum desiderium, peior autem est enū-  
tiatio & assertio quā desiderium, nam denū-  
derans nō statim desiderio suo causa est ma-  
li, qui vero enuntiat causa est infamie, detra-  
ctio ergo peior est simplici maledictione, ac  
tamē desiderium internum mali malitia sui  
obiecti inficitur. Vnde Chrysolomus super  
Matth. Cūm dixeris, maledic ei, & domum  
euerte, & omnia perire fac, nihil ab homici-  
da differs. Quarta conclusio, Maledictio,  
quę per modum imperij fit, cū rationē cau-  
sę habeat, potest esse detractione grauior, si  
modo ingentius nocentem inferat quam  
sit famę denigratio: erit autem tunc leuior,  
dum lenius damnum per ipsam detur. Hęc  
autem intelligenda sunt de per se, & quantū  
ad rationem horum vitiorum attinent, quia  
possunt alia accidentia considerari, quibus  
prædicta vitia vel incrementum accipiant,  
vel decrementum. Serupulus vnus reliquus  
fit circa tertiam conclusionem, quia dictū est  
simplicem maledictionem leuioris esse cul-  
pę, quā detractionem, eo quod non est cau-  
sa mali: contra quod arguitur, quia maledi-  
ctiones parentum in filios saepe solent esse  
efficaces, & ideo timendę, quia Deus non-  
nunquam huiusmodi imprecationibus an-  
nuit, ac potissimum sanctorum, vti de Helia  
legitur. 4. Reg. 1. quod ob suam maledictio-  
nem ignis de cœlo cadens vnus ac alterum  
quinquaginti deuorauit: & de Elifæo. c. 24.  
quod cū maledixisset pueris nomine Dei,  
egressi duo viti de salu lacerauerunt qua-  
draginta duos. Respondetur primo, dictū  
D. Thomę intelligi de verbis imperatoribus,  
illa enim non sunt perinde causa, sicut ver-  
ba detractionis, per quam peccatū alterius  
secretum proditur. Secundo intelligitur de  
maledictione, quę fit mala intentione: illas  
enim Deus nō eo modo exaudit, quo iustas  
in peccationes parentum, ac sanctorum. Ex

3. Conclu  
sio

4. Conclu  
sio

dictis

dictis elici potest qualiter Deus creaturis  
maledixerit.

Pro defensione Hieronymi respondetur,  
eum non negasse quod Martinus Lutherus  
falso illi imponit, nempe Deum maledicere  
aut maledixisse, vel sanctos homines in Dei  
nomine maledictionem protulisse, sed hoc  
tantum affirmari, nomen Dei nunquā inue-  
niri adiunctum verbo maledicendi, quia li-  
cet in scripturis sanctis legamus Deum ali-  
cuius maledixisse, & aliquos a Deo maledi-  
ctos, nullibi tamen Diuina maledictio ex-  
primitur sub hac forma verborū, Deus maledi-  
xit huic, siue hoc maledictum est a Deo.  
Hanc autem fuisse Hieronymi sententiam  
ex eius explanatione constat, cuius verba sic  
habent, Audaci itaque pede in hoc proce-  
do certamen, vt ad libros sanctos prouocem,  
nullo loco scriptū a Deo quęquam esse ma-  
ledictum, & vtrunque maledictio ponitur,  
nunquā Dei nomen adiunctum: Maledictus  
tu ab omnibus bestijs dicitur ad serpentē, &  
ad Adam, Maledicta terra in operibus tuis,  
& ad Cain, Maledictus tu super terram: &  
alibi, Maledictus Chanaan puer, necnon in  
alio loco, Maledictus furor eorum, quia au-  
dax longum est si vniuersas maledictiones  
enumerem, quas in Leuitico & Deuterono-  
mio & in Iesu Nabe scribuntur, & tamen in  
nulla earum nomen Dei est adiunctum. Nō  
desunt, qui hanc periodum asserunt nō esse  
Hieronymi, sed vitio scriptorum ex mar-  
ginē in contextum transulisse.

DECIMUM QVARTVM  
QVAESITVM.

An liceat prefectos cenobiorū ab  
bates vel patres appellare.

**H**ieronymus lib. 2. in epistolā ad  
Galatas in explanatione huius  
periodi, *Misit Deus spiritum filij sui in  
corda nostra clamantis, Abba Pater, Gala-*  
4. creditur improbasse piam monachorum  
consequentes, qui prefectos suos honoris  
gratia abbates ac patres appellāt, præter hoc  
etiam iuramenti ius Christianis videtur ad-  
mississe, sic enim eo loco habet, Cū autem  
Abba Pater Hebraeo Syroque sermone di-  
catur, & Dominus noster in Euangelio præ-  
cipiat nullum, patrem vocandū, nisi Deum,  
nescio qua licentia in monasterijs vel voce

mus hoc nomine alios, vel vocari nos ac-  
cipimus: & certe ipse præcepit hoc, qui dixit  
rat non esse iurandum, si non iurandū est no-  
bis, neque patrem quidem quempiam nomi-  
nemus, si de patre interpretabimur aliud, &  
de iurando aliter sentire cogemur. Hac ille.

Circa hoc quod B. Hieronymus asserit, da-  
bium est an sit malum vocari Magister, vel  
Pater, vel Abbas, cū sint plures Magistri,  
Patres, & Abbates: Romanus Pontifex san-  
ctissimus Pater vocatur, & Abbates Patres  
dicuntur, & in scholis plures sunt Magistri.  
Respondetur primo, Dominum non prohibere  
Magisterij nomen, aut Patris. Hoc cō-  
stat, quia Paulus fē Doctorem, & Magistrū  
gentium nominauit, idem etiam patet de iu-  
stis viris, qui in deserto Patres appellaban-  
tur. Secundo dico, Magisterium licite appe-  
ti posse propter honorem Dei, vt fit in testi-  
monij veritatis, & ab audientibus cū ma-  
iori beneuolentia & efficacitate veritas recipi-  
tur, ex eo quodd Magistri & Doctores am-  
plius sunt probati in scientia & virtute. Ter-  
tio, dico appetere nomen Magistri ex ina-  
ni gloria & ambitione sicut Pharisei appe-  
tebant (licet occultē) hoc esse quod a Chris-  
to Domino prohibetur: quod tribus modis  
accidere potest: Primo, quando is qui appe-  
tit non est ad tale munus sufficiens, vt si igna-  
rus & indoctus docendi auctoritatem pre-  
ter, & qui in scripturis sacris non est erudi-  
tus, magisterium in Theologia appeteret,  
vult enim Dominus quod tales sint in vtro-  
que testamento eruditi Matth. 23. Omnis  
scriba doctus in regnum cœlorū profert de  
thesauro suo noua & vetera. Secundo inde-  
bitē quis appetit nomen Magisterij, quādo  
propter finem malum illud quærit, vt pro-  
pter inanem gloriam, vel tēporale lucrum.  
Tertio, quando intendit docere tanquā Do-  
ctor principalis, suum Magisterium non at-  
tribuens Deo, credens auditores suos fe-  
cturum doctos, non tribuens hoc Diuine bo-  
nitatis, quę interius scientiam necessariā ad  
salutem docet: vnde de Baptista, Ioannis. 1.  
dicitur, Non erat ille lux, sed vt testimonij  
perhiberet de lumine. Et qui contrarium au-  
dent, in penam sui delicti scientia propria  
inflati, in eam ignorantiam incidunt, vt eo-  
rum nomina delcantur de libro viucentium,  
& gentes nominum eorum obliuiscantur.  
Hoc ergo est quod Dominus phariseis im-  
properat dicens, Vos autem nolite vocari  
Rabbi, vnus est enim Magister vester: &  
idem concludit dicens, Omnis qui se humi-  
liat,



liat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur, non enim quis potest surgere, nisi prius sederit: unde Propheta, Vanum est vobis ante lucem surgere, non vero ante lucem corporalem diei, alioquin idem Propheta non dixisset, Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo, sed de luce futuri seculi loquitur, quia consilia cordium manifesta erunt: & ideo oportet hic sedere, & humiliari, quia dicit panem doloris & tribulationis manducamus: humilitas enim nunc facit hominem minimum, ut postea facit eum gigantem, ut de Matth. 19. Sinite parvulos venire ad me. Talis erat Zachaeus, qui statuta pusillus erat: talis erat etiam Hieremias dicens, A, A, A, Domine nescio loqui, quia puer ego sum: ita Iosue Paulus, qui dicebat, Ego sum minimus Apostolorum, non iam dignus vocari Apostolus. Timeant qui se sibi humiliant, quia de illis scriptura ait Ecclesiast. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Et quia de classe istorum erant scribae & pharisaei, ideo sanctissimè Dominus ait illis, Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus est enim Magister vester.

Pro defensione Hieronymi responderetur sententiam adductam falso illi esse impostam, idque constat ex eo quod ex professo scripsit lib. 4. in Matt. vbi inquirens quomodo intelligendum sit illud mandatum Domini, Nolite vocari Magistri, & patrem nolite vocare vobis super terram, sic ait, Quare aduersus hoc præceptum Doctorum gentium Apostolus se esse dixerit, aut quomodo vulgato sermone maxime in Palestina, & Aegypti monasterijs se inuicem Patres vocant? Quod sic soluitur, aliud esse natura patrem vel magistrum: aliud indulgentia: nos si hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem nostræ ostendimus vitæ, magister quoque dicitur ex conscriptione magistri. Et ne infinita replicem, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non prædicat cæteris, ne per adoptionem Dei vocentur & filij, ita & vnus pater & magister non prædicat alijs, ut ab usque, & per adoptionem appellentur patres & magistri.

DECIMUM QUINTVM  
QUAESITVM.

An damnati aliquando saluandi sunt.



Ieronimus lib. 5. comm. et. ad Gala. declarat hunc locum, *Penitus autem spiritus est abinatus*, Galat. 5. alludere videtur ad Origenicum dogma de damnatis aliquando saluandis, in hæc verba, Notandum quod post dilectionem gaudium sequitur, qui enim diligit quæpiam, semper in eius felicitate lætatur, & si eum viderit aliquo errore deceptum, & peccatorum lubrico concessisse, delectabitur quidem, & erueri festinauit, sed non poterit gaudium mutare tristitia, sciens nullam rationabiliū creaturarum apud Deum perire in perpetuum.

Origenes allegoriam huius loci, Iosue succendit urbem Hai, & fecit eam tumulum sepulchrorum, Ios. 8. componens visus est asserere, quod post resurrectionis diem, neque de mones, neque infernus dæmonū locus semper futuri sint, sed post aliqua temporū spacia dæmones cum cæteris damnatis, qui ab inferis detinentur, ad beatitudinem perueniunt: sic enim scripsit homi. 8. in libris Iosue, Est in hoc etiam resurrectionis futuræ mysterium, iam enim tunc ultra omnino non erit diabolus, quia iam non erit mors. De diabolo enim loquens Apostolus dicit, Nihilominus inimicus destruetur mors: Sed videmus quæ in posterioribus sequuntur, Et incedit Iosue urbem Hai, & effecta est vrbis quæ non habitetur in æternum. Vides quia hæc quæ consequuntur magis ad mysterij quæ historiae pertinent veritatem: non enim tam ille locus terræ inhabitabilis est in æternū, quæ locus dæmonum inhabitabilis erit: tunc cum iam nemo peccabit, neque regnabit in aliquo peccatum cum diabolus & angeli eius igni tradentur æterno, dicente Christo his qui vicerunt, Venite benedicti Patris mei, & c. alijs autem, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, donec omni animæ, quibus ipse nouit, remedijs cõsulet, & omnis Israel saluus fiat. Eandem sententiam tenet lib. 1. Periarchon cap. 6. & tomus 8. in Ioannem, exponens illud Ioannis. 8. Quo ego vado vos non potestis venire.

Ambrosius in cõmentarijs clausulam hæc, vt innotesceret principatibus & potestatibus, Ephes. 3. elucidans ita scribit. Tam uero hæc, scilicet, Paulo bene sensit Deus, ut non solum gentibus hunc Magistrum daret, verum etiam vt per eum veritas Christi innotescat spiritibus in cælestibus, vt agnoscentes per ecclesiam, quæ multifarie ad vitæ attra-

ca

Plal. 2

2. Cor. 13

Ioann. 5  
march. 12  
march. 11

Plal. 54

Lucas. 16.

ta est in Christo vnus Dei manere mysterium, deum autem ab errore idem agitur, ut prædicatio ecclesiastica etiam his proficiat, & deserant assensum tyrannidis diaboli, quæ se aduersus Dei vnus fidem impia præsumptione armauit. Qui vnus in psal. 23. perscriptus est, vbi Deus vniversalitatis Dominus demonstratur, dicente Dei spiritu per Dauid, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vnuerſi qui habitant in eo, & in subiectis, Tollite portas principis vestri, & eleuamini porte æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ. Dicitur ergo his principibus, qui in errore sunt in cælestibus sine ministerijs eius in terris, vt auferant portas sanctis, id est diaboli, de mentibus suis, per quas multorum Deorum afferendorum error intrauit.

Anselmus in glossa intelinari hunc locum, Tu autem proiectus est, & c. Esai. 14. allegorice ad diabolum pertahens ait. Et si omnes animæ aliquando habebant requiem, tu nunquam habebis.

Doctores scholastici disputat de hac questione. 4. sen. dist. 45. & S. Thom. dist. 46. qui omnes concorditer conueniunt, quod infernus est carcer damnatorum, & nunquam salutem æternam consequentur, vt fides Catholica prædicat, & docet Ioannes enim. 5. Dominus ait. Proecedent qui mala fecerunt in resurrectione Iudicij: & Matt. Ite maledicti in ignem æternum. Et rursus, & tu Caphtanadai nunquid in cælo exaltaueris? vsque in infernum descendens. Et Dauid de impijs, Veniet mors super illos, & descendent in infernum viuentes. Et Lucas, Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Et licet de loco, quo situs est infernus, fiat variæ sententiæ Doctõrum, quauis de hoc expressa sacra scripturæ auctoritate non conuincatur, minime tamen ambigendum est, quin infernus sit sub terra: quod a deo sacris oraculis consonum est, vt id negare plus esset quæ temerariū, & forte erroneum esset. Primum, nomen ipsum infernū id plane admodum sonat eum locum infimum, non tantum respectu nostri, sed simpliciter, infimus autem locus sub terra est. Vnde psal. 85. Liberasti animam meam ex inferno inferiori. Vbi Gregorius adnotauit infernum quoque esse super terram, vbi animæ nunc cruciantur. Et Esai. 14. Infernus subitus te cõrumpas est in oceanum rui. Et super illud Ionæ. Posuisti me in profundo in corde maris,

ait glossa, quod illic intelligitur infernus: de quo Christus Matth. 12. dixit, Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita filius hominis in corde terræ: & Numc. 16. de Dathan & Abiron legitur, quod descenderunt in infernum viuẽtes, eo quod aperta terra eos absorbit: & Apocalyp. 19. illi qui adorauerunt bestiam, missi sunt in stagnum ignis ardentis sulphure: & Esai. 7. Pe te tibi signum à Domino in profundum inferni, siue in excessum supra. Quod si quis querat quare infernus sit sub terra. Respondetur primum, quod eum animæ amore carnis deliquerunt, consentaneum sit vt hoc eis exhibeatur, quod mortuæ carni exhiberi solet, nempe, vt sub terra condantur. Deinde, quod illud sit animabus tristitia & lætitia, quod corporibus grauitas & leuitas: & ideo sicut gaudium electõrum conueniens est cæli empyrium, sic & reproborum mortificatiõis cõgruat locus infimus sub terra: vnde Augustinus libro. 20. de Ciuitate Dei, & lib. 2. retractatio num. c. 24. ait, quod potius debuisset docere, quod inferni sint sub terris, quæ rationem reddere, cur sub terris esse credantur: & pöderat quod Christus, vt articulus Christianæ confessionis habet, descendit ad inferos, & ipse asserit fuisse in corde terræ: & hac ratione omnia receptacula inferorum dicuntur tartara, & est valde credibile, quod existat in centro grauitatis terræ, vt Gregorius libro. 4. dialogo. c. 42. insinuat his verbis, Si id circo infernus dicitur, quod inferus faceret, quod terra à cælo est, hoc esse debet infernus à terra, quod sicut terra centrum est respectu orbium cælestium, ita infernus centrum est terræ. Et ratio id suadet, quia cum beati sint in supremo cælo, & damnati esse debent deorsum in puncto longissimè inde distantij, illud autem est centrum grauitatis terræ, ergo. Et denique poterat omnes fabulari in fernum caueris terræ subelle. Et apud Virgilium lib. 6. Aenei. qui Aeneam inducit ad inferos descendisse, & Ouidius lib. 4. Metamorph. Est via decliuis funesta nubila tartaro, ducit ad infernas per multa silentia sedes.

Dubium tamen esse potest, an sicut ignis inferni est æternus, vt fides Catholica docet ex illo Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, & ex prædicatione ecclesiæ, quæ docet, quod ab inferno nulla est redemptio, an infernus portis claudatur, & vectibus ferreis sit obseruatus. Hoc tamen per cõtari vana est, nulla est enim horū necessitas, quip-



## ADVERTENTIAE IN. IX. TOMVM.

pe cum ab huiusmodi impedimentis Deus virtute sua poterit illic miseris iniucos tenere, sed per metaphoram ad significandum impossibile esse inde regressum, dicitur infernus habere portas, ut in psal. 23. At tollite portas principes vestras: & psal. 106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit, contriuit portas areas, & vestes ferreas confregit. Hinc Dominus haereticos, per quos infernus aperitur, appellavit Matth. 16. portas inferi dicens, Et portae inferi non praevalent adversus eam. Dicitur autem Christus dirupisse vincula, ut deduceret vincitos, quia ingressus ad inferos omnibus iniquis vltro patet, ut intrent, sed non vt exeant: quod & Ethnici cecidit. Vnde illud Maronis. 6. Aeneidos, Facilis descensus Avernus, noctes atque dies patet patri iam ditis, sed renocare gradum, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Et haec perpetua poena consona est sapientiae & Diuinam iustitiam, quarum prima est mors, secundum da exilium a patria, tertia carcer eterni inferni, quia si subiectum istarum perpetuo durabit. Secundo, quia manente culpa, debet manere poena, sed in damnatis perpetua manebit culpa propter obstinationem mentis eorum, ergo & poena perpetuo remanebit. Tertio, quia peccator maiori poena est dignus propter culpam, quam iustus sit dignus praemio propter quodcumque meritum: iustus autem propter quodcumque meritum simpliciter & iuste reddit Deum debitorem: peccator vero voluntarie auertens se ab obedientia Dei secundum iustitiam verè debet puniri, verè ergo est debitor poenae, sed iustus propter opus meritorum praemiatum premio eterno, fortiori ergo ratione peccator propter demeritum iuste poena eterna puniatur. Aduertendum tamen quod iuxta hanc quaestione, an poena aeterna debeat peccato mortali, cauendi sunt duo extremi errores. Primus est quem tenuit Picus Mirandulanus, nempe, quod nulli peccato mortali, quod tempore finito durat, debetur poena infinita, nedum intensiue, sed neque extensiue. Et ad Mathaeum, Ite in ignem aeternum, respondet quod perpetuo, vt de fide est, peccator puniatur pro mortali, non tamen pro quo libet, sed tantum pro peccato finali impoenitentiae. Tenendum vero est cum sententia communi omnium Theologorum, qui affirmant, quod ex se libet mortali debetur poena infinita, vt rationes adductae ostendunt. Secundus error in alio extremo est, quae re-

nuit Gerson. 3. parte, tractatu. 4. de vita spirituali, & ante illum tenuit Alexander Alensis, nempe, quod omni peccato, quantumlibet veniali, ex se & ex natura sua debetur poena aeterna, quod similiter nedum falsum, sed erroneum est, sicut & primum.

Pro Hieronymo respondetur, ipsum epistolam ad Auitum, & alijs plerisque locis mentem suam explicuisse, & errorem Origenis forte inpositum detestatur, & in Apologia aduersus Rufinum constantissime fatetur, damnatos etiam Christianos nunquam ab inferni supplicij liberandos. Et opinionem eorum, qui aliter sentiunt, omnino detestanda, & a Christianorum mentibus abijciendam in comment. tertij. c. Ionae multis argumentis probat. Primo, quia opinionem hanc de finiendis damnatorum supplicij, nunquam Diuina scriptura doceat. Secundo, quia in Euangelio ignis aeternus dicitur, & supplicium aeternum: & apud Esaiam, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Tertio, quia haec sententia penitus euerit timorem Dei, dum homines facile labuntur ad vitia, putantes omnes improbos aliquando post poenas fore saluandos. Quarto, quia si post longum circuitum secularium, omnium rerum restitutio fiat, vt sit una dignitas animarum, nulla distantia erit inter virginem, & prostibulum, inter matrem Domini, & inter victimas libidinum publicarum: idem erit Gabriel, & Lucifer. Apostoli, & daemones idem Prophetarum, & pseudoprophetae: idem martyres, & persecutores. Quinto, si finis omnium similis est, sine infinitis etates cruciatuum praeteritorum: omne pro illo est, quia non quaerimus quod aliquando fuerimus, sed quod semper futuri sumus. Ex quibus patet B. Hieronymum huius dogmatis hostem, & ea quae in commentarijs ad Ephesios scripta, non ex sua, sed aliorum mente retulit. Quod autem in fine commentarij Esaias ait, Christianos post poenas & ignis tormenta saluandos, referendum est non ad ignem aeternum inferni, sed ad ignem temporalem purgatorij, in quo cum animae fuerint purgatae, saluabuntur. Vide supra tomo S. Hieronymi, ad tertium.

Pro Origene respondetur praemissas sententias non ab ipso Origene, sed ab emulis ipsius iniquo animo fuisse insertas, vt ex multis eius dictis clare colligitur. Nam super Ezechielem homi. 14 inquit, Angelos non custodientes principatum suum, in iudicio magnoz dici vinculis sempiternis sub tenebris seruabit.

Rom. 6.  
Rom. 11.

seruabit. Homi. 14. super Iesu Nabe inquit, quod post consummationem huius seculi, omnis virtus contraria destructur, & ijs qui a finitris sunt dicitur, Ite in ignem aeternum, quae preparauit Deus diabolo, & angelis eius. Idem asserit homi. 14. Num. expones illud, Rogabant Dominum, ne torqueret eos ante tempus. Idem lib. 5. in explanatione epistolae ad Roma. asserit. Et expones illud Pauli, Mors illi vltra non dominabitur. Rursus exponendo illud Pauli, Nunquid sic offenderunt vt caderent, inquit, Israel saluus fiet, istius autem qui de caelo cecidit, esse dicitur, neque in fines seculi erit vlla conuersio. De damnatis idem sentit super Esaiam, ibi exponendo illa verba, Resurgent hi, qui sint in sepulchris, inquit, Melius est ergo dicere, quod omnes quidem resurgemus, vt & impij veniant in illum locum, vbi stetit est & stridor dentium, & iusti, vbi recipiet vnusquisque in suo ordine secundum meritum bonorum gestorum suorum. Et homi. 18. Num. inquit, si anima non habet virtutes, non veniet caro neque anima ad haereditatem, sed solum ad iudicium illius, qui potest animam & corpus perdere in gehenna. Et homi. 1. super Ezech. exponendo illud, Restituetur Sodoma, culpam aliquos ex Hebraeis asserentes, Sodomam aliquando restitui. Et in expositione psalm. 37. hortatur peccatorem, vt in seculo se prepararet ad flagella, ne ignibus aeternis reuerteretur. Et si liber, librum Iosue lege, vbi gehennam comparando diuersis locis terrae promissionis, insert, Vtinam quae diximus, non videremur temere & periculose dixisse. Et in libro Periarchon, vbi de consumatione loquitur, inquit, Quae quidem a nobis etiam cum magno metu & cautela dicuntur, discutientibus magis & pertractantibus, quam pro certo ac definito statuentibus. Ex quibus apertum est sententiam contrariam ab emulis Origenis iniquo animo fuisse insertam.

Pro Ambrosio respondetur, non locutum esse ex mente propria, sed ex mente illorum, qui falso dogma praecedens Origeni imponunt: etiam loqui de Angelis, non secundum naturam, sed secundum mysterium, & officium, quales sunt omnes praedicatores Verbi Diuini: & de his asserit, posse restitui ad gratiam per ecclesiasticas predicationes, & salutares admonitiones. Et si ad litteram intelligatur, ecclesia Catholica eius dogma danat.

Pro Anselmo responder S. Tho. 4. sen. di. 26. q. 2. & monet eius verba prudenter esse le-

genda, ne quis per incuriam labatur in dogma Origenis, qui supplicia damnatorum hominum existimauit aliquando finienda. Prudenter autem legentur, si consideremus Anselmum non simpliciter & absolute locutum, sed sub hypothesi impossibilis, ad exaggerandam magnitudinem peccati, in quod diabolus se vltro dedit.

DE CIMVMSEXTVM  
QVAESITVM.

An sancti defuncti possint pro nobis orare.

**F** Hieronymus libro. 3. in epistolam ad Galat. huic dicto, *Vnusquisque onus suum portabit*, talis subdit expositione, Obscure licet docemur per hanc sententiam nouum dogma, quod latuit, dum in praesenti seculo sumus, siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuare, cum autem ante tribunal Christi venerimus, non Iob, non Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquam, sed quemquam portare onus suum. Videtur haec expositio difficultatem pati, nam si verum est sanctos post hanc vitam non posse pro nobis orare, cur hoc asserunt noui, ac latuitatis, siue suspecti dogmatis appellatione notat: & si nouum ac suspectum est dogma, cur Paulum facit suspecti dogmatis auctorem ac Doctorem?

Doctores scholastici disputant de hac questione. 4. sentent. dist. 15. Et alij dist. 18. Et S. Tho. 2. 2. q. 83. articulo. 4. quo quaerit, an solus Deus debeat orari. Et respondet, quod oratio dupliciter ordinatur ad aliquem. Vno modo, quasi per ipsum implendam. Alio modo sicut per ipsum impetrandam. Primo modo, solum Deum oramus, quia orationes nostrae ordinari debent ad gratiam & gloriam consequendam, quae solus Deus dat, secundum illud psalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Secundo modo, orationem ordinamus ad sanctos, non vt per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed vt eorum precibus & meritis orationes nostrae fortiantur effectum, & ideo dicitur Apoc. 8. q. ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Quod etiam patet ex modo, quo ecclesia vititur in orationi.

orationib⁹, nam à sancta Trinitate petimus, vt nostra miseretur, ab alijs autem sanctis, vt orent pro nobis. Hæc doctrina S. Tho. est de fide, & oppositum damnatum cõtra Vnicleph, & Bohemios, & Lutheranos. Vide su pra tomo. 4. Chrysothomi ad vigesimum primum quaesitum.

Pro Hieronymo respondetur, verba eius per antiphrasim & ironice esse accipienda aduersus nouum dogma Vigilantij, qui in la tribulis suis docebat, sanctos, qui ex hac vita migrarunt, neminem posse orationibus suis adiuuare, nam & verba huius loci alludere videntur ad verba Vigilantij, quæ Hieronymus in declamatione cõtra Vigilantium ex libro eiusdem refert inquit, Dicis in libro tuo, quod dum viuimus mutuo pro nobis orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullus sit pro alio exaudiendo oratio, præsertim cum martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes, impetare non quiuerint.

### DECIMUM SEPTIMUM QVAESITVM.

An animæ ante mundū conditæ, et  
postea in corpora ob suas cul-  
pas deiectæ.

**H**ieronymū lōga inuectiua obiur-  
gat Rufinus, eo quod in cõmentarijs  
epistolæ ad Ephesios hunc  
locum excutiens, *Allego nos in ipso  
ante mundi constitutionem*, Ephes. i. securus sit er-  
rorem Origenis, affirmas omnes animas ante  
hunc mundū corporeum in inuisibili mū-  
do cõditas, & post formationē huius mundi  
visibilis deiectas fuisse in vallē istam lachry-  
marū, & in corpora detrusas, alias quidē ob  
penā peccatorū, quæ ante cõmiserant, alias  
vero nō propter earū delicta, sed in eruditio-  
nē & magisterium animarum peccatricium.  
Loca quæ Rufinus citat Hieronymum co-  
legit hæc sunt. Primus citatus. Secundus fu-  
per illud Ephes. i. Secundū beneplacitū vo-  
luntatis suæ. Tertius super illud Ephes. i. In  
laudem gloriæ gratiæ suæ. Quartus, in illud  
Ephes. i. Vt finis in laudem gloriæ eius nos  
qui ante sperauimus. Quintus in illud Ephes.  
i. In cognitiōne eius illuminare oculos cor-  
dis nostri, &c. Sextus in illud Ephes. y. Cu-  
ius gratia ego Paulus vincētus in Domino.

Septimus in illud Ephes. 6. Pro quo legatio-  
ne fungor in catena. Octauus in illud ad Phi-  
lemoneum, Salutat te Ephrasus concipit-  
uus meus. His locis Rufinus asserit Hierony-  
mum huiusmodi errorem fidei alterius igno-  
minatæ personæ fixa batrice doctriinæ ad  
imitationem rhetorum, qui cum aliquos aut  
offendere metuunt, aut inuidiam declinare  
cupiunt, tunc rhetorico quodā artificio sen-  
tentiam sub alterius persona proferunt. Af-  
fuerat autem hoc quatuor inditijs. Primo,  
quod auctorem opinionis illius non nomi-  
net, sed tantum dicat, Alius inquit, & c. Secū-  
do, quia non exprimat, utrum ille alius sit si-  
bi contrarius, aut cõcõrens, neq; ostēdat an illi  
ipse discors sit vel cõcõrs. Tertio, quia alius  
dicta nō destruit, neq; impugnat, neq; autho-  
rem ipsum reprehēdit, sed laudat eum, & di-  
ligentē vocat. Quarto, quia sententiam sub  
alterius persona propositā non solū nō refel-  
lit, nec damnat, sed validis rationibus, & mul-  
tis Diuinæ scripturæ testimonijs munit.

Doctores scholastici disputant de origi-  
ne animæ. 2. sentent. dist. 17. & Sanct. Tho.  
1. parte. q. 90. artic. 4. & q. 118. artic. 5. quo  
quaerit, utrum animæ humane fuerint crea-  
tæ simul à principio mundi. Respondet refe-  
rens errorem eorum, qui posuerunt animas  
hominum simul à principio cum Angelis crea-  
tas. Quod sustineri nequit. Primum quan-  
tum ad radicem, quia si accidentaliter con-  
ueniret animæ corpori vniri, sequeretur qd  
homo, qui ex ista vnione constituitur, esset  
ens per accidens, vel quod anima esset ho-  
mo, quod omnino falsum est. Secundo, quia  
si animæ naturale est corpori vniri, esse sine  
corpore, est sibi cõtra naturā, & cõtra natu-  
ræ eius perfectionē: non autē fuit conueniēs,  
vt Deus ab imperfectis opus suū inchoaret,  
& ab his qui sunt præter naturā, nō enim fe-  
cit hominē sine manu, aut sine pede, quæ sūt  
partes naturales hominis, multo igitur min⁹  
fecit animā sine corpore. Si vero quis dicat  
quod nō est naturale animæ corpori vniri:  
oportet causam inquirere quare sint corpo-  
rib⁹ vnire. Quia aut hoc factū est ex eius vo-  
luntate, aut ex alia causa. Si ex eius volū-  
tate, hoc nō, Primo, quia hæc volūtas irrationabi-  
lis esset, si corpore non indigeret, & vellet ei  
vniri, si vero eo indigeret, naturale esset qd  
corpori vniretur, quia natura non deficit in  
necessarijs. Secundo, quia nulla esset ratio  
quare animæ à principio mundi creatæ post  
tot tempora accesserit voluntas vt nunc cor-  
pori vniretur. Tertio, quia videtur à casu esse  
quod

quod hæc anima huic corpori vniretur, cū  
ad hoc regiratur concursus duarum volun-  
tatum, scilicet, animæ adueniētis, & hominis  
generantis. Si autē propter voluntatē ipsius,  
& præter eius naturā corpori vniretur, oportet  
qd hæc vnio sit ex causa violentiæ inferē-  
te, & sic erit ei penale, & triste, quod est secū-  
dum errorem Origenis, qui posuit animas cor-  
poribus vniri propter penā peccati. Et ideo  
inquit S. Tho. simpliciter cõsistendum est qd  
animæ non sunt creatæ ante corpora, sed si-  
mul creatur & cū corporibus infunduntur,  
vt habetur lib. de Ecclesiasticis dogmatibus,  
quod anima simul creatur cum corpore.

Augustinus. 7. super Gen. ad literā inquit,  
quod anima primi hominis ante corpus cū  
Angelis est creata: quia ponit quod corpus  
hominis in operibus sex dierum nō fuit pro-  
ductū in actū, sed solū secundū rationes cau-  
siles, vel seminales, quod non potest de ani-  
ma dici, quia neq; ex aliqua materia corpo-  
rali aut spiritali præexistenti facta fuit, ne-  
que ex aliqua virtute creata produci potuit,  
videtur ergo quod anima in operib⁹ sex die-  
rum, quibus omnia facta fuerunt, simul cum  
Angelis fuerit creata, & quod postmodum  
propria voluntate inclinata sunt ad corpus  
administrandum. Sed S. Thom. ponit con-  
clusionem, & quæ tenenda est, nempe, quod  
anima rationalis simul est cum corpore, &  
quod nunquam fuit extra corpus, aut ante  
corpus. Quātum ad primū de errore Orige-  
nis, impugnatur ab omnibus Doctoribus tā  
sacris quā scholasticis ex illo psalm. 32. Qui  
singit sigillatim corda eorum. Vnaquæq; er-  
go anima sigillatim creatur, & ex cõsequen-  
ti nō omnes fuerunt simul creatæ. Tū etiam  
ex illo ad Rom. 9. Non ex operibus, sed ex  
vocate dictum est, quia maior seruiatmino-  
ri, nō ergo propter demerita animæ in corpo-  
ra sunt detrusæ. Est etiā determinatio Conci-  
lij primi Bracharētis Can. 6. vbi diffinitur, qd  
anima rationalis per se est forma corporis.  
Et Concilium Vniense generale sub Cle-  
mente. 5. celebratum sic diffinit, Doctri-  
nam omnem, seu positionem temere asse-  
rentē, aut verentem in dubium, quod sub-  
stantia animæ rationalis seu intellectualis ve-  
re ac perfecte humani corporis non sit for-  
ma, velut erroneā, ac veritati Catholice ini-  
micam fidei, hoc sacro approbante Concilio,  
reprobamus, diffinitem, vt cunctis nota sit  
fidei sincere veritas, ac præcludatur vnire  
suis erroribus aditus, ne subintrēt, quod quis-  
quis deinde asserent, defendere, seu tenere

pertinaciter præsumserit, quod anima ra-  
tionalis seu intellectualis non sit forma corpo-  
ris humani per se & essentialiter tanquam  
hæreticus sit censendus. Est etiam ratio con-  
tra Origenem, quod ex eius sententia sequi-  
tur, animam Christi fuisse obnoxiam pecca-  
to. Probo, quia ipse asserit, quod ex eo quia  
animæ peccauerunt, ideo sunt corporibus  
vnitæ, quod tamen absurdum est. Tū etiā  
quia ex eius sententia sequitur, si propter  
peccata vnitæ sunt corporibus, quod di-  
uisis peccatis, statim deberent à corpori-  
bus exire.

Quantum ad sententiam Augustini, tenē-  
dum est, animam Adæ creatam fuisse simul  
in corpore, & cum corpore. Et pro impugna-  
tione sententiæ illius non potest adduci ratio  
alia congruentior quā est ratio S. Tho.  
loco citato, quæ est, quia anima rationalis  
est pars naturæ humane per se & essentialiter:  
neque habet aliam perfectionem natu-  
ralem nisi secundum quod est corpori vnita,  
& producitur in materia: & est forma  
corporis, quod habetur Clementina prima  
de summa Trinitate & fide Catholica. 5. 2.  
vbi diffinitur tanquam erroneum asse-  
rent quod anima rationalis non est forma  
corporis: producitur ergo in corpore. Et  
ad Augustinum, & pro eo responderet Sanct.  
Thom. quod id non dixit asserendo, vt eius  
verba demonstrant, dixit enim, Creditur,  
si nulla scripturarum auctoritas, seu verita-  
tis ratio contradicit, hominem ita factū sex-  
to die, vt corporis quidem humani ratio cau-  
salis in elementis mundi, anima vero iā ipsa  
crearetur. Secūdo pro eo respōdet dici pos-  
se animam humanam præexistisse in operibus  
sex dierum secundum quandam similitudinem  
generis, prout cõuenit cum Angelis in  
intellectuali natura, ipsam vero fuisse crea-  
tam simul cum corpore. Secundum tamen  
alios sanctos tā anima quā corpus primi ho-  
minis in operibus sex dierū producta sunt.  
Et ita tenendum est.

Pro Hieronymo responderetur, quod ipse in  
prima apologia contra accusationem Rufini  
cõfutat omnia cõtra se adducta. Et ad pri-  
mam coniecturam responderet, se nō posuisse  
nomina authorū eius erroris, quia superfluum  
erat per singula Apostolorū dicta nomina eorū  
expositorū ponere, quos iam in præfatio-  
ne totius operis ab eūde nominauerat. Secū-  
dæ suspicioni satisfacit inquit in fine capi-  
tis satis aperte ostendisse discordem esse  
ab ea sententia, quam sub alterius persona

retulerat, & eodem loco redarguerat. Tertiã cõiecturam sic diluit, vt dicat le modestiẽ & Christianẽ verendum studio nõ reprehendisse auctores illos, quia cũ cõmentatoris officio fungeretur, non debebat eos carpere, quos imitabatur ex parte, & quorum sententias in lingua Latinã transferbar. Quod si eos diligentiã laudauit, diligẽtes appellã, parum id refert, quãdoquidẽ & fures etiam appellari solebãt diligẽtes. Ad quartã cõiecturam ait se vna cum Origeneis erroribus etiã attulisse rationes, & argumẽta, quibus illi errores inuiterẽtur, vt lectoribus omnem sententiam Origeneis aperiens, & nihil ab eodictum prætermittens, maleuolorum calumnias deuitaret, ne dicerent Hieronymum, qui ab Origene fortiter dicta fuerant, tacuisse, & illam in Græco robustius disputare.

DECIMVM OCTAVVM  
QVAESITVM.

An in Eucharistia sit vera et realis  
Christi caro.



**H**ieronymi interpretationẽ ex hoc loco, in quo habemus vellempionem per sanguinem ipsius, Ephes. 1. vsurpant hæretici, vt ostendãt in Eucharistia non esse veram ac realem Christi carnẽ, quã pro nobis crucifixã est, neque verum illum sanguinẽ, qui pro nobis effusus est, sed sanguinem mysticum, & carnem spiritualemente typicã, non in veritate, sed in figura. Propõsita verba Hieronymi sic habent, Dupliciter sanguis Christi & caro intelligitur: vel spiritualis illa atque Diuina, de qua ipse dixit, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: & Nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternã: vel caro & sanguis quẽ erucifixã est, & qui militie effusus est lancea. Iuxta hanc diuisionẽ & in sanctis eius diuersitas sanguinis & carnis accipitur, vt alia sit caro, quã visura sit salutare Dei, alia caro & sanguis, quã regnum Dei nõ queãt possidere. Hęc Hieronymi sententia alludere videtur ad ea quã Clemẽs Alexandrinus scripsit lib. 2. Pedagogij. c. 2. in hæc verba, Duplex est sanguis Domini: alter enim est carnalis, quo redempti sumus ab interitu: alter vero spiritualis, quo scilicet, vñcti su-

mus: & hoc est bibere Iesu sanguinem; esse participẽ incorruptionis Domini: verbi enim virtus est spiritus, quem admodum sanguis carnis cõmõderat. Itaq; proportio est & conuenientia, vinum aquã, homini vero spiritus admiscetur, ac temperatum quidem vinum ad fidem cõmuniõ excipitur: spiritus autem deducitur ad incorruptionẽ, amborũ autẽ temperatura potus scilicet & cibi dicitur Eucharistia, cuius qui per fidẽ sum participes sanctificatur corpore & anima. Disputã Doctores scholastici de hac questione. 4. sen. di. 8. & alij di. 10. S. Tho. 3. par. q. 75. art. 1. Vide supra tomo. 2. Chrysolomum, in solutione ad 3. questũ, quia ibi disputata est.

Pro Hieronymo respondet Magister sententiarum lib. 4. dist. 8. & ait Hieronymi verba esse interpretanda per regulã de sacramẽto & re sacramenti, qua docemur duplicem esse carnem Christi, alteram Eucharistia contentã & significatã, quẽ crucifixã & mortua est, & post mortem rediuitã in cœlum ascendit, alteram vero Eucharistia significatã, & non contentã, quã est vnitas ecclesiã in prædestinatis & glorificatis. Et iuxta eandem regulã dictã Clementis accipiendã sunt.

DECIMVM NONVM  
QVAESITVM.

An damnatorum supplicia  
finita sint.

**H**ieronymus notatur à Rufino quẽ in cõmentarijs epistolã ad Ephesios exponens hunc locum, vt finis in laudem gloriã eius nos, qui ante sperauimus in Christo, ad Ephes. 1. asseruerit finienda esse damnatorum supplicia, & quod diabolus & angeli eius, omnesque peccatores & increduli post diem iudicij, expletis aliquot annorum seculis, nõ solum veniam accipient delictorum, sed etiam cœlestia præmia consequentur. Hęc questio tractata est in pra tomo. 5. Hieronymi ad 3. questũ, & tomo. 9. Hieronymi ad. 15. Ibi vide abudẽ tractatã.

VIGESIMVM QVAESITVM.

An in Angelis sint profectus et honores, cremẽta et incremẽta.

Hic

**H**ieronymus hũc locũ pertractã, super omnem principium, & potestates & virtutes, Ephes. 1. taxatur à Rufino, quod secutus Origenem potuerit in Angelis profectus & honores, ascensiones & descensiones, incrementa & diminutiones.

Disputã Doctores scholastici de hac questione. 2. sent. dist. 3. & S. Tho. 1. parte. q. 58. art. 1. Et suppositã distinctionem, an intellectus Angelicus sit in potentia, an in actu, respondet, nempe, quod intellectus dupliciter est in potentia vno modo sicuti est anteaquam aliquid adificat: secundo modo postquã habet habitum, & non exitũ in actum in quẽ potest. Prima cõclusio, Primo modo in ordine ad naturalia intellectus Angelicus nunquã est in potentia. Hęc patet, quia habet species omnium corporalium: tum etiã, quia creatus est in totã perfectione naturali, sed inuisibilia Dei per ea quã facta sunt intellecta cõspiciuntur: crededum ergo est quod perfectiones naturales sit consecutus. Secũda conclusio, Quantum ad ea quã supernaturalia sunt, sunt in potentia, non simpliciter quia in gratia erati sunt, & si haberent gratiam ergo & fidem, & ideo licet aliquas reuelationes acceperint, aliquas tamẽ de nouo possunt accipere. Tertia conclusio, Angelus potest esse in potẽtia etiã in ordine ad naturalia, loquẽdo de esse in potẽtia. Secũdo modo hæc patet, quia licet habeat habitũ, nõ tamẽ est necessariũ quod semper sit in actu. Quarta cõclusio, Angeli beatũ semper sunt in actu in ordine ad essentia Diuine visionem, quã semper vident.

Dubiũ est circa primã cõclusionẽ S. Tho. qua docet Angelos nõ esse in potẽtia respectu naturaliu, omnes fere moderni quĩ nõ ponũt species Angeli cõcreatas omnũ naturaliu, eum impugnat, ideo queritur an eius sentẽtia sit vera, & respondetur, quod licet Angeli sint inaequales in naturalibus, non tũ sunt in potẽtia primo modo in ordine ad naturalia, quia de omnib; naturalibus habent species. Probat, quia Deus disponit omnia suauiter, & opposito dato deberent cõstitui in ordinibus Angelorũ, Magistri, & Scholæ, vt inferiores adficerent à superiorib;. Tum etiã, quia nõ est maior ratio quã Deus Angelis potius cõmunicauerit has species quã illas, ergo habet species de omnib; naturalibus, vel de nullis. Et cõfirmatur, quia dato in Angelis nõ esse magistro, peioris cõditionis esset

quã homines, qui possunt omnes sciẽtias habere. Itẽ arguitur sic, quia si Angelus nõ haberet omnes sciẽtias, sequitur quod nõ possit illas adficerẽ. Sequela patet, quia Angelus nõ potest à rebus naturalibus species acquirere, corp; enim nõ agit in spiritualia, nec vna Angelus potest in alio species naturales causare, magister enim nõ causat speciem in discipulo. Cõfirmatur, quia sequeretur demones inter quos nullus est ordo, nec magister, sed purum odium & inuidia, si non haberet sciẽtia omnũ naturaliu, nõ possent aliquid adficerẽ, & sic quantum ad naturalia indoctores essent hominib;. Quod si quis dicat Angelũ habere species de rebus nobiliorib;, esto, itã sit, nihilominus cũ habeant species concreatas, si postea acquirũt species de dignioribus obiectis, sequitur quod haberent duplices species, idẽ omnino representantes.

De secũda cõclusione, scilicet, de supernaturalibus Angelos suscipere nouas reuelationes, & de quarta cõclusione, nempe, Angelos simul videre omnian verbo, ab omnib; Doctorib; recipitur, circa tertiã vero cõclusionẽ, scilicet, nullũ incõueniens esse Angelos esse in potẽtia secũdo modo in ordine ad naturalia, quia nõ est necessariũ Angelũ actu semper naturalia cõsiderare, cõcordant omnes cũ S. Tho, dempto Durando, qui ponit sequentes cõclusiones affirmatiuas. Prima cõclusio, Angelus semper actu cõsiderat omnia quã naturaliter cognoscit, & habitua liter scit. Probat, quia obiectũ sepe est presens, & intellectus Angelic; semper vigilat. Secũda cõclusio, illa quã cõtingitẽt sũt semper actu cõsideratũ ab Angelo, quoties sũt, & quãdo sunt. Tertia cõclusio, respectu supernaturalium, & actuum voluntatis, Angelus est in potentia. Quarta cõclusio in qua responder obiectiõni est, posse fieri, si Angelus actu omnia naturalia cognosceret, quod effect maxime impediri, inquit, quã vnico actu omnia cõsiderat. Vltima cõclusio, Angel; habet se sicut Deus in ordine ad naturalia, quia actu & simul omnia naturalia cõsiderat.

Cõtra Durandi sententiam hoc fat sit, ipsum male posse saluare, quomodo Angelus cognoscat, nisi semper actu cõsideret cum neget illum habere species concreatas: vno tamen inconuenienti dato, aliud & alia sequi necessum est, nam quod d Angelus vnico actu omnia cõsideret, vix intelligi potest, nam ego non possum habere vnam notiam, nisi mihi distincte representet Petrum & Ioannem. Oportet enim

Durãdus  
di. 3. q. 7.  
& 8.

eum docere & ostendere, quomodo vna no-  
ticia Angelus, cum finit sit, eadem ipsa ad om-  
nia naturalia cognoscenda distincte & par-  
ticulariter se extendat. Et licet Durandus  
ita alii met, non tamen probat, nam licet de  
supernaturalibus adduci non possint ratio-  
nes omnino demonstrantes, Durandus tamen  
pro se neque argumenta topica potest  
adducere. Si enim Angelus actu omnia con-  
siderat, à fortiori ergo habet notitiam ap-  
prehensivam omnium syllogismorum. Præ-  
terea si Angelus necessario omnia considera-  
rat, ergo est peioris conditionis quam ho-  
mo, qui potest considerare, & non potest  
considerare. Quod si quis dicat, In hoc An-  
gelus assimilatur Deo, qui necessario actu  
cuncta considerat hoc nihil est, nam Deus  
non necessitatur, id est, non cogitur, nec ad  
aliquid esse impossibilitatis. Item quia An-  
gelus non semper vult, imò neque potest om-  
nia actu considerat, Ex quibus constat opi-  
nionem Durandi non esse vero similem, tan-  
tum ab illo vera sit.

Dubium secundum est, an Angelus in suis  
naturalibus possit à consideratione cessare.  
Capreolus 2. sen. distin. 3. q. 2. ad argumenta  
contra primam conclusionem, tenet Ange-  
lum nunquam carere aliqua consideratione,  
nam se & suam essentiam semper actu  
considerat, quia de se est intelligibilis, & per  
suam essentiam se cognoscit. Consentit illi  
Caietanus. r. parte. q. 8. artic. 2. & S. Thom.  
videtur esse eiusdem sententia eadem. r. par-  
te. q. 50. artic. r. ad secundum argumentum,  
& quaestionibus de malo. q. 16. Et hæc senten-  
tia est probabilis. Quod si agas contra hoc,  
quia si Angelus semper actuale quid conside-  
rat, ergo semper actu considerat omnia, post-  
quam non est maior ratio de vno quàm de alio.  
Respondetur, quod maior ratio est de eius es-  
sentia quàm de alijs rebus, quia secundum com-  
munem loquentes, habitibus utimur cum volu-  
mus, & ideo alia ab eius essentia potest non  
intelligere actu, cum vero propria essentia non  
intelligat per habitum neque per speciem, ideo  
semper actu se & suam essentiam considerat. Et li-  
cet hæc sententia sit probabilior, opposita ta-  
men non omnino probabilitate caret.

Dubium tertium est, supposito quod Angelus ces-  
set ab omni actu, quo obiecto in cognoscen-  
do incipit, postquam non mouetur ab obiecto,  
sicut mouetur homo. De hoc est questio in  
re. Doctores, An Angelus mouetur ex im-  
perio voluntatis ab eo obiecto, quod manuit,

quia voluntas non fertur in incognitum, & sem-  
per actus intellectus præcedit actum voluntatis.  
Moderni, nempe Gregorius. 2. sen. di. 11. Ca-  
preolus. 2. di. 3. q. 2. Enricus quodlibet. 1. q. 5.  
tenent omnem intellectum in nobis præcede-  
re imperium voluntatis, quia ita exprimitur.  
Et addit Gregorius, quod extra repentina, quia  
præfente obiecto non est in potestate nostra,  
vt ait Augustinus, quin visus tangamur, sem-  
per omnem intellectum præcedit imperium vo-  
luntatis. Et ad illud, Nihil est volitum quin  
sit præcognitum, ergo volitione illam volun-  
tatis præcedit aliqua intellectio, & sic non erit  
illa prima, respondet, quod illa prima volitio præ-  
cedit ex mera libertate voluntatis mouentis  
per septem intellectum sine aliquo actu ipsi,  
& sic primam volitionem non præcedit aliqua  
cognitio. Sed hoc vix intelligi potest, nepe,  
quod voluntas vtatur sua libertate sine aliquo  
actu suo, nam voluntas est potentia passiva, &  
suis est prima causari, ergo voluntas semper  
prius mouetur à sine ultimo, quam in actum  
excitatur. Et ideo dico quod omnis cogitatio que  
præcedit actum voluntatis, est mere naturalis,  
& non in nostra libertate. Quod si quis dicat,  
Quomodo hoc stat, maxime quia quandoque  
excitatur, & à nullo obiecto mouetur in-  
tuitiue? Respondetur, quod illud puenit vel  
ex phantasia, eo quod ex vigilia in illa relicta sit  
phantasmata, & in certa intentione, quia fit  
quod cum excitatur, potius cogitemus hoc quàm  
illud, vel prouenit ab affectione, quia potius  
ad hoc quàm ad illud obiectum afficimur. Sed  
quid de Angelis cum intelligat per species, &  
omnes equaliter sint presentes, & nec habent  
phantasia nec phantasmata? Respondetur, quod ar-  
gumentum concludit, de inuisibilibus vix posse  
nos certam scientiam habere, maxime de omni-  
bus, quorum principium esse habet in nobis. Se-  
cundo respondetur, hoc esse vrgens argumen-  
tum, quod Angelus semper est in actu, salte re-  
spectu sue essentie, vt communis opinio tenet,  
qui ex illa cognitione sui mouetur ad alia  
cognoscenda, sicut per cognitionem vniuersalem  
venit mediate in cognitionem singularium.  
Ultimo dicimus, quod licet species Angelorum  
equaliter representet, tam Angelus quan-  
doque sæpius versatur circa vnã speciem quàm  
circa aliam, & sic magis ad illam quàm ad aliam af-  
ficimur, non enim Angeli ad omnia equaliter  
afficiuntur, sicut Angelus cuius magis illi  
quæ custodit, quàm alij afficitur.

Pro Hieronymo respondetur, quod ipse resellit  
accusationem Rufini asserens, se illis verbis, qui  
bus videtur in Angelis posuisse profectus

& honores, ascensionem & descensionem, cre-  
menta & decremata, non significasse ascen-  
siones & descensiones illas, quibus Origenes  
fugit Angelos descendere ad hominum &  
dæmonum naturam, & vice versa, homines  
ac dæmones in Angelorum naturam extol-  
li, sed exprimeret se voluisse his dictis diuer-  
sa Angelorum officia ac dignitates iuxta in-  
telligentiam ecclesiasticæ doctrinæ.

VIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An astrorum anime Christi sangui-  
ne sint purgate.



Hieronymo vitio vertit Ru-  
finus, quod interpretans hunc  
locum, *Et omnia subiecta in peccatis eius,*  
Ephes. 1. affirmauerit astra  
esse animata rationalia,  
& delicta capata, Christum  
quoque eorum peccata purgasse,  
dum hæc scriberet, Cum autem omnia, id est, Angeli Throni,  
Dominations, Potestates, & Virtutes,  
extereque nunquam fuerint contrarie Deo,  
eius pedibus subiiciuntur, videtur obscurum.  
Potest itaque responderi, quod ab illo pec-  
cato nullus sit, & sidera ipsa non sint munda  
coram Deo, omnisque creatura pauca crea-  
toris aduentum. Vnde & Crux Saluatoris,  
non solum ea que in terra, sed ea que in cœ-  
lis purgasse perhibetur. Quæstio hæc dispu-  
tata est supra septimo tomo Hieronymi, ad  
primum. Vide ibi. Et pro Hieronymo re-  
spondemus loqui ex Origenis sententia, vt  
constat ex illis verbis, Non solum ea que in  
terra, sed ea que in cœlis purgasse perhibetur.  
Et qui id affirmauerit, constat fuisse Ori-  
genem, vt loco citato habetur.

VIGESIMVM SECVNDVM  
QVAESITVM.

An dæmones aliquando iuuandi.



Hieronymus à Rufino taxatur,  
quod hinc loco, *Prostenderet in seculum*  
*superuacuos*, Ephes. 2. appo-  
nat exceptionem Origenis di-  
centis dæmones in futuro seculo à sanctis  
beneficia recepturos, & sub eorum cura fu-

turos, præterito authoris nomine, & sine vi-  
la erroris improbatione. Vide supra tomo  
quinto Hieronymi, ad tertium: & tomo. 9.  
ad decimum quintum.

VIGESIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An Angeli sanguine Christi sint  
purgati.



Hieronymus exponens hunc  
locum, *Veniens euangelis, qui pacem,*  
Ephes. 2. reprehensus est  
à Rufino, quod Origenem  
imitatus affirmauerit om-  
nes creaturas tam homi-  
nes, quàm Angelos sanguine Christi purga-  
tos, inquit, Crux Domini non solum ter-  
ra, sed cœlo profuit, non solum hominibus,  
sed & Angelis, & omnis creatura Domini sui  
sanguine purgata est.

Origenes asserit Christum passum esse,  
non solum pro hominibus, sed etiam pro  
Angelis, arque syderibus, in hæc verba,  
Quoniam igitur is qui tam magna habet,  
& est aduocatus, compassus nostris infir-  
mitatibus quod tentatus est per omnia hu-  
mana pro similitudine absque peccato, mag-  
nus est Pontifex, cum non pro homini-  
bus solus, sed etiam pro omni quod ratio-  
nis est particeps, hostia quæ semel oblata  
est, semetipsum abulisset, nam excepto  
Deo pro omnibus mortem gustauit, vt in  
quibusdam epistole ad Hebræos exem-  
plaribus positum est, Dei munere & gra-  
tia, si autem Deo, excepto, pro omnibus  
mortem gustauit, non solum pro hominibus  
mortem perpeffus est, sed etiam pro reli-  
quis, quæ ratione vtuntur, gratia enim Dei  
mortem gustauit pro omnibus: etenim ab-  
surdum est eum pro humanis quidem pec-  
catis mortuum esse dicere, non autem etiam  
pro aliquo alio, quod præter hominem in  
peccato fuit, veluti pro stellis, cum neque stel-  
lae omnino munda sint coram Deo, vt in Job  
legimus, Stellae autem non sunt munda cor-  
am ipso, nisi forte hyperbolice hoc dictum  
sit. Eandem sententiam tenet in Leuitico. c.  
1. vbi expresse asserit, Christum non solum pas-  
sum pro peccatis hominum, sed etiã Angelo-  
rum, inquit enim, Vis autem scire quod de-  
plex hostia in eo fuit conueniens terrestribus,  
& aptata celestibus, Apostolus ad Hebr.

Isb. 22

Feb. 10 scribens dicit, Per velamen, id est, carnē suā. Et iterum interius velamē interpretatur eolum, quod penetravit Iesus, ut assisat nūc vultu Dei pro nobis: si ergo duo velamina, & duplex intelligendum est sacrificium, per quod terrestria saluāntur & coelestia. Eandē sententiam confirmat homi. 2. in Leui. & lib. 10. r. committitur in epistola ad Ephesios explicans illud, Omnia subiecit sub pedibus eius, inquit, Quomodo autem omnia, id est Angeli throni, Dominationes, Potestates, & virtutes ceterae quae nunquā fuerunt Deo contrariae. Prā tūdem infert, Vnde & Crux Saluatoris, non solum ea quae in terris, sed etiam quae in caelis erant, purgasse perhibetur.

Doctores scholastici agunt de hac questione, 3. sen. dist. 20. & S. Tho. 3. par. q. 26. & art. 1. querit, an esse mediatorē Dei & hominum sit proprium Christo. Et respondet per duas conclusiones. Prima, Simpliciter proprium est Christi esse mediatorē inter Deum & homines. Probat ex eo quod habetur. 1. Thimo. 2. Vnus est mediator Dei & hominum Iesus Christus. Ratione sic, quia ad officium mediatoris proprie pertinet coniungere & vnire eos inter quos est mediator, nam extrema vniuntur in medio: vnire autem homines Deo perfectiue conuenit Christo, secundum illud, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi; & ideo simpliciter ei conuenit esse mediatorē, qui per suam mortem genus humanam reconciliauit Deo. Vnde cum Apostolus dixisset, Mediator Dei & hominum Iesus Christus Iesus, subiungit, Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Secunda conclusio, Nichil prohibet aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum & hominē, prout scilicet, quod cooperantur ad vniōnem hominum cum Deo dispositiue vel ministerialiter.

Dubium tamen est, an sit mediator Dei & hominum, secundum quod homo, vel secundum quod Deus est. Respondet S. Tho. art. 2. praemisissis duabus conditionibus mediatoris. Prima, de ratione mediatoris est ipsa ratio medij. Secunda est officium coniungendi: de ratione autem medij est quod distet ab utroque extremorum, coniungit autem mediator per hoc, quod ea quae sunt vnus deferat ad alterum. Hoc supposito respondet S. Thom. vnica conclusione, quae est, Christus verissime dicitur mediator Dei & hominum, secundum quod homo est, non autem

secundum quod Deus est. Probat, nam secundum quod Deus non distet a Patre, neque a Spiritu sancto: neque Pater & Spiritus sanctus aliquid habent quod non sit Filij, ut sic possit id quod est Patris, vel Spiritus sancti, quasi quod est aliorū, ad alios deferre: vtrūque ergo conuenit ei in quantum est homo, quia secundum quod est homo distat a Deo in natura, & ab hominibus in dignitate gratiae & gloriae: in quantum est homo, conuenit ei homines Deo coniungere, dona & praecipua eis exhibendo, & pro illis Deo satisfaciendo, & interpellando: & ideo verissime dicitur mediator secundum quod homo. Ex qua doctrina constat solos homines sanguine Christi esse purgatos & redemptos.

Dubium tamen est, postquam Christus Angelos non redemit, an aliquid in illis influat, cui sit ita caput Angelorum, sicut & hominū, vnde constat ex illo Collos. 2. Qui est caput omnes Principatus & Potestatis. Et eadē ratio est de Angelis aliorum ordinum. Et idē habetur ad Philipp. 1. S. Thom. 3. parte. q. 8. art. 4. responderi conclusione affirmatiua, probat hoc ratione, quia tota multitudo ad vniū finem ordinata dicitur vniū corpus mysticum, manifestum est autem, quod ad vniū finem, qui est gloriae Diuinae fruitionis, ordinantur homines & Angeli: corpus enim mysticum ecclesiae non solum constat ex hominibus, sed etiam ex Angelis: hoc autem corpus caput habet, & non nisi Christū, quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius: de eius ergo infinita non solum homines recipiunt, sed etiam Angeli, ergo est caput non solum omnium hominū, sed etiam Angelorum, nam de ratione veri capitis est influere, ergo non solum in homines, sed etiam in Angelos influat.

Dubium tamen est, quomodo huiusmodi influentia fiat. Ad quod respondet Caietanus loco citato, quod sicut phantasmata corporalia, quae sunt in sensu, propter coniunctionem sensus ad intellectum insunt in ipsum intellectum species intelligibiles, ita natura humana propter vniōnem ad Diuinitatem potest in Angelos sua dona influere.

Dubium aliud est, tan quod Christus est caput Angelorum, & in illos influat, an sit illorum caput in quantum Deus, vel in quantum homo: Sancti Thome tenet articulo citato, quod in quantum homo. Et probatur ex illo Marei vltimo, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Hic autem locus in telli-

1. argumētum contra S. Thom.

2. argumētum.

3. argumētum.

telligitur de Christo in quantum homo, ergo secundum quod homo, est caput Angelorum. Et confirmatur, quia Paulus inquit, & sedet ad dexteram Patris in caelestibus, sedere autem humanitatis est, non Diuinitatis, ergo. Idem etiam constat ex Paulo ad Hebr. 1. vbi agit de praeminentia Christi in Angelos secundum quod homo est, ergo ut sic est caput illorum. Moderni contendunt contra S. Tho. quod sit caput Angelorū in quantum Deus. Probat primo, quia caput & membra debent esse eiusdem rationis, sed Angeli natura sua sit spirituales, ergo Christus secundum spirituales naturam debet esse Angelorum caput, haec autem est Diuinitas, & non humanitas, ergo. Respondetur ad argumentum negando maiorem, nam secundum illos Christus in quantum Deus est caput Angelorum, & tamen Deus diuersae naturae est ab Angelis. Secundo arguunt, quia Christus eo modo est caput quo Pater vel Spiritus sanctus, quia docet & illuminat Angelos, & gratiam illis communicat, haec autem aequaliter conueniunt Patri & Spiritui sancto, non ergo potius Christus dicens est caput quam Pater vel Spiritus sanctus. Respondetur, quod licet ita sit, quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, tamē quia Filius specialiter illos illuminat, & quia sapientia est attributum speciale ipsius Filij, ideo hac ratione speciali Christus caput Angelorum dicitur. Tertio arguuntur, Christus secundum quod homo non est ita perfectus in naturalibus sicut Angeli, ergo secundum quod homo non est caput Angelorum. Respondetur negando consequentiam, quia licet secundum naturalia Christi humanitas non sit ita perfecta sicut Angeli, secundum tamen gratuita est longe praestatio illis, ut ex illo ad Hebr. 2. constat, Tanto melior Angelis esse stus, quanto differentius praeter illis nomen hereditauit. Verum tamen est quod licet Christus absolute caput Angelorū dicatur, & in ipsos Angelos etiam influat, maiori tamen proprietate caput hominum dicitur quam Angelorum ob conformitatem naturae humanae, & ob influxum specialem gratiae & gloriae.

Dubium insuper aliud est, quid est quod Christus in Angelos influat, postquam illorum est caput. Dico primo, Christū Angelis non meruisse gratiam, neque gloriam, neque eos sicut nos redimisse, sicut nobis gratia & gloriam meruit, & nos redemit. Secundo dico, quod Christus docet Angelos reuelas il-

lis aliqua mysteria, & influit in illos notitia mysteriorum, quae sunt illis abscondita. Tertio dico, quod potest cum illis vocaliter loqui, sicut post resurrectionem nobiscum loquebatur, & nunc cum Beatissima Virgine loquitur. Probo, quia Angeli ita bene intelligunt significationes verborum sicut & nos, & non est quod impediatur illis loquatur, ergo. Sed contra hoc est argumentum, quia res corporalis non potest agere in spirituales, ergo natura humana Christi non potest in Angelos voce locutionis influere. Sancti Thome loco citato ad tertium argumentum respondet, humanitatem Christi in virtute naturae Diuinae, cui est vnita & coniuncta, posse aliquid corporale in Angelos influere. Et ponit Caietanus exemplum de phantasmatis iam positum. Secundo respondemus, quod etiam si humanitas Christi non esset Diuinitati coniuncta, posset Angelos docere & illuminare, secretum aliquod illis reuelando, sicut ego secretum meum & occultum possum Angelis reuelare. Verum est, quod non posset immediate in mente Angelorum notitia producere secundum humanitatem, & secundum quod homo: bene tamen secundum quod Deus est, & etiam secundum quod homo virtute naturae Diuinae, cui humanitas est vnita.

Dubium tamen aliud est, an Angeli beati gratiam & gloriam, quae habent, acceperint, tanquam per medium, a passione & humanitate Christi sicut homines, vel solum ex Dei beneficio sine ordine ad humanitatem & passionem Christi. Bernardus sermone 22. in Cantica Cantorum verbis expressis docere videtur, Angelos sicut & homines, per humanitatem Christi & eius passionem fuisse sanctificatos, & inquit non ob stare homines statim ab exordio habuisse gratia, & statim fuisse in gloria confirmatos, quia vniuer si homines quotquot ab initio fuerit, & passionem Christi precesserunt, in virtute tamen passionis eius iustificati sunt, quia Deus decreuit nulli dare gratiam & gloriam, nisi in fide & dilectione passionis Christi: & quod de facto est in hominibus, idem existimat in Angelis factum. Confirmatur ex illo Collossen. 1. Pacificus per sanguinem suum, siue quae in caelis, siue quae in terris sunt, Angeli ergo etiam per passionem Christi iustificati sunt.

Hoc non obstante, tenendum est Angelos beatos non recepisse gratiam neque gloriam mediante humanitate vel passione Christi,



sed sola Dei gratia sanctificatos fuisse sine vilo respectu ad Christi humanitatem. Patet primo ex scriptura sacre serie, secundum quam habemus, Propter homines, & propter salutem nostram descendit. Et quoties de Christi aduentu fit mentio, pro ratione peccatum hominis redditur. Secundo ex illo ad Hebr. 2. Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham, in quo insinuat ut sumptisse illam naturam, pro qua passus est. Tercio, quia res tanti momenti sine magno fundamento in scriptura sacra, vel vrgenti ratione, affirmari non debet: at neque ex scriptura, neque ratione effici probari potest, Deum per passionem Christi Angelos beatificasse, ergo. Et ad illud Collof. 1. responde tur, locum illum accipi debere de hominibus, qui sanguine Christi iustificati sunt, & beatitudinem in virtute illius consequuntur, & reconciliati sunt Deo simul cum Angelis. Vel aliter, Pacificis ea quae in caelis, & quae in terris sunt, quia homines iusti sanguine Christi redempti assumpti fuerunt in locum Angelorum, qui ceciderunt: & ita ait, Pacificis quae in caelis erant, reparando Angelorum ruinas, & in locum illorum homines collocando. Vel aliter, Pacificis, &c. quia pacem inter Deum & homines composuit: reconciliati enim sumus Deo per sanguinem Christi. Ex quibus constat Christum aliter dici caput hominum quam Angelorum, nam cum maiori proprietate de hominibus quae de Angelis dicitur. Et ita tenendum est, quod Angelis, & primo parenti mera & gratuita Dei bonitate gratia est collata sine ordine ad Christum: post peccatum vero Adae, nulli nisi quam fuit gratia collata sine respectu ad sanguinem Christi.

Pro Hieronymo respondetur, Rufinum coniectura plane inualida dogma impugnatum Hieronymo imposuisse, ea constet eum sententiam contrariam in suis scriptis nobis reliquisse.

**VIGESIMVM QVARTVM QVAESITVM.**

An corpus sit carcer anime.

**H**ieronymo impingit Rufinus, quod hoc loco, *Paulus vincula Iesu Christi*, Ephel. 3. tradiderit corpus esse animae carcerem, qui calumniam de iustis Hieronymus ait, sed non ex sua, sed Origenis mente scripsisse.

**VIGESIMVM QVINTVM QVAESITVM.**

An angeli ante passionem Christi mysterium redemptionis agnouerint.



Hieronymus libro. 2. in epistola ad Ephel. differens hunc locum, *Primo innotescit tunc principatus in caelis per ecclesiam, multiformis. Sponsa Dei, Ephel. 3.* videtur sentire Angelos ante passionem & resurrectionem Christi non cognouisse mysterium Verbi in carnati, & humanam redemptionis sacramenti, Quippe, ait, Crux Christi non solum visibis, sed & Angelis cunctisq; in oculis virtutibus aperuit sacramentum, quod ante nesciebant. Denique ad caelum cum corpore reuertentem mirantur, & dicunt, Quis est iste qui ascendit de Edon, suluida vestimenta eius ex Borsor? En in alio loco, Quis est iste rex gloriae? Vide supra de hac quaestione tomo. 3. Chrysostrami ad primum.

**VIGESIMVM SEXTVM QVAESITVM.**

An constituendus sit episcopus qui docere non potest.



Hieronymus libro. 2. in epistola ad Ephel. has particulas explicans, *Alio autem Pastores & Magistros, Ephel. 4.* affirmare videtur, neminem constituendum esse ecclesiae episcopum & pastorem, qui non possit eos docere quos pascit, neque aliquem esse pastorem nomine appellandum, qui plebem subiectam non instruat, quia Pastoris & Magistri officia idem sunt. Verba eius sic habent, Nec vero putandum est, quod sicut in superioribus tribus alios dixit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, ita in Pastoribus & Magistris officia diuersa posuerit. Non enim ait, Alios autem Pastores, & alios Magistros, ut qui Pastor est, esse debeat & Magister, neque in ecclesijs quauis sanatus sit, Pastoris sibi nomen assumere,

nisi possit docere quos pascit: vel certe aliter, ut vnusque quae praes ecclesiae sit Pastor & Doctor: Pastor enim omnium Magister est hominum. Et infra, Si quis igitur plebem sibi subiectam non instruat, ut de subiecto populo Christi ecclesia constituatur, iste neque Apostolus, neque Propheta, nec Euangelista, neque Pastor, neque Magister est appellandus.

Doctores scholastici disputant de hac quaestione. 2. sen. dist. 44. & S. Thom. 2. 2. q. 185. per articulos illius quaestionis. Et circa hanc quaestionem conueniunt omnes Doctores tam sacri quam scholastici in hoc, quod Pastoris officium est vitam praebere gregi, cui demque alere, sanare, & sustentare. Functiones autem huiusmodi ad tria genera & ordines reducuntur. Primum & potissimum fit per administrationem omnium sacramentorum, Baptismo enim regeneramur; Eucharistia alimur, per penitentiam sanamur, &c. Haec sacramenta ad vitam spirituales profus necessaria & congrua incumbit cuiusque parochia administrare, & praeter haec sponsis benedicere. Ordinare vero ministros incumbit episcopo, & simul plebem confirmare. In administratione ergo sacramentorum, primum incipit Pastoralis officium, quod perfectius est in episcopo quam in parochio: tum quod sacerdotes non omnia sacramenta conferre possunt, tum etiam quia ea quae possunt habent ex iurisdictione ab episcopo coelesa.

Secundum quod ad officium Pastorale pertinet est fidem docere populum. Huius ministerij duo sunt gradus; alter explicare illos articulos, qui sunt ad salutem necessarii, & hoc proprie parochianis sacerdotibus curam gerentibus animarum licentibus, & vbi grandis est negligentia huius ministerij peccatum est illis mortale. Tenentur enim plebem articulos fidei docere, & decalogum, & orationem Dominicam, & illa quae penitentibus, aut sciant, sunt interrogandi: scire enim tenetur Christianus quicquid quidam sibi credendum, & quid agendum, & quid a Deo petendum. Alter gradus est altiora fidei mysteria explicando, sacram scripturam propalare, ac morum probitate gregem imbueri & instrui: & hoc munus proprie pertinet ad episcopum, cui in consecratione, tradito Euangeliorum libro, sub forma praecipit dicitur, Vade & praedica populo Dei. Tertium quod ad officium Pastoris spectat, est gubernatio & correctio, tum & hoc pacto vita gregis seruetur. Et per hoc intelligendus est Dio-

nysius distinguens tres Hierarchias, hoc est, sacri principatus actiones, puta; purgare, perficere, & illuminare: quorum primum, ait, ad diaconum pertinere, secundum ad sacerdotes, tertium ad episcopos. Purgare enim est purum ab impuro separare, ut tunc cum cerebro a palea. Venientes enim ad baptismum diaconus examinabat, an vellet vitam pristinam deserere, et ceterosq; abiurare, & sic illos, qui baptismum digni erant, ab alijs separabat. Sacerdos vero catechismo fidei illos erudies fonte sacro tingebat, vbi per gratiam gratiam facientes illos illuminabat. Episcopus vero confirmabat, hoc est, gratia perficiebat, deinde per predicationem ea, quae de sacra scriptura hauserat, ad Diuinum amorem inflamabat, in quo Christiana perfectio consistit. Per haec fit liquidum, quod modum episcopi soli successerunt loco Apostolorum, & eorum funguntur vicibus, ut Can. quorum vices, dist. 8. auctoritate Augustini fulcitur dicentis, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt episcopi. Pro cuius intelligentia notandum est tria esse munera, in quibus ordo Apostolorum consistit, ut S. Tho. super illud verbum Pauli. 1. Cor. 12. Quosdam posuit Deus in ecclesia primo Apostolos adnotauit, videlicet auctoritatem gubernandi populum fidelem, facultatem docendi fidem, & Christianos mores, tertio, potestatem miracula faciendi ad confirmationem doctrinae. Et quantum ad primum munus, episcopi sunt illis subrogati, tametsi singuli illorum potestatem haberent in vniversum orbem Christianorum, episcopi vero non nisi in suas dioeceses. In secunda eiusdem potestatis virtute, quae est fidei praedicare, gradus sunt dignoscendi, Apostoli namque eo vique ea pollebant virtute, ut quod ipsi docerent, tanquam de fide habenda erat, ut pote qui organa essent, per quae Spiritus sanctus loqueretur, & ideo non opus haberent cogitare, quomodo, aut quid loquerentur, & hic gradus post Apostolos & Euangelistas non permansit in ecclesia: potest quidem Papa & Concilium articulos fidei, & ea, quae in scriptura implicita sunt, explicare, ut deo fundamento Christi, & Apostolorum, illi vero sine persecutione scripturae sacrae a Spiritu sancto mouebantur: in singulis vero episcopis non est facultas, quae est in Papa & in Concilio, sed tantum praedicandi, interpretandi, ampliandi, perseruandiq; ea quae Christus per se & per Apostolos docuit.

Episcopi Apostoli in ministerio successerunt.



Tertia vero facultas faciendi miracula non perinde modo est in ecclesia, atque in Apostolis fuit, quia non eadem est prolixitas necessitas, quam ubi ratio id fidei modo exigeret, miracula non desunt. Ecce differentiam inter episcopos functiones, & parochianorum sacerdotum. Et ideo ut episcopi Apostolis, sic parochi successerunt septuaginta duobus discipulis, quos, quia mensis multa erant, in auxilium, episcoporum idem Christus suscitavit, ut Luca. 10. legitur, ut illis ministris, auxiliares essent. Quare de lege communi episcoporum est in ecclesijs parochialibus presbyteros instituisse, ut habetur, c. sicut. 16. q. 7.

Dubium est, an predicare etiam parochis conveniat, & an aliqua iurisdictionis imago illis in sit de predicatione. Respondetur, certum esse ex officio, nil amplius eis incumbere, quam doctrinam Christianam populo necessarium docere, his vero qui Theologi veri sunt, decorum & salutariter est, id munus suis omnibus impedere: ignavis vero Theologia id munus committere pestilentissimum est, & ideo sub Pio. 4. sess. 8. Can. 7. Concilii Tridentini sic disponitur, Praecipit sancta Synodus episcopos omnibus, ut non solum cum haec per ipsos erunt populo administranda, prius illorum vim & usum pro suscipiendum captum explicant, sed etiam idem singulis parochis pie prudenterque etiam lingua vernacula, si opus sit, & comode fieri poterit, servari studeant, iuxta formam a sancta Synodo prescribendam, quam episcopi parochis omnibus populo exponi curabunt, nec non inter missarum solennia, aut Divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis vel solennibus explant: eademque in omnium cordibus postpositis inuicibus questionibus inferere, atque eos in lege Domini erudire studeant. Ad secundum membrum respondetur, in sacerdote secundum suam propriam auctoritatem, nulla esse vim coercitivam, quantum ad forum iudiciale, nam maxime per excommunicationem, quae poena annexa est baculo Pastoralis; excommunicare autem propria auctoritate solius est episcopalis muneris, ut habetur. 24. q. 3. Can. corripitur. Est nihilominus peccatum inobedientiae illis non parere in his, quae iure possunt praecipere, nempe, ut festa ecclesiae celebrent, & statutis temporibus sacramenta suscipiant, & doctrinam ecclesiasticam discant: at nisi ad sit contemptus non est mortale novum praeter transgressionem

praeccepti ecclesiastici. In his vero quae illi te subditis praecipuntur, non tenentur eis obtemperare, nam obediendum est Deo magis quam hominibus. Assignat tamen D. Th. loco citato ad secundum argumentum tria genera impedimentorum obstantia obedientiae. Primum quod subditus ipse amovere potest, ut si sit in mortali, quod amovere tenetur ut obediatur, secundum quod non ipsi, sed praelato incumbit, auferre est, quale est irregularitatis, aut excommunicationis: & tunc debet eidem praelato ipsam patefacere, ut iudicet si expedit dispensari: tertium vero est, cui neque subditus, neque praelatus mederi potest, ut si Archiepiscopus cui electo super irregularitatem dispensare nequeat: & tunc ad Papam recurrendum est. Duo vltima nota sunt. Circa primum aduertendum est, quod qui est in mortali peccato, indignus est episcopatu, anteaquam animum muret, nam contra Dei iussum prouinciam subit, & ut Paulus ait, pernici debet, si in crimine non sit, unde qui animo perseverandi in peccato episcopatum acceptat, eodem ipso facto mortaliter peccat.

Diffinitione Conciliorum probatur, eum qui gregem Verbi Divini pasceret per se non potest, in episcopum promoveri non debere. Et primo quia omnium, quae concludunt resistentiam Pastorum esse in praeccepto, tam Divino, quam naturali, quam etiam Pontificio, scopus totus est, ut munus suum exequatur, quod si per se exequi non valet, neque scientia habet, ut gregem pascat, valde tenuis & fere inutilis esset eius praesentia, cum finem ad quem tenetur, per se assequi non valeat. Et diffinitionibus antiquorum Conciliorum omnibus, Concilio Tridentino sess. 6. diffinitum est, nullos episcopos quouis gradu & dignitate fulgentes (ut Cardinales etiam comprehenderentur) excommunicati personali residentia episcopali in suis ecclesijs, nisi legitima habeat impedimenta, nempe, quae iure ipso naturali probentur. Et idem diffinitum est sess. 7. sub Pio. 4. Can. 1. reformationis generalis, ubi sic disponitur, Cui praeccepto Divino mandatum sit omnibus, quibus cura animarum commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbi que Divini praedicatione, sacramentorum administratione, ac honorum omnium exemplo operum pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in carerum munia pastoralia incumbere, quae omnia nequaquam ab his praestari & impleri possunt,

Cellium  
Tredentis

Ioan. 20.

Lucr. 9

Leuit. 10.

Titum. 1

qui gregi suo non inuigilant, neque assident, sed mercenariorum more, deserunt: sacrosancta Synodus eos admonet & hortatur, ut Divinorum praecceptorum memores, factique forma gregis, in iudicio & veritate pascat & regant, &c. Frustra etiam sessione. 8. sub Pio 4. Cano. 1. de reformatione generali, inter qualitates, quae ad praediciendum aliquem in episcopum, nempe vita, aetas, doctrina, careris qualitatibus additur, quod sit gradum Licentiae vel Doctoratus in sacra Theologia, vel iure Pontificio assuetus: quae qualitas frustra esset addita, si episcopus id munus per alium exequi possit.

Sua detur haec veritas testimonijs scripturae sacrae. Et primo ex illo Ioannis. 20. Pasce oves meas, ut pote eo episcopalis dignitas plane declaratur: non ait Christus, Sis Praefectus, aut episcopus, imo nec his Pastores negligentes esse possunt, & gregi dormientes, sed pasce, hoc est, doce, institue, atque adeo gubernare exemplo mea oves. Et ubi Apostolos ad praediciendum misit, dixit, Menses quidem multa, & quia pauci sunt docti, qui ut tenentur, munus suum exequantur, addidit, Operarij vero pauci. Parum enim refert, quod doctrina sint praediti, nisi muneri suo fungantur. Misit ergo Deus non qui operari possint, sed qui operarentur. Similiter instituerat Deus Aaron, & inquit, Applicata ad me Aaron, & filios eius: non ait, Ut sacerdotis mihi sim, sed, ut sacerdotio fungantur mihi. Et Paulus, Oportet episcopum Doctorem esse, quo nomine non designatur habitus, seu facultas & dignitas, sed usus, hoc est, oportet ut doceat. Unde Augustinus ad Paulinum inquit, Episcopatus nomen est operis, non honoris. Et Hieronymus ad Hovioratum, Qui episcopatum desiderat, opus desiderat, hoc est, non dignitatem, aut delicias, sed opus & laborem. Et inter alias qualitates, quae Paulus Timotheo ad functionem episcopalem constituit, earum vna praecipua est, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt veritati, redarguere: si vero scientia non polleat, quomodo stat, quod haereticos reuincat? Tu etiam, quia si stipendia congrua sunt illis applicata, utique non in gratiam personae quantumvis boni vel docti sunt, sed in hoc potius, ut Paulus ait, ut bene ecclesijs praesint, & eis in seruiant. Haud ergo arbitrentur vel nobilissimi vel doctissimi sibi vlla ratione deberi stipendia ecclesiastica, nempe eorum gratia fuisse instituta, sed eo prolixius quod ad obse-

quium ecclesiarum Dominus ipsis opus habet. Item Num. 18. non alia de causa Deus decimas instituit, quam pro ministerio, quo Leuitae ac potissimum sacerdos tabernaculo seruebant. Et cum Christus Apostolos misisset praedicare, voluit esse messorum, qui ratione operis digni sumpt mercede sua. Et Paulus naturalia exemplata hoc propositum congerit, ut de milite, qui non militat suis stipendijs, & de triturante voue, &c. Et. 1. Timoth. 1. Presbyteros non censet praemio ecclesiastico dignos, quia boni sunt, sed quia bene praesunt. Unde. c. fin. de rescrip. asseritur, Beneficium non datur nisi propter officium. Quid? quod episcopus prudentia debet esse praeditus, ut debite gubernet, cui functioni adiungitur pauperum, viduarum, ac pupillorum cura, quod Dominus perzechielem nobis explicauit, ubi ait, Filij hominis Propheta de pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges a pastoribus pascentur? lac comedebatis? lanis operiebamini? His duobus designatur cuncta, quae ad vitam & vestitum spectant, quae populus ad sustentationem episcopis administrat: ad designandam autem eorum luxuriam subditur, Quod crassum est occidebatis. Vbi summa iniquitas pastoris insinuat: cum enim eius officium sit gregem doctrinae ac morum pinguedine saginare, potius ipsi curant eius lubstantia pinguedine. Et gregem meum non pascebatis. Quid autem sit gregem pascere explicat dicens, Quod infirmum est non consolidastis, quod egrotum non sanastis, quod contractum non alligastis, quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quaesistis. Propheta mirifice hac quinaria oratione pastoris munus delineat, saltem quantum ad ea, quae in grege medenda sunt. Quing, enim incommodis Christianus grex periclitari solent. Primum est in fide, quae torius vitae Christianae fundamentum est, nam sine fide impossibile est Deo placere: primum autem detrimentum fidei est languor, & imbecillitas, quando scilicet homo propter magnitudinem credendorum, mirabundus vacillat. Quare Paulus inquit, Infirmitas in fide assumite, hoc est, sustentare ne cadat. Haec est ergo prima functio episcopi, qui Doctor tenetur esse fidei, scrupulis exequendo, dubia explicando, animos consolando, ut intellectum, ut ait Apostolus, in obsequium fidei captiuent. Aegritudo autem ad mores attinet, cui quis corruptis affectibus infectus est, sicut enim intellectus scrupulis fidei infir-

Num. 18

Lucr. 9. i. Cor. 9

Ezech. 34.

Rom. 14

natur;

## ADVERTENTIAE IN. IX. TOMVM

ntur, ita & appetitus tumultu affectionū egrotat, & ideo licet illud luce doctrinæ est consolidandum, ita & hoc salutaribus monitis sanandum. Confractio vero ad discordiā inter fratres attinet, vt cum populus varijs opinionibus, libus, aut iurgijs inter se diidet, tunc vinculo pacis & unitatis confederandus est, & amicitia conglutinandus. Ex his fracturis, nisi in tempore colligantur, hæ reses solēt intumescere, quod re vera vecordia, & inertia præsulam creberrime accideret. ideo id quod subditur, Quod abiectum est non reduxistis, ad manifestam heresim & apostasiam refertur, dissensio enim populū seminariū est heresim, per quas ab ecclesia exiit. Et ideo docet Paulus, quod vna atque altera munitione enitatur, vt abiectos in ecclesia reducat: & concludit, Quod perierat: perit autem homo per quocūque mortale delictum, & maxime per obstinationem, sed neque de illo profus desperandum est, quin omnis adeatur via ipsam querēdi. Hæc sunt munia episcopi. Tamen propter eorum negligentiam sæpe vsa venit, vt populus hæc gratia priuatur, quod Dominus admonet dicens, Dispersæ sunt oves meæ, quod non esset pastor, & factæ sunt in deuotionem omnes bestiarum agri, hoc est, ab omnibus iurijs oppressi sunt, & omni errore conculcati. Et hæc de causa statim comminatur pastoribus. Requiritur gregem de manibus eorum. Et eadem ratione Paulus ad Heb. vltimo ait præpositos sic debere su per gregem vigilare, quasi rationem pro eius animabus sint reddituri. Et non solum hæc munia perficere debent, verum priuatis visitationibus, exortationibus, recreationibus, & consilijs consolari, inō non verbo tantum, verum & exemplo, ac denique re ipsa iuando, nempe egentium causas negotio etiam tuendo, & elemosynis adiuuando. Hæc sunt ministeria, ad quæ quicunque Pastor tenetur, iocumenta gregis, quantum in se est, semper cauendo. Ad vero ex ea parte, qua tenetur subditos ad perfectū pmouere, altius eius prægeminet functio. Hanc enim ratione Dominus Pastores ecclesiæ lucē mundi appellat, sua largitate his nominibus eos decorat, vt si in officionem perstitierint, eos peius in die iudicij pudefaciat, quin vero non solum lucem, sed etiam oculos ecclesiæ illos Deus instituit, siue per quos Deus gregi suo provide: siue populus Diuina suscipit. Appellat etiam illos ciuitatem supra montem positam, quia non solum doctrinæ lumi-

ne in candelabro lucere debent, verum præminenti vitæ exemplo in conspectu populū, & veluti sal terræ mores conuenit. Perpende an illiteratus huiusmodi officia exhibere possit.

Alter locus Euangelij intencum concludens est, qui habetur Ioan. 10. Vbi Christus naturam boni pastoris sub hac verborum exaggeratione commēdat, Ego sum bonus Pastor, Pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis, mercenarius autem fugit. Perpendendus est verborum cōtextus, Ego sum Pastor bonus, ecce assertio, nec satis duxit simpliciter id asserere, sed demonstrauit dicens, Quia bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis, hoc ergo non de se peculiariter & proprie asseruit, sed naturam & substantiam boni Pastoris diffinitione patefecit, nempe, vt sic colligeret, Ille qui animam suam dat pro ouibus suis, bonus est Pastor, ego autem animam meam, hoc est, vitæ do pro ouibus meis, ergo Ego sum bonus Pastor. Generalem ergo regulam præfixit, per quam bonus Pastor ab his qui non sunt boni discernendus est. Et sicut ait Augustinus ad Honoratum, quod instante persecutione episcopus nō potest fugere, quia exemplo Domini tenetur bonus Pastor animam suam ponere pro ouibus suis. Quod si quis hanc sententiam & sensum cauetur dicens, quod licet Christus de se peculiariter id diceret, posuit nihilominus de se imitandum exemplum. Sed dicimus eum posuisse regulam & diffinitionem, per quam probauit se bonum Pastorem esse, quanquā licet ipse per impossibile non seruasset, tenetur vniuersi episcopi iure Diuino & naturali seruare. Tum etiam quia eū subdit, Mercenarius autem, & qui nō est Pastor, cuius nō sunt oues proprie, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Quomodo ergo illic vspauit mercenarij nomē, an peculiariter pro aliquo: reuera non nisi generaliter, eodem ergo modo acceptat vocem boni Pastoris: maxime quia Sancti omnes & Doctores ex hoc loco colligunt teneri episcopum, dum necessitas gregi suo ingruerit, vitam exponere, antequam inde recedat. Rogandi merito sunt colendissimi episcopi, an potuerit Christus significantius rem aperire, & venientius eos dehortari, ne greges suos mercenarijs considerent. Quomodo enim diligerent animas vsque ad sanguinis effusionem posunt, quas vt proprias non habent, & nisi ita charas in Domino habeant, quomodo pos-

Proo. 27.

sunt eis legitime prospicere? ideo Dominus ignauiam pastorum agnoscent ait, Diligenter cognosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera, non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generatione & generatione.

Ad primū argumentū.

Ad rationes assentientium episcopos nec teneri per se oues pascere, neque præditos esse scientia ad pastum ouium requisita. Respondetur ad primū, quod est, Quidquid homo per suos ministros facit, per seipsum censetur efficere, ergo cū episcopus vicariū ecclesiæ suscipiat, residere non tenetur. Primum non disputatum, an causa aliqua intercedere possit propter quam possit abesse à grege, sed rei naturam constituimus, & eaque lege Diuina episcopo sunt iusta. Et primum dicimus, quod si factum expectem, episcopi absentes non substitunt vicarium ad omnia sua munera, sed tantum quia ad lites audiendas: sed eam quod re vera nō est precipuum, vt Concilio. 4. Carthaginensi his verbis admonetur, nempe, Cui animarū longe maior cura incumbit quam temporalium in hoc posita est, vt lites quæ sine iudiciorū strepitu diffiniri possunt, componere satagat, pacareque & extinguere procuret, vt tēpus secundum Christi mandatum redimāt, & oues in Christianis exercitijs collocent, quæ sine episcopi presentia nemo perficere valet. Secundo dicimus, quod visitationes, vt experientia testatur, per alium quam per episcopum caste fieri non possunt: haud enim criminibus sola pecuniarū multa, aut excommunicatione medendum est, sed verbo nunc placido, nunc acerbo, ac alijs adhibitis remedijs quorum visitatores, quia mercenarij sunt, nulla tangit cura. Tertio, quia elemosynæ, quæ inter episcopales operas tam altum tenent gradum, oportet enim episcopum, vt Paulus ait, hospitalem esse, per absentiam episcopi cōmode fieri nequeunt, nam conspectus pauperis, egenorū clamor viscerā cōmouet, vt miseriam pauperis subleuet. Sed dicunt, quid si episcopus hæc omnia, atque alia per alium recte dispenset? accidere enim potest, vt alij efficaciores prædicatores sint ipso episcopo, & alij ad alia munera aptiores, quos cū substituerit, munus suū explevit. Respondetur, moraliter hoc esse impossibile. Tum etiam, quia nō sunt perinde vicarij constituti, ac si sint futuri Præsules, sed omnes vicarij episcoporum sunt quasi adiutores Præsulum, & ideo per hoc non excusantur, ne præsentibus gregibus debent enim vi-

2. argumētum.

carij esse sicut membra in corpore, ipse vero sicut anima: & Paulus non ait, oportere episcopum substitutorē Doctoris, sed esse Doctorem. Et aliud admonet, vt qui non operatur, nec manducet. Tertio respondetur, quod isti non vident, quem admittendum vniuersas leges electionis episcoporum & Pastorum de medio tollant, cū ergo iura omnia illa certa ratione constituta sunt, plane colligitur personalē industriam in episcopo elegi, & quādo industria persona: ad exequendum ali-quod munus, eligitur, nullo modo potest per alium tertium suppleri, nam licet vnicuique liberum sit de suis proprijs bonis vt libuerit per famulum disponere, secus tamen est in publicis magistratibus, atque illis potissimum, quibus ob personalē functionem iuxta stipendia decreta sunt. Quod si quis obijciat Valerium, qui Augustinū sibi substituit, & alij etiam Patres id fecerunt. Respondetur id fecisse urgente necessitate, quando vires pro debito ministerij eorum non suppetebant, nec tunc a ministerio cessabant, sed secundum virtutem à labore non quiescebāt, & eos sustinebant, vt sibi essent vicarij auxiliarij: quod & nunc eadem causa stante, facere licet. Et ab istis quæro, quis cōsalem, aut prætorem, aut ducem crearet, vt per alium rem administraret, inō vero in rebus priuatis, quis æconomus, cocum, nauclerius, vel aurigam conduxit, qui non munus eiusdem personæ requirat: quod si in his constat industriam personæ eligi, quāto fortius vbi de salute animarum agitur, quas Deus dispedito propriæ vitæ vedemit. Vnde Paulus. 2. Cor. 9. Vt autem mihi est, si nō euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit.

Alius cauilus istorum est, quod & si Pape dictum sit, Pæce oues meas, non tamen inde colligitur, quod de singulari intelligatur, quod te neantur in suis diocæsisbus residere, respondetur, quod cauilus hic fictilis est, iustum est enim Papæ per seipsum pascere, arque ad eō in sua ecclesia, quæ Romanā destinata est, residere, vel vbi visum esset expedire, & cum hoc præceptum est illi, vt episcopos cōsignet, qui eodem Diuino iure teneantur in suis diocæsisbus residere, nō ergo propter dignitatem, sed propter opus, quod residentes personaliter exerceant, in episcopos præficiuntur. Ad aliud argumentum, quo arguitur, quod cū Papa possit episcopos a suo diocæsi dimouere, & aliter adscribere, fit vt dispensatio episcopi cū hac ecclesia non sit de iure Diuino, atque ad eō neque residentia. Responde-

tur negando collectionem, nam licet Papa possit episcopos ex una ecclesia in alia mutare, non tamen eorum naturam, & functiones, quae iure Divino annexae sunt dignitati. Sed queres nunquid episcopus per titulares episcopos non potest ordines conferre, cōfirmare, benedicere, templa, & ornamenta, & christiana conficere, & sacris initiare? Potest utique. Sed responderetur inter munera episcopalia gradus esse dignoscendos. Quaedam enim sunt, quae licet non ita decenter fiant, non tamen valde absurdum est per sustitutos illa exercere, ut sunt consecratio christiana, & consecratio templorum, & ornamentorum, & haec dum per particulares episcopos fiant est saepe indecorum, eo quod non tanta gravitate, ut decet, exercentur. Secundo, quia ansa inde porrigitur introducendis episcopis titularibus. Tertio, quia ideo episcopi oblii sunt obligatione residendi, quia existimant quod non alia sibi incumbunt onera quales audire, & semel in anno ordines conferre: si enim se lucem ignorantium, regulam delinquentium, refugium afflictorum, subsidium egentium esse cognoscere, per suam habere quod Concilium Tridentinum sanctissime diffiniuit. Quod autem de episcopis asseruimus, de cunctis etiam parochialibus pastoribus intelligendum est, nam testimonia lata utrosque tangunt, licet episcopos efficacius urgeant. Advertendum tamen quod residendi obligatio sic est praecipuum, ut non sit praecipui finis. Sunt enim Praefules in suis ecclesijs residetes, sed adeo negligenter in administratione verbi, in gubernatione, in afflictorum consolatione, & pauperum subsidio se gerentes, ut nihil referat absentes ne sint, an praesentes. Residentia enim propter haec necessaria est, quae nisi fiat, superuacanea erit, imo quandoque causa est, ut episcopus maiori opprobrio & vilipendio à sua plebe habeatur.

Pro Hieronymo respondetur, quod eius doctrina est Catholica, & diffinitioni Concilii Tridentini consona, & vim quam facit in verbis Apostoli, ab omnibus Patribus Concilii Tridentini recepta, nam cum dixisset quod Dominus posuit in ecclesia quosdam Apostolos, alios Prophetas, & c. cum dixit Pastores & Doctores, non addidit alios, ut intelligeremur quod qui Pastor est, & Doctor esse debet, & si per se docere non potest, in episcopum eligendus non est. Neque audiendi sunt, qui sustinent quod licet per se non doceat, factum est, quod per alium erudiat, ut ostendimus.

VIGESIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An passio Christi demonibus profuit.



Hieronymus lib. 2. in epistola ad Ephesios super hanc sententiam, *Qui descendit, ipse est qui ascendit*, Ephes. 4. non longe distare videtur à dogmate Origenis dicentis & asserentis passionem Christi, non solum hominibus, sed etiam Angelis, ac demonibus profuisse: ait enim, descendit ergo in inferiora terrae, & ascendit supra omnes caelos filius Dei, ut non tam legem prophetarum compleret, sed alias quasdam occultas dispensationes, quas solus ipse nouit cum Patre, neque enim scire possumus quomodo & Angelis, & his qui in inferno erant sanguis Christi profuerit, & tamen quin profuerit nescire non possumus. Et hoc Rufinus Hieronymo damnauit loco citato ad Ephesios. Vide supra tomo 5. Hieronymi ad tertium: & tomo 9. ad 15. & ad 19.

VIGESIMVM OCTAVVM  
QVAESITVM.

An in Diuinis laudibus utendum sit cantu.



Hieronymus lib. 3. in epistola ad Ephesios hunc locum exponens, *Constantes psallentes cordibus vestris*, Ephes. 5. sentire videtur, quod in templis Diuinis laudes non sint voce musica decantandae. Ait enim, Audiant haec adolescentuli, audiant hi, quibus psallendi in ecclesia officium est, Deo non voce, sed corde cantandum, neque in traggedorum modum, guttur & fauces dulci medicamine collindas, ut in ecclesia theatralis modum audiant, & cantica. Refertur haec sententia Hieronymi in collectionis Decretorum di. 9. cap. 1.

Disputat D. Thom. de hac quaestione. 2. 2. q. 91. & art. 2. quaerit, an in Diuinis laudibus sint cantus assumendi, & respondet conclusionem

si non affirmatiua. Probat, quia laus vocalis ad hoc necessaria est, ut affectus hominis pro uocetur in Deum, & ideo quae cumque ad hoc uia esse possunt, in Diuinis laudibus congruenter assumuntur: manifestum est autem, quod secundum diuersas melodias sonorum, animi hominum diuersimode disponuntur, ut patet per Philosophum 3. Politic. & per Boetium in prologo musicae, & ideo salubriter fuit institutum, ut in Diuinis laudibus cantus assumuntur, ut animi inferiorum magis prouocarentur ad deuotionem: unde Augustinus dicit in 10. Confessio. Ad ducor cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, ut per oblectamenta innumeros animus in affectu pietatis assargat. Et de ipso dicit in 9. Confessio. Fleui in hymnis & canticis tuis, factus sonitus ecclesiae tuae uocibus cōmorus acriter.

Apud Catholicos non est difficultas circa conclusionem S. Thomae. constat enim, quod licet in ecclesia cantare. Sed fuit error Arrianorum & Manicheorum, & Viclephitarum, quod in Diuinis laudibus non licet cantibus uti. Errorum hunc impugnavit Valdeus de sacramentalibus lib. 1. c. 16. Et fuit damnatus Concilio Constantiensi ex sententia Augustini, quam S. Th. citat. Et inquit Augustinus, quod quando audiebat cantores psallunt illum, cum inuocarem, psallentes, interdum quod cantabatur, flebat. Et lib. 9. Confessio. inquit, quod primus qui in ecclesia cantum constituit fuit B. Ambrosius in ecclesia Mediolanensi. Ex quo alicui uideri poterit, quod tempore primitiuae ecclesiae non fuerint in ea cantus. Nihilominus dico quod cantus semper fuit in ecclesia. Et uerum legem non dabimus, quia multi catus fuerunt. Et idem tenendum est de tempore Christi & Apostolorum. Et quod Augustinus inquit, quod in ecclesia Mediolanensi B. Ambrosius fuit primus qui instituit cantus, uerum est, sed in alijs ecclesijs longe antea iam cantus erant. Et Christus Dominus in Cruce cum clamore ualido emisit spiritum. Et Matth. 28. Apostoli hymno dicto exierunt in monte Oliuarum: & Doctores sacri asserunt, quod hymnus ille fuit sonus uocalis, & cum aliquo catus: & credi potest quod fuerit psalmus ille, Edet pauperes & saturabuntur. Facit etiam ad illud Luc. 2. Angeli in Domini natiuitate cecinere, Gloria in excelsis Deo, &c. Exemplo Angelorum licet Christianis Diuinis cibus uti. Casiodorus historia Tripartita de B. Cypriano refert, quod cum esset morti proximus, ei apparuerunt multi Angeli cum iubilo canentes. Confirmat cōclu-

sionem S. Thomae. consuetudo antiquae ecclesiae, quae cibus in suis laudibus communitate uia est. Neque obstat illud Matth. 6. quod Dominus dixit, Tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso oculo, ora Patrem: nam Augustinus exponens locum hunc, inquit, quod Dominus ibi non reprehendit, ne laudes Diuinae cibus fiat, ne coram multis oraret, sed quod ibi prohibet est, ne ea intentione principali quis orer, ut ab hominibus uideatur, quod similitudine de reuerentibus admonet, & idem prohibuit ibidem ne elemosina propter inaneu gloriam detur. Ex quo inferitur, ut S. Th. in solutione ad quartum agit, quod licitum est in ecclesijs instrumentis musicis & organis uti. Verum est, quod si instrumenta musica sint nimis curiosa, moderanda sunt, nam licet veteri lege illis fuerint in usu, permittebatur tamen illis uarietate organorum, quia carnales erant, & Christiani uero non carni, sed spiritui conformari debemus: ide Caletanus articulo citato inquit, quod si instrumenta & cantus sunt adeo profana, quod animos audientium ad uanas cogitationes rapiunt & inducunt, huiusmodi profanis cibus non licere in ecclesia uti, & est mortale. Secundo inquit, si catici vel instrumenta tu animos audientium ad cogitationem uanorum & profanorum non ducant, quantum uis curiosi sint, tales cantus, aut non esse peccatum: licet si in hoc excedatur, erit ueniale. Ex qua doctrina colligitur laudabilis esse non uti profanis & curiosis musicis, quam illis uti. Chrysostomus super Math. cap. 6. optime de oratione uocali agit, & canim nimis extollit, quia in oratione Deum alloquimur.

Advertendum quod dist. 92. cap. canentes, quod est Hieronymi super epistolam ad Ephesios, reprehenduntur hi, qui cantibus etiam in laudibus Diuinis multum indulgent: & eadem dist. Can. in sancta Romana, aperte habetur, quod officium diaconi & subdiaconi est, ea quae in ecclesia cantantur, interpretari.

Pro Hieronymo respondet S. Thom. loco citato in solutione ad secundum argumentum quod Hieronymus non simpliciter vituperat cantum, sed reprehendit eos qui in ecclesia cantant more theatro, non propter deuotionem excitandam, sed propter ostentationem, uel delectationem prouocandam. Unde Augustinus dicit in 10. Confessio. Cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quam res, quae cantatur, moueat, penitenter me peccare confiteor, & tunc male non audire cantantem.

Caletanus.

VIGESIMVMNONVM  
QV AESITVM.

An peccatores ecclesie sint  
membra.

**H**ieronymus lib. 3. in huc locum, sed in ecclesia subiecta est Christo, Eph. 5. videtur sentire nullum peccatorem esse de ecclesia Christi. Nam, inquit, ecclesia Christi gloriosa est, non habens maculam, neque rugam, aut quid istiusmodi, qui ergo peccator est, & aliqua sorte maculatus, de ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici: possibile est autem, ut quomodo ecclesia, quae prius rugam habuerat & macula, in iuueniorem aetate, & mundiciem restituta est, ita & peccator curat ad medicum, & curatur vulnera ipsius, & fiat de ecclesia, quae corpus est Christi. Locus hic usurpatur a Lutheranis, hinc afferentibus, veram ecclesiam constare ex solis praedestinatiis & electis Dei, quibus peccata non imputantur, in quorum damnatione sufficit distinctio Concilij Tridentini scilicet. 6. Can. 17. de iustificatione, & Can. 28.

Disputant de hac quaestione Doctores scholastici. 3. sentent. distin. 24. & Sanctus Thomas. 2. 2. quaestione. 5. articulo. 3. De qua fuerunt antiquissima haereses, quas refert Vvaldensis titulo nono de sacramentalibus cap. 73. & Turcremata libro. 1. de Ecclesia. cap. 54. Postremo eundem errorem iam extinctum contra Hulsitas & Vvielephistas diligentia Concilij Constantiensis, reuocavit in lucem Martinus Lutherus sequens errorem Donatistarum, nempe solos iustos esse de ecclesia, cui fauet Caluinus in suo illo catechismo, & Brennius in confessione Vvitiuimergensi, & innumeris alij, quos prudens praetereo. Omnes isti, quasi fundamentum & vasum totius Lutheranismi, hoc dogma recipiunt, nempe quod ecclesia Christi est inuisibilis, quod totum externum cultum, visibilemque Christianorum societatem demoliantur. Quapropter tria differant. Primo, an ecclesia tantum sit praedestinatorum, & existentium in charitate, an etiam peccatores includantur in illa. Secundo, cum de haereticis loquens dicat, Odiui ecclesiam malignantium, an haeretici sint de illa. Tertio, an ecclesia Christi

An ecclesia tantum sit existentium in charitate.

si sit visibilis, an inuisibilis. Et ad primum fuit error antiquissimus Donatistarum, quos secuti sunt illi quos citauimus, affirmantes solum praedestinos, & in charitate existentes esse de ecclesia. Probatur primo, quia Canticorum. 4. habetur, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, peccatores vero non sunt pulchri, quin potius foribus peccatorum maculati, ergo. Secundo ad Eph. 5. Christus dilexit ecclesiam, & sequitur, non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, haberet autem maculam, si contineret malos bonis admixtos, ergo. Tertio, quia arca Domini, quae ecclesiam designabat, erat de lignis setim, quae alba & impurissima vita, similiter ergo & ecclesia tantum eos continet, qui sine culpa & sine corruptione sunt. Quarto, quia constituitur ecclesiam sanctam & Catholicam, sicut & vnam, ut ex symbolo fidei patet: si ergo est sancta, ergo ab omni immunditia & macula libera: non ergo peccatores maculis delictorum deturpatis continet. Vltimo. 2. Corin. 6. Quae societas lucis ad tenebras, quae autem coeuentio Christi ad Belial? mali vero tenebrae sunt, boni lux, ut ad Eph. 5. patet, Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, boni ergo & mali non sunt de vnitatem ecclesiae sanctae. Alia plura his similia multiplicat, ista tamen sunt fortiora loca. Et hinc desinitur ecclesiam esse congregationem sanctorum & vere credentium.

His non obstantibus, error iste merito est damnatus Concilij Constantiensis, & Basilienfis, & nunc denum Concilio Tridentino, quod vero assertio istorum sit contra Evangelium. Probatur primo, quia Christus vniuersalem ecclesiam rebus multis comparauit, quae simul mixturam malorum cum bonis compatiuntur, vt sagenae maris dicens; Simile est regnum caelorum sagenae mixtae in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Gregorius, Ecclesia nunc bonos & malos, sicut sagenae pisces quasi permixtos continet, sed litus, id est, finis indicauit quid sagenae trahat. Et alibi, Boni soli nupquam sunt nisi in caelo, mali nusquam nisi in inferno: haec autem vita, quae inter caelum & infernum sita est, sic in medio subsistit, vt utroque ciues recipiat. Et habetur. 23. q. 4. Can. haec autem vita, eodem etiam capite Dominus ecclesiam comparauit agro, in quo simul cum bono semine inuenta sunt orta zizania, & praecipit vt utique cresceret.

1. Ratio

Matth. 13

Et Matth. 25. decem virginibus; quarum quinque erant fatuae, & quinque prudentes. Vbi Doctores, prudentes iustos, fatuas peccatores interpretantur. Hoc idem arca Noe, quae figura fuit ecclesiae, praesignabat, in qua cum mundis animalibus, erant immunda: vnde Gregorius, sicut arca continuit coruorum & columbarum, ita ecclesia bonos & malos. Secundo, quia quanto Dei populus extensior est, eo amplius gloria ipsius manifestatur, iuxta id Prover. 4. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Quia in plenitudine Deus Abraham promissit Gen. 13. Sulpicium oculum, & numeras stellas caeli, si potest, sic erit semen tuum, sicut stellas caeli & arena maris. Haec autem amplitudo vix esse potest, si tantum praedestinati existerent in gratia essent de ecclesia Christi, ergo. Tertio, quia gratia specialis & dignitas singularis est, quod quis ad ecclesiam Christi se pertinere cognoscat, hoc autem per fidem scire, vnusquisque vero si in fidelitatem vel heresim non admisit, vere scit se fide habere, & ita ad ecclesiam pertinere: nemo vero scire potest, an praedestinat? sit, & an Deo sit charus, nullus ergo esset certus, an dignitas haec, neque quod est membrum ecclesiae, si illi collata: consequens autem est contra communem consensum Doctorum scholasticorum, qui cum Magistro sen. 3. dist. 23. dicunt, fidem suam vnusquisque videt in corde suo, & an credat, vel non credat. Quarto, quia si solum praedestinati ad ecclesiam pertinerent, nulla haberetur certitudo praedestinationis, quae clauibus ecclesiae innitur, & nisi de hoc specialis reuelatio fieret, omnia in ecclesia essent dubia, & incerta, consequens autem absurdum est, ergo ecclesia non tantum est praedestinatorum congregatio, sed etiam omnium vere credentium. Vltimo, quia tantum abest, vt iniqui & peccatores non sint de Ecclesia, quod Doctores sancti dicant, esse viles & necessarios in ministerium iustorum, & vt sint illis ratio merendi.

Pro solutione argumentorum notandum, quod licet in vniuersali ecclesia fideles boni & mali sint permixti, perfectius tamen membrum eius dicitur, qui maiori vnitatem illi vnitur, quae vnitatem est per fidem, spem, & charitatem, & quia iusti Christo & ecclesiae per charitatem vniuntur, peccatores vero tantum per fidem & spem, hinc fit quod iusti dicantur membra perfectiora ecclesiae: peccatores vero, licet imperfecta

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

membra tamen sunt, quia stat quod sint membra vera, non tamen perfecta. Simile est de musca, quae verum animal est, licet non perfectum: fides etiam informis vera fides est, sed non perfecta: in corpore etiam humano saepe sunt humores mali, & membra arida, & mortua illi sunt vnitate: similiter ergo dicendum de peccatoribus, quod sunt vera membra ecclesiae, licet non perfecta. Et ex hoc constat differentia, quae est inter iustos & iniustos. Prima, quia iniusti sunt membra arida, iusti viciencia. Secunda, quia iniusti sunt veluti humores mali, iusti vt boni & perfecti. Tertia, quia fides informis, quae est in peccatore, patitur secum maculas & sordes peccatorum, fides vero formata nullam maculam criminis neque erroris circa fidem secum admittit. Quarta, quia qui in ecclesia tantum per fidem continentur, solum dicuntur esse de numero fidelium, amici vero Dei ad numerum & meritum ecclesiae pertinent. Vnde Paulus. 1. Corin. 5. Si habueris omnia fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habueris, nihil mihi prodest.

Ex his ad rationes iam contrarium. Ad primam quae est, Tota pulchra es amica mea, respondetur primo, de se esse totam pulchram & sanctam, & in quantum est ecclesia Christi. Secundo dico, quod ecclesia ibi loquitur de illis qui sunt membra eius, quantum ad numerum, & quantum ad meritum, sicuti sunt iusti, qui sine macula criminis sunt: nihilominus qui fidem habent, etiam ad ecclesiam pertinent, esto, non sint perfecta membra. Tertio dico, quod Doctores sacri hunc locum non de terrena hac militia ecclesia, sed de caelesti triumphante & gloriosa interpretantur, quae peccatis omnibus libera, neque rugam, neque maculam habet. Et per hoc respondetur ad secundum, vt Augustinus locum intellegit non de ecclesia, secundum praesentem statum, sed secundum futurum: est tamen sine macula & ruga in his qui sunt in ecclesia numero & merito. Ad tertium, Arca Domini erat de lignis setim, responderetur, quod Arca Domini fuit figura illorum qui in ecclesia sunt membra perfecta. Ad quartum constituitur ex symbolo ecclesiam sanctam, sed solum in his qui de ecclesia sunt numero & merito. Ad vltimum, Quae societas lucis ad tenebras? Respondetur, quod ex ea parte qua fideles sunt peccatores, sunt tenebrae, & iusti lux, non possunt pertinere ad eandem societatem, bene tamen conuenire possunt ex ea parte, qua fides lux est animarum, & de facto in eandem

T. 2. vnitatem

vnitate & societatem ecclesiae conueniunt. Distinctio quod ecclesia bonos & malos includit, pro qua diffinitione, & contra errorem haereticorum est Concilium Tridentinum sess. 6. Cano. de iustificatione, qui sic habet, Si quis iustificationis gratiam non nisi praedestinatus ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes qui vocantur, vocari quidem, sed gratia non accipere, utpote Diuina potestate praedestinatos ad malum, anathema sit. Et Can. 28. Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem serper amitti, aut fidem, quae remanet, non esse vera fidem, licet non sit viuam, aut eam qui fide sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Vide supra. 4. tomo Hieronymi, ad tertium.

Dubium secundum est, an haeretici sint de ecclesia. Et videtur quod sic, quia ecclesia iudicat de illis, illos excommunicat, & tamquam Paulus. 1. Corin. 5. ait, Quid ad me de his qui foris sunt, iudicare, Secundo, quia tenentur preceptis ecclesiae, nempe, conuerti, ieiunare, facrum audire. Tertio, quia haeretici sunt baptizati: & tamen baptismus est vnum de sacramentis ecclesiae. Vltimo, quia presbyteri & episcopi, quoniam & summus Pontifex potest esse haeticus, & in causa deponi, sunt ergo de ecclesia.

His non obstantibus communis sententia Theologorum tenet contrariam sententiam. Probatur primo, quia ut Isidorus dicit lib. 6. Etymo. Haeresis nomen est Graecum, id est significans quod electio vel diuisio, si ergo haeretici sunt diuisi & separati ab ecclesia, ergo non sunt de illa. Confirmatur, haeretici non habent fidem, ergo non sunt de ecclesia, collectio probatur, quia ecclesia est Catholicorum vel fidelium collectio. Secundo, quia Matth. 18. Petro dictum est, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Et si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: ethnicus vero & publicanus non sunt de ecclesia, ergo neque haeretici. Tertio, de summa Trinitate & fide Catholica, ca. 1. habetur, Vna est fidelis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. Et ad Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptismus. Ex quo elicitur, quod vno ecclesiae haec tria continent: haeretici autem non conueniunt in vnitate fidei, ergo neque in vnitate ecclesiae, ergo non sunt de ecclesia. Vltimo, quia Cyprianus ad Rogandum ait, Haec sunt initia haereticorum, & ornatus schismaticorum, qui de ecclesia egrediuntur, si egrediuntur de ecclesia, non ergo sunt de illa: ex quo constat ecclesiam idem si

gnificare quod Christiana respublica, vel est uentus, vel religio Patrum: unde iuxta illud Pauli, Vos vnum estis in Christo Iesu, Glo. id est in fide Iesu Christi.

Solutio rationum in contrarium in hoc consilio: dupliciter fiat aliquam ad ecclesiam pertinere, vel quantum ad debitum & obligationem, vel quantum ad factum, exercitium & executionem. Primo modo, omnes homines sunt de ecclesia, quia nullus est qui non teneatur fide recipere. Secundo modo constat, quod haeretici non sint de ecclesia, quia non exequentur, neque opera Catholica exercent. Hinc ad rationes, in contrarium respondetur. Ad primum, Ecclesia iudicat de illis, respondetur ita esse, quia in baptismo legibus Christianorum se alinxiere, & debent iuxta illas iudicari, & licet extra illam sint, habet iurisdictionem supra illos: Paulus vero de illis loquitur, qui fidem non receperunt. Ad secundum respondetur, teneri praecipis ecclesiae ratione fere voti & promissionis in baptismum factae, quod, secus est de eo, qui nunquam fuit baptizatus. Ad tertium respondetur, quod licet quantum ad debitum & obligationem sint de ecclesia, non tamen quantum ad factum & executionem, & ideo suffragijs ecclesiae non gaudent, tanquam membra ab ecclesia praecissa, esto, pro illis, sicut & pro ethnicis orat. Ad vltimum de Romano Pontifice respondetur, sub iudice litem esse, nam aliqui tenent, quod ipsos factum quod est haeticus, desinit esse Papa: Thomiste contrarium sustinent, quod verius & probabilius est.

Pro Hieronymo respondetur, quod non loquitur de hac terrena & militante ecclesia, sed de triumphanti & caelesti, quae peccatis omnibus libera, neque maculam habet, neque rugam.

TRIGESIMVM QVAESITVM.

An ecclesia Christi sit visibilis, aut inuisibilis.



Haereticorum uel cotredul, ecclesia Christiana esse societate inuisibilis. Et primum argumentum Caluini est. In synbolodictum, Credo sanctam ecclesiam, ergo ecclesia est inuisibilis, collectionem probat, quia fides

Respondetur ad rationes in contrarium.

1. argumentum.

2. argumentum.

3. argumentum.

autho

authore Paulo, est argumentum non apparentis, si ergo credimus ecclesiam, est ergo non apprensus, & per consequens inuisibilis: fides enim de inuisibilis est, teste Paulo. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, & in enigmate, tunc autem facie ad faciem, Et rursus nunc ambulamus per fidem, non per speciem. Accedit insuper quod nos profitemur credere sanctam ecclesiam, atqui sancta ecclesia videtur nullus potest, ergo ecclesia Christiana inuisibilis est. Secundo arguit Caluinus, 10a. 4. cum ecclesiam suam Christus uellet suis coloribus depingere, Samaritanam ad puteum cum ipso loqueretur ait, Venit hora, & nunc est, quando ueridatores adorabunt Deum in spiritu & ueritate, tales enim quaerit Deus, qui adorent Deum. Hinc argumentatur sic, Christus hoc loco significat futuram ecclesiam, quae per ipsum, & euangelicos praedcatores erat propaganda, totumque terrarum orbe colligenda, haec autem constat ex illis qui adorant Deum in spiritu & ueritate, ergo ecclesia est inuisibilis. Consequenter constat, quia ueni non conitare clare potest, quis fidei, quis uere in spiritu & ueritate Deum adoret, societas ergo adorantium Deum in spiritu & ueritate inuisibilis est, atque adeo ecclesia ipsa. Tertio arguit, Ecclesia haec Christiana sepe numero in sacris literis dicitur Hierusalem. Atque societas eorum, qui pertinent ad Hierusalem, non est visibilis, ergo ecclesia non est visibilis. Maior est Ioan. Apoc. 21. Vidi, inquit, ciuitatem sanctam Hierusalem descendente de caelo, ornata a Deo, tanquam sponsam uirgine. Ecce quomodo aperte ecclesia Hierusalem appellatur. Minor probatur, quia ad Hierusalem pertinent, teste Augustino, illi qui amant Deum, usque ad contemptum sui, ad Babylonem autem, qui amant se usque contemptum Dei, nulli autem potest esse contemptum, quis amet Deum usque ad contemptum sui, cum hoc fiat per gratiam & charitatem, ecclesia ergo Christianorum est inuisibilis, siquidem & iustorum numerus inuisibilis est. Confirmatur ex illo psalmo, Hierusalem quae aedificatur ut ciuitas, unio ad ciuitatem illam charitate fit, quae, ut Paulus inquit, est uinculum perfectionis, charitas autem inuisibilis est, ergo congregatio Christianorum est inuisibilis. Et ad Eph. 5. Crescamus in Christo per omnia, qui est caput ecclesiae, ex quo totum corpus compactum & connexum est per conjunctionem submmissionis, augmentum corporis facit in aedificatione sui in charitate, charitate igitur iungantur membra

corporis Christi, ut ad incrementum perfectionis attingant. Quarto, quia Cantico. 4. inter alios titulos, quibus ecclesia insignitur, appellatur hortus conclusus, fons signatus, at fons signatus operculo quodam obductus est, nec expositus suis, uoluit ergo spiritus Diuinus nomine fontis signati ecclesiam significare, non quae sensibus exposita, sed abscondita & inuisibilis sit: hinc liber legis a Prophetis dicitur signatus, quia reconditus. Vltimo arguit Caluinus, Fundamentum huius ecclesiae inuisibile est, insuper & lapis angularis inuisibilis est, tota ergo structura erit inuisibilis, alias summa deformitas in hoc edificio esset. Maior est Pauli ad Ephes. 2. Superaedificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, &c. Si ergo caput & fundamentum, & lapis totum aedificium claudens inuisibilis est, nempe Christus, quem nunc nullus uidet, ecclesia ergo ipsa inuisibilis est. Confirmatur, Christus est caput ecclesiae, teste Paulo ad Eph. 5. hoc autem caput oculis non uernimus, sensibus non percipimus, ergo neque ipsa membra, quae totam ecclesiam constituunt, essent inuisibilis & monstriferum corpus, cuius caput esset inuisibile, & membra uisibilia, ergo corpus istud mysticum, quod est ecclesia, inuisibile est. Accumular insuper testimonia Pauli. 1. Corin. 12. Nos in uno spiritu unum corpus baptizati sumus. Et eisdem epistola. c. 6. Qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. Galat. 5. Spiritu uiuimus, spiritu ambulamus. Quae testimonia declarant, ecclesiam esse societatem spiritualem, & uinculum huius societatis esse inuisibile, cui sententiae patrocinarum uidetur Irenaeus discipulus Polycarpi martyris uicinus Apostolorum lib. 2. contra omnes haereses inquit, Vbi spiritus Dei, ibi est ecclesia.

Contra hanc sententiam constitutum ceratissimam & Catholicam hanc assertionem, nempe, quod ecclesia militans est uisibilis, & sensibus exposita. Et ut ex altissimis principijs exordiamur, statum principium fundamentum hoc: Ab origine mundi, usque ad finem seculi, vniam esse, eandemque ecclesiam, iuxta illud Cantico. 4. Vna est columba mea, vna est perfecta mea: & in symbolo. Credimus vniam sanctam ecclesiam: tunc argumentor sic, Ecclesia quae erat in mundi principio, erat uisibilis, ergo & quae nunc, cum sit eadem. Antecedens proba,

4. argumentum.

5. argumentum.

6. argumentum.



quia in principio mundi Adam & Eva cum sua familia cōstituebant ecclesiam, ac familia illa erat visibilis, ergo ecclesia illa erat visibilis. Respondent heretici, Copulabantur quodā vinculo inuisibili, & ideo societas erat inuisibilis, sed Deus volēs hoc falsum fundamentum hereticorum subvertere, in ipso mundi principio excitauit Abelē & Cain ad offerendum sibi sacrificium visibile signo quodam visibili, ostendens sibi fuisse gratam oblationem Abelis, mittens ignem sensibilem, qui illius oblationem deuoraret, & Cain sacrificium præterijt. Leuit. 19. primam oblationem Aaron sibi gratam ostendit, & Gedeonis sacrificium Iudith. 6. Salomonis hostiam in templo. 2. Paralipom. 7. Et. 3. Reg. 18. sacrificium Heliae. Ex his testimonijs formatur argumentum. Iubet Deus offerri sibi sacrificium visibile, insuper signo visibili testatur simile sacrificium sibi gratum esse, ergo societas fidelium visibilis est, & symbolis visibilibus constat. Nam quando ecclesiam seruauit in Arca ab aquis diluuij, quis nō videat totam illam familiam Noe esse visibilem? societas præterea Abraham, Loth, Isaac, & Jacob, & in summa totus populus? Israeliticus, per quē tunc erat ecclesia, visibilis erat, ergo.

Confirmatur tota ecclesia Evangelica representabatur in collegio Apostolorum, ac collegiū hoc erat visibile, ergo ecclesia est visibilis. Quis enim tam cæcus est, quādo Christus Dominus ianuā clausis ingressus est ad Apostolos, vt nō videat societatem hanc visibilem esse, & omnia quae illic gerebātur, esse visibilia? Ad hæc, & Actorum. 1. cū ecclesia Christiana florere, ac parturire incipiebat in cœnaculo visibilis ostendebatur, cum facer ille chorus Apostolicus instabat orationi, vna cum Virgine Iesu matre. Vt etiam in eodem cap. D. Lucas ecclesiam nō bis hoc modo describit, Cū introissent in cœnaculum, ascenderunt: vbi manebant Petrus & Ioannes, vbi numerum Apostolorū & Christianorum ibi cernimus, & omnia quæ. c. 2. 8. & 9. ibi acta sunt, visibilia cernimus. Et Paulus p̄sūm epistolas mittit ad ecclesias visibiles: alias quæ epistolas deferēbāt, nescirent cui dandæ essent, & ille scribit nominatim ad ecclesiam Romanorum, Corinthiorum, Hebræorum, & Ephesiorū. Si ista visibilia nō sunt, quæ sunt visibilia? Secūdo arguitur ad Eph. 4. inquit Paulus, tota ecclesiam visibile esse, sic scribens, Et ipse posuit in ecclesia quosdā Apostolos, quosdam Pro-

2. argumētum.

phetas, alios autē Euangelistas, & c. ac si apertissime diceret, Voluit Christus huius ecclesiae Hierarchia nobilioris ministris ecclesie nobis clarissime ostēdere, eosq; in sua ecclesia esse exploratissimos, vt & totum corpus perfectissimum sit, & ipsi Christiani cognoscant, in rebus dubijs ad quos recurrere debeat, vt nō sint tanquā paruuli fluctuantes, & circumferantur omni vento doctrinæ. Vnde idem Paulus alibi dicit, Et si Angelus de celo euāgelizauerit vobis præter id quod euāgelizauimus, anathema sit. Potius ergo credere debemus ministris visibilibus a Deo perfectis, nēpe Paulo, Petro, Iacobo, quā cuiuscūque ministro spiritali Angelico, & inuisibili. Nam rogo Lutherum, si nascatur cōtrouersia inter Catholicos de re aliqua expectante ad nostram religionem, & fidem, quid facturi sumus, nisi p̄slo sint iudices visibiles, quorum iudicio res sit terminada, & finienda? sane Deus prescripserit quid obseruandum esset in simili euentu. Si difficile, inquit, & ambigū apud te iudiciū esse perspereris, & c. Surge & accede ad locū, quæ elegerit Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē, qui fuerit illo tēpore, quæresq; ab eis, qui iudicabūt tibi iudicij veritate, & facies quodcūq; dixerint, sequerisque sententiā eorū, neq; declinabis ad dextrā neq; ad sinistrā. Et hæc, quæ tū Deo iussit, distinctius Christianis præcepit Lucæ. 10. ad Apostolos inquit, Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. At si nō viderem quis esset supremus iudex, quis meus prælatus, neq; esset in rebus dubijs, ad quæ recurrerē, nec cuius imperio teneret obtemperare, sunt ergo in ecclesia Dei ministri visibiles, ac subinde ecclesia visibilis, & cōstat ex partib; visibilibus. Tertiu argumentū sumitur ex illo Matt. 18. vbi Christus inquit, Si peccauerit in te frater tuus, corrippe eum, & c. Si autē ecclesia nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, vbi nobis præcipitur, qd cōmne fratris incorrigibilis ecclesie denuncietur: qd si ecclesia est inuisibilis, nō possem ego facerē factis huic p̄cepto, siquidē ignoro, cui ecclesie sim denūciatur, cū illa sit inuisibilis. Cōfirmatur insuper, Omnes tenemus credere remissionē peccatorū esse in ecclesia, & fieri per ministros ecclesie, ergo vt videamus per quos ministros accepturi sumus hanc remissionē, oportet eos esse visibiles. Quarto arguitur ex illo Ioann. 10. vbi imaginem Euangelici Pastoris ad viuum exprimens Christus ait, qd cognoscit oues suas, & vocat eas.

Deut. 17.

3. argumētum.

4. argumētum.

as nominatim, & oues cognoscunt eum, & non cōtrouersit vocē alienorū. Quomodo ergo pastor oues videre, & cognoscere potest, & oues pastore, si inuisibiles sunt? In summa quæcūq; testimonia probāt necessarios esse in ecclesia ministros, Pastores, Doctores, & vni summū Pontificē, qui tot ecclesie præsideat, eadē cōiungunt ecclesie esse visibile. Vltimo arguitur, Christus Petro Matt. 16. qui erat homo visibilis, & quem videbāt & agnoscebant ceteri Apostoli pollicetur clauēs regni cœlorū, quas tradidit illi Ioanni vltimo in presentia quodiscipulorū, præcipiens ei, Pasce oues meas, ergo Monarcha ecclesie Christianæ est visibilis, quod intellexere planissimè quatuor illa Cōcilia generalia prima, quæ tanquā sacratissima suscepit ecclesia, & ad Romanum Pontificē deferrebant postremam suorum canonū iudiciū. Confirmatur hoc, Lege Diuina Evangelica tenentur omnes ingredi ecclesiam, in qua, ceu arca Noe, peccatorum diluuium effugient, ergo oportet esse visibilem. Collectionē probō, quia secus nescirent in quā ecclesiam essent ingressuri. Respondent Lutherani, qd tenentur iungere se ecclesie illi, quæ credunt ecclesiam esse, sed mentiuntur in capite suū: extra ecclesiam enim verā nemini patet salus, sicut extra arca nullus fuit seruatus a diluuij, & Christus testatur, Ego sum ostium, & qui nō intrat per ostium in ouile ouium, ille fur est & latro: & Paulus ad Timotheum. 1. c. 3. & 4. Esto exēplū fidelium in verbo, cōuersatione, charitate, fide, castitate, proculdubio Timotheus non poterat esse aliorum exēplum, nisi esset minister & pastor visibilis, Neque vero assertio hæc solum Catholica est, & lumini fidei cōsona, sed ostendā eam esse euidentem lumine naturali. Ideo sit secūda cōclusio, Ratione naturali euidentē cōstat, quod ecclesia militans est visibilis. Hæc est Augustini lib. 9. contra Faustū. c. 11. quā assumit, tanquā dignitatē, qd in nullo nomine religionis siue veræ siue falsæ condanari homines possunt, nisi aliquo signaculo. Id est, sacramentorū visibilium consortio socientur, omnibus igitur hominibus a natura hoc insitum est, vt si cōuenire in eandem religionem nolunt siue veri, siue falsi dei, vinculo aliquo & signaculo sensibili socientur. Quod clare fiet si per omnes nationes discurreramus. Romani suis idolis sacrificijs visibilibus seruientes conueniebant. Africa nihil vna habebant signacula externa, per quæ vnum cultum dijs exhibebant. Indi nu-

1. argumētum.

Ioan. 10.

2. Conclusio August.

4. argumētum.

per inuenti externas oblationes ac libationes habebant, cultumque deorum suorum sensibilem. Et idē in Sarracenis, & Turcis experimur. Est igitur notū, & consensus omnium mortalium a natura insitus & impressus, vt conuentus Deum colentium sit visibilis. Secundo ratione arguitur, multitudo colentium Christum humana est, non Angelica, ergo quemadmodum homo visibilis est ipsa quoque multitudo colentium humana & visibilis est. Accedit præterea, quod homines more humano inter se conuersari debent, ac consuetudo & ingenium hominum est vt sensibilibus signis inter se conueniant, & conciliantur, ergo res publica Christiana est visibilis. Certe vitas in cultu, ceremonijs, & in sacrificijs seruari non poterat, nisi colligarentur homines Christiani inter se eisdem ceremonijs, & ritibus visibilibus, nam affectus animi, & vota in diuersis hominibus diuersa sunt, nisi adunentur vnitare sacramentorum visibilium. Tertio in vna militiam, rempublicam, & regnum homines concurrunt per symbola & signa, eadem visibilia, ergo in rempublicam Christianam etiam copulatur vinculo aliquo sensibili, cū sit humana societas. Antecedens notum est: ad sensum habent milites telegram militarem, & sua quæque vexilla habent ciuitatis insignia, habent regna habitum, linguam, & alia symbola, per quæ inter se conciliantur, & ab alijs desideant, idem ergo habeat necesse est respublica Christiana. Confirmatur, nam si illi iactant ecclesiam antiquam, quæ fuit temporibus Apostolorum proxima cum illis, hæc in parte facile conueniemus, sed audiant Tertulianum libro de Coro. militis, vbi apertissimè profertur in principio nascentis ecclesie multa fuisse symbola visibilia, per quæ iungebatur Christiana familia. Quarto res Diuina traduntur nobis sub literis corporeis & visibilibus, nimirum ergo si ad fidem, spem & charitatem, ad supercælestem illam felicitatem copulatur homines signis sensibilibus, non potest homo homini mentis arca nisi voce aut signo sensibili significare, quomodo ergo poterit cultum Dei homini profiteri, nisi per signa sensibilia? Sed heretici instant, quod oportet ministros esse sanctos & iustos, quasi experimento nō nouerimus, multos esse viros probos, ineptos tū ad regendū in nauī nō qui iustior est residet ad elauū, sed qui peritior est in nauigandi arte.



currum non sancto, sed experto atque committimus, sic ergo ad ecclesiam regendam non sola sanctitas sufficit, sed necessaria est prudentia & sapientia. Vnde Matth. 5. Fidelis servus est prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Tertia conclusio fide & luce rationis naturalis constat, in ecclesia Christi oportere esse se sacrificia, ministeria visibilia, templa, ministros, imagines, ceterum vocalem, & cetera officia ad Dei cultum necessaria. Hec ex precedentibus manifeste colligitur. Hoc docent vel bruta animata, affectiones internas verbis externis indicantia. Hoc discimus in formicarum & apicularum republica, nam aperte inter se imaginem ferunt reipublice bene institutae, si enim isthaec visibilia signa de medio tollas, ecclesiasticam Hierarchiam ministrorum, statum varietates, necesse est pulchritudinem ecclesiae omnino perire, & omnia quae per Prophetas & Evangelistas nobis tradita sunt, fundit interire, quod haeretici contendunt, sed tanquam id impetra bunt: est namque ecclesia columna & firmamentum veritatis, contra quam portae inferi non praevalebunt. Consonat haec doctrina definitioni Concilii Tridentini, sess. 24. de sacramento ordinis, Can. 1. ubi sic diffinit, Si quis dixerit non esse in nouo Testamento sacramentum visibile & externum, anathema sit.

Superest ut haereticorum argumenta dissoluamus. Ad primum argumentum damus antecedens, quod credimus sanctam Ecclesiam, ergo non videmus illam, negamus collectionem. Videmus enim externam societatem ecclesiae, credimus internam fide, spe, & charitatem, atque assistentiam Spiritus sancti: sicut videmus signa sensibilia sacramentorum, & credimus internum effectum. Apostoli oculis corporis Christum videbant, & internis eum Filium Dei esse credebant. Vnde Dominus Ioann. 20. ad Thomam, qui vnum vidit, & aliud credidit, ait, Beati qui non videntur & crediderunt. Sic Caluino dicimus, quod videmus quidem ecclesiam, & credimus illam sanctam, hoc est, puram, & sanguine Christi sanctificatam, & nos efficaciter eorundem sacramentorum sanctificatam. Videmus ergo ecclesiam visibilem, quam credimus sanctam.

Ad secundum argumentum respondetur, quod Christus voluit ostendere discrimen

inter Evangelicam ecclesiam & synagogam. Iudaeorum, quod illa corporeis quibusdam ceremonijs, purificationibus, ac ritibus omnimodo intenta erat, haec potissimum est intentata spiritui gratiae, & charitati, ut Irenaeus lib. 3. contra omnes hereses. c. 29. & lib. 4. c. 31. In illis enim erat signaculum circuncisionis, quo quasi mancipia fugitiua, circumcisa inurebantur, deinde vinciebantur catenis & coepedibus sacrificiorum, baptismatum & caeremoniarum, ut permaneret in cultu veri Dei, & non transiret ad idololatriam: Christiani, qui liberi sunt, & filij cum Isaac & alijs tenentur, quia iustificatur per Christum, & per baptismum regenerantur, & per Crucem redimuntur, & ideo in Christianis potissima adoratio est in spiritu & veritate, more filiorum illorum principalis cultus erat in externis caeremonijs. Hinc negatur consequentia, sicut non valet, alia ratione veneratur patrem seruum, alia filium, ergo filius est inuisibilis. Et de tali societate filiorum suorum loquitur Christus Samaritanis inquit, Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate, spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Ecce qualiter respondet Christus novam futuram ecclesiam, quae per totum terrarum orbem ipsum coleret, & iam non more seruorum, exteriori tantum cultu, sed more filiorum sacrificaret, ut iam non sit populus Christianus seruili & abiecto ingenio, sicut ille ludicrus, de quo dicitur, Populus hic libijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Ad tertium argumentum respondetur, quod trifaria apud sanctos Doctores dicitur quispian pertinet ad Hierusalem. Primo, sola ratione, siue ut alij volunt in potentia remota, ut Christus de his qui nondum ingressi fuerant ecclesiam, aiebat, Alias oves habeo, statim tamen subdit, quae non sunt ex hoc ovili, quia nondum caractere baptismatis consignati sunt, sed tantum a me cogniti, & praedestinati. Secundo pertinet ad ecclesiam numeris, sed non merito, tales sunt peccatores, qui quavis fide, & charitate, & multis alijs titulis, sint de societate Christi, animo tamen & affectu sequuntur vexilla Satanae, pertinent ad Babylonem, cuius caput est demon, quia teste Domino, Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, spargit, sunt membra Christi, sed mortua, & in quibus superest adhuc aliquod principium vitale, de quo inquit Dominus, cum in latrones incidisset,

fer, quod vulnerauerunt eum, semiuivo relicto, quia in peccatore manet fides, quae est primum seminarium vitae spiritualis. Tertio modo pertinent ad ecclesiam numero & merito, & tales sunt iusti, de quibus intelligendus est Augustinus libro de Baptismo contra Donatistas, & citatur de consecratione, di. 4. c. 1. est vnitatis, ait, Sic sunt in ecclesia homines mali, ut in corpore humano mali humores, qui interdum de corpore exeunt, interim manent in corpore, significas quod licet in praesenti vita mali sint permixti bonis, & in eadem versentur ecclesia, est tamen inter eos hoc discrimen, quod boni per bona opera aedificant sibi locum in Hierusalem triumphante, & sanctorum ciuitate, mali in societate demonum, & confusione Babylonica: hoc probat testimonia, quae inducitur à Caluino. Concedimus ergo, quod illi qui sunt in charitate merito spectant ad Hierusalem, & hoc vinculum est inuisibile, numero vero, atque re, & iurisdictione ad ecclesiam pertinent omnes qui baptizati sunt, vel qui externis profitentur Christianismum, ideo societas Christiana, visibilis est: Hispanum cognoscimus per linguam, & habitum: Christianum, per professionem, cultum, & sacramenta.

Ad quartum argumentum, damus Caluino ecclesiam esse fontem signatum, & hortum conclusum, quia vallo & sepe caeremoniarum, & aliarum consuetudinum cingitur, & munitur, ut ver de illa dicatur, Vires fortitudinis nostrae Sion, Saluator ponet in ea muros, & antemurale, & sicut hortus conclusus, ita & fons signatus dicitur, quia sub signis visibilibus sacramentorum latet vnda salubris Spiritus sancti, vel quia mysteria ecclesiae non sunt vulgaribus manifestanda, ne detur sanctum canibus, aut margaritae lutulentis, sibus conculcanda projiciantur. Signatus est iste fons, quia testis debet esse & munitus, ne veneno haereticorum inficiantur, qui limpidissimos scripturarum fontes, dogmatum suorum veneno semper inficiunt, idque nobis voluit adumbrare spiritus Diuinus, Genes. 29. ubi habetur, quod puteus lapide grandi clauderetur, & deuoluatur à passoribus, ut oves adaquarentur, & postea rursus imponebatur puteo grande illud operculum, sic sacra scriptura non vulgari lingua traducenda est, sed per praedicatorum tantum aperienda, & haec ecclesia, quae hac ratione fons signatus dicitur, per Zachariam prophetam fons patetissimus appellatur, Erit enim

in die illa (nimirum tempore legis gratiae) fons patens domui Iuda, & habitatibus Hierusalem in ablutione peccatorum & emendatione. Ad hunc fontem respiciebat alius propheta, quando dixit, Vidi aquam egredientem à latere dextero, & omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Et ad hunc fontem nos inuitabat Christus inquit, Qui sitit, ueniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Habent ergo haeretici, & agnoscant esse quidem in ecclesia fontem signatum, & esse quoque fontem omnibus bibere cupientibus patentissimum.

Ad quintum argumentum, quod opponitur, de fundamento lapide angulari & capite similiter respondetur, quod Christus visibilis est, in quantum ecclesiae caput, & huius pulcherrimi aedificij fundamentum, vnde ecclesia canit, Quia per incarnati Verbi mysterium, nostrae oculis lux tuae claritatis infusus, ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc inuisibilem amorem rapiamur.

Et sponsa, Quis det te mihi fratrem meum fugentem vbera matris meae, ut videam te foris, & deosculer te. Sperabat ergo ecclesia sponsum suum visibilem. Sed dicunt haeretici, Nunc non videtur, quia in caelis est. Ridelica quidem est obiectio, prima quia rex solet in nobilissima ciuitate residere, & ex illa per praefectos subditum sibi regnum gubernare, & longe sitis ciuitatibus leges ferre, ita Christus in ecclesia illa triumphante residens, inde nos gubernat per suos ministros. Et quod sit caput visibile eiusdem rationis cum membris docet Paulus ad Ephes. 5. dicens, Christus est caput ecclesiae, quia sumus membra de corpore eius, de carne eius, & de ossibus eius. Alia testimonia, quae pro suo errore cogunt, solum probant ecclesiam Christianam, non solum consistere visibilibus, & externis signis, sed potissimum in vita quadam altissima & spiritali: ad Rom. 8. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, cessasse legem illam carnalem, suscepisse Euangelicam, quae interiori homini spirituali reddit, & numeris omnibus absolutum, testatur Petrus, Magnifica nobis promissa donauit, ut Digne efficiamus consortes naturae, & huc alludebat Irenaeus afferens, ecclesia illic esse, ubi est Dei spiritus, vel significauit id quod res habet, quod Spiritus sanctus potissimum residet in ecclesia Christi, regens illam, defendens, & protegens contra omnem demonum, haereticorum, atque hostium prauitatem, & regnat in ecclesia Christi, quia frequenter communicatur per sacramenta.

Cast. 5.

Ierem. 20.

Gen. 29.

Zach. 13.

Luc. 10.

TRI.

TRIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.An Iacob cum Angelo corporea  
lucta certauerit.

**H**eronymus in cōmentarijs ex-  
pendens hunc locum, *Non est no-*  
*vis colluctans.* etc. Ephel. 4. existi-  
mat eos esse ridiculos, qui cen-  
sent Iacob cum Angelo corporea lucta di-  
micasse. Vide supra tomo hoc. 9. ad primū  
quæsitum.

TRIGESIMVM SECUNDVM  
QVAESITVM.An liceat bigamum eligere in  
episcopum.

**H**eronymus in epistola ad  
Oceanū hunc locū expo-  
nens, *oportet episcopum esse vnius*  
*uxoris virum.* affirmat eos crea-  
ri posse episcopos, quiduas  
habuerunt uxores, vñā aut  
te. cap. l. i. i. u. & ea defuncta, altera post bap-  
tismū, & sententiam eorum, qui hoc ne-  
gant, Cainam hæresim appellat. Hoc ipsum  
habet in commentario epistolæ ad Titum,  
vbi hæc locū, Si quis sine crimine est vnius  
uxoris vir, ad Titum. i. ita exponit, Multi  
superstitiosius magis quam verius, etiā eos  
qui cū Gentilibus fuerint, & vnam uxore ha-  
buerint, qua amissa, post baptismum Christi,  
alteram duxerint, putant in sacerdotio non  
eligendos, cū vtrique si hoc seruandum sit,  
illi magis ab episcopatu acri debeat, qui  
vagant per meretricis ante exercentes libi-  
dinem, vnam regenerati uxore acceperint,  
& multo detestabilius sit fornicatum esse cū  
pluribus, quā bigamum reperiri, quia in alio  
infelicitas matrimonij est, in alio ad peccan-  
dum prona lasciuia.

Doctores scholastici disputat de bigamia,  
4. sent. dist. 27. & alij dist. 33. Si primo dubi-  
tatur an per bigamiam irregularitas contra-  
hatur. Pro quo notandum, quod bigamia in  
omni lege contrahitur. In lege naturæ La-  
mech, qui fuit septimus ab Adam per Cain  
vel inde pessimus censetur, quod primus fuit

qui duas uxores duxit, vt Genes. 4. legitur.  
Deinde in lege Mosatac polligamia (hoc est  
uxorum pluralitas) fuit etiam celebris. At  
vero cū ante legem Euangelicam nulla fue-  
rint sacramenta sanctificantia, que ideo hæ-  
ratione in ministris dignitate sanctitatis de-  
poscerent, neque matrimonium vnionē in-  
dissolubilem Christi cū nostra humanitate  
factam designaret, bigamix nulla erat ir-  
regularitas annexa: idcirco huiusmodi irregu-  
laritas sub lege Euangelica coepit, & ideo de  
illa per sacros canones est diffiniendum. Et  
ad hoc propositum Innocentius. c. debitum.  
de bigamis inquit, In matrimonio rato non  
consummato significari vnionem Christi &  
ecclesie secundum animam, hoc est, secun-  
dum charitatem, in matrimonio vero con-  
summato designari vnionem eiusdē Christi  
secundum corpus, hoc est, assumptionē hu-  
manitatis, cuius partes nunquam dimisit, &  
ideo matrimonium consummatum perfectā  
vnionem Christi & ecclesie significare. Et  
ideo ecclesia neminem enset simpliciter biga-  
mum, hoc est, irregularem propter duos,  
aut decem matrimonia contracta per verba  
de presenti, nisi duo saltem consummauerit.  
Et in hoc Magister sent. non tenetur, qui dī  
stin. 27. tenuit, solos consensus de presenti  
in duo matrimonia, citra copulam, cōstitue-  
re bigamum. Contrarium enim diffinitū est  
in præallegato capite, debitum. Et multo mi-  
nus iterata sponsalia, neque fornicationes,  
aut adulteria iterata bigamum efficiunt, vt  
habetur cap. Quocirca, eodem titulo, nisi  
matrimonijs de iure aut de facto superue-  
nerit copula. Gratia tamen maioris clara-  
tis, duplex potest distingui genus bigamix  
verum scilicet, & interpretatiuum: verū est,  
vbi duo vero matrimonia fuerint consumma-  
ta: interpretatiuum, vbi vnum fuit verum, &  
aliud de facto tentatum. Vnde D. Tho. qua-  
tuor designat modos bigamix. Primus est  
dum quis successiue duas habuit legitimas  
uxores, quas cognouit, & hæc est legitima bi-  
gamia. Secundus, cū quis plures simul ha-  
bet uxores, cum quibus contraxit per ver-  
ba de presenti. Prior est legitima, posterior  
vero non nisi de facto. Tertius, cū plures  
habuit successiue, vnam de iure, & alteram  
de facto. Isti autem duo modi solum inter-  
pretatiue dicuntur bigamia, & sunt intelli-  
gendū quando ille ambas cognouit, alioquin  
non contrahitur irregularitas. Quartus,  
quando quis viduam, a que ab alio viro cog-  
nitam ducit uxorem, nam nisi matrimonij  
primus

prius consummauerit, ille non fit bigamus,  
& iste modus est vera bigamia, eo quod ibi  
fuerunt duo matrimonia ex parte uxoris.  
Præter hos sunt etiam alij tres modi inter-  
pretatiue bigamix. Quintus, quando quis  
contrahit & consummat matrimonium cum  
illa, quæ ab alio fuerat per fornicationē cor-  
rupta, siue ipse id scierit, siue ignorauerit.  
Sextus, vbi quis propriam uxorem cogno-  
scit, postquam fuerit cum alio adulterata.  
Septimus, quando quis post votum solenne  
castitatis emissum, de facto matrimonium con-  
trahit, licet iure sit nullū. His sic præmissis  
ad quæstionem sequentibus conclusionibus  
respondetur.

Prima conclusio per bigamiam primi mo-  
di, hoc est, per matrimonium cum duabus  
uxoribus successiue consummatum contra-  
hitur irregularitas, vt habetur Concilio Au-  
riacano. cap. 1. de bigamis, & cap. super eo,  
& cap. debitum, & multis alijs. Ratio huius-  
modi irregularitatis est duplex, prior sumit  
ex significatione, nam cū per susceptio-  
nem sacrorum ordinum instituuntur mini-  
stri sacramentorum, decens fuit, vt qui sacris  
ordinibus initiarentur, nullo essent macula  
vi defectu, cū vero sacramentum matrimo-  
nij in lege Euangelica indissolubilem con-  
iunctionem Christi & ecclesie designet,  
macula censetur, si qui ad hos ordines pro-  
mouetur, eandem integram significationem  
non haberet, quæ in singulari matrimonij  
vnitate perficitur: bigamus nanque in plu-  
res carnem suam diuidit, cum Christus vni-  
cam sibi ecclesiam vnitate baptismi, & fidei  
copulauit: vnde Cantic. 6. Vna est columba  
mea, &c. Posterior ratio sumitur ex sancti-  
tate & candore, qui huiusmodi ministris de-  
bet esse cognatus, nam qui pluries contra-  
hit, indicium præfert nimix incontinentiæ,  
quæ ministros altaris deturpat.

Dubium tamen est, an huiusmodi irregu-  
laritas bigamix sit de iure Diuino. Id enim  
ita videtur ex eo quod Paulus. 1. ad Tim. 3.  
admonet, episcopū & sacerdotē debere esse  
vnius uxoris virum, vbi ad litteram huiusmo-  
di bigamiam reprobatur. Et ad idem est argu-  
mentum quod. c. super eo, propter authori-  
tatem Pauli cauetur, ne fiat dispensatio cū  
bigamis. Respondetur tamē, quod si ius Di-  
uinum proprie accipitur, irregularitas biga-  
miz non est de iure Diuino. Probatur,  
quia si de iure Diuino esset, non caderet su-  
per eam dispensatio: contrarium tamen ex-  
perimur, quia Papa dispensat cum bigamis,

ergo. Tum etiam, quia in sacramentis id so-  
lum est de iure Diuino, quod ad eorum es-  
sentiam spectat, de essentia vero sacramenti  
ordinis non est, vt is qui sacris initiatur, sit  
vnius uxoris vir, quia si bigamus ordinare-  
tur, esset verum sacramentum, huiusmodi  
ergo irregularitas proprie non est de iure Di-  
uino, neque verò de iure naturæ, quatenus  
matrimonium contractus civilis est.

Notandum tamen, quod Apostoli non tan-  
tum erant Apostoli, verum Ecclesie rectores  
& pastores, sicut modo est summus Pon-  
tifex, & ideo quatenus Apostoli vtebantur  
spiritu prophæico, quo sacram scripturam  
condebant, quatenus pastores & prælati leges  
in concilio statuebant, vt Actorum. 15. &  
consilia dabant, vt. 1. Cor. 7. Præceptum Do-  
mini non habeo, consilium autem do. Et sic  
Paulus tanquam rem decentissimam, & si-  
gnificationi matrimonij Christi aptam ad-  
monuit, vt sacerdos esset vnius uxoris vir,  
veluti vt esset hospitalis, & pudicus, neque  
esset vinolentus, &c. Et hac ratione cano-  
nes Pauli testimonium ad hoc propositum  
citant.

Secunda conclusio, ex bigamis secundi &  
tertij modi, vnius de iure, & alterius de fa-  
cto, siue successiue, siue simul contrahitur ir-  
regularitas. Conclusio est Innocentij tertij  
cap. nuper, de bigamis, vbi ait, quod licet illi  
non sint veri bigami, quia vere non contra-  
xere duo matrimonia, sunt tamen bigami  
quia quantum in ipsis fuit, secundas mulie-  
res sibi matrimonialiter coniunxerunt, ideo  
reputantur bigami, non propter defectum  
significationis sacramenti, quia cum non fue-  
rint duo sacramenta, non deficit significatio  
coniunctionis Christi & ecclesie, sed propter  
affectum intentionis cum opere subsecuto,  
& ideo fuit aliqua similitudo, & interpreta-  
tio duorum matrimoniorum. Et subdit Pa-  
pa exemplum in Can. Presbytericum, dist. 28.  
vbi refertur quod presbyter Orientalis ec-  
clesie, mortua prima uxore, contraxit cū se-  
cunda de facto quidem, sed non legalibus nu-  
ptijs, ob quod facinus, tanquā irregularis su-  
spensus est ab officio.

Dubium tamen est, an si quis duo matri-  
monia de facto contraxerit, & consumma-  
uerit, neutrum tamen de iure, quia contraxit  
cum consanguinea, vel alio impedimento pro-  
hibitus, reputandus sit ne bigamus. Pōtiffex ca-  
sum hūc ad clare decidit. Palude di. 27. q. 4.  
ceter illū esse bigamū. Et ita tenendū est, quia  
ibi interpretatiue sunt duo matrimonia.

Tertia conclusio, Bigamia quarti generis, cū quis, scilicet, viduam ab alio viro cognitam ducit, irregularitatem contrahit, diffinitio est. c. debitum de bigamis, & c. bigamis, eodem titulo; quibus cauetur, ne bigamus, aut maritus viduae ad sacros ordines promoueat. Ratio conclusionis est, quia in conjunctione Christi & ecclesiae vnitas vtrinq; inuenitur, nam Christus vnicus fuit spūs ecclesiae, & ecclesia vnica sponsa Christi, in qua vnicum est baptismus, & vnica fides. Vnde Paulus. 2. Corin. 11. Respondi enim viro virginem castam exhibere Christo. Quocirca syneritas matrimonij illius, qui ad sacros ordines est promouendus, postulat non solum ex parte ipsius, verum etiam ex parte vxoris, vnicum esse matrimonium: & intelligitur vidua ea etiā, quae à marito fuerit repudiata, dummodo ab ipso fuerit cognita, vt habetur Can. Qui in aliquo, di. 51.

Quarta conclusio, Quantum modus bigamiae, cū quis videlicet duxerit vxorem corruptam, licet non fuerit vidua inducit irregularitatem, eam enim damnare videtur Paulus iniquis. Respondi vos vni viro virginem castam, &c. Et de hoc est text. eodem Can. Qui in aliquo, & extra, Qui clerici vel vnicen. c. 1. Vbi Doctores adnotant, qd etiam si ille corruptionem sponsae ignorauerit, putans fuisse virginem, si postea constiterit, nō potest sacros ordines suscipere. Ratio Diui Thomae est, quia irregularitas non est poena iniuncta pro culpa, sed propter defectum significationis sacramenti. Et ideo etiam prae ter voluntatem potest contrahi. Et ad rationem, plus impeditur homo defectu proprio quam alieno: si vero homo corruptus ducat virginem, non fit bigamus, ergo neq; cum ducit corruptam. Respondetur negādo maiorem: causam huius discriminis assignat Canonista ex eo quod episcopus vel sacerdos significant ecclesiam militantem, cuius curam gerit, in qua sunt corruptiones multae, & ideo corruptio sponsi in viris non obstat, sponsa vero significat Christū qui fuit virgo. Hoc tamē nihil est, falsum est enim Christum per sponsam significari, & contra illud ad Eph. 5. Vbi diligite vxores vestrās, sicut Christus dilexit ecclesiam: vbi Christi significatur sponsus, & ecclesia ut sponsa. Et ideo subdit, quod caput mulieris est vir, sicut Christus ecclesiae: & 2. Corin. 11. Respondi vos vni viro, id est Christo. Alij dicunt per sponsam significari ecclesiam triumphātem, cuius nulla est macula, Christus autem

eius sponsus primo associatū sibi synagogae, eam concubinam, & ideo significationi sacramenti propter corruptionem sponsi, nihil defecit. Sed haec solutio minime placet, quia synagoga non fuit Christi concubina, sed vera vxor, eadem enim fuit antiquorum fides & nostra, & quod illa significabat futurum, nostra significat factum, quare Hier. 3. & Ezech. 16. Osee. 2. memoratur sponsatio Messie & synagoga. Ratio ergo haec est, qd mulier non potest esse irregularis, eo quod ipsa non est ordinibus suscipiendis idonea, sed solus vir, defectus autem significationis qui est causa irregularitatis, est ille qui in sacramento comittitur, non autem ille, qui est extra sacramentum: corruptio autem viri ante matrimonium extra ipsam sacramentū est, cū vero ipse sibi corruptum matrimonio iungit, ipsum viciat, eius significationem tollens, nam motus ex termino sumit speciem, & matrimonium viri terminatur ad feminam, & ideo contrahens cū corrupta fit irregularis. Et eadem ratione si ipsa postea esse irregularis, contraheret irregularitatem, nuben do ei, qui corruptus est. Si autem quis virginem deslorauerit, quam postea ducit, cum qua & matrimonium consummat, sunt quā dicant fieri bigamum, ac si ab alio fuisset corruptus, sed probabilius est, inquit S. Thom. quin vero ita tenendum, quod non fit bigamus, quia neque ipse, neque ipsa carnē suam diuisit in plures.

Quinta conclusio, Sextum genus bigamiae, nempe, dum vxor cū alio rem habuit, maritus postea eam cognouit, irregularis fit secundum probabiliorē opinionem, vt ait S. Th. quāuis dum eam cognouit, eius ignorauerit adulterium, vel illud sciens ei indulserit, quanquam ab ecclesia fuerit cōspūsus cohabitare cum illa, quia forte in iudicio adulterium non probauit: in quocunque ergo casu fit irregularis ille, non propter poenam culpae, sed propter defectum significationis, veluti si corrupta duxisset, quae ideo irregularitas cōtra voluntatem quoq; cōtra hi potest. Pro hac conclusione citatur Canon. Si cuius, & Si laici. 34. dist.

Sexta conclusio, ex postremo bigamiae genere, nempe, dum quis post votum solennitatis, matrimonium defacto contrahit, irregularitas incurritur, vt patet cap. Presbyterum. 28. dist. quanquam illic sermo habeatur de illo, qui ante ordines fuerat coniugatus, & illis susceptis, aliud matrimonium defacto contraxerat. Sed est text. Can. Quod

i. c. cōcl. 50

d. 27. q. 1. & c. nuper de bigamis, vbi sanctum, quod cum illis non dispensetur, licet irregularitas bigami non exsistant, matrimonio namque spirituale, quod voto contrahant, per aliud de facto carnale violant.

Dubium aliud est, an cum bigamo dispensare liceat. Canonistae existimantes irregularitatem bigamiae iure Diuino contrahi; quia Apostolus monet sacerdotem debere esse vnus vxoris virum, inter se digladiantur. c. super eo, extra de bigamis, an Papa possit cum bigamis dispensare. Respondetur nihilominus duabus conclusionibus. Prima conclusio, Papa potest super irregularitate cuiuscunque bigamiae dispensare, vbicunque ratio id exegerit. Conclusio constat ex consuetudine ecclesiae, quae cū bigamis falsum dispensat ad omnes sacros ordines suscipiendos: nam Lucius Papa fertur, vt S. Thom. & glossator super cap. Lector referunt, dispensasse cum episcopo Panoimitano, qui fuerat bigamus. Et ratio est manifesta, quia in omne eius posituum, quod ab ecclesia habet ortum, habet Papa potestatem dispensandi, haec autem irregularitas à iure positum, vt ostendimus, vim habuit, Apostolus namque non tanquam Christi praecipuum promulgans, sed licet Pastor ecclesiae, decētiam sacerdotis docens, dixit debere esse vnus vxoris virum, veluti pudicum, non violentum, nec percussorem, ergo & Papa qui eadem autoritate Pastoris vtitur in ecclesia, potest dispensare, sicut & Paulus, si modo ecclesiae praesideret, dispensaret, cū ad essentiam sacramenti monogamia nō attineat. Et confirmatur, quia Papa cū homicidijs dispensat, licet Paulus dicat, Non percussorē, vana ergo est illa collectio, Papa non potest facere de bigamo non bigamum, ergo nō potest cum eo dispensare. Similiter neque potest de homicida non homicidam, & tamen cum eo dispensat. Confirmatur eadem veritas per cap. Presbyter, dist. 82. vbi habetur, quod quanquā secundum canones Apostolorum, fontatores presbyteri sint deponendi, habet tamen locum super eo Pontificia dispensatio.

Secunda conclusio, Licet ad suscipiendos sacros ordines maiores, solus Papa cum bigamo dispensare valeat, tamen ad suscipiendos minores, episcopus dispensare potest. Prima pars ab omnibus conceditur super citato cap. Lector. 34. dist. Vbi habetur, quod si quis viduam in vxorem acceperit, in le-

ctoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, hoc aut ad aliores ordines non promoueat: nunc vero super subdiaconatum, per solum Pontificem maximū dispensatur. Ratio est, quia ordinibus sacris annexum est continentiae votum; per quos homo Diuino cultui mancipatur. Per rationem contrariam prebatur secunda pars tanquā probabilior opinio, quam S. Thom. tenet, quia cū per minores ordines homo sacris non simpliciter mancipetur, nō est cur episcopis non liceat quandoque ordinare, & potestate qua possunt, vii. Ex quo fit, qd Franciscus ille iurisperitus, qui in glossa super. c. vnico de bigamis lib. 6. refertur absq; ratione ex. d. c. in tulit, episcopis huiusmodi dispensationem esse prohibita, quia in text. nihil aliud sancitur, quā quod bigamis omnino clericali priuilegio sint priuati, de dispensatione vero nihil prohibetur, quinimo D. Thom. addit quosdam dicere, quod etiā episcopi possunt dispensare, quantum ad maiores ordines, cū religiosi ad euitandum eorum discursum. Huiusmodi tamen opinio iam more & vsu aboleuit, vt ait Palude di. 27. q. 4. Abbates vero nisi ex priuilegio, aut ex consuetudine, vim priuilegij inditium sit, super bigamia dispensare nequeunt.

Pro Hieronymo, controuerfia fuit inter ipsum & Augustinum, an bigamus per baptismū soluitur ab irregularitate bigamiae? Hieronymus quippe, vt vidimus, & habetur dist. 26. Can. Vnius vxoris, & 28. q. 3. Can. Oportet, censuit, quod si quis in infidelitate fuerit coniugatus, licet mortua vxore, aliam post baptismum ducat, non censetur bigamus, quia cum tunc nouus fiat homo, nihil quod antecesserit, debet ei obesse. Augustinus vero, quod Can. acutius, eadem dist. & quaestione refertur, contrarium censuit, nempe huiusmodi hominem esse bigamū. Nam inquit de sacramento agitur, non de peccato, ideo qui carnem suam in plures diuiserit, siue ante, siue post baptismum, significationem non retinet vnitatis sacramenti: & ideo sacris ordinibus suscipiendis idoneus non est. Quomodo modum si puella ante baptismum corrupta fuit, non refertur post baptismum in catalogum virginum, & ideo si quis eam coniugio sibi copularit, bigamus fit, ac perinde irregularis. Iuxta quā doctrinam in controuerfia hac, vsus ecclesiae, & eius traditio sequitur sententiam Augustini, quā non dubito quin Hieronymus hodie seque retur, sed cū diffinitio Conciliorum, nec de-

creta

creta Innocentij, & cæterorum Pontificum non præcessissent, non mirum quod partem contrariam, eam quæ nunc in praxi ecclesiæ est, sustinuerit.

### TRIGESIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An Angeli longe ante mundū fuerint creati.



**M** Hieronymus in commentario epistolæ ad Titum explicans hoc, *Quam promisit Deus ante ipsa secularia*, Titū 1. docet Angelos conditos ante hunc mundum visibilem, inquit, sex millia nedom nostri orbis implerent anni, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas seculorum originas arbitrandū est, in quibus Angeli, Throni, Dominationes, cæteræque virtutes seruiuerint Deo, & abique temporum vicibus atque mensuris, Deo iubente subsisterint.

Basilius in primo sermone Exameron enarrans hanc sententiam, In principio creauit Deus cælum & terram, Genes. 1. sentire videtur, quod Deus multis seculis ante hunc mundum visibilem, alium inuisibilem mundum creauit, & in ipso Angelicam naturam longe ante huius visibilis mundi creationem, condiderit. Sic enim ait, Moses hanc vocem præposuit inquit, In principio fecit, quia etiam ante hunc mundum erat (veluti verisimile est) aliquid, quod intelligentia quidem nostra contempleri licet, verum id narrare omisit, quod his qui introducuntur adhuc, & infantibus parum apta ea cognitio extitit. Erat sane status quidem mundi generatione venustior, abstractis illis a concreatione materie potentis mudo præstationibus, conueniens temporis etiam conditione anterior, æternus nimirum ac sempiternus, hoc est, nulli vnquam subiectus corruptioni ac destructioni: opificia autem in ipso omnium conditor perfecit lucem spiritualesque beatitudinem diligentiū Dominum conuenientem, rationales & inuisibiles naturas, & omnium intelligibilem ornam, quæ intelligentiam nostram excedunt, quorumque nomina inuenire impossibile est: hæc enim in visibilibus mundi essentiam complectens, veluti nos docet Paulus dicens, quod in ipso con-

dita sunt omnia, siue visibilia, siue inuisibilia, siue Throni, siue Diationes, siue Principatus, siue Potestates, siue Potentia, siue Angelorum exercitus, siue Archangelorum præfecturæ. Rursum sermone. 2. explicans illud, Terra erit inanis & vacua, idem confirmat his verbis, Consideremus itaque quod quid erat ante sensibilibus vsus, & corruptibilibus mundi constitutionem, in luce nimirum id erat, neque enim Angelorum dignitates, neque omnes cælestes exercitus, neque in summa, si quid est nominatum ex rationabilibus & ministrantibus spiritibus in tenebris degebant, sed in luce & in omni spirituali lætitia sibi ipsis conuenientem statum habebant.

Origenes in libris Periarchon, & homi. 4. in Elaiam, fuit primus qui mundum inuisibilem, & Angelos ante hunc mundum eratos asseruit, à quo Patres antiqui sententiam eam similem sumplerunt.

Gregorius Nazianzenus sermone de Natali sic inquit, Deus primo qui dem Angelicas & cælestes excogitauit virtutes, statimque excogitatio opus fuit verbo pariter adimpletum, & spiritu consummatum, & ita subsisterunt splendor secundū, primi illius splendoris ministri, cæterum postquam illi primo recte successerant, secundario mundum excogitauit materialem & visibilem, his est cælo & terra & horum quæ in medio sunt cōmixtio.

Ambrosius lib. 1. Exameron. c. 5. hunc locum, In principio creauit Deus cælum & terram exponens sic scripsit, Factus est ergo mundus, & cepit esse qui non erat: Verbum autem Dei in principio erat, & semper, sed & Angeli, Dominationes & Potestates, et si aliquando esse ceperint, erant tamen quando hic mundus factus. In præfatione psalmi primi, Laudant, inquit, Angeli Dominum, & ante ipsum mundi initium Cherubim & Seraphim cum suauitate canore vocis dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Hylarius lib. 12. de Trinitate non longè à fine, & in libello contra Auxentium paulo, ante finem. Isidorus Hispalensis episcopus libro. 1. de summo bono. c. 12. Ioannes Damascenus volumine. 2. Orthodoxæ. c. 1. plerique alij tam Græci quam Latini quod legitur esse dinumerare, indicant suo tempore hæc fuisse opinionem communem Theologorum Catholicorum omnium.

Augustinus quanquam magis approbet opinionem eorum, qui Angelos simul cum mun-

do creatos asserunt, in. 11. r. amen de Ciuitate Dei. c. 32. permittit, vt in hac re liberè sentiat vnusquisque quod velle, dummodo spirituales substantias Deo cœternas non faciat, & omnia tamen visibilia quam inuisibilia asserimet, & teneat à Deo in tempore condita:

Doctores scholastici disputant de hac questione. 2. sent. dist. 1. & S. Thom. 1. parte. q. 40. art. 1. & 2. In primo quaerit, an vniuersitas creaturarum semper fuit, & respondet duabus conclusionibus. Prima, quod mundus non fuit ab æterno, sed solus Deus, mundus vero incepit esse. Secunda conclusio, Hoc quod mundus incepit esse, vt fides asserit, non est impossibile, vt multi philosophi putauerunt. Primam conclusionem probat, quia voluntas Dei est causa rerum, si ergo necesse esset aliqua ita necesse esse, sicut necesse est Deum esse, necessarium ergo esset Deum illa non liberè, sed necessario velle, cum necessitas effectus ex necessitate cause dependeat, vt dicitur. 3. Metaph. absolute autem loquendo, non est necesse Deum velle aliquid, nisi seipsum, non ergo est necessarium Deum velle quod mundus semper fuerit, sed eatenus mundus est, quatenus Deus vult illum esse, cum esse mundi ex voluntate Dei dependeat, sicut ex sua causa, non est igitur necessarium mundum semper esse. Secundam conclusionem probat, quia rationes in contrarium induci non possunt, quæ simpliciter sint demonstratiue, sed solum secundum quid, neque ad contradicendum rationibus antiquorum ponentium mundum incepisse secundum quosdam modos in veritate impossibiles. Et hoc apparet ex tribus. Primo quidem, quia tam. 8. Phys. quæ 1. de Cælo præmittit quasdam opiniones, vt Anaxagoræ, Empedoclis, & Platonis, contra quos rationes contradictorias inducit. Secundo, quia vbiunque de hac materia loquitur, inducit testimonia antiquorum, quod non est demonstratiue, sed probabiliter persuadentis. Tertio, quia expresse dicit. 1. Topi. quod quædam sunt problemata dialectica, de quibus rationes non habemus, vt vtrum mundus sit æternus. Iuxta quam doctrinam aduertendum, quod maximum fundamentum philosophorum, ad probandum mundum semper fuisse, sumebatur ex necessitate Dei, & ex necessitate cœli: argumentum tamen nihil probat, neque concludit, quia tota res, & quod intendunt pro inconueniente inducere est, quod Deus posset mundum

destruere, quod Christiani liberè concedimus, nec tamen inde sequitur obligatio aliqua necessitatis naturalis in Deo, quia sicut si conseruat mundum, liberè conseruat, sic si destrueret, liberè perderet. Aliud argumentum potissimum illorum est, quia ex nihilo nihil fit, ergo per creationem, quæ apud ipsos omnino erat impossibilis, Deus mundus, neque Angelos creauit. Sed argumentum hoc nihil concludit, Quia licet illi experti sunt, quod in creaturis ex nihilo nihil fit, non autem in Deo, cuius potentia ad nihil extendit se. Et ideo recte ait S. Tho. q. imaginatio ista philosophorum demonstratiue non potest aliquid probare. Cum Catholicis est grauior disputatio.

An mundum incepisse sit articulus fidei, Respondet S. Thom. articulo. 2. quod possibile fuit, mundum fuisse ab æterno, & non semper fuisse sola fide tenetur, & demonstratiue probari non potest. Ratio est, quia nouitas mundi non potest demonstratiue recipere ex parte ipsius mundi, sicut demonstrari non potest, quod homo, aut cælum, aut lapidis non semper fuit, vniuersalia enim sunt vbi que & semper: similiter etiam neque ex parte cause agentis, quæ agit per voluntatem, voluntas enim Dei ratione inuestigari non potest, nisi circa ea quæ absolute necesse est Deum velle: talia autem non sunt quæ circa creaturas vult, potest autem huiusmodi voluntas Diuina manifestari per reuelationem, cui fides inuitur: ideo mundum incepisse est credibile, non autem demonstrabile, vel scibile, quod considerare vtile est, ne forte aliquis id quod fidei est demonstrare præsumens, rationes inducat, quæ infidelibus materiam irridendi præbeant, existimantibus, nos propter huiusmodi rationes credere, quæ fidei sunt.

Dubium est & solennis quaestio, an Deus potius ab æterno creare mundum. De quo est opinio diuersitas. Albertus Magnus 2. sentent. dist. 1. asserit mundum non potuisse ab æterno creari. Secundo inquit, quod dicere ab æterno potuisse creari, non solum est impossibile, sed est implicans contradictionem, superposita Catholica fide, quod ex nihilo sit factus. Henricus quodlibeto primo, Guillelmus Parisiensis libro de Vniuerso, idem tenet Parisius. q. 1. 2. sent. & Gregorius dist. 1. q. 3. Durandus. q. 3. 2. sentent. Ochan & Gabriel, & est communis opinio omnium Nominalium. Opinio S. Thom. aliquorū

aliquorum ipsam sequentium, nempe quod possibile fuit mundum fuisse ab aeterno, est omnino teneanda, & deberet pro ea sufficere vnicum argumentum, quod in litera formatur, quia si Deus non potuit mundum ab aeterno facere, vel esset ex parte impotentior voluntatis ipsius, qui non poterat velle, vel quia implicabat ex parte ipsius mundi, nullum illorum est verum, ergo potuit mundum ab aeterno producere. Secundo, produxit Filium & Spiritum Sanctum ab aeterno, quare ergo eodem modo non potuit mundum ab aeterno producere. Confirmatur, quia nullus potest negare, quin Deus ab aeterno habuerit voluntatem producendi mundum, dato pro isto tempore, ergo potuit habere voluntatem producendi illum ab aeterno. Tertio, si Deus esset causa naturalis productionis mundi, hoc est, agens naturale, quod necessitudo produceret mundum, produxisset mundum ab aeterno, ergo per hoc quod Deus agit per intellectum & voluntatem est minus potens, consequens autem absurdum est, ergo. Et confirmatur autoritate Augustini, quem citat S. Thom. Quia si solus ait Augustinus, fuisse ab aeterno, splendisset ab aeterno, similiter ergo Deus qui ab aeterno est, splendat, vel splendere potuit ab aeterno in omnibus suis operibus, & ita omnino tenendum est. Quod vero ex tempore incepit esse, est articulus fidei: conuitemur enim, Credo in vnum Deum creatorem caeli & terrae. Et Gregorius dicit homi. 1. Ezechielis, quod Moyses prophetauit de praeterito dicens, In principio, nempe, mundi creauit Deus caelum & terram, hoc est, secundum expositionem sacrorum Doctorum, naturam Angelicam, & naturam corpoream.

Vltimo dubitatur, an creatio rerum fuerit in principio temporis. Respondetur affirmatiue, ut constat ex illo, In principio creauit Deus caelum & terram Gen. 1. qui locus tripliciter exponitur, ad excludendum tres errores. Quidam enim posuerunt mundum semper fuisse, & tempus non habere principium: & ad hoc excludendum est prima expositio, in principio scilicet temporis. Quidam vero posuerunt duo esse creationis principia, vnum bonorum, aliud malorum: & ad hoc excludendum est secunda expositio, in principio, id est, in Filio sicut enim principium effectuum appropriatur Patri propter potentiam, ita principium exemplare appropriatur Filio, propter sapientiam, ut sicut dicitur, Omnia in sapientia fecisti, ita intelli-

gatur Deum omnia fecisse in principio, id est, in Filio, secundum illud Apostoli ad Col. 1. In ipso, scilicet, filio condita sunt vniuersa. Alij vero dixerunt corporalia esse creata a Deo medianibus creaturis spiritualibus: & ad hoc excludendum est tertia expositio, In principio creauit Deus caelum & terram, id est, ante omnia. Quatuor enim ponuntur simul creata, nempe, caelum empyrium, materia corporalis, quae nomine terrae intelligitur, tempus, & natura Angelica. Ex qua doctrina constat, quod mundus & Angeli ante hunc mundum non sunt creati, sed Deum tam caelum quam terram, & naturam Angelicam & humanam in principio creasse, secundum ordinem & dispositionem, quam Deus nobis per Moysen in Genes. tradidit. Et haec sententia Catholica diffinita est Concilio Lateranensi sub Innocentio. 3. anno M. CC. XV. his verbis: c. 1. suarum sanctionum, Creator omnium inuisibilium & visibilium, spiritualium & corporalium, sua omnipotentia virtute simul ab initio temporis vtraque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales, Angelicam, videlicet & mundanam. Et aduertendum quod propositum Concilij fuit refellere errorem Origenis, & eorum qui dixerunt, spirituales substantias primum productas a Deo, vel spirituali dignitate potuerunt, deinde cum peccassent, creata fuissent corpora omnia, quibus veluti carceribus detrusi, scelerum darent poenas.

Pro Hieronymo responderetur, cum secutum fuisse opinionem magistris sui Gregorij Nazianzeni, qui cum ceteris Patribus Origeni consenserunt, & tunc, ut Augustinus ait loco citato iuxta hanc quaestionem, liberum erat vnicuique, quod vellet sentiret, dummodo Angelos non efficeret cogitantes, Deo, & omnia assermet a Deo in tempore condita. Quod vero tunc licuit, nunc fieri neque opinari licet, cum Deum creatorem faciant caeli & terra.

TRIGESIMVM QVARTVM  
QVAESITVM.

An episcopus presbytero sit maior.

**H**ieronymus in commentario epistolae ad Titum hunc locum dilucidans, Et constituitur per ciuitates presbyteri, Creditur esse in coetu sententia,

tentia, qui docent episcopum non esse simpliciter sacerdoti superiorem, sed vtrunq; idem esse, verba eius haec sunt, Diligenter verba Apostoli attendimus dicentes, Ut constituas per ciuitates presbyteros, id est enim presbyter: qui episcopus. Augustinus in libro de haeresibus. c. 53. numerat sententiam hanc inter damnatos Arii errores. Et Concilium Tridentinum sess. 23. Can. 7. sic diffiniuit, Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam quam habet, illis esse eam presbyteris comunem, vel ordines ab ipsis collatos sine populi vel potestatis secularis consensu aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui ne ab ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati, neque missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramentorum ministrum, anathema sit. Vide de hac quaestione supra tomo. 4. Chrysostomi ad. 26.

TRIGESIMVM QVINTVM  
QVAESITVM.

An panis, quem in oratione Dominica petimus, sit panis corporalis.

**H**ieronymus explicans hunc locum, Apponit genia Dei, Titum. 2. asseruit petitionem panis quotidiani, quem in oratione Dominica petimus, non esse intelligendam de pane corporali, sed de spirituali duntaxat cibo. Vide de hac quaestione supra tomo. 2. Chrysostomi ad secundum.

TRIGESIMVM SEXTVM  
QVAESITVM.

An epistola ad Hebraeos Pauli sit.

**M**ulti fuerunt assertores epistolae Pauli ad Hebraeos neque esse Pauli, nec esse inter Catholicas scripturas numeranda, Epiphanius in 1. lib. aduersus haereses scribit auctorem huius erroris fuisse Martione,

qui praesentem epistolam vna cum epistolis ad Titum & Timotheum, ut Apostolo indignus recitavit. Arius, Aerianus, & Ariomanitae videtes hanc epistolam dogmati eorum maxime repugnare, negauerunt illam esse Pauli, & ideo eam de Canonicis scripturis, tanquam adulterinam & suspectam, abiecerunt: eadem ex causa Anabaptistae eam repudiarunt. Lutherus vero & Caluinus atque alij ex eorum officina Pauli Apostoli esse negant, dicentes illam nec Pauli spiritu, neque Apostoli maiestate dignam esse.

Quonia haec haeresis duo asserit, nimirum hanc epistolam non esse Pauli, & eam non esse Canonicam, ideo vtrunq; cofutandum est. Et quia haec epistola sit Pauli Apostoli, probatur primo ex testimonio B. Petri, qui scribens ad Hebraeos per Galatiam, Capadociam, ac Bithiniam dispersos, sic inquit, Propter quod charissimi haec expectantes, satagite immaculati & inuolati inueniri in pace, & Dñi nostri Iesu Christi longanimitate salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis, quod certe Paulus fecerat in tota hac epistola, in hoc semper incubens, ut eos ad tolerantiam praesentium erummarum, & spei firmam & certam futurorum praemiorum inducat, quod quanquam Paulus per omnem epistolam prosequatur, id tamè ardentius egit. 10. 12. ac. 13. capitulis.

Secundo manifeste apparet, neque Lucam, neque Clementem, nec Tertullianum, ut quidam existimant, fuisse huius epistolae auctores, sed Paulum ipsum, quod ex verbis in fine epistolae positus, quibus hortatur Hebraeos, ut pro salute sua Deum orerent, quo celerius ad eos reuertii possit, sit manifestum, sic enim ait, Amplius deprecor vos hoc facere, quo celerius vobis restituar. Quae verba Clementi, qui Romanus erat, neque Romae vnquam abfuerat, neque apud Hebraeos vixerat, conuenire non possunt, sicut neque Barnabae, de quo scriptores affirmant in Italiam non venisse. Vnde haec epistola ab Italia per Timotheum scripta, ipse in fine epistolae asserit, eam tradidisse Timotheo Hebraeis deferendam, quod forte Clementes non fecisset, quippe qui non tanto societatis vinculo Timotheo iungeretur. Sed nec Tertulliano ea verba aptari possunt. Primo, quia ante tempora Tertulliani in scriptis Patrum inueniantur plura testimonia ex hac epistola desumpta: tum etiam, quia Tertullianus ipse, ut Hieronymus in lib. de viris illustribus adnotat, de auctore huius epistolae suam sententiam protulit.



s. Theof. vi  
vmo.

Tertio, quia ipse author finem huius epistolae claudit in illa felicissima gratie precatione dicens, Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis amen. Quae precationem ipsemet Paulus in calce secundae epistolae ad Thessalonicen. testatur esse signum ac tesseram suam, qua omnes epistolas suas subscribere consueverat. Salutatio (inquiens) in ea manu Pauli, quod signum in omni epistola scribo, Gratia Domini nostri, &c.

Rem. 9.  
Rom. 11

Quarto suadet hanc epistolam esse Pauli ardentissimus ille zelus ac fervor, quo totus flagrabat Pauli animus ad conversionem Hebraeorum ad fidei veritatem, quem scribens ad Romanos indicat, dicens, Optabam anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei, ex quibus est Christus secundum carnem. Et rursum, Quandiu ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad emulandum provocem carnem meam, id est, Iudaeos, & saluos faciam aliquos ex illis. Eandem esse Pauli comprobatur commune omnium verborum testimonium. Beatus Dionysius Pauli discipulus in operibus suis cap. 38. citat testimonium ex illa epistola, tanquam a suo (vt vocat) praecatore duce ac in litoratore composita, cui subscribit B. Clemens tertius ad Beato Petro Romanae vrbis episcopus, de quo Eusebius libro. 3. inquit, quod videtur in epistola, quam Corinthis scripsit, testimonij Pauli ex epistola ad Hebraeos. Ad stipulatur Eusebio Clemens Alexandrinus, qui eandem epistolam a Paulo scriptam idiomate Hebraeo asserit, ac deinde a Luca in Graecam fuisse translata. Origenes in psalmodium primum ait, Quamuis nonnulli de ea, quae ad Hebraeos scripta est, dubitauerint, sed ego dico, sicut mihi maioribus traditum est, quia manifestissime Pauli est, & semper omnes antiqui maiores nostri ita eam, vt Pauli Apostoli, acceperunt. Idem sentit Chrysolomus & eius abreniator Theophilactus, qui ita inuehitur contra eos qui negant hanc epistolam esse Pauli, Non possum non admirari multum hominum impudentiam, qui eam intelligant per epistolam huius exordium tam multas hereses fuisse confutatas; haud affirmare desistunt Paulo non conuenire: velim autem non esse hos nescios epistolae huius & sensum, & profunditatem, & vim illam inconfutabilem nulli alterius esse posse quam Pauli, qui Christi habet in seloquentem. Idem sentunt Am-

brosius, Hieronymus, Augustinus, Nobis sane fit vni totius Catholice ecclesie testimonium, quae in natalitijs Domini nostri Iesu Christi solennitatibus huius epistolae initium sub nomine B. Pauli Apostoli in Diuinis mysterijs cantat, & quibus constat epistolam hanc alterius non esse quam Pauli.

Quod vero praesens epistola in Canonis Diuinarum scripturarum recipienda sit testantur sanctorum Conciliorum decreta, nam Nicena Synodus eam tanquam a Paulo Apostolo scriptam inter sacra volumina recipit, Concilium Laodicenum in catalogo retulit, & Carthagenense tertium, & Arauxicanum, quibus subscribitur decreta Innocentij primi, Gelasij, & Eugenij quarti, quae hanc epistolam in catalogo Diuinarum scripturarum annumerant.

Quod etiam in ecclesia semper vt Canonica recepta fuerit communis Patrum Graecorum consensus ostendit: & contra haereticos: ne testimonia omnia pericram sententia Theodoretici contra Arianos hanc epistolam repudiantes nobis sufficiat, qui inquit, quod qui eam reliquis separat, & eam adulterinam appellant, qui enim aduersus Christum Dominum linguas mouent, quid non ausi fuerint aduersus eius beneuolus & graduloquos veritatis praecones ipsius enim Domini vox est, si me persecuti sunt, & vos persequantur. Quod si ne hoc quidem ad eos persuadendum satis est, Eusebio oportebat eos credere, quem patronum suorum decretorum appellant, nam is Pauli hanc esse epistolam confessus est: sed miseri cum non possent ijs, quae de vniuersi Diuinitate aperte dicta fuerant, resistere, ausi sunt totam epistolam rejicere, cum tamen eius & decreta & sententiae magnam habeant cognationem cum alijs eiusdem epistolis. Haec Theodoretus. At Augustinus, cum aliquos Latinos hanc epistolam non recipere audisset, male se dixit Orientalium ecclesiarum sequi auctoritatem, apud quas nulla vniquam fuit de hac epistola ambiguitas. Hieronymus autem ad Dardanum efficacissimum argumentum eius auctoritatis exhibuit, quod eam longissimum ecclesiae vsus continua lectione approbauerit. Haec satis sint aduersus huius epistolae hostes, ad obiectionem eorum satisfaciendum.

### OBIECTIONES HAERETICORUM.

Hiero.

**H**ieronymo obijciunt haeretici, quod testatus est epistolam Pauli ad Hebraeos vsque ad sua tempora in canone non fuisse assumptam, ait enim super. 6. Esaias caput. Vnde & Paulus Apostolus in epistola ad Hebraeos, quam Latina consuetudo non recipit: & in caput Esai. 8. inquit, Ceterum B. Apostolus in epistola quae ad Hebraeos scribitur, licet eam Latina consuetudo inter Canonicas scripturas non recipiat. Quin parum auctoritati huius epistolae tribuere videtur, quia eam semper praemissa dubitatione nota citare solet. Respondetur, dato nusquam nedom a Hieronymo, neque ab antiquis Patribus hanc epistolam citatam fuisse, & quod plus est, etiam si ab ipsis aliquando fuisset de ea dubitatum, quid ergo, nunquid & nobis licebit iterum de ea dubitare minime profecto, nam post tot Conciliorum decreta, & communem totius ecclesiae Catholicae consensum, de ea dubitare absque nota haeresis minime liceret, nam cum nondum totius ecclesiae auctoritas quidquam de hac epistola decreuisset, liberum fuit Patribus sine periculo haeresis de ea dubitare, ac differere, nunc vero quaedo epistola haec post tantam annorum multitudinem, tot Conciliorum decretis in Canone assumpta est, non solum temerarium, sed haeticum est iterum illius auctoritate in dubium reuocare. Quod autem asserunt, hanc epistolam tempore Hieronymi non fuisse in Canone, & ipsum auctoritati eius parum tribuisse, id illi imponunt, vt constat ex epistola ipsius ad Dardanum, vbi inquit, Epistola quae inscribitur ad Hebraeos, non solum ab ecclesijs Orientis, sed ab omnibus Graecis sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli recipitur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit, nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsim Ioannis eadem libertate recipiunt, & nos veramque recipimus. Ex quibus patet quod licet irrationabilis vulgi consuetudo tempore Hieronymi epistolam hanc non receperet, tamen ipse Hieronymus, & ceteri ecclesiae praefides, quorum de auctoritate Diuinarum litterarum erat discernere, epistolam ad Hebraeos pro Canonica recipiebant, sicut Concilium Tridentinum sels. 5. in receptione & numeratione librorum sacrorum veteris & noui Testamenti eam recipit his verbis, Quatuordecim epistolae B. Pauli Apostoli, scilicet, ad Romanos, ad Corinthios duas, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, &c. ad Hebraeos.

Secundo obijciunt Hieronymo, quod scripsit, quod nihil refert sciri e cuius ea epistola sit, cum contra crimen haeresis affirmari possit illam non esse Pauli, ipso ita diffidente in epistola ad Dardanum, vbi sic ait, eam epistolam plerique vel Barnabae, vel Clementis arbitrantur, veterum nihil interest cuius sit, cum sic ecclesiastici viri, & quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Respondetur Hieronymum non in morem asserentis ac deteminantis id protulisse, sed ex aduersario legem ostenderet absurdam illationem eorum, qui ex incertitudine auctoris inferbant epistolam hanc non esse Canonicam: hanc igitur collectionem reiiciens Hieronymus inquit, quod cuiuscumque epistola sit, nihil obest, quin Canonica esse possit, dummodo orthodoxi & ecclesiastici viri sit.

Tertio argumentantur epistolam abijciendam esse, ex eo quod author eius in ipso statim exordio vna cum Arianis male de vniuerso Filio Dei diuersum substantiam a Patre facit, nominans eum non substantiam Patris, sed splendorem gloriae, & imaginem substantiae eius, quorum neutrum substantia est. Tum quod Filium non a Patre genitum, sed cum alijs creaturam factum demonstrat, cum addit tanto melior Angelis effectus, quanto praeter illis excellentius nomen hereditauit. Respondetur Pauli verba tantum ab esse ad Arianorum fauore, vt eis quam maxime aduersentur, nam vt Theophilactus ait, verba haec sunt iuxta Gregorij Niceni explanationem, Paulus filium Patris splendorem ac figuram docens, non eum significat Patre minorem, sed per splendorem ostendit essentiae vnitatem, quia filius Patri coaeternus & consubstantialis est, non secus ac lucis splendor, per figuram vero naturae equalitatem, quia figura, neque superpositum excedit, neque a supposito exceditur, cum vero filium factum dixit, non Diuinitate factum intellexit, sed corpore & humanitate factum demonstrat.

Quarto argumentantur, quia idem author cap. 6. huius epistolae fauere videtur Nouatianis, qui veniam denegant lapsis, ait enim, Impossibile est qui semel illuminati sunt, & prolapsi sunt rursus renouari ad poenitentiam, & cap. decimo, hoc idem confirmans addit, Voluntarie nobis peccantibus postquam accepimus veritatis agnitionem, non relinquatur hostia pro peccatis. Quae sententiae, dicunt, adeo crudeliter sunt

V 2 18



Tertio, quia ipse author finem huius epistolae claudit in illa felicissima gratiae precatione dicens, Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis amen. Quae precatio non ipsemet Paulus in calce secundae epistolae ad Thessalonicen. testatur esse signum aetheram suam, quae omnes epistolas suas subscribere consueverat. Saluatio (inquit) in ea manu Pauli, quod signum in omni epistola scribo, Gratia Domini nostri, &c.

Quarto suadet hanc epistolam esse Pauli ardentissimus ille zelus ac feruor, quo totus flagrabat Pauli animus ad conversionem Hebraeorum ad fidei veritatem, quem scribens ad Romanos indicat, dicens, Optabam anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei, ex quibus est Christus secundum carnem. Et rursus, Quandiu ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad emulandum provocem carnem meam, id est, Iudaeos, & saluos faciam aliquos ex illis. Eandem esse Pauli comprobatur commune omnium veterum testimonium. Beatus Dionysius Pauli discipulus in operibus suis eap. 38. citat testimonium ex illa epistola, tanquam à suo (vt vocat) præceptore duce ac institutore composita, cui subscribit B. Clemens tertius à Beato Petro Romanæ vrbis episcopus, de quo Eusebius libro. 3. inquit, quod vitur in epistola, quam Corinthis scripsit, testimonium Pauli ex epistola ad Hebraeos. Astipulatur Eusebio Clemens Alexandrinus, qui eandem epistolam à Paulo scriptam idiomate Hebraeo asserit, ac deinde à Luca in Græcum fuisse translata. Origenes in psalmum primum ait, Quamuis nonnulli de ea, quae ad Hebraeos scripta est, dubitauerint, sed ego dico, sicut mihi maioribus traditum est, quia manifestissime Pauli est, & semper omnes antiqui maiores nostri ita eam, vt Pauli Apostoli, acceperunt. Idem sentit Chrysostomus & eius abreuiator Theophilactus, qui ita inuehitur cõtra eos qui negant hanc epistolam esse Pauli, Non possum non admirari multum hominum impudentiam, qui eum intelligant per epistolam huius exordium tam multas hereses fuisse confutatas, haud affirmare desistunt Paulo non conuenire: velim autem non esse hos nescios epistolae huius & sensum, & profunditatem, & vim illam inconfutabilem nulli alterius esse posse quam Pauli, qui Christi habet in se loquentem. Idem sentiunt Au-

gustinus, Hieronymus, Augustinus, Nobis facte vnũ totius Catholice ecclesie testimonium, quæ in natalitijs Domini nostri Iesu Christi solemnitatibus huius epistolae initium sub nomine B. Pauli Apostoli in Diuinis mysterijs cantat, è quibus constat epistolam hanc alterius non esse quam Pauli.

Quod vero præsentis epistolam in Canonem Diuinarum scripturarum recipienda sit testantur sanctorum Conciliorum decreta, nam Nicæna Synodus eam tanquam à Paulo Apostolo scriptam inter sacra volumina recipit, Concilium Laodicenum in catalogo retulit, & Carthagense tertium, & Arauxicanũ, quibus subscribant decreta Innocentij primi, Gelasij, & Eugenij quarti, quæ hanc epistolam in catalogo Diuinarum scripturarum annumerant.

Quod etiam in ecclesia semper vt Canonica recepta fuerit communis Patrum Græcorum consensus ostendit: & contra hereticos: ne testimonio omnia percurrant sententia Theodoretæ contra Arianos hanc epistolam repudiantes nobis sufficiat, qui inquit, quod qui eam à reliquis separant, & eam adulterinam appellant, qui enim aduersus Christum Dominum linguas moent, quid non auli fuerint aduersus eius beneuolos & graduloquos veritatis præcones? ipsius enim Dominus vox est, Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Quod si ne hoc quidẽ ad eos persuadendum satis est, Eusebio oportebat eos credere, quem patronum suorum decretorum appellant, nam is Pauli hanc esse epistolam confessus est: sed miser cum non possent ijs, quæ de vniuersitate Diuinitate aperte dicta fuerant, resistere, auli sunt totam epistolam rejicere, cum tamen eius & decreta & sententia magnam habeant cognationem cum alijs eiusdem epistolæ. Hæc Theodoretus. Ad Augustinum, cum aliquos Latinos hanc epistolam non recipere audisset, male se dixit Orientalium ecclesiarum sequi auctoritatem, apud quas nulla vnquam fuit de hac epistola ambiguitas. Hieronymus autem ad Dardanum efficacissimum argumentum eius auctoritatis exhibuit, quod eam longissimus ecclesie vsus continua lectione approbauerit. Hæc satis sint aduersus huius epistolæ hostes, ad obiectionum satisfaciendum.

OBIECTIONES HAERETICORUM.

Hiero-

Hieronymo obijciunt heretici, quod scriptus est epistola Pauli ad Hebraeos vsque ad sua tempora in Canone non fuisse assumptam, ait enim super. 6. Esaiæ caput. Vnde & Paulus Apostolus in epistola ad Hebraeos, quam Latina consuetudo non recipit: & in caput Esaiæ inquit, Carterum B. Apostolus in epistola quæ ad Hebraeos scribitur, licet eam Latina consuetudo inter Canonicas scripturas non recipiat. Quin parum auctoritati huius epistolae tribuere videtur, quia eam semper præmissa dubitatione nota citare solet. Respondetur, dato nusquam nedum à Hieronymo, neque ab antiquis Patribus hanc epistolam citatum fuisse, & quod plus est, etiam si ab ipsis aliquando fuisset de ea dubitatum, quid ergo, nunquid & nobis licebit iterum de ea dubitare? minime profecto, nam post tot Conciliorum decreta, & communem totius ecclesie Catholicæ consensum, de ea dubitare absque nota hæresis minime liceret, nam cum nondum totius ecclesie auctoritas quidquid de hac epistola decreuisset, liberum fuit Patribus sine periculo hæresis de ea dubitare, ac differere, nunc vero quæ de epistola hæc post tantam annorum multitudine, tot Conciliorum decretis in Canone assumpta est, non solum temerarium, sed hereticum esse iterum illius auctoritatẽ in dubium reuocare. Quod autem asserunt, hanc epistolam tempore Hieronymi non fuisse in Canone, & ipsum auctoritati eius parum tribuisse, id illi imponunt, vt constat ex epistola ipsius ad Dardanum, vbi inquit, Epistola quæ inscribitur ad Hebraeos, non solum ab ecclesijs Orientis, sed ab omnibus Græcis sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli recipitur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit, nec Græcorum quidẽ ecclesie Apocalypsin Ioannis eadem libertate recipiunt, & nos vtrunque recipimus. Ex quibus patet quod licet irrationabilis vulgi consuetudo tempore Hieronymi epistolam hanc non reciperet, tamen ipse Hieronymus, & ceteri ecclesie præsidēs, quorum de auctoritate Diuinarum literarum erat discernere, epistolam ad Hebraeos pro Canonica recipiebant, sicut Concilium Tridentinum fess. 5. in receptione & nũmeratione librorum sacrorum veteris & noui Testamenti eam recipit his verbis, Quatuordecim epistolæ B. Pauli Apostoli, scilicet, ad Romanos, ad Corinthios duas, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, &c. ad Hebraeos.

Secundo obijciunt Hieronymo, quod scriptus est nihil refert scire cuius ea epistola sit, cum citra crimen hæresis affirmari possit illam non esse Pauli, ipso ita diffidente in epistola ad Dardanum, vbi sic ait, eam epistolam plerique vel Barnabæ, vel Clementis arbitrantur, verum nihil interest cuius sit, cum sic ecclesiastici viri, & quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Respondetur Hieronymum non in morem asserentis ac determinantis id prouulisse, sed ex aduersariorum sententia, vt secundum disputantium legem ostenderet absurdam illationem eorum, qui ex incertitudine auctoris inferebant epistolam hanc non esse Canonica: hanc igitur collectionem rejiciens Hieronymus inquit, quod iuscũque epistola sit, nihil obest, quin Canonica esse possit, dummodo orthodoxi & ecclesiastici viri sit.

Tertio argumentantur epistolam abijciendam esse, ex eo quod author eius in ipso statim exordio vna cum Arrianis male de vniuerso Filio Dei sentire videtur, tum quia Filium Dei diuersum substantia à Patre facit, nominans eum non substantiam Patris, sed splendorem gloriæ, & imaginem substantiæ eius, quorum neutrum substantia est. Tum quod Filium non à Patre genitum, sed cum alijs creaturis factum demonstrat, cum addit ratio melior Angelis effectus, quanto præ illis excellentius nomen hærediauit. Respondetur Pauli verba tantum abesse ab Arrianorum fauore, vt eis quæ maxime aduersentur, nam vt Theophilactus ait, verba hæc sunt iuxta Gregorij Niceni explanationem, Paulus filium Patris splendorem ac figuram docet, non eum significat Patre minorem, sed per splendorem ostendit essentia: vnitatem, quia filius Patri coæternus & consubstantialis est, non secus ac lucis splendor, per figuram veronostre equalitatem, quia figura, neque superposita excedit, neque supposito exceditur, cum vero filium factum dixit, non Diuinitate factum intellexit, sed corpore & humanitate factum demonstrat.

Quarto argumentantur, quia idem author cap. 6. huius epistolæ fauere videtur Nouatianis, qui veniam donec lapsus, ait enim, Impossibile est qui semel illuminati sunt, & prolapsi sunt rursus renouari ad poenitentiam, & cap. decimo, hoc idem confirmans addit, Voluntarie nobis peccantibus postquam accepimus veritatis agnitionem, non relinquitur hostia pro peccatis. Quæ sententia, dicunt, ad eos ecclesie sunt.

vt inbecilles peccatorum cōscientias in de-  
speratione adducat. Respondetur primo,  
Paulum non excludere peccatores à peni-  
tentia, sed ostendi diuersum gradum digni-  
tatis inter eum, qui se innocentem custodi-  
uit, & illum qui peccauit: gloriosus enim est  
non cecidisse, quam post casum à peccati de-  
formitate resurgere: dignitatis ergo derimē-  
tum est in eo qui peccauit, sed nō damnū  
salutis, quia sicut amisso decore virginitatis,  
impossibile est ad ipsam renouari, ita &  
nulla dignitate iustitiae ad eandem innocen-  
tiae dignitatem per penitentiam renouari:  
verum sicut ei, qui à virginitate lapsus est, se-  
cundus honor continentiae adhuc remanet,  
ita illi qui post laucrum collapsus est, secū-  
da adhuc remanet medela. Secūdo dicimus,  
quod Paulus in his verbis non prorsus peni-  
tentiam exclusit, sed rebaptizantium peni-  
tentiam, qui peccatores post lapsum ad peni-  
tentiam non recipiebant, nisi reiterato bap-  
tismate, quod Martionistis in vsu erat, qđ  
Pauli tempore fieri ceptum esset, pronun-  
tiat Apostolus fieri non posse, vt peccatores  
per baptismi iterationem ad penitentiam  
renouentur. Et in hoc sensu verba illa deci-  
mi capitis intelligenda esse ostendit Chryso-  
stomus, his verbis, Quoniam in hoc nō peni-  
tentiam excludit, neque propitiationem,  
quae fit per penitentiam, neque repellit aut  
eiecit per desperationem delinquentem, nō e-  
nim ita inimicus est salutis nostrae: sed quidē  
secundū excludit laucrum, non enim dixit,  
Nō est vltra penitentia: neq; dixit, Non est  
vltra remissio, sed hostia (inquit) vltra non  
est eius secunda, vltra non est, hostiā quippe  
hanc vocat.

Quinto, Anabaptistae accusant Paulum,  
qđ testimonia veteris Testamenti perperam  
interpretetur, sicut fecit in principio episto-  
lae, vbi demonstraturus Christum esse filium  
Dei, testimonium illud Reg. violēter detor-  
sit, nēpe, Ego ero illi in patrem, & ipse erit  
mibi in filiū, quae verba non de Christo, sed  
de Salomone prolata sunt, sic enim eo loco  
Dominus per Natā prophetā ad Davidē lo-  
quitur, Suscitabo semen tuum post te, quod  
egredietur de vtero tuo, & firmabo regnū  
eius, ipse edificabit domum nomine meo,  
& ego ero illi in patrem, & ipse erit mibi in  
filiū, qui si inique aliquid gesserit, arguam  
eum in virga virorum, misericordiam au-  
tem meam non auferam ab eo, sicut abstu-  
li à Saul, quem auouī à facie mea. Quae ver-  
ba Christo accommodari nequeunt. Quo-

modo enim verba illa, Qui si inique aliquid  
egerit, arguam eum in virga virorum, Chri-  
sto aptari possunt, cū peccatum non solum  
non fecerit, sed neque peccare poterit. Re-  
sponderetur Paulum non violēter verba pro-  
fata ad Christum detorsisse, quia multa, quae  
ad literam de aliquibus in veteri Testamen-  
to dicta fuerunt, secūdam spiritum in Chri-  
sto impleta sunt. Praesens testimonium, vt  
Lactantius inquit, de Salomone intelligi ne-  
quit secundum literam, nam neque regnū  
Salomonis, quod in transmigratione Baby-  
lonis defecit, perpetuum dici potest, sicut e-  
ius vaticiniū verba pollicentur, cū dicit  
Deus, Stabilitam thronum regni eius vsque  
in sempiternum, neque de Salomone intelli-  
gi possunt verba quae sequuntur, Et fidelis  
erit domus tua, & regnū tuum vsque in eter-  
num, quia domus Salomonis plena fuit mul-  
lieribus alienigenis falsos colētib; &  
Salomonem ad idem impellentibus. Restat  
ergo vt in Christo filio Davidis cōpleta sint,  
cuius domus, hoc est, ceterus fidelium in sem-  
piternum fuit, & erit fidelis, cuius regnū,  
hoc est, ecclesia Christianorum in perpetuū  
est, iuxta Danielis sententiā, Potestas eius  
potestas aeterna, & regnū eius quod nō cor-  
rumpetur. Quare sicut haec verba de Chri-  
sto intelliguntur, ita & illa, Ego ero illi in  
patrem, & ipse erit mibi in filiū, quibus  
non obstant verba sequentia, Si inique ali-  
quid egerit, arguam eum, quia non de Chri-  
sti persona, sed de eius corpore mystico ac-  
cipienda sunt, qđ peccare potest, & ideo vi-  
sirat Dominus in virga iniquitates eorum,  
& in verbis peccata eorum, misericor-  
dia autē Domini, non auferetur ab eis.

Sexto, calumniantur Paulum ex eo quod  
cōmentitia quaedam ex incertis Hebræo-  
rum assertionibus assumit, asserens in arca  
foederis Iudaeorum fuisse vnam quandam  
auream cum manna, quae pluit in deserto,  
& virgam illam Aaron, quae fronduerat,  
cū, 3. Reg. scribatur, quod in arca non  
erat aliud nisi duae tabulae, quas posuerat in  
ea Moyses in Ore b, quando pepigit fe-  
dus cum filiis Israel, cū egredierentur de  
terra Aegypti. Ad hanc captionem respō-  
det Theophilactus in explanatione nomi-  
capitis ad Hebræos, quod eo forte Paulus ve-  
nam & virgā Aaron adiungit, quia à Gama-  
lele instructus, optime Hebraicam callebat  
historia, & maiorū traditione se ita he-  
berae acceperat, quin reddens causam cur hae-  
c in arca locata sint, inquit Diuina prou-  
dentia

dentia factum esse, vt in ea potissima Iudai-  
ce ingratiūdinis monumenta seruarentur:  
manna inducebat in memoriam, quod cōtra  
Deum murmurassent, & saepe eum exacer-  
bassent: virga Aaron conuariatam illorum,  
& quemadmodū illi obstitissent: tabulae testa-  
menti infidelitatis & cae cōstantiae illos argue-  
bant, quia illos & inuisa comrite fant, quia  
vitulū cōsultilem adorarūt, & idolis ser-  
uierunt.

Septimo, Paulum insiciantur, presertim ex  
eo quod aūthor eius sermone plausibili rhe-  
torice scripserit, splendidiore oratione, &  
grandiori stylo, minime sententiam illam ob-  
seruans, quā de seipso Paulus pronuntiat, di-  
cens se imperitum sermone: & non veni ad  
vos in sublimitate sermonis, vt pote qui facū-  
dior non esset, nec Pauli simplicitatem, quae  
in eius epistolis apparet, potuerit imitari.  
Respondetur, non esse mirandum, qđ Paulus  
per loca rhetorica sit diuagatus, & stylo splē-  
didiori vsus, cū naturale sit vnicuiq; plus in  
sua quā in aliena lingua vigere: ceteras e-  
nim epistolas Graeco sermone cōposuit, hāc  
autem Hebraice, & proprio eloquio, in quo  
facundior erat. Credibile est etiam, vt Ori-  
genes in epistolum primū inquit, vt quae Pau-  
lus Hebraica lingua eloquenter scripserat,  
Graecus interpretes (quisquis ille fuerit) elo-  
quentius etiam in Graecum sermonem tran-  
sulerit.

Octauo illud praeterea persuadere vide-  
tur epistolam non esse Pauli, quod ipse ipse  
nomen suum, sicut in ceteris epistolis suis face-  
re cōsueuerat, huic epistole non preposue-  
rit: neque ex hoc occasio dubitandi tollitur,  
ex eo quod inquitur a Apostolum id cōsul-  
to fecisse, ne Hebræi sibi insensū, cōspecto in  
frōte epistolae Pauli nomine, statim illā abij-  
cerent: poterat enim Apostolus, si forte hoc  
veritus fuit, nomen suum, vel in media epi-  
stola, vel iuxta finem inserere, sicut in omni-  
bus suis epistolis facere solebat. Respondet  
huic captioni D. Hieronymus in prefatione  
epistole ad Hebræos, sic inquit, quod si  
epistola haec non est B. Pauli, quia nomen  
eius praescriptū nō habet, ergo nullus erit,  
quia nullus alterius ei praescribitur nomen,  
quāto ergo prudētius vel ob hoc ipsum exi-  
stimare, eam esse B. Pauli, quia singularis in  
ea fuit nominis suppressio: ratio: ea vero  
duplex fuit vna quod ad eos scribēs, qui ex  
circuncisione erediti erāt, quasi gentiū Apo-  
stolus & non Hebræorum, sciens quoq; eor-  
um superbiam, itaq; humilitatem ipse

demonstrans, meritum officij sui noluit an-  
teferre: nam simili modo Ioannes Aposto-  
lus propter humilitatem in epistola sua no-  
nomen suum eadem ratione nō praetulit. Al-  
tera causa est, quod Paulus Hebraicis odio-  
sus erat, quibus & gentium Apostolus, & Ie-  
gis destructor videbatur, itaque nomē suum  
odiosum epistole non praeposuit, ne praeferi-  
pti nominis inuidia sequentis vtilitatem ex-  
cluderet lesionis, atque ea de causa nomen  
suum, neque intro scripsit, neque subscriptis  
sicut in ceteris epistolis fecerat, vt epistola  
libentius ab Hebræis principio vsque ad fi-  
nem tota perlegeretur.

Nono inducūt testimonia multa. Sc in pri-  
mis ipse Paulus, quia. c. 2. huius epistole nu-  
merat se inter illos, in quos Euāgelica salus  
cōfirmata est per illos, qui audierunt à Dño  
Iesu, cuius oppositum de se ipse Paulus pra-  
dicat inquit, se nec ab homine, neque per  
hōinem didicisse, sed per reuclationē Ie-  
su Christi, nihil sibi Apostolis conferenti-  
bus. Respondetur de verbis Apostoli, qui-  
bus se inter eos annumerat, videtur, qui non  
à Christo, sed ab Apostolis acceperunt Pau-  
lum his verbis asserere, se non de doctrina,  
sed de salute ab alijs didicisse, quae salus cō-  
firmata est in ipso per eos qui audierunt à  
Domino, nempe ab Aitania discipulo Do-  
mini, ad quem missus est, vt per illum in  
eo confirmaretur salus ex baptismi abla-  
tione, & visus restitutione: quamquam si  
de doctrina eius loquamur, haec quoque per  
eos, qui videbātur esse columnae ecclesiae cō-  
firmata est, vt ipse ad Galatas testatur, secū-  
do Apostolis contulisse Euāgelium suū, quod  
praedicabat in gentibus, ne forte in vacuum  
curreret.

Decimo dicant, quod neque illud Paulus  
conuenire potest, quod auctor in calce epi-  
stole pro Timotheo scribit, recognoscite fra-  
trem vestrum Timotheum dimitsum, cū  
quo si celerius venerit, videbo vos. Quo-  
modo enim conueniens est, vt Paulus, qui  
iam Cēsarem appellauerat, nec alia de cau-  
sa quam vt manibus Iudaeorum claberetur,  
tam repente mutatus, iterum vellet ad eos  
reuertere, promittatq; eis se celerius reuerfu-  
rum, vnde paulo ante metu mortis effuge-  
rat: Respondetur mirum non debere vide-  
ri, si Paulus, qui ob metum Iudaeorum Cēsa-  
rem appellauerat, ad Iudaeos iterum qua-  
si mutato consilio, reuertī desiderauit, quan-  
do Christus in Iudaeam, vnde paulo ante vix  
& manibus lapidantium effugerat, etiam

Hebr. 1.  
3. Reg. 7.

Dan. 9.

Psal. 88.

Hebr. 9.  
3. Reg. 7.

Gala. 4.

Gala. 2.

Hebr. vlt.

reprehendentibus Apostolis, reuerti voluerit. Duodecim enim, ait, horae sunt diei: unde & possibile est Paulū tum admonitū Dei spiriū, illud à quo prius abhorrebat animo desiderasse, praesertim cū exacto Romę bentiō tutius crediderit se Hierosolymā reuerfuri, vel q̄ iam Iudgorū sedatam inuidiam speraret, vel si nōdum sedatam crederet, tñ cū iam solutus esset, facile à Cæsare tutū sibi redditum ad suos polliceri.

Hebr. 1.  
Act. 13

Vndecimo asseruit testimonia scripturarū ab auctore aliter inducta, & aliter intellecta, quā à Paulo induci & intelligi soleant, quę indicat eam alium scripsisse quā Paulū, quod enim praesentis epistolę scriptor ex psal. 2. desumpsit, vt ostenderet Christiū esse Angelis maiorē, inquit, Cui aliquādo dixit Angelorū, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Paulus aliter intellexit, assumens illud ad probandā Christi resurrectionē, in synagoga Antiochię illud exponeret dicēs, Et nos annunciantes vobis eam, quę ad Patres nostros reponisio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitās Iesum, sicut in psal. 2. scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Beda facile obiectionē hanc diluit inquit testimoniu psalmi à Palo in Actibus recitatum, non ad resurrectionem Christi, de qua proxime A-

Beda sup  
13. c. Act.

postolus in concione sua dicturus erat pertinere, sed ad vtrāq; Christi natiuitatē aternā, scilicet, ac temporalem, de qua Paulus supra locutus est in eadem concione dicens, eum natum de femine Dauid secundū carnem, & à Ioanne tanquā Messiam verum Dei filium prædicatum.

Vltimo, quia omnis consensus Latinorum & Græcorum aliquorum ostendit auctorem huius epistolę nō fuisse Paulū, sicut Hieronymus sepe numero id annotauit, velut in libro de viris illustribus, vbi epistola hæc (inquit) apud Romanos vsque hodie quasi Pauli nō habetur. Et rursus eodē libro, epistola (ait) quę fertur ad Hebręos non esse Pauli creditur propter styli sermonisque distantiam, sed vel Barnabę, vel Lucę. Idem quoq; in epistola ad Paulinum, & in epistola ad Euagriū, ac plerisque alijs locis confirmatur. Inter Græcos autem, sicut Eusebius refert, Gaius inter ecclesiasticos scriptores minime contemnendus, eam à ceteris Pauli Apostoli epistolis rejicit. Ad omnia Hieronymi testimonia, vt iam diximus, respondemus eum, non secundum suam sententiam, sed aliquorum Latinorum, & vulgi consuetudinem loqui. Sed iam vt diffinimus, non licet de ea amplius dubitare.

14. c.

# ADVERTENTIAE

## in Beatum Ambrosium.

- 1 **A** ſit paradifus terreſtris.
- 2 An Moſes mortuus ſit.
- 3 An ſacerdotes ligent & abſoluant.
- 4 An anime ſanctorum ante diem iudicij Diuina viſione fruantur.
- 5 An gigantes ex Angelis & mulieribus geniti.
- 6 An militibus prædari liceat.
- 7 An Abraham cum Agar congreſſus fuerit adulterium.
- 8 An Angeli ante mundum conditi.
- 9 An omnes anime poſt hanc vitam ignibus probandę ſint.
- 10 An iurare omnino ſit prohibitum.

47 AB

- 11 An manentibus in infidelitate peccata dimittantur.
- 12 An anima Chriſti æqualem habeat cum Deo omnipotentiam.
- 13 An Virginis vulua in partu fuerit aperta.
- 14 An Chriſtus proficiebat ita ſapientia ſicut etate.
- 15 An liceat Chriſtianiſ proprium aliquod habere.
- 16 An Chriſtianiſ bellum gerere liceat.
- 17 An Petrus Chriſti Deitatem negauerit.
- 18 An ſine confeſſione & ſatiſſactione pœnitentia proſit.
- 19 An mors Chriſti ſit lugenda.
- 20 An Deitas ab humanitate Chriſti morte ſit ſeparata.
- 21 An omnes homines eligantur ad æternam vitam.
- 22 An omnis infidelium vita peccatum ſit.
- 23 An liceat marito adulterā repudiare. & an Synodus Tridentina clauſura irritare valuit.
- 24 An Iacob frater Domini ſuit filius Joſeph.
- 25 An Apoſtoli gentibus quatuor præcepta poſuerint.
- 26 An epifcopus & præſbyter ſint idem.
- 27 An fide ſola ſine operibus iuſtificemur.
- 28 An in lege fuerit vera remiſſio peccatorum.
- 29 An detur delictorum menſura extra quam non eſt ſaluſ.
- 30 An vera pœnitentia ſit à peccato ceſſare.
- 31 An quis ſciat ſe Chriſtum habere, & in eo habitare.
- 32 An demones reparandi.

### PRIMUM QVAESITVM.

An paradifus terreſtris ſit.



Ambrosius lib. de paradifo, in hæc verba, *Pliniani Dicitur paradifus, Genes. 2. duo à communi Theologorū confenſu aliena aſſere videtur. Primum, q̄ in terra non ſit, ſed in tertio cœlo: qui error Origeni tribuitur, cū enim in præſatione libri proponat, ſe inueſtigaturū quid & qualis ſit paradifus, maximam eſſe huiusmodi inqueſitionis difficultatem ex eo poſitiſſimum oſtendit, q̄ Paul⁹ in hunc paradifum raptus, neget ſe*

reminiſci poſſe: an in corpore, an extra corpus illum viderit, addens etiam ſe in eo au-diſſe & vidiſſe quæ non licet loqui. Et ne putet quòd Paulus non in cœleſtem, ſed in terræſtem paradifum ſit raptus, idem in expoſitione ſecundę epistolę ad Corin. aperte aſſeruit Apoſtolum ſublatum ad cœlos in paradifum Dei Patris cœleſtem.

Secundū eſt, quod ad imitationem philoſophorum videtur paradifum, & quæcūque in eo ſcripta ſunt iuxta allegoriam intelligere, reiecto hiſtorico ſenſu, hoc eſt, per paradifum animā, per hominem mentē, per feminam ſenſum, per ſerpentē delectationē, per lignū ſcientiam boni & mali ſapientiam, & per cæteras arbores, virtutes animę inſitas. Quam aſſertionem apertioribus verbis exprimit in epistola ad Sabinum ſic ſcribens, Lecto Exameron vtrū paradifum ſubteraxim requirendū putatiſti, & quā de eo habere ſententiam ſignificandū, idē, velle te ſtudio

2. Cor. 12.

V. 4. ſe

se cognoscere: ego autem iam dudum de eo scriptum nondum veteranus sacerdos, sententias autem de eo diversas esse plurimorum comperi, nam Iosephus locum terrae dicit referri a boeibus, virgultisque; plurimis, iterum etiam flumine, qui dividatur in quatuor fluvios. Alij alias: omnes tamen congruunt in paradiso lignum vine radicatum, & lignum scientiae, quae discernat bonum & malum, & caetera quoque; ligna plena vivificationis spirantia & rationabilia, ex quibus colligitur paradisi ipsum non terrenum videri posse, non in solo aliquo, sed in nostro principali, quod animatur & vivificatur virtutibus animae, & infusione spiritus Dei. Hac Ambrosius.

Origenis dogma fuit, quod scriptura de paradiso tradidit, totum in sensu allegorico intelligendum esse, ex eo quia in sacris literis nusquam invenitur paradisi illum plantatum fuisse in terra. Deinde quod frustra dicitur Moses, hunc horum post sextam diem materialibus plantis & arboribus fuisse continentem in terra, cum ante scripsisset omnes plantas & arbores tertia die fuisse à Deo productas. Item, quod frustra & inani consilio Deus horum terrestrem primis parentibus construxisset, qui nec ipsis statim peccantibus visus futurus esset, & post Adae peccatum à nemine colendus esset. His accedit quod Hieronymus his consideratis pronuntiabat, parad. sum fuisse à Deo conditum, antequam ipse faceret coelum & terram, significans non esse in hac visibili terra situm, sed in illa terra viventium, quae ante hanc visibilem mundum in invisibili mundo creata est.

De hac quaestione disputaui supra 3. tomo Hieronymi, & quid circa eam tenendum sit diffinivimus ex mente S. Thom. 1. parte. q. 102. per quatuor articulos illius quaestionis. Vide ibi. Rationes vero inducuntur ut suadeant paradisi terrestrem non esse, sed in sensu allegorico, quae de eo traduntur, esse intelligenda, parum aut nihil suaderent, nam quod primo loco inductum est, ex sacris literis non constare an paradisi sit in terra, falsissimum est. Moses enim clarissime inquit, parad. sum à Deo in regione terrae Orientalis, quae dicitur Heden, conditum, Heden vero esse proprium nomen loci apparet ex. 4. c. Gen. ubi legitur Cain habitasse ad Orientalem plagam Heden, & Ezechielis. c. 27. habetur Heden fuisse prope Charam Mesopotamiae regionem, illud vero quod Moses

scribit, hortu deliciarum post sextum diem à Deo conditum, non repugnat eo, quod prius retulit, plantas, scilicet, omnes tertia die conditas: fieri enim potest, ut Augustinus censet, quod plantae quae tertia die secundum quasdam rationes feminiles productae fuerant, iterum post opera sex dierum actu productae & absolutae sint: vel iuxta Chrysostomi sententiam dici potest, omnes plantae vix cum paradisi plantis tertia die simul conditas, Mosem vero post opera sex dierum iterum per epilogum meminisse productionis plantarum paradisi, qui etiam si à nullo post peccatum incoleretur, eum tamen non minus superfluum esse dixerit: sicut enim, teste Augustino, dicendum non est homini frustra datam immortalitatem corporis, quam ipse conservaturus non eratur, neque paradisi illum existimare oportet frustra conditum esse, quia post peccatum ibi habitatio magna non sit, nam et si locus ille homini ad habitandum non serviat, prodest tamen & ad eruditionem, ut agnoscat se inde culpa primi parentis eiectionem, & ut per eam quae corporaliter in eo esse scribuntur, ad spiritalia & invisibilia caelestis paradisi mysteria animam attollat. Ad id autem quod ultimo loco ex verbis Hieronymi violenter detorque conantur, paradisi videri conditum esse à Deo in illo invisibili mundo, qui huius visibilis mundi constitutionem praecessit, respondemus, id falso sibi imponi: ratio enim humana capere non potest, quod paradisi localis & terrenus locus, imò terrae ornatus ante terram fuerit, sed eum id significare voluisse, quod antequam Deus coelum & terram distinguendo & ornando perficeret, paradisi tertia die plantaverit, ut ipse Hieronymus. ro. c. commen. Danielis palam fecit his verbis, Conticebant eorum deliramenta, qui umbras & imagines in veritate sequentes, ipsam conantur evertere veritatem, ut paradisi, & fluvii, & arbores putent allegoriae legibus se debere subiacere.

Pro Ambrosio respondemus, credendum non esse ipsum Origenem in hac parte assensisse, praesertim cum in expositione sexti capituli. 1. ad Corinth. constanter affirmet, geminum esse paradisi, alterum terrenum, in quo Adam fuit conditus, alterum caelestem, in quem Paulus fuit raptus. Eius verba sunt, Haec est & Hierusalem inferior, est & superior, quam mater nostram vocat Apostolus, est & inferior paradisi, in quo homo positus mandatum & ut operaretur ibi, & ut

custodiret eum, accepit, est & ille caelestis, in quem raptus Apostolus, audivit verba argana, &c.

SECUNDVM QVAESITVM.

An mortuus sit Moses.



Ambrosius. 1. libro de Cain & Abel. cap. 2. pertractans hunc locum, *Adam vero cognoit uxorem, & peperit Cain, Gen. 4.* in expositionem huius periodi, sic mortuus est Moses per verbum Dei, &c. cuius vocabuli occasione asseruit Mosem nondum esse mortuum, sed translatum in meliorem vitam, sicut Helias, quod enim scriptum dixit Mosem mortuum esse, voluit intelligi non de interitu, qui fit per separationem animae à corpore, sed de translatione ad felicem & beatam vitam, sic enim scripsit, Non legimus de Mose, sicut de caeteris, quia deficiens mortuus est, sed per verbum Dei mortuus est, Deus enim neque defectionem neque adiectionem capit, unde & addidit scriptura, Quia nemo scit sepulchrum eius, quod ad translationem magis quàm ad interitum intelligas: mors enim secessio est quaedam animae & corporis: mortuus est igitur per verbum Dei, sic scriptura, non secuncum verbum, ut aduertas non nuntium mortis, sed gratiae munus expressum, qui translatus magis quàm de relictus est, cuius nemo novit sepulchrum: quis enim in terrenis reliquias eius potuit deprehendere, quem secum esse Dei filius in Evangelio demonstravit: denique & Helias simul est à quibusdam visus, qui translatus curru est, non sepultus, neque mortuus esse legitur, vivit enim qui cum Dei filio est. Moyses autem mortuus quidem legitur, sed per verbum Dei mortuus, per quod facta sunt omnia, per verbum igitur Dei non lapsus operis, sed firmiter mentum est, non ergo tanquam relapsus in terram deprehenditur corporis solutione, sed tanquam verbis caelestis operatione donatus & munere, ut quieti magis caro eius quàm sustinere acciperit.

Hylarius canone. 20. in Matth. in hanc periodum, Accessit ad Deum mater filiorum Zebedaei, Matth. 20. tradit Mosem nondum esse mortuum, sed vivere usque ad tempus Au-

thentis, in quo simul cum Helia propheta occiditur, verba eius sic habent, Christus assumptis Petro, Iacobo, & Ioanne, apparuit cum gloria suae habitus, Moise & Helia in monte comitantibus, & hos quidem eosdem duos prophetas praevententes adventum eius intelligimus, quos Apocalypsis Ioannis ab Antechristo perimendos esse dicit, licet varie de Enoch, vel de Hieremia, plurimorum exiterint opiniones, quod alterum eorum, sicut Heliam, mori oportebat, sed non postquam veritatem fidei, quàm Dominus tribus superioribus testibus revelavit, sensus nostri opinione corrumpere, neque alios venturos existimare, quam qui ad probationem fidei venisse conspecti sunt, & quaquam ultra Evangelicam veritatem non necesse fit operari, tamen si quis conditionem & mortis & sepulchri Moysi diligenter adverterit, si & secretarum scripturarum secundum Apostoli auctoritatem cognitionem adeptus sit, intelliget omnia ita esse tractata, ut Moses potuerit iam videri.

Ambrosius in hunc locum, Collocavit autem te paradisi voluptatis Cherubin, Gen. 3. tradit Mosem vna cum corpore viventem fuisse translatum in paradisi voluptatis, ut ibi usque ad consummationem saeculi viageret cum Enoch, Helia & Ioanne. Et eandem sententiam confirmat in expositione illius, Plantaverat Dominus paradisi Heden.

S. Thom. 3. parte. q. 45. art. 3. in solutione ad secundum argumentum innuere videtur Mosem mortuum esse, & quando testis translationis apparuit, ab inferis resurrexisse: & addit non sic intelligendum esse, quasi anima Moysi suum corpus reassumpserit, sed quod anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparent, Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidem de caelo empyrio allato, sed de aliquo eminenti loco, in quem fuerat in curru igneo raptus. Ex qua doctrina constat discernimen quod assignat inter apparitionem Moysi & Heliae, quia Moyses apparuit eius anima in aliquo corpore assumpto, Helias in proprio corpore: evidenter ergo assentitur quod Moses mortuus est, postquam non apparuit in proprio corpore, sed sola eius anima, corpore aliquo assumpto. Nec est eadem ratio de Helia & Enoch quae est de Mose, quia de his duobus scriptura expressè affirmat, quod rapti sunt, & translati corpore & anima à praesenti saeculo, cuius contrarium expresse affirmat de Mose, nam Deuter. 31.

Gen. 4. Ecce. 27

Deut. 34

Matth. 17

Apostolus

habetur, quod dixit Dominus ad Moysen, Ecce tu domus es cum Patribus tuis. & c. 24. ubi terra promissionis, dixit illi Dominus, Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam, mortuus es; est tibi. Moyses servus Dñi in terra Moab, iubente Domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor.

P. o. Ambrosio & Hyllario respodemus, pie eos locutos fuisse, ex eo q. loco citato post mortem Moïsi subiungit scriptura, Et non cognovit homo sepulchrum eius vsque in presentem diem, ex quo opinati sunt traslatum fuisse, sicut Helias & Enoch, vel q. non est mortuus morte communi, vt ceteri homines, sed morte speciali, quia mortuus est, vt statim corpus resurrexerit, vt Virgo Beatisima. Verior tamen sententia est quâ S. Thom. insinuat.

TERTIVM QVAESITVM.

An sacerdotes ligent et absoluât.

**A**mbrosij testimoniu ex opere de Cain & Abel in expositione horum verborum, *Abem autem cognovit postquam, & peperit Cam*, adducit Magister sententiarum. 4. dist. 18. vbi ostenditur quod si sacerdotes neque ligant, neq; absoluunt peccatores, sed tantum pronuntiant & ostendunt a solo Deo ligatos vel absolutos. in confirmationem suæ sententiæ citat Ambrosium loco citato sic habentem, Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. Que hæc disputata est supra tomo. 9. B. Hieronymi ad. 4. Vide ibi.

Animaduertendum tamen existimaui, vt Ambrosium hac suspensione vindicarem, & eos adnoderem, qui compediarij & summissi delectantur, ne grauentur a ribulis ad fontes concurrere, & ipsas Patrum sententias apud authores suos exquirere: plerūq; enim accidit, vt avariatores & collectores vel ex in curia vel ex nimio breuitatis studio, colligant aliorum sententias aut mutatas, aut interruptas, & sepe transpositis verbis & ad eod. immutatis, vt ex illis nouas ac plane diuersus sensus oriatur. Hæc dixerim, vt lectorem admoneam, Ambrosium longe aliter sensisse quam à Magistro sententiarum

citatur, verba enim eius ad literam in hunc modum habent. Remittuntur peccata per Dei verbum, cuius leuites interpres est, & quidam executor, remittuntur etiam per officium sacerdotis, sacrumq; ministeriu. Que sane verba Ambrosius idcirco protulit, vt ostenderet non solum Deum, sed etiam sacerdotes peccata remittere, sicut aperius id ipsum explicauit lib. 1. de poenitentia. cap. 7. inquit, Qui spiritum sanctum accipit, & soluendi peccata potestatem accipit, & ligandis enim scriptum est, Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt, ergo qui soluere non potest peccata, non habet Spiritum sanctum: munus Spiritus sancti est officium sacerdotis, ius autem Spiritus sancti in soluendis ligandisq; criminibus. Ex qua litera constat, quantū logius à sententia Magistri Ambrosius distet.

QUARTVM QVAESITVM.

An anime sanctorū ante diē iudicij Diuina visione fruantur.

**A**mbrosius lib. 2. de Cain & Abel hunc locū enarrās, *Concepti ex peccatis Cam*, Gen. 4. sentire videtur animas defunctorū vsque ad diem in diuini de sua salute incertas esse. Ait enim, Soluitur à corpore anima, & post finem vite huius adhuc tamen futuri iudicij ambigua suspēditur. A peritius hoc habet in libro de bono mortis. c. 10. vbi tradit animas sanctorum contineri sub terra in abditis receptaculis, ibique vsque ad diem iudicij expectare gloriam Dei, sic scribens, Scriptura dicit habitacula animarum promptuarie occupat, & occurrens querelæ humanæ, eo quod iusti qui præcesserunt videntur vsq; ad diē iudicij per plurimum tēporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter aut, corone esse similem diem iudicij, eorum enim dies expectatur. ab omnibus, vt intra eum diem & videri erubescant, & victores palmā adipiscantur victoriæ, ergo dum expectatur plenitudo temporis, expectant anime remunerationem debitam, alias manet pena, alias gloria. Et in eodem. c. vocat infernum locū, qui non videtur, quem petunt omnes anime corporibus exurg. *Quæ verba referre oportet*

vt ad consummatam felicitatem animæ & corporis, ac miseriam. Non enim crededum est Ambrosium in ea fuisse sententia, quam verba hæc prima fronte præferunt, cū ipse multis in locis asserat animas sanctorum ante resurrectionem visione essentia Diuinae frui, sicut in epistola. 59. ad Thessalo. de obitu Acolij, vbi inquit. Est igitur Acolius superiorum incola possessor ciuitatis eterne illius Hierusalem, quæ in cœlo est, videt illic vrbis eius mensuram immensam, purum autem lapidem pretiosum, lumē sine sole perpetuum: & hæc omnia iam dudum quidem sibi compta, sed nunc facie ad faciem. Et in cōmentarijs epistolæ ad Philippenses super illud, Cupio dissolui, de Paulo ait, Desiderium habet dissolui, & cū Christo esse, multo melius existimās, vt iam præsens sit apud Deum, vt exoptatis promissis fruatur. Et in primam ad Corinthios. Exeuntes sancti de hoc mundo plus necesse est inueniant, quā nunc putant, sicut Ioannes Apostolus de Salvatore dixit, Tunc videbunt illum sicuti est. Quæstio hæc disputata est supra. 4. tomo Chrylstonii ad. 13. & eodem tomo ad. 37. Vide ibi.

Phil. 5.

1. Cor. 13

1. Ioan. 3

QUINTVM QVAESITVM.

An gigantes ex Angelis et mulieribus geniti.

**A**mbrosius lib. 1. de Noe. c. 4. enarrans hunc locum, *Gigantes autem erant super terram*, tradere videtur gigantes, qui diluuiū præcesserunt, fuisse ex Angelorum & mulierum cōcubitu genitos. Sunt autem Ambrosij verba, Nō poterant more gigantes illos terræ filios vultu deri Diuina scriptura conditor, sed ex Angelis & mulieribus generatos asserit, & c. Alii indicat Ambrosius causam Angelicæ ruine atque lapsus de cœlis ex eo contigisse, quod Angeli cum mulieribus turpiter cōirent, sicut primo libro de virginibus non longe à fine, quo loco comparans inter se merita continentia virginum, & incontinentiæ Angelorum, ait, Quid pluribus exequar laudem castitatum, castitas enim Angelos fecit, qui eam seruauit, dicens fabulosas de dijs orationes res quasdam significare à demonibus antiquissimis temporibus gestas, & ea quæ de gigantes

eccecidisse de cœlo, virgines propter castitatem in cœlum transiisse de seculo.

Chrylstonius Ambrosio videtur consentire homilia habita in festo decollationis Ioannis Baptistæ, ait enim, Mulier non solū homines, sed etiam Angelos de cœlo profrauit. Sunt qui existimēt Ambrosium & Chrylstonium hæc à Philone, Lactantio, & Eusebio accepisse: nam Philo lib. de dogmatibus ita habet, Viderūt Angeli Dei filias hominum, & c. quos alij philosophi genios, Moyses solet vocare Angelos: hi sunt anime volantes per aerem. Neque est cur quisquam hoc fabulosum existimet, necesse est enim vt totus mundus in omnibus suis partibus animata habeat, terra terrestria, mare aquatilia, ignis ex igne genita, quæ feruntur plurima nasci in Macedonia, cœlum sidera: hæc enim in totum sunt anime immortales Diuineque. Proinde necessario sequitur, vt aer plenus sit suis animalibus, quæ nobis inuisibilia sunt. Horum igitur quedam descendebant in corpora. Hæc Philo.

Lactantius. 2. Diuinarum institutionum c. 15. de hac re sic loquitur, Cū ergo numerus hominum copisset incrementum, prouidēs Deus, ne fraudibus suis diabolus, cui ab initio terræ dederat potestatem, vel corrumperet, vel dispergeret homines, quos in exordio fecerat, misit Angelos ad tutelam cultūque generis humani, quibus præcepit ante omnia ne terre contagione maculati substantiæ celestis amitterent dignitatem: itaq; illos cū hominibus cōmorantes dominator ille terra fallacissimus confuscudine ipsa paulatim ad vitia pellexit, & mulierum congressibus inquinauit, tum in cœlū, ob peccata, quibus se immerferant, non recepti, ceciderunt in terram, sic eos diabolus ex Angelis Dei suos fecit satellites ac ministros. Hæc Lactantius.

Iustinus martyr multis ante annis idē senserat in apologia ad Senatū Romanum, & in apologia ad Antonium Pium, & Clemens Alexandrinus in tertio & quinto Stromatū, clarissime asserunt Angelos peccasse cū feminis: his subscripsit Tertulianus libro de habitu mulierum, vbi ait, Angeli ad filias hominum ruerunt de cœlo, & post libidinis vaporata momenta cœlū suspiciabant. Eusebius Cæsariensis. 5. volumine præparationis Euangelicæ subscripsit eis. Quam rem Plutarchus confirmauit, dicens fabulosas de dijs orationes res quasdam significare à demonibus antiquissimis temporibus gestas, & ea quæ de gigantes

Clemens Alexandrinus.

Eusebius.

gigantibus & titanibus decantatur, demonū fuisse operatores. Vnde mihi suspitio non nunquam incidit, ne ista illa sint, quę ante diuinitum a gigantibus facta Diuina scriptura reirigit, de quibus dicitur. Cū autem vidissent filias hominum, quod essent specioſe, elegerunt sibi ex illis vxores, e quibus procreati sunt famosiſſimi gigantes ab æculo. Suspicabitur enim quispiam, illos & illorum spiritus esse qui ab omnibus postea diuina cupati sunt, pugnasque illorum, tumultus, & bella esse, quę fabulose de dijs conferuntur. Hæcstenus Eusebius. Quæstio hæc tam disparata est latius primo tomo Chryſostomi ad quartum, & secundo tomo eiusdem Chryſostomi ad decimum. Quid circa hæc quæstionem tenendum sit, vide ibi.

Pro Ambrosio respondemus, eum loq̄e distasse ab opinione, quę illi imponitur, idq̄ ex multis locis illius constat, maxime in expositione psalmi. 118. sermone septimo, in quo de causa lapsus Angelici verba faciens, demonstrat eam non fuisse libidinem, sed superbiam, sic dicens. Ipse diabolus per superbiam nature suę amisit gratiam, dum enim dicit, Pannam thronam meum super nubes, & ego similis altissimo consortia excedit Angelorum. Et epistola. 84. ad Demetriadem ostendens diabolum ante hominis lapsum per superbiam excidisse, ait, Superbia a diabolo sumpsit exitium, qui quoniam sua, quam a creatore acceperat, potentia & dignitate sibi placuit, seque authoris suę glorię comparauit, cum his Angelis, quos in consensum impietatis suę traxerat, a celesti sublimitate deiecit, & ideo primis hominibus nocere potuit, quia illis male credulis persuasit, vt meliores se futuros putarent, si in libertatem sui arbitrij proficilirent, quã si in legis datę custodia permanerent.

Ne quem prædicta verba Ambrosij moueant, nosse oportet, ipsum per Angelos nõ intellexisse spirituales & cælestes substantias, sed viros illustres & vnus Dei cultores ex sancta stirpe Seth descendentes, quos, quia in fide & cultu Dei permanserunt, Moses, Eloim, hoc est, filios Dei appellabat & appellauit & Augustinus. 15. de Ciuit. Dei Angelos enim Dei nuncupauit. Et hæc occasione Ambrosius Angelos parentes gigantium vocauit, quod & ipsa eius verba ostendunt, dum in libro de Noe & arca in loco supra citato addidit, plerumq̄ filios Dei, seu viros fideles scriptura Angelos vocat, quia ex nullo homine generantur animæ.

Augustinus astipulatur huic expositioni in quæstionibus super Gen. q. 3. in hunc modum. Quæritur quomodo potuerunt Angeli cum filibus hominum concubare, vnde gigantes nati esse perhibentur: quoniam nonnulli Latini & Graeci codices non Angelos habeant, sed filios Dei. Quos quidã ad soluendam hanc quæstionem iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerunt etiam Angelorum nomine nuncupari, nam de homine Ioanne scriptum est, & ecce ego mitto Angelum meum, &c. vnde credibilis est homines iustos appellatos, vel Angelos, vel filios Dei, concupiscencia lapsos peccasse cū foeminis, quãrni Angelos carnes non habentes vsque ad illud peccatum descendere potuissent.

SEX TVM QVÆ SIT VM.

An militibus prædari liceat.



Ambrosius lib. 1. de Abrãhã cap. 3. explicãt hunc locũ, Non accipiam ex hominibus que tua sunt. Gen. 14. prædam militibus licitam facere videtur his verbis; Cũ præda fuerit in potestate victoris, decet militarem disciplinã vt regerentur omnia. Contrariã sententiã huic afferit Augustinus in libro de verbis Domini sermone 19. vbi prædam interdicit militibus, inquit, Militare peccatum non est, sed militare propter prædam peccatum est.

Doctores scholastici disputãt de hac quæstione. 4. sen. dist. 15. & S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 8. quo quærit, an rapina possit aliquando fieri sine peccato. Et respondet per tres conclusiones. Prima, nemini licet priuata auctoritate capere aliquid ab alio nec alienum, nec proprium. Probat, quia qui rapit aliquid ab alio, violentiam comittit, & ideo contra iusticiã peccat, quia in societate hominis nullus habet coactionem nisi per publicam potestatem, ideo quicumque per violentiam aliquid alteri aufert, si sit priuata persona non vtens publica potestate, illicite agit, & rapinam comittit, sicut patet in latronibus, nõ et q̄o licet priuata auctoritate aliquid ab alio surripere. Secunda conclusio, principes & habentes potestatem publicam possunt contra hostes pugnando, vel contra ciues male factores puniendo, aliquid accipere, & quod

per talem violentiam aufertur, non habet rationem raping, cū non sit contra iusticiã. Tertia conclusio, si vero principes vel habentes potestatem violentes res aliorum abstulerint, illicite agunt, & rapinam comittunt, & ad restitutionem tenentur.

Dubium est circa secundam conclusionẽ S. Thom. an post partam victoriam liceat victori innocentes in punitionem occidere. Videtur quoddam sic, quia principes non solum habent ius inducendi bellum, vt seipsos & suas reipublicas defendant, sed etiam ad iniuriã vindicandã. Dico tamen innocentes occidere de per se non licere, per accidens tamen ad vindicandã culpã nocentium, si alias nocentes punire, & iniuriã illatã vindicare non possunt, licebit occidere. Si tamen a nocentibus distingui possunt innocentes occidere nullo modo licet. Sed an princeps causa timoris, vt metu alij arceantur ne illi sint rebelles, sicut Scipio fecit quãdo Carthaginem expugnauit, & eam omnino euerit, ne contra amplius arma mouerent, & Iosue. 6. quando Ierico capta est, ne que vnus vnus remansit, & idem in punitione Sodomitarum: an hoc liceat? Dico neque etiam ista causa innocentes occidere licere. Ratio est, quia paruuli & innocentes vim nõ inferunt. Iure tamen bellum licet de per se id non liceat, de per accidens, cū liceat ciuitatem subuertere, & igne perdere, & licet innocentes occidere, licet & licet paruulos in captiuitatem redigere. Inductum de Iosue & de Sodomitis non conuincit, quia Deus est Dominus vitæ & mortis. Ad refarciendum expensas belli licet captiuos & innocentes spoliare, quia omnia bona victi iure belli sunt victoris.

Dubium maius est, an reipublica pro salute totius reipublice possit innocentes occidere, verbi causa, si ciuitas sit a tyranno possessa intendere tantum occidere virum aliquem iustum & sanctum, qui est in ciuitate. Videtur quod in hoc casu liceat reipublice huiusmodi innocentes illi tradere. Primũ, quia bonum totius reipublice præferendum est bono priuato & particulari vnus cuius. Confirmatur, quia posset reipublica innocentes exponere periculo mortis, etiam si constiterit in illo periculo omnes esse perituros, licebit ergo quando constat totam salutem reipublice ex vita innocentis pendere. Secundo, sicut potest corpus obijcere manum in defensionem ipsius, etiam si manus sit innocens, licebit ergo innocentes tradere

vt reipublica conferuetur. Confirmatur, pro salute corporis non solum licet membrum putridum abscindere, sed etiã sanum, vt totum corpus conferuetur, similiter ergo & in reipublica. Tertio in casu posito ille in nocens tenetur se morti exponere, ne tota reipublica pereat, vt Ioannis. 11. habetur, Oportet vt vnus homo moriatur, ne tota gens pereat, ergo potest reipublica eum cogere, vt exequatur id, ad quod ipse tenetur. Vltimo, quia saltem videtur innocente licere tyranno tradere, quia licet intendat occidere, forte non occidet.

Respondetur tamen ad dubium propositum, innocente re & iure, hoc est, quænti constat innocente esse, occidere non licere: licet tamen innocente probatum nocente occidere. Et hæc sententia S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 6. vbi absolute affirmat, quod nõ licet innocente occidere: & nullũ casum excipit. Idque de se patet, quia si est innocens, nulli nocet, & est bonus & vultis reipublice, non ergo licet eum occidere. Quod si casus accidat, in quo necessarium sit vt occidatur, hoc non est ab intrinseco, sed ab extrinseco: & ex hac distinctione respondetur ad argumenta. Ad primum de bello & obsessa ciuitate, Primo, quod si talis casus accidat & de facto detur, id erit ab extrinseco & de per accidens. Secundo dico, quod membrum nullum dominium sui habet, sed corpus habet dominium supra omnia membra; cuius vero ita est membrum & pars reipublice, quæ ipse habet libertatem & dominium sui, & ideo reipublica contra voluntatẽ ipsius non potest illi morti exponere. Probat, quia si tyrannus mortem mihi minetur, nisi Petrum innocente occidam, non possum, ne que mihi licet, vt vitam cõseruem, illum occidere: si vero sim innocens, & minetur mihi mortem, si non propriam manum abscindam, non possum mihi manum abscindere, quia metus ille est ab extrinseco, & de per accidens, neque licet mihi iacturam manus facere, vt vitam cõseruem, sic in proposito quando de per se & ab intrinseco vita cuius esset necessaria ad cõseruationem salutis reipublice, tunc tenetur se morti offerre: quando vero id fit per tyrannidem & ab extrinseco ex malitia ipsius tyranni, reipublica non potest illum tyranno tradere, neque morti exponere contra ipsius voluntatem. Et hinc respondetur ad tertium argumentum, nempe, quia reipublica potest illi morti exponere, ne tota pereat, dico quod licet



ex charitate talis teneatur, non tamen est in republica vis coactiva, qua possit innocentē cogere, ut se morti tradat. Sed nunquid poterit tale in innocentem republica hostibus tradere? Respondetur, ne utiquam posse, tamen potest eum non defendere, & permitte re quod à tyranno occidatur.

Casus alius est quando dantur obsides, & hi qui in huiusmodi obsides traduntur, sunt omnino innocentes, nunquid princeps alterius republice, qui eos in obsequium recepit, poterit eos occidere? Videtur quod sic, quia poterat occidi rex, qui eos in obsides tradidit, poterunt ergo & ipsi occidi. Dico, quod si princeps, qui eos tali lege & fide suscepit, eos occidat, est infidus, & contra ius naturale delinquit: & ideo neque in isto casu, quia innocentes sunt, possunt occidi. Similiter de per se nec iure belli licet innocentem occidere, sed solum de per accidens ad defensionem propriam, verbi causa, exercitus Christianorum Turcarum exercitū aggreditur, miscetur Turcis Christianis, aliquis in defensionem propriam credens illum esse Turcā, occidit eum, licet occidere, ratio est ius belli, quia in bello licet sciant quod aliqui sunt innocentes, quando bellum, est iustum ex utraque parte, & milites habent ignorantiam in vincibilem, in defensionem propriam illis innocentes occidere. Alia etiā via potest innocentes de per accidens in defensionem propriam occidere, puta, quando nocentes aliter occidere non possumus, nisi etiam innocentes occidamus, verbi gratia, si in ciuitate cum militibus, qui sunt nocentes, sint aliqui innocentes, si alias non possumus vitam conferuere, & nos tueri, possumus ciuitatem incendio tradere, licet innocentes simul cum nocentibus pereant. Debent tamē similes casus magna prudentia ponderari, quia res est grauissima, quod innocentes, qui nullam vim hostibus intulerunt, sine culpa licet non sine causa, pereant. Et hac ratione bella inter Christianos sunt periculosissima.

Dubium tamen est circa tertiam conclusionem S. Tho. an vnus princeps possit ab alio principe non solum mobilia bona, sed etiā ipsa mobilia, ut puta, ciuitatē vel regnū vsurpare, ita ut in perpetuum retineat, ut Gothi & Sarraceni in Hispania fecerunt. Ad hoc dico primo certum esse eos posse omnia bona mobilia surripere, non solum ad refarciēdum damnū illatum, & iniuriam quā intulerant, sed etiam ad puniendum. Secundo di-

co, quod per modum punitionis, & ad refarciendam iniuriam passim, forte vnus princeps non possit alium toto suo regno priuare. Ratio est, quia poena debet esse proportionata culpae, sed propter iniuriam passim regno alteri priuare esset atrocissima poena, videtur ergo quod id non liceat. Tū etiam, quia regno alterum priuare, idem fere est ac totum regnum in captiuitatem redigere, quae poena innocentes & paruuli omnes non sunt digni. Tertio dico, quod per viam punitionis princeps vnus contra alterum solum habet ius punitionis, quod contra suum subditum ciuem habet, sed princeps non potest duce Aluanum, neque quēuis alium marchionē suo iure, primogeniturā & maioratū priuare, nisi propter crimen haereticis, vel maiestatis lesae, sed inter duos principes non est lesa maiestatis crimen: & si incidat in haeresim, publicatio & punitio huiusmodi delicti spectat ad summū Pontificē, ergo. Tū etiā quia inde magna perturbatio in toto orbe oriretur. Vltimo dico posse omnia bona mobilia vsurpare, & immobilia, quasi iure depositi detinere, donec talis princeps omnes expensas & damna, quae intulit, reficiat. De ceteris vero magnatibus constat, propria autoritate vnū contra aliū non posse bellum inducere.

Dubium tamen est, si rex vnus Christianus bellum inducat aduersus alium regem, bellum vero sit iniustum, & milites existimant esse iustum, qui expensas fecerunt, & similiter predas, an tales postquam eis confiteri, bellum fuisse iniustum, an ea quae surripuerunt, restituere teneantur. Dico primo ratione acceptationis milites non teneri restituere, quia ad illos non spectat de iustitia vel in iniustitia belli diffinire, sed tantum vocati bona fide munus suum exequi. Ex quo sequitur, illa bona quae bona fide consumpserunt, neque illis facti sunt ditiores, eos non teneri restituere. Secundo dico, quod ratione rei acceptae, quando confiteri bellū fuisse iniustum, bona illa quae apud se habent, teneantur restituere.

Dubium maius est de reb<sup>9</sup> infidelium, an liceat ab illis bona sua surripere, & an amittant ius bonorum suorum; eo ipso quia sunt infideles. Caietanus responderet, trinembrē distinctione. Nam aliqui sunt infideles, qui principibus Christianis sunt subditi, & inter Christianos cohabitantes & morantur, & de his sunt aliqua iura, quae priuare eos aliquibus priuilegijs, ut patet extra de Iudis &

Sarrac

Sarracenis, & dist. 74. ut puta priuantur ne possint municipia Christiana habere, & alijs priuilegijs. Alij vero sunt infideles iure subditi principibus Christianorum, non tamen neque de facto, ut Turci, qui possident terram Sanctam, & Sarraceni, qui Christianos terra, quam possident, spoliarunt, & de istis, inquit S. Thom. & est communis sententia Theologorum, quod princeps Christianus potest eos bonis suis spoliare, priuata autē auctoritate non licet eos suis rebus priuare, sed iure belli, & auctoritate publica potest princeps contra illos bellum inducere, & bona eorum capere. Dubitat tamen Caietanus, an indistincte hoc ius spectet ad quēlibet principem fidelem. Et respondet per distinctionem, nam si est memoria quāvis principis Christiani amisit dominium illius regni, quod Sarraceni nunc possident, tū princeps ille solū, qui amisit ius talis regni, vel eius haeredes iure belli valent tale regnum inuadere, & sibi de nouo restituere: si vero non fuit huiusmodi memoria, tunc inquit potest ad summum Pontificem spectare talia regna diuidere, & ius belli, cui sibi videbitur concedere, sicut de facto inter principē Hispanum & Lusitanum diuisit. Sed an Papa propria auctoritate, & pro suo libito, huiusmodi diuisionem & particularem applicationem facere possit. Dico non posse, sed teneri respicere bonum pacis, & quod tranquillitatis fidei & Christianitatis expedit, ne perturbationes inter principes Christianos inde sequantur. Ad id tamen Caietanus, quod si Papa regna infidelium non diuideret, quicumque princeps Christianus regnum, quod sibi placuerit, potest à Papa petere, & bellū contra tales infideles inducere. Alij sunt infideles, qui neque iure neque facto sunt subditi principibus Christianorum, neque est vlla memoria quod aliquando fuerint Christiani, & de istis est grauissimum dubium an infidelitas ipsa eos priuet, ne sint domini suorum bonorum.

Ideo dubium est de titulis quibus Hispaniae principes pretulerunt, iuste Indos suorum dominio & imperio subiugasse. Doctores moderni multa & doctissime scripserunt, ex quibus pauca ex his, quae ad rem nostrā pertinent, referam, titulis omnibus omisis, solum tangam, an Barbari essent veri domini bonorum temporalium, quae possidebant antequam Hispani ad eos peruenissent. Secundo, an ratione infidelitatis tale dominium amiserint. Ad primum posset videri eos non

esse veros dominos, neque inter eos esse aliquem vere principem. Primo, quia seruus nihil habet & potest, unde quidquid acquirit, acquirit domino: instituta dehis qui sunt sui vel alieni iuris. S. natura apud omnes, sed Barbari isti à natura sunt serui, ut Aristoteles. 1. Ethic. tradit inquit, Aliqui à natura sunt serui, quibus melius seruire quam imperare est, hi autem sunt, quibus ratio non sufficit ad regendum etiam seipos, sed solum ad iura capeffenda, & quorum vis magis in corpore quam in animo est: sed aliqui tales sunt, maxime isti Barbari, qui reuera parum distare videntur ab animalibus brutis, & omnino inhabiles sunt ad regendum: & sine dubio melius est illis ut ab alio regantur, & Aristoteles iustum naturale dicit esse, quod tales seruiant, praedicti ergo Barbari domini esse non possunt. Neque obstat quod ante aduentum Hispanorum ad Indos, alios dominos non haberent, non enim repugnat seruum esse sine domino, ut habetur in lege, quod seruus, scilicet de seruo stipu. quia domino derelictus est, & à nullo occupatus, qui potest à quocumque occupari. In contrarium vero est, quia illi erant in pacifica possessione rerum, & publice & priuate, ergo omnino habendi sunt pro dominis, nisi contrarium constet. Pro solutione huius dubij notandum est, quod si Barbari habent verum dominium suorum bonorum, non videtur ad hoc quod iuste subiugari possint, alia causa praetendi posse, nisi vel quia sunt peccatores, vel infideles, vel amesores. Nam quod alij defendere contenderunt, titulum domini temporalis esse gratiam, & per consequens peccatores in mortali existentes nullum dominium in quacumque re habere, iste fuit error Vualdensium, & postea Vuicleph, Concilio Constantensi damnatus his verbis, Nullus est dominus civilis dum est in peccato mortali, error. Eadem sententia fuit Armachani libro de questionibus Armenorum capite quarto, & in dialogo de Pace probat Armachanus, quia tale dominium reprobat à Deo, Ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui, & subiungit causam, Argentum & aurū suum fecerunt sibi idola ut interirent, &c. Et ideo inquit tales carēt iusto dominio apud Deū: certum est autem omne dominium esse auctoritate Diuina, cū ipse sit creator omnium, neque quisquam potest dominium habere, nisi ipse dederit, non autem deceat quod Deus det dominium non obedientibus & traseret foribus

Rem. 8.

1. Reg. 17.  
D. 11. q. 1.  
Genes. 2.

Genes. 2.

1. Ractis

foribus preceptorum suorum: sicut etiam principes humani non dant sua bona, nepe villas aut castra rebellibus, & si dederint, auferuntur ab eis. Per humana autem debentur indicare Divina. Roma. 1. ergo Deus inobediens non concedit dominium. Vnde in signum huius Deus tales aliquando projicit, vt Saulem. 1. Reg. 15. & Nabuchodonosor, & Baltha. Dani. 4. & 5. Item Gen. 1. Facimus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. ex quo apparet dominium fundari in imagine Dei, sed talis imago non est peccator, ergo nec dominium. Item peccator committit crimen lætæ maiestatis cum peccat, ergo meretur dominium amittere. Tunc etiam quia Augustinus dicit quod peccator non est dignus pane quo vescitur, multo ergo minus dominio. Quid, quod Dominus primis parentibus dedit, at dominium paradisi, & tamen propter peccatum priuatum est tunc dominio, ergo. Verum est tamen quod Vniuersi & Armachanus videntur potius loqui de dominio superioritatis, quod est principum, quam de dominio priuato: sed quia argumenta eque procedunt de omni dominio, ideo idem videntur sentire de omni dominio. Ex qua sententia videtur Barbaros non esse verè dominos, quia semper sunt in peccato mortali.

Sed contra hanc sententiam statuitur talis propositio. Peccatum mortale non impedit dominium civile, nec verum dominium. Hæc conclusio, licet fuerit diffinita Concilio Constantiensi, probatur tamen, quia alias existens in mortali, & in extrema necessitate constitutus esset perplexus, quia teneretur comedere panem quem habet, & si nullum haberet dominium, si comedit, rapit alienum, ergo non potest peccatum mortale euadere: Sed hoc argumentum Aliacensis. 4. dist. 15. q. 2. parum probat. Primo, quia nec Aruachanus, neque Vniuersi videntur loqui de dominio naturali, sed de civili. Secundo, quia dicitur in casu extreme necessitatis licet esse alienum accipere. Tertio dici potest eadem non esse perplexum, quia si comedit, potest statim penitere: ideo aliter arguitur. Primo, quia si peccator non habet dominium civile, ergo neque habet dominium naturale, consequens est falsum, & sequela patet, quia dominium naturale est etiam ex dono Dei: quod civile, imò plus, quia civile videtur esse iure humano, ergo si propter offensam Dei perdit homini dominium civile, perdet & naturale: falsitas consequens pro-

batur, quia non perdit dominium supra priores actus, & super propria membra. Secundo, quia scriptura sacra sæpe nominat reges principes, qui tamen erant pessimi: & peccatores, vt patet de Saule, Achab, Roboam, & multis alijs. Tertio arguitur contra argumentum factum pro parte contraria, Dominium fundatur in imagine Dei, sed homo est imago Dei per naturam, nempe per potestates naturales, ergo dominium non amittitur per mortale: consequentia patet ex Augustino, & ex doctrina communi Doctorum. Quarto, Dauid Saulem vocabat dominum suum, & regem, tempore quo persequabatur ab eo 1. Reg. 26. & in alijs locis, imò ipse Dauid aliquid quando peccabit, & tamen non perdidit regnum. Quinto Gen. 42. non auferetur sceptrum de tribu Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & tamen interim multi fuerunt iniqui reges. Sexto, potestas spiritualis non amittitur propter mortale, ergo nec civilis, quæ multo minus videtur fundari in gratia, consequens patet, quia sacerdos malus vere consecrat Eucharistiam, & malus episcopus sacerdotes, & Armachanus id concedit, licet id neget Vniuersi. Septima ratio & vltima, nullo modo videtur hæc sententia verisimilis, quia cum sit præceptum de obediens principibus Roma. 13. & 1. Petri. 2. & etiam est præceptum de non accipiendo alienum, incertum esset qui essent veri domini, & principes legitimi, & in summa hæc est manifesta hæresis, quia sicut Deus solem suum oriri facit super bonos & malos, &c. ita bona temporalia voluit esse communia bonis ac simul malis. Sed restat inquirere.

Vtrum dominium perdat saltem ratione infidelitatis. Et videtur quod sic, quia hæretici non habent dominium, ergo neque alij infideles, cum non videantur esse melioris conditionis. Antecedens, c. cum secundum de hæreticis. 6. vbi cauetur bona hæreticorum ipso iure esse confiscata. Ad hoc respondemus per propositiones. Prima propositio, Infidelitas non impedit, neque tollit verum dominium. Hæc est S. Thomæ. 2. 2. q. 10. ar. 12. Probatur primo, quia scriptura sacra vocat reges aliquos infidelibus, vt Senacherib, Pharaonem, & multos alios. Item Rom. 13. & 1. Petri. 2. iubentur fideles præstare obedientiam principibus infidelibus. Itaque, quia grauius peccatum est odium Dei, quam infidelitas, sed illud non tollit dominium, ergo neque hæc. Item Tobias iubet restitui he-

2. Ractis

3. Ractis

4. Ractis

5. Ractis

6. Ractis

7. Ractis

1. Propositio

2. Propositio

Conradus

dum à gentibus captum, tanquam furtiuum, quod quidem non præcipere, si Gentiles non haberent dominium. Item ratione S. Thomæ, quia fides non tollit ius naturale neque humanum, sed dominia sunt de iure naturali vel humano, ergo non tolluntur per defectum fidei. Tandem iste est manifestus error, & hæresis, sicut præcedens. Ex quo patet neque à Sarracenis, neque à Indæis, neque ab alijs infidelibus licitum esse capere res, quas possident per se loquendo, hoc est, eo quod sunt infideles, sed talis acceptio est furtum vel rapina, non minus quam si à Christiano auferrentur. Sed quia peculiaris difficultas est de hæresis, sit secunda propositio, Stando in iure Diuino hæreticus non amittit dominium bonorum suorum. Hæc est omnium, & est nota: cum enim amissio bonorum sit poena & nulla poena sit de iure Diuino statuta, pro isto statu, certum est, stado illi iuri, non perdit bona propter hæresim. Secundo patet ex prima propositione, quia si propter infidelitatem non perditur dominium, ergo neque propter hæresim, cum iure Diuino de hæresis nihil sit specialiter cautum. Sed an de iure humano? Conradus lib. 1. q. 7. q. 2. & 3. & alij moderni sustinent, quod hæreticus ipso facto amittit dominium in omnibus & per omnia, itaque in foro conscientie cadit à dominio, quam primum hæresim committit. Sed de hoc differimus secundo tomo Chrysostomi ad octauum & nonum. Vide ibi. Ex quibus sequitur Barbaros, neque propter infidelitatem, neque propter alia peccata mortalia impediri, quin sint veri domini: tamen publica occupari regiones, & bona eorum, vt late Caicanius. 2. 2. q. 66. articulo octauo deducit.

Dubium autem restat, an ideo non essent domini, quia insensati aut dementes essent. Et questio hæc eadem cum illa, qua solet queri, an ad hoc quod aliquid subiectum sit ea pax dominij requiratur vsus rationis. Et quidem Conradus lib. 1. q. 6. hanc conclusionem statuit, Dominium conuenit creature rationali tam sensibili quam insensibili. Probat, quia dominium nihil aliud est quam ius vtendi re in suum vsum, sed bruta habent hoc ius super plantas & herbas, Genes. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis seminem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animalibus terræ. Item, astra ha-

bent ius illuminandi, Genes. 1. Posuit ea in firmamento caeli, vt lacerent, vt præcessit dici ac nocti: & leo habet dominium super alia animalia, vnde vocatur rex animalium, & aquila est domina inter volucres. Eiusdem sententia est Syluester, verbo, Dominium, in principio, vbi dicit, elementa inuicem dominari. Sed ego conclusionem contrariam statuo, Creature irrationales non possunt habere dominium. Probatur, quia dominium est ius, vt etiam fatetur Conradus, sed creature irrationales non possunt habere ius, ergo neque dominium. Probo antecedens, quia non possunt pati iniuriam, nam certe qui prohibet lupum, aut leonem à præda, non facit eis iniuriam vllam, neque qui claudit fenestram ne sol illuminet, facit iniuriam soli, ergo huiusmodi creature non habent ius. Confirmatur, quia si bruta habent dominium, sequitur quod qui tollit herbam à ceruo, committit furtum, quia capit alienum inuito domino. Item feræ non habent dominium sui, ergo neque aliarum rerum. Antecedens patet, quia licet eas impant interficere. Vnde Aristoteles ait, quod venatio ferarum est licita & naturalis. Item feræ & alia irrationalia sunt hominis proprietaria, multo magis quam feræ, sed feræ non possunt habere aliquod suum, ergo multo minus irrationalia. Confirmatur autoritate S. Thomæ. 1. 2. q. 1. art. 1. ad secundum, & q. 6. ar. 2. vbi inquit, quod sola creatura rationalis habet dominium suorum actuum, quia, vt ipse dicit, 1. parte. q. 82. art. 2. ad tertium, Per hoc aliquis est dominus suorum actuum, quia potest hoc vel illud eligere, vnde etiam ibidem ait, appetitus circa vltimum finem non habet dominium, ergo neque bruta suorum actuum, neque aliarum rerum. Et licet disputatio videatur de nomine, est tamen valde improprie loqui, non enim dicimus in communi modo loquendi quæpiam esse dominum, nisi eius quod est licitum in sua potestate: ita enim loquimur, non est in mea facultate vel potestate, quia non sum dominus: bruta vero cum non moueant se, sed potius moueantur, vt dicit S. Th. locis citatis, eadem ratione ergo nec habent dominium. Nec valet quod dicit Syluester, dominium aliquando non dicere ius, sed solam potentiam, & hoc modo ignis habet dominium in aqua, si enim hoc factus est ad dominium, sequitur lapides habere dominium ad interficiendum hominem, quia habet potestatem ad id. Quod autem dicitur, astra dominari, leonem esse regem, & similia.

Syluester.

& similia, quis nō videt metaphorice dici & per translationem.

Dubium tamen est de pueris, an scilicet, puer ante usum rationis habeat dominium, quia nihil videtur differre ab irrationabilibus. Et Apostolus ad Galat. 4. Quanto tempore parvulus hères est nihil differt à seruo, sed seruus non est dominus, ergo. Sed sit conclusio, pueri ante usum rationis possunt esse domini. Probatur, quia possunt pati iniuriā, ergo habent ius rerum, ac proinde dominium, quod quidem nihil aliud est quā ius. Item bona pupillorum non computantur in bonis tutorum, ergo sunt domini. Item pueri sunt hæredes, & hæres succedit in ius defuncti, & est dominus hereditatis, lege, cum hæres. ff. de diuer. temp. præscrip. & institutu. de hæredum qualitate & differentia. §. si. Itē, quia diximus fundamentū dominij esse imaginē Dei, sed illa est in pueris, ergo. Itē manifeste constat ex illo qd subditur ad Galat. 4. qd sit filius omnium, neq; est idē iudiciū de creatura irrationabili, & de puero, quia puer non est ob aliud, sicut brutum, sed est propter se.

Sed quid de perpetuo amētib; qui, si neq; habēt, neq; sperāt habere usum rationis? Videtur tales posse esse dominos, quia possunt pati iniuriā. Sed de hoc consulendi sunt iurif cōsulti, quorū interest scire an tales possint habere dominium ciuile. Sed quidquid de hoc sit, est conclusio, neq; ex hac parte npe diri barbaros, ne sint veri domini. Pater, quia secundū rei veritatē nō sunt amentes, sed habent suo modo usum rationis, nā habent ali quē ordiē in suis rebus, postquā habēt ciuitates, quę ordine constant, & matrimonia distincta, magistratū, dominos, leges, officia cōmunitatis, quę quidem omnia requirunt usum rationis. Itē habent religionis speciē, & nō errant in rebus, quę alijs sunt euidētes, quod est inditiū vsus rationis. Itē Deus & natura nō deficiūt in necessarijs & in agibilibus, in homine principium est ratio, frustra vero esset potētia, si nō reduceretur ad actū. Itē fuissent sine culpa sua tot millibus annorū extra statū salutis, cū essent in mortali, & non haberent baptismum, nec usum rationis ad querendū necessaria ad salutem. Quod autē videtur insensati & hebetes, pu to ex maxima parte provenire ex mala & barbara educatione, cū etiam ob hanc causam videam; apud nos multos rusticorū parū a brutis differre. Restat ergo ex dictis line dubio Barbaros fuisse & publice & priua

tum ita veros dños sicut Christianos: neq; pō ruerūt spoliari hoc titulo publicis aut priuaris suis rebus. f. quia nō erāt veri domini. Et certe graue esset negare illis, qui nihil iniuste vniquā fecerunt, quod concedimus Sarraenis & Iudæis hostibus perpetuis Christianitæ religionis, quos nō negamus habere dominia vera rerum suarum, si alias non occurrunt Christianorum terras.

Supereff ad argumenta respondere. Ad primum quo arguebatur, isti sunt serui à natura, quia parum habent vsus rationis, nec valent ratione seipfos gubernare & regere, dico Aristotilem non intellexisse tales, qui nō possent ingenio à natura esse alieni iuris, & quod non habent dominium & sui & aliarum rerum, hæc enim est seruitus ciuili; nō tamen vult eos à natura esse seruos, neque quod liceat eorum bona capere, neque eos in seruitutem redigere & venales facere, sed vult docere à natura esse illis necessitatem, quā indigent ab alijs regi & gubernari, & bonum est illis alijs subdi, sicut filij indigent subijci parentibus ante adultam ætatem, & vxor viro suo: & hanc esse intentionem philosophi pater, quia eodem modo dicit aliquos à natura esse dominos, & ad imperandū natos: certū vero est non intelligere eotitulo, nēpe, quia sunt sapientes, posse ab alijs imperiū & sua bona furripere, sed quod tales à natura habent facultatē vt possint imperare, & alios regere: & ideo dato qd isti Barbari sint inepti & hebetes, vt fertur, nō ideo negandū est eos habere dominium verū, neque sunt in numero seruorū ciuiliū habēdi: & ideo certū est, illos, antequā Hispani ad eos peruenissent, esse veros dominos & publicē & priuatim. Quod vero cōmuniter Doctores moderni circa hanc materiam de subiectione Indorū nouæ Hispanię sentiūt sequētib; cōclusionibus continetur. Prima cōclusio, Non licet principibus Christianis bellum inducere contra huiusmodi infidēles libidine dominandi, aut ditandi cupiditate, sed dūtaxat zelo fidei armatis atq; munitis, vt per totum orbē nomen. Redemptoris exalteur. Ex quo inferitur primo nō licere supradictis principib; terras illorū infidelium inuadere, quę nunquā fuerunt subiectæ iugo fidei Redemptoris nostri, si incolę earum prædicatores fidei Catholica libenter audire velint, & fidem suscipere sint parati. Secundo inferitur, eos antequam illis bellum inferatur, monendos esse, vt Christi fidem totis viribus amplectantur ac venerentur.

Secunda

SEPTIMVM QVAESITVM.

An congressus Abrahę cum Agar fuerit adulterium



Ambrosius libro. 1. de Abrahā Patriarcha, cap. 4. in hunc locum, *Tulus Agar Agrippam ancillā suam, & dedit eam viro suo, Gen. 16. excusans cōcubitu Abrahę cū ancilla Agar, du o præter communem Theologorum sententiam videtur innuere. Primo, quod congressus ille fuerit adulterium: secundum, quod adulterium temporibus Abrahę non fuerit illicitum, quia lex nondum illud interdixerat. Sunt verba eius hæc, Sed fortasse dicet aliquis, quomodo Abraham nobis proponis imitandum, cū de ancilla suscepit filium? aut quid sibi vult hoc esse vt tantus vir huic errori fuerit obnoxius? Sed consideremus primum quod Abraham ante legem Moysi, & ante legem fuit, cū non interdictum adulterium videbatur: postea criminis ex tempore legis est, quæ crimē inhibuit, neque ante legem vlla rei damnatio est, ergo non in legem commissit Abraham, sed legem preuenit, Deus in paradiso licet coniugium laudauerit, nō adulterium damnauit.*

Doctores scholastici disputant de materia huius quæstionis. 4. sentent. distin. 33. & Sanct. Thomas. 2. 2. quæstione. 154. articulo secundo & octauo. Et articulo. 2. querit, an fornicatio simplex sit mortale peccatum. Et responder conclusionē affirmatiuam, quia asserit absque omni dubio tenendū esse fornicationem simplicē esse peccatū mortale. Prebat Tobias. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquā patiaris crimen scire, crimen autem importat peccatum mortale, ergo. Secundo, nihil excludit à regno Dei, nisi peccatum mortale, fornicatio autem excludit à regno, vt patet ad Gal. 5. vbi præmissa fornicatione, & quibusdam alijs vitijs, subdit, Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Tertio, quia peccatū mortale est omne quod directe cōmittitur cōtra vitā hominis, fornicatio autem simplex importat in ordinationē, quæ vergit in nocentem vitæ eius, qui est ex tali concubitu natus.

X 2 E

2. Concl. 2o.

Secunda conclusio, quāuis rex aliquis zelo fidei motus, & Papæ autoritate munitus licite potuerit contra prædictos Barbaros bellum gerere, illi tamen potuerunt se iuste defendere, si prædicta admonitio non præcessit. Ex quo sequitur primo, quod sic superati non statim ipso iure efficiantur serui, donec pertinaciter nolint supradictō principi obedire, aut se iugo fidei subijcere. Secundo sequitur, quod postquā sic capti cognitione nominis habita, Redemptoris baptismum suscipere velint, nullo modo sunt redigendi principatu despoticō & seruilī. Tertia conclusio, autoritate summi Pontificis & non aliter licebit principibus Christianis supradictos Indos politico & regali imperio, non tamen despoticō regere, & sic perpetuo dominio retinere. Vnde sequitur primo, quod quicunque eos hæctenus seruitute despoticā oppreserunt, postquam sunt ad fidem cōuersi, tenentur ad restitutionem de damno & lucro propter talem seruitutem dantæ, secus autem si alia causa subit. Secundo sequitur licere, postquam conuersi sunt ad fidem exigere ab eis seruitia præstita, dū tamen fidei nostræ rectoq; rationis dictamine sint cōfidei, propter expensas & labores, quos sustinuerunt, vt eos in pace & in bono regimine sub Christi iugo conseruarent.

3. Concl. 3o.

Quarta conclusio, Nunc postquā iam multū huiusmodi Barbarorum conuersi sunt ad fidem, nō expedit, imo neque liceret principi Christiano administrationes illarū provinciarum omnino dimittere. Hæc latius moderni in suis scriptis.

4. Concl. 4o.

Pro Ambrosio dicimus Sanct. Thom. 2. 2. q. 66. articulo. 3. ad primum, conciliare eum cum Augustino; inquit enim circa prædam distinguendum esse, quia si illi qui depredantur hostes, habent bellum iustum, eaq; per violentiam in bello acquirunt eorum domini efficiantur, & hoc non habet rationem rapinæ, vnde neque ad restitutionē tenentur, quāuis possint in acceptione prædæ etiam iustum bellum habentes prædare pro cupiditate, ex praua intentione, si scilicet, non propter iustitiam, sed propter prædā principaliter pugnent. Et in hoc sensu intelligendum est Augustinus, quod propter prædā militare, peccatum est: si tamen bellum sit iustum, ad restitutionem non reuertitur, licet peccent: si vero bellum sit iniustum, rapinam cōmittunt, & ad restitutionem tenentur.

Prima cōclusio

Et videmus enim in omnibus animalibus, in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris & femine, quod in eis non est vagus concubitus, sicut patet in omnibus aubus, manifestum est autem quod ad educationem hominis, non solum requiritur cura matris, à qua nutritur, sed multo magis cura patris, à quo est instruendus & defendendus, & in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus, & ideo contra naturam hominis est, quod utatur vago concubitu, sed oportet quod sit maris ad determinatam feminam, cum qua permanet per totam vitam: & inde oritur in hominibus naturalis sollicitudo de certitudine prolis, quia eis eminet educatio prolis, hæc autem certitudo tolleretur, si esset vagus concubitus, ideo fornicatio simplex cum sit contra bonum prolis educandæ, est peccatum mortale. Et articulo octavo diffinit quod est gravius peccatum quam furtum.

Martinus de Magistris tractatu de temporantia. q. 2. tenet sententiam contrariam. S. Thomæ, cuius potissimum fundamentum est, quod fornicatio simplex natura sua non est mala, neque peccatum mortale, & ob id tantum est mala quia prohibita, nêp e Deut. 23. non erit meretrix ex filiabus Israel, & lege Evangelica ad Ephes. 5. omnis fornicator, aut immundus, aut avarus non habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. Eandem sententiam sustinet Durandus. 4. sent. dist. 33. q. 2. nempe quod seclusa Divina & humana lege simplex fornicatio de se & ex natura sua non est peccatum mortale: ratio eius est, quia peccatum mortale dicitur, quia meretur mortem temporalem vel æternam, fornicatio autem simplex non meretur mortem temporalem secundum legem naturalem, quia lex naturalis nihil dicit nec nominat aliquid de morte æterna, & temporalis ea non punit: ideo quod fornicatio simplex mortale sit, procedit ex iure Divino, quod id prohibet.

Præmissis congressus circa hanc questionem est cū hereticis, nam fuerunt philosophi, qui in lumine naturali affirmarunt concubitus vagum esse licitum, vti Socrates, vt habetur apud Aristotelem. 2. Poli. qui affirmabat esse optimam rem publicam, in qua mulieres essent communes omnibus. Quæ opinio apud Gentiles per longum tempus viguit, vt habetur Actuum. 15. in Concilio Apostolorum, vbi cauetur quod gentes absti-

neant se à fornicatione, quam licitam esse putabant, & ideo est illis prohibita. Eundem errorem sustinuit Simon Magus tempore Apostolorum, vt Guido Carmelita refert inter errores antiquorum, & Eusebius in historia ecclesiastica libro. 3. c. 29. inquit fuisse etiam errorem Nicolaitarum, ita vocati à Nicolao diacono, qui fuit simul electus cum Stephano, qui cum vxoratus esset, reliquit propriam vxorem ex eo solum, quia pulchra erat, de quo meminit Ioannes in Apocalyp. cap. 2. vbi dictum est, per Angelum Ephesi hoc tamen bonum habuistis, quod odistis errorem Nicolaitarum: & Paulus. 1. Thessal. 4. Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum in sanctificatione possidere, & non in passione desiderij, sicut gentes quæ ignorat Deum, insinuans ex tali ignorantia procedere quod fornicationem simplicem putarent licitam. Postea fuit error Vualdensium, vt refert Guido Carmelita loco citato. Et postea fuit error Vigardorum & Beginorum damnatus in Clementina ad nostrum de hæreticis. Et vltimo fuit error Græcorum.

Dubium habet error an nunc hæreticum esset asserere, quod fornicatio simplex non est mortale. Et videtur non esse hæresim, quia in Euangelio neque in sacra scriptura sub isto nomine, fornicatio simplex, non videtur esse expressum. Et probat Martinus, nã dato q. videantur authoritates scripturæ facere eam prohibere, proterius posset gloriari authoritates illas multis modis, quia fornicatio capitur dupliciter, vno modo vt sit nomen generale ad omnem immunditiam carnis, & vt sic includit adulterij, incestum, stuprũ, & raptũ, & isto modo nõ dubiũ est, quin si quis negaret fornicationẽ esse peccatũ, esset hereticus, si vero capiamus strictẽ pro fornicatione simplicem, nõ videtur manifestum: q. qui negaret fornicationẽ esse peccatũ, esset hereticus, quia Doctores sacri, licet affirmet q. cõcubitus vagus sit peccatũ mortale, nõ tã dicunt cõtrarium asserere esse hæreticum.

Sed cõtra Martinũ statimur conclusionẽ. Hæreticum est asserere absolute & simpliciter q. fornicatio simplex nõ est peccatũ mortale. Probat, quia talis assertio expresse est cõtra scripturã, quia iure Divino est prohibita: nã quero, quomodo poterit exponi illud Deut. 23. non erit meretrix in Israel. Quod si quis exponere velit, q. talis prohibitio fuit in lege veteri: expositio talis infuficiens est, quia illud erat preceptum mortale & iuris naturæ, & illa non sunt abolita, sed

sed semper obligant. Neque responderi potest ad illud Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes: & 1. Corint. 6. Nolite errare, quia neque ad alteri, neque fornicarij, neq. molles, &c. regnum Dei possidebant. Vbi Apostolus fornicationẽ ab adulterio distinguit. Secũdo probatur, quia talis prohibitio sub pena mortalis expresse in sacris literis habeatur, quia dato quod fornicatio generali nomine pro luxuria accipiatur, tamen propria significatio eius est, quod sit vna species particularis luxurię: nam fornicatio à fornicio, quibus locus est publicus in quo mulieres ad illum actum publice se exponunt, nomen sumpsit, & hæc propria est significatio eius, & ideo est peculiaris species luxurię. Tertio probatur, quia Paulus ideo deterreret homines à fornicatione, quia apud gentes reputabatur licita, quod non ita fuit de raptu & adulterio, vt Paulus adnotauit. 1. Thessa. 4. vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & non sicut gentes quæ ignorant Deũ. Quarto, quia sancti quãdo de fornicatione loquuntur, supponunt eam in sacris scripturis esse prohibitam sub culpa mortali. Et ad id quod dicit Martinus, sancti nõ dicunt cõtrariũ asserere esse hæreticum, respõdemus nõ esse necessariã sanctos hoc dicere, quia scriptura ipsa sufficiens hoc testatur. Vltimo probatur ex vsu & traditione ecclesię, quæ ita pro simplici fornicatione penitentiam iniungit, sicut pro furto & adulterio. Ex quibus cõstat conclusionem asserere esse Catholicam.

Dubium grauius est an fornicatio simplex de se & à natura sua sit mala, & cõtrarius naturę, & stando in iure naturali an sit peccatũ mortale. Martinus & Durandus sustinet partẽ negatiuã. Contra quos sit cõclusio, Asserere q. fornicatio simplex de se nõ sit mala, & cõtrarius naturæ est error proximus heresi. Probat primo, quia nihil quod de se non sit malum & peccatũ mortale reperitur omnilege prohibitũ: fornicatio autem simplex fuit prohibita omnilege, ergo. Secũdo, quia omnia præcepta negatiua legis Euangelicæ sunt eorum quæ de se, & stando in lumine naturali, sunt mala, sed simplex fornicatio fuit prohibita à Christo sub hoc præcepto, Non me habebis, quia reducit ad illud, vt omnes Doctores tradunt, aut assignat vbi prohibeat, vti Malo. Tertio, quia fornicatio simplex opponitur matrimonio, sed matrimonij secundũ se & simpliciter est bonũ, ergo

fornicatio simplex secundũ se simpliciter est mala. Quarto, quia omnes prohibitiones & præcepta moralia sunt ad cõseruandã charitatẽ humanã, vt patet ad Rom. 13. Non adulterabis, non occides, & si quod est aliud mandatum hoc verbo inflaturatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: & cõcludi, Pleinitudo ergo legis est dilectio: & Ioan. in Canonica, Qui proximum diligit, legẽ implebit: fornicatio autem simplex est cõtra charitatem & amicitiam humanã, ergo cõtra ius naturale. Confirmatur, quia vel simplex fornicatio est contra charitatem, vel non: si sic, ergo intentum: si non, superfluum ergo Deus eam prohibuit, hoc autem nõ est asserendũ, prohibuit ergo eam, quia est cõtra charitatẽ & amicitiam humanã. Vltimo, quia cõcubitus vagus apud omnes gentes debite institutus semper male audiuit, & tanquã malus ab omnibus gentibus est damnatus, hoc autẽ non ita esset, nisi de se & ex natura sua esset malus, & reipublice perniciosus, ergo.

Ad rationes Martini, quarũ prima est, q. proles bene vel male educetur & alatur, hoc est accidẽtariũ, quia potest fornicator maiorem facultatẽ habere, quã cõiugatus, tũm etiã propositum firmius alendi, quin veroditãdi suos liberos, ergo. Respõdemus, quin vero id quod Martinus dicit, accidẽtariũ est, hoc autẽ quod nos dicimus cõditioni cõcubitus vagi natium & intrinseci, nã ex natura rei qui nõ sunt matrimonio iuncti, nõ possunt bene alere prole. Secũdo, si ratio Martini esset vltimus momẽti, tunc sequeretur cõiugationẽ maritalẽ nõ esse vinculum naturæ, inde enim hoc habet quod natura est, vt sit bene educatiua prolis, & tamẽ sæpẽ accidit, vt cõiuges neq. facultatẽ habeant, neq. vero voluntatẽ eos educandi, existimandus ergo est actus ex natura & non ex accidẽte: quin vero & simplex pollutio per mollicitẽ eo rursus est fornicatione, q. feminatio nemini licita est, nisi ordinetur ad prole, quare illa, quia frustranea est, maiorẽ habet iniquitatẽ. Ad secundũ argumentũ Martini, nêpẽ, simplex fornicatio nõ est cõtra iustitiã, quia vtreq. libere cõsentit, & volẽti non fit iniuria, respõdetur, dato ita sit, lat est cõtra charitatem esse & amicitiam humanã, vt sit mortale, & de per se cedit in prejudiciũ prolis generandæ. Secundo respõdetur, q. fornicatio est etiam quodãmodo contra iustitiã, quæ erga futuram prolem seruanda est, & licet principaliter cõstituiatur in specie tẽperantij, hoc ideo est, quia actus ille fornicarij nõ

est contra personam actū existentem, neq; que præcederit, sed contra illam, quæ est tū in potentia. Ad rationem Duradi, quia ius naturale non punit concubitum vagum, sunt enim lupanaria publica in rebus publicis debite illicitis, respondemus reprobam Christianam ideo lupanaria permittere, vt grauiora delicta impediatur, quæ tam enid nāquam tantū licitum approbavit, ita vt à culpa excusentur: Ideo.

Dabitur vltimo, an circa hoc, quod fornicatio simplex sit peccatū, ignorantia inuincibilis possit cadere. Et videtur quod sic, quia in decalogo expresse & directe nō prohibetur, sed solum reductiue: & in decalogo ea quæ proponuntur statim in lumine naturali videntur illicita, alia autem, quæ ad illa præcepta reducuntur, indigent expositione sapientum, sed talis est fornicatio simplex, ergo quæstio hæc est dubia. Respondemus tamen per propositiones. Prima, Apud Christianos non potest esse ignorantia inuincibilis, quæ postquam legem receperunt, omnino excuset. Assertio hæc patet, quia tam veteri lege quam noua & Evangelica tanquā mala & illicita prohibetur. Tam etiam, quia Paulus in suis epistolis sepe repetit, quod fornicarij regnum Dei non possidebunt. In cōtionibus etiam publicis concionatores sepe ita prædicant. Et vltimo, quia non est Christianus, qui affirmare audeat fornicationē simplicem esse licitam, & non esse peccatū. Et si iusticij aliqui sunt qui id ignorent, quales ego in hoc episcopatu Lucensi quondam reperij, docendi sunt & instruendi, ne tali ignorantia laborent. Secunda propositio, Gentes qui nihil audierunt de lege Christi, probabile est inuincibiliter ignorare fornicationem simplicem esse mortale. Probat, quia possunt esse gentes ad eam barbaræ quæ ratione id non attingant, cū neq; de fide Christi aliquid vnquā audierint, nec ab aliquo sint edocti, tales ergo nō mirum qd per ignorantia excusari valeat. Secus de homicidio, adulterio, & furto, quæ intrinsece includunt rationē debitā & illicitā, & directe in lege sunt prohibita, fornicatio vero non magis clare & distincte reducitur ad adulteriū, quā vltra ad furtū. Tertia propositio, Apud gentes barbaras, in quib⁹ est res publica bene instituta, probabilius est ignorantia fornicationis simplicis nō esse inuincibile, sed vincibile. Ratio est, quia si tales gentes ad Deū conuertentur, Deus eos illuminaret de necessarijs ad salutē, & per doctōrē externū vel inter-

nū cognosceret fornicationem simplicem esse peccatū: quod si nō se disponunt, neque ad Deum conuertuntur, id ex culpa sua est: & ideo in huiusmodi gentibus talis ignorantia vincibilis est.

Articulo. 8. diffinit S. Tho. adal erit esse determinatā speciem luxuriæ ab alijs distinctā, & ex se, & ex natura sua peccatum mortale. Probat, quia adulteriū, sicut ipsum nomen sonat, est accessus ad alienū forum, in quo homo dupliciter delinquit. Primo, quia accedit ad mulierem nō sibi matrimonio copulatam, quod requiritur ad bonū prolis, propriæ edacandæ. Secūdo, quia accedit ad mulierem alteri per matrimoniū copulatam, & sic impedit bonū prolis alienæ, & irrogatur grauis iniuria viro. Et eadem ratio est de muliere cōiugata, quæ per adulteriū corrumpitur, vnde quia habet speciale deformitatem circa actus venereos, ideo est specialis species luxuriæ, & peccatū mortale. Quod probam⁹, primo, quia præcepta omnia decalogi & cūcta moralia, quæ in illis sunt implicita, nihil aliud sunt quā explanationes iuris naturalis, quæ propter lucem naturalem sunt decodæ: verbi gratia, Nō occides, illic nō prohibetur nisi solū homicidium, quod est contra ius naturale: vnde dā iudex reum paribulo suspēdit, vel quisquis legitimo tutamine se defendens aggressorē occidit, quæ lex naturæ alterū iubet, & alterū permittit, nō transgreditur præceptū: pari modo dicens Christus, Nolite iurare omnino, solū interdixit iuramentorū absurdū abusum, & formas vniuersas vanè iurandi: vbi vero ratio iurandum exigit, quia natura est mandati interpretes, iurare nō est prohibitū: idem ergo ait S. Th. de precepto, non mechaberis, quia ratio naturalis dicit qd in omnibus speciebus luxuriæ includitur ratio illiciti, & vltra hoc in adulterio ratio specialis iniuriæ, quæ infertur proximo, & proli generandæ, ideo adulterium est peccatū mortale, & species particularis ab alijs distincta. Tum etiam, quia omnia præcepta decalogi, vt S. Tho. inquit. 2. 2. q. 122. art. 1. ad iustitiam pertinent, præcepta primæ tabule ad religionem Dei attinent, quæ est potissima pars iustitiæ: quantum vero ad pietatem, quæ est illi proxima: subsequētia ad iustitiam, quæ est inter æquales. Violatio autē iustitiæ in materia graui, qualis est materia adulteri, semper est peccatum mortale, ergo adulterium de se, & ex natura sua est peccatum mortale. Item, quia idem S. Thom. 1. 2. q. 100. artic. 8. tenet præcepta omnia

omnia decalogi esse indispensabilia; quia omnia in se & intrinsece continent bonum commune, vt præcepta primæ tabule obsequium Deo debitum, & præcepta secundæ tabule continent pacem communem reipublicæ: sed circa bonum commune, vt seruire Deo, nō potest cadere dispensatio, quia præcepta prioris tabule includunt in se intrinsece rationem debiti, similiter ergo nec circa præcepta secundæ tabule, quia intrinsece includunt rationem illiciti. Et quod licet iniuriam irrogare alicui, mens non capit, talis irrogatur in adulterio, ergo de se & ex natura sua est peccatum mortale, & intrinsece malum. Vltimo, quia delictū quod omni lege naturali, Diuina & humana, punitur pena mortis, de se, & ex natura sua est peccatum mortale, huiusmodi autem est adulterium, quia permissiosum reipublicæ, & ideo Leuit. 20. lex mandat adulteram lapidare, & Deuteronomij. 17. idem disponitur de viro, ergo de se & ex natura sua est peccatum mortale.

Dubium principale quæstionis propositæ est, an habere plures vxores sit contra ius naturæ, & an aliquando id licuerit. Prima quæstio diuis potest habere sensus vnus an vxores plures vnū cōmiserit viro, nunc dissonum sit, & iuri naturæ contrarium: alter vero est, an sit contra præceptum naturæ, ita vt contra dispensationem nunquam liceat. Ad primum sensum responderetur tribus conclusionibus, iuxta tres fines matrimonij. Nam aliquid esse contra ius naturæ iudicari debet per id quod est naturale, naturale autem est quidquid naturæ rei cōgruit, siue ratione generis, vt homini in quantum animalis eius & potus, seu ratione speciei, vt ratiocinari: inclinatio autem naturalis est in omnibus rebus, graue ad descensum, leue ad ascensum: est etiam commune omnibus rebus instinctus naturæ, qui in rebus cognoscētib⁹ idem est cū inclinatio ne naturæ, in ratione expertibus instinctus est impetus appetitus directionem Dei sequentis: est etiam lex omnibus rebus communis, quæ proprie conuenit his, qui intellectu vigent, vt Angelis & hominibus. Et ratio discrimini est, quia lex idē est quod regula, quæ actiones diriguntur, bruta vero, cū non cognoscant finem suarum actionum (hirundo enim non cognoscit quo sine nidificet) nequeunt actiones suas in finem dirigere, & ideo eorum cognitio non potest dici regula, aut lex, aut ius, sed instinctus

instigans appetitum, quo à natura impellitur à Deo, quibus vita conseruatur: instinctus vero ille descendit ex lege Dei dirigentis res omnes in suos fines, & quia homo cognoscit finem naturalem suarum actionum, in quem eas dirigit, cognitio eius practica dicitur, & est lex, seu regula, & ius naturæ.

Est autem finis matrimonij triplex, sicut & bonum eius. Primo, generatio prolis, & debita educatio, quæ homini conuenit ex natura generis, qui cunctis animalibus est communis, & bonum quod huic fini respondet est proles. Secundus finis secundarius est, vt Aristoteles. 8. Ethic. inquit, communis natio mutua actionum & officiorum tam generandi prolem, quàm necessaria ad vitam humanā intelligibile, & bonū, quod huic fini respondet, est fides, qua inter se coniuges inuicem constringuntur. Tertius finis congruit matrimonio, quatenus sacramentum, qui est significare coniunctionem Christi & ecclesie, nempe assumptionem humanitatis, cuius partes nunquam dimittit, & hac ratione sacramentum matrimonij est vinculum indissolubile, & huic fini coniunctum est bonum sacramenti: matrimonium ergo conuenit homini propter primū finem, quatenus animalis, propter secundū, in quantum homo & animal politū, propter tertium, ea ratione quia Christianus est.

His suppositis sit prima conclusio, Habere plures vxores non est contrarium naturæ primi finis. Hæc patet, quia finis prolis per congeminas vxores non tollitur, neq; impeditur, quia potest vir vnus ex pluribus vxoribus proles suscipere, & susceptā alere & educare, & vnaquæque vxorum suorum liberorum curam propriam gerere. Secunda conclusio, Vxorū pluralitas quodammodo est contra secundum finem matrimonij, quodammodo vero non, quia licet valde impediatur, sed non prorsus tollitur. Prior pars probatur, quia pluribus simul debitum exigentibus, non potest simul omnibus persoluere, nec ad id est potens, cum actus ille vires debilitet, & ideo matrimonium frustraretur alio fine, qui est esse remedium contra concupiscentiam, potissimum si vnā præ alteram diligeret, illa despecta viueret ceu viro orbata. Secundo, quia pax non posset inter illas vxores consistere, cum zelotypia vrerentur, & inuidia contabescerent, neque vna posset alterius filium videre: & hac

r. Propositio

s. Propositio

q. Propositio

1. Conclusio

2. Conclusio



de causa nouere male audiunt erga priu-  
guos: & his de causis rixis & litibus domū  
impleret. Et de hac re exemplum habemus  
Gen. 21. de Sara & Agar, quā cum Ismaele  
de domo repulit, & Rachel Genef. 30. inui-  
uidēs forori suae Lia simulatim marito sup-  
posuit, quae pro se pareret. Posterior pars  
conclusionis ex eo constat, quoniam plures  
vxores, si modo honeste sint & probe, pos-  
sunt vni viro cohabitare, vt Patriarcharum  
exemplis compertum est, & quauis nō tan-  
ta prohibere vigeant, licet egre, possunt ta-  
men vicuque simul cohabitare. Tertia cō-  
clusio, pluralitas vxorum aperte contraria  
tur tertio fini matrimonij, scilicet, significa-  
tioni sacramentali, ita vt matrimonium nō mo-  
do impediat, verumetiam dirimat, nam con-  
iugium Christi cū ecclesia fuit vnus cū vna,  
quam vnionem matrimonium representat.  
Neque obstat quōd ecclesia ex pluribus fi-  
delibus constat, quia propter vnam fidem,  
& vnum baptisma omnes vna sponsa repu-  
tantur, iuxta illud Cantic. 6. Vna est colum-  
ba mea, perfecta mea, &c. & Paulus, Despō-  
di vos vni viro virginem castam exhibere  
Christo.

3. Conclu-  
sio

Contra hanc tamen diffinitionem est vigēs  
argumentum, quia ius naturale est quod natu-  
ra omnia animantia docuit, vt ff. de iure  
naturali gent. & c. i. habentur, sed natura cer-  
ta animantia non docuit, vt mas non nisi vni  
femine copuletur, ergo si homo id faciat nō  
diliquit contra ius naturae. Respondetur ta-  
men, quōd ius naturae trisariam vsurpatur,  
vno modo vt natura, quae ex necessitate que-  
ratur, distinguatur contra rationalem appe-  
titum, qui operatur libere, & ideo q̄ proprie  
competit homini, in quantum homo, quod  
est veluti esse politicum, non dicitur de iure  
naturae, sed id tantum quod illi est cōmune  
cum reliquis animantibus, vt concubitus ma-  
ris & femine, & hinc nefandum crimen di-  
citur, & est contra ius naturae: hoc ergo pactō  
concedimus pluralitatem vxorum non  
esse contra ius naturae, quippe quod natura  
generis animalium non vetat. Secundo mo-  
do sumitur ius naturae pro eo quod ex prin-  
cipio naturae vnicuique speciei tanquam ei  
conueniens est inditum, & hoc modo plu-  
ralitas vxorum est contra ius naturae, quia  
est contra modum quem natura speciei ho-  
minis praescripit, propter quōd fecit eum  
animal ciuile, & ideo tenetur vxori fidem  
seruare, & familiam in pace regere. Vnde  
quibusdam animalibus, in quibus maior cu-

ra exigitur ad educationem proles, naturam  
similem instinctum impressit, vt perdicibus  
& turritibus, in quibus vnus vnū allociatur.  
Tertius modus est, vt ius naturae dicitur id  
quod Deus homini praecipit, tanquam su-  
premus author naturae, & ita Isidorus ius  
naturae appellauit dicens, ius naturale est,  
quod in lege & in Euangelio continetur, ve-  
luti refluxus maris, qui ex constellatione ce-  
lesti ei imprimitur, dicitur ei naturalis, &  
hoc modo specialiter Christianis est contra  
ius naturae plures vxores ducere, vt pote,  
quorum matrimonium est sacramentum cō-  
iunctionem Christi ecclesiae significans.

Ad secundum quaesitum, an simul plures  
habere vxores aliquando liceat. Quaestio  
haec implicite aliam quaestionem includit,  
nempe, an per dispensationem id liceat, an  
vero per se fuerit licitum. Pro cuius decisi-  
one animaduertendum, quōd primus quī  
duas sibi copulauit vxores fuit Lamech ex  
linea Cain septimus ab illo, vt habetur Gen.  
4. veluti Enoch vir iustissimus, qui coram  
Deo ambulauit, fuit septimus à Seth: in his  
duobus fratribus facta fuit diuisio duarum  
ciuitatum Dei, scilicet, & diaboli: quocirca  
factum Lamech non est argumentum quod  
fuerit licitum vni viro simul plures vxores  
ducere, quia credendus est id potius libidi-  
ne quam iure fecisse, neque concubuit Loth  
inebriatus cum duabus filiabus, Gen. 19. cen-  
sendus est matrimonij vsus, sed incestus. Sed  
prima bigamia, quae licita creditur, fuit A-  
brahae, qui postquam cum Sara contraxerat,  
eius precibus ad ancillam est ingressus, vt  
Gen. 16. legitur, cuius exemplo Iacob duas  
primum sorores Liam & Rachelem, & dein  
de singulas earum ancillas, vt Gen. 30. habe-  
tur, sibi copulauit, quod vt propagaret popu-  
lum Dei, fecit, & postea cum multi patres  
sunt imitati. Ad quaestionem ergo sequenti-  
bus conclusionibus responderet. Prima, po-  
ligamia, hoc est vxorum pluralitas, ante legē  
Euangelicam licita fuit. Abulensis super  
Matth. c. 19. q. 34. refert Doctores aliquos,  
qui contrarium huius conclusionis sustinēt,  
asserentes quōd Deus permisit pluralitatem  
vxorum, non tanquam rem licitam, sed vt  
impune fieret, sicut illis permisit ab extra-  
neis vsuram accipere, & nunc permittuntur  
lupanaria ad euitanda maiora mala. Haec ta-  
men opinio ab omnibus Theologis repudia-  
tur. Probatur ergo conclusio postea. Adulte-  
rium semper fuit cognitum, vt grane pecca-  
tum, ergo Abraham, quem Deus vt iustissi-  
mum

1. Condu-  
sio.

Galat. 4.

num ex toto orbe elegit, fas non est crede-  
re, eiusmodi commississe scelus, sed iure ad  
Agar fuisse ingressus, & causa potissima fuit,  
quam Paulus enarrat, vt in duobus filiis, vno  
de ancilla, & altero de libera, vetus & nouū  
Testamentum designatur, quare nato  
Iaac, Ismael cum matre sua iussu Dei ex-  
pullus fuit domo, ad significandum legem  
veterem, tanquam ancillam, excludendam,  
& Euangelicam, tanquam liberam, approbā-  
dam: vnde cū Agar in vsu perpetuo matrimo-  
nij non permanferit, non deseruit, qui  
Abrahae crimen fornicationis cum illa obij-  
cerent, vt Augustinus lib. 2. contra aduer-  
sarium legis Can. 9. refert, quem excusat ex  
eo quōd non concupiscit libidinis ad  
Agar fuerit ingressus, sed de vxoris consen-  
su & rogatu. Et Ambrosius loco citato vide-  
tur adulerium appellasse, insinuans quan-  
do dixit, quod fuit ante legem, quod nondū  
fuerat prohibitum: rursus quia non ardore  
libidinis successus, sed studio querendae po-  
steritatis eam cognouit. Ex quo coniunctio-  
nem ancillae non videtur censere torum cō-  
iugalem. Dicendum tamen est, id fecisse in-  
spiratione Diuina, & fuisse veram vxorem,  
sed quia Agar non fuit Abrahae coniugata  
nisi per occasionem, vt à Sara substituta vt ger-  
men vice illius ederet, & postea ratione my-  
sterij mandato Dei erat abijcienda, sancti  
Patres non appellant illud ita plane coniugium.  
Praesertim, quōd cū finis matrimonij  
duplex sit, vnus generatio, alter communica-  
tio in officijs domesticis, ad hunc secundum  
finem non fuit admissa, vt ea familiaritate &  
honore tractaretur vt Sara, sed semper ha-  
bebat tanquam ancilla, & Sara tanquā do-  
mina. Et hoc est quod Iudaei insinubāt di-  
centes, Nos ex fornicatione non sumus na-  
ti (nēpe vt Ismael) vñ Patrē habem⁹ Deū.  
Et idē iudiciū est de Iacob, & suis duabus an-  
cillis, nā cū ancillis lege nequeunt matrimo-  
nia iniri, nisi fiant libere, atque hoc pacto,  
Gen. 25. duae vxores Abrahae, nempe Agar  
& Zelpa eius concubinae appellantur.  
Hinc fit quōd nunquam fuit licitum habe-  
re concubinam, nam fornicatio, quia legitimi-  
mo fini generationis opponitur, adeo est cō-  
tra ius naturae, vt nulla dispensatione fieri  
possit licita. Quapropter si alicubi inter gē-  
tes fornicatio simplex tanquam licita per-  
mittebatur, id ex cecitate luminis naturalis  
procebat. Et hac de causa Iudaei scandali-  
um accipiebant, quōd conuersi de gentibus  
fornicatione tanquam licita utebantur, quā

ideo Apostoli, vt legitur Actuum. 15. eis in-  
terdixerunt. Vbi cumque ergo in sacra scri-  
ptura aliqui leguntur habuisse concubinas,  
vt Salomon, atque alij, vel culpandi sunt tā-  
quā fornicarij, veluti Iudas cū Thamar, vel  
si excusentur, intelligendae sunt verē coniu-  
gatę vxores. Sed ad secundum finem matri-  
monij, qui est maritalis societas, non recipi-  
bantur vt legitime vxores. Vnde inter ethni-  
cos mos erat, vt licet paterfamilias pluribus  
vteretur feminis, nomine vxorum nō tamē  
nisi vnicam haberet, quae esset materfami-  
lias. Et vt fermonem de Abraham cōcludā-  
mus, Deus ad euitandum iurgium inter an-  
cillam & liberam, Ismaelem & Isaac, & po-  
tissimum ratione mysterij abolitionis veteris  
Testamenti, iussit Agar cū filio domo ex-  
pelli, quasi dispensans super perpetuitatem  
matrimonij.

De Patriarchis nemo ambigit, quin iure  
optino ad propagandum Dei populum &  
cultum, pluribus fuerint vxoribus vsi. De  
iure vero, quo huiusmodi matrimonium des-  
cenduntur, est controversia. Sunt enim qui  
arbitratur tunc nulla opus fuisse dispen-  
satione, sed per se vxorem pluralitatem fuisse  
licitam: quam tuerent Durandus dist. 33.  
q. 1. & Abulensis cap. 19. super Matth. q. 30.  
vsque ad 34. Et primum argumentum, quo  
haec opinio fulcitur, est hoc. Vxorū plura-  
litas nullatenus aduersatur primario fini ma-  
trimonij, nec secundo sic opponitur, vt illū  
tollat, sed quodammodo impedit, non enim  
propagandis & educandis liberis obuiat, sed  
pacificum coniunctum domus quodammodo  
perturbat: illa vero quae sunt de iure naturae  
tanquā prima principia, vt id non facias alijs  
quod tibi fieri non vis, secum adferunt na-  
turale praecipuum, atque adeo illa, quae sunt  
explicationes, eorum, veluti praecipua decalo-  
gi, attamen illa, quae isto ordine non collo-  
cantur, sed longius deriuantur ex eisdē pri-  
mis principijs, non videntur obtinere vim  
praecipii, quousque consuetudo vel lex ali-  
qua Diuina, vel humana illud statuerit, iux-  
ta verbum illud Ciceronianum, Res à natu-  
ra profectas & à consuetudine approbatas  
legum virtus, & religio sanxit: at vero ante  
legem Euangelicam nulla inuenitur lex plu-  
res vxores prohibens, ergo quanquam ali-  
quomodo esset paci conseruanda dissonā,  
nulla tamen prohibitio erat, quae dispen-  
satione indigeret: ideo sola consuetudo genti-  
bus approbata, pro ratione & necessitate tē-  
porum, & indigentia propagandi generis hu-  
mani,

Opinio  
Durand

1. argumē-  
tum.



mani, potuit illud licitum facere. Hanc rationē videtur cōfirmare verba Augustini, vī delict, q̄ tunc plures vxores accipere nulla lex verbat, & quod sub nomine Ambrosij 32. q. 4. Can. obijciuntur. Gratianus citat, Obijciuntur, inquit, Iacob quatuor vxores, quod quia tunc mos erat, crimen non erat, si ergo nulla lege tunc erat prohibitum, nulla ergo exigebatur dispensatio.

Secundo, quia Abraham non videtur ingressus ad Agar nisi precibus vxoris victus, quod Sara non fuisset deprecata, nisi quia per se licitum illud censēbat, non ergo ob dispensationem illā sibi secundam adhibuit vxorem, & idem apparet in polygamia Iacob.

Tertio, quia Laban qui erat merē Gentilis, Iacob cum Lia coniugato, vltro obtulit Rachelē in secundam vxorem, quem postea rogavit ne plures acciperet, quod nō fecisset nisi quia mos vxorum plurium sub lege naturæ vigeat.

Vltimo, perturbatio pacis per plures vxores non per se est cōiuncta matrimonio, sed accidentarie propter praua ingenia mulierum, si enim sint pacificę & mites, nulla erit conturbatio pacis, id autem quod accidentarium est non mutat rei naturam.

Nihilominus statuitur secunda conclusio, Nunquam fuit licitum viro plures simul habere vxores, nisi ex aliqua saltem interna inspiratione, quæ vim Diuinæ dispensationis haberet. Declaratur conclusio, cū dispensatio super aliqua prohibitione fieri debeat, sit vt qualis est prohibitio talis esse debeat dispensatio, sed ante legem Euangelicā nulla fuit lex quæ plures simul habere vxores prohiberet, & ideo non requirebatur expressa extrinsecus dispensatio, sed tamen illa prohibitio erat intrinsecus lumine naturali in mentibus hominum impressa, nisi vbi per corruptionem naturæ erat deleta. Probatur nunc conclusio, Primo, quia cū plures vxores pacem domus & tranquillitatem impediunt, & præsertim officium reddendi debitum singulis, re vera natura ipsa multitudinem illam respuebat, ac subinde lumen naturę, vbi parum erat, id dissuadebat. Secundo id patet, nam proculdubio talis lex menti Adæ fuit impressa, cū vidēs Eūā ex vni ca costa conditam, dixit, erunt duo in carne vna, cū ergo in Abraham & Iacob lunē naturæ non fuerit obtinebratum (vt in Lamēch) nunquam plures vxores sibi sociassent, nisi interna aliqua inspiratione Diuina

fuisent admoniti, vt sicut prohibitio erat intrinseca talis esset dispensatio,

Hanc eandem conclusionem asseruit Innocentius tertius. c. Gaudemus de diuorsij, dicens, Nulli vnquā licuit simul plures vxores habere, nisi cui fuit Diuina reuelatione cōcessum, non dicit dispensatione extrinsecus verbo facta, sed reuelatione intrinsecus spirata.

Dubitatur tamen, quibus facta fuerit huiusmodi reuelatio. Respondetur, q̄ Abraham in primis, & forte Isaac & Iacob. Et licet Scotus dist. citata teneat, quod non alijs patribus fuit facta huiusmodi reuelatio, nisi solum illis, in quibus permanens erat cultus Dei, quia illa fuit causa reuelationis, sed nihilominus verisimilis est, cū omnibus descendentibus ab Abraham, & cū omni gente illius legis Mosaycę fuisse dispensatum, neq; opus fuisse reuelatione in singulis, sed ea quæ facta fuit Abraham in consuetudinem abijt, vt totus populus pro lege illam duceret.

Maior difficultas est, an cū gentibus fuerit dispensatum. Non desunt qui putent omnibus infidelibus polygamiam fuisse licitā: sed ratio, quæ id conuincat, non apparet, nā iure naturæ nemini gentium licuit dispensatio vero, cū non fuerit facta nisi ad propagandum populum Israel, non est cur ad gentes ampliata credatur. Et ita tenet Paludanus loco citato, quare nisi forte per ignorantiam inuincibilem excusarentur, maxime illi qui comertium cum Iudejs habebāt, vt eorum exemplo adducerentur, probabile est, & valde, nullis gentium fuisse vnquā licitam, & neque eorum matrimonia fuisse firma.

AD argumenta Durandi responderet ad primum, quod et si cōmixtio plurium vxorum cū vno viro non fuerit tūc lege expressa, & præcepto extrinsecus interdita, erat nihilominus per internam inspirationem sic prohibita, vt nisi pro diuersis conditionibus personarum ac temporum fuisset cōtrarium reuelatum, non esset legitimam illa quæ sunt in hoc gradu miris naturæ, moribus hominum variatis, possunt variari, atamē quoniam non est facile huiusmodi varietates agnoscere & diffinire, necesse est, vt ipse qui intrinsecus legem inspirauit, eandem mentē illuminet, quando liceat contra facere, & illa dicitur dispensatio: quare sola consuetudo non sufficeret culpam excusare. Et quoniam forsitan necessitas propagandi genus humanum pro reuelatione sufficeret temporibus

Ad primū argumentum.

2. argumē tum.

3. argumē tum.

4. argumē tum.

2. Conclusio.

1. Ratio.

2. Ratio.

Ad secundum argumentum.

ibus tamen Abraham, & aliorum Patrum, ratio naturalis id non docebat, quia necessitas tunc non erat, nisi ad propagandum populū Iudæorum, qui vero cultum Dei colebat. Et similiter responderet ad Augustinū, quia Patriarchę id faciebant ad propagandū cultum Dei, ex Diuina tamen inspiratione, vnde exortus fuit mos, qui crimen excusabat. Ad secundum de Sara responderet, q̄ forte eidem fuit facta reuelatio, vt marito persuaderet ingressum ad ancillam, vel forsitan ambobus, qui de hac re se inuicem consuluisse creduntur. Quod autem Laban duas filias Iacob matrimonio cōiunxerit, vel fuit quia Iacob ei dixit, sibi esse licitum, vel quia forte in lege naturę propter excitatem luminis naturalis patatant sibi licere. Aliud vero, q̄ prima vxore contentente, non sit iniuria si dei matrimonij, negatur proferus, quia matrimonium per se requirit illam libertatem ne viro sit impeditum per vnā vxorē ad reddendum alteri. Et similiter negatur accidentariam esse perturbacionem pacis propter corruptos mores vxorum, imō per se ex natura rei multitudo ipsa mulierum secum adfert zelotypiam & iurgia: sed accidit, si sint mansueti, vt huiusmodi discordię non obortiantur.

Confirmatur conclusio posita, nam si vxorum pluralitas absq; Diuina dispensatione esset licita, si tunc licuisset liceret etiam modo infidelibus, qui legibus positivis Euangelicis non tenentur, vt notat Innocentius. c. citato Gaudemus, citans illud Pauli, Quid ad nos de his qui foris sunt, consequens tamē est falsum, quia si quilibet illorum ad fidem conuerteretur, matrimonium non esset dirimendum, si apud illos fuisset ratum, cuius cōtrarium diffinitum est ab ecclesia eodem. c. Gaudemus, & certe si lex naturalis plures vxores illis permitteret, matrimonia populi legem Euangelicam non essent illis irrita, dirimuntur tamen post eorum conuersionem, sunt igitur irrita præterquam cū sola prima, & ideo nunquam nisi per speciale inspirationem fuerunt licita. Quod si quis arguat: pariter si Iudæi conuertantur ad fidē, matrimonia eorum cum pluribus vxoribus dirimuntur, & tamen erant eis licita. Respondetur, eis non fuisse licita, nisi per Diuinam dispensationem, quæ dispensatio iam per Christum abrogata est: cum gentibus vero nūquam fuit Diuinitus dispensatum, & ideo tam gentes, quā Iudæi relicti sunt in iure natura, & iam matrimonium illorum cū pluri

bus vxoribus non sit validum.

Tertia conclusio, modo post Euangelicam legem promulgatam nemini toto orbe licet plures vxores ducere, vnde qui post primā id attentaret, nullum contraheret matrimonium, sed omnia præter primum, sunt irrita & nulla. Probat, quia ab orbe redempto matrimonium vim habet sacramenti, quod ex latere Christi pendens in Cruce promanauit, significans coniunctionem eius cum vniuersa ecclesia, & assumptionem vniuersæ naturæ humanæ in vnitatem personæ, & ideo secundum matrimonium, quia non retinet hanc significationem, non est sacramentum, atq; adeo neque matrimonium. Secundo, matrimonia cū pluribus vxoribus, quia sunt contra naturam, nūquam fuerunt licita, nisi ex dispensatione Dei ob causam legitimam, quæ nulla alia creditur quā multiplicandi populū Dei ad eius cultum, lex autem Euangelicā non est lata vni populo singulari, sed toti orbi, ergo illa causa iam cessauit. Quapropter Christus legem coniugij ad primam institutionem reuocauit, vt neque repudiare liceret vxorem, neque plures ducere. Vnde querentibus Iudæis liceret ne vxorem dimittere, neganter respondit, legem integras orientis naturæ, Non legis, inquit, quia qui fecit hominem à principio masculū & feminam fecit eos, hoc est, vnicam, & vnicam, & dixit, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheret vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quæ verba sunt cōfirmatoria monogamię, vnde indissolubilitatem præcipiens, inquit, Quos Deus cōiunxit, homo non separet. Tertio confirmatur ex verbis illico subiunctis, Dico vobis, quia quicumque dimiserit suam, nisi ob fornicationē, mēcharit: etenim si dimissa vxore, non licet viro aliam ducere, multo minus prima retentā, alteram ducere licebit. Ex his colligitur.

Quarta conclusio, ab Euangelicę legis tēpore non licere super hoc dispensare, vt quis possit simul plures vxores habere. Probat, quia super ius Diuinum, nulla, nisi per Diuinam reuelationem, cadit dispensatio, nam cū Papa non sit nisi Vicarius Christi, nequit super eius leges dispensare. Et ceterum, quoniam si qua esse possent dispensandi causa, illa potissimum esset religio, dum infidelis cum pluribus vxoribus conuertitur ad fidem, ne propter difficultatem se adinuicē separandi, à se nostra reuocaretur, sed tūc nullatenus dispensatur, imo omnino separa

1. Ratio

2. Ratio.

Math. 19.

4. Conclusio.

tur, ergo nulla restat dispensandi causa, ut diffinitur lib. 2. Decretalium per totum titulum de sponsa duorum, & astipulatur Innocentius tertius in praescripto. c. Gaudemus de diuorcijs, quibus locis diffinitur, quod qui de facto duas uxores habet, excommunicatio nisi subiacet, & q̄ cum secunda adulterium committit, & lege civili sunt infames, vt. C. ad legem Iuliam de adulterijs. l. cū quibus, & corporali supplicio afficiuntur, nempe cautio in fronte impresso, imò vero habentur tanquā de haereticis suspecti, quasi Moysam licentiam in hoc viupantes, & de sacramentis Euangelicis male sentientes. Cōtra hanc autem veritatem militare videtur Canon ille Gregorij, Quod proposuisti. 32. q. 7. vbi ait, quod si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum reddere, vir poterit aliam ducere, daummodo primę subsidij opem non subtrahat. Gratianus non curat Canonem glossare, sed ait, sacris Canonibus, imo Apologeticis & Euangelicis doctrinæ esse contrarium, quia permittit bigamiam, vtraque vxore viuente. Et multi Theologi atunt Gregorium errasse, atamen non licet sic de Pontifice maximo sentire: & ideo dicendum est, quod loquebatur de sponsa de futuro, quā infirmitatis gratia dimittere poterat: vel intelligitur, vt alij dicunt, de illis neophytis, qui conuertebantur ad fidem, qui poterat infideles uxores relinquere. Sed neutra solutio satisfacit, quia tunc non præciperet, vt opem subsidij priori conferret. Alij dicunt illam fuisse tolerantiam in illis qui conuertebantur, ne à fide auerterentur. Sed neque hoc credibile est. Ideo legitima solutio est, quod loquebatur de infirmitate, quæ matrimoniū dirimit, qualis est frigiditas, vel maleficium, vt habetur. c. consultationi, de frigidis & maleficijs: quod si non potest habere vt uxorem, saltem habeat vt fororem. Et Can. requisisti. 33. q. 1. idem ait Gregorius Magnus, nempe, quod si cū illa impotentis quis contraxit, tanquā cū habenda vt forcia, & alteram post voluerit ducere, alit priorem.

Dubium tamen est vltimū circa hanc quæstionem, quid si casu aliquo humanum genus ad extremam hominum raritatem deueniret, an tunc ad eius multiplicationem liceret vni plures ducere, saltem an posset ecclesia super hoc dispensare. Et idem est de religioso, an liceret ei in hoc casu matrimoniū contrahere. Respondetur ad hoc primo, q̄ nisi extrema necessitas ingruerit, hoc non licet, quoniam nec tempore Adæ, neque vero

Noe seculo illa dispensatio legitur. Et ideo, si vnus solus vir esset superstes, & haberet vxorem fecundam, quæ pareret, non posset plures accipere, vt ampliore lobole propargaret. Nam neque si aliqui quantumvis paucissimi seculares essent superstes, liceret religiosi rei vxorij operā dare, quare multoties vni plures ducere, neque ecclesia vnā quā super hoc dispensaret. Si vero vir ille vnā cum vxore haberet sterilem, aut senio cōfectam, tunc extrema esset necessitas ducendi aliam. Nihilominus Scotus loco citato respondet, quod in simili casu forte Diuina approbatio vel dispensatio specialiter reuelaretur ecclesiæ: sed nihilominus addendum est, nulla alia opus esse reuelatione præter naturæ clamorem, & ideo tunc liceret illi aliam vxorem accipere, quæ esset fecunda. Alij vero dicunt in simili casu existimandum esse, quod voluntas Dei sit, quod mundus finiat, & ideo potius conformandam est voluntati Diuinæ, quam contra leges à Deo in scriptis agere. Et hæc solutio nisi reuelatis oblatet de aduētū Antechristi, & similibus, forte sustineri posset.

Pro B. Ambrosio fat sunt quæ diffinitis, Abraham nō deliquisse congregentem cū Agar, id enim fecit ad euitandum iurgium inter ancillam & liberam, & Isaacem & Isaac, & propter rationem mysterij, abolitionisque veteris Testamenti, & quia Deus reuelatione interiori cum illo dispensauit in polygamia, vt ex textu colligi potest, nam postea quā illam à Sara accepit in vxore, Moses inquit, Et dedit eam Saram viro suo in vxorem. Sunt qui existimant Ambrosiū solutionem præmissæ dubitationis, non ex sua, sed ex aliorum mente protulisse, & ob id statim solutionem secundam & tertiam eiusdem quæstionis, veluti ex propria subdidisse.

OCTAVVM QVAESITVM.

An Angeli ante mundum cōditi, et an cęli sonum edant.

**A**mbrosius in initio præfationis in psalmos in locum hunc, *Beatus vir qui non abiit*, Psal. 1. dicit Angelos ante hunc visibilem mundū fuisse, asserit etiam cęlos rotatu suo edere perpetuum

perpetuum sonitum. Primum quod asserit de Angelis, eracatos fuisse ante mundum, disputauimus supra tomo. 9. Hieronymi ad trigesimum tertium quæsitum. Secundum quod asserit, cęlos sonitum vocalem suo motu edere ait his verbis, Laudant Angeli Dominū, psallunt ei potestates cęlorum, & ante initium mundi Cherubin & Seraphin cū suauitate canore vocis sue dicunt, Sanctus, Sanctus, ipsum quoque axem cęli fert expressior sermo cū quadam perpetui concentus suauitate versari, vt sonus eius extremis terrarū partibus audiretur, vbi sunt quædam secreta naturæ, neque id ab vsu naturæ videtur alie num.

Philo Iudæus in libro de somnijs allegorice pertractans historiam de puteis à Iacob inuentis, hæc verba enucleans, Rursus fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, Gen. 26. cū obiter incidisset in sermone eorum, qui laudant Deum, asseruit orbes cęlestes vocalis armoniæ sono, qui eorum circuitione conficitur, continuo celebrare Deum. Verba autem eius sunt hæc, Cęlum perpetuo concentu suorum motuum reddit armoniam suauissimam, quæ, si posset ad nostras aures peruenire, in nobis exciteret impotentes amores & insanum desiderium, quo simulati rerum ad vitium necessarium obuiiceremur, nō passu, cibo, potuque per fauces dimisso, sed quemadmodū immortalitatis candidati, Diuinis consummate musicę cantibus, quales cum Moses extra corpus raptus audiisset, fertur per quadraginta dies, totidemque noctes, neque panem, neque aquam gustasse. Itaque cęlum instrumentum musicæ archetypum videtur mihi, non propter aliud sic elaboratum, quā vt rerum parentis hymni à te decantentur & musicę.

Licentius ad Augustinum præceptorem suum de Deo loquens hoc ipsum elegantissimis verbis breuiter complexus est inueniens, Aptauit numeros cęlis, iustitiasque, & Malachias dicit, Ecce venit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem aduentus eius, quoniam ipse ueniet sicut ignis constans, & sedebit constans & purgabit aurum & argentum, & purgabit filios Leui igne, ergo purgabuntur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel, sed etiam hi per ignem examinabuntur, dicent tamen, transibimus per ignem & aquam, alij in igne remanebant, illis rorauit ignis, vt Hebræis pueris, qui in fornacem missi sunt, Vt militi si opus meum

asserit, nisi qui in aere efficitur, sed à terra vsque ad firmamentum cęlesti musica menfuratur, ad cuius exemplar nostra musica inuenta est.

Epiphanius lib. 1. Panarij huiusmodi sententiam, vt rem fabulosam & risu dignam reijcit. Subscribit illi Ireneus libro aduersus hæreses hanc assertionem inter damnata Marciorum dogmata collocat. Et Basilus in Exameron homi. 2. eandem veluti debilissimū fundamentum innixam contemnit. Et hæc sententiam communiter amplectuntur Doctores tam philosophi quā Theologi.

Pro Ambrosio & Patribus, qui cum sequuntur, respondetur, quod ipse Ambrosius sententiam suam retractauit in Exameron, veluti cauillatoriam & sine fundamento, & ridiculas ratiocinationes, quibus inepti quidā philosophi eam tueri nitentur, velut prodigiola quædam signenta, quæ hæretici præsertim Marcosij ex ipsa deducebant, contemnit, & omnino tanquam fabulosa excludit & reijcit. Hæc sententia de hac questione: curiosus de hac consulat libros de cęlo Aristotelis.

NONVM QVAESITVM.

An omnes animę post hanc vitam ignibus probandę sint.

**A**mbrosius in commentarijs psalterij inquitens intelligentiam huius clausule, *Gladius ignis inuestis corda eorum*, Psal. 36. consentire creditur Origeni dicenti omnes qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri sunt homines, vno Christo dempro, examinandos, & aliquo modo vrendos igne conflagrationis mundanæ in die Iudicij. Eius verba hæc sunt, Igne nos examinasti dicit David, ergo omnes igne examinabimur, & Malachias dicit, Ecce venit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem aduentus eius, quoniam ipse ueniet sicut ignis constans, & sedebit constans & purgabit aurum & argentum, & purgabit filios Leui igne, ergo purgabuntur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel, sed etiam hi per ignem examinabuntur, dicent tamen, transibimus per ignem & aquam, alij in igne remanebant, illis rorauit ignis, vt Hebræis pueris, qui in fornacem missi sunt, Vt militi si opus meum asserit,

Gen. 26

Psal. 16 Malach. 3.

arferit, & laboris huius patiat detrimentum, & si saluos faciet Dominus seruos suos, salui erimus per fidem, sic tamē salui quasi per ignem, & si non exuremur, tamen vremur. Rursus in expositione psalmi. 118. super illud, Vide humilitatem meā, & erue me, &c. inquit, Omnes oportet probari per ignem quicunque ad paradysum reddere desiderat, non enim ociose scriptum est, quodd eiectis Adam & Eva de paradiso, posuit Deus in exitu paradisi gladium igneum versatilem, omnes oportet transire per flammam, siue ille Ioannes Euangelista sit, quem ita dilexit Dominus, vt de eo diceret ad Petrum, Sic enim volo manere, quid ad te tu me sequere: de morte eius aliqui dubitant, de transitu per ignem dubitare non possumus: siue ille sit Petrus, qui clauis regni colorum accepit, oportet dicat, Transimus per ignem: sed Ioanni cito versabitur igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas, quem dilexit equitas, si quid in eo vitii fuit charitas Diuina decoxit, ille examinabitur vt argentum, ego examinabor vt plumbum, donec plumbum tasecat ardebo, si nihil argenti in me inuentum fuerit, & concludit, Ergo quia examinandi sumus, sic nos agamus vt iudicio probari mereamur. Diuino, tenemus id positi humilitate, vt de vniuersisque nostrum venerit ad iudiciū Dei, ad illos ignes, quos transituremus, dicitur, Vide humilitatem meam, & erue me. Hæc ex Origene fere ad litteram transtulit.

Origenes homi. 3. in psal. 36. in hæc verba, Gladium euaginauerunt peccatores, psalmi. 36. affectu, quod post hanc vitam tant boni quam mali sunt ignem gehonæ addituri, sic inquit, Si in hanc vitam positi faciamus in nobis interire peccatum, vt nunquam omnino a nobis, neque per cogitationem, neque per opus, neque per verba peccati gladius profertur, non indigebimus pena ignis eter- niam, non teporibus exterioribus condemnabimur, neque illis supplicibus, quæ peccatoribus imminēt, subiacēbimus, si vero in hac vita contemneris, quomodo nos Diuina scriptura verbis & capti, vel emendari eius. cog- redtionibus volumus certum est quia: ma- net hos ignis, qui præparatus est peccatori- bus, vt veniamus ad illum ignem, in quo v- niuscuiusque opus quale sit ignis probabit, & vt ego arbitor, omnes nos venire ad illū ignem necesse est, enim si Paulus sit aliquis, vel Petrus: sed illi tales audunt, Et si per- transeas, flamma non aduret te, si vero ali-

Ioan. 17.

Psal. 69.

quis mei similis peccator sit, veniet quidem ad illum ignem, sicut Petrus & Paulus, sed non sic transtet, sicut Petrus & Paulus, & quemadmodum ad rubrum mare venerunt Hebræi, venerunt & Aegyptij, sed Hebræi transierunt mare rubrum, Aegyptij dimersi sunt in ipso, hoc modo etiam nos, si quidem Aegyptij sumus, & sequimur Pharaoem diabolum, præceptis eius obedientes demer- gemur in illum fluvium siue lacū igneum, cum inuenta fuerint in nos peccata: si autē sumus Hebræi, & sanguine agni immaculati redempti, si non portamus nobiscum fermē tum nequitie, ingrediemur quidem fluvium ignis, sed sicut Hebræis erat aqua dextra lē- uaq, ita etiam ignis erit nobis murus.

Et in fine libri. 8. commentariorum in epī- stolam ad Rom. hæc habet ad verbum, Omnes quidem qui beati sumus, siue illi ex Israel, siue ex gentibus, presentis temporis Euange- licæ doctrinæ sermo purificat, vt sint tales, si- cut erant illi, ad quos Dominus dicebat, Ecce iam vos mundi estis propter sermonem, quæ locutus sum vobis, qui vero verbo Dei & doctrinæ Euangelicæ purificationis spre- uerit, tristibus & poenialibus purificationib⁹ se magis ipsum reseruat, vt igni gehēne in cru- ciaribus purget, quem neque Apostolica do- ctina, neque Euangelicæ sermo purgavit, secundum illud quod scriptum est, Et purifi- catio te igne, ad purificationem vero neque ipsa purgatio, quæ per penam ignis adhibe- tur, quantum temporibus, quantum seculis de peccatoribus exigit cruciatus, solus sci- re potest ille, cui Pater omne iudicium tra- didit.

Et rursus homi. 13. in Hieremiam idem re- petēs ait, Si peccati & peccatorum sordē pol- latus es, lauabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion in sanguine, si autem morta- le peccatum est, non possunt nitropoaque mundari, sed spiritu iudicij, spiritu combu- stionis & poenæ. Forsthan & Iesus baptizat Spiritu sancto, & igne: non quia eundem in Spiritu sancto, atq; igne baptizat: sed quo- sanctus baptizetur Spiritu sancto, & is qui post fidem & magisterium Dei rursus ad scelera conuersus est, cruciatus purgetur in- cendij, beatus qui lauacrum accepit Spiritus sancti, & ignis lauacro non indiget, mi- serabilis autem, & omni fletu dignus, qui post lauacrum Spiritus sancti baptizatus est igne, beatus qui habet partē in resurrectione prima: si quis seruauerit lauacrum Spiritus sancti, iste in resurrectione primæ parte

Malach. 3.

Luc. 3.

Apoc. 20.

communicat, si quis verò in secunda resur- rectione seruetur, iste peccator est, qui ignis indiget baptismo, qui combustione purgatur, vt quidquid habuerit lignorum, feni & sti- pulæ ignis consummat.

Hieronymus libro in Amos. 3. ad eandem opinionem Ambrosij apparet alluisse, vbi edisserens illud ex cap. 7. sic ecce vocauit ig- nem ad iudicium, & deuorauit abyssum, & co- neder simul partem, &c. sic habet, Vocatus ignis ad iudiciū & deuorat primū abyssum, id est, omnia genera peccatorum, lingua, fg- nam, stipulam, & postea comedit simul par- tem, hoc est, ad sanctos illos peruenit, qui in peculium Domini, & in eius partes reputan- tur, tempus enim est vt iudicium incipiat à domo Domini. Et in Ezechiele præcipitur his, qui penas illaturi sunt, A sanctis meis in- cipite. Et in Apostolo legimus, Si cuius opus arserit, detrimētum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem, cuiq; omnes fuerimus in peccato, & iacuerimus ad sententiæ veritatem, miserabitur Dominus nostris, & resurrectionis nos tempore su- scitauit.

Ezech. 9.

1. Cor. 3.

Hylarius in commentarijs psalmi. 118. in eam versiculum, Concupiuit anima mea de- siderare iustitiam tuam, &c. sic scripsit, Me- minit Propheta arduum esse desiderare iudicium, cum autem nemo viuens in conspe- ctū ipsius mundus sit, quomodo desiderabi- le potest esse iudicium, in quo nobis est ille indefensus ignis obeundus, in quo subeun- da sunt graua illa expiandæ à peccatis ani- mæ supplicia? Beatæ Mariæ animam gladi⁹ pertranstulit, vt reuelentur multorum cor- dium cogitationes, si ergo in iudicij seueri- tatem capax illa Dei Virgo ventura est, de- siderare quis audebit à Deo iudicari?

Basilius in quartū Esaiæ caput, in illis pro- pheta verbis, Expurgauit Hierusalem in spi- ritu iudicij & spiritu ardoris, ad eandem sen- tentiam declinat, inquit, Hoc autē in spi- ritu iudicij & spiritu ardoris ad eandem re- fertur probationem siue examen, quod per ignem fieri in seculo futuro. Et paulo post, Qui post acceptam vitam notitiam consulto- acitudo seipso reddunt obnoxio sangui- ni, utique tales opus est purgari per ignem, & hi expurgantur in spiritu ardoris, siue estuationis. Et iterum in eisdem commenta- rijs expendens illud Esaiæ. 9. In indignatio- ne ire Domini iuberis est terra, inquit, De- clarat Propheta terrena ipsa tradi de pscē- da igni punitio in gratiam & beneficiū an-

mæ, non enim omnimodum exterminium cōminatur, sed innuit expurgationem iux- ta Apostoli sententiam, Quia si cuius opus arserit detrimētum patietur, ipse tamē sal- uus erit, sic tamen quasi per ignem.

Lactantius Firmianus longe ante Hiero- nimum & Hylarium de hoc igne loquens in. 7. Diuina. instit. lib. c. 21. ita scripsit, Idē igitur Diuini⁹ ignis vna eademq; vt atq; po- tentia & cremauit impios, & recreauit, & quantum è corporibus assument, tantum re- sumet, ac sibi ipse æternum pabulum submi- nistrabit, sedet iustus, iustus cum iudicauerit Deus, etiam igne eos examinabit: tū quo- rum peccata vel pondere vel numero preua- luerint, perstrungentur igne, atque combure- tur, in quibus autem plena iustitia & matu- ritas virtutis erit, ignem illum non sentient, habent enim aliquid in se Dei, quod vim flā- mæ repellat at rejiciat, tanta vis est innocen- tiæ, vt ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit à Deo hanc potestatem, vt impios vray iustus obtempere.

Disputat Doctores scholastici de hac que- stione. 4. sent. dist. 48. & primo queritur, an aliqua sit futura mundi purgatio per ignem. Ad quod respondetur sequentibus conclu- sionibus. Prima, mundus in die iudicij pur- gandus est. Conclusio hæc colligitur ex illo Apocalyp. 21. Vidi celum novum & terram nouam, primum enim celum, & prima terra abijt, & loquitur de vltima consummatione mundi: omnis autem renouatio alicuius rei fit per aliquam purgationem, vt in purifica- tione metallorum conspiciamus, cui alludit Paulus. 1. Corin. 7. vbi ait, Præterit figura mundi huius, præterire autē figuram est per- purgationem immutari. Ratio conclusionis sic colligitur, mundus propter hominem cō- ditus est, vt secundo Physicorum habet Ari- stoteles, & Gen. 1. Faciamus hominem, vt præsit piscibus maribus, volatilibus cœli, & bestijs terræ: & psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, locus vero debet proportiona- ri loco, inmundities, quæ est culpa, impe- dit gloriam hominis, ad quem statum assu- mendus est: nam. 1. Corin. 15. ait Paulus, Corruptio in corruptelam non possidebit & Apocalyp. vltimo, In ingressu ciuitatis glo- riæ, inquit, foris manent venetici, impudici, homicidæ, & ideo homines, quouique ab omni culpa & ab omni reatu poenæ ante in- gressum debite purgentur, gloriam non pos- sident: creaturæ vero corporales ea ratio- nē quatenus in seruitium hominis sunt con-

r. Conclū- sio

dua.

ditat, quandam incongruitatem, atque indecentiam ex eorum culpis contrahunt, ideo purgari debent, ut fulgore gloriæ resplendant, sicut basilicæ, dum aliqua foeditate polluntur, non sunt idoneæ sacris faciendis, quousque purgantur. & hinc elementa omnia sunt purganda, nam mixta omnia peribunt. Hanc veritatem Paulus Rom. 8. edisserit, etenim postquã gloriam, quæ reuelabitur in nobis, passionis nostras superaturam asseruit, subiungit, Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Et subdit, Quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, quo loco ait Chrysostomus, omnem corpoream creaturam designauit, quæcunque in seruitum hominis condita fuerit, cui, si in originali iustitia perstitisset, absque aliqua turpitudine inferret, postquã ab eadem iustitia per peccaricationem Diuini mandati homo cecidit, vanitati culpe & mortis subiecta est. Quomodo autem ab his purgabitur statim dicemus.

Secunda conclusio, purgatio illa facienda est per ignem. Probat primo ex illo psal. 49. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Quod loquitur de extremo iudicio probant verba præcedentia & subsequenti, ait quippe, Deus manifeste ueniet, id est, non occulte, sicut in primo aduentu, ignis in conspectu eius exardescet, & uocabit cælum de sursum, hoc est, Angelos & animas sanctorum, & terram discernere populum suum, id est, ut iudicet populum suum. Et Augustinus. 20. de Ciuitate Dei. inquit, Palchritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, sicut factum est mundanarum aquarum ignouatione diluuii, ut mundus in mellis ignouatus aperte accommodetur hominibus, etiam carne in mellis ignouatis: & 2. Petri 3. Nouos autem cælos, & nouam terram, & promissa expectamus, quando elementa, & cæli ardentur soluentur. Ratio uero conclusionis ex effectu. & modo, quo ignis purgabitur, sumitur. Tria enim sunt ad illam mundi purgationem pertinentia. Primum, purgatio, ab illa indigentate qua mundus per humanam delicta infectus est, ut idoneus maneat, beatorum gloriæ. Secundum, purificatio elementorum ab impuritate & commixtione aliarum rerum. Tertium, dispositio ad gloriæ perfectionem. His autem operibus perficiendis aptissimus est ignis, primum propter suam nobilitatē, quia in luce est similis qua-

litatibus gloriæ, & hac ratione accommodatus est ad abstergendas fordes ex delictis hominum relictas, sicut ignis purgatorij pœnas peccatorum delet: Secundo, propter suam puritatem, quia propter efficaciam virtutis suæ actiue nullum permixtionem extranei admittit, sed citissime illud cõsumit: & hinc ait philosophus secundo de Generatione, text. 8. Calidum congregat homogenea, hoc est, similia, segregando ab etherogenis ea, & hac ratione metalla igne purgantur. Tertio, quod inter elementa est à nostris visibus semotissim⁹, quia de causa minus ceteris elementis afficitur. Quarto, quia purgatio illa citissime facienda est, non sicut prillina, quæ per aquas diluuii quadraginta diebus durauit, ignis autem velocissim⁹ actiuitatis est. Quinto, quia non potuit aliud instrumentũ ad damnatos in infernum rapiendos cõmodius assumi, quandoquidem igneis cruciatibus sunt perpetuo torquendi. Sexto, quia eodem igne iusti, qui aliquid peccatorum habent purgandam, expurgantur. Vltimo, quia ad maiestatem iudicis efferendam, & splendorem gloriæ iustis, & terrorem inferni iniquis representandum apta est ignis demonstratio. Et aduertendũ, quod ignis quo tunc elementa purgantur, & iste quo nos uimur, qui quidem est in aliena materia puta in carbone & flamma, cuius esca & fermentum est lignum & aer, qui ideo ignis poterit ab his alienis materijs per illum alium purissimum expurgari: ligna enim, & aer, & omnia illo conflagrantur igne. Et ideo ille seipsum non purificabit, neque consumet. Quod si quis arguat, in prima mundi fabrica distinctio & segregatio rerum non fuit per aliquod corporeum instrumentum facta, sed à Deo ipso immediate, ergo eodem modo condecens est, ut illa elementorũ purificatio à solo Deo fiat, negatur collectio, quia illa prima rerum distinctio fuit per productionem formarum in distinctis materijs, quas solus Deus, ut auctor nature, producere tunc potuit, purificatio uero elementorum in fine mundi erit reductio rerum ad illam puritatē, in qua conditæ sunt, ad quod opus perficiendum Deus uentur igne.

Tertia conclusio, ignis ille erit eiusdem speciei cū elementari & nostro. Et licet de hac re sint varieg opinioniones, rei tamē ueritas est, quam D. Petrus insinuare uideatur, quod huiusmodi ignis sit futurus, uelut olim diluuii, aquæ uero diluuii genitæ fuerunt ex aquis naturalibus, coadunatæ tamen uirtute super

3. Conclu  
sio.

naturali, fecit enim Deus, ut uniuersæ causæ genitricis aquarum, tam coelestes quàm terrenæ tunc præter suum ordinem naturalem coirent: similis ergo modo uniuersæ causæ, quæ sunt caloris & ignis effectrices, tam quæ in cælo, quàm quæ in terra existunt, conuenient ad inflammandum omnia quæ possunt esse ignis materia. Quocirca ignis ille, ut esse habebit supernaturalis sita eadem uirtute erit purissimus, id est, reliquis rebus expurgandis aptissimus. Hinc colligitur probatio conclusiõnis, Ignis enim ex quacunque materia genitus tamen eandem speciem seruat, ut patet in igne ex radijs solatibus procedente, qui eiusdem speciei est cum altero ab igne genito, neque iste, quo nos uimur, ratione crassioris materie est tam purus, & hæc est ratio, quare ille ignis purgabit ignem, qui apud nos est. Virtus uero illius ignis, cum sit supernaturalis, specie differet à uirtute ignis nostri. Elementi uero licet ignes ipsi omnes sint eiusdem speciei, quæ propter ignis ille non solum ascendit secundum naturam ignis, sed circumquaque descendit, sequendo compossibilem materiam, uelut in igne domum insulam uel aut syluam conspiciamus.

Dabium tam est, an ignis ille ante iudicium ueniat. Respondemus sequenti conclusione, Ignis ille iudicium præueniet. Hæc conclusio constat ex illo psal. 96. Ignis ante ipsam præcedet, & in alio psalmo, Ignis in conspectu eius exardescet: & Isai. 2. Ante faciem eius ignis uorax. Ratio autem conclusionis est, quia ignis duo erunt effectus, vnus purgatio mundi, alter complicatio damnatorum in inferno, primus antecedit iudicium, secundus subsequetur sententiam iudicis, quia erit eiusdem sententiæ executio, ex quo fit consequens ut iudicium antecedit. Quod autem prior effectus præueniat iudicium, probatur. Resurrectio mortuorum præcedet iudicium, ut. 1. Thessal. 4. ait Apostolus, Illi qui tunc reuerentur uiui, rapientur obuiam ueniendi Christo, atque adeo iam tunc motui erunt excitati, beati uero resurgent in gloria, quæ est terminus & finis resurrectionis animarum & corporum, iuxta illud. 1. Corin. 15. Seminatur in nobilitate, surget in gloria in illo, ergo temporis articulo inuocabitur mundus, ut nouus mundus seruiat in no-

uato homini, quod Paulus confirmat uerbo illo Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Colligit etiam ueritas hæc ex eo quod in momento resurrectionis cessabit tempus, ac proinde motus cæli, quæ quidem cessatio ad eandem mundi inuolutionem spectat.

Augustinus libro. 20. de Ciuitate Dei recensens illa quæ tunc contingent, conflagrationem mundi post iudicium, & damnatos missos in ignem æternum non connumerat: sed quia non cogitabat eo ordine illa referre, quo sunt euentura, ideo subdit, Quæ omnia uentura esse credendum est: quibus autem modis, & quo ordine ueniant, magis tunc rerum experientia docebit, quã nunc ad perfectã hominis intelligentiam ualeat cõsequi. Quod si quis arguat, si ignis esset antecessurus, nulli in aduentu Domini repererunt uiui, quia omnes concreuerunt, quod tamen est contra illud Apostoli. 1. Thess. 4. Nos qui uiuimus, rapiemur obuiam Christo in aera. Pro solutione notandum, quod ignis ille in illo momento, quo antecedit resurrectionem, exercet uirtutem naturalem in omnes, quos uiuos repererit, tã probos, quàm reprobos, uniuersos in cineres resoluendo, & licet omnes interficiat, cū aliquo tamen discrimine, quia iniquos exurendo cruciabit, electos uero, si nihil purgandum habeat, ut Doctores scholastici dicunt, in illa cõbustione nullum dolorē sentient, Deo sic disponente, quia nulla est ratio, cur crucientur. Verũ est quod sicut martyres in termino uitæ, si exurerentur, dolorē sentirent, & sicut sancti, ut ait Lucas, præ timore ardescent, sic & iusti, qui tunc reuerentur uiui, sustineri potest, quod igne cruciabitur. Et quod Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei. 8. inquit, Ille ignis tunc nihil nocbit iustis, intelligi potest, postquã surrexerint. Et qui cõtrarium uoluerit sustinere, probabilissime poterit. Et simile est de tribus patris in camino ignis: sicut enim illi à dolore fuerat preseruat, sic & omnes electi, si nõ habeant quod purgari debeant: nam si aliqui purgandi habeant, cruciabantur illo igne, non solum in obitu, uerum secundum animam in illo breuissimo tẽpore, quo erunt mortui, uelut in purgatorio plus minusue pro qualitate & quantitate peccatorum, quarum rei sunt, ut Augustinus & Patres docent. Quod si quis arguat, mors illa breuissimo tẽpore tenet animas à corporibus separatas, quomodo ergo tam subito poterit omnes purgari?

Angust  
ans

Rom. 8.

3. Conclu  
sio.

Y Respon





in aduentum Domini Dei.

Re vera nunquā de auribus nostris cadere illa verba debent, Venite benedicti, & Ite maledicti: aut ab oculis spectatū illud dimoueri pietissimi simul ac feuerissimi iudicis ventilabro permūdantis arcam suam. Fac mortales vniuersos in aeterno, veluti in hoc seculo sumus ceu grana cum paleis cōmixta, congestos esse: & terribilem Dei maiestatem ventilabrum manu tenentem ad vētilandum aceruum, atq; à dextris horreum situm, quo includenda sunt grana, & à sinistris hiantem inferni voraginem flāmas spirantem, voraturam paleas: contēplare tunc ergo, Domino veniente, quōd in illo acervo latent & timati in hoc seculo ceu grana, quos in altum ventilatos ventus Aquilo, à quo pandetur omne malū, ab ira Dei in susflatus, in illas inferni flāmas, tanquā paleas miserendas surripit. Videas illic euolantes magnates antistites, reges, sacerdotes, monachos, doctores, ac magistrōs, cum summa ignominia aerem sua multitudine ascāntes, & flāmas ardentes, in illam tartarorum voraginem precipites. Videas e contra quāplurimos in hoc seculo nullo pretio habitos, velut grana prodituros suorum meritorū pondere, quā per Dei gratiam comparauerunt, ad dexteram cadere, vnde in celestia horrea recondantur. O nimium stupendum miserandumque biuium, quo fratres à fratribus, liberi à parentibus, mariti à vxoribus separantur, cunctisque id genus arctissimis vinculis dissolutis, alij ibunt in vitam æternam, atque alij in ignem æternum.

Ex dictis constat quā sit communis sententia Theologorum iuxta quæstionē propositam, quæ est electos expiatione indigentes igne cum dolore purgandos, in quibus vero nihil est purgandum, sine vllō dolore & cruciatiu euasuros, reprobos vna cū ipso igne deuolutos, in infernum demersos, sanctos vero, qui iuc Deo fruuntur, in expertes debere esse ab omni dolore & conflagratione, tum quia mortui non resurgēt, nisi postquam ignis ille ab officio purgationis cessauerit, deposita facultate purgandi, tum quia sanctorum corpora post resurrectionem adeo erunt spiritualia & impasibilia, vt igne purgationis non sint amplius capatia.

Pro Ambrosio & Patribus, qui in eius sententia consenserunt, responderetur, quōd communis scholæ Theologorum scholasti-

corum disidet ab illis, simul cum Augustino lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 8. vbi inquit, sanctos futuros in superioribus mundi partibus, in quibus non ascendit flamma illius incendij, quemadmodum neque olim vnda diluuij, talia quippe illis inerunt corpora, vt illic sint vbi esse voluerit, sed neque ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibiles facti, sicut virorum trium corruptibilia corpora atque mortalia in camino ardenti viuere illesa potuerunt. Et libro. 21. de Ciuitate Dei cap. 26. & 27. confutat dogma Origenis. An Origenis verba interpretari queat de igne vltimæ conflagrationis, qui in diei dieij purgabit quosdam, nempe electos nondum purgatos, & conuoluet omnes reprobos, dubium est, pie autem posset in sententiam aliorum Patrum adduci.

DECIMVM QVAE-  
SITVM.

An iurare in causa vera et iusta peccatum sit.

Ambrosius in expositione psalmi 118. hanc sententiam explicans, *inquit, et statim cupido dicitur iudicis iustitiam*, inquit ideo Dominus, qui venit docere paruulos, imbuere nouos, formare perfectos, ait in Euangelio, non iurandum omnino, quia infirmis loquebar: denique non ad solos Apostolos loquebatur, sed ad turbas: voluit enim te non iurare, ne periures. Et addit, Non iurare, neque per coelum, neque per terram, neque per Hierosolynam; neque per caput tuum, per ea videlicet, quæ subiecta non sunt potestati tuæ, iurauit Dominus, nec poenitebit eum. Turget ergo ille, quem sermō ri sui poenitere non poterit. Et quid iurauit Dominus? quia Christus in æternum sacerdos est. Nunquid incertum, nunquid impossibile, quod iurauit Dominus? nunquid poterat esse mutabile? noli ergo vlturpare exemplum sacramenti, qui implendi sacramenti non habes potestatem. Vide de hac quæstione supra tertio tomō.

Beati Chrysostomi ad sextum, & ad vltimum quæsitum.

YNDEC

YNDECIMVM QVAE-  
SITVM.

An in infidelitate manētibus peccata dimittantur.



Ambrosius in cōmentarijs inquirens allegorici literæ Y zaddik, à qua incipit hie versiculus, *Infus es Domine crectis iudicium tuum*, Psal. 118. videtur esse in hac sententia, quōd manente peccato infidelitatis, delicta infidelibus à Deo remittantur. Ita enim scribit, Est & aliud cōsolatorijs genus his, qui graues excoluerint pœnas, sicut scriptum est in Esaia, Cōsolamini populum meum, quoniam solum est peccatum eius, etiam si fides deerat, poena satisfecerat.

Disputat Doctores scholastici de hac quæstione. 4. dist. 14. & 15. Sanct. Tho. 3. parte q. 86. articulo. 2. quo quærit, vitrum possit per poenitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Et responderet, impossibile esse per poenitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Probat primum, quia peccatum remittitur in quantum offensa Dei tollitur per gratiam, nullum enim peccatum potest sine gratia remitti, omne autem peccatum mortale contrariatur gratiæ, & excludit eam, impossibile ergo est, quōd vnum mortale sine alio remittatur. Secundo, quia mortale nō potest sine vera poenitentia remitti, ad quam pertinet deferere peccatum, in quantum est contra Deum, ergo non potest esse vere poenitens, qui de vno peccato poenitet, & non de alio: si enim displiceret ei peccatū, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod ad rationem verę poenitentię requiritur) de omnibus peccatis poeniteret: vnde sequitur quōd impossibile est per poenitentiam vnū peccatum sine alio remitti. Tertio, quia hoc esset cōtra perfectionē misericordię Dei, eius perfecta sunt opera, Deut. 32. vnde cui miseretur, totaliter miseretur. Et hoc est quod Augustin⁹ dicit in lib. de poenitentia, Quæ dā impietas infidelitatis est ab illo, qui dimidiā sperat veniam. Et rursum eodem libro, Sunt plures, quos poenitet peccasse, sed non omnino referuantes sibi quædā, in quibus delectentur, nō animaduertentes Dominum simul mutū & surdū à demōnio liberasse, per hoc docens nos, nunquā nisi de omnibus sanari.

De cōclusionē S. Tho. non est quis dubi-

tet. Sunt tamen qui formident eam de poenitentia Dei absolui affirmare & sustinere. Sen sus tamen S. Thom. planus est, nempe, quod est implicatio contradictionis Deum vnum peccatum mortale posse sine omnibus dimittere, quia sine gratia peccatum remittere non potest, hoc est, sine eo quod hominē sibi faciat gratum: & hoc aperte omnines S. Tho. demonstrant: impossibile enim est Deum vllum peccatum mortale aut originale remittere, nisi hominē in suam gratiam reuocādo, cum ergo hominē nequeat habere gratum, nisi iustum, & iustus nemo esse possit, si in originali aut mortali persistat, repugnat ergo vnum absq; omnibus remitti: imō consilio non restituit cōclusionem ad mortale, & originale, insinuās fortal se, q. neq; vllum veniale per poenitentia remittitur sine alio: nam si poenitentia legitima est venialis culpæ, quatenus feruorem charitatis remittit, in omnia venialia ferri debet, in quib⁹ eadē est ratio, quāuis per feruorē charitatis possit remitti vnū veniale, cui homo nō adheret absq; alio, cui adheret.

Quōd si quis arguit de peccatis oblitis. Apparet enim nemini, per formā sacramenti absolui, nisi à peccatis, quæ cōfessus est. Si ergo poenitens aliquorum oblitiscatur, ab illis nō absoluitur, vnde colligi videtur, quōd aliqua remittatur sine reliquis. Argumentum tamen hoc contra cōclusionem nō militat, primum, quia modo loquimur de remissione per poenitentiam virtutem, per quam quidem, si sit legitima contritio, etiam in genere antequā fiat singulorum indagatio, fit omnium remissio. Secundo, quia etiā in cōfessione qui ex sua culpa non fecit sufficientem indaginem, & ideo non est memor omnium, tunc neq; ab oblitis, neq; ab his, quæ cōfessus est, absoluitur: si tñ sufficienter indagat nō fecit, & absq; culpa sua quorundā est oblitus, gratiā recipit, atq; adeo remissionē omnium, & talis in isto casu dicendus est absolui ab oblitis, nō formaliter, quia nō sunt cōfessa, sed extēsiue & cōsecutiue, quia cū persona absoluitur, ab omnibus absoluitur, licet si postmodum in memoriam venerint, teneatur ea necessario confiteri.

Dubium tamen est, postquā vnum mortale sine alio remitti non potest, an veniale peccatum possit remitti sine mortali. Responderet S. Thom. 3. parte. q. 87. artic. 4. cōclusionē negatiua. Illi, qui existit in peccato mortali, nullū veniale remittitur. Probat, quia remissio culpæ, quæcunque sit, nunquam



fit nisi virtute gratiæ, quia vt Apostolus ait Rom. 4. ad gratiã Dei peritine, quòd Deus alicui non imputet peccatum, vbiunque absque exceptione loquatur glossa, etiã intelligi de veniali, cũ peccato autem mortali gratiã non est simul possibilis.

Conclusio S. Thom. est communis Doctorum omnium antiquorũ. Nihilominus Scotus adhaerens suo fundamento, nempe, quòd peccatum remitti, non est nisi penam condonari vel solui, infert inde quòd in inferno potest dimitti veniale sine mortali, & maiori ratione poterit in hoc seculo. Et dist. 17. q. 1. ait, quòd existens in mortali potest satisfacere pro pena mortalis remissi, quia apud ipsum culpa non est nisi reatus poenę. Durandus dist. 16. q. 2. confessus opinionem S. Thom. esse communem, nihilominus tenet posse veniale sine mortali remitti. At opinio S. Thom. verior est. Isti enim Doctores non attendunt quemadmodũ nulla possit esse remissio culpæ in homine per eius actum, nisi sit Deo acceptus, quia inter nos peccatores & ipsum Deum nulla est ratio iustitiæ, sed secundum suam acceptationem, cum ergo nullus actus peccatoris, quãvis sit moraliter bonus, sit opus amici Dei, per nullum ergo actum peccatoris fieri potest remissio culpæ, quantumuis leuissimę. Vnde Eccles. 34. Dona impiorũ non probat altissimus, neque eorum respicit oblationes, neque in multitudine sacrificiorum meorũ propitiabitur peccatis. Et Gregorius ad Ricardum ait, Neque enim apud Deum quid datur, sed à quo datur attenditur: respexit enim ad Abel, & numerã eius. Et Augustinus. 21. de Ciuitate Dei. c. vltimo, iuxta verbum illud Baptistæ Ioãnn. 3. Facite fructus dignos poenitentię inquit, dignas elemosinas pro peccatis eas esse, quæ ab ipso peccatore incipiunt: vnde colligit, quòd qui animæ suæ non miseretur placens Deo, nihil pro suis peccatis ei potest dignè offerre. Et Dominus per Esaiam. c. 1. clamat, Vt genitri peccatrici, &c. Et subdit, Quòd mihi multitudo victimarũ vestrarũ, dicit Dñs? plenus sum holocausto matum arietum, nõ offeratis vltra sacrificium frustra, opera ergo peccatorum Deo non placent, nõ si ad remissionẽ venialium valerent, nõ frustra fierẽt. Quod si quis dicat, ideo opera illa non fuisset Deo gratia, quia mala intencione fiebãt, ibi tamẽ nihil aliud ponitur in causa, quã q. in peccato fierẽt, quia, scilicet, eorũ manus sanguine plene erant. Vnde Paul. 1. Cor. 13. Si distribue

ro in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatẽ autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Est & ratio virgens ex illo Matth. 6. Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester cęlestis dimittet vobis peccata vestra. Et tamẽ qui ait, in peccato mortali posse dimitti veniale, oportet concedat, etiã illi, qui odio fratris tenetur, posse veniale remitti, & petere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus: qui tamen impie petiit. Tum etiã, quia concedere vltimũ genũ peccati posse remitti nisi per Christum, & meritum passionis eius, est impius error contra Paulum Rom. 3. & cõtra Ioãnn. 1. Cano. c. 2. & 4. Et tamen si vera esset modernorum opinio, sine Christi iurure, & sine respectu ad meritum passionis eius, posset per actum viribus naturæ elicium remitti peccatum, atque adeo Iudæis, Sarracenis, idolatris, illud quod remitti, quòd patribus Pelagianum dogma saperet.

Ad argumenta modernorum, & ad primum Durandi, Ad remissionem peccati venialis non requiritur infusio gratiæ: sicut ad remissionem mortalis, ergo potest veniale remitti sine mortali: mortale enim, inquit, à veniali differt, quia in peccato sunt tria, scilicet, culpa, quæ consistit in deordinatione actus, & offensa, quæ est priuatio gratiæ, & reatus poenę æternæ: in veniali autẽ nõ est nisi deordinatio actus absq; priuatione gratiæ, & absq; reatu poenę æternę, ergo ad remissionem venialium sufficit ordinatio actus per displicentiam illius. Respondetur, quòd licet veniale non sit offensa simpliciter, quæ est priuatio gratiæ, est tamen offensa secundum quid; quia est quædam obscuratio amicitia, aliã non haberet reatum poenę, & ideo ad remissionem eius non sufficit quæcunq; reordinatio, sed illa, quæ sit Deo placens, & virtuti passionis Christi immitatur. Secundo, arguit Durandus. Si puer veniens ad vsum rationis committat veniale, quòd sit solum cum originali, in quo moriatur, vel punietur in inferno pro illo veniali poena finita vel infinita, si finita, fortiori ratione poterit in hac vita solvere extra gratiam, si vixisset, infinita non est dicendum puniri, quoniam veniali non debetur nisi poena finita. Respondetur, quòd in doctrina Sancti Thom. casus non est admittendus, quia. 1. 2. quæstione. 89. articulo. 6. probat, venienti ad vsum rationis necessa-

a. argumẽtum.

necessariam esse aut referre suam vitam in Deum pro auxilio speciale, per quam cõuersione remittitur originale, aut si id omittat, peccaret mortaliter. De hoc autem nihil ad præsens. Et ideo dicendum est, q. illi in inferno non possit remitti veniale, eo quòd non posset satisfacere, quia licet ei non deberetur nisi poena temporalis, tamen ratione personæ, quæ non est Deo grata, sed iniurica, ideo nunquam fieret solutio. Tertio, quia opera existentis in mortali, auctore etiam D. Tho. in 4. dist. 15. q. 1. articulo. 3. valent ad consecutionem bonorum temporalium, & ad dispositionem ad gratiam, ergo eadem ratione valebunt ad remissionem venialium. Respondetur primo, quòd quãuis illic D. Thom. appelleret meritũ congruũ, non tamen respectu Dei ratione sui actus, sed propter decentiam, quæ est in Deo, qui vbi cunq; inuenit aliquam dispositionem, remunerat illam, imò non est tanta decentia, quanta si existens in gratia illa temporalia peteret. Considerandi ergo sunt tres gradus meriti: Primus est de condigno, sub quo nõ cadit nisi bonum gratiæ: & gloriæ ipsius meritis, neque potest fieri nisi ab homine, qui est in gratia. Secundus est congrui proprie, & hic non est nisi in homine existente in gratia, qui potest mereri alijs bonum mortũ in Deum, ac subinde gratiam, & potest etiã mereri bona temporalia, quæ non conferuntur ex iustitiã, sed ex Dei æquitate & decentia: & hunc gradum Bonauentura appellat meritum de digno. Tertius est improprie in homine existente in peccato, quãdo ex viribus naturalibus facit opera naturaliter bona, per quæ meretur bona temporalia apud Deum, quatenus retributor est naturalium virtutum: tam est nonnunquã auxilio supernaturali disponat peccatorem ad gratiam. Nulla ergo est collectio, qua infertur, valere illa opera ad remissionem culpæ, vt quæ absque vlu gratiæ fieri non potest, mortale vero tollit gratiã, sine qua nullum peccatum neque veniale neque mortale remittitur.

Dubium vltimum est, quomodo remittantur venialia, an sine poenitentia possint remitti. Respondet S. Tho. 3. part. q. 87. artic. 1. per sex conclusiones.

Prima conclusio, Vtrũq; peccatũ tam mortale quã veniale est separatio hominis à Deo, differenter tamen, quia per mortale sit perfectè separatio vluq; ad auctiõnẽ, ideo enim dicitur mortale, quia tollit principium

vita, quòd est gratia, sed per veniale sit imperfectè separatio citra auctiõnem à Deo, quia retardatur mens, ne ita prompta feratur in ipsum, & ideo est quoddam genus deuiationis, & ideo mortale simpliciter est cõtra legem, veniale præter legem.

Secunda conclusio, Vtrunq; peccati genus remittitur per poenitentiam. Conclusio de se pater, & sensus illius est, quòd non solum per poenitentiam remittitur veniale, sed quòd aliquod genus poenitentia sit ad eius remissionem necessarium, per quod remoueantur à bono creato, cui præter ordinem adheret.

Tertia conclusio, Ad remissionem mortalis perfectior poenitentia requiritur, nempe, vt homo actualiter mortale cõmissum detestetur, quantum in ipso esse videlicet, vt diligentiam adhibeat ad memorandum singula, vt singula detestetur.

Quarta conclusio bimembris, Ad remissionem venialium nõ requiritur actualis & expressa poenitentia: sed tamen neq; sufficit habitualis, quæ habetur per habitum charitatis vel poenitentia virtutis. Prior pars inde cõstat, q. cũ veniale non sit auctiõ, nõ requirit detestationem, quæ sit cõuersio. Secunda vero inde, quòd si habitus sufficeret, existeret in charitate nullum haberet veniale, quòd falsum est.

Quinta conclusio, Ad remissionem venialium requiritur displicentia virtualis, hæc autem cõtingit, dum quis eo affectu fertur in Deum & res Diuinas, vt quidquid sibi occurreret, quòd eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se cõmississet, si tunc de illo non cogitet.

Sexta conclusio, Hęc virtualis poenitentia nõ sufficit ad remissionem mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem. Et notandum quòd ad remissionem oblitorum non requiritur poenitentia formalis, quia post sufficientem inquisitionem per virtutem remittitur. Supposito aliqua esse peccata venialia à mortalibus distincta, vt S. Tho. probat. 1. 2. q. 88. & 89. circa primã & secundã & quartã cõclusionem nulla est difficultas. Circa tertã est aduertendũ, q. ad remissionem mortalis exigitur detestatio actualis & formalis, neq; ad indulgentiã peccati, Deus qui, vt habetur Eccles. 11. subitopoteest honestare pauperẽ, tẽpus indagandi omnia peccata expectat, sed in quacunq; hora, vt Ezech. 18. & 33. habetur, ingenuerit peccator, iustificabitur, alioquin saepe

contingeret, vt non posset homo nisi longifimo tempore in gratiam Dei reddere, quod desiderio, quod Deus habet de salute hominum, repugnat, Mens ergo S. Tho. est, qd per se, & ex natura penitentiae debet homo, dum tempus habet, sed praesertim dum currit praecipuum confessionis, singula peccata mente explorare, & si non potest tot numero detestationes habere, quot sunt peccata, saltem vnica singulari feratur complexim in omnia ad mentem demonstrata.

Difficultas ergo praesens est circa quintam conclusionem, quomodo scilicet intelligatur virtualis illa displicentia venialium: na Durandus dist. 16. q. 2. hanc doctrinam D. Tho. non admittit suffinet enim requiri aliquam displicentiam & contritionem formalem & actualem. Et ratio prima eius est quia D. Tho. etiam fatetur, quod veniale dicit inordinatum conuersionem ad bonum commutabile, inordinatio autem non rectificatur nisi per auersionem actualem ab illo bono commutabili, ac per displicentiam actualem illius peccati. Secundo, quia si non requiritur displicentia, sufficeret ergo quicumque actus feruidus charitatis, vt ait D. Tho. argumento tertio, hic vero non sufficit, na nihil expellitur nisi per suum contrarium, actus vero charitatis nulli venialiu contrarius est, quia non repugnat, vt homo Deum in actu diligit, & maneat in proposito venialiter peccandi: & eadem ratione nec sufficit feruor charitatis, quia neque ille contrariatur venialibus, non enim repugnat, vt quis feruide Deum diligit, & tamen venialiter peccet, Ioannes enim feruidissime diligebat, & tamen dicebat, Si dixerimus quod peccatum non habemus, &c. Tertio, quia cum in scriptura nullum praeter poenitentiam legatur sufficiens remedium peccati, gratis, imo temere videtur loqui, qui veniale excipit. Et accedit auctoritas Augustini de vera & falsa poenitentia cap. 3. Poenitentia, inquit, assidue peccati assidue necessaria est, in multis enim offendimus omnes, quae quotidie remittuntur, si semper deplorentur, vbi inuenit necessariam esse poenitentiam de venialibus.

Sed his non obstantibus tenenda est sententia S. Thomae & quia est communis Doctorum, ideo non fuit sollicitus eam multis demonstrare. Fundamentum autem opinionis est discrimen inter veniale & mortale, nempe, quia mortale est auersio a Deo, veniale vero a Deo non auertit, neque homi-

nem inimicum Dei facit, & ideo Deus operatur eius, tanquam ei grata, acceptat. Secundo ad remissionem venialium, propter eorum frequentiam etiam in hominibus perfectis, statuta sunt sacramentalia vt aqua benedicta, benedictio episcopi, & multa alia, fortiori ergo ratione sufficit actus charitatis. Tertio si vera esset opinio Durandi, vix posset constitui differentia inter mortale & veniale quantum ad remissionem: nam si dicas, sufficere detestationem in genere ad remissionem venialium, etiam illa sufficit ad remissionem mortalium. Quarto, quia peccata venialia non sunt de necessitate confessionis, ergo neque de necessitate formalis contritionis, neque est necessaria aliqua eorum inquisitio, licet sit consilium illa seruari & consistere: neque inter homines ille, cui egregie amicus morem gereret, ab eo exigit vt de minutis offensis detestationem habeat. Postremo, Augustinus in Enchiridion. c. 71. inquit de quotidianis breuibz leuibzq; peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium fatiscit, scilicet, Pater noster, ad venialium ergo remissionem non alia detestatio requiritur. Et per haec ad primum argumentum Durandi.

Secundum quaerit an quicumque actus charitatis, vel quicumque feruor sufficiat omnia venialia, aut aliqua remittere.

Ad quod Scotus dist. 21. q. 2. respondet, peccata venialia in hac vita remitti per actum Deo magis acceptum, quam veniale ei displicuit. Haec autem sententia nimium ampla videtur: quicumque enim actus charitatis grauior est Deo, & magis ei placet, quam quodcumque veniale ei displiceat. Vnde secundum Scotum, per quemcumque actum charitatis remitterentur omnia venialia: consequens tamen est falsum, quia peccatum non nisi per contrarium tollitur: stat tamen hominem habere propositum mentiendi, dicendi quae verba iocosa, & tamen actu etiam feruido Deum diligere. Secundo, quia secundum Scotum, quicumque actus meritorius, vt orare, dare elemosynam, & similia omnia venialia remitteret, quia non est maior ratio de vno quam de alio: consequens autem est contra illud Ioannis, Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Solutio ergo stat in his propositionibus. Prima, nullus actus, nec feruor charitatis vltimum peccatum veniale remittit, quando eius adest complacentia, aut propositum. Haec est nota. Secunda, nullus actus, aut feruor charitatis vltimum veniale,

niale, etiam absente eius complacentia & proposito: nisi illud cui est contrarius, quia nihil pellitur nisi per suum contrarium, & illa sola dicitur poenitentia virtualis, ideo autem est contrarius veniali, quia si menti occurreret displiceret ei, & doleret se commisisse, & iste reputatur feruor charitatis respectu illius peccati. Ex quibus sequitur quod actus charitatis nonnunquam potest omnia venialia remittere, vt si sit tam ardens, vt cuiuscumque tunc recordaretur, ei displiceret: quandoque non remittit nisi quaedam, & non omnia, stat enim diligenter Deum magis esse affectum ad mentiendum iocose, quam ad loquendum iocose, ita quod si huius memoria adesset, illud displiceret, si autem adesset memoria alterius, non displiceret. Et per hoc responderetur ad Augustinum dicentem, quod de venialibus quotidie agitur in ecclesia poenitentia, non quod intelligat esse necessarium, sed salubre & vtile, & ideo addidit, quod illa per sacramenta ecclesiae, & ordinationes saepe fugantur.

Sed an attritio sufficiat ad delendum veniale. Et apparet non sufficere, cum enim non sit dolor de offensa Dei, & venialis culpa sit aliquis offensa, non est ei contraria. Nihilominus respondemus, attritionem venialium illius, qui est in gratia & charitate, posse sufficere ad delendum aliqua venialia, non ex parte obiecti, quia est timor inferni, sed ab extrinseco, quia procedit a gratia, & imperatur a charitate, quia ratione ille actus sufficeret delere veniale, si tunc memoriae occurreret. Sed an per alia opera exteriora, vt per elemosynas, orationes, ieiunia, remittantur venialia: respondemus secundum modernos remitti, opera enim illa, licet ex parte obiecti exterioris non videantur habere repugnantiam ad venialia, sed tantum quantum ad actum dilectionis interioris, ex quo procedunt, sufficere venialia remittere.

Circa solutionem primi argumenti S. Thomae animaduertendum est, non fat esse Christianis habere propositum colendi religionem in his, quorum transgressio est mortale, nempe, si quis contemptu legis quasi nihil eam faciens, absque delectu venialia committeret, mortaliter delinqueret. Si vero quis venialiter peccat, solum contemnens legem in hac particulari, si non esset lex de medario iocose vitando, talis non est damnandus de mortali, nisi forsitan ratione eminentis periculi, dum omnia venialia contemnerentur, nam vt ait in regula Augustinus, Qui mino-

ra contemunt, in maiora paulatim defluunt.

Sed an ad remissionem venialium requiritur gratia, responderet S. Thomae loco citato art. 2. duabus conclusionibus. Prima, ad remissionem venialium non requiritur vt habitus gratiae infundatur, sed sufficit motus eius, & charitas. Probat, quia vnquamque que per suum contrarium tollitur, veniale autem non est contrarium gratiae vel charitati habituali, sed tantum retardet, & tepescit eius actum, ergo ad remissionem non requiritur infusio noui actus, sed sufficit actus illius habitus, qui prius fuerat infusus.

Secunda conclusio, quando conuenit de nouo gratia infunditur, venialia remittuntur. Probat, quia in habentibus liberum arbitrium, in quibus solis possunt esse venialia, non contingit infusio gratiae sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, & in peccata, talis autem motus charitatis sufficit ad remissionem venialium. Moderni tenent contrarium conclusionem S. Thomae, absque vlllo augmento gratiae posse venialia remitti per actum charitatis remissionem quam sit habitus. Cuius contrarium tenet S. Tho. 2. 2. q. 24. art. 6. Sed prior conclusio S. Thomae intelligi debet, non posse fieri remissionem venialium sine augmento gratiae in genere gratiae & ratio est, quia non potest fieri sine actu charitatis, omnis autem huiusmodi actus est meritorius, ergo per ipsum acceptatur homo ad maiorem gloriam, per gratiam vero formaliter homo acceptatur ad gloriam, ergo fit tunc maior acceptatio, atque adeo maior gratia in genere gratiae: ratio vero quare charitas non augetur per actus remissiones est, quia est habitus operatiuus voluntatis, ex quo elicitur actus: & in naturalibus calidum non augetur per agens remissum, sed gratia non est habitus operatiuus, sed acceptatio ad gloriam, ideo stat charitatem non augetur, & augeri gratiam.

Circa secundam conclusionem videtur difficultas, nam cum per venialia non opponatur obex gratiae, potest quis vere dolere de mortalibus, manente complacentia venialium, tunc remittuntur mortalia sine venialibus, respondemus, S. Tho. hoc non negare, quia per infusionem gratiae non deletur peccatum, cui voluntas adhaeret, sed loquitur, vbi non ponitur obex, & dum regulariter hominem suorum peccatorum poenitet, na secundum commanem vsum, dum quis contritur, omnium peccatorum poenitet, nullum excipiens, & ideo talis poenitentia omnia

venialia, etiam oblita delet, quia non solum est poenitentia virtualis, sed etiam formalis & actualis.

Sed an peccata venialia remittantur per aquam benedictam, & alia sacramentalia, respondet S. Tho. loco citato artic. 3. venialia tribus modis posse remitti. Primo per infusionem gratiae, ubi non ponitur obex. Secundo modo per aliqualem motum detestationis peccatorum, & hoc pacto tria ad hoc possumus concurrere, scilicet, confessio generalis, unctio pectoris, & oratio Dominica; nam unctio illa signum est poenitentis, & in oratione Dominica petimus, ut dimittantur nobis debita nostra: tertio modo remittuntur per motum reuerentiae in Deum, & ad res Diuinas, & hoc modo remittuntur per benedictionem episcopi, per asperisionem aquae benedictae, per quilibet sacramentale vntionem, qualis fit in sacramento confirmationis, & in collatione ordinum, & per orationem publicam ecclesiae ad id institutam, quales sunt collectae multae in missa.

Conclusio haec S. Tho. non solum est confessio generalis Doctorum, verum sanctorum, in ore, & vsu ecclesiae celebrata. Unde versus, Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens. Orans, oratione Dominica: tinctus, aqua benedicta: edens, Eucharistiam: confessus, confessione generali: dans elemosynam: benedicens episcopus. Sed hoc omnibus generale est, ut nullum eorum veniale remittat, si opponatur obex, vt S. Tho. docet ad secundum argumentum.

Circa primum modum est dubium, an sola infusio gratiae, quomodocumque fiat, per se absque actu charitatis suscipientis, remittat omnia venialia. Et quaeritur propter sacramenta, an ex opere operato remittat omnia venialia. Cateranus isto articulo ait, duo requirunt ad remissionem venialium, scilicet, gratiam, siue quae tunc infunditur, siue quae fuerit infusa, & actuslem vsuum eius & motum, & ita visus est dicere S. Thom. articulo praecedenti, & 3. parte, q. 79. artic. 4. dicit per Eucharistiam remitti venialia, tum quia datur per modum refectionis, tum etiam quia per Eucharistiam excitatur deuotio charitatis, cui venialia contrariantur, & est argumentum de omnibus sacramentis, cum omnia per se habeant infundere gratiam, ergo & venialia remittere. Vt modum constituamus in hac causa, probabile est per omne sacramentum remitti omnia venialia, solo illo actu concurrente, quo quis illud suscipit; licet non

concurrat alius actus dilectionis, & ille est vsus gratiae, nam si per suspensionem aquae benedictae, quia per illum actum homo reuertitur rem Diuinam, suscipit remissionem venialium, multo fortius per actum, quo suscipit sacramentum: ex quo fit vt quodcumque sacramentum quis attritus, putans se esse contritum, suscipiat, remittuntur illi venialia, quorum non ponit obicem, nam illa attritio informatur vsu gratiae per gratiam sacramentalem.

De oratione Dominica est text. de poenitentia dist. 3. Can. de quotidianis, Augustinus in Enchiridion. c. 71. Est enim poenitentia humilium & bonorum fidelium poenitentia quotidiana, in qua pectora contundimus dicentes, Dimitte nobis debita nostra, &c. De confessione generali est consuetudo ecclesiastica. Et hac de causa dicitur in Prima, & in Completorio, & a sacerdote antequam fructus faciat, praemittitur ante gradum altaris. De aqua benedicta est text. de consecra. dist. 2. Cano. Aqua. De elemosyna eodem titulo. dist. 1. Can. Medicinam. De alijs sufficit antiquissimus ecclesiae vsus.

De istis sacramentalibus dubium est, an habeant virtutem remittendi venialia. Quia censent nullam aliam habere virtutem, quam excitare deuotionem, vt de venialibus poeniteant. Et S. Tho. videtur ita sentire in solutione ad primum argumentum, quod est, Venialia non remittuntur nisi per poenitentiam formalem aut virtualem, sed asperisio aquae benedictae, benedictio episcopi, & reliqua nullam habent rationem poenitentiae, ergo non sufficiunt ad remissionem venialium, in quantum inclinant animum ad motum poenitentiae. In contrarium tamen est, quia sepe ei, qui se aspergit aqua benedicta, non excitatur mens eius, neque habet memoriam venialium: & t contra si quis accipiat aquam non benedictam, quia putat esse benedictam, quamuis mens eius exciteatur, & de venialibus cogitet, non obtinebit per huiusmodi asperisionem eorum veniam. Et ideo dicendum est, hac habere vim remittendi venialia ex vi clauium ecclesiae ex opere operato, vt patet ex verbis, quibus aqua benedicitur, alioquin non plus referret dicere, Credo, quam Pater noster, & aspergi aqua non benedicta, quam benedicta, neque benedicti ab episcopo, quam a simplici sacerdote, Vnde solutio S. Thom. sic est intelligenda, quod ista dimittunt venialia, quia inclinant animum ad motum poenitentiae, non quod

quod semper requiratur illa excitatio; sed quod de se ad hoc sunt instituta. Quod si quis arguat, sequeretur ista esse sacramenta, postquam ex opere operato effectum spirituales sortiantur, ac perinde subsequeretur ecclesiam posse sacramenta instituere, respondemus negando consequentiam, quia de ratione sacramenti non est qualemcumque effectum spirituales habere, sed requiritur, vt infundat gratiam: remissio vero venialium non exigit gratiae infusionem: & hinc colligitur, quod licet ecclesia non possit instituire sacramenta, non conferunt gratiam, potest tamen hac sacramentalia instituere, nec cum haec peccata frequentissima sint etiam in viris circumspicis, consultum fuit vt tam multis, tanquam praesentaneis remedijs, eis succurreretur. Quod si quis replicet, quia venialia inducunt aliquem reatum poenitentiae temporalis, secundu illud. 1. Cor. 3. Qui superdicitur lignum, fenum, stipulam (hoc est venialia) saluus eris, sic tamen quasi per ignem, huiusmodi autem sacramentalia nullam afflictionem poenitentiae in se habent, ergo non sufficiunt culpam & poenam remittere. Respondemus, quod culpam per quodlibet istorum remitti veniale virtute alicuius satisfactionis, aut motus charitatis, aut affectionis erga Deum, non tamen quoad poenam, quia hac ratione qui esset immunis a mortali, per solam asperisionem aquae benedictae, aut unctioem pectoris, euolare in celum sine trauitu per purgatorium, quod non est cecedendum, remittitur ergo reatus poenitentiae secundum quantitatem & proportionem feruoris charitatis, qui per praedicta excitatur.

Sed de purgatorio est dubium, quomodo ibi remittantur venialia. De quo sunt variae sententiae Doctorum scholasticorum. Tenendum tamen est, vel quod in primo ingressu purgatorii per illum actum elicium charitatis, cui quo de hac vita discesserunt, qui durat toto tempore purgatorii, remittuntur omnia venialia, etiam si homo in coplacentia eorum discesserit, quia tunc illa charitas ratione status, quia firma est, & inuincibilis ad malum, & ab omni concupiscentia libera, est poenitentia virtualis omnium venialium. Et hanc solutionem tangit S. Thom. q. 7. de malo articulo. 12. vel quod verisimilius est dicendum quod per actum charitatis, & poenitentiae continuationem illo tempore, quo veniale puniuntur, remittitur culpa, vt poena remittatur, nam est actus Deo placens, & ad remissionem accenditatis ignis.

Et ad argumentum in contrarium fieri solitum, quod in purgatorio nullum potest esse meritum, eo quod qui illic purgatur sunt extra viam, ac perinde extra statum merendi aut demerendi, respondemus, illic nullum posse esse augmentum meriti gratiae, hoc enim proprium est viatoribus, attamen cum sit ibi actus charitatis, nihil obilat, quominus sit sufficiens venialia quoad culpam remittere, quia nulla poena peccato cuiusque debita solui potest, nisi prius remittatur culpa, per quam ratione status, neque augetur gratia, neque gloria.

Pro B. Ambrosio respondet S. Tho. 3. parte, q. 86. art. 3. ad secundum argumentum negando consequentiam, nam cum inquit, Et si fides desit, poena satisfacta & releuatur, in verbo illo Ambrosij fides non potest accipi pro ea qua creditur in Christum, quia, vt Augustinus dicit super illud Ioannis, Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent, scilicet, infidelitatis (hoc enim est peccatum quo tenentur cuncta peccata) sed accipitur pro conscientia, quia interdum per poenas, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet. Quare sensus Ambrosij est, quod secunda consolatio est puniri hominem in hac vita, per quas poenas patienter toleratas satisfacit homo, peccatis remissis, quoad culpam, etiam si homo illorum conscientiam non habeat, eo quod sine culpa sua fuerint oblita, quare releuatur ei poena purgatorii.

## DVODECIMVM QVAESITVM.

An anima Christi equalem habeat cum Deo omnipotentiam.

**Q**uestio. Ambrosius in Lucae commentarijs hunc locum explicans, sic erit magis ex illis alijis vocabitur, Lucae 11. visus est tribuere animae Christi equalem omnipotentiam cum Deo, quod Theologus non recipit, ne creatura aequet creatori, cum enim periodu ista interpretaretur, sic scripsit, Non ideo, inquit, Angelus erit magnus, quia ante Virginis partum non fuerit magis, sed quia potentiam, quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus, vt una sit persona homo & Deus.

Dispu-

Disputat Doctores scholastici de hac questione. 1. sen. dist. 14. & S. Thom. 3. parte. q. 13. per quatuor articulos. Et primo querit, utrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter. Supponendum est primo, quod intelligatur per omnipotentiam. Durand. 3. dist. 14. q. vltima, inquit, omnipotentiam esse virtutem, qua quis potest res omnes modis omnibus transmutare, quibus sunt transmutabiles per creationem, generationem, & alterationem. Secundo, supponendum est formam rei idem esse cum natura ipsius in simplicibus, & in compositis, forma enim Angeli est ipsius natura, forma hominis, quae ipsam in esse hominis constituit: & hinc dicitur forma rei esse naturam ipsius, et si non completam. Tertio, supponendum est, naturam Dei esse ipsius esse increascripsum, & totum esse simul dicitur esse Dei increascripsum, quia in se continet, & est eminenter esse omnium possibilem & imaginabilem. Hoc supposito, quando S. Thom. querit, an anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter, idem est ac si querat, an habuerit virtutem transmutandi res omnes modis omnibus, quibus sunt transmutabiles. Et respondet negativè, anima Christi fuit privata tali potentia. Probatur, omnipotentia est proprium Dei attributum, & illi specialiter conveniens, quia omnipotens nomen eius, nulli ergo creaturæ potest competere. Secundo, quia omnis virtus activa consequitur formam, sicut passiva materiam, qualis ergo est forma talis est & virtus: ergo si forma est infinita, virtus erit infinita, & si forma est finita, similiter & virtus: anima autem Christi erat forma finita, quia creatura, ergo tantum habebat virtutem finitam, & per consequens non habuit omnipotentiam simpliciter.

Dubium est, quia S. Thom. videtur in probatione deficere, tantum enim probat omnipotentiam non competere creaturæ, non tamen probat Deum non posse omnipotentiam creaturæ communicare, neque de facto communicasse. Confirmatur, quia licet solius Dei sit gratiam & gloriam dare, creatura tamen potest gratiam impartiri, similiter ergo in presenti casu. Iuxta hanc questionem fuit specialis modus dicendi Doctores cuiusdam Parisiensis, nempe, quod Deus potuit omnipotentiam creaturæ communicare de potentia eius absoluta. Secundo assererat de facto fuisse communicationem animæ Christi, habuit enim potentiam & virtutem res omnes

omnibus modis transmutandi. Argumentum huius opinionis est sophisticum, & tale. Deus potuit & potest talem creaturam producere in locis distantibus, ergo Petrus existens in civitate hac Lucensi potest annihilari, & Romæ reproduci. Item quia Christus Redemptor noster in vero materno seipsum genuit, & produxit, ergo non solum potuit omnia transmutare, sed & seipsum. Respondemus conclusionem S. Thom. intelligendam esse non tantum de facto, sed etiam de possibili. Ita quod creaturæ omnipotentia communicari non potest, quia id sibi repugnat, & ideo anima Christi necdum habuit omnipotentiam, sed neque illi communicari potuit. Unde S. Thom. 3. parte. q. 13. art. 5. tenet potentiam creandi non posse communicari creaturæ, quia requirit potentiam infinitam. Et hinc probatur conclusio, Omnipotentia arguit, imò de facto requirit infinitam virtutem & perfectionem, ergo non potest creaturæ communicari. Antecedens patet, omnipotentia enim in obiectum tendit infinitum, hoc enim dicit quod non possit totum, quin possit plura, hoc autem est obiectum infinitum, ergo non potest creaturæ competere: patet, quia virtus infinita in subiecto finito subiectari nequit, ergo Deus creaturæ intra limites creaturæ non potest talem potentiam communicare. Secundo, quia licet de facto omnipotentia sit alicui creaturæ communicata, adhuc Deus potentior esset illa creatura, & ex consequenti illa non esset omnipotens: patet, quia Deus adhuc aliquid posset super creaturam illam. Tertio, querit, creatura illa vel potest operari sine concursu Dei, vel non, si dederit partem affirmativam, id est hæreticum, omnis enim creatura subdita, & subordinata est ipsi Deo, si autem dependat à concursu Dei, non ergo est omnipotens, quia omnipotentia dependentiam excludit ab alio.

Dubium tamen est, an Deus possit communicare creaturæ omnipotentiam non simpliciter & absolute, sed respectu, & per comparationem ad alia producibilia. Respondetur neganter. Primo, quia de ratione omnipotentiae est quod possit omnes creaturas posibles tanquam causa adequata producere, hoc autem repugnat creaturæ, ergo non potest illi communicari: minus probatur, quia omne quod producit aliud tanquam causa adequata, tantam perfectionem habet sicut illud, ergo si verbi causa. A. potest omnes creaturas posibles producere, consequens

quens sit, quod habet omnes perfectiones omnium creaturarum possibilem, sed quia creature data, potest in infinitum synkategorematicè perfectione creaturam producere, ergo. A. habet infinitam perfectionem actualiter, sed hoc repugnat creaturæ, ergo. Secundo, quia vel illa creatura est agens naturale, vel liberum, si naturale ut sol, tunc omnia producibilia simul produceret, & in finitibus illa produceret, & annihilaret. Probatur, quia omne agens naturale semper secundum ultimum de potentia agit, cum ergo esset omnipotens, posset in finitibus illa simul producere & annihilare: si vero esset agens liberum, vel ergo posset agere sine Dei concursu, vel cū illo, primum repugnat creaturæ, si secundum, ergo non esset omnipotens, quia non haberet omnia necessaria ad agendum. Ex quibus patet ad rationem Doctoris Parisiensis, nam respondemus stultum esse asserere animam Christi existentem in vno loco posse reproduci in alio loco, nam producere rem aliquam est efficere, quod res illa simpliciter sit in rerum natura, ergo esto, anima Christi existens in vno loco, in alio se poneret, non se reproduceret. Item sequeretur, quando hostia de novo consecratur, quod anima Christi de novo producat, nā existens in celo se ponit sub panis speciebus, hoc autem est hæreticum, ergo. Item querit quo pacto anima Christi posset equum producere. Respondet Doctor ille, quod mediante semine equi, formam productam poterat introducere in materiam, ex consequenti equum generare, sicut homo, quia introducit formam in materiam dispositam, generat hominem, sed ista omnia falsa sunt, ut patet.

Contra sententiam S. Thom. arguitur ex illo Matth. ultimo, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, ubi Doctores pericelum intelligunt superiora, per terram inferiora. Ad hoc respondet S. Thom. loco citato ad primum argumentum de mente Hieronymi in locū illi, Data est mihi, hoc est, huic supposito, quia per communicationem idiomati huic homo, & pe Christus est omnipotens. Sed contra quia videtur tunc maledicere, data, quia hoc suppositum ante habuit illam potestatem, non ergo est sibi data, maxime quia id post resurrectionem dictum est. Ad hoc respondet Hieronymus ibidem egregie, quod non dicitur data, ex tunc & sic de novo, sed dicitur data, quia tunc fuit manifestata. Secundo dico cum Durando, potest nos concedere animam Christi fuisse omni-

potentem, non per omnipotentiam sibi propriam, sed per omnipotentiam sibi assistentem & coexistentem, quia Deus tanquam amicus semper ei coexistit.

Solutio ad secundum argumentum est notanda, Argumentum est hoc, Anima Christi habuit potentiam respectu presentium, preteritorum, & futurorum, & omnium quæ sunt in potentia creaturæ, quia habuit similitudines omnium illorum, & potuit illa producere, ergo habebat omnipotentiam respectu omnium illorum, quæ producebat. Respondet Sanctus Thom. ideas & similitudines, quæ sunt in Deo, esse principia cognoscendi res, & producendi eas, potentia tamen indita & infusa animæ Christi, & similitudines rerum in ea existentes, tantum sunt principia cognoscendi res, non tamen producendi, & ratio est, quia quando aliqua natura inferior recipit aliquam formam à natura superiori, non recipit eam secundum eandem perfectionem: verbi causa, aqua recipit calorem ab igne non secundum eandem perfectionem, calor tamen in aqua non ita intensus est, neque ita radicans sicut in igne, ob idque anima Christi cum in infinitum sit inferior essentia Divina, recipit ideas & similitudines rerum, non tamen secundum eandem perfectionem, & ideo licet in anima Christi sint principia cognoscendi, non tamen producendi.

Dubium tamen est, an anima Christi habuerit potentiam respectu immutationis creaturarum. Respondet S. Thom. art. 2. supposito duabus distinctionibus per res conclusiones. Distinctio prima, effectus seu transmutatio ex parte rei est triplex, quidam naturalis, in quem potest creatura secundum ordinem & usum naturæ, ut generatio: alius effectus est miraculosus, qui competit creaturæ supernaturaliter, & supra constitutum & ordinatum ordinem naturæ: alius est qui competit creatori & non creaturæ, ut creatio, & annihilatio. Secunda distinctio est, quod anima Christi potest dupliciter considerari: primo modo secundum suam propriam naturalem virtutem, quatenus vniocè cum cæteris erat anima: secundo modo potest considerari, quatenus instrumentum Divinitatis. Prima conclusio, si consideremus animam Christi secundum virtutem sibi contra naturalem, habebat potentiam super omnes actus naturales secundum naturalem virtutem sibi collatam, ut corpus regere, predicare, & his similia. Secunda conclusio, si vero

eo consideret quatenus instrumentum Divinitatis sibi hypothetice vniit, poterat omnes effectus supernaturales & miraculosos, & isto modo illuminabat cecos, & mortuos suscitabat. Tercia conclusio, anihilare, & creare non poterat anima Christi competere, etiam secundum quod erat instrumentum Divinitatis. Probatur, quia anihilatio & creatio requirunt virtutem infinitam, anima autem Christi est creatura, non ergo poterat creare. Contra hoc argumentatur, Christ<sup>us</sup> in omnibus suis operationibus erat instrumentum verbi Divini, male ergo distinguit S. Thom. quatenus instrumentum, vel secundum suam propriam virtutem, collectio est prima, antecedit probatio, actiones sunt supportorum, suppositum erat Divinum, ergo verbum Divinum vtebatur humanitate ad omnia opera exequentia tanquam instrumentum, & per consequens in operationibus omnibus instrumentum aliter se exhibuit, neque opus est distinctio S. Thom. Respondetur ad hoc ex doctrina Leonis Papae epistola. 41. & 43. & est communis sanctorum opera Christi erant in duplici genere, alia quae prima & per se conveniebant verbo Divino, per communicationem tamen idiomaticam communicabantur humanitati, ut sunt omnia opera Christi supra communitatem concursu in natura operata, & de his operibus intelligitur secunda conclusio S. Thom. & secundum membrum distinctionis, nempe, de anima Christi considerata tanquam instrumentum Divinitatis: alia erant opera contentientia primo & per se humanitati, & per communicationem idiomaticam Divinitati, ut factus, dolere, mortem pati, & reliqua opera poenalia, quae Christus passus est, de quibus intelligenda est prima conclusio S. Thom. & prima pars distinctionis, isto enim modo anima Christi erat causa principalis. Ex hoc respondetur ad argumentum, omnia opera Christi erant instrumentum Divinitatis, negatur, quod ad omnia opera haberet se & concurreret tanquam instrumentum, quia in operibus omnibus naturalibus non se habebat tanquam instrumentum Divinitatis, sed tanquam causa prima & per se, licet in virtute esset instrumentum. Secundo respondetur, quod Christus, vel eius anima quoad patranda opera non recipit virtutem aliquam inhrentem vel permanentem, sed habebat se veluti instrumentum Divinitatis: in alijs vero, ad quae recipit virtutem sibi inhrentem, habebat se ut causa efficiens vel secundum

aria, ut ignis non est causa instrumentalis caloris, sed causa efficiens, sicut ergo ignis in calefactione non est instrumentum Dei, sed causa efficiens, & principalis, quia recipit hanc virtutem à Deo, & sic respectu sui effectus est causa principalis & secunda. Similiter anima Christi in ordine ad operationes, ad quas exercendas recepit aliquam virtutem, respectu vero operum, circa quae non habebat virtutem aliquam communem, habebat se anima Christi tanquam instrumentum Divinitatis, & hoc inlinuat S. Thom. dicens, quod opera miraculosa excedebant virtutem animae Christi.

Dubium tamen oritur ex hoc, anima Christi vel eius humanitas circa opera miraculosa quomodo se habebat an haberet se instrumentum, an vero efficienter? Quod est quaerere, an Christi humanitas in se haberet aliquam virtutem sibi inhrentem, per quam opera miraculosa operabatur, an verò tali virtute spoliata. Videtur enim quod verbum Divinum per se solum operaretur, nam si habebat in se virtutem aliquam sibi inhrentem, ergo erat instrumentum Divinitatis, si vero non habebat talem virtutem sibi inhrentem, dicendum est contrarium, nempe, verbum Divinum per se omnia opera operari.

Contra hanc questionem est opinio curiosa, quae in scholis gratia disputationis sustineri potest, & consistit in duabus conclusionibus: Prima conclusio, Deus potest communicare creaturae virtutem ad languores omnes curandos, quae intelligitur de potentia logica, ita quod sit qualitas permanens in anima, existens & difficile mobilis. Secunda conclusio, de facto ita contigit in anima Christi, quod Deus contulit ei hanc virtutem. Et haec est sententia S. Thom. in catena aurea super illa verba Lucae. 5. Imponens manus suas super egros, curabat eos; quia virtus de illo exibat, & curabat omnes. Et citat Cyrillum, qui haec verba scripsit, Christus recepit virtutem ad curandam omnes languores, veluti ferrum igniti ab igne recepit virtutem ad calefaciendum. Suadetur haec sententia ex illo Lucae. 5. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes, dixit Christus; Quis me teigrit, quasi sentiens virtutem sanandi ab illo exisset. Marcij ultimo Apostolis contulit virtutem ad languores omnes sanandos, & de nomine efficiendos, si ergo hoc particulare sanandi contulit Apostolis, signum est quod ipse habebat. Ratione probatur, quia gratia supernaturalis

Opinio S. Thomae.

naturalis est qualitas quaedam in anima existens, distincta ab illa, ergo virtus miraculosa operandi in Christo, & in Apostolis erat distincta ab ipsa anima, antecedit est notum, collectione probatur, quia gratia est qualitas, & qualitas passiva non distinguitur realiter ab eo, quod recipit, ut de materia prima patet, haec autem qualitas est distincta ab ipsa anima, quia operatiua, ergo. Secundo, quia leuiora motiva sunt, ad asserendum gratiam esse qualitatem distinctam ab anima Christi, quam hanc virtutem esse distinctam, sed secundum sententiam communem Theologorum gratia est qualitas ab anima distincta, multo ergo fortius virtus animae Christi communicata ponenda est tanquam qualitas particularis ab ea distincta. Item, alias sequeretur non esse differentiam inter Christum & ceteros sanctos, quantum ad miracula operanda, nam si differentiam aliquod esset, maxime quia Christus virtute propria operabatur, sancti ex aliena, sed per se Christus non habebat virtutem talem in anima permanentem, nulla ergo est differentia: quod tamen absurdum est.

Ad questionem responderetur haec conclusione, Christ<sup>us</sup> Dominus ad miracula omnia facienda nullam virtutem in anima existentem & permanentem recepit, sed eius humanitas in operationibus omnibus miraculosis tanquam instrumentum Divinitatis se habebat, itaque neque humanitas erat principalis causa, neque sine qua non, sed tantum instrumentum non habens in se virtutem aliquam, si enim in se virtutem haberet instrumentum non esset, sic enim est in rebus omnibus naturalibus. Doctrina haec est Sancti Thomae loco citato art. 2. & 2. q. 178. artic. 1. ad primum argumentum, & est communis sententia Patrum factorum. Et suadetur sequentibus: primo, ex illo Ioannis. 12. Pater in me manens ipse facit opera, arguitur sic, humanitas Christi talia opera exequens erat instrumentum respectu illorum operum, ergo habebat se tanquam instrumentum: eo sequentiam probatur, quia verba illa non instrumentum, sed causa principali quadrant, nam si verba illa de igne dicerentur, Deus in igne manens ipse facit, nequam convenienter, quia ignis ipse ex se, & ex natura sua calefacit, sic ergo si humanitas per se operaretur, non diceret Christus, Pater in me manens ipse facit opera: & Ioannis. 14. familia testimonia habentur. Rationibus arguitur sententiam illam non esse admittendam, nam quae

litas illa aut habebat virtutem ex natura sua, aut ex concursu Dei, neutrum dici potest, ergo. Probatur, non primum, nam si ex se haberet talem virtutem, illa ergo opera naturalia erant, sicuti igni naturale est calefacere: probatur, sunt opera proportionata virtuti naturali creaturae, non ergo sunt supernaturalia, neque prodigiosa: hoc enim differunt miraculosa opera à naturalibus, quia excedunt virtutem omnem creatam, & maxime quia virtus naturalis nunquam in extremum operatur sine medio, non ergo posset Christus per virtutem talem sine medio operari miraculose, verbi causa, non posset caecum curare Hierosolymis, si esset Nazareth: neque secundum potest asseri, nam si illa qualitas solum haberet virtutem ex concursu Dei, vanum esset eam ponere, nisi per se non potest aliquid efficere, frustra ergo ponitur, postquam concursus sine tali qualitate esset sufficiens.

Secundo, Christus poterat patrare miracula in instanti, ergo non operabatur per qualitatem distinctam, siquidem ad distantiam maximam miracula faciebat, ut de filia Reguli in Evangelio constat: consequentiam probatur, quia nulla qualitas operatur in instanti, ubi est contrarium, neque creatura id potest, si enim sol in instanti illuminat, ex eo est, quia contrarium ibi non est: in praedictis autem miraculis Christi contrarietas erat. Confirmatur, nam vel qualitas illa erat corporalis, & hoc non, quia effectus operabatur spiritalis, vel spiritualis, & hoc minime, quia operabatur sanitate, qui est effectus corporalis, ergo non operabatur per qualitatem aliquam. Tertio, si qualitas illa ponenda esset, sequeretur Christum Dominum non naturaliter, sed miraculose fuisse mortuum: sequela probatur, qualitas illa virtutem habebat infirmos sanandi, & mortuos vivificandi, miraculose ergo fuit impedita, ne in morte Christi operaretur, consequens autem absurdum est, non ergo talis qualitas constituta est.

Ultimo, quando aliquis instrumento aliquo utitur, non insinuat qualitatem aliquam illud, sed solum motum passivum, quo instrumentum mouetur, ut de ferrum patet, Divinitas autem humanitate vtebatur tanquam instrumento ad miracula facienda, nulla ergo qualitatem imprimere humanitati.

Ad argumenta autem respondemus: ad primum, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes, & ad Cyrillum, & loca Evangelij, sacra scripturam, & sanctos loqui more humano, &

Ratio

Ratio

Ratio

scilicet



secundum nostram modum loquendi. Unde sicut in omnibus, & in omnibus naturalibus rebus qualitas est quid distinctum, ita scriptura de Christo loquitur, vt cōmodius virtutem hanc nobis explicaret, vt pote hominibus non satis lucidi & perspicui intellectus. Quod considerans S. Thom. locis citatis suam sententiam retractavit. Ad secundam, gratia est qualitas distincta ab anima, ergo & virtus illa, negatur collectio, quia de gratia & virtutibus infusus, quod sunt qualitates ab anima distinctę habemus ex diffinitione ecclesię Clemen. vnica de summa Trinitate, & fide Catholica. c. Maiores: & Concilij Florentini, & Tridentini. Qualitatem autem hanc esse addēdam humanitati Christi nullus sanctorum affirmat. Ad vltimum respondemus, esse quadruplicem differentiam. Prima est, quia humanitas Christi erat causa miraculorum meritoria de condigno, & de lege ratione vnionis hypostaticę, ceteri autem sapiti tantum de congruo & ex misericordia Dei. Secunda, quia humanitas Christi erat instrumentum coniunctū, & erat vnica Diuinitati in vnione personę, humanitas aliorum sanctorum respectu miraculorum erat instrumentum a Diuinitate separatū, sicut manus mea est separata a lapide, quem baculo moueo, ita & in sanctis humanitas a Diuina virtute erat separata. Tertia distinctio est, quia virtus miraculorum in Christo erat per modum habitus permanentis, virtus vero operatiua miraculorum in sanctis erat per modum dispositionis transeuntis, vnde Christus ad faciendū miracula ita vtebatur humanitate, sicut nos habitibus pro nostra voluntate utimur. Quarta differentia, Christus operabatur miracula auctoritative, ceteri sancti tanquam ministri orantes & deprecantes. Ad argumentum ergo negandum est, quod Christus in operatione miraculorum omnes sanctos nō excederet.

Dubium tamen est, an Christi humanitas ex se aliquam efficaciam habuerit respectu miraculorum, vel solum in quantum verbo Diuino vnita operaretur. Respondeo, Christi humanitatem consideratam etiam in quantum non vnitam habuisse potentiam respectu miraculorū. Probat primum, quia multi sancti habuerunt potentiam miraculorum, quorum humanitas non erat verbo vnita, a fortiori ergo Christi humanitas, cum esset dignior illis. Secundo, Crux Christi habuit potentiam aliquam respectu miraculorum,

ergo est Christi humanitas. Tertio, ad vltimam Petri miracula fiebant, ergo a fortiori ad presentiam humanitatis Christi. Quarto, sacramenta sunt causa gratię, ergo similiter humanitas Christi. Vltimo, sacerdos Euangelicus virtute abolitionis confert gratiam, ergo & Christi humanitas: & ita tenendum est, humanitatem Christi habuisse aliquam efficaciam respectu miraculorum.

Durandus. 3. sentent. dist. 14. q. vltima tenet, humanitatem Christi ad miracula peragenda non concurrere effectiue, sed tantū per modum orationis & impetrationis propter presentiam Diuinitatis, & ideo impetrabat omnia, que a Deo petebat: quod ex eo constat, quia in aliquibus miraculis orabat Patrem. Idem asserit de sacramentis, quod non conferunt gratiam, sed Deus ad presentiam sacramentorum dat gratiam, & ita habent se tanquam causa sine qua non. Et huius sententię sunt Scorus & moderni. Caietanus tenet conclusionem contrariam, nempe, humanitatem Christi vere & effectiue cōcurrere ad faciendū miracula. Primo, quia potissima gratia inter dona creaturę communicata est miracula facere, tale ergo donū fuit communicatum animę Christi. Secundo, quia humanitas Christi omnium gratiarum habuit plenitudinem, sed vna illarū est ad miracula effectiue concurrere ipsa attingendo, ergo. Tertio, quia si per modum orationis & impetrationis tantum miracula fecisset, sequitur quod non esset tutum affirmare, humanitatem Christi miracula fecisse: sequela probō, quia si quis precibus meis curat, vel saluet, ego proprie neque curro, nec saluo: si ergo Christi humanitas precibus miracula operabatur, ergo non proprie, & tamen sepius Christus miracula faciebat nulla oratione præuia, vt quando dæmonibus, & mari imperabat, & Lazarus, vni foras, dixit. Vltimo sancti semper per contactum, & manus impositionem, operabantur miracula, vt ex illo Marci vltimo patet, Super egros manus imponent, & bene habebunt: & hoc nulla oratione præuia, quod ergo sanctis est concessum, Christo non est de negandum. Confirmatur Iosue. 1. ad imperium Iosue solletit contra Gabaon. Et quod hæc sit sententia S. Thom. constat, quia asserit humanitatem Christi habere virtutem operandi miracula, non tamen ad creationem, neque auhilationem: et si ad miracula solū per modum orationis & impetrationis concurreret, hoc pacto potest etiam ad creationem

neni concurrere, vt si Patrem oret, quod vniam animam, aut Angelum creet, non ergo solū per modum impetrationis, sed effectiue ad miracula concurrebat. Et hoc est vnū argumentum, ex quibus probamus Christū esse verum Deum, quia auctoritative miracula operabatur, ceteri verō sancti nō sic, sed præuia oratione. Et hæc est sententia B. Gregorij 2. dialogorum, vbi inquit, quod sancti aliquando imperantes miracula operabantur, vt quando Petrus Tabitham suscitauit Actorum. 9. aliquando ex potestate, vt quando Ananiam & Saphiram increpando occidit Actorum. 5. aliquando ex oratione & postulatione.

Dubium tamen est, quo pacto Christi humanitas miracula attingebat. Videtur enim effectiue illa non attingere, vt in suscitatione Lazari: bene enim sequitur effectiue miracula attingebat, ergo virtute propria, & mediante sua operatione: propria enim virtute & operatione ignis calorem attingit, sed Christi operatio ad suscitationem Lazari nihil conducebat, ergo: probatur, quia maxime vox illa, Lazare veni foras, Lazarum attingit, sed virtus vocis illius tantum habebat virtutem ad corpus Lazari disponendum, vt anima illi reuniretur, ergo. Item quia Sanct. Thom. 3. dist. 16. q. 2. articulo. 3. inquit, quod neque Angelo, neque animę Christi virtus aliqua spiritalis ad operanda miracula fuit impressa, sed illa parabat per modum orationis & impetrationis. Hic tamen mutauit sententiam. Caietanus respondet dubio, nempe, quod Christi humanitas effectiue miracula attingebat per delectionem imperij Diuini, deferendo Diuinū ipsum imperium ad corpus Lazari, cui anima erat reunienda. Quā sententiam mutauit Sanct. Thom. de potentia, vbi supra, vbi ait quod sicut imperij Dei presentatur hominibus per Angelos, vt quando Deus dedit legem Moysi, ita imperium Diuinum notificatur creaturis irrationabilibus per homines.

Dubium in est, imperium diuinū quid deferat res, circa quā miraculū est operandū: Si dicatur, quod est tali rei declarare, & imperium Diuinū illi representare, cōtra quia omnibus rebus irrationabilibus potest imperium Diuinum deferri, & tamē nō possunt illis illud declarare, quia cognitionis nō sunt capaces: si dicatur quod est conuersus Dei ad faciendū miracula applicare, ergo creatura potest ad creationem concurrere: probō,

nam si Deus hanc legem faciat, quod quotiescū que ego velim, Deus vnū Angelum illico creet, statuta tali lege, possum ego facere, quod executio Diuini imperij ponatur in esse, & quod creet vnū Angelum, & sic creatura posset ad creationem concurrere, quod tamen S. Tho. negat. Nihilominus dico deferre imperium Diuinum, esse conuersum Dei illi rei applicare. Sed hoc est quod querimus, quid est conuersum Dei applicare: Dico esse propriam ipsius operationem rei, in qua faciendum est miraculum, applicare, qua posita, secundum legem Dei conuersus applicatur: verbi gratia, quando Lazarus fuit suscitatus, Christi humanitas applicauit suā volitionem, & vocem ad suscitandum Lazarum, & ad reunendum animam corpori, quibus positis secundum legem potius est in esse Dei conuersus ad Lazarum suscitandum, quia erat lex, quod quotiescū que Dei humanitas vellet miraculū aliquod facere, Deus cum eo concurreret, & ita tenenda sunt istę conclusiones.

Prima conclusio, Christi humanitas, & sancti sæpe ad miracula concurrunt per virtutem sibi a Deo communicatam, & sunt vere causę instrumentales, & non tantum causa sine qua non, & accidentalis. Ista conclusio est Sanct. Thom. 2. 2. q. 178. artic. 1. ad primum, & de potentia. q. 6. articulo. 4. & constat ex illo Actuum. 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat signa & prodigia magna in populo.

Secunda conclusio, humanitas Christi, & sancti nunquam cōcurrunt ad miracula per virtutem aliquam immanentem & habitualem: probatur ex illo Pauli. 2. Corinth. 12. Propter quod ter Dominum rogauit, & c. & tamen impetrare nec potuit quod rogauit, si tamen virtutem miraculorum inherentem habuisset, facili negotio posset rationem superare, & loquens de operibus miraculorum inquit Ioann. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, & Ioann. 10. Opera quę ego facio in nomine Patris mei, restituntur operibus de me, & cap. 14. Pater in me manens ipse facit opera.

Tertia conclusio, humanitas Christi vere & effectiue ad miracula patranda concurrebat. Hęc sufficienter probata est contra Durandum, Scotum, & moderanos.

Contra hanc tamen doctrinam sunt duo argumenta. Primum, quia videtur Christi

Caietanus

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

Z huma-



humanitatem nullam actionem prestare circa res, quas supernaturaliter exercebat. Probatur, quia non egebant aliqua dispensatione naturalis, cum Divinitas id operabatur, maxime quia omne instrumentum debet habere aliquam virtutem, saltem instrumentalem circa effectum, quem operatur. Et hæc est ratio, quare creatura non potest creare, secundum S. Tho. quia non potest operari, neque attingere ad id quod nihil est, eodem ergo modo in nostro casu. Respondetur ad argumentum negando totum antecedens, quoniam Christi humanitas habebat actionem naturalem per contactum, quo agebat corpora, sicut sacramenta habent effectum naturalem super actionem spirituales, sic & humanitas Christi habebat actionem naturalem per contactum, sicut materia & forma sacramentum: & hoc erat sufficiens ad hoc quod Christi humanitas operaretur miracula sicut sacramenta sunt causa gratiæ, & eam operatur. Secundum argumentum est, Christi humanitas in absentia, & ad maximam distantiam operabatur miracula, non ergo erat instrumentum ad illa prestantia, antecedens patet ex pluribus locis Evangelij, collectio probatur, quia nullus potest vii instrumentum ad aliquam actionem sine conjunctione causæ. Respondeo duplex esse instrumentum, unum naturale, & tale requirit præsentiam causæ principalis, ut operetur: aliud est Divinum, & super naturale, quale erat Christi humanitas, & tale instrumentum poterat in distantia operari. Tunc etiam quia licet Christi humanitas absens esset secundum realem præsentiam, secundum tamen virtutem & efficaciam præsentis erat.

Ultimo dubitatur, an Christi humanitas, postquam est instrumentum respectu miraculorum, an sit etiam respectu iustificationis peccatoris, nepe quoad remissionem peccatorum, & collationem gratiæ & gloriæ. Magister Victoria tenet Christi humanitatem esse causam principalem & effectivam iustificationis peccatoris, & spectare ad Christum, tanquam ad causam principalem. Probat primo, quia opera iustificationis non erant omnino miraculosa, ergo Christi humanitas erat causa principalis respectu illorum. Antecedens patet, quia hæc opera non habebantur tanquam prodigiosa, cõsequenter probatur, quia humanitas Christi est causa instrumentalis respectu miraculorum omnino. Secundo, illuminare aliquem hominem per plenitudinem gratiæ vel scientiæ spectat ad primam causam, & est de mente S. Th. sed quantum ad illuminationem Christi, est de

sa principalis, ergo quantum ad gratiam, antecedens est S. Tho. cõsequenter probatur, quia aliquem illuminare nihil aliud est, quam illi viam patriam ostendere, & eam tenebras à mente ipsius excludere, ut videat, ut se ad gratiam præparet. Ex quo sequitur collationem gratiæ spectare ad primam causam. Ultimo probatur, omnes sacerdotes recipiunt virtutem aliquam ad opus iustificationis exequendum, ergo Christus ad opera iustificationis huiusmodi virtutem accipit, antecedens patet, quia recipiunt characterem permanentem & indelebilem ad consecrandum & absolvendum, eodem ergo modo Christus characterem recipit, ac ex consequenti erat causa principalis, & instrumentalis, postquam in se habebat virtutem sibi inhærentem & fixam.

His non obstantibus sententia contraria est verior & probabilior, cui nos subscribimus, nempe, quod Christi humanitas respectu operum iustificationis tantum erat causa instrumentalis, & non principalis, sicut respectu operum miraculorum. Probat primo, opera omnia iustificationis sunt excellentiora & diuina quibuscunque alijs operibus miraculosis, ergo Christi humanitas respectu illorum tantum erat instrumentum: probo consequentiam, respectu miraculorum tantum erat instrumentum, quia errant à Divinitate procedentia, ergo multo fortius respectu operum iustificationis, cum sint excellentiora illis. Cõfirmatur, nulla qualitas vel virtus potuit esse in Christo, quæ talis gratia ex natura sua possit cõferre, ergo tantum erat instrumentum. Argumentum est euidens, nec potest calumniari. Sic omnia opera iustificationis per se & principaliter tribuuntur Divinitati, sicut cetera opera miraculosa, respectu autem miraculorum Christi humanitas tantum erat instrumentum, ita ergo respectu operum iustificationis. Unde Efa. 45. Ego sum qui deleo iniquitates populi, & non est alius: & Job, Quis potest facere mundum de immundo conceptum de mine, nonne tu qui solus es? & Matth. 9. cum Christus dixit paralytico, Remittitur tibi peccata tua, dixerunt Iudei, Hic blasphematur, quia illud erat opus solius Dei: & 1. Cor. 1. Deus erat in Christo recõcilians sibi mundum, id est, Divinitas erat in humanitate, & humanitas operabatur quatenus instrumentum erat.

Ad argumenta respondeo, ad primū, nego antecedens, nepe, quod opera iustificationis non sint miraculosa, & excedant omnem virtutem naturalem, sicut Concilio Tridentino Canon. 1. de iustificatione diffinitum est his verbis,

Si quis dixerit hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fieri, absque Divina per Christum Iesum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit: & Canon. 3. Si quis dixerit sine prævenience Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Ex qua diffinitione constat, quod opera iustificationis excedunt vires nostras naturales: si vero miraculosa non dicatur, ex eo est, quia Christus instruit legem, ut cõtritus & cõfessus statim illuminetur, ut veniam delictorum suscipiat. A secundum argumentum respondeatur negando consequentiam: ratio est, quia illuminare, ut S. Tho. in prima cõclusionem intelligit, accipitur pro prædicatione & doctrina, illuminare pro gratia est opus iustificationis ad Divinitatem spectans. Ad tertium respondetur, quod sacerdos tantum est causa instrumentalis: & argumentum concludit, quod quemadmodum sacramenta sunt causa effectiva gratiæ instrumentalis, ita & humanitas Christi.

De tertia cõclusionem videndum est S. Th. 3. parte. q. 45. ar. 5. Ratio cõclusionis est, quia omne agens naturale agit mediante materia, creatio vero non presupponit materiam, quia est nihil aliud facere, & ideo repugnat quod a creatura creetur. Et eadem ratio militat de annihilatione, quia sunt duo extrema contraria, & ambo requirunt infinitam & limitatam virtutem.

An anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprii corporis.

**R**esponder S. Tho. art. 3. per duas cõclusiones. Prima cõclusio, anima Christi, in quantum instrumentum Divinitatis, habet omnipotentiam respectu proprii corporis, hoc est, poterat proprium corpus quocumque genere transmutationis transmutare, uti facere maius vel minus, visibile vel invisibile, huius vel illius figuræ. Cõclusio est nota. Cõtra hoc tamen videtur esse, quia anima Christi non poterat suum corpus in infernum detrudere, neque se occidere, cum tamen posset omnia aliorum corpora, non ergo habebat eandem potentiam supra suum corpus quam supra alia accepterat. Respondeo cõclusionem S. Tho. esse sic intelligendam, quod anima Christi cõsiderata quatenus instrumentum Divinitatis, supra suum corpus poterat omnia, quæ supra alia corpora, intelligitur, non repugnata

statui & cõditioni suæ, & similiter debet intelligi de præter creatione, annihilatione, & conseruatione.

Secunda cõclusio, si vero cõsideretur anima Christi secundum propriam virtutem, non habet omnipotentiam supra suum corpus, id est, circa dispositionem naturalem corporis, non enim poterat corpus suum in figuram aliam mutare: ratio est, quia Christi anima eiusdem speciei est cum animabus nostris. Durandus 3. sent. di. 14. q. ultima, Dionysius Cartusianus, & cõmuniter moderni tenent ibi cõtra S. Tho. scilicet, animam Christi per virtutem propriam potuisse corpus suum facere impassibile, & inuisibile, & ita asserunt, quod quando transiens per medium Iudeorum ibat, sine miraculo factus est inuisibilis, & quando transiit mare, & quando in morte Tabor transiit, est. Sententia hæc duplici argumento imititur: primū est, anima cuiuscumque hominis in statu innocentie maiorem potentiam & virtutem habebat, quam nunc anima nostra habet, eandem ergo virtutem anime Christi tribuere debemus: antecedens probatur, quia tunc anima omnis corpori cõmunicabat immortalitatem, similis ergo virtus tribuenda est anime Christi respectu sui corporis. Secundum, anime post resurrectionem maiorem virtutem habebat supra sua, quod modo habet, idem ergo tribuendum est anime Christi, cum haberet dotes corporis glorificati.

Teneda tamen est sententia S. Tho. nepe, quod anima Christi cõsiderata per se, & secundum suam virtutem, non habebat omnipotentiam supra suum corpus. Probatur, secundum corpus Christi erat viator purus, ergo non habebat maiorem virtutem quam quilibet iustus. 1. Petri. 2. & ad Hebr. 2. Oportuit per omnia fratribus assimilari. Cõfirmatur qui alias sequeretur Christi, quatenus homo erat, fuisse immortalem, impassibile, incorruptibile, & quod miraculose mortuus est: probo, anima Christi habebat supra corpus suum eandem virtutem quam anime beatorum supra suum, ergo nisi miraculose non poterat pati, hoc autem est absurdum, ergo. Tunc etiam quia anima etiam ex visione Dei in corpore non habebat virtutem immortalitatis, quantumvis ergo anima Christi esset beata, non ideo sequitur incorruptibilitas in corpore Christi, antecedens patet de Mose, & Paulo in tertium cõelum raptus. Ad argumenta in oppositum, respondemus, in miraculis, quæ Christus operabatur, animam cõmunicare corpori, tanquam instrumentum Divinitatis, subtilitatem, agilitatem, & similia: & hoc non est cõtra nos, quia id concedimus.

opinio  
Magistri  
Victoria.

Cõcilium  
Tridentinum

An anima Christi habuerit omnipotētiā respectu executionis suę voluntatis.

**H**oc est, an fuerit omnipotens ad operādum quicquid velle. Supposita distinctione respondet Sanctus Tho. artic. 4. per duas conclusiones. Prima conclusio, quicquid anima Christi voluit adimplendum vel faciendum per seipsam faciebat. Secunda conclusio, Christi anima non habuit omnipotentiam respectu omnium, quæ Deus volebat facere, id est, multa voluit Deus facere, quæ ipsa anima facere non poterat. Difficultas iuxta hunc articulum est circa illud Matth. 9. Voluit latere, & non potuit, quādo etiam prædicabat, volebat conversionem peccatorum, & non convertebantur. Dico ad hoc, quod in Christo erat duplex voluntas, Divina & humana, de Divina locutus est S. Thom. 1. parte. q. 19. in præsentia agit de voluntate humana, quæ erat duplex alia absoluta & efficax, alia conditionata & inefficax: absoluta exprimitur per verba indicatui modi, volo, conditionata, optatui, velim, de quibus S. Thom. 3. parte. q. 18. Prout ad propositū attinet, statu eius conclusiones. Prima conclusio, omnis voluntas Christi absoluta & deliberata semper fuit adimpleta, & loquor de humana voluntate, ita Sanct. Thom. absolutam distinguit contra conditionatam, deliberatam contra naturalem. Probatur conclusio, voluntas absoluta cuiuscunque beati semper adimpletur, ergo voluntas absoluta Christi semper adimplebatur, consequentia patet, qui erat cæteris beatorum: & probatur, nullus enim vir prudens efficaciter appetit quod iudicatur impossibile, vel videt sibi non profuturum, vel sibi non esse convenientem, ergo Christus non optabat quod sibi non erat profuturū, quicquid ergo optabat possibile erat, & ideo eius voluntas absoluta & deliberata adimplebatur: tum etiam, quia quicquid Christus volebat, Verbum Divinum consentiebat, quicquid ergo anima Christi volebat, ut sic semper adimplebatur: antecedens probatur, quia cum actiones sint suppositorum, actiones Christi Verbo tribuebantur, quicquid ergo volebat Christus, & Verbum volebat, voluntas ergo eius semper adimplebatur. Secunda conclusio, voluntas humana conditionata Christi non semper fuit adimpleta, & hoc intendunt argu-

menta in contrarium. Aduertendū tamen, ad hoc quod voluntas sit conditionata, non oportet quod explicetur cōditio, ut in prophetia Ione, Adhuc quadraginta dies Ninive subvertetur: & in prophetia ad Ezechiam regem, Dispone domui tuæ, quia cras morieris. Ad hunc ergo modum intelligendum est illud Matth. Voluit latere, & non potuit. Probatur conclusio, voluntas signi Dei, quia cōditionata, non semper adimpletur, & idem est de voluntate antecedenti, ergo Christi voluntas non semper adimpletur. Et hoc pede claudicant omnia argumenta in contrarium. Notandum tamen quod ad hanc voluntatem conditionatam, esse latum discrimen inter animam Christi & voluntatem Divinam, quia in Deo non est actus elicitus inefficax voluntatis Divinæ, nempe, vellem quod omnes saluarentur, & hinc voluntas hæc in Deo est metaphorica, & impropria: in anima vero Christi vere fuit actus ille elicitus, vellem calicem passionis à me transire, & quia erat actus inefficax voluntatis, ideo non est adimpletus: sicut & Deus multa vult inefficaciter voluntate signi & antecedenti quæ non adimpletur: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem voluntatis pervenire. 2. Corinth. 2. quod tamen non fit. Vide Sanct. Thom. 3. parte. q. 18. articulo. 5. & 6.

Pro B. Ambrosio respondet Magister sentent. 3. dist. 14. & ait, sententiam Ambrosij intelligendam esse de persona Christi, non in quantum est Dei, sed in quantum est hominis, nam licet una sit filij Dei & filij hominis persona, tamen in quantum Dei est persona semper, & naturaliter omnipotentiam habuit, sed in quantum est hominis non semper habuit, quia non semper fuit, & secundum hoc, quod futura erat hominis persona, acceptura erat ex tempore potentiam, quam naturaliter & semper habuerat, in quantum Dei persona: in quantum vero homo creatori æquari non potuit, quia repugnat creaturæ. Et hoc est quod Ambrosius ait, quod ex tempore accepturus erat hominem.

DECIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An Marię Virginis vulva in partu adaperta sit.

Ambro-

**A**mbrosius libro. 2. commentariū in Lucam, exponens hūc locum, *omne masculinum adaperiens vulvā suā* *Domini vocabitur*, sentire videtur Virginis vulvam in partu adaptam, & resoluta Virginis claustra. Quod pugnat eū diffinitione omnium Theologorum, qui docent Christum sine nixu doloris, ac fordibus parturientis, clauso virginis utero, per integra virginittatis claustra prodixisse, instar radij solaris per vitri soliditatem sine vlla vitri lensione dimissi. Verba eius hæc sunt, Qui dixerat ad Prophetam, priusquam te formarem in utero noui te, & in vulva matris sanctificauit te: & qui vulvam sanctificauit alicui, ut Propheta nasceretur, Propheta hic est, qui aperuit matris suę vulvam, ut immaculatus exiret.

Origenes homi. 14. in Lucam pertractās eandem clausulam, asseuerat matris Christi vulvam in partu adaptam, his verbis, Omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus tempore referat: matris vero Domini eo tempore vulua referata est, quo & partus editus, quia sanctum vterum, & omni veneratione dignum ante natiuitatem Christi masculus omnino non tetigit.

Tertulianus similiter eodem modo præsentem periodum differens in fine libri de carne Christi sic intulit, Hæc denique vulua est, propter quam & de alijs scriptum est, Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. Quis vero sanctus quæ Dei filius? Quis proprie vulvam adaperuit, quā qui clausam patefecit? Cæterum omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis claustra erat. Vtique magis non virgo dicenda est quæ virgo, salu quodam mater antequam nupta. Et quid quid ultra de hoc retractandum est? Cū hac ratione Apostolus non ex virgine, sed de muliere editum filium Dei pronuntiavit, agnouit adaperire vulvæ nuptialem passionem.

Disputat Sanct. Thom. de virginittate B. Mariæ. 3. parte. q. 28. articulo. 1. quærit an B. Maria virgo fuerit in concipiēdo: & respondet conclusione affirmatiua, quæ est de fide, & probatur primo ex verbo Dei expresso Esaiæ. 7. Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium: & Ezech. 44. Hæc porta erit clausa, & non aperietur, quia per eam ingressus est rex Israel: & mysterium hoc adumbratum fuit Exod. 3. per rubrum, quem Moyses vidit ardere, neque combure-

batur, quia virgo plena fuerat igne Diuino, neque debuit comburi, quia virgo erat permansura. Hoc idem designatum est in velere Gedeonis. Secundo probatur ex traditione ecclesie tanquam de fide proponētis. Natus est ex Maria virgine, & cōceptus est de Spiritu sancto, & ex traditione Patrum. Hieronymus enim, & Augustinus super Matth. c. 1. affirmant, Beatissimam Virginē in conceptione Christi vere virginem permansisse. Tertio probatur ex diffinitione Conciliorum, nam Symbolo Nizeno, & Apostolorum cum cæteris postea sequentibus ecclesia affirmat, Conceptus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Et idem probatur ex illo Lucæ. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Ex quo arguitur sic, Patres omnes cōcorditer conueniunt, quod Virgo votum virginittatis seruauit, quod antea emisserat, permansit ergo virgo in Christi conceptione.

Dubium tamē est, an ex illo loco Esaiæ sufficienter probetur quod permanserit virgo. Videtur enim quod non, quia propositio illa, virgo concipiet, in rigore est vera, licet tempore conceptionis corrumpatur. Sed dico sufficienter probari ex illo loco, & quod ita sit probatur, quia Patres omnes locum illum concorditer ita exponunt: & regula ampliatio num, qua communiter conceditur, illa meretrix erit virgo, est puerilis, & non vsque equaque vera, quia contra communem modū concipiendi: modus enim communis concipiendi est, quod virgo concipiet manens virgo. Sed contra hoc est quia traditio Hebræa loco Virginis habet, Alma concipiet. Dico vocem, alma, in Hebræo duas habere significationes. Prima, alma, id est, abscondita & intacta. Secunda, alma, hoc est, quod sit apta nuptui, & in hoc sensu locus est verus, & præbatur intentū. Arguitur in ex verbis, que sequuntur, & vocabitur nomen eius Emanuel, quia in Hebræo habetur, Vocabit, nēpe ipsa virgo. Dico Euāgelij hoc exponere, cū ait, Emanuel, id est, nobiscū Deus: & addit ultra, Butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malū, & eligere bonū: licet potest aduersarij accipi pro, quāuis sciat reprobare malū, &c.

Secundum argumentum S. Tom. est Fausti Manichei, & Eutonitarum, & in solutione assignat rationes, quare in scriptura sic enarratur genealogia Ioseph tacetur genealogia Virginis, & inquit duo de mente Hieronymi, & Augustini super Matth. c. 1. primam, quod Ioseph ordinis generationis

nō ponitur pater Domini, quia verē nō fuit, vt ordo ipse indicat, sed ponitur in Christi genealogia, & omittitur Virginis, quia non est mos scripturarū, vt mulieres in serie genealogie textantur. Secūdo dicit, q̄ Maria & Ioseph erant ex eadē tribu, & ideo iure propinquitatis eam ducere cogebatur, quod patet ex illo Num. vltimo, vbi habetur de filiabus Saphad, quę à Mose petierūt, vt eis daret viros, & Moses precepit, q̄ cōtraherent cū viris propriis tribus, quod & B. Virgo fecit. Quod si quis querat, quare Mathæus enarrat feminas aliquas, & inter eas specialiter annumerat aliquas, quę fuerūt peccatrici: dico ideo esse, quia Christi venit peccatores saluos facere, & ne in desperationē tenderet, ideo in genealogia fit mētio de peccatoribus, & specialiter de mulieribus, quas demō illudēs, spē in desperationē inducit. Liranas in locū illū Num. vltimo inquit, q̄ lex illa habebat locū in feminis habētibus hęc dicitē ex successione, & ne hereditas ad extraneos transiret, tenebatur cū viro ex eadē tribu cōtrahere: vnde femina nō semper cōtrahēbat cū viris eiusdem tribus, maxime quia Patres affirmāt B. Virginē esse ex duplici tribu, nēpe, ex tribu Iuda, & ex tribu Leui. Cōtra hoc tamē est argumētum, quia eodē c. paulo inferius Moles expressit, q̄ omnes viri cōtrahant cū feminis eiusdē tribus, & assignat rationē, ne tribus Dñi confundatur: lex ergo illa indistinctē & vniuersaliter loquitur, & ideo intelligi debet de omnibus viris, & de omnibus feminis. Respondet Liran⁹ fuisse exceptas duas tribus, nēpe Leuiticā, & tribum Iuda, quę erat regia, & Leuitica sacerdotalis, & istę due tribus poterāt adiuuicē misceri, & ratio dispensationis fuit: prima, propter nobilitatem earum. Secūda, vt reges haberent cū sacerdotibus conuersationē, & non ignorarent leges. Tertia, ppter pacem confirmandā, ne inter eos essent iurgia, cum essent ambe præcipue tribus. Burgensium non placet hęc sententia Lirani, & ait, illam legem Num. vltimo, non esse vniuersalem, sed tantum intelligi debere de feminis habentibus hereditatem, quod in text. significatur, vt ne hereditas vnius tribus ad aliā transferatur: si ergo femina bonis hereditarijs carebat, poterat cū viro alienę tribus cōtrahere. Ex quo sumitur argumentum contra Augustinum & communem opinionē, quia de B. Virgine non constat, an bona paterna habuerit, & ex consequenti q̄ Ioseph & virgo fuerint eiusdem tribus. Secundo,

quia dato essent eiusdem tribus, non tamen constat, quod Virgo fuerit ex femine David, poterant enim procedere ex diuersa familia, nam Iudas duos filios habuit, nēpe, Phares, & Zaran, ergo licet cōstet esse eiusdē tribus, nō tamen cōstat, quod essent eiusdem familię, & ex consequenti, q̄ Virgo ex femine David. Tertio, Hieronymus, Augustinus, & cōmunis opinio tenet, scripturā nō cōsueuisse feminas texere in genealogijs: & tamen. 1. Paral. c. 2. narratur genealogia Hebręorum, & ibi ponuntur Harbia, & Abigail sorores David: non ergo incōueniens esset, quod Euāgelistę genealogiam Virginis narrent. Vltimo, quia possent Euāgelistę scribere genealogiam Virginis vsq; ad genealogiam patris sui Iochim, & sic, esto, non esset consuetudo texendi genealogiam mulierum, haberemus genealogiam Christi. Pro solutione quęstionis, & cōcordia harū opinionū consuetudo quatuor conclusiones.

1. Prima cōclusio, certum est Virginem Mariam, & Christū descendisse de femine Abraham, & ex femine David. Probo ex illo Genes. 22. In femine tuo benedicēdas erant omnes gētes terrę: & rursum, Qui factus est ex femine David secundum carnem: & Propheta regius, Iurauit Dominus veritatē, & nō frustra bitur eum, quia de fructu ventris tui ponam super sedē tuam. Et q̄ hęc conclusio sit de fide, probo ex illo Hierem. 23. Suscitabo ex David semen iustū, quod Patres, Glossa, & Doctores sacri de Christo exponunt.

2. Secūda cōclusio, conuenientissimū fuit, quod Euāgelistę, Christi genealogiam texerent ex Abraham & ex David. Probo, quia ex perimur Euāgelistas quādo aliquod gēsum narrant, statim allegare prophetas dicentes, Vt adimplerentur quod dictum est, vel, Sicut scriptum est per prophetam.

3. Tertia conclusio, Euāgelistę genealogiam Christi ex Abraham, & ex David sufficēter explicarunt. Probo, quia Mathæus statim in principio primi capitis ait, Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham, quod sufficit pro fidelibus, nam infideles scripturam sacram non admittunt.

4. Quarta cōclusio, cętera, quę in Euāgelio consequuntur circa genealogiā Ioseph, valde deseruiunt ad Christi genealogiā persuadendam in Iudæorū damnationē, qui existimabāt, q̄ Ioseph verus erat pater Christi: vnde si

1. Conclusio

2. Conclusio

3. Conclusio

4. Conclusio

si Euāgelistę non explicaret, quod Ioseph erat ex tribu Abraham, & ex tribu David, esset illis occasio, vt in sua cęcitare & errore permanerent, nēpe, Messiam nondum venisse: expectabant enim illum ex femine David nasciturum, necesse fuit Euāgelistis id explicare, vt conuinceretur Christum ex tribu regia, & ex tribu sacerdotali natum. Cōfirmatur ex doctrina S. Tho. qui 2. 2. q. 1. art. 9. ait, in prædicatione & manifestatione fidei paulatim debere procedi, & non statim ad summos articulos esse deueniendum, sed paulatim a leuioribus, & magis manifestis fidelis fuit instruēdi. Ex quibus constat sententiam Burgensium, quem sequitur Hieronymus, & Augustinus esse pbabiliore, quā sententia Lirani. Ad argumētum, quare nō fuit texta genealogia Iosahin, respondet Burgensius: Primo, quia forte nō potuit bene enarrari, nisi mulieres aliquas inducendo, quod est cōtra consuetudinem textēdi genealogiā. Secūdo, quia ex contextura Euāgelij cōstat, esse B. Virginē ex familia Abraham & David. Tertio, quia cōuenientissimū fuit, q̄ sicut primus homo product⁹ fuit sine patre & matre, & nos omnes ex patre & matre, quod impleteretur tertius mod⁹, vt aliquis nasceretur ex matre sine carnali patre, sicut Christus Dñs. Postquā ergo diffiniuit⁹ B. Mariam fuisse virginem in concipiēdo, 1. Dubium est an B. Maria permanserit virgo in partu. Respondet S. Tho. loco citato conclusione affirmatiua, quā triplici medio probat, & licet conclusio ex sacris literis expressē & formaliter non habetur, est tamē de fide, ex traditione ecclesie, & Patrū omnium, & est diffinita Cocilio Nizeno cū cęteris subsequētib⁹. Dubium tamen est, an fuerit miraculū quod Christus cōciperetur & nasceretur ex Virgine sine claustrī Virginis corruptione. Ratio dubitandi est, quia Augustinus. 4. de Ciuitate. c. 19. videtur affirmare, naturaliter id posse fieri. Et S. Tho. 1. parte, q. 98. art. 2. ad quartū argumētum, & Durāndus. 4. sen. di. 4. q. 6. idē tenet. Probat, quia in statu innocētię mulieres sine corruptione conciperēt, & parerent, quia in statu illo dolor non poterat esse, corruptio autē non est sine dolore. Hęc tamē ratio non conuincit, quia illa erat eodē illius status, secus post peccatū, & postquā mulieri dictum est, In dolore paries filios: nobis fat est quod ecclesia conceptionē & natiuitatē Christi tāquā miraculosam proponit. Et S. Tho. 3. parte. 33b. articulo. 6. diffinit Christam Dominū

natum esse sine dolore matris. Et est conclusio de fide, quā licet explicite non continetur in scriptura, educitur tamen ex illa: nam Esai. 7. habetur, Ecce virgo concipiet, & pariet: ex quo sequitur, quod si permāsit virgo, quod non fuit in ea apertio aliqua, & sic nec diuisio carnis, nec dolor, & hoc specialiter Dei prouidentia, quia ita mater Dei celebrat. Ideo dico, opinionem Durandi esse erroneam, & vt talis cauenda est: & quod asserit, partes quantitatis nō posse esse simul, falsum est, nam in Sacramento altaris quantitas & partes corporis Christi sunt simul, similiter ergo in partu Virginis duo corpora fuerunt simul per penetrationem, ita Augustinus. 14. de Ciuitate Dei, cap. 16 & licet in statu innocētię probabile esset, feminas per membri dilationem parere, quod etiam Sanct. Thom. affirmāt. 2. sentent. dist. 20. secus sententiam Augustini, de Virgine tamen Beata nullo modo affirmandum est, quod eius partus per dilationem vel relaxationem membri fuerit, sed per corporum penetrationem. Vnde de fide tenendum est: Primo, Virginē Christum, eodē modo & eadem parte quā reliquę mulieres pariunt, peperisse. Probat⁹ ex illo Luca. 1. Ecce concipies in vtero, & paries. Secūdo, quia de fide est quod Christus fuit conceptus, & natus ex Maria virgine: conceptio ergo & partus similis fuit cum alijs altarum mulierum. Tertio probatur ex communi consensu totius ecclesie, & omnium Patrū sanctorum. Ex quo sequitur damnationem Magistrī de Alcaraz Pinciez factam rectam fuisse, affirmātis in concione publica annunciationis Virginis, Virginem Mariam oculis concepisse, & oculis peperisse, quia oculis est pars dignior & subtilior hominis. Respondeo tamē ad rationem hanc cū Hieronymo ad Eluidium, quod quanto pro me De⁹ villiora passus est, tāto magis illi debeo. Et aduertēdum, quod Ioānes de Neapoli cōtra omnes tenentes partum Virginis fuisse per relaxationē mēbri, & non per penetrationē, arguit ingeniose ex illo Euāgelij, Facilius est camelum intrare per foramē acus, quā diuitem intrare in regnum cęlorum, quia apud Deum possibile est diuitem intrare in regnū cęlorum, ergo etiā camelū, hoc est, Christū per foramē acus. id est, ex Virgine vtero transire & nasci. S. Tho. 2. 2. q. 20. ad primū inquit, q̄ in statu innocētię esset apertio claustrī sine dolore, quia dolor in femina non tantum sequitur ex apertione

Ioan. Neapoli.

Scotus.

claustris, sed etiam ex interiori fractura venarum, quibus puer concipitur, sicut ergo Deus prouidit, quoniam non experiretur dolorem in concipiendo, ita neque in partu. Scotus inquit eodem modo potuisset ex utero egredi, quo ianuus clauis potuit ad discipulos ingredi, & ex tumulo resurgere. At dicit Durandus quod etiam si claustra Virginis aperiretur, nihil de virginitate periret, quia, ut ait S. Thom. quodlibeto. 6. art. 16. si aperiantur claustra alicuius virginis non per concubitum viri, sed via alia, manet virgo: si ergo hoc verum est, potuit claustris ruptis parere salua virginitate. Respondeo, quod licet ita sit, in tali nihil de virginitate spiritali neque corporali perire, decentia tamen quaedam carnis, & materia virginitatis periret, quia non est affirmandum Virginem caruisse, ut patet ex illo Ezechielis. 44. Porta haec claustra erit in aeternum, & ex illo Cant. corum, Hortus conclusus, fons signatus amica mea.

Erasmus

Erasmus in annotationibus in Lucam in illa verba, Omne masculinum adaperiens vuluam, inquit, Virginem non peperisse vulua clausa, sed aperta, more ceterarum foeninarum: & inquit, quod id est sententia Originis, & Ambrosii, & ait sententiam Patrum antiquorum repugnare cum nostra pia credulitate, sed cauendus Erasmus in hoc est, sicut in pluribus alijs. Et Petrus de Lerma Conplutensis abbas assertionem Erasmi Complutensis retractauit.

Abulensis

Abulensis Paradoxa. r. c. 18. vsq. ad cap. 66. circa difficultatem hanc aliquos constituit modos. Primus, quod Christus nasci potuit sine eo quod modum existendi quantitatum haberet. Secundus modus est, quod ibi corpus Christi modum existendi habuit, quem in partu ceteri filij habent. Ratio istorum est, quia miracula multiplicandi non sunt sine necessitate, nisi ad id ex scriptura cogamur: & ideo affirmari non potest, Christum alia via natum esse. Et hunc tertium modum asserunt, scilicet, quod Christus ex utero per penetrationem duorum corporum exiuit, nempe, carnis Virginis, & corporis Christi: in quo affirmat, Christum non solum exisse per locum naturalem, sed etiam per carnem. Mens tandem & intentio Abulensis Catholica censenda est, modus autem loquendi periculosus, & ideo cauendus, quia affirmare videtur, Christum per locum non conseruetum natum esse: quod pertinaciter asserere haereticum diximus esse. Et ideo sententia S. Thom. tenenda, quae communis est Pa-

trum, & Doctorum scholasticorum, nempe, quod ibi fuit penetratio corporum. Et Durandus, qui modum singularem secutus est, similiter cauendus, sicut & in solutionibus argumentorum. Ad primum, quod ibi fuit penetratio corporum, respondet, exiuisse per poros. Ad aliud, quod ex utero Virginis exiuit, sicuti ex tumulo furrexit, respondet, id ex Euangelio non constare. Ad aliud Ioannis. 20. quod ingressus est ad discipulos ianuus clauis, respondet, est ita, sed non ingressus est per ianuam, sed forte ingressus per fenestram. Haec ipse asserit, ne duo corpora se posse penetrare concedat. Quae quidem solutiones suspectae sunt, & ideo vt tales caude. Itaque firmiter tenendum est, ex miraculo ibi penetrationem corpora fuisse, quia Christi corpus nondum gloriosum erat. Postquam diffiniuimus, beatissimam Virginem etiam in partu virginem permanisse.

Dubium est, an post partum virgo permaneret. Conclusio est affirmatiua de fide contra Eluidium, & licet in scripto a expresse non habeatur, fat tamen nobis est traditio ecclesiae, & Patrum omnium. Habet illam D. Augustinus libro de haeresibus, Haeresi. 57. Hieronymus contra Eluidium. Vnde cum Catholicis non est nobis controuersia, sed tantum cum haereticis, qui ex illo Matth. Anteaquam conuenirent, inuenta est habens in utero de Spiritu sancto, affirmant, quod postquam virgo Christum peperit, postquam concepit, & enixa est. Ad hoc argumentum respondet S. Thom. ad tertium argumentum, artic. 3. ex mente Hieronymi, quod illa particula, anteaquam, licet sepe indicet sequentia & futura, non nunquam tamen ostendit ea, quae prius cogitabantur, vt si quis dicat, Anteaquam in portu praederem nauigauit, non intelligitur, quod postquam nauigauit, praesus est in portu, sed quod eo gitabat se in portu praesens, non tamen quod postea in portu praesus sit. Similiter in proposito, anteaquam conuenirent, non tamen quod postea conuenirent. Secundum argumentum haereticorum est, quia Matth. 12. & Luc. 8. & Ioan. 7. habetur, quod Christus Dominus habebat fratres: & ex his locis scripturae existimantur haeretici, Ioseph esse verum patrem Christi. Respondetur ex mente Hieronymi, quod nepotes, vel consobrini in scriptura appellantur fratres, quod ex Genesis constat, nam Abraham Loth sepe fratrem appellabat, & nos lingua Hispana nepotes appellamus, Primos hermanos. Vnde Ouidius epistola quadam ait, Nam mihi quot fratres totidem

Durandus.

totidem periree sorores: vbi consobrinos fratres vocat.

Pro cuius elucidatione notandum communem sententiam Patrum tenere, B. Annam habuisse tres viros, primus Ioachin fuit, ex quo nata est B. Virgo: secundus Cleophas, ex quo orta est Maria Cleophae: tertius Salome, ex quo habuit Mariam Salome. Ex Maria Cleophae processerunt quatuor filij, Iacobus minor, Simon, Iudas, & Ioseph: ex Maria Salome duo, Iacobus maior, & Ioannes Euangelista, quod historia vulgata habetur. Sed quia durum videtur, quod B. Anna tribus viris nupserit, ideo Faber, & Abulensis libro de triplici concubio Annae tenet, B. Annam non habuisse nisi vnicum virum, & Virginem beatam non habuisse sorores. Probat ex Eusebio lib. 3. historiae antiquitatum, vbi ex professo probat, Mariam Cleophae habuisse vnicum filium, vndecim annis maiorem Christo, Maria ergo Cleophae non erat Virgine minor. Secundo probatur ex Egypcio Apostolico contemporaneo, qui idem affirmat. Tertio ex Augustino homi. 28. super Matthei. vbi expresse affirmat, Salome esse nomen feminae, & non viri, & per consequens non fuisse virum Annae. Ratione idem probatur, quia constat, quod Maria Salome habuit duos filios, scilicet, Ioannem Euangelistam, & Iacobum maiorem: Ioannes autem Euangelista vnico anno fuit minor Christo, Maria ergo Salome nequirit filia Annae esse ex tertio viro, quia si ex tertio viro esset, multis annis Christus illum excedere deberet, Ioannes vero tempore fuit aequalis Christo, ergo. Quod vero Ioannes aetate minor fuerit Christo, probatur, quia Ioannes Euangelista mortuus est anno primo Traiani imperatoris, & a natiuitate Christi vsque ad primum Traiani annum processerunt centum anni, cum ergo Ioannes nonagenarius mortuus sit, fuit ergo vnico anno minor Christo, ex quo conuincitur quod non potuit esse filius natus ex tertia filia B. Annae. Conclusio alia Fabii & Abulensis est, quod neque Maria Cleophae, neque Maria Salome fuerunt sorores B. Virginis. Eius verba sunt haec, Non est dicendum quod B. Anna habuit tres viros, probatur, quia in historia B. Annae habetur, quod Virginem beatam concepit, cum iam senex esset, non ergo stat cum hoc, quod postea duobus viris nupserit.

Contra hanc tamen sententiam est virgens argumentum ex illo Ioannis. 19. Strabat iuxta Crucem Iesu Maria mater Iesu, & Maria

Cleophae, & Maria Magdalene. Et Patres facti, & Doctores scholastici tradunt, quod Maria Cleophae & Salome erant sorores Virginis. Respondet Faber ad hoc, quod non erant sorores via sanguinis, sed per quamdam affinitatem legalem, quia Cleophas & Ioseph ideo dicebantur fratres, quia erant viri duarum sororum. Et ex hoc respondetur ad argumentum commune, quod est, quia in Euangelio vocantur fratres Christi, est ita, sed fratres vocabantur secundum existimationem populi, qui existimabat quod Ioseph & Cleophas erant veri fratres, qui tamen non erant, sed viri duarum sororum. Iosephus de antiquitatibus lib. 2. c. 16. inquit, quod filius Mariae Cleophae & Christus erant consobrini secundum existimationem populi: ex quibus sententia Fabri maximam habere apparentiam. Et ad argumentum in contrarium respondetur pro Fabro, quod historiae quae citantur in contrarium non continent infallibilem veritatem, quia in eis aliqua apocrypha continentur: & illis opponimus historiam Eusebii, & Egypci, qui sunt maioris auctoritatis.

Iosephus

Dubium tamen est, cum D. Hieronymus, & communiter Patres historiam communem recipiant, cui potius adherendum est: Respondemus, in scholis disputacionis gratia sufficere posse opinionem Fabii, extra scholas vero tenenda est sententia communis, quia ecclesia eam recipit. Martinus de Magistris tractatu de temperantia in solutione quarti argumenti tenet, Iosephum patrem putatum Christi, fuisse virum Mariae Cleophae, & ex illa suscepisse Iacobum minorem & Iosephum. Hoc tamen non est pike dictum, quia communis opinio tenet, quod permansit virgo. Secundo, quia non potuit illos ratione secundi matrimonij suscipere. Tertulianus libro de carne Christi habet sententiam impiam, nempe Virginem Mariam, postquam Christum Dominum peperit, non seruasse virginitatem. Beatus tamen Hieronymus inquit, non esse mirum quod id asseruerit, & in errorem, & excitatem maiorem incidit, quia cum id asseruit, iam tunc de gremio ecclesiae non erat. Alii asserunt fuisse impostum Tertuliano ab haereticis. Si libet consule Hieronymum contra Eluidium, & Augustinum libro de haeresibus loco citato. In subsidium Virginis Mariae fuit diffinitum secunda Synodo Constantinensi. circa principium, & habetur libello epistolatum epistola ad imperatorem Iustinum, & libro de ecclesiasticis

dogmatibus. c. 69. Et Athanasius lib. de passione cap. 3. Beda magister Parisiensis scripsit librum contra Fabrum, qui intitulatur, de triplici conubio Annæ, & impugnat Fabrum, & sustinet opinionem communem. Conradus etiam scripsit speciale tractatum de hoc, & similiter approbat opinionem communem. Similes tamen quaestiones, ut Paulus consulit, quia superflue sunt, & ad edificationem ecclesiae non conducunt, omittenda sunt, & ab illis abstinendum, cum ecclesia iam communem opinionem receperit.

Dubium tamen est, an mater Dei virginitatem vouerit. S. Tho. loco citato art. 4. respondet duabus conclusionibus. Prima conclusio, Beata Virgo emisit votum virginitatis. Probat ex illo Lucæ. 1. Quoniam virum non cognosco, id est, firmo animo proposuit virum non cognoscere. Item, quia virginitas ex voto ut S. Thom. probat. 2. 2. q. 152. artic. 2. dignior est, quam sine voto: & Augustinus libro de sancta virginitate ait, annuntianti Angelo. Maria respondet, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profecto non diceret, nisi prius se virginem Deo vouisset. Secunda conclusio, votum virginitatis, antequam cum Ioseph contraheret, solum fuit conditionatum, postquam vero contraxit, absolute vouit. Probat, quia tempore legis scripte oportebat generationi insisteret, ut cultus Dei propagaretur, ergo ante matrimonium non vouit absolute, sed votum in desiderio tantum habuit, voluntate suam diuine committens, sponso tamen suscepto, ex communi consensu ambo absolute vouerunt. In priori conclusione Doctores omnes conueniunt, dempto Martino, qui tractatu de temperantia oppositum Sancti Thomae contendit. Standum tamen est in opinione communi, quæ est communis Doctorum scholasticorum. 4. dist. 30. Et probatur, quia laurea virginitatis non solum perpetuæ castitati debetur, sed etiam proposito & firmitati castitatis, illa tamen firmitas radicem & originem trahit ex voto, ergo laurea virginitatis B. Virginis ex proposito firmæ castitatis processit.

Dubium tamen est, an anteaquam sponsa esset, virginitatem vouerit. Et arguitur pro parte negatiua. Primo, quia non licuit Virgini postea virum ducere, contraxit vero per verba de presenti cum Ioseph: & non est credendum, quod imprudenter se gesserit post dispensationem vouens, ergo ante non vouit. Secundo, quia in lege scripta virgini

tas non erat laudabilis, quinimo sterilitas opprobrium erat, ut patet. 1. Reg. 1. de Anna matre Samuelis, & de B. Elisabethis ergo tunc virginitas non erat laudabilis, videtur quod B. Virgo non debuit vouere. Tertio, quia Christus Dominus nasciturus erat ex femine Dauid secundum carnem, cognosci autem non poterat, per quam Deus descendere deberet, ut ergo aduentus Messie non impediretur, nulli ex femine Dauid licebat virginitatem vouere. In contrarium tamen est, quia Magister. 3. dist. 30. citat Augustinum libro de nuptiis in partem affirmatiuam, & est sententia S. Thom. art. 4. citato ad primum, & in. 4. dist. 30. q. 2. & Alexandri, Scoti, Bonauenturae, Durandi, Richardi, & omnes in eadem distinctione, & est opinio communis Theologorum, quod anteaquam contraheret, solum habuit votum seruandi virginitatem, nempe, si Deo placeret, post matrimonium vero absolute votum emisit. Probat primo, quia B. Maria fuit virgo per excellentiam, sed virginitas ex voto est dignior, ut S. Thom. ait loco citato, ergo ante matrimonium vouit: consequentiam probat, quia nihil obstat ei, qui firmiter proposuit castitatem seruare, ante vel post vouere. Secundo, quia fides Catholica est, B. Mariam perpetuo fuisse virginem, habuit ergo perfectissimum statum virginitatis, qualem mater Dei decebat, sed status sonat firmitatem, firmitas non stabilitur nisi per votum, certissimum ergo est, Virginem votum emisisse. Tertio probatur ex verbis Virginis ad Angelum, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quibus verbis Virgo modum, quo posset concipere, interrogabat: ad quod Angelus respondit, Spiritus sanctus superueniet in te, & c. Posset tamen quis querere, quare Euangelista hanc perpetuitatem voti non expressit. Respondemus, reliquisse ut notum, cum dixisset, Spiritus sanctus superueniet in te, & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei, cum ergo conceptum & partum Virgineum designasset, ut notum reliquit, post partum virginem mansisse. Et licet Mattheus dicat, Christum primogenitum Virginis, non insinuat alium post eum genitum, sed quod nullum antea genuisset: nam vnigeniti heredes primogenituræ censentur.

Ad rationes in contrarium respondemus, Virginem ante nuptias non vouisse virginitatem simpliciter, sed sub conditione, nempe, si Deo placeret, & aliud non disponderet. Sed S. Thom.

S. Thom. 4. dist. 30. q. 2. inquit, quod quantum virginitas in se egregia sit virtus, tempore tamen legis Moisaicæ matrimonium ei preferrebat, propter expectationem benedicti feminis per viam generationis venturi, & ideo B. Virgo sub conditione vouit.

Dubium duplex est circa hanc doctrinam. Primo, an licitum esset absque peccato in lege illa virginitatem seruare. Secundo, an votum virginitatis fuerit absolutorum, vel conditionatum. Ad primum respondet idem S. Thom. 4. dist. 33. q. 3. artic. 2. ad secundum, quod post multiplicem genus humanum nullum fuit peccatum a matrimonio abstinere, quia precepti necessitas Genesis. 2. Crescite & multiplicamini, iam cessauerat, & eadem ratione, inquit, in lege Mosi post sufficientem propagationem populi non peccasset, qui a matrimonio abstinere, a quo adeo multo minus qui virginitatem seruasset. Quod si quis arguat ex illo quod Deuter. 7. habetur, ubi videtur matrimonium in precepto tradi ad populum Israeliticum augendum, & ex consequenti virginitas videtur prohibita, & sterilitas in populo illo opprobrium dabatur, non ergo debuit Virgo virginitatem vouere. Respondemus, quod dum populus erat exiguus ut in Abraham, Isaac, & Iacob, est ita, secus populo iam multiplicato. Sed contra, quia propter expectationem Messie venturi nefas erat a matrimonio abstinere. Respondemus, quod licet Abraham, ut Gen. 22. habetur, fuerit facta promissio, quod ex femine suo Deus benedicturus esset omnes gentes, ex tribu tamen Iuda descensusus erat Christus, iuxta illud Micheæ. 5. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiit dux: quare illo vinculo aliter tribus non tenebantur. Tum etiam, quia licet aliqui ex illis vouerant, ad prouidentiam tamen Dei expectabat, ne linea, per quam descendere debebat, Christus, deficeret. Itaque, quia si tam stricta esset obligatio matrimonii, sequeretur quod si quis ex primo matrimonio prolem non susciperet, teneretur ad secundas nuptias coniugare, quod tamen scriptura non obligat: quinimo Iudith absque prole in viduitate permansit. Et ideo est valde probabile, tempore etiam post corruptam naturam, virginitatem fuisse prelatam matrimonio, quippe quæ ad contemplationem & opera spiritualia longe aptior. Cuius gratia multi sapientes cælestem vitam elegerunt. Vnde de Abel nulla historia refertur uxorem habuisse, & ita Patres tradunt, quod virginitas

Angelica ab illo genus humanum decorare coepit: si ergo ita est, cur ob easdem causas, ob quas in lege naturæ virginitas laudabilior erat, in lege etiam scripta eundem gradum excellentiæ non obtinere. Et comprobatur hoc exemplis multis prophetarum, quia Elia, Heli, & Hieremias, ut auctor est Hieronymus aduersus Iulianum. c. 16. ab vxoribus abstinuerunt: & Iosephus libro. 18. antiquitatum ait, ante Christi aduentum collegium Essenorum fuisse in deserto Iudæe more nostrorum, & Anacoritarum, qui sanctissimam degebant vitam ab vxoribus abstinere, quorum institutum secutus est Baptista. Vnde, est, Virgo nullam habuisset reuelationem in speciali, exemplum tamen virginitatis colendæ in sua gente haberet.

Sed quid ad S. Thom. qui contrarium sentire videtur? Respondetur intelligere in initio illius legis, & mutauisse sententiam. 2. 2. q. 152. artic. 4. ubi diffinit, virginitatem simpliciter preferendam esse matrimonio: & articulo. 4. citato non dicit simpliciter, sed ait videtur, quod forte dixit propter lineam rectam tribus Iudæ, ex qua erat Virgo per paternam lineam, qui descendit ex Dauid per Nathan, quam ascendendo recensit Lucas cap. 3. per lineam vero maternam creditur fuisse ex tribu Leui. Et licet non sit omnino certum, pius tamen est credere B. Virginem inspirationem aliquam in speciali ab Spiritu sancto accepisse, Dei genitricem futuram esse, & ideo ante nuptias desiderium & propositum virginitatis, quod habebat, non est ausa absolui firmare voto. Paucis ergo perstringendo dubium hoc, dico primo, a principio creationis mundi ante multiplicationem generis humani non esse licitam virginitatem, quia contra illud Genes. 2. Crescite & multiplicamini. Secundo dico, post genus humanum iam multiplicatum, virginitas tunc non esset illicita. Patet, quia preceptum iam tunc non currebat. Item, quia nullus in particulari, genere humano multiplicato, cõseruare speciẽ tenebatur. Tertio dico post illum statum naturæ, postea in lege scripta virginitatem non esse ita laudabilem, neque ita de consilio sicut nunc, & hoc est de mente S. Thom. 4. dist. 30. q. 2. & 1. parte. q. 98. articulo. 2. Et constat ex illo quod habetur Deuter. 7. ubi dominus precipit, quod omnes contrahant: verum est non esse preceptum strictum, sed solum permisso, eo quod gentes ille future erant diuites & cæcæ.



Nunc vero lege Evangelica virginitas est de consilio, & eius votum, & ideo B. Virgo laudabiliter fecit vouendo. Vltimo dico, in scholis futurum posse, lege veteri virginitatem non esse licitam, neque laudabilem, vt patet ex illo Deut. 7. vide si B. Virgo, Isaias, Hieremias, & Baptista fuerunt virgines, asserendum est, id fecisse ex reuelatione speciali, & ideo B. Virgo fecit votum conditio natum. Et hoc Scotus loco citato sustinet. Primum tamen, quod diximus, est verius & probabilius.

Ad secundum, an votum Virginis fuerit absolutum vel conditionarum ante matrimonium. Sancti Thomae artic. 4. citato ad secundum argumentum, & cum illo communis opinio Doctorum scholasticorum, Scoto dempto, tenent fuisse conditionatum, quia addit conditionem illam, nisi aliud Deus disposuerit. Videtur tamen conditionem istam fuisse frivolum, quia in omni promissione subintelligitur, frustra ergo fuit addita. Confirmatur, quia dato, conditio illa expresse & formaliter non ponatur, semper tamen virtualiter intelligitur, & ita fat erat Deum potestatem illi reuelare quod contraheret. Respondet ad argumentum, supposito: primo, conditionem, quam Virgo apposuit, non fuisse illam, nisi Deus aliud voluerit, sed istam, nisi Deus reuelando mediate vel immediate aliter disposuerit non enim sufficiebat, quod eius parentes vellent (etiam rationabiliter) quod illa nuberet, vel quod homines probi & sancti ei consulerent, quod contraheret. Hoc supposito, nego conditionem illam fuisse frivolum, quia conditio addita fuit, nisi aliud expediret, quod potuit ex reuelatione, vel ex consilio proborum & sanctorum virorum cognoscere. Ad confirmationem dico, conditionem virtualem, dato quod virtualiter intelligatur, post votum tamen, qui formaliter non apposuit, indiget dispensatione summi Pontificis: sic ergo dico de B. Virgine, & de omni voto, quod licet includat conditionem aliquam virtualem, si tamen vouens illam formaliter non explicet, requiritur dispensatio summi Pontificis, vt iudicet an tenetur voto, vel non.

Secundo arguit Scotus ex illis verbis Lucae 2. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Hac verba potius videntur insinuar e votum absolutum quam conditionatum, ergo absolute vouit. Respondet ratio illam nihil probare, quia verba illa fuerunt ante matrimonium contractum cum Io-

seph dicta, & postea ex mutuo consensu virtualiter emisit votum absolutum, & post contractum matrimonium fatetur, quod fuit votum absolutum, antea vero negamus.

Tertio argumentatur, quia nos concedimus Virginem non emisisse votum absolutum, sed conditionatum: ne concedamus, quod contra votum fecerit: sed arguitur sic, dato fuisset absolutum, Virgo tamen sciebat quod Ioseph nunquam erat debitum petiturus, & hoc ex reuelatione Diuina nouerat, ergo contrahendo non faciebat contra votum. Respondemus, dato certa esset, si tamen votum absolute emisisset, & postea contraheret, contra votum faceret. Probo, quia ex vi contractus matrimonij se astringebat ad debitum reddendum, & si Ioseph peteret, reddere tenebatur, quia mulier (vt Paulus ait Rom. 7.) non habet potestatem sui corporis, sed vir, vnde licet copula de essentia matrimonij non sit, bene tamen ius ad copulam.

Quarto argumentatur, quia Virgo potuit contrahere matrimonium sine violatione voti. Probat, quia stat quod Virgo tradat potestatem, dominium, & possessionem sui corporis alteri, sine eo quod se obliget ad vsum matrimonij, & tunc votum non frangeret. Et patet ex extraneis. Exit qui feminat, de verbo signi. Vbi diffinitur, stat quod aliquis habeat rei dominium sine hoc quod habeat vsum, & contra: similiter ergo & Virgo potuit Ioseph tradere dominium sui corporis, non tamen vsum. Respondet per viam contractus non posse quis dominium rei alteri tradere, quin tradat & vsum: & quia matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam quidam contractus naturalis, ideo Virgo per viam contractus matrimonialis non potuit Ioseph dare dominium sui corporis, quin traderet & vsum, sicut ceteri coniuges astringuntur.

Vltimo arguitur ex e. commissum, extra de sponsa. vbi habetur de quodam qui iurauit Mariam ducere, & ingressus est religionem. Diffinit Pontifex, quod contrahat, vt iuramentum seruet, & postea religionem ingrediatur. Ex hoc sic, illud votum fuit absolutum, & non repugnat matrimonio: similiter ergo & votum Virginis. Respondet primo, quod si ille dolose contraxit, deliquit, iniuriam inrogat uxori. Secundo dico, quod ibi nulla fuit facta mentio de voto, quia si facta fuisset, contrarium Pontifex disposuisset, & qualis mentio non fuit facta in gratiam religionis iuramenti, rationabiliter disposuit, quod

quod seruaret iuramentum, & post contractum ingrediatur religionem.

Sed contra Scotum arguo probando quod si emisisset votum absolutum, non liceret ei postea contrahere. Probat ex eo quod inquit Hieronymus super primam ad Timotheum. Vouentibus virginitatem non solum nubere, sed velle nubere damnabile est: ergo emisisset votum absolutum, peccauit contrahendo. Sancti Thomae facile respondet, votum fuisse conditionatum, & ideo nubere potuisse. Sed quid Scotus respondebit? Dico posse dicere, quod vouentibus non est licitum velle nubere, quando non constat de viro quod debitum non petet, quia tamen Virgini per reuelationem constabat, eius virum non esse debitum petiturum, ideo licite contrahere potuit.

Notanda est expositio vera illius textus Lucae 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Communiter Doctores secuti Augustinum exponunt, Virum non cognouit, id est, feci votum virginitatis. Sed expositio haec videtur stare non posse, quia imprudenter est Angelo obijcere votum, in quo Deus dispensabat, sed talis in Virgine admittenda non est. Ideo dico sensum loci illius esse, & est mens Augustini, quod Virgo cognita voluntate Dei in speciali per reuelationem, ex multis modis, quibus Deus id efficere potest, quaeruit in speciali modum, quo mysterium illud adimplere deberet, ad quod consequenter respondet Angelus, Spiritus sanctus superueniet, &c.

Dubitatur vltimo, quando Virgo emisisset votum virginitatis perperam, an postquam contraxit matrimonium, vel antequam Christum conciperet, vel post? Sancti Thomae inquit, ante salutationem Angeli, & post matrimonium contractum, votum emisisset absolutum. Quod patet ex responsione Virginis, Virum non cognosco. Augustinus tamen in libro de nuptijs, & habetur. 26. q. 2. cap. sufficit, tenet contrarium, & ait, quod post conceptionem Christi ambo simul vouerunt virginitatem. Vtrunque probabile videtur: posunt nihilominus sic conciliari, quod S. Thomae intelligit, quod ante salutationem virtualiter & impliciter emisisset votum. Augustinus vero intelligit, quod post salutationem & conceptionem ambo formaliter & explicite sua vota explicauerunt.

Pro Ambrosio respondet S. Thomae 3. parte. q. 28. art. 2. ad primum argumentum, quod Ambrosius apertionis vocabulo non significat

quod patefactionem vllam vteri, quae ceteris parientibus accidit, sed cum exitum proli, qui claustra Virginei pudoris non violauit, exponens enim illud, quod Evangelista de lege induxit, Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domini vocabitur, quod, vt Beda dicit, more consuetudine natiuitatis loquitur, non quod Dominus sacri ventris hospitium, quod ingressus sanctificauerat, egressus violasse credendus sit: vnde illa adaptio non significat refectionem communem claustrum pudoris virginei, sed solum exitum proli de vtero matris. Et ne cui serupulus remaneat, Ambrosium vocabulo apertionis non significasse patefactionem vteri, quae ceteris accidit, sed proli exitum, qui claustra Virginei pudoris non violauerit, libet hic scribere sententiam Bernardi in principio tertij sermonis de purificatione Mariae, qui sic scribit, In lege scriptum erat, vt mulier, quae suscepto semine, peperisset filium, immunda esset septem diebus, & octauo die circumcidereur puer, de hinc abluitioni & purificationi intenta abstineret ab ingressu templi triginta tribus diebus, quibus expletis, offerret filium Domino cum muneribus. Sed quis non aduertat, in ipso sententiae huius initio liberam matrem Domini ab hoc praeecepto. Putas enim, quia dicitur Moses, Mulierem, quae peperisset filium immunda esse, non timuerit super matrem Domini blasphemiae crimine incurere, & idcirco praemisisset, suscepto semine, alioquin nisi paritura prauidisset sine semine Virginem, quae necessitas erat de suscepto semine fieri mentionem? Patet itaque, quod lex ista matrem Domini non includit, quae non suscepto semine, filium peperit.

## DE CIMVM QVARTVM QVAESITVM.

An Christus Dominus sapientia profecerit.



Ambrosius in explanationibus suis per Luca hunc locum explicans, Iesus proficiebat etate & sapientia, asserere videtur, Christum quatenus homo erat, secundum incrementum aetatis doctrina & sapientia profecisse. Ambrosij verba haec sunt, Iesus proficiebat etate & sapientia. Quomodo proficiebat? Doceat te ordo



ordo verborum, ideo enim, ætatem ante præmisit, ut secundum hominem crederes dicitur: ætas enim non Divinitatis, sed corporis est, ergo sicut proficiebat ætate hominis, sic proficiebat sapientia hominis.

Doctores scholastici de hac materia tractant, 3. sentent. dist. 14. & Sanct. Thom. 3. parte. q. 9. de scientia Christi in cõmuni, & articulo. 1. quærit, an Christus habuerit aliquam scientiam, & respondet affirmative. Notandum tamen, quod scientia increata à S. Thom. dicitur Divinitas ipsa, scientia vero humana & creata, qualitas quædam in anima Christi reidens, qua mediante, sicut vnus nostrum sciebat. Inquit ergo Sanct. Thom. quod in Christo præter scientiam in creatam, quam ratione vnionis anima Christi habebat, oportuit ponere scientiam creatam, hoc est, qualitatem particularem. Probatur primo ex perfectione animæ Christi, quia omnis anima est in potentia ad recipiendum species intelligibiles & cognoscendum sic, quod est in potentia ad aliquid recipiendum est imperfectum: si ergo anima Christi esset in potentia ad qualitatem illam recipiendam, & eam non haberet, esset imperfecta, imperfectio vero non est ponenda in Christo, ergo. Secundo, quia Christus natura humana utebatur tanquam instrumento ad operandum, sed natura humana, quia agens intellectuale est, utebatur per cognitionem creatam, ergo. Tertio, cognitio principium est naturalis, sed Christus naturam humanam integræ assumpsit in naturalibus, ergo cum cognitione & scientia principiorum. Quarto, quia finis cuiuscunque rei est operatio, operatio autem realis animæ est cognitio, habuit ergo cognitionem naturalem. Collectio patet, quia si cognitionem naturalem non habuisset, frustra Deus illum assumpsisset: id enim est frustra, quod finem suum non assequitur. Vltimo probatur, quia conclusio Sanct. Thom. est definita. 6. Synodo generali, actione. 4. 8. 11. & 17. & subdit rationem Synodus, quia Christus est verus & perfectus homo, sicut verus & perfectus Deus, contra Macharium, & alios hæreticos in Christo operationem Divinitatis tantum ponentes. Et in damnationem illorum sufficit, quod si ex parte intellectus & voluntatis operationes creatas non habuisset, non ergo actus liberis & meritorios, quibus nobis salus meruit, habuisset, quod dicere est affirmare Christi humanitatem non fuisse instrumentum nostræ redemptionis.

Et ut constet hanc esse mentem Patrum, cõrura sententiam referam.

Hieronymus in illud Esaiæ. 7. Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, inquit, Licet multa post secula de eo Evangelista testetur, Puer autem proficiebat ætate & sapientia, & hoc dicitur, ut veritas humani corporis approbatur, tamen adhuc pannis involutus habuit boni malique iudicium, ut per hæc verba noscamus infantiam humani corporis Diuinæ non præiudicasse sapientiæ, ut in illud Hieremie. 31. Nouum erat in Dominis: iuxta incrementa quidem ætatis proficere videbitur sapientia, sed perfectus vir in vtero femineo continetur.

Ambrosius de incarnatione Domini sacra. c. 7. Deus in carne perfectionem naturæ assumpsit humana, suscepit sensum hominis, &c. perfectam ergo animam assumpsit Verbum, nõ imperfectam. Et lib. 7. epistola 47. ad Ireneum idem cõfirmat, Accipit plenitudinẽ perfectionis humanæ, ut esset perfectus in vtraque natura.

Augustinus in libro de Trinitate, Mox ut Verbum venit in vterum, factum est perfectus homo. Et super Exod. Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo posset proficere. Et illum versum psal. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti, de vnita humanitate interpretatur.

Remigius in illud, Et ecce aperti sunt ei celi, ait, Sed nunquid tunc primo aperti sunt ei celi? etiam, secundum humanam naturam: si deus enim ecclesie tenet, quod non minus aperti sunt ei antequam post.

Græcus, quem refert sapissime D. The. in catena, exponit secundum humanitatem proficere, non quod ipsa augmentum, quæ ab initio fuerit perfecta, acciperet, sed ex eo quod paulatim manifestabatur.

Damasceus, Qui proficere dicunt Christum gratia, non venerantur vnionem, quæ est secundum hypostasim.

Theophilactus, Diuina erant, quæ dicebatur, & agebatur à puero nõ quasi duodecim annorum, sed quasi perfecti viri. Evangelista vero interpretatur, quid sit proficere illum sapientia, subdit enim, Et natura, profectum enim ætatis sapientiæ dicit profectum.

Leo episcopus ad Leonem Augustum. 95. Deitas assumptam naturam beatificans, ut glorificata in gloriante permaneat: loquebatur autem de incarnatione. Et alio ite loco Cyrillus citat in hæc verba, Assumpsit Verbum humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Cyrillus

Cyrillus in Ioan. lib. 1. c. 17. Vidimus, inquit, gloriam Christi Deo sublimiorem creaturarum gloria: ut mentis quisque compos nulli alii qui vnigenito Dei filio illum cõuenire faceret. Plenus enim erat veritate ac gratia. Non enim mensura sibi datur, ut ceteris, sed ut in perfecto perfecta inest: sed si plena est, inquit, gloria eius gratiæ & veritatis, quomodo sapientia & gratia profecisse apud Lucam scribitur? aut quid accedere potest ad plenum: verum quia magis eum in dies homines admirabantur, illorum potius de Iesu opinio, quã illius perfecta crescebat gratia, ut magis in dies cognoscentes, magis illi procedere, ac gratia crescere arbitrantur. Et idem repetit cap. 20. in illud, De plenitudine eius omnes accepimus. Hac veritate Catholica diffinita.

Quæstio precipua circa hanc quæstionem est, an anima Christi per scientiam increatam absque creatura omnia cognoscere potuit. Circa quã quæstionem est sententia singularis Ioannis de Ripa. 3. dist. 14. q. 1. quæ absoluitur sequentibus conclusionibus. Prima conclusio, anima Christi & quælibet alia potest per Diuinitatem cognoscere quicquid per scientiam creatam cognoscere valet. Ita que si Deus alicui intellectui hypostatice vniretur per vnionem illam, omne illud sciret. Secunda conclusio, Ita in Christo factum fuit, quod eius anima omnia per Diuinitatem cognoscebat, itaque in eius anima nõ erat scientia aliqua creata. Tertia conclusio, Beati habent scientiam omnium immediate per solam visionem & vnionem ad essentiam Diuinam sine aliqua qualitate vel gratia creata. Quarta conclusio, impossibile est essentiam Diuinam vniri alicui intellectui formaliter, quin per illam cognoscat & intelligat omnia. Quomodo non fiat ab edinem parietem vniri, quin albus formaliter fiat. Suadet hæc sententia duplici argumento, Primo, ex autoritate difficillima Augustini. 4. de Trinitate cap. vltimo, ubi inquit, Visio beatifica est summum bonum, quo Deus est beatus, est ergo qualitas increata, alias Deus beatificaretur per qualitatem aliquam. Et Hugo lib. de sapientia Christi scripsit verba fortiora, Indubitater affirmo in anima Christi haud scientiam creatam fuisse, nam qui scientiam creatam admittit in Christo, carnaliter potius quã spiritaliter loquitur. Auerois. 3. de Anima, cõmment. 36. ait, quod intellectus hominis separatus intelligi per intellectiõnem separatam à rebus, quo innuit, homi-

nes immediate per scientiam Diuinam intellectiõnem intelligere, & non per creatam. Ratione sic suadetur, Essentia Diuina potest alicui formaliter vniri, ergo & sapientia Diuina, & sic per illam formalem intelligere. Aut recedens patet in incarnatione Christi, ubi essentia Diuina humanitati est cõmunicata: Consequenter probatur, quia nõ est maior repugnantia de sapientia quã de essentia. Secundo, Deus potest supplere vicem & absentiam speciei intelligibilis, ergo vicem notitiæ, ita quod Deus facit quicquid notitia facere deberant: recedens patet, quia Deus potentia sua efficere potest, quod ego sine specie intelligibili Petri recorder, cuius speciei ignoro, quia species ad productionem notitiæ effectiue concurrir: vicem autem causæ efficientis Deus supplere potest, consequenter probatur, quia eadem repugnantia est primi & secundi, sed potest primum, poterit ergo & secundum, & ex consequenti intellectu per vnionem essentiam Diuinam sine qualitate aliqua potest esse immediate sapiens. Confirmatur ex doctrina S. Thom. 1. parte. q. 12. art. 2. & est argumentum ad hominem. Omnes enim rationes, quibus probat Sanct. Thom. quod Deus non potest supplere vicem notitiæ, cõmunicat quod vicem speciei supplere non possit, sed potest supplere vicem speciei, poterit ergo & vicem notitiæ.

Sententiam hanc impugnant omnes scholastici. Capreolus. 3. dist. 14. q. vnica. Marsilius. 3. q. 10. art. 2. & Caietanus. 1. parte. q. 26. art. 5. Vnde statuimus conclusionem contra dictam opinionem. Impossibile est intellectum cuiuscunque beati intelligere, vel immediate cognoscere per Diuinitatem sibi vnitam. Contrarium asserere est chimericũ, & ideo dico animam Christi præter Diuinitatem sibi vnitam habuisse scientiam creatam, & nisi illam haberet, formaliter sapiens non esset, quinimo innocens esset, nam ad intelligendum qualitas, notitia, vel aliquid creatum requiritur. Sententia hæc probatur, Primo, ex sexta Synodo Constantin. qua contra Macharium diffinitum est, in Christo esse duas notitias impermixtas, & ita duas proprietates, & duas voluntates, ergo & duplex cognitio, vna intellectus Diuini, & altera humana. Et contrarium est hæreticum, quia cõtra diffinitionem huius Concilii. Rationibus efficacissimis idem probatur. Si enim in Christo non esset aliqua cognitio, vel voluntas humana, sequeretur Christum nihil nobis meruisse, consequens est hæreticũ. Conclusio

Cõclusio:

Ratio

a. Ratio

lectio probatur, nō habuit cognitionem vel voluntatem humanam, ergo non meruit. Patet, quia per Divinitatem merere non potuit. Secundo probatur à S. Thom. de veritate. q. 20, artic. 2. Divinitas siue essentia Divina inherere alicui intellectui non potest, neque esse forma illi inherens, ergo per eam intellectus formaliter intelligere nō potest: antecedens est de fide: consequentiā probō, quia ad hoc quod intellectus per aliquā formam intelligat, requiritur quod illi formaliter inhercat, quomodo ignis calefacere non potest nisi per calorem sibi inherentem, neque partes esse albus sine inherenti sibi albedine. Et ratio est, quia de ratione actus intelligendi nostri est quod inhercat, non tamen de ratione actus intelligendi Dei, quia est substantia, & substantiā repugnat inherere, vt ait Aristoteles. 12. Metaphysices. Tertio, quia omne intelligere debet esse eiusdem rationis cum potentia intellectiua, essentia autem Divina alterius rationis & ordinis est ab intellectu creato, quia est infinita, intellectus ergo noster per essentiā Divinam formaliter intelligere nōquit. Cōsequentia est nota, minor de fide, maior em probō, quia hæc est causa quare intellectus noster per notionem exteriorē, vt puta visum, intelligere nō potest, quia est maxima disconuenientia inter notionem & visum potentiam, & intellectum, eodem ergo modo in casu nostro. Quarto, quia nulla creatura per essentiam Divinam immediate humanitatem vnitam potest alicui formaliter inherere, ergo neque intellectus per essentiā Divinam sibi immediate vnitam intelligere: antecedens est notum: consequentiā patet, quia intelligere est actus vitalis, & nulla res per se ipsam cognoscere potest, sed per notionem ab illa distinctam, ergo neque habere Dei scientiam possumus, nisi per notionem ab eo distinctam. Vnde ratio, quare anima Christi, aut beati alicuius, mediante essentia Divina, intelligere non potest est, quia omnis notitia potentie cognitivæ debet inherere, & essentia Divina alicui inherere nō potest, quia esset in ea imperfectio. Vltimū argumentum est Caietani. q. 9. art. 1. Intelligere siue cognoscere effectiue est vitalis actio procedens ab anima nota, ergo per essentiam Divinam sine qualitate aliqua suppleri nō potest, esto, si immediate vnitur: cōsequentia est nostra: antecedens probatur, quia intellectio est actio vitalis dimanās ab anima, vnde sicut quis non potest sine actu

b. Ratio

proprio generare, neque per adificationem alterius domum a difficare, neque per calefactionem alterius ignis, ignis iste calefacere, ita neq; per actum intellectus ab alio productum intelligere. Ratio hæc Caietani cavillari solet, primo, quia fundamento falso innititur, nempe, qd Deus notitiam aliquam in intellectu nostro immediate producere non potest: quod falsum esse constat ex Aristot. 3. de Anima. Intelligere est quodā pati, cum ergo ad intelligendum requiruntur duo, receptio speciei, & notitiæ productio, & intelligere potius est recipere, quā producere, sequitur qd Deus potest in intellectu meo notitiam producere. Secundo, quia innititur huic maxime. Omnis actio vitalis intrinsecè in esse & conferuari dependet ab anima, itaque per Deum suppleri nō potest: hæc tamen maxima tantum habet locum in actionibus, quæ à potentia nō distinguuntur, tanquam res à re, vt ambulatio, generatio, quæ immediate à suis potentis dependent, & nō distinguuntur ab illis: tamen in actionibus, quæ distinguuntur à quā res à re, maxima habet instantiam, sicut cognitio quæ à potentia tanquam res à re distinguitur, & ideo potest à Divina essentia suppleri. Maxima tamē Caietani potest sic defendi, nempe quod omnis actio, quæ ex natura sua à potentia nostra est producibilis, de se se & regulariter à potentia nostra pendet, quod si aliud fiat, id erit deperaccedens. Secundo respōdeo, nos loqui de actionibus, quæ simpliciter sunt actiones: & ita verum est, quod ait Caietanus, vt ex definitione ipsius patet, loquitur enim de actione, quæ est motus vt provenit ab agente: bene enim sequitur, iste agit, ergo eius actio provenit ab illo: de actionibus vero, quæ non sunt simpliciter actiones, id falsum est. Vnde cum intelligere sit quodā pati, potius est passio quā actio: de ratione autem passionis non est quod producat ab eo, qui patitur; ideo per Divinam potentiam potest quis per notitiam à Deo productam intelligere. Quod si quæras, quare potius intelligere est passio quā actio? Dico id esse, quia intelligere simpliciter, non est notitiam producere, quia ad productionem notitiæ phantasmata & intellectus agens simul concurrunt, & tamen phantasmata & intellectus agens non intelligunt, sed intelligere quodā modo est notitiam recipere, & ex consequenti pati, nam recipere pati est: signum huius est, quod intellectus possibilis solum recipit

c. Ratio

Ad primū argumentū

Ad secundū argumentū

cipit & intelligit, & nō producit, sed notitiam ab intellectu agenti accipit: & quia nō potest intelligere, nisi notitiam sibi inherentem habeat, quod est quodam pati, ideo notanter diximus, quodāmodo notitiam recipere, sed non simpliciter, vnde intelligere est habere notitiam sibi inherentem, ipsam informantem, & vitaliter immutatem, quod est verè pati. Et ideo diximus de ratione huius, quod est intelligere, esse quod habeat notitiam sibi formaliter inherentem, & vitaliter à notitia immutem, & hoc est pati. Ad argumenta in contrarium. Ad primū, quia Augustinus inquit, quod visio beatifica est summum bonum, ergo nō est qualitas; aliās Deus beatificatur per aliquam qualitatem. Respondemus dupliciter. Primo, Augustinum loqui de visione beatifica obiectiue, nō subiectiue: obiectiua est Deus ipse visus, subiectiua vero actus Deum videndi. Secundo, visionem beatificam, quæ est actus videndi Deum, esse quid creatum, & vocatur à sanctis summum bonum causaliter, quia ex illa in nobis summum bonū causatur, & hoc modo loquēdi videntur Patres: vnde Deus est beatus per visionem beatificam formaliter, quia illa visio est ipsius substantia, nos vero sumus beati illa visione nō formaliter, sed solum obiectiue, vel causaliter. Ad Hugonem respōdeo, neque glossari, neque defendi posse, ipse enim tenet illam singularem opinionem, cuius contrarium est tenendum. Ad primū argumentum respōdeo negādo cōsequentiam, quia est maxima disparitas rationis, nam existentia nō requirit vt sit actu existens, & ideo per alienam existentiam extrinsecam sibi comunicatam potest quis existere, vt accidens non per suam, sed per subiecti existentiam existit: existere enim non semper est actus existens, patet in materia, quæ habet existentiam compositi, & in incarnatione Christi humanitas & partes corporis non per suam existentiam, sed per alienam, hoc est, suppositi Divini, existunt: intelligere tamen, semper est actus intelligentis, & sic repugnat quod quis per notitiam alterius intelligat, est enim effectus formalis & actus proprius vitalis, qui etiam per potentiam Divinam suppleri nō potest, & sic est maxima disparitas. Ad secundū respōdeo negādo cōsequentiam, quia licet Deus vicem speciei suppleri possit, non tamen notitiæ. Pro quo aduertendum ad intellectum concurrere species & notitiam, species effectiue tanquam cau-

sa: efficiens, sicut & obiectum concurrunt effectiue, notitiam vero tanquam causa formalis. Ad argumentum ergo dico, Deum posse suppleri vicem speciei, quia potest suppleri vicem causæ efficientis, non tamen notitiæ, quia non potest vicem causæ formalis suppleri: nam sicut obiectum, concurrunt effectiue, ita & species: & cum obiectum per se non possit esse in potentia, in absentia ipsius species supplet vicem obiecti, & quia species concurrunt effectiue, potest Deus vicem eius suppleri: quia vero notitiæ est qualitas, qua potentia formaliter cognoscit, ideo concurrunt formaliter, & Deus non potest vicem causæ formalis suppleri. Ad cōfirmationem respōdet Sanctus Thom. 1. parte, q. 12, art. 2. quod si beatus Deum cognosceret per notitiam inherentem vbi, sequeretur beatum comprehendere Deum, ac perinde esset æque beatus atque Deus: quia actus ille increatus est comprehensivus, per quem Deus cognoscitur quantum cognoscibilis est, si ergo per illum actum beatus Deum cognosceret, eum comprehenderet, & ita æque beatus esset vt Deus. Tum etiam, quia tolluntur gradus beatitudinis contra illud Ioannis, In domo Patris mei mansiones multe sūt. Et Clementina, Ad nostrum de hæreticis diffinitio beatos indigere lumine gloriæ eleuante intellectum ad Deum videndum & cōtemplandum, vbi supponitur, qd visio beatifica effectiue ab intellectu procedit, & quia intellectus non potest illa attingere, ideo lumine gloriæ eget. Hoc supposito, est quæstio, an Deus ab aliquo beato per aliquam similitudinem creatam videri possit. Et an visio causeatur sine aliqua similitudine ipsius Dei. In scholis de hac quæstione multi sunt modi dicendi. Et est argumentum, visionem beatificam esse non posse nisi mediante aliqua Dei similitudine, vt causa, ex illo Cano. Ioannis. 3. Cum apparuerit, similes erimus, videbimus enim cum sicuti est, visio ergo quæ subsequitur, mediante similitudine præcedenti fit. Hoc enim verba significare videntur. Et Augustinus. 14. de Trinitate cap. 6. & 9. explicans hoc testimonium Ioannis, inquit, quod notitia est naturalis similitudo eius cuius est notitiarū ergo beati in patria notitiam Dei habeant, ita bebūt & similitudinem. Ratione probatur, quia omnis cognitio intellectiua fit per similitudinem cognoscentis ad obiectū cognitū,

Ad cōfirmationem

Aa visio

visio autem beatifica est cognitio intellectiva, beati enim per intellectum cognoscunt beatitudinem, sic ergo per aliquam similitudinem potentia cognoscentis ad obiectum cognitum, quod est essentia Divina. Secundo, quia visio illa & notitia beatifica est similitudo Dei, non ergo inconuenit Deum per similitudinem seu per speciem videri. Consequentia est nota, & antecedens proba, quia notitia est qualitas mentalis, ergo est si similitudo formalis obiecti: collectione proba, quia proprium est qualitatis vel notitiae formalis significare formaliter, non ergo inconuenit Deum per similitudinem aliquam videri.

Primo modus.

Pro solutione questionis sunt duo modi interpretandi Sancti Thome. Primus, supposita distinctione, quod duplex est similitudo: quaedam obiectiua, & est illa ad quod potentia tanquam in obiectum seminatur & finitur: alia est similitudo subiectiua, vel mediū tendendi in ipsam obiectiua, ut species visiva qua parietem videt, quae est principium vel mediū, quo potentia tendit in obiectum. Hoc supposito prima opinio tenet has duas conclusiones.

1. Conclusio.

Prima conclusio, similitudo omnis obiectiua impedit, ne obiectum sicut in se est, videatur, hoc est dicere, quod similitudo obiectiua causat notitiam implicitam & abstractiuam & confusam ipsius obiecti, & ita impedit, ne obiectum clare videatur: verbi causa, regis imago non causat notitiam intuitiuam regis, sed confusam & abstractiuam: & isto modo dicunt Doctores hii, nos Deum in hac vita cognoscere, non enim eum sicuti est, sed per vestigia & similitudines ut Paulus Rom. ait, eum cognoscimus, inuisibilia enim Dei per creaturas ab eo formatas intelligimus.

2. Conclusio.

Secunda conclusio, similitudo subiectiua non impedit quominus obiectum videatur sicuti est, hoc est intuitiue cognoscatur, nam species cognitionem distinctam & intuitiuam rei non impedit. Hoc supposito ad S. Thome. quod do. 1. parte. q. 27. art. 2. negat Deum per similitudinem videri posse, intelligit obiectiuam, videlicet per aliquam speciem vel verbum, potest tamen per subiectiuam videri, quia beati in patria essentia Diuina per aliquam qualitatem & similitudinem vident, non per obiectiuam, quia esset Deum confuse & abstractiue videre, sed per subiectiuam: & hoc modo exponit S. Thome. Qui tamen hoc nunquam sonauit: loco enim citato dupliciter vniōnem distinguit, ait enim, quod res aliqua dupliciter

alicuius potest primo modo, per se ipsam immediate: alio modo, per sui similitudinem. Postea, inquit, quod essentia Diuina vnitur intellectui sementi beati non per similitudinem aliquam: expresse, ergo affirmat contrarium doctrine illorum, & ita dicit expresse art. 1. questionis non addit. Et tertio contra res. c. 17. inquit, quod Deus per nullam similitudinem videtur, sed per se ipsum immediate, & per suam essentiam.

Secundus modus Magistri de Victoria.

Ideo est secundus modus exponendi S. Thome, qui in hac conclusione consistit. Beati in patria vident Deum non per aliquam speciem, bene tamen per aliquam notitiam, quae est similitudo ipsius Dei, nam cum S. Thome dixit, Deum non videri per similitudinem, intelligendus est de similitudine quae est species, non tamen negat de similitudine quae est notitia. Et rationes S. Thome id suadere videtur, quia si species Deitatis poneretur, oiosa esset sibi, quia legitimo sine primatur, species enim est ad presentandum obiectum, Deus autem intellectui cuiuslibet beati est praesens, quia tamen videtur per notitiam, necessaria est notitia. Secundo, ratio S. Thome est, quia si species media daretur, ratione cuius in obiectum Diuinum tenderemus, sequeretur, quod potentia creata beati se beatificaret: patet, nam intellectus posset producere Dei visionem, & per consequens se beatificare, quod haereticum est, sequitur ergo, quod species Deitatis non est admittenda. Et hac est ratio potissima huius sententiae.

3. Argumentum.

Aduersus tamen hanc sententiam sunt duo difficillima argumenta. Primum, notitia & verbum identificantur, sed in beatis est notitia, ergo & verbum: consequens tamen est haereticum, nempe, beatos formare verbum, ergo vel fatendum est, beatos non habere notitiam, vel si habent, quod etiam habeant verbum. De hoc Sancti Thome. 1. parte. q. 27. articulo. 1. & questione. 34. articulo. 1. Triplex autem est opinio de verbo & notitia. Prima Scoti & Durandi, qui inquirunt, verbum & notitiam idem profus esse. Secunda Capreoli, & Caietani, & aliorum Thomistarum assertum distingui, tanquam res a re. Tertia Magistri de Victoria, scilicet, verbum distingui a notitia realiter, non tanquam res a re, sed tanquam modus realis, sicut sessio & sedens, homo & humanitas, sunt enim eadem res, licet realiter distinguantur. Ex hoc respondeo ad argumentum. Beati in patria habent notitiam, & notitia est eadem res cum verbo, ergo habent

habent verbum, negatur collectio, quia verbum & notitia distinguuntur realiter, tanquam modus realis, ut exposuimus, quae distinctio sufficit ad hoc quod vnum negetur de alio. Secundum argumentum est, beati in patria habent notitiam Dei, ergo habent speciem Dei, proba collectionem, quia perfectior & expressior est Dei notitia, quam eius similitudo, si ergo in beatis ponitur notitia, ergo & species. Respondeo antecedente dato, negando collectionem: ratio est, quia species effectiua & ex se representat obiectum, & ideo si beati speciem haberet, posset se ipsos beatificare, quia posset actum beatificum producere, notitia vero obiectum representat formaliter, & quia species efficit obiectum praesens, habet enim omnem efficientiam quam habet obiectum, hinc est, quod beati non habent speciem Dei, quia esset eiusdem perfectionis cum ipso Deo, quia vero notitia solum representat obiectum formaliter, qui modus representandi est a solo Deo, ideo homo se non beatificat, sed Deus beatificat illum, hac ergo ratione in beatis ponenda est notitia Dei, non autem species.

2. Argumentum.

1. Conclusio.

Resolutio huius questionis tribus conclusionibus absoluitur. Prima conclusio, beati in patria nullam speciem habent, per quam Diuinam essentiam intueantur. Conclusio haec est communis Theologorum, & assertio contraria est temeraria: & probatur, primo, omnis species ex natura sua est similitudo representatiua obiecti, ergo in patria non potest esse aliqua species representatiua Dei, antecedens est notum, consequentiam proba, quia talis species esset infinite perfecta, & aequalis perfectiōis cum essentia Diuina, quia si species est naturalis similitudo obiecti effectiua, erit ergo tanta perfectio nis sicut obiectum, hoc autem est omnino falsum, ergo. Secundo, non potest dari substantia, quae Deum sicut in se est, effectiue representet, ergo multo minus accidens, sicuti est species, dari potest, quod Deum ipsum representet: antecedens est notum: consequentiam proba, quia ad representandum impertinens est quod sit substantia vel accidens. Secunda conclusio, beati in patria nullam formam Dei verbum, per quod essentiam Diuinam vident. Hac est communis Theologorum, Scoti dempto. Probatu ex prima conclusione, beati in patria nullam habent speciem, ergo neque verbum antecedens patet ex conclusione prima: con-

2. Conclusio.

sequencia probatur, quia verbum clarior & expressior similitudo Dei est, quae species, sed repugnat speciem Deitatis dari, a fortiori ergo & verbum. Item verbum a theologis assignatur, ut obiectum fiat praesens, & proportionetur potentiae, sed Deus est obiectum praesens proportionatum & commensuratum intellectui beati, disponens potentiam per lumen gloriae, frustra ergo ponitur verbum. Conclusiones istae sunt verae & certissimae. Punctum difficultatis est in tertia conclusione, quae talis est, Beati in patria non vident Deum per aliquam similitudinem, sed essentia Diuina immediate intellectui beati vnitur, seclusa omni qualitate & similitudine, quae essentiam Diuinam representet. Pro explicatione huius conclusionis sunt fundamenta. Primum, per notitiam intuitiuam nullam formatu verbum. Ita Sancti Thome. 1. parte. questione. 12. articulo. 1. ad secundum, sic enim accidit in intentionali seu intellectuali cognitione, sicut in generatione physica & naturali: in generatione autem naturali quatuor concurrunt, generans, semen, actus generandi, & effectus, vel embrio: sic & in cognitione intellectuali, est generans, nempe obiectum, producens notitiam, species, quae se habet velut semen, nam sicut semen est similitudo imperfecta & confusa generantis, eodem modo species intellectualis est similitudo confusa & imperfecta ipsius obiecti. Tertio in cognitione reperitur actus cognoscentis, qui est notitia: ideo sicut actus generantis in generatione non est similitudo generantis, ita notitia est actus cognoscentis, sed non similitudo cognoscentis, notitia enim nihil aliud est quam actus cognoscentis, verbi causa, ambulatio non est qualitas, sed actus ambulandi, locutio, actus loquendi: sic notitia seu cognitio nihil aliud est, quam actus cognoscentis, non vero similitudo: unde notitia contra Summulistas omnes non est terminus mentalis, nec manet in mente, ut qualitas, sed est actus transiens. Unde quando Doctores dicunt notitiam esse qualitatem, vel manere in mente, notitia tunc capitur pro verbo, vel pro specie, distinguuntur tamen a verbo vel specie, & quia notitia non est qualitas, ideo nullo modo, est similitudo obiecti. Quartum quod reperitur in generatione naturali est effectus, in cognitione vero intellectuali est verbum ipsum, nam sicut fetus est similitudo expressa generantis, eodem modo in generatione

3. Conclusio.

Cognitio intellectiva similis generatio in naturali.

Verbum similitudo expressa obiecti.

Intellectuali verbum est similitudo expressa ipsius obiecti, quia clare & distincte obiectum ipsum representat. Vltimum fundamentum sit, quod verbum est quaedam species, quae est expressa similitudo ipsius obiecti producta à potentia cognitiua: unde quando aliquis habet obiectum absens, ut illud cognoscit & reducat obiectum proportionatum potentia, ponitur verbum: potentia enim cognoscitiua informata specie producit qualitatem quandam, quae est idolum vel verbum potentiae: & hinc in Trinitate personam secundam vocamus Verbum, quia Pater se respiciendo verbū produxit, nempe Filium. Ex quo infero primo, quod species non est verbum, patet ex diffinitione verbū, nam verbum est expressa similitudo obiecti, species autem est confusa & imperfecta, distinguitur ergo species à verbo.

Secundo infero, quod verbum est terminus actionis, quae est cognitio, hoc est, potentia mea cognoscitiua informata specie intelligibili, cognoscendo tanquam terminum verbum ipsum producit, quod est naturalis similitudo obiecti, sicut calor est terminus calefactionis, & Filius est terminus in actu generandi, ita verbum per actum cognoscendum producit tanquam terminus illius actus, unde verbum à notitia ipsa realiter distinguitur, sicut actus & terminus actus.

Tertio infero, quod in potentia vel cognitione visiva, secundum S. Tho. nullum ponitur verbum: quod est valde notandum: ratio est, quia obiectum sensibile est proportionatum potentiae, est enim praesens, quia potentia mea visiva immediate ad obiectum terminatur, & non ad idolum. Similiter ergo accidit in visione beati: visio enim illa est notitia intuitiva, & potentia intellectiva beati disposita per lumen gloriae, & immediate ad essentiam Diuinam terminatur. Ex his sequitur conclusio postea, beatos in patria nullam habere similitudinem Dei, quia neque speciem, neque verbum habent: notitia vero non est similitudo, sed actus cognoscendi. Et licet haec videatur opinio noua, eam tamen insinuat S. Tho. 4. dist. 49. & Capiteolus eadē dist. q. 1. Caietanus. 1. parte. q. 12. art. 1. Et pro hac opinione, non dari notitiam quae sit similitudo Dei, est ratio demonstratiua: in patria nulla datur species representatiua Dei, ergo neque notitia, quae sit similitudo eius: antequam est omnium consequentiam probat, secundum totam scholam expressior & perfectior similitudo obiecti

est species quae notitia, sed non datur species Deitatis, a fortiori, ergo neque notitia. Secundo, quia secundum S. Tho. non datur aliqua species, quae representet Deum, quia esset infinitè perfecta, sed similiter si notitia representaret Deum esset infinitè perfecta, repugnat ergo dari notitiam, quae similitudo Dei sit, & eum representet: minore probat, quia quanto obiectum est maioris perfectionis, tanto notitia est perfectior, si ergo obiectum est infinitè perfectioris, ergo & notitia obiecti. Patet inductiue, descendendo à suprēma Hierarchia Angelorum vsque ad infimum, non ergo dari potest aliqua notitia vel similitudo Dei. Et ad argumentum S. Thom. beati in patria non habent speciem, concedo, ergo neque notitiam, nos concedimus, habent tamen actum beatum, quo beatificantur visione obiecti beatifici. Et eodem modo potest ad omnia alia argumenta responderi. Et ad id Ioannis, Cum apparerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Dico similitudinem illam non esse ratione aliquid qualitatis, quae Deum ipsum representet, sed ex parte operis intelligentis, quae per lumen gloriae cleuatur, ut Deum videat.

Ad aliud, visio est similitudo, negamus ex his quae diximus.

Circa secundum argumentum S. Tho. quod est, Lux minor offuscatur per maiorem, ut constat stat de luce candelae in praesentia solis, omnis autem scientia creata collata ad increatam, habet se sicut lux minor ad maiorem, ergo offuscatur ab illa, & ex consequenti Christus non habuit scientiam aliquam creatam. Pro solutione notandum, quod lux est qualitas, quae inhaeret luminoso, quia lumen producit, lumen vero effectus est lucis diaphano inherens, & productum in corpore ipso luminoso. Hoc supposito respondet S. Tho. lucē candelae per lucē solis offuscari, quia sunt eiusdem ordinis ex parte, nempe illuminatis, lumen autem candelae in aere productum non offuscatur à lumine solis, ut experientia docet, de medio prius à candelā illuminato, si postea à sole illuminetur. Ratio est, inquit S. Tho. quia sunt diuersorum ordinum, vnum in genere illuminantis, aliud in genere illuminati: & hac ratione scientia creata Christi non offuscatur per scientiam Diuinam, sed potius perficitur & augetur, quia habet se ad illam sicut lumen candelae in aere ad lumen solis, unde Ioannis. 1. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem. Sed est notandum quod lux candelae non dicitur à luce solis offuscari,

eo quod impediat à productione sui actus, sed ex eo quod lux solis impedit, ne lux candelae ita percipiatur. Quod si queratur, unde hoc pronuntiat Dico rationem esse, quia si duo obiecta vni potentiae praesententur, scilicet alterum est excedens, alterum ab immutatione impedit, quia totam aduertentiam potentiae occupat, ut experientia est de duobus sonis, alter campanae, alter cytharae.

Dubium tamen est, an Christus quatenus homo erat, Deum videat per visionem beatificam, sicut ceteri beati. Sanct. Thom. q. 9. articulo. 2. respondet affirmatiue: probat, quia omne quod agit, secundum quod est in actu agit, omnes autem homines reducuntur in beatitudinem per humanitatem Christi, ut patet ex illo ad Hebr. 2. Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, per passionem eius consummari, humanitas ergo Christi erat beata: nam quod aliud reducit in actum, oportet quod & ipsum sit in actu.

Dubium tamen est circa hanc rationem. Videtur enim infirma, maxima enim, quae assumit, videlicet, Omne quod agit, in quantum est in actu, agit, non habet locum nisi in causa principali, in causa tamen instrumentali habet fallentiam: penicillus enim, quo imago fit, non habet in se formam per quam agit, quia causa instrumentalis ad hoc ut operetur non requiritur quod sit in actu: sacramenta enim in se non continent formaliter gratiam, sed tantum sunt causa gratiae instrumentaliter, similis ergo modo in nostro casu constat maxima, quia Christi humanitas est causa gratiae & gloriae instrumentalis, quia in se gratiam & gloriam continebat. Quinimo de causa principali maxima non videtur vera: piper enim est causa principalis caloris, tamen in se saltem formaliter calorem non continet, ergo maxima falsa. Respondet, Sanct. Thom. hic loqui, ut Theologice, non ut metaphysice, maxima autem illa est omnium philosophorum: & Sanct. Thom. non procedit demonstratiue, sed Theologicè, & sic supposita. Et ratio Aristotelis est, quia omnis causa ut agit, debet esse in actu, actio autem tenet se ex parte formae, passio ex parte materiae, ad hoc ergo quod aliquid agit, oportet quod habeat formam, quia forma est actus materiae, quae debet ergo causa debet esse in actu, ut aliquid operetur, & sic maxima habet verum in causa principali & instrumentali ei coniancta.

Vnde optime arguit Sanct. Thom. quod cum humanitas Christi esset instrumentum coniunctum Diuinitati, si esset causa gratiae & gloriae, in actu debuit gratiam & gloriam habere: fallit autem maxima in causa instrumentali separata, de qua etiam potest maxima S. Tho. intelligi, si tamen causa instrumentalis est capax effectus, quem producit: ideo sacramenta licet sint causa gratiae, in se tamen illam formaliter non habent. Ratio est, quia gratiae capacia non sunt. Exemplum est, si baculo velim lignum calefacere, oportet quod baculus actu sit calidus, ad hoc quod lignum calefaciat, quia autem baculus capax est caloris, ideo potest lignum calefacere. Ad argumentum de pipere respondeo, quod licet piper non sit formaliter calidus, continet in se tamen qualitatem quadam eminenter continentem calorem, & hoc sufficit ad hoc quod sit causa caloris.

Dubium tamen est, in quo gradu certitudinis tenenda sit conclusio S. Tho. Respondeo non esse in primo gradu fidei, ita ut oppositum asserere esset haereticum. Ratio est, quia ad hoc quod aliqua conclusio sit in primo gradu fidei, requiritur quod contineatur in sacra scriptura, vel deducatur ex illa per consequentiam necessariam & euidetem, nullam autem istorum est in praesenti, ergo, maior est canon ab omnibus receptus, minor probatur, quia in scriptura sacra non continetur formaliter, neque, ex illa per consequentiam necessariam deducitur: quinimo in scriptura sunt loca contraria sonantia, ut Lucae. 24. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, ergo ante illam non habebat: & Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem, vbi secundum Sanct. Tho. secundum portionem superiorum tristis erat, tristitia autem repugnat clare visioni, ergo secundum portionem superiorum gloriam non habebat, alias tristis non posset. Ratione probatur sic, nihil est asserendum quod legi ordinate repugnet, contra omnem autem legem ordinatam esset, aliquem simul viatorem & comprehensorem esse, non ergo conclusio asserenda est tanquam de fide. Sit tamen de hoc conclusio, propositio S. Tho. est vera, & certissime tenenda, ita ut oppositum nedum esset temerarium, sed erroneum, vel errori proximum, & qui contrarium assereret, tanquam stultus & temerarius puniendus esset: patet, quia conclusio S. Tho. est omnium Theologorum. 3. dist. 24. vbi omnes in Christo negat fidem & spem, quia erat beatus. Et id constat Matth. 17. ex eius Transfiguratione, vbi Christus nihil aliud fecit,

## ADVERTEN. IN B. AMBROSIVM. AD XIII.

nisi miraculum suspendere, vt gloria animæ in corpus redundaret. Et Ioann. 1. Vidimus gloriam eius, habuit ergo gloriam. Et Ioa. 3. Datus est ei spiritus non ad mensuram, dedit ergo ei Pater quantum potuit, & ex sequenti beatitudinem, quæ est perfecta & consummata gratia. Et ibidem, Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo: vbi aduertendū, quod Christus dum viator erat, iam in celum ascenderat per visionem beatificam, qua Deum videbat. Et Ioann. 8. Ego noui Patrem, & si dixero quod non noui eum, ero similis vobis mendax, non autem nouit vt homo, nisi quia beatus erat, ergo, Eia. 4. & 42. Merces eius, id est, gloria eius, cui illo est. Ita Hieronymus & Augustinus ibi & ad Colof. 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Et ad Hebr. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ac si diceret, in hoc quod homo erat, minor erat Angelis, in alijs vero maior, quia prius habuit maiorem gloriam illis Ratione probatur, primo, quia ratione vniuersalis hypostaticæ debebatur Christo gratia & gloria, ergo habuit illam: antecedens est notum: consequentia probatur, quia Christus habuit gratiam consummatam, ergo habuit gloriam: probatur, quia gloria nihil aliud est nisi gratia consummata. Vnde Augustinus dicit, quod gratia & gloria differunt, quia gratia est gloria inchoata; gloria gratia consummata. Confirmatur, quia Christus dignior erat gratia & gloria, quam omnes beati, habuit ergo beatitudinem, quam beati in patria habent. Secundo, quia postquam quis extra statum mercedi & demerendi est, statim gloria redditur à Deo, nisi sit obstaculum, vt in existentibus in purgatorio, Christus autem non sibi, sed nobis meruit, habuit ergo gloriam anime ab initio. Vltimo, quia naturam humanam assumpsit quantum ad animam cum omnibus perfectionibus, quas poterat habere de potentia Dei ordinata, maxima autem illarum est beatitudo, ergo.

Dubiū tamē est, an Christus habuerit scientiam inditam. Præmittit S. Tho. art. 3. ex Augustino, beatos habere duplicem notitiam, alteram matutinam, alteram vespertinam. Matutinam est, quia res cognoscitur in verbo: vespertina quia cognoscuntur in genere & per species proprias: matutinam est clarissima, vespertina non ita clara, quia vespertina habetur per scientiam propriam creaturarum, tanquam per mediam, matutinam comparatur immediate per Diuinam essentiam: Diuina autem essentia perfectior creaturas representat, quia ipse in seipsis re-

presententur. Secundo est præmittendum, quod in anima Christi, sicut in qualibet alia anima, est naturaliter potentia quædam naturalis ad omnia naturalia cognoscenda, quæ per virtutem intellectus agentis cognoscere possunt, & ad habendas scientias omnes naturales, quæ naturali lumine comparari possunt, vt Geometriam, vel Metaphysicam: alia est potentia obediens, quæ est potentia ad cognoscendum supernaturalia per virtutem luminis supernaturalis, vel per reuelationem. Tertio præmittitur, quod omnis potentia imperfectionem quandam dicitur, & hæc tollitur per reductionem ad actum. Ex quo sequitur, quod ad hoc quod anima Christi esset perfecta, quod vtrique potentia tantum naturalis quæ obediens necessarium erat, quod ad actum reduceretur, & ex consequenti per scientiam haberet, quia omnes res per species earum cognosceret: & hæc dicitur scientia infusa in anima Christi.

Hoc supposito est conclusio affirmatiua, quæ probatur ex illo ad Colof. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, ergo & thesauri scientiæ infusæ. Ratione hæc, verbum humanitatem perfectam assumpsit, ad perfectionem autem humanitatis necessaria est cognitio rerum in se per proprias species, quæ est scientia infusa & indita, illa ergo fuit in Christo: consequentia est nota, & antecedens, quia anima Christi est in potentia ad res omnes per proprias species cognoscendas, sed tunc potentia perficitur, cum ad actum reducitur, ergo. Conclusio hæc S. Thom. eodem gradu certitudinis est tenenda, quo præcedens: & contrarium asserere temerarium & erroneum esset. Vnde quando Eia. c. 7. inquit, Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, intelligendum est, sicut illud eiusdem capituli. 11. Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus pro tempore infantie: & idem ad Colof. 2. & Luca. 2. quando in templo Doctores stupebant in responsis illius: & Ioann. 7. Vnde hic literas scit, cum non didicerit? Ratione probatur à maiore ad minus, primis parentibus fuit hæc gratia collata, ergo à fortiori Christo. Vnde Dionysius. 7. c. ecclesiasticæ Hierarchie ait, quod Christus erat Doctor & Magister nedum hominum, sed etiam Angelorum, debuit ergo scientiam Doctoris habere, quæ fuit indita & infusa. Ex quibus patet veritas conclusionis S. Thom.

Sed licet ita sit, quod conclusio sit vera & Catholica, non tamen in eo gradu, vt contrarium asserere esset hæreticum. Marsilius. 3. que-

questione. 10. articulo. 3. tenet nullas species neque habitus fuisse infusos Christo: & autoritates in contrarium adductæ glossari possunt de scientia Diuina & beata. Et quod ita sit, fuit dicitur primo, potentia anime Christi erat sufficienter satiata per scientiam beatam, non ergo necessarium est illam infusam addere: vnde sicut Christi humanitas ex natura sua ad propriam subsistentiam inclinabatur, nihilominus quia per vniuersalem ad verbum erat facta, & quia in se perfectiones omnium subiectorum continebat, hinc propriam subsistentiam non habuit: sic ergo in proposito, scientia Diuina sufficiebat vt potentia anime Christi esset satiata, non ergo opus est scientiam inditam in eo ponere. Secundo, scientia hæc indita seu infusa in ordine ad scientiam beatam comparata, est imperfectissima, sicut lux candelæ in presentia solis: vnde Paulus. 1. Corin. 13. Siue prophetiæ cessabunt, siue scientia destruetur, charitas nunquam excidit, non ergo necessarium est hæc scientiam inditam in Christo ponere. Vltimo, si ratio S. Thom. aliquid probaret, sequeretur anime Christi solum scientiam rerum naturalium ac horum inferiorum esse collatam: sequelam probatur, quia anima Christi solum erat in potentia ad res naturales inferiores comprehendendas, ergo Christo solum scientia horum inferiorum erat infundenda.

Pro solutione notandum, scientiam beatificam & infusam diuerso modo causari: quia beatifica causatur ab intellectu, & Diuina essentia, tanquam ab obiecto: infusa vero produciatur à solo Deo per species inditas, & sic differunt specie. Secundo, quia ordinatur ad diuersum finem: cognitio enim beatifica ordinatur ad cognoscendum perfecte verbum, infusa vero ad cognoscendum res ipsas. Sanctus Thom. probat conclusionem receptissimam congruentiam quadam, quæ verissima est. Et hinc respondetur ad argumentum quod solet de paruulis fieri: primo, non esse inconueniens in animabus paruulorum imperfectionem aliquam ponere, ex eo quod non proprio Marte scientiam sibi comparauerunt: & ideo minus gaudium tam essentia se quam accidentale est in illis quæ in adultis. Secundo respondeo & melius, paruulos præter cognitionem beatificam etiam in se sentire, & reuelationes aliquas particulares experiri, quas Deus sua magnificentia illis largitur.

Ad primū argumentū de potentia anime

Christi, negatur antecedens, quia scientia indita anime Christi erat alterius rationis, & alio modo anime Christi perficiebat, quam scientia beata. Ad secundum negamus, quia talis scientia imperfecta esset. Et ad Paulum respondeo, non loqui absolute, sed conditionaliter, ita quod mens & intentio ipsius est, quod quantum ad aliam scientiam de facto euacuerentur, charitas tamen non excidit. Ad vltimum negatur sequela, anima enim Christi non solum erat in potentia ad scientiam istorum inferiorum, sed etiam ad altiores & eminentiores scientias.

Aduertendū circa solutionem S. Thom. ad secundū, quia videtur S. Tho. sentire, dispositiones preuias introductionis forme remanere post introductionem forme, esse contra ipsam, quia alijs locis tenet ad introductionem forme corrumpi: videtur etiā sentire, quod opinio & scientia in eodē subiecto simul esse possunt: cuius contrarium tenet. 2. 1. q. 1. artic. 5. Caietanus inquit, opinio importare duo assensum & formidinem. Et inquit, quod mens S. Thom. est, opinionem remanere cum scientia quantum ad assensum, non tamen quantum ad formidinem: Scita. 2. 2. Io. citato inquit S. Tho. quod opinio de sua ratione non dicit formidinem, sed solā assensum imperfectum formidolosum, talis tamen assensus semper est cum formidine aliqua, sicut lux parua importat claritatem imperfectam, quæ tamen sine tenebris non est.

Dubitatur vltimo an Christus habuerit scientiam acquisitam. Respondet S. Thom. articulo. 4. conclusione affirmatiua. Probat, & suadetur ex illo Hebr. 5. Qui cum filius Dei esset, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam, vbi glossa decidit, id est, expertus est, sed experientia est scientia acquisita, ergo. Supponit Sanctus Thom. in probatione, Deum & naturam nihil frustra facere ex Aristor. libro. 1. de celo, qui idem asserit. Secundo supponit illud dici frustra, quod propriam operationem non habet, quia finem suum non consequitur, finis autem cuiuscunque rei est eius propria operatio ex Aristor. 2. cæli cap. 2. Tertio supponit ex Aristotele. 3. de Anima, quod minus intellectus agentis est species abstrahere à phantasmatis. His suppositis, est ratio Sanctus Thom. In anima Christi est intellectus agens, propria autem operatio intellectus agentis est species intelligibiles à phantasmatis abstrahere, abstrahere ergo, & ex consequenti scientiam acquisitam



habuit, quia species abstracte sunt scientia acquisita: consequentia patet, alias enim frustra talis species & intellectus esset. Secundo, quia in Christo ponenda est scientia proportionata naturae humanae, non solum ex parte recipientis, sed ex parte agentis, hoc autem est scientia acquisita, nam agens illam causans est lumen & virtus intellectus agentis, quae est proportionata naturae humanae, illa ergo ponenda est in Christo. Tertio, in Christo est scientia beata, quae Deo est naturalis, & scientia infusa, quae est naturalis Angelo, ergo debet esse in Christo scientia acquisita, quae animae ipsius sit naturalis. Quarto, in Christo ponitur scientia secundum lumen supernaturale, ergo & scientia secundum lumen naturale, quod est intellectus agens, haec autem est acquisita, ergo. Quinto, nulla perfectio, maxime naturalis est neganda animae Christi, sed talis est scientia acquisita, ergo.

Pro declaratione conclusionis notandum, quod S. Thom. non loquitur de scientia aeternali, quam Christus habebat per experientiam à rebus, vt ignem calefacere, quia hanc scientiam habuisse est evidens, sed loquitur, & querit de scientia habituali, quae docti homines sibi comparant, vel inuentioe propria, vel traditione praecceptorum. De quo Arist. 1. Metaph. c. 1. ait, memoriam fieri ex pluribus experientijs, & ex memoria saepe repetita colligit primū vniuersale, ex quo & alijs inferuntur multae conclusiones evidentes, quae generant scientiam habitualem in anima. De hac quaestione intelligenda est conclusio S. Thom.

Secundo notandum, S. Thom. 3. dist. 14. tenuisse, in Christo non fuisse scientiam acquisitam, articulo tamen. 4. quaestionis non negauit scientiam. Tertio notandum ex doctrina S. Thom. colligi quatuor scientias esse in Christo, nempe Diuinam & increatā, quae illi cōueniebat quatenus Deus, deinde scientiam beatam, item scientiam inditam & infusam in primo instanti suae conceptionis, vltimo, scientiam proprijs viribus & actibus acquisitam, & de hac agit arti. 4. huius materiae. Summa sequentibus conclusionibus absolutur.

Prima conclusio, scientia beata in Christo non producebat alias scientias, itaq; ex scientia beatificata non causabantur alię scientiæ. Hæc pugnat cum Marsilio loco citato, est etiam contra Scotum. 3. dist. 14. q. 3. qui tenent scientiam beatificam producere alias

scientias & habitus scientificos. Probāt primo, quia scientia Diuina magis representat quicūq; rem, quā species eiusdem rei, si ergo intellectui beati vniatur, sufficit quicūq; rem in proprio genere sine speciebus ipsius rei representare. Secūdo, quia paruuli discedentes cum sola gratia baptismali, cognitiones aliquas citra Diuinam habent, quæ ex scientia & visione beatificam oriuntur, visio ergo beatifica ad producendum scientiā aliarum rerum & habitus scientificos sufficiens est. Durandus etiam eadem dist. 9. 4. inquit, opinionem S. Thom. esse probabilē, probabilior tamen, ait, est opposita. Probatur primo, quia cognoscere per abstractionē à rebus est imperfectio, Christus vero eras Doctor & Magister Angelorum, vt patet Ioann. 7. non ergo egebat scientia à rebus abstracta. Secundo, quia postquam aliquis habuit scientiam de aliqua re, licet postea videat & experiat id quod ante sciuit, non causatur noua scientia, sed illa prior tantum augetur, ita ergo in Christo.

His non obstantibus, tenenda est conclusio S. Thom. & probatur, quia B. Paulus in rapto habuit scientiam beatificam, & tamē ex visione illa nulla est orta cognitio, ergo, maior nota est, minor probatur, quia ipse Paulus inquit, Audiui arcana verba, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, ex visione ergo beatifica Pauli non producebantur alię scientiæ. Secundo, quia ex sententia opposita sequeretur, quod quilibet beatus in patria haberet duplicem visionem, & duplicē beatitudinem, quia habet visionem essentię Diuine, & visio illa habet aliam visionē producere, habebit ergo duplicem beatitudinē antecedens probatur, quia beatus producere potest actus sibi similes, & sibi proportiōnatos, consequens autem est falsum, ergo.

Ad rationes Marsilij. Ad argumentū primum negatur consequentia, quia eadem ratione in Christo ponenda non esset scientia infusa, sufficiens est enim scientia Diuina omnia representare, hoc autem est erroneū, ergo. Ad secundum respondeo, quod si Deus aliquam aliam scientiam illis cōmunicat, id ex largitate ipsius procedit.

Ad primū Durandi respondeo, nō esse imperfectionē, sed naturę humanę cōsonū, per abstractionē à rebus cognoscere. Ad secundum, respondeo, quod licet Christus multa cognouerit, non tamen omnia vidit, & respectu illorum scientiam acquirere vidit. Et expositio Durandi loci illius, Proficiebat ætate, sapientia

1. Conclusio

2. Conclusio

Lucæ. 4

scientia & gratia nulla est, explicat enim, proficiebat sapientia, id est, non noua scientia, sed certitudine & experientia: glossa tamen hæc nulla est, quia contra textum, qui dicit proficiebat ætate, scientia, & sapientia apud Deum & homines. Gregorius homi. in locum illum exponit, proficiebat apud homines, id est, quantum ad apparentiā, quia suā sapientiam quotidie magis hominibus manifestabat. Scotus tamen loco allegato ad primum argumentum ait, hanc expositionem Gregorij non esse sufficientem: nam Augustinus in eundem locum ait, quod Euangelij verba historialiter debent intelligi, & ita ait, quod Christus proficiebat scientia & ætate, quantum ad notitias inuicuias, quas semper de nouo formabat: ex quibus cum non causaretur habitus, ideo neque scientia, quia non est de singularibus, sed de vniuersalibus. Tenenda tamen est sententia S. Thom. nempe, quod licet in scientia simpliciter nō proficeret, quia non plus vno tempore quā alio sciuit, bene tamen secūdum quid, quia alijs modis, & alijs medijs, quod antea cognouerat, sciuit.

Et ideo fit secunda conclusio, Christus simul & semel vtraque scientia respectu eiusdem rei vti poterat, & ita causaretur duplex cognitio, & duplex iudicium, itaq; per beatificam scientiam cognoscebat, verbi causa, hominem in verbo, & per acquisitā in proprio genere, & sic duplex cognitio & duplex iudicium. Hæc statuitur contra Nominales, qui. 3. dist. 14. sustinent oppositum S. Thom. Et probat primo, quia scientia indita vana esset in Christo, quia est nimis diminuta respectu scientiæ beatificæ, non ergo opus erat illa. Secundo, quia duæ cognitiones respectu eiusdem rei repugnant, neque se compatiuntur, Christus ergo nō potuit illas habere, antecedens probatur, quia duo accidentia solum numero differentia simul esse non possunt, & ex consequenti neque duę scientię, neque duo iudicia.

Nihilominus conclusio statuta est vera, & probatur, quia alias sequeretur Christū aliqua alia scientia vti non posse, præter beatā: sequela patet, quia visio beata erat inuariabilis, amitti ergo non poterat, & tamen cū illa scientia infusa, secundum Nominales istos, non se potest compati, non ergo vti alia scientia valebat.

Ad argumenta in oppositum respondeo, ad primum, nego antecedens, imo est optimū, & vtile, & rationi consonum, Christū simul

eū scientia beata habuisse acquisitam: constat enim, quod quando aliquis rem aliquā intuetur, habet visionem ocularem, & intellectualem respectu eiusdem rei: ita Christus licet scientia beata clarē rem intueretur, optime tamē dispositum fuit, vt illam eadem scientia acquisita cognosceret. Ad secundum negatur antecedens, quia illę duę cognitiones non solum distinguuntur numero, sed etiā specie, & ita est distinctio specifica, & alterius rationis: maxima autem intelligitur de accidentibus, quæ ex parte subiecti distinguuntur, non vero de illis, quæ distinguuntur ex parte obiecti, verbi causa, albedo, quæ est in pariete, & hæc albedo non possunt esse in eodem subiecto quin vnum faciant: notitia vero Petri, & notitia Pauli licet sint eiusdē speciei, in eodem tamen subiecto esse possunt, quin vnum efficiant.

Tertia conclusio, scientia Christi infusa erat alterius speciei à scientia acquisita, quam ipse acquisiuit, & etiam à scientia nostra acquisita. Hæc conclusio est contra plures Doctores scholasticos, qui oppositum sustinent: Sed probatur: primo, quia Christus comparauit sibi temporis successu reale aliquam scientiam, quam antea non habebat, erat ergo alterius speciei à scientia acquisita: antecedens patet ex illo Lucæ. 2. Proficiebat sapientia: consequentia probatur, quia si esset eiusdem speciei cū infusa, non opus esset illam acquirere, erat ergo diuerse speciei ab illa. Secūdo, quia scientia infusa Christi quā tum ex natura sua erat, non dependebat à phantasmatis, neq; illis subordinabatur, scientia autem Christi acquisita à phantasmatis, sicut nostra, dependet, sunt ergo distinctarum specierum: consequentia probatur, quia dependere à phantasmatis, vel non dependere, arguit distinctionem specificam.

Tertio, scientia Angeli est distincta à scientia nostra, ergo & scientia Christi, cōsequenter patet, quia scientiam Angelorum scientia Christi superexcedit, & nostram: & ita scientia infusa & acquisita differunt: primo, quia acquisita dependet à phantasmatis, nō autem infusa. Secundo, quia acquisita ad partem se extendit quā infusa, infusa enim extēdit se ad substantias separatas, & ad alicuius fidei. Tertio, quia scientia acquisita habet pro obiecto quidditatem rei materialis, infusa vero rerum omnium materialium & immaterialium. Et ex hac differentia soluntur omnia argumenta contra S. Th. Vltimo probatur, quia si non differret specie, sequeretur

3. Conclusio

Aa 5 retur



tur quod omnis scientia animæ Christi scientia Angeli esset imperfectior, nam si infusa & acquisita sunt eiusdem speciei, simpliciter tota scientia Christi imperfectior est quam scientia Angeli, quod tamen absurdum est. Et ideo tenendum est, quod differunt species, & similiter species infusæ ab acquisitis.

Dubium tamen est, an Christus per disciplinam acquisiverit scientiam hanc acquisitam. Respondeo negative, ut patet ex illo Ioannis. 7. Vnde hic literas seipsum non didicerit? Secundo, quia erat Doctor omnium gentium, ut patet Esaiæ. 55. Ecce testi stem populus dedi cum, ducem ac præceptorem. Tercio, quia modus perfectior comparandi scientiam non est ascendendo, sed inveniendū, ut ait Aristot. 1. Ethic. Ille est optimus qui omnia per seipsum intelligit, bonus autem qui bene obedit d. centi. Hæc Sæct. Thom. in solutione ad primum.

Dubium aliud est, quare Christo à principio natiuitatis vel in infantia scientia acquisita non fuit infusa, sicut cæteræ virtutes, absque eo quod ipse proprijs actibus illam compararet. Huius rei quatuor assignantur causas. Prima deducta ex doctrina Sancti Thom. 1. 2. q. 66. art. 2. inquit, ex actibus virtutis infusa nunquam generari habitum, quia quantumcumque actus fortitudinis, temperantiae, & cæterarum virtutum infusarum producat, nunquam generabit habitum, quia actus illi sunt supernaturales, & ideo ex illis habitus naturales produci nequeunt. Quo supposito, est ratio, quoniam Christus nunquam aliquam virtutem vel habitum acquisitū præter infusos acquirere potuisset, quos Deus illi communicauit, scientiam vero acquirere potuit, & de facto acquisiuit, & ideo necessum non fuit, scientiam istam illi communicari. Ratio vero quare Christo virtutes acquisitæ non fuerunt infusæ est, quia habebat virtutes infusas, & secundum illas operabatur: & quia ex actibus virtutum infusarum virtus acquisita generari non potest, ideo necessum fuit, ut illi communicaretur, cum illas comparare proprio Marte non posset: scientias tamen acquisitas potuit labore proprio acquirere, ideo necessum non fuit, illas sibi infundi. Secunda ratio est, quia virtutes infusæ appetitum sine acquisitis quietant non sufficiunt, necessarium ergo fuit Christo infundere virtutes infusas: & cum acquisitæ ad moderandas passiones ordinantur, & tales omnino sedatæ erant in Christo, ideo necesse non fuit quod illi infunderentur.

Tertia ratio, qua soluitur quæstio proposita est, quia Adam statim à sui creatione scientia acquisita est usus, quia ætate procreata creatus est, Christus vero puer est natus, ideo que non statim scientiam acquisitam habuit. Quod etiam quarta ratione naturali probatur, quia si Christo à principio collata fuisset scientia acquisita, vel fuisset sine phantasmatis cum speciebus, vel cum phantasmatis sine speciebus, vel cum vtriusque, sed nullum istorum, ergo. Non primum, quia est contra naturam, quia habere scientiam sine phantasmate rationi repugnat, sequeretur enim quod scientia illa à phantasmatis non dependeret, & talis haberet scientiam sine speciebus, & ex consequenti scientia acquisita non esset.

Neque secundum dici potest, quia sequeretur Christum tali scientia uti non posse, cum speciebus careret, esto, phantasmata haberet, nam cum species non haberet, actum non posset producere, implicat enim actum sine speciebus produci.

Neque tertium, quia tunc sequeretur, Christum plorare non posse, neque aliquem actum naturalem exercere: sequela patet, quia tunc haberet sensualitatem phantasmatis dispositam & perfectam, & ita non posset ut puer plorare, neque sine maxima causa: ex hoc enim pueri ex causis leuissimis plorant, quia scientia rerum eis deficit: ideo necesse fuit, quod Christus scientiam proprio labore compararet, maxime cum à principio gratis suæ organorum dispositionem non haberet, & scientiam acquisitam subito sibi posset comparare.

Pro Ambrosio respondet Magister sententia 3. dist. 14. & ait, eius verba non sic esse accipienda, ut putemus puerum Iesum per ætatis incrementa aliquid sibi sapientie comparasse, sed quod expressione & ostensione suæ sapientie quotidie magis ac magis proficeret, & iuxta hominum existimationem indies sapientia eius crescere ac proficere videretur. Quod ipse Ambrosius expressit de incarnatione Domini sacra. cap. 7. ubi sic habet, Deus in carne perfectionem naturæ assumpsit humanæ, suscepit sensum hominis, &c. Et concludit, Perfectam ergo animam assumpsit verbum, non imperfectam. Et libro septimo epistola. 47. ad Irenæum idem confirmat inueniens, Acccepit plenitudinē perfectionis humanæ, ut esset perfectus in vtraque natura.

DECI

DE CIMVM QVINTVM QVAESITVM.

An liceat Christianis aliquid proprium habere.

**A**mbrosius hunc locum tangens, *negabat omnia que nata sunt mihi & bonis meis, &c.* agens de diuite, cuius rager fructus vberes attulit, sentire viderur, quod nemini liceat rem aliquam ut propriam possidere. Eius verba sunt hæc, *Quid iniustus est, inquis, si cū aliena non inuasi, propria diligitur seruo. O impudens dictum, propria dicis que ex quibus re conditis in hunc mundum derulisti, quando in hanc ingressus lucem, quando de ventre matris exististi, quibus quæso facultatibus, quibus subsidijs stipatus ingressus es? Aduentū tuū in hunc mundū discis ab Apostolo Paulo dicere, Nihil enim intulim⁹ in hunc mundum, sed neque auferre quidem quid possunus: habentes autem victum & vestitum, his contenti simus, terra communiter omnibus hominibus data est, propria nemo dicat, quod est commune, pluraquam sufficeret sumptū & violentè obtinuit est. Et paulo post, Nunquid, inquis, est Deus, ut nobis non æqualiter distribuatur vitæ subsidia, ut tu quidem esse affluens & abundans, his vero deesset & egerent? esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio & absolutio pecunia quæ tu in terra desolis: tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare dū velis.*

Basilius subscribit Ambrosio in eundem locum, talibus enim vtitur verbis. Cui, inquit diues, iniuriam facio, si mea retineo & conferuo: qualia mihi dic tua, vnde accepta intulisti? Quæ in modum si quis, in teatro spectandi loco occupato, deinde ingredientibus prohibeat, proprium sui ipsius iudicans id, quod communiter omnibus iuxta usum positum effusales sunt diuites, communia enim præoccupant, & ipsa propter anticipationem propria faciunt, & existimant sua esse, quandoquidem si vnusquisque ad suæ necessitatis satisfactionem capiens id quod redundat, egenti dimitteret, nemo esset diues, nemo inops: nonne nudus ex vtero excidisti nonne nudus rursus in terram reuertis? Præsentia vero vnde tibi sunt? si casu

spontaneo dicis, impius es, non cognouisti conditorem: si vero confiteris esse à Deo, dic rationem nobis ob quam accepisti: num iniustus est Deus, qui inæqualiter nobis ad vitam necessaria distribuit? cur tu quidē diues es, ille vero egenus? Et infra, Nonne es prædator, qui equè dispensanda susceperisti, tibi ipsi propria facis, esurientis est panis, quē tu detines: nudus est palium, quod tu in vestiario conseruas: indigentis est argentum, quod tu desolum habes: quare tot hominibus iniuriam facis, quot dare potes, &c.

Doctores scholastici de hac questione dist. 15. & S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 1. quæritur an possessio rerum sit naturalis homini, & in secundo articulo, an sit naturale quod sint diuisa dominia. Et quia materia est latissima, præsentem quæstionem sequentibus conclusionibus absoluaui. Supposito, assertionem Ambrosij & Basiliij esse prouideri inspiciendam, ne ex defectu aduertentiæ in errore Apostolorum quis labatur: de quibus Augustinus libro de heresibus ad Quodvultidum ex lib. 2. Epiphanijs aduersus hæreses sic scripsit, Apostolici, qui se isto nomine arrogantisimè vocauerunt, eo quod in sua communionē non recipiant videntes cogitibus, & res proprias possidentes, quales habet Catholicæ ecclesiæ, & monachos, & clericos plurimos, sed ideo isti hæretici sunt, quoniam se ab ecclesiā separantes nullam spem putant eos habere, qui videntur his rebus, quibus ipsi carēt. Similes sunt isti Eneaticis, hoc est, extraordinarij sine seculo renuntiantes appellantur. Ex quo constat quod diuisio rerum adeo est iuri omni consona, ut id negare hæreticum sit: & in Concilio Cōstantiensis de hoc etiam damnatus est Ioannes Hus, quia negabat clericos quidpiam proprium possidere posse. Hoc supposito sit prima conclusio, Ut statu innocentiæ conuers erat rerum possessio in communi, præterquam exorum, sic & conditioni naturæ corruptæ vsq; adeo cōgruens est dominiorū diuisio, ut contra miraculum genus humanum longo seculo durare non possit. Prius pars de se liquet, tunc enim temporis terra sua sponte fructu tulisset, vel parua cultura indigisset, iuxta illud Gen. 2. Tulit Deus hominem, & posuit eum in para diso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum: post peccatum vero dictum est homini, In labore vultus tui vesceris pane tuo. Florem ætatis illius olfaciebat Ethnicus ille, qui sic scripsit, Ipsa quoque in munis, rastroq; intracta, nec vllis faucibus vo-

Conclusio.

meribus,

meribus, per se dabit omnia tellus, contentiq; cibus, nullo cogente, creatis. Quapropter nulla tunc erat cura, aut quod fructus terræ deficerent, aut quod vlla inter felices illos oriretur discordia.

Posterior autem pars ex duabus radicibus contrarijs probatur. Illam enim Socraticam seu Platoniam vxorum & liberorum communitatem in republica non opus est multis impugnare rationibus, vt eius appareat absurditas: primo, quæ charitas, quæ per illam communionem curabatur fulciri, per eandem labefactatur, aiebant enim philosophi illi, quod tunc omnes viri vocarent quæcumque mulierem, mea vxor, & pueros omnes, mei filij, & iuvenes seniorē quemlibet, meus pater. Id autem optime Aristoteles rearguit. Per parum enim id ad charitatē refert, nam amor ille tenuisq; exilis esset, sicut tantillum mellis in aqua multa, quam dulcē facere nequit: imò inde citius languesceret amor, quod nemo suam proprium filiū seu patrem cognosceret, & inde fieret neglectus filiorum & patrum, eo quod raro filius patrem, & pater filium cognosceret. Secundo, quia sepe ex lineamenti vultus deprehenditur proles cuius patris sit, & ob id tunc animus hominis non posset esse propensior in suos liberos quā in alienos, & ideo natura ipsa communitati illi consuleret reclamabat. Tertio, quia post naturam lapsam fieri non posset quin inter homines iurgia orirentur, ac sub inde inter patres & filios incertos tum fierent impię cedes, tum nefandi innirentur amores & coitus. Quarto, quia adeo est naturalis distinctio vxorum & filiorum, vt etiā natura integra permixtio illa vxorum & liberorum absurda esset, vniūquisq; enim suā vxorem haberet, iuxta illud, Erunt duo in carne vna. Vltimo, quia licet vetus lex, graui propagandi peculiarem Dei populū, in hoc dispensauerit, nunquā tamē vt vna vxor duobus haberet viris, sane vt caueretur in certa turba prolium.

Hac ergo cōmunitate confusa & cōmuni prætermissa, offendimus quam sit cōgruens naturæ corrupta possessionū diuisio, idque ex duabus radicibus corruptis, nēpe, ex humana negligentia, & ex cupiditate. Quod Christianus poeta dixit sic scribens, Si duo de nostris tollas pronomina rebus, prælia cessarent, pax sine lite foret. Etenim dum terra ex vna parte propter hominis inobedientiam spinas & tribulos ferre cepit, & sudore vultus humani indigere, vt ipsum ale-

ret, at que homo ex altera parte, post eum ligni vititi, tam multis fuit cupiditibus plenus, necessaria fuit rerum diuisio & possessio, quæ terræ colendæ, & auaritiæ humane reprimendę commodissimē seruiret, talis autem possessio in cōmuni esse non potuit, ergo necessaria fuit diuisio. Quod ita sit probatur: nam, vt Aristoteles ait, trifariam intelligere possumus hanc possessionem in cōmuni, nēpe, quod fundi essent proprii, fructus vero communes, vel e contra, vt agri essent communes, & fructus diuisi, aut quod agri & fructus essent communes. Si dederis primū, portigis ansam discordijs, labores enim essent impares, nā qui plus haberet folij, plus laboraret, fructus tamē pariter pro cuiusq; necessitate cunctis obuenirent, quod nemo equanimiter ferret, ne tāto amplius fructū perciperet, quāto plus laborauit. Si vero agros vellent esse cōmunes, inde occasio ignauie & socordię oriretur: inestabile enim est, quam sit ardens amor ad propria, & quā deses & languens ad communia: sicut dum in domo multi sunt serui, eo peius seruitur, quousque alium expectat, vt faciat tunc ipse facturus erat: hunc in modum tali reipublicę vsui veniret, qua ratione fructus maligne prouenirent. Et idem sequeretur incommo- dum, si fructus & fundi essent communes, ac subinde aliter quod præ humana rerum sit pro se quisque contenderet, quantum posset fructuum arripere, qua via necesse erat pacem & tranquillitatem ciuium, & amicitiam perturbari.

Secunda ratio sumitur ex debito ordine in republica, quia aliter nequiret cū decoro seruari, necessarij enim sunt diuersi ordines, diuersq; classes hominum, vt Socrates ipse agnouit, res enim ordines constituebat, scilicet, agricolarum, quibus cōnumeratur opifices, & custodum, nēpe, militum ac nobilium defensionem reipublicę ascriptorum: & tertio legum prudentum, qui ius dicant, & de rebus dubijs respondeant. Hinc ergo arguitur, si omnia essent communia, vniūquisque onus agricolarū recusatet, anhelaretq; vt esset miles, at imminenti bello, nisi statuta essent propria præmia, omnes se periculo subducerent, & quotquot post hæc ad gubernacula inhiarent, mox cū isti supremæ classis pluribus indigerent, accederet vt alijs maiora onera, alijs vero maiores honores dicerentur, quod nisi dominia essent diuisa, non posset non vehementer reipublicā inquietare. Tertio patet conclusio, quæ ad-

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

modum, concessa vxorum communitate, tollitur temperantiæ virtus, qua quis abstinet ab alieno toro, sic cōcessa communitate possessionū, tollitur & virtus liberalitatis, quod maximum ecclesiæ lumen est: qui enim proprium non habet, liberalis esse nō potest, & qui omnia possidet, aliene liberalitatis non eget, & sic periret virtus suscipiendi hospites & peregrinos, subueniendiq; miserijs: & ex consequenti animorum gratitudo pro susceptis beneficijs. Est ergo assertio hæc diuisionis rerum eo gradu certa, vt id negare sit hæreticum, vt in principio diximus. Quod si quis arguat per diuisionem rerum non sufficienter esse prouidum malis & incōmodis reipublicę, nam Arist. 2. Poli. ait, diuisionem rerum factam primo propter cultum agrorum, secundo, propter pacificum cōiūctum ciuiū, quia alias ille ditior esset, qui fortior, nam & modo propter ignauiam hominum terræ manent incultæ, & homines ambitione & cupiditate in aliena iura se ingerunt. Respondeo ad equitatem legis non esse necessarium, vt perfectē finem suum assequatur, fat enim est, pro sua facultate stabiliri quæ ad finem illum accōmodatur, nam effrenis hominum libertas nullis potest habentis in totum compesci.

Secunda conclusio, et si conueniat res quæ tum ad proprietatem & dominium diuisim possidere, vt quod suum est quisque lege iustitię cognoscat, & ab alieno manus abtineat, tamen quantum ad vsus debent per misericordię & liberalitatis benignitatem esse communes, vt qui abundat, det egenti, & qui eget, gratias illi referat: hac enim ratione mortalium amicitia facillius conciliatur, quā si omnia communi dominio possiderentur. Et hinc elicatum est axioma illud celebratissimum, Amicorum omnia sunt communia.

Tertia conclusio, prima rerum, externarū diuisio facta fuit iure gentium, licet postea iure ciuili plures accesserint. Conclusio patet hac ratione, quia dominium cepit ab ore condito, tunc enim primum Deus habere cepit quibus dominaretur, ac perinde tunc tam Angeli quā homines suapte natura & iure ceperunt esse domini suarum actionū, vt illa libertate creatori seruirent: quo fit vt aliqua dominiū rerum diuisio iure naturali facta fuerit, nēpe, hac actionum: & quod homo habet proprii honoris & famæ, haud enim iure gentium, sed naturali factū est cuiusq; propriū: possessionum autem nō fuit facta di-

2. Concl. 1. 2.

3. Concl. 1. 2.

stributio ante peccatum, sed post statim: nā inde orta est ratio diuisionis, quocirca statim legimus inter duos fratres diuisa esse peculia, Cain enim obtulit de fructibus terræ, & Abel de optimis sui gregis: quod si sua non essent cuique propria, nullam mererentur, vel Abel laudem, vel Cain vituperationem.

Dicitur autem diuisio facta iure non naturali, sed gentium, propterea quod ius naturale nulla indiget rationatione, sed scriptum est in cordibus, ius vero gentium est illud, quod collatis principijs, ratio cuiusque infert, & ideo dicitur rationis, id est, hominū, quibus proprium est ratioinari: enim uero ex principijs naturæ corruptæ docta fuit statim familia Adæ, ac deinceps in vniuersum gentes, vt suam vniūquisque possideret.

Quod si queras, quis primum huiusmodi diuisionem fecit. Sunt qui dicant, Adā fuisse primum diuisorem. Alij contra arguunt, ipsum non habuisse potestatem regiam, nec autoritatem reipublicę coercitiuam, sed tantum fuisse patrem familias, qui non potuit filijs distribuere nisi proprium peculium. Argumentum tamen hoc non est multum efficax: tum quod forsitan autoritatem habuit principis ipsi iure quo fuit primus parens generis humani, nam verisimile non est, vt aliquo tempore mundus esset absque humano principe, qui posset malefacta vlcisci. Tum etiam, quod iure etiā paterno, potuit facultates, quibus affluebat, distribuere filijs, imò neque absurdum esset dicere, fuisse dominum totius orbis, quandoquidem mundus propter hominem factus est, & tunc ipse fuit solus, neque mundus erat tam amplus, quin per ministros posset eum regere. At vero quantum ad diuisionem de iure gentium, non est nobis necesse his angustijs coarctari: illa enim, quæ tali iure statuuntur, non indigent principibus, neque vilo reipublicę consensu. Hac enim ratione ius gentium differt à ciuili, nēpe, quod ratio ipsa singulos seorsum homines illud docet, quare ex condito poterant singuli fratrum, ac deinceps nepotes ac pronepotes singulos fundos & agros occupare, & peculium augere, ipsa docente ratione, & res dominorum nesciē primo occupanti cedere: & ab illis alij abstinerēt, vt habetur in istis de rerum diuisione, & cetera. Quod enim inquit, ante nullis fuit, id naturali ratione occupanti conceditur. Et hoc quod dicit, naturali ratione, intelligit ius gentium, id ex naturalibus principijs colligitur.

Questio Diuisionē rerū, quis primo fecerit.

Responde tur ad quæ stionem.

tium. Sic enim legitur Cain urbem ædificasse Gen. 10. & dispersam esse propaginem Noe ad diversas regiones & insulas orbis. Sic statim. c. 11. congregatã propaginẽ Nemrod & eorum multitudinẽ, sic & statim Gen. 13. legitur diuisio pãcto facta inter Abraham & Loth, Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro, si ad sinistram iteris, ego dextram tenebo: si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Ex quo fit non solum diuisionem in genere, verum & q̄ istæ nationes hanc regionem possideant, & aliæ aliæ, esset de iure gentium. Contra quam Caietanus loco citato articulo. 2. tenet, q̄ diuisio in genere est de iure gentium, appropriatio tamen in particulari de iure politico, hoc est ciuili. Attamen S. Thom. ius positium extendit ad omne ius humanum, vt includat ius gentium.

Secundum membrum conclusionis, nempe, post modum iure ciuili, hoc est, singularium ciuitatum & regionum multa esse ad iudicata particularia dominia notum est, in de nauque lapsa temporum reipublicæ imperium suum, & regnorum dominia in reges transtulerunt, vt habetur. I. quod principi placuit. ff. de constit. Prin. atque inde per legem agrariam communiæ agru diuisi, & iure diuino positum promissa est: & donata regio Cananeorum Israelitis, ac Sauli, Dauidique regnum, & post Leuitis decimæ, & nunc ecclesiasticis.

Quarta conclusio, & conclusio manserunt communia iure naturæ, quorũ dominia ius gentium diuidere nequit, puta locus, vt ait illic Aristoteles, nempe ciuitas, itinera, &c. (& vt refertur eadem insti.) elementa, videlicet aer, aqua, littora, portus, pisces, fere, aues, &c. iure enim naturali, & permissio ne iuris gentium piscatio & venatio communes sunt, & hinc ea prohibentes à Doctoribus damnantur, licet postea iura ciuilia nõ tam sequitate, quam licentia & consuetudine forsã plus nimio interdixerint.

Quinta conclusio, translatio dominiorũ omni iure fieri potest, primum est, suppositis per rerum diuisionem peculiaribus dominij, & possessionibus iure naturali liberatis, quo liber est homo, dominium suorum in aliam transferre, tum spontanea donatio, tum etiam quacunque alia libera commutatione, vt vendendo, vel emendo, præterea & hereditaria filiorum successio in bona paterna iure gentium est inducta: de hoc enim ratio naturalis statim vniuersitate

gentium erudit, vt in filiis substantia patris quo dammodo permaneret, & nomen, & honorum ius, deinde ius ciuile particulari regionum adhibuit iura primogenituræ præscriptionis, & alia, quibus dominia transferuntur. Præterea contra domini voluntatem transferuntur dominia in vindictam & vltionem criminum: priuantur enim homines suis bonis ob hæresis impietatem, ob crimine læse maiestatis, & ob alia id genus multa: ite causa reuendendarum litium, vt in præterita ptione.

Contra hanc diffinitionem est vgens argumentum, Iuri enim naturali nullum ius humanum contrauenire potest, quod autem bona huius mundi in communi possideatur ius est naturale, vt patet Gen. 1. vbi homini in communi concessa est rerum possessio, neq; tũ tantũ natura integra, verũ & postea iam corrupta, legitur limile Gen. 9. Noe dictum est & filijs eius, Crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam, vbi Deus nihil videtur voluisse fore diuisum. Ad hoc argumentũ varij sunt modi respondendi. Sunt enim qui axioma illud, iure naturali omnia sunt communia, non vniuersaliter, sed striete intelligant, scilicet, aut in extrema necessitate, aut inter amicos. Huic tamen sensui res ipsa & iura contradiunt, intelligunt enim illud de generali illa communitate, que postea iure gentiũ fuit diuisa. Scotus. 4. dist. 15. q. 2. illud vniuersaliter recipit, & aut post naturam corruptã idem ius naturæ derogatum esse. Sed neque hoc rationi congruit: primum, quia ius naturale immobile est, & ideo præcepta decalogi sunt indispensabilia, quia sunt de iure naturæ. Secundo, quia aut fuit præceptum iuris naturæ, quod res in communi possiderentur, aut nullum tale fuit: si prius membrum dederis, tunc vel illud præceptum fuit vniuersale pro quocunque statu, & nõ nõnã error esset dicere, vt natura lapsa perseveraret idem possessiois modus: aut fuit particulare pro statu illo innocentie, & illi nulla facta est derogatio, nam quod diuisio fiat in nostro statu, illi equitati non derogat, vt durante innocentie communis possessio perduraret: ideo responderetur, quod in rebus confiderare est dominium, & vsus, & quantum ad dominium ius naturæ nunquã precepto prohibuit rerum diuisionem, quod per legem contrariam fuerit derogatum, sed eo sensu negatiuo dicitur communis possessio de iure gentium, quod lex naturalis nunquã

Scotus.

eandem

eandem diuisionem præcepit, sed permisit hoc vel illo modo possideri, quo pacto diuensis statibus hominum commodus esset, & expeditius: quare ius naturale non est mutatum, sed res. Sententia est Augustini lib. 1. c. 1. c. 1. quæ ex prælo optimo explicat. Est, inquit, medicinalis regula, vinum esse hominibus congruum, hæc autem non derogatur, dum infirmo potus vini interdicitur, sed mutatio fit in homine, cui perpetua illa regula non congruit. At vero quantum ad vsus, potest quodammodo affirmari, ius naturæ præcipere omnia esse communia in necessitate. Pro Ambrosio respondet S. Thom. loco citato, & ait, quod ius possidendi propria duobus inter cetera significare potest. Primum, potestatem procurandi & dispensandi bona exteriora sibi à Deo tradita, quomodo licitũ est cuiq; propria possidere, neque huiusmodi possessioni proprietatis præmissa sententia Patrum improbat. Secundo, peculiare & singularem quandam rei vsus eius tantũ possessori aditum, quo pacto nemini licet exterius res, tanquam sibi vni proprias, possidere. Et hoc est quod Ambrosius & Basilus in diuitibus potissimum damnant, qui nihil egenis impãrtientes, omnia in proprios vsus conuertunt. Ad secundum argumentum ex Basilio respondetur, quod ille qui præueniens ad spectacula, præoccuparet alijs locum, non illicite ageret, sed ex hoc illicite agit, quod alios prohibet. Et similiter diues non illicite agit præoccupans possessionem rei, quæ a principio erãt communis, alijs etiam communicas: peccat autem, si alios ab vsu illius rei indiferece prohibeat, quod ex verbis Basili constat. Ait enim, Cur tu abundas, ille vero mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille vero patientiæ præmij coronetur. Et similiter quod Ambrosius inquit, Nemo proprium dicat, quod est commune, loquitur de proprietate quantum ad vsus: & ideo subdit plusquam sufficere et sumptum violenter obiectum est.

DECIMVM SEXTVM  
QVAESITVM.

An Christianis bellum gerere liceat.



Ambrosius lib. 10. in Lucani locũ hunc, At ille dixit, eis factũ est, Luc. 22. 112 in interpretatur, vt videatur sentire bellandi ius Evangelica lege

prohiberi. Sic enim scribit, O Domine cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes: cur habere præcipis, quem veras promissis nisi vt forte parata sit defensio, nõ vltio necessaria, & videat potuisse vendicari, sed noluisse, lex tamen ferire me non vetat, & ideo foras Petro duos gladios offerenti, Sat est, dicit, quasi liceret vsque ad Euangelium, vt sit in lege equitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus, qui cum se potuit vicisci, maluit immolari. Hac sententia abutuntur Maximi, & Accolampodius ad euerfionem Christiana militiæ. Vide de hac questione supra secundo tomo Chrysofoni ad decimum octauum.

DECIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An Petrus Christi Deitatem negauerit.



Ambrosius libro. 1. commenta in Lucam explicans hunc locum, At ille negauit eum, dicens, Mulier non noui istum, Luc. 22. excusans negationẽ Petri ait, eũ non negasse illũ esse Deum, sed negasse eum nõ esse tantũ hominẽ. Sic enim quit, Prima vox negantis est Petri, qua tamen non negare Dominum, sed à prodicione separasse mulieris videtur. Quid tamen negauerit considerat, ex illis vtique se esse, qui cum Iesu Galileo erant: vel vt Marcus posuit cum Iesu Nazareno, nunquid negauit se eũ Dei filio fuisse hoc est dicere, Nescio Galileũ, nescio Nazarenum, quẽ Dei filium noui. Habeant homines locorum vocabula Dei filium patria non potest nuncupare cuius maiestatem nullus locus includit &c. Hoc idem sentit Hyllarius comment. in Matthæum.

Non obstante sententia Ambrosij, communis sensus Patrum est, Petrum simpliciter Christum negasse, & non tantum hominem, sed etiam Deum esse. Et est sententia Hieronymi, qui lib. 4. in Matthæum sententiam Hyllarij & Ambrosij improbat ait, Scio quosdam pijs affectus erga Apostolum locũ hunc ita interpretatos, vt dicerent, Petrum non Deum negasse, sed hominem, & esse sensum, nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quã frivolum sit, prudens lector intelligit. Sic defendunt

4. Concl.  
40

5. Concl.  
40

Matth. 25.

defendunt Apostolum, vt Deum mendatij reum faciant. Si enim iste non negavit, ergo mentitus est Dominus, qui dixerat, Amē dico tibi, quia hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Certe quid dicat, me negabis, non hominem, nempe, quia Deum & hominem & suppositum Diuinum negavit.

## DECIMUM OCTAVVM QVAESITVM.

An sine confessione & satisfactione penitentia proficit.



Ambrosius. 10. comment. in Lucam hunc locum, Et ceteris foris Petrus fleuit amare, Luca. 22. ita exponit, viā vera penitentia confessionem & satisfactionem excludere videatur. Sic enim habet, Petrus doluit, & fleuit, quia erravit vt homo, non inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuerit, lacrymas eius lego, satisfactionem non lego, sed quod defendi non potest, lauant lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri, & veniē flatus consulunt & verecundie, lacrymę sine horrore culpam loquuntur, lacrymę crumę sine offensione verecundie consistunt, lacrymę veniam non postulant, sed merentur. Eandem sententiam repetit sermone de Petri penitentia, qui est numero. 46. vbi sic ait, Petrus proripit ad lacrymas, nihil voce precatus, inuenio quod fleuerit, non inuenio quod dixerit, lacrymas eius lego, satisfactionem non lego: recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod desleri solet, non solet excusari, & quod defendi non potest, ablati potest: lauat enim lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri, lacrymę ergo verecundie consulunt pariter ac saluti, neque erubescunt in petendo, & impetrant in rogando, viliores lacrymarum preces sunt, quā sermorum, quia sermo in precado forte fallit, lacryma omnino non fallit.

Chrysostomus homi. 6. in Genes. hoc exponens, Factum est vespere, & mane dies quartus Genes. 1. adhortans auditores, vt confessione peccatorum Deum placent, neque post confessionem vltra in peccata recidat, inquit, Satisfactio Deo ob magnam suam misericordiam, vt desistamus a peccatis. Hoc idē latius explicans in oratione de B. Philo-

gatio equalitatis iustitie, sicut iniustitia vindicatur, sed magis reconciliatio amicitie, quare fit, dum offendens offensam secundum eius voluntatem recompensat. Hac igitur ratione requiritur ex parte penitentis: primo, voluntas compellendi, quod fit per contritionem: secundo, quod se subiciat sacerdotis arbitrio, tanquā Dei vices gerētis, quod fit in confessione: tertio, quod recompenset secundum arbitrium eiusdem Diuini ministri, quod fit in satisfactione. Ex quibus palam fit, vt partes penitentię, neque sint plures, neque pauiores his tribus.

De hac re heretici se nobis opponunt. Lutherus enim art. 5. ex dānatis a Leone, negat has tres esse partes penitentię, dicens, fundamentum neque in sacra scriptura, neque in sanctis Doctoribus haberi. At, vero contritionem esse necessariam probat Doctor scholasticus ex varijs locis scripturę dist. 14. & 15. Et constat ex illis locis Matth. 16. & Ioā. ultimo, quibus Christus pro thēmate dum mūdū ingrederetur, fuit vsus vt penitentia agerent, & modū Euangelicę penitentię præscripsit Petro & Apostolis potestate tribuēs, vt quidquid absoluerent super terram esset solutum & in celo, & quidquid ligarent esset ligatum, & quorum peccata remitterent, remissa essent, & quorum retinerent, retenta: illic enim Apostolos, & eorum posteros iudices peccatorum instituit, quibus Dei offēdit, & qui legitime cōfessus, se iudici subdat, vt secundū eius arbitrium se satisfacturū offerat. Hoc ergo est fundamentum Euangelicę ritium partium penitentię. Vnde Chrysostomus Can. perfecta, de penitentia dist. 3. perfecta, inquit, penitentia cogit peccatorē omnia libenter sufferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: hæc est fructifera penitentia. Quocirca, vt tria sunt peccatorū genera, scilicet, in corde, ore, & opere, tot sunt penitentia partes, quæ ad singulorum remissionem sunt necessariae.

Scotus. 4. sent. dist. 16. q. 1. inquit, ista tria non esse partes penitentię, neque vt est virtus, neque vt est sacramentū, nā virtus penitentię est habitus quidam permanēs, non habēs partes, isti autem sunt actus transitori, neque sunt partes penitentię, vt est sacramentū. Tenet etiam dist. 14. q. 4. quod sacramentum penitentię non est nisi sola sacerdotis absolutio, qua virtus clauium ad conferendā gratiā ap-

gratio equalitatis iustitie, sicut iniustitia vindicatur, sed magis reconciliatio amicitie, quare fit, dum offendens offensam secundum eius voluntatem recompensat. Hac igitur ratione requiritur ex parte penitentis: primo, voluntas compellendi, quod fit per contritionem: secundo, quod se subiciat sacerdotis arbitrio, tanquā Dei vices gerētis, quod fit in confessione: tertio, quod recompenset secundum arbitrium eiusdem Diuini ministri, quod fit in satisfactione. Ex quibus palam fit, vt partes penitentię, neque sint plures, neque pauiores his tribus.

De hac re heretici se nobis opponunt. Lutherus enim art. 5. ex dānatis a Leone, negat has tres esse partes penitentię, dicens, fundamentum neque in sacra scriptura, neque in sanctis Doctoribus haberi. At, vero contritionem esse necessariam probat Doctor scholasticus ex varijs locis scripturę dist. 14. & 15. Et constat ex illis locis Matth. 16. & Ioā. ultimo, quibus Christus pro thēmate dum mūdū ingrederetur, fuit vsus vt penitentia agerent, & modū Euangelicę penitentię præscripsit Petro & Apostolis potestate tribuēs, vt quidquid absoluerent super terram esset solutum & in celo, & quidquid ligarent esset ligatum, & quorum peccata remitterent, remissa essent, & quorum retinerent, retenta: illic enim Apostolos, & eorum posteros iudices peccatorum instituit, quibus Dei offēdit, & qui legitime cōfessus, se iudici subdat, vt secundū eius arbitrium se satisfacturū offerat. Hoc ergo est fundamentum Euangelicę ritium partium penitentię. Vnde Chrysostomus Can. perfecta, de penitentia dist. 3. perfecta, inquit, penitentia cogit peccatorē omnia libenter sufferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: hæc est fructifera penitentia. Quocirca, vt tria sunt peccatorū genera, scilicet, in corde, ore, & opere, tot sunt penitentia partes, quæ ad singulorum remissionem sunt necessariae.

Scotus. 4. sent. dist. 16. q. 1. inquit, ista tria non esse partes penitentię, neque vt est virtus, neque vt est sacramentū, nā virtus penitentię est habitus quidam permanēs, non habēs partes, isti autem sunt actus transitori, neque sunt partes penitentię, vt est sacramentū. Tenet etiam dist. 14. q. 4. quod sacramentum penitentię non est nisi sola sacerdotis absolutio, qua virtus clauium ad conferendā gratiā ap-

plicatur, ex quo dist. 16. q. 1. inferit, huiusmodi actus penitentis non esse partes penitentię, sed potius dispositionem præuiam, vt digne suscipiatur sacramentum. Sed profecto negare, quod tres istæ sint partes penitentię, est negare vniuersam Theologorum scholā & omnes Doctores, qui vno ore partes penitentię appellant: quin etiam hoc est negare auctoritatem sanctorum Patrum, a quibus sermo hic deriuatus est, ac sub inde genera le sacerdotum idioma, qui ita in tota ecclesia loquuntur. Sunt ergo partes penitentię sacramenti. Nam cū omne sacramentum constet ex materia & forma, sustineri non potest, q̄ sola absolutio sit penitentia, ex quo fit vt actus isti sint materia sacramenti, pro qua supponit nomen sacramenti, cōnotando formā, sicut baptismus supponit pro ablutione, & ideo iste sunt tres partes materiales sacramenti, sicuti carnes & ossa sunt partes materiales hominis.

Durandus dist. 16. q. 1. aliter hunc numerū partium inficiatur dicens, q̄ sola confessio est materia sacramenti, eo quod est materia proxima, nam contritio non est nisi dispositio, quia esse potest sine sacramento, præterquā q̄ cū sit intus in mente, non est sensibile signū. Et quod satisfactio non sit pars sacramenti, sed fructus eius, probat: tum quia sequitur sacramentalem formam, tum præsertim, quia non est de essentia, vt patet in confessione, quę fit sub articulo mortis, vbi nulla imponitur satisfactio. Et ideo dist. 14. inquit, sacramentum hoc vocādum esse sacramentum, non quidem penitentię, sed confessionis. Quod ex eo fallum esse constat, quia peccata ipsa cōfessa contritionem includunt, & propositura satisfactio, super quę fertur absolutio. Quare omnes tres actus sunt materia ad gratiam sacramentalem partialiter concurrrens cum forma. Et hæc est vera & legitima Theologia, quæ ecclesię vsus, & Synodus Florentina sub his verbis sanxit. Quartum sacramentum est penitentię, vbi docetur sacramentū supponere pro actibus penitentię. Et subditur, cuius quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguuntur partes: neque, vero ait, quasi, ac si non sint vera materia, sed quia non sunt materia extrinsecus apposta, vt ablutio, & chrismatio, quarū prima, inquit, est cordis contritio: secunda, oris confessio: tertia, satisfactio pro peccatis secundū arbitrium sacerdotis. Præterea contrarius error damnatus fuit primo a Leone Pontifice, 10. deinde a Concilio Tridentino sess. 14. Can. 4.

sub his verbis, Si quis negauerit ad integrā & perfectam peccatorum remissionem requirit res actus poenitentiae, quali materiam sacramenti poenitentiae, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur: aut dixerit duas tantum esse poenitentiae partes terrores, scilicet, iniquis conscientia, agnito peccato, & fide conceptam ex Euāgelio vel absolutione, qua credit quis sibi per Christū remissa peccata, anathema sit. Post hos ergo sacros canones fas non est negare tres esse partes poenitentiae, sed veritas haec tanquā de fide Catholica amplectenda sit.

Ad argumēta Durādi. Et est primū, quia nō nunquā homo cōfiteatur sine cōtritione cum solā attritione, quae sufficit ad sacramētū. Secūdo Alexander tertius. Quod quidā de poenitē. & remiss. iubet, vt illi qui non habent propōsitū abstinēdi in futurū, nihilomin⁹ cōfiteantur, & tamē si cōfessio esset pars sacramētī, esset peccatum sacrilegij, quia cū sit ficta, sacramētum vitaret. Ad primū respondēdo, q̄ attritio existimatur cōtritio, dum forma sacramētālī informatur, sit etiam pars sacramenti. Ad secundum negamus cōfessionem illius, qui non habet firmum propōsitū emendandi vitam esse fictā, si tamen poenitens defectum propōsiti confiteatur, quia cōfessio non est ficta, nisi vbi crimē aliquod celatur: vnde licet cōfessio illa inualida sit ad gratiam, valet tamen ad praestandā obedientiam praelato, qui illum possit salutaribus documentis admonere.

Argumentum aliud est, Cōtritio est in corde, cōfessio in ore, satisfactio in opere, quorum primum ad interiorem pertinet poenitentiam, & duo ad exteriorem: poenitentia vero interior non est sacramētum, quia non est signum sensibile, ergo tantū sunt duae partes. Respondēdo, quod quāuis cōtritio, quantum ad essentiam sit in corde, tamen quatenus propōsitum continet cōfiteudi & satisfaciendi ad exteriorē pertinet poenitentia. Quod si quis arguat, si cōtritio secundū suam essentiam non est pars sacramētī, sed quaten⁹ includit cōfessionē, sit vt per se non sit pars, atque adeo non sint nisi duae partes. Respondēdo S. Tho. art. 2. ad primum argumentum non dicitur cōfessionem esse partē, sed quod dicitur secundū essentiam est in corde, nihilomin⁹ secundū suam essentiam est pars, scilicet, quatenus est dolor, & detestatio peccatorū cū propōsitiō ea tollit, sed quia peccatorū non tollitur nisi per propōsitū confessio-

nis & satisfactiois, in sua essentia includit idem propōsitū cōfiteudi & satisfaciendi, & ideo sunt tres partes habētes diuersas rationes, inter quas cōtritio est aliarum initium. Nam cū confessio & vendicatio peccati fieri ab homine possit, vel inuito, cū punitur ad iudicē, & solum ad recōmpensandam iniuriam sine intentione amicitiae, vel ab spontaneo, ad reconciliandam amicitiam, cōtritio illa, quae propōsitum hoc postremum habet, distincta pars est a confessione & satisfactione secundū se consideratis. Itaq; cōtritio per se est pars sacramenti, sed per se, non est signū sensibile, nisi quaten⁹ per cōfessionē nō & satisfactioē mouescit, sicut cōsensus internū contrahentium matrimonium.

Vltimo arguitur in sacramenti noue legis confertur gratia, sed per satisfactionem talis nō confertur, quia subsequitur absolutionē, imō vero quādoq; non est necessaria, vt idū quis articulo mortis cōfiteatur, ergo non est pars. Respondēdo satisfactionem cōferre gratiam prout est in propōsitiō, & augeat eam in exercitatione, sicut baptisus adultū accedenti in gratia, eam illi augeat. Consideratē solutio ista audienda est, nam satisfactio, quando vi clauium est iniuncta à sacerdote peculiarem quendā modum habet augendi gratiam, tanquā pars sacramētālī, prā satisfactioē illa, quā quis sua spē faceret: quia propter sacerdotes non bene poenitentibus consulunt satisfacere paratis, non inuicem do eis dignas poenitentias.

Ad argumentum Durādi supra factum, q̄ cū sine satisfactioe possit esse legitimū sacramētum, sequatur non esse partem, negatur consequentia, nā licet sine parte essentiali res consistere non possit, sine parte tamen integrali, qualē nos ponimus satisfactio nō, esse potest: homo enim quāuis sine anima existere nō valeat, sine manu tū sic. Ido.

Dubiū est, an praedicta tria sint partes integrales poenitentiae. Respondēdo cōclusionē affirmatiua, tria haec partes esse integrales poenitentiae. Vt enim ad oppositū expectat, tria sunt genera partū, scilicet, essentialium, vt materia & forma, & subiectiuarum, vt species generis, scilicet, homo & equus animalis, & potentialiū, vt potētiae animae, scilicet, intellect⁹ & voluntas, quae dicitur eius partes. Hās cōstat, non esse partes componentes essentiam sacramenti, vt materia & forma. Quidam tamen dixerunt, q̄ essent partes subiectiuae, ita vt illae sint praedicationes generis, cōtritio est poenitentia, cōfessio est poenitentia, & c.

Sed

Sed quod hoc sit falsum inde patet, quia in singulis partium subiectiuarum est tota substantia generis, & ideo verum est, q̄ homo est animal, & equus etiam animal: cōtritio vero non est sacramētum poenitentiae, neq; cōfessio, sed omnes simul tres partes sub cōnotatione superuenientis formae absolutionis, vt exposuimus. Alij vero dixerunt, q̄ essent partes potentiales, itaque sicut anima per potentias, sic poenitentia sacramētum per has partes operatur. Sed neq; hoc est verum, quia partibus potentialibus adest subiectum secundum totam suam essentiam, nō quod intellectus sit anima, imō est propriū eius accidens, vt ait Aristoteles, sed quod sit in tota essentia animae: tota enim essentia ad est intellectus, & tota voluntas. Sacramētum vero poenitentiae non totum cōfessionem, vt Durandus existimat, sed totum (forma scilicet sacramenti) adest omnibus simul, sicut anima informat omnes partes corporis. Et haec est propria ratio partium integraliū, videlicet simul sumptae recipiāt formā. Ille enim sunt partes integrales, & quib⁹ perfectio totius integratur. Et ex his trib⁹ generibus vicē materij informatae per formā absolutionis integratur sacramētū poenitentiae.

Cōtra hāc tamē diffinitionē sunt duo argumēta. Primū, peccatum cordis, oris, & operis sunt partes subiectiuae, hoc est, species, imō genera peccatorū, nā quodlibet per se est peccatū, ergo etiā poenitentia cordis, oris, & operis erunt partes subiectiuae poenitentiae: negatur cōsequētia. Ad cuius intellectum aduertendum est, q̄ peccata cordis, oris, & operis possunt duob⁹ modis cōsiderari, Vno modo per se & absolute secundū suam rationē, quae in aliqua harū potētiarum consumatur, & isto modo sunt species, imō genera peccati. Exēpli gratia, heresis, quae in intellectu cōsumatur, per se est peccatū cordis: similiter cōsensus in delectatione venerea sine ordine ad opus: cōtumelia vero per se est peccatū, quod consumatur in ore: homicidiū seu adulteriū, quod consumatur in opere: & isto modo nō est simile de poenitentia, eo, quod nullū ex singulis defectibus consumatur, bonum vero nō nisi ex integra causa. Alio autē modo distinguuntur illa peccata, nō tanquā genera, sed tanquā gradus eiusdem peccati: vt si quis cōfiteatur in homicidiū, & dicit se perpetratū, & tandē perpetrat, vñ quidē est peccatū habens gradus in corde, ore, & opere: quare tūc satis est cōfiteri homicidiū, & tūc illi gradus se habet, sicut partes integrales, atq; hu-

ius instar se habet haec tres partes poenitentiae, quae sunt cōtritio, cōfessio, & satisfactio.

Secūdo arguitur, ex partibus integralibus simul & equaliter cōstituitur totum, sicut linea ex suis partibus, sed hoc non contingit hic, ergo non sunt partes integrales. Respondēdo ad maiore, inter partes quascūq; integrales esse ordinē adinuitē, diuersimodo tamen, nam quaedam habent ordinē in situ tantum, sicut consequenter se habeat, vt partes exercitus, siue se tangant, sicut partes aeris, siue etiam colliguntur, sicut partes domus, siue etiam cōtinuantur sicut partes lineae: & haec partes quia non sunt entia successiuae, neque habent diuersas virtutes, simul & equaliter cōstituitur totum: Quaedā vero habent in super ordinem temporis, vt mane, meridies, & vesper: & iste, quia sunt successiuae, non eodē momēto cōstituant, sed successiue. Aliae vero partes praeterea habent ordinem virtutis, sicut partes animalis, quarum prima virtus est cor, à qua reliquae pendunt, & inter reliquas aliae ab alijs. Et isto modo se habent partes poenitentiae, quarum reliquae, vt legitime sint, ex contritione pēdēt, & successu tēporis vnā integrā materiam sacramenti cōstituant.

Pro Ambrosio respondēdo, eius verba referenda esse ad publicā poenitentia, nō enim oportet cōfessione & satisfactione publica quod occultū est procedere, sed satis est occultis lacrymis, & cōfessione secreta soli sacerdoti accusare delictū, quod pudet nos publicē cōfiteri. Quod vero Ambrosius inquit, se lacrymas Petri legisse, cōfessionem & satisfactionē non legisse, Magister sent. 4. dist. 17. ait, neq; cōfessionē, neq; satisfactionem excludere, quia multa facta sint, quae scripta nō sunt, & quia forte cōfessio, qua nūc vīmur, tūc nondū ita expresse diffinitum erat, eam & eius partes esse de iure Diuino, vt concilia diffinierunt.

Pro Chrysolostomo respondēdo, insania haereticorum in ipsos retorquens: & vice versa eos interrogo, si des sufficit, vt à peccatis desistamus, neque ultra satisfactiois & indulgentijs opus est, cur Chrysolostomus ubi quo praedicat opera satisfactoria poenitentiae, si quidem homin. in Matthaeum. 10. ostendens quod non sufficit à peccato cessare, nisi satisfaciamus per ea, quae delictis perpetratis aduersa sunt, ait, agemus poenitentiam, poenitentiam dico, non solum vt à malis prioribus desistamus, verum etiam vt bonorum operum fructibus implemur.



Facite, inquit Ioān. fructus dignos poenitentiae. Quo autē modo fructificare poterimus, si vtiq; peccatis aduersa faciamus. Verbi gratia, aliena rapuisti, incipe donare iam propria: longo tempore es fornicatus, à legitimo vsu coniugij suspendere ad perpetuam cōtinentiam: sepius paucorum dierum castitatem meditare: neque enim vulnerato sufficit ad salutem tantūmodo spicula de corpore euelere, sed etiā oportet remedia adhibere vulneribus. Rursum homī. in psalm. 106. ita scriptum est, Cū peccatum attulit mortem, cōfessio adfert sanitatem, confessio enim poenitentiam monstrat, satisfactio veniam sibi Diuina pietate conciliat. Et infra sequitur Peius est Dei offensam nō satisfactione placare, quā peccando Dei bonitatem offendere. Et paulō post, Confessio reddat quod peccatū detraherat, cur & poenitentia quod delictorum macula fordidat serpentinum virus, satisfactionis antidoto recuretur. Hæc Chrysostomus. Pro cuius autoritate hæreticis respondentes dicimus, sufficere Deo, vt nobis tam culpæ quā poenæ veniam concedat, vt à peccatis iam sacerdoti confessis desistamus, sed manent satisfactio nes & indulgentiæ ad poenās temporaneas expiandas, quibus post cōgnata crimina, in hac vel in alia vita sumus obnoxij.

DECIMVMNONVM  
QVAESITVM.

An Christi mors lugenda sit.

Luce. 23

**A**mbrosius in illud, *Epist. Hierosalem. no. 11. sic super me, &c.* Postquam Domini sermonem ad feminas conuertisset, ad Crucis sermonem statim erumpit in verba triumphalia, non lugubria, sed iam triumphum victor suum attollat, ac deinde nunc quoniam trophæum iam vidimus, currum suum triumphator ascendat.

Theophyl. lacus.

Theophylactus eandem clausulam elucidans inquit, Mulieres quidem genus hominū est facile lacrymans & plorans. quasi graue quidā accidisset Domino plorant, cōpassionem præferentes magnam, & iniustitiā lamentantur: at ille non approbat, sed magis increpat illas, voluntarie enim patiebatur, non decet autem lamentari eum, quia sponte & pro salute omnium patitur, sed cō-

gruum est, vt ille magis laudibus effletur & celebretur, per crucem enim & mors destructa est, & infernus captiuus factus, iam enim his, qui sponte patiuntur, nullā considerationē adferunt, proinde Dominus eas, quæ ipsum lugebant, increparet.

Beda

Beda lib. 6. commen. in Lucam sic scribit, Ne me, inquit Christus, moriturum lamententini, cuius scita resurrectio mortē solueret potest, cuius mors & omnē mortem, & ipsum mortis destructura est auctorem.

Erasmus

Erasmus colligit ex his, non licere Christiano viro passionem Christi deslere, mortēq; ipsius lacrymis prosequi, quia Christi mortem suam nō lugere, sed gloriosam esse voluit, neque deplorari voluit, sed adorari, vt quæ sponte pro totius mundi salutē suscipiebatur.

Pro Ambrosio.

Cōmunis cōsensus Patrum tenet sententiā cōtrariam Erasmi, & prædicte auctoritates Patrum accipiendæ sunt eo sensu, quo Christus ad mulieres lugeres dixit, Filie Hierusalem nolite flere super me, sed super vos flete. Quibus sane verbis nō prohibuit se à genitricis Hierosolymitanis pro quodā charitatis affectu prouideret & decore desleri, neque enim credibile est Christū in his aut vetuissimæ aut reprehēdibile: quod cōdolere naturæ sensus surrexit, amicitie ratio suadet & Diuina prophetarū oracula futurū prædixerāt. Nā, vt cætera omittam, Mariæ matris animā iuxta Simeonis vaticiniū doloris gladius in morte filij transiit, huius autē dolorē ac lacrymas nemo credat à Christo dānatas, nisi proesus desipiat: alii ergo flendi genus Christi filiiabus Hierosolē prohibuit, nepe, muliercularū aliquorū cœcū & indecorū luctum, quæ nōdum agnoscentes Diuinā filij Dei potētiā, & ineffabilem charitatē, qui volēs. & libēs pro salute suorū vltro properaret ad mortē, lugebāt illum, vt infirmum & imbecillū hominē iniuriō animo dura & indigna pariente, neque se potētē ab hostilibus iniurijs defendere: huiusmodi dignū flentem cōpescens Christus, admonet vt se ipsas potius ac filios suos hac lugēdi rationē deplorēt, quibus iniuriæ ineluctabilis calamitas, & incuitabile veris excidiū. Ex his liquet Christū nō prohibuisse ne que scānisse piū ac religiosū iugēdi morē, quo Christiana ecclesia singulis apnis memoriā passionis & mortis Christi lugubri pōpuli & flebilis ceremonijs cōcelebrat. Nouit, n. ecclesia spiritu Christi edocēta, cōsentanā esse, vt illi sicut, qui mebra sūt Christi, Christi capiti cōsotinetur, dolenti & patienti, cōdolētes

& compatientes, proindeq; huiusmodi flendi ritum inlucuit, in quo potissimum ac maxime omnium iussu lugeri peccata nostra, vt pote causa mortis Christi. Vnde Paulus ad Hebræos, Recogitate enim eum, qui tale sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradiccionem, vt non fatigemini in animis vestris deficientes, id enim recogitantes intelligemus expiationem delictorū nostro- rum Christum in mortem adegisse. Quod & propheta Zacha. tanquam præcipuum monuit, inquit, Plangent se super eum omnes tribus terræ, non enim dixit tantummodo, plangent eum, sed plangēt se super eum, hoc est, flagitia sua posita super eum, qui pēnam ipsorum morte sua lauit. Erasmus caudens in assertione hac, sicut & in alijs.

VIGESIMVM QVAESITVM.

An Deitas ab humanitate Christi per mortem separata fuit.



Ambrosius lib. 10. in Lucam docēs quomodo Redemptor noster spirauerit, locum hunc elucidans, *Et hæc dicens præuoluit, Luce. 23.* videtur sentire, humanitatē Christi morientis à Diuinitate verbi fuisse separata, sic scribens, Ego non erubescam fateri quod Christus nō erubuit voce magna profiteri, cōtestatus se cōfessionem Diuinitatis & corporis, sic enim habet, Clamauit Iesus voce magna dicens, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Clamauit homo Diuinitatis se paratione moriturus, nam etiā Diuinitas mortis libera fuit, vtiq; mors esse nō poterat, nisi vita discederet, quia vita Diuinitas est.

Matth. 27.

Hyllarius Canone. 33. in Matth. hūc locum edisserens, Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Matth. 27. sententię Ambrosij subcribit, sic inquit, Clamor verō ad Deū corporis vox est recedentis à se verbi Dei cōtestata desidiū, deniq; cur relinquitur exclamant dicens, Deus meus Deus meus, quare me dereliquisti sed relinquitur, quia erat homo etiam morte peragendus.

Doctores scholastici de hac quaestione. 3. sens. dist. 27. & S. Tho. 3. parte. q. 50. art. 2. quærit, an Diuinitas fuerit separata in triduo ab humanitate. Et respondet negative. Ratio eius est, quia illa quæ Deus gratis dat,

& alicui cōmunicat, sine ipsius peccato nunquā auferuntur, quia sine poenitentia sunt dona Dei, vnio autē animæ & corporis ad Diuinitatem fuit per gratiam facta, Diuinitas ergo nunquā à corpore separata est. Dubiū tamen est, an conclusio ista sit de fide. Ratio dubitandi est, quia plerique Doctores cum Alexandro Alesni tenent, Christum naturā irrationalem non potuisse sumere, non ergo est de fide Diuinitatem in triduo fuisse corpori vnitam: probo, quia in triduo corpus erat irrationale, ergo. Ad hoc dicimur primo, conclusionem S. Thom. esse de fide: & illam negare hæreticum esse. Patet, quia articulus fidei est, quod Christus sepultus est non ratione Diuinitatis, neque ratione animæ, ergo ratione humanitatis verbo vnita. Secundo deo secundum Alexandrum, & eos qui illum sequuntur, non posse assumere naturā irrationalem, tanquā finem vnionis, bene tamen tanquā medium: & ita corpus erat medium, vt verbum vniretur toti creaturæ rationali, & isto modo neque Alexander, neque alij negant quod Deus non possit creaturam irrationalem assumere.

Dubiū tamen est, si Diuinitas corpori non maneret vnita, an Christus diceretur mortuus. Respondetur affirmatiue, quia ad esse mortuum sufficit, quod anima esset separata, & sicut Petrus exanimis vere & proprie mortuus dicitur, ita & Christus, anima à corpore separata.

Circa rationem S. Tho. qua dicit, quod gratia gratis datæ non auferentur sine peccato illius, cui cōmunicantur, est dubium & argumentum, quia contrarium experimur. Respondet dupliciter: Primo, illa quæ dantur gratis & permanenter ad vltimum finē consequendum, non perduntur nisi ex propria culpa, quæ vero dantur transitivè & per modum dispositionis nō prohibet, cum nō propter vltimum finem donatur, quod sine culpa perdantur. Secundo dico, rationem S. Thom. esse rationem congruentiæ, nempe, quod non est causa aliqua rationalis, ratio ne cuius Diuinitas ab humanitate separaretur, & quare corpus diuinitatis, quia quod se mel assumpit nōnquam dimisit.

Dubiū tamen est, an morte Christi sit separata Diuinitas ab animo. Respondet Smet. Tho. art. 3. conclusio negatiua, quæ est de fide. Et probatur, quia de fide est, quod descendit ad inferos secundū animā Diuinitati vnitam, ergo. Dubium tamen est, an ista sit cōcedēda, Deo est anima, sicut cōceditur ista,



Deus est homo. Respondeo in triduo id affirmare hereticum esse, sicut modo affirmare istam, De<sup>o</sup> est humanitas. Doctores tamen scholastici cū S. Tho. art. 3. ad tertium, afferunt, istā esse cōcedendam, Christum habebat animā, & nō solum hęc, sed etiam ista in triduo erat vera, Christ<sup>us</sup> est rationalis & est intellectivus: & ita in triduo cōcedendā sunt omnes propositiones, quę nō requirūt vniōnē animę ad corpus. Dubium tamen est, an Christ<sup>us</sup> in triduo humanitatē dimiserit. Si cōcesseris, aliquid ergo assumpsit, quod dimisit, id autē est cōtra Damascenū. Quod enim semel assumpsit nunquam dimisit. In contrarium est, quia si non dimisit humanitatē, ergo viuēbar, & vere erat homo: quod est contra fidem. Ad hoc respondet Durandus, & optime. 3. dist. 21. q. 2. proprie nō dimisisse humanitatē. Ratio est, quia quod dimittitur in rigore per se manet, humanitas vero nō per se mansit, sed Diuinitati vnita, ergo proprie nō dimisit humanitatē. Secundo dico, dato, cōcedatur dimisisse humanitatem, id tamen asserere contra Damascenum non esset, neque contra id, quod ecclesia recipit, intelligitur enim, non dimisit, permanēter, quod semel assumpsit, sed ad tempus, & hoc nil obstat. Ex quo patet solutio ad argumenta.

Dubium tamen est, quod moderni omnes mouent loco citato, an Christ<sup>us</sup> dimiserit aliquas alias partes. Verbi gratia, in vita sua nueriebat, & augebatur: in nutritione autē & augmentatione perduntur minores partes, & maiores augentur. Dubium ergo est, an hęc partes in Christo perderentur. Respondent moderni in augmentatione Christi nihil perire, sed sine perditione illarum partium augmentatur. Sed si hoc esset verū, certē Christus maior esset duob<sup>us</sup> hominib<sup>us</sup>: quod tamen affirmādum non est, quia est cōtra veram philosophiam. Et ita dicimus, multas partes dimisisse Christi tempore quo augebatur. Et Damascenus intelligit de partibus essentialibus, & de per se.

Circa solutionem ad primum argumentū art. 5. est dubium, quomodo stat cū cōclusio ne S. Tho. illud, Nemo tollit animā meam a me, sed ego pono eam. Responder S. Th. intelligi illud de separatione animę a corpore, & nō de separatione a Diuinitate. Sed cōtra arguitur, quia actiones sunt suppositiōnū, nō ergo potest de corpore intelligi, quod animā suam a se. Secundo, quia Christ<sup>us</sup> nō dixit corpus ponit animā, sed ego pono ani-

mam: ex quo videtur S. Tho. nō conuenienter respondere. Ideo dicimus, hoc loco animam nō sumi pro altera parte cōpositi, sed pro vita, ac si diceret, Ego pono animā meā, & iterum sumo eam. Et animā pro vita vsurpare phrasim est scripturę, vt patet Ioan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, & Ioan. 12. Qui perdit animā suam, in vitam aternam custodit eam, id est, qui perdidit vitam, custodit eam. Vnde Augustinus in locum illum Luca. 6. Interrogo vos, an liceat animā saluam facere, inquit, quod intelligitur, & loquitur de vita: & idem inquit lib. 2. de questis. Euangelij. q. 7. Et ita dicimus, quod locus ille, Nemo tollit animā meā a me, sed ego pono eam, nō, capiēdo animā pro vita, optime consonat cōclusioni S. Tho.

Dubium vltimū est, an Christ<sup>us</sup> in triduo fuerit homo. Respondet S. Tho. art. 4. duab<sup>us</sup> cōclusionibus. Prima cōclusio, error est dicere, quod Christ<sup>us</sup> in triduo fuit homo. Secunda cōclusio, secundum vulgarem & cōmūnem modum loquendi cōcedi potest, quod Christ<sup>us</sup> fuit homo mortuus. Circa hoc dubiū Doctores aliqui errauerunt, licet non in sensu, sed in verbis, vt patet Hugo lib. 1. de sacramentis parte. 2. c. vltimo, & Magist. sen. 3. dist. 22. & ibidem Doctores scholastici, qui quæstionē propositam dabiam fecerunt. Ideo arguitur contra primam cōclusionem. Ista est modo vera, Sortes est homo, & ista, Adam est homo, ergo similiter & ista in triduo, Christ<sup>us</sup> est homo, quia prædicatū verē prædicatur de subiecto. Secundo ex Durando, ista in triduo erat vera, Christ<sup>us</sup> erat rationalis, ergo & homo, nā quādo differētia prædicatur de aliquo, de eo dē prædicatur species. Tercio ista est modo vera, hic est homo, quādo Christ<sup>us</sup> fuit in sepulchro, habuit ergo vnā de in esse verā, nēpe, hic homo erat in sepulchro. Quarto, ista erat vera, Christ<sup>us</sup> est in sepulchro, ergo ista etiā, Christ<sup>us</sup> est homo. Ex quibus videtur, quod assertio S. Tho. sit dubia. Ad hoc dico, quæstionē hanc dupliciter disputari posse. Vno modo in rigore dialecticō, an ista in triduo sit vera, Christ<sup>us</sup> est homo, sicut ista, Adam est homo. Alio modo Theologicō: Si dialecticē, Capreolus. 3. dist. 22. q. vnica ad vnum argumentum Aureoli, contra S. Tho. dicit, istam, Christ<sup>us</sup> in triduo fuit homo, in rigore dialecticō esse falsam, quia regulā illa, copula absoluitur a tempore, quando prædicatum est de essentia & ratione subiecti, intelligenda est, quando ex parte subiecti nō ponitur aliqua determinatio,

quæ

quæ non conueniat essentialiter subiecto, & quia in Christo sunt duę naturę, & altera illarum conuenit illi accidentaliter, ideo ista est falsa, Christ<sup>us</sup> in triduo fuit homo. Et quando obijciunt ei, quod est contra Sanct. Tho. qui cōcedit istam, Christ<sup>us</sup> est homo, respondet, quod licet ista sit vera, Christ<sup>us</sup> est homo, tamen cū determinatione tēporis addendo in triduo est falsa, quia copula absoluitur a tempore: ista tamen Adā hodie est homo, Antechrist<sup>us</sup> hodie est homo, sunt falsę, quia per illam determinationem fit, vt copula non absoluitur a tempore. Et ad replicam, quia quando copula absoluitur a tēpore, propositio est vera, siue res sit, siue nō sit, respondet id esse verum, dummodo non implicet aliquid accidentale & cōtingens, quia æquiualeat huic, Deus & homo est homo, & ideo est neganda. Item, quia Christ<sup>us</sup> est nomen cōnotatiuum, sicut albus, vnde sicut in ista, albus homo est animal, copula nō absoluitur a tempore, ita neque in ista, Christ<sup>us</sup> est homo in triduo, & ita inquit, quod est neganda addit tamen, istam, iste homo est homo, in triduo esse veram: Hęc Capreolus. Ad hoc dicimus primo, quod quātum ad rigorem dialecticū, vtrūque est probabile, ita quod ista in triduo sit vera, Christ<sup>us</sup> est homo, sicut ista, Sortes est homo, Adam est homo. Secundo dico S. Thom. hic nō fuisse disputationem in rigore dialecticō, sed solum Theologicō, & ita diffinit quod Christ<sup>us</sup> in triduo actualiter non erat homo, vitam degēs, vt nos viuimus, vnde, vt Capreolus ait, non diffiniuit, an ista sit vera vel falsa, Christ<sup>us</sup> est homo, sed tantum, an Christ<sup>us</sup> sit homo in triduo: Et inquit esse falsam, sicut istam, Adam est hodie homo, Sortes est est hodie homo: Sed contra hoc est argumētum, quia hęc est in materia naturali, Christ<sup>us</sup> est homo, ergo in triduo erat vera & necessaria. Respondeo, ad hoc quod propositio sit in materia naturali, fat est, quod per nullam potentiam creatā possit cōtrariū fieri, nō tamē impedit, quod Deus possit cōtrariū facere, quia Deus potest naturā & materiā in materiam mutare, quia ista, Deus est homo, ab æterno fuit in materia remota, in triduo in materia cōtingenti, modo vero in materia naturali.

Dubiū est de veritate istius. Christ<sup>us</sup> est Christ<sup>us</sup> in triduo: Et probō, quod tūc esset vera, quia hęc erat vera, Christ<sup>us</sup> est in sepulchro, sed hęc æquiualeat huic, Christ<sup>us</sup> est Christ<sup>us</sup> in sepulchro, erat ergo illa vera. Dico ad hoc

certum esse, quod Christ<sup>us</sup> supponit pro verbo substantante naturam humanā, & ideo illa est vera, & questio est de nomine: sed quia verisimilius est, quod Christ<sup>us</sup> in triduo non erat homo, ideo non erat Christ<sup>us</sup>: quod ex eo constat, quia Christ<sup>us</sup> est vnica persona ex duabus naturis Diuina & humana subsistens, in sepulchro vero non constabat ex illis duabus naturis, non ergo erat Christ<sup>us</sup>. Item, quia Christ<sup>us</sup> idem est quod Messias, Messias idem quod Rex, sed in triduo non erat Rex, ergo neque Christ<sup>us</sup>. Præterea, in triduo non erat Iesus, sed Iesus & Christ<sup>us</sup> pro eodem supponunt, ergo. Itē, quia si De<sup>us</sup> ab initio venisset, & assumpsisset corpus & animam, si tamen eam nō informaret, nō esset Messias, neq<sup>ue</sup> Christ<sup>us</sup>, quia promissus in lege futurus erat homo, ergo in triduo non erat Christ<sup>us</sup>, nihil enim cōducit, quod corpus & anima prius essent cōiuncta, cū tunc esset separata. Vltimo arguit Durandus dialecticē, quia post resurrectionē ista est vera, iste homo fuit in sepulchro, ergo habuit vnā de præsentī veram, hanc, scilicet, iste homo est in sepulchro, aut in lyombo: quod si cōcedas, conuertendo sequitur, quod iste homo existens in sepulchro est iste homo existens in lyombo, sed cōsequens est falsum, ergo. Modemi dicunt, quod quando in propositione aliqua implicatur aliquid accidentale, vt in ista, album fuit nigrū, vel est propositio vniuersalis, vt ista, homo currit, quod tales propositiones prius sunt resoluendę, quā ponantur in esse, & ideo illa debet prius resolui, nō pe, hoc est in sepulchro, id est, Filius Dei est in sepulchro. Sed dicimus illam esse veram per synecochē, capiēdo partem pro toto, sicut istam, Lazarus est in sepulchro, quę de rigore tamen logicō, est falsa: & ita credo quod ista, Christ<sup>us</sup> est Christ<sup>us</sup>, loquēdo de Christo in triduo, simpliciter est negada. Ad argumenta, & ad primam iam est resposum, Ad secundā respondeo, rationale dupliciter sumi, vno modo cōplete, vt est differentia totius speciei, alio modo in cōplete, put est in anima rationali. Primo modo in triduo rationale nō dicebatur de Christo, Christ<sup>us</sup> est rationalis. Secundo modo sic, & ex hoc nō sequitur, ergo est homo, quia tūc nō erat differentia speciei, sed rationalitas erat in anima Christi. Ad tertiu respondet Durandus, 5. dist. 22. q. 2. quod mod<sup>o</sup> ille ponēdi in esse habebat suas infirmitates, nā non valet, mille homines fuerunt in hac aula, ergo & modo sunt. Ad quartum dico, quod propositiones

illa erant verè per synedochè, qua sumitur pars pro toto, & quia ratione corporis fuit in sepulchro, ideo ista conceditur, Christus fuit in sepulchro, ex quibus constat argumèta non concludere.

Pro Ambrosio respondet Magist. sent. 3. dist. 21. ubi dilucidat dicta eius & Hyllarij, & inquit eam separationem de qua ambo loquuntur sic esse accipiendam, sicut intelligitur derelictio, quæ illis verbis significatur, Vt quid me dereliquisti, hoc est, non secundum solutionem, & diuisionem vnionis Dei & hominis, sed secundum secessionem protectionis, qua Diuinitas humanitatis patrocinium ad tempus deferens, hominem illum in tormentis, doloribus, & morte destituit se paratum à defensione, non diuisum ab vnione.

VIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An omnes homines eligantur ad æternam vitam.

**A**mbrosius in commentarijs epistolæ ad Rom. explicans illud, *is qui secundum propositum vocati sunt sancti*, &c. inquit, Illi secundum propositum vocantur, quos credentes præsciuit Deus, vt antea quæ crederent scirentur, quos enim præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad æternam præmia. Quibus verbis expressè indicat, æternam Dei erga suos dilectionem, electionem, prædestinationem & temporalem vocationem oriri ex meritis electorum ab æterno in Diuina præscientia præuisis. Item declarat illud, Miserebor cui miserebor, sic scribit, Ego miserebor inquit, eius cuius miserus ero, hoc est, eius miserebor, cui præscius eram quod misericordiam daturus essem, sciens conuersurum illum & permanentem apud me, & misericordiam præstabo ei, cui misericordiam præstitero, id est, ei misericordiam dabo, quem præsciui post errorem recto corde reuerterum ad me, hoc est dare illi, cui dandum non est, neque non dare illi, cui dandum est, vt eum vocet, quem sciat minime obaudire.

Ambrosius Chærentinus Comps. episcopus in illud, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs qui scintur

Rom. 8.

dum propositum vocati sunt sancti, Rom. 8. dogma hoc statuit, Deum ab æternis sua gratuita bonitate omnes homines, nemine eorum excluso, nouisse, dilexisse, elegisse, destinasse, & in tempore ad vitam æternam vocasse, non tamen eodem modo & ordine: distinxit enim Deus omne genus hominum in duas partes siue classes, in quarum priori ac præstantiori assumpsit eos, quos rectè appellare quasi præscitos, prædilectos, prædestinatos, & præuocatos, quia Deus eximia quadam amoris prærogatiua illos præalijs dilexit, præalijs elegit, præalijs destinauit, & singulari quodam privilegio magis ac fortius quam ceteros vocauit, quales sunt, Maria Virgo, Apostoli, Paulus, & alij, quos Deus tanto gratiæ munere donauit, tantisque ad salutem præsidij instruxit, vt, salua etiam arbitrij libertate, à salute excludere nequeat, qui immutabili quodam & ineffabili Diuinae prouidentie decreto stante, semper libere voluntatis arbitrio ad vitam æternam prædestinati sunt. In secunda vero classe aptauit Deus reliquam humani generis multitudinem, quæ, non fixo & inuitabili decreto, sed sub conditione quadam mutabili saluos esse voluit, & ob id eos nec tanta gratiarum affluentia dignatus est, neque tot ac talibus ad beatitudinem consequendam adminiculis adiuit. Ambrosius igitur ad primam saluandorum classem referens quos speciali privilegio vocauit, ait, ad eam pertinere illos, quos Paulus scribit, secundum propositum vocatos esse, quibus omnia cooperantur in bonum, quos Deus præsciuit, hoc est, præ æternis sciuit, & approbationis notitia nouit, quos Deus prædestinauit, hoc est, præ omnibus, & ante omnes destinauit ad conformitatem imaginis filij eius, quos præ alijs purius iustificauit, potentius vocauit, splendidius magnificauit, quos nemo accusare, nemo damnare, nemo à Christi charitate & gloriâ separare potest, quia immobiliter prædestinati sunt ad gloriam, neque augeri potest eorum numerus, neque minui, quibus tanta inest de futura gloria & præsentis gratia certitudo, vt vnusquisque eorum vna cù Paulo fidentissime dicere queat, Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque vlla creatura poterit separare nos à charitate Dei, quæ est in Christo. Hinc aduersus reprobationis opinionem colligit, nullos fuisse reprobatos, eo modo quo Augustinus & scholastici volunt, id est, nulli ab æternis odio Deo habitos, anteaquam illi in sua propria

propria voluntate quidpiam male egerint. Et contrariam opinionem ait, diram esse, & horribilem, & male piam, & contra vniuersam scripturam militantem.

Et quia opinio hæc plebeis auribus applaudit, ideo operepretium duximus illam excutere. Et primum quæ sit extorta expositio verbi Pauli, Quos prædestinauit, &c. vel inde palam fit, quod nemo hæcenus excogitauit: omnes enim tam Greci quam Latini Patres sub verbo, prædestinauit, vnicum genus prædestinationis intelligunt, in quo vnanimiter intelligunt, & agnoscunt oppositionis ad verbum, reprobauit, & non relationem ad alios communiter destinatos, nam, præ, non id subnotat quod præalijs altius destinati, sed importat præcisionem æternitatis ad tempus gratiæ: & mirabile quidè est, quomodo Patres omnes contempserit, qui super præsentem loco, Iacob dilexi, Esau autè odio habui, omnes concorditer consentunt, prædestinationis & reprobationis discrimen: & contra omnes, inquit, illi dicuntur odio haberi, qui communiter destinati sunt, & saluandi non simpliciter, sed respectu singulariter prædestinatorum, eo quod non sunt electi ad gratiam tam excellentem, cum tamen ex quo odium Esau oppositum est dilectioni Iacob. Respondet, quæro, vtrū in quos omnes in sua iniquitate vita decedentes Deo odio absoluto habeat in altero seculo, quos missurus est in ignem æternum: certè hoc negare non valet. Et rursus, an illud odium absolutum, & voluntas puniendi in tempore aduenit Deo, an potius fuerit in ipso semper æterna: necessario dabit hoc secundum, alias Deus esset mutabilis, necessum ergo est reprobationem concedat, quæ nihil aliud est, quam absoluta voluntas Dei & æterna excludendi quosdam à regno. Et confirmatur hæc ratio, illo tunc articulo, quo Deus quosdam certa & absoluta voluntate ordinauit ad gloriam, nunquid de reliquis etiam aliquid absolute diffiniuit quos ambigat? ergo in finali iudicio duas tantum hominum sortes discreturus sit Christus, eorum, scilicet, qui admittuntur in regnum, & aliorum, qui mittuntur in ignem, consequens fit, vt Deus in illa æternitate quoque absolutam voluntatem non ordinauit ad gloriam, absoluta contra destinauerit in gehennam, hoc autè est, quod Patres intellexerunt nouæ reprobationis: fuit ergo manifestus abusus aliud genus prædestinatorum vel saluandorum excogitare, quam eorum, qui absoluto proposito & vo-

luntate prædestinatur, prædestinatio nauq; & reprobatio secundum absolutam voluntatem excillimari debet, & non secundum conditionalem. Quapropter quæuis reprobi in sensu diuino possint saluari, propterea quod nulla illis libertas adempta est, non tamen sunt saluandi. In summa quæro ab isto, an illi, quos vocat saluandos & non prædestinatos, absoluta voluntate fuerint destinati ad gloriam, & tunc proprie sunt prædestinati? an vero non nisi conditionali & antecedenti voluntate? Et tunc necesse est dicere, quod nunquam peruenient ad gloriam, nam alias voluntas gloriæ illis conferenda æterna fuisset in Deo & absoluta: si ergo non sunt perueniendi ad gloriam, ergo neque sunt saluandi, & ex consequenti mittendi sunt foras, atque adeo exitu absoluta voluntate ab æterno illis decretum est, quod est eisdem esse reprobos. Rursum, si solum ob conditionalem voluntatem Dei dicuntur homines prædestinati fit vt vniuersi mortales sint saluandi: vel declararetur propter illos, qui absoluto proposito sunt prædestinati, qui nam sunt saluandi, & qui minime: quod si vniuersi concedatur esse saluandi, consequens fiet, vt damnandi, hoc est, qui vere damnabuntur, sint saluandi: cum hanc opinionem non subséquatur absurda, patens tamen eius adeo habet illam pro eidentibus, vt plusquam cæcos existimet, qui eam ingenue non consentunt. Prestat nihilominus communis Patrum sententia, nullos esse saluandos, nisi qui sunt prædestinati, quorum numerus est certus, qui neque augeri, neque minui potest, vt in de Corin. & gratia, & alibi crebro author est Augustinus, inter quos tamen sunt nonnulli eximie prædestinati, vt Beata Virgo, & post eam Apostoli, tum quod ad excellentem gradum gloriæ ordinati sunt, quod fuerint in gratia confirmati.

Ad obiecta respondetur, & primum est, quod exhorret animus audire clementissimum Deum, vt ostenderet iustitiam suam, meditari fuisse penas ante peccatum, tanquam multitudinem, quam creauit, mortalium odio habuisse, anteaquam esset odio digna. Argumentum hoc, si aduersus sensum Lutherano rum dirigitur, lethali ter absoluta voluntate a iure, Deum pro sua voluntate odisse quosdam, atque adeo ita indurasse, anteaquam quidquam boni vel mali agerent, nec illa sua capere valeant, & salui fieri: qua ratione Deum faciunt authorem mali. Patres autè & scholastici non sic impie loquuntur, sed hoc pro-

3. argumèta.

2. argumèta.

o. argumèta.

August.

sus quod in tempore sit, ainiit, eternū fuisse in voluntate Dei. Vnde sicut neminem punit nisi ob cōmissa delicta, ita neminem reprobat, nisi ob eandem culpam præuisam, quod fecit, vt iustitiam suam ostenderet: ne que hoc negari potest, nam quæro ab isto, cum omnibus pueris posset Deus per sacramentum prospicere, cur aliquos perire sinit? Item, cur illa signa, quæ fecit in Israel, nõ fecit inter Tyros & Sidonios, quos ait Christus credituros fuisse, si ea vidissent? Præterea, quamobrem cum Pharaonē & reliquos obfignatos potuerit specialiorib⁹ auxilijs emoliri, eos perire permisit? Respondet iste, quia nemini quicquā debet: at licet responsio satis sit, vt Deus ab iniquitate vendicetur, ple ne tamen non satisfacit, nam cū neque prædestinatis quicquam deberet, scrupulus restat, cur eius voluntas efficax fuit in illos, non autem in istos, & profecto nulla est causa finalis, nisi quā dat Paulus, vt iustitia Dei appareret, quæ si infernus non esset, ad eõ iustis non esset: quā ergo causam finalem certaminis in temporarijs effectibus, qui in æternitate fuerunt præuisi, eandem tribuimus reprobationi: punit enim malos ad ostensionē gloriæ suæ, & eandem de causa permissit eos in culpam cadere, atque eadē eodē reprobauit. Sed ais, crudelem fuisse Deum, dum tantam multitudinem odio habuerit. Respondet ipse quæro, an sit crudelis, propterea quod tantam multitudinē permittit præcipitem ire in perditionem, quam tam in die iudicii conspiciemus: quod si nõ ob hoc dirus, profecto neque fuit, si quod fecit in tempore, decreuit in æternitate.

Obijcit et illud Petri, quod Deus nolit alii quos perire: & quod non vult mortem impij, sed magis vt conuertatur, & sexcenta, inquit, huiusmodi talia: Sed respondet ipse nobis, nunquid Deus odio habet peccatores, & profecto odio odit illos, qui in peccato decidunt, & odio est Deo iniquus, & iniquitas eius: profecto respondere nõ potest, nisi sub distinctione, scilicet, quod voluntate antecedenti nolit aliquos perire, consequenter tamen permittit peccantes perire, & odio habet illos. Has ergo differentias voluntatum, quas per effectus Dei deprehendimus, concedimus esse illi sempiternas. Reliqua suorum argumentorum phalanx per hæc eua nescit. Non ergo erat, cur iste reuerendus episcopus in prologo suo libelli diceret, punctum se prædestinationis vera ratione attingisse, quæ Augustinum ac ceteros antea

Luc. 10

2. Petr. 3  
Ezech. 18

Patres celata semper fuisset. His dilucidatis liquet responsio ad priorem quæstionē Pauli, nullam restare in Deo iniquitatē, eo quod in sua prædestinatione nulla sunt præuisa humana debita misericordia, sed tantū reprobationis demerita. Et ideo quod bonus fuerit in aliquos, nemo aliorum iniquitati tribuere valet, nisi cuius oculus, iuxta Euan gelicam parabolam, nequam est. Et sane mirandum inficiatores istos prædestinationis hoc non animaduertisse, quemadmodū neque ipsi aliter possunt responderem: nam licet gratis donemus eis, prædestinatos propter sua bona opera præuisa electos fuisse, cū negare nequeant, eadem opera præuisa nõ nisi Deo auctore perfici, respondere tenentur, cur his præ cæteris auxilium præstitit, vt ipsius inspirationi assentirent. Ad quod respondere aliud nequeunt, quàm quod nos respõ deamus, ergo in operibus merē gratiæ nulla potest esse personarum acceptio, sed in operibus iustitiæ. Quod quidem perspicuus Paulus, non aliter liberat Deum hac iniquitatis macula, quàm dicendo quod pro suo beneplacito cui vult miseretur, & quem vult indurat. Sed tamen vbi cap. 2. de iudicio finali sermonem texit, quia in operibus iusti vera est iustitia, atq; adeo acceptio esse potest, si non pro conditione operum redderet præmium, non recurrit ad beneplacitū Dei, sed ait, quod unicuique reddet iuxta opera sua: obidq; David misericordiam & iudicium cantabat Domino: & Christus inquit, Non veni vt iudicem mundum, sed vt saluum faciam mundum: quia primus aduentus summa est misericordia: quando vero verturus est, iudex erit.

Igitur si in genere quæseris, cur quosdam prædestinauerit, quosdam vero reprobaauerit, respondemus, quod prædestinationis nulla est in nobis causa, reprobationis vero meritum (quoniam potius demeritum) est in nobis, finis autem in Deo, non per manifestatio iustitiæ eius. Si autem in particulari scrutari pergās, cur hos prædestinauit, vt Iacob & Paulum, hos vero reprobauit, vt Esau & Iudam? Respondet super Ioannem Augustinus, Cur hunc trahat, & illum non trahat, nõ li iudicare, si non vis errare: quoniam tractio nisi alia ratio est, quia est effectus prædestinationis: & ideo subdit, Nondum traheris, ora vt traharis: at non dixisset, Non es prædestinatus, ora vt prædestinatus, tamen quia res nobis abdita est & recõdita, optare sibi quis que apud Deum potest, vt inam & ego. Do-

Pal. 110.  
Ioann. 12

mine in numero sim prædestinatorum.

Circa prædestinationem, an datur causa illius, an non fuerunt diuersæ sententiæ Doctorum, quarum vna, quam sequitur Ambrosius, tenet quod opera iustorum præuisa fuerunt causa suæ iustificationis, non illa que in puncto iustificationis cõcurrunt, sed ea que per vsam gratiæ subsequuntur, vt puta quod Deus penitus constituit gratiam suam cõmunicare illis, quos præciuit bene illa usus, sicuti rex quisque prouidentissim⁹ eum donare equo in bello, quem nollet strenuē illo præliatum ire, illicque arcem concederet, quem existimaret constanter propugnaturum. In qua opinione olim plures Patres fuerunt, vt constat ex illo quod refert Prosper in epistola ad Augustinum his verbis, Illud etiam qualiter dilatur quæsumus, patienter insipientiam nostram ferendo demõstrer. Quod retractis priorum de hac re opinionibus, pene omnium par inuenitur & vna sententiæ, qua propositum & prædestinatio nem Dei secundum præscientiam receperit, vt ob hoc Deus alios vassa honoris, alios contumeliæ fecerit, & quia finis vniuscuiusq; ab eo præuisus sit, & suo ipso gratiæ adiutorio, in qua futurus esset, voluntate & actione præserit. Quin etiam video plerisque multos iam nunc temporis hanc opinionem plausiblem suscipere, & fauere illi, nõ alias percipere nequeunt, quomodo nõ sit Deus personarum acceptor: & præterea quomodo prædestinatio nõ tollat libertatem arbitrij: præterquam quod Paulus affirmat redendum unicuique iuxta opera sua, vbi insinuat, gloriam pro meritis reddi, quæ effectus sunt gratiæ.

Opinio tamen ista est omnino falsa, & sacræ scripturæ aduersa, cuius ratio est, quia opera, quæ effectus sunt prædestinationis, nequeunt esse ipsius causa motrix & efficiens, de qua isti loquuntur, opera autem illa effectus sunt prædestinationis, non ergo sunt causa: prædestinatio enim est destinatio ad illum supernaturalem finem, quem naturæ viribus attingere non valemus, & ideo quodcumque medium nos illuc perducit, effect⁹ est prædestinationis. Quod Paulus sapienter nos admonet, vbi prædestinatos vocat vassa misericordis, quæ Deus præparauit in gloriam. Quo fit vt illa, quæ reconciliamur, gratia, effectus sit prædestinationis, iuxta illud. Quos prædestinauit, hos & vocauit, & eosdem iustificauit, id est, quia prædestinauit, iustificauit, cum ergo opera,

Prosper.

7. argumētum.

quæ gloriæ sunt merita, effectus sunt & merita eiusdem gratiæ, qua recte vtimur, sit vt & eadem opera effectus itidem sint eiusdē prædestinationis. Atque hic proditor latens fallacia, concedimus enim, quod inter effectus prædestinationis vnus est causa alterius, at nullus esse potest causa prædestinationis: et enim vt archiæctus prænosces prius finis, materiam deinde præparat, ita Deus Iacob, verbi gratia, prædestinauit ad vitam, & ob id cõtulit ei gratiam, adiutiq; eius arbitrij, vt exerceeret opera, per quæ illuc perducere tur: quæ opera tum effectus sunt gratiæ, tum & causa gratiæ. Quo demum sit, vt gloria quæ supremus est finis, sit quidem in intentione Dei prima, in executione tamen postrema. Et hac ratione Pauli dicta cohererit, qui vbi cumque loquitur de gratia, illam ait gratis & absque operibus nobis impedi: vbi autem de gloria, illam propositam esse nobis asserit propter opera. Est ergo paradoxus dum sic infert, opera quæ vnus sunt gratiæ sunt causa gloriæ, ergo sunt causa prædestinationis ad gloriam, sed hoc consequitur quod Deus prædestinauit nos, vt per hanc gratiā ac talia opera promoueremur ad gloriam. Et hinc conficitur secundum argumentum contra istam opinionem, retorquentes in eos telum, quod ipsi contra nos contorquent. Aiunt quippe, nisi Deus ob præuisa opera iustorum, eos prædestinauerit, acceptorem esse personarum: hoc enim neque ipsi excutere valent nisi ratione enstramam si merita illa, ob quæ homines prædestinantur, non nisi præueniente auxilio Dei sunt, respondeant cur & duobus, verbi gratia crucifixis latronibus, alteri proposuerit, efficaciter auxiliari, alteri vero minime: re vera nulla exiit alia causa, nisi quia neutri quicquā debebat. Sed tertio arguitur, reprobis ea male vsuris sapponimero Deus cõferat gratiam, ergo & quæ largitur prædestinatis non cõferat præuidens tanquam causam bonum vsuum eius, eadem namque efferatio ex parte Dei communicandi omnibus gratiam suam. Nisi ridiculus quis dixerit, Quado duo par auli baptizantur, quoti alter reprobus est, alter vero prædestinatus, diuersi eo rationibus abluisse ab originis labie, eum recepisse que in gratiam suam; vnde tunc propterea cõsequeretur, quod gratia prædestinato colata propter opera præuisa minore haberet rationem gratiæ, quàm illa que donatur reprobo cõmuni gratis. Adde quod cū prædestinatis ipsis sepe De⁹ imperat gratiam,

2. argumētum.

3. argumētum.

qua

qua male videntur, relabentes in culpam, falsum est, quod predestinationum gratia conferatur semper ob opera preuisa, atque adeo fit, vt neque predestinatio fiat propter huiusmodi opera. Quartum argumentum est insolubile, quod Augustinus facit in epistola ad Sixtum, Gratia, qua paruuli in baptismo abluantur, qui ante vsum rationis obeunt mortem, non illis datur propter opera preuisa, quae nunquam facturi sunt, ergo neque si victuri essent, illam recipere tali ratione, vnus enim rationis est gratia illa baptisimalis: nisi in demeritiam illorum incidat quos Prosper eade epistola refert, quod ex paruulis tales perduntur, talesq; saluantur, quales futuros illos in annis maioribus, si ad adultam seruariantur etatem, scientia Diuina prauidet. Quam vesaniam eadem epistola ad Sixtum & libro de predestinatione Sanctorum Augustinus refutat, nempe, qd Deus opera quae nunquam erunt, vel coronet vel puniat, sic enim Deus ei, qui futurus erat bonus, illa causa per baptisimum confuisset, seruasset tunc illum profecto quoad usque talia bona opera praestaret: neque si Deus vindictaturus esset mala opera, quae iustus perpetuatus erat, si superuixisset, vera esset sententia sapientiae, qd nonnunquam iustus raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne festio desperet animam illius. Ex his ergo Augustinus illic, & lib. i. contra Iulianum, & saepe alibi concludit, quod predestinatio non fit ex operibus, neque preceptis, neque subsecuentibus: quod plane Paulus vbiq; proclamat, quippe qui absque illa operum discretionem omnia excludit a causa gratiae, ait enim, Non ex operibus iustitia, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, & si ex operibus, ea gratia non esset gratia, & quae plurima talia. Neque vero assertores sententiae contrariae perpendunt quid dicant, nam si Deus nos predestinat, propter futura opera, quae gratiam subsequuntur, necesse est, vt dicant, quod propter ea, quod Deus prauidit dilecturos ipsum, ipse nos dilexit. Quod quam sit diuina scriptura aduersum, nemo non videt, qui Ioannem & Paulum confutauit. In hoc quippe, inquit Ioannes, est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et Paulus, Quis prior dedit illi, & retribuatur ei, & elegit nos ante mundi constitutionem, vt esset semus in Christi, non ait, quia prauidit nos sanctos, sed vt essemus sancti. Cui resonat di-

August.  
Titam. 3  
I. Ioan. 4  
Rom. 11  
Eph. 1.

scum Christi, Nos vos elegistis me, sed ego elegi vos. In summa, si hanc efficientiam operum prauidet agnouisset Paulus in ratione predestinationis eorum sane meminisset operum, vel hic pro discrimine inter Jacob & Esau, vel cap. 1. vbi discriminat inter Israel & gentes, antequam in illam admirabilem prorumperet, O altitudo diuinitum sapientiae & scientiae Dei. Etenim si opera preuisa causa fuissent predestinationis, cessaret omnino ratio dubitandi, aliquam esse personarum acceptiorem, atque adeo nulla superesset admirandi occasio: ac demum, nam cum ex ordine, qui est in executione, iudicari debeat ordo predestinationis nequit absque periculo affirmari, opera nostra prauiua fuisse causa ipsius.

Sunt praeterea Patrum testimonia, quae ante censuram ecclesiasticam aduersus Pelagium potuissent animos legentium in diuersam forte opinionem propellere. Etenim Origenes super illud, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat, Sciens, inquit, & praeno sciens vnus cuiusque motibus & proposito vnitur ad ea opera perficienda, quae vnuscu iusque animus ac voluntas elegit: veluti patris familias, qui sagaciter contemplatus feruorum ingenia, singulos illis muneribus & officijs deputat, ad quae aptos praenouerit. Et post in illud, An non habet potestatem singulus, &c, Jacob, inquit, quia mundauit semetipsum, fecit vas ad honorem, Esau autem, cuius animam non ita puram vidit, fecit vas ad contumeliam.

Et Chrysostomus super illud, Cum nondum nati fuissent, interrogans cuius rei gratia in respondum natis vnum pro altero elegerit. Respondet causam esse, quod Deus non spectat quemadmodum homo, vt ex reru sine bonum iudicat, aut malum, sed anteaquam quicquam geratur, nouit quod hic malus, iste vero non malus sit: quam sententiam semper defendat.

Hieronymus in prologo super Malachiam. Omnino, inquit, Jacob dilexit, Esau autem odio habuit, quia Jacob pius, Esau autem sciebat futurum iniquum. Et super eundem locum Ambrosius, sciens quid vnusquisq; illorum futurus esset, dixit, Minor erit dignus, & maior indignus. Et inferius super illud, Misererebor cuius misererebor, id est, ei misericordiam dabo, quem praefici recto corde reuerfurum ad me. Et subdit, quod eum Deus vocat, quem sciat ob audire, & cum non vocat, quem scquit, minime obaudire.

Ioan. 19.  
Origenes.  
Chrysost.  
Hierony.  
Ambrosius  
Pr.

Pro defensione Ambrosij & ceterorum Patrum respondemus, quod loquuntur de operibus subsequendis gratiam, cuius vltus causa fuit predestinationis, non quide quasi efficiens, sed finalis largitur enim Deus nobis gratiam propter eius bonum vltum, hoc est, non quia bene ea vsuri sumus, sed vt bene vtamur: quanquam fortasse hoc sibi volunt, quod praepredinauerit Deus inter adultos eos penitus, quos praeficebat ei assensuros, & cooperaturos, non quod illa opera prauiua essent causa predestinationis, sed dispositiones ad eius effectum, scilicet, ad gratiam. Quod vero Augustinus lib. 83. q. 68. super verbu Malachiae, Jacob dilexi, &c. cui vult miseretur Deus, & quae vult indurat, sed haec voluntas Dei iniuncta esse non potest, venit enim de occultis meritis, non enim existimo vt opinatur quidam sensum habere de meritis subsequendis gratiam, sed loquebatur de praecedentibus: tenebatur enim tunc errore illo, anteaquam esset antistes, vt in questionibus super hanc epistolam est videre apud ipsum. De quo errore postea sese retractauit. 1. lib. Retracta. c. 23. vbi cum ecclesia damnante Pelagium omnia haec merito distretur. Quod denique Petrus, Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, nihil obstat, quia neque vult opera absolute causam esse predestinationis, sed tantum esse causam, per quam Deus instituit ipsam exequi, scilicet, qua vtitur, vt nos ad predestinatam finem perducat: sit ergo electio nostra & vocatio certa per nostra opera, sicut per causas secundas certi sunt Dei effectus, quos per illas perficere constituit. Vide de hac questione supra tomo secundo Chrysostomi, ad quartum decimum tertium.

VIGESIMVM SECVNDVM QVAESITVM.

An omnis infidelium vita peccatum sit.



Ambrosius lib. 1. de vocatione gentium cap. 3. inuere videtur, omnia infidelium opera esse peccata: nihil ab eis fieri posse, quod bonu sit. Sic enim habet, Sine cultu Dei etiam quod virtus videtur, peccatum est, neque placere vltus Deo sine Deo potest. Co-

sentit illi Anselmus hunc locum explicans, Omne quod non est ex fide peccatum est Rom. 14. his verbis, Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil bonum sine summo bono, vbi deest agnitio veritatis aeternae, falsa virtus est, etiam in optimis moribus opera quae videntur probabilia propter fidei sunt, vt magne vires & cursus celerimus extra viam. Neque ab his dissentit author commentariorum Origenis in Iob qui cap. 1. ita scribit, Vt breuiter atque audeter dicam, omnia quaecumque fecerint homines, siue in virginitate, siue in absterentia, siue in corporis castitate, siue in bonorum suorum distributione, omnia gratis faciunt, si non in fide fecerint: omnem enim seueritatem & omnem iustitiam, quam fecerit quis foris a vera Dei fide, frustra facit, in perditione facit, non prodest ei, non adiuvat eum in die irae, ad quod testis est Paulus dicens, omne quod non est fide est peccatum est.

Ferus lib. 1. comment. in Matth. enarrans hanc periodum, Arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit; Matth. 7. inquit, Ex hoc consequitur, quod nullum pelagium & Deo gratum opus est extra fide, imo soli fideles bona opera faciunt. Ratio huius est, quia sine fide & gratia homo nihil aliud est quam infructuosa & mala arbor, non igitur potest bonos fructus ferre. Virtutes igitur philosophorum bonae non sunt, quia & si speciem habeant boni, non tamen bona ab arbore procedunt, aut enim ex amore, vel spe laudis, aut timore vituperij haec processerunt: nec solum bonos fructus ferre non potest natura nostra citra gratiam, sed & malos producit inuxta illud, Sensus & cogitatio hominis prona est ad malum. Item omnes hypocritae sunt, & omne os locutum est mendacium. Item, Vani sunt omnes, vana opera eorum, vanaque omnia consilia eorum. Item, Omnes errauimus, vnusquisq; in via suam, &c. Vides igitur nedum non bonum, sed malum esse quiddam extra fidem sit.

Hanc eandem sententiam habet in explanatione illius sententiae Ioannis cap. 1. Vita erat lux hominum, & idem in illud eiusdem capituli. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sit. Hoc igitur verbo damnat in totum veterem virginitatem, atque adeo omnes vires naturae, quae naturalis propagatione transfunduntur in sobolem: rursum in illud, De cuius plenitudine omnes accepimus, inquit, Maledicta sunt non solum quae nos agimus, sed quae in nos aguntur, maledicta

Anselmus  
Ferus.  
Gen. 8.  
Esa. 9. 44 & 53.

ledicta est cordis nostri cogitatio, ratio, os, manus, pedes, maledicta sunt in nobis omnia contingencia, siue letia, siue tristitia. Hinc est quod in scriptis inimicis, in tristibus frangimur & desperamus? & infra super illis verbis Ioann. 1. Lex per Moysen data est, ait, quauis ipsa lex in se bona sit, tamen si non adit gratia, nihil facit nisi hypocritas: & in illud Ioann. 3. Lux venit in mundum, &c. Christus, ait, primo manifestat, omnia nostra esse meras tenebras & peccata.

Doctores scholastici disputat de hac questione. 2. sent. dist. 41. & S. Thom. 2. 2. q. 10. artic. 4. quo quaeritur, utrum omnis actio infidelis sit peccatum, & respondet vnica conclusio negatiua, Non oportet quod infideles in omni opere suo peccent, sed quando aliquod opus operatur ex infidelitate, tunc peccant. Probat, quia licet peccatum mortale tollat gratiam gratiam facientem, non tamen totaliter corrumpit bonam naturam, unde cura infidelitas sit mortale, infideles gratia carent, remanet tamen in eis aliquod bonum naturae. Unde manifestum est, quod in fideles non possunt operari opera meritoria, quae sunt ex gratia, bene tamen aliquo modo operari possunt opera, ad quae sufficit bonum naturae. Addit, Et quia sicut habens fidem, potest committere opus aliquod, & ex eo quod non refert ad fidei finem, venialiter, vel etiam mortaliter peccando, ita etiam infidelis potest opus aliquod bonum facere, eo quod non refert ad finem infidelitatis.

Dubium primum circa hanc questionem est, an infidelitas sit peccatum. Et ratio dubij sumitur ex S. Tho. q. 10. art. 1. ubi inquit, quod infidelitas dupliciter accipi potest, vno modo secundum puram negationem, sicut in illis qui nihil audiunt de fide, & in his non habet rationem peccati, sed magis pene alio modo potest accipi positue, & secundum contrarietatem ad fidem, qua quis repugnat auditui fidei, vel contemnit ipsam, in quo proprie perficitur ratio infidelitatis. Et secundo hoc infidelitas est peccatum. Ex quo infert, quod infideles infidelitate negatiua damnantur quidem propter alia peccata, quae sine fide remitti non possunt, non autem propter peccatum infidelitatis, quia Dominus dicit Ioann. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: quod Augustinus exponit de peccato infidelitatis, quo non crediderunt in Christum.

Dubium est circa hanc doctrinam S. Tho. quia arguet aliquis non esse infidelitatem ne-

gatiuam, quando aliquis nihil vnquam de fide audiuit, quia quando ly, in, capitur negatiue, non dicit aptitudinem aliquam in subiecto: vnde non lignum indoctum, quia nullam habet aptitudinem ad scientiam: qui autem de fide nihil audierunt, aptitudinem habent ad fidem, non ergo tales sunt infideles negatiue, sed potius priuatiue. Respondetur, quod S. Th. accipit infidelitatem negatiue, prout negatiuum opponitur positiuo, non prout opponitur priuatiuo. Secundo dico, quod infidelitas illa dici potest negatiua, quia fides est cognitio supernaturalis, ad quam homo ex suis naturalibus attingere non valet, & ideo in ordine ad illam, qui fide carent, non sunt in potentia propinqua, quod ad priuationem requiritur. Tertio dico, quod S. Th. Thom. loquitur moraliter, & non Metaphysice.

Quod infidelitas positua sit peccatum mortale, est communis consensus Patrum & Doctorum scholasticorum. Et probatur vnico modo, quia talis infidelis facit, contra praeceptum fidei, ergo peccat. Antecedens patet Marci ultimo, Qui non crediderit, eodem manebit. Sed contra hoc est argumentum, videtur enim quod Deus iniuste homines astringat ad credendum: quod ex eo patet, quia nullus ad illa, quae eius facultate & naturam excedunt, obligatur, huiusmodi autem sunt supernaturalia, ergo collectio patet, quia supernaturalia facultatem hominis excedunt: antecedens probatur, quia rusticus non tenetur in ciuem promoueri, neque ciuis se equitem facere. Respondeo ad hoc Deum in prima hominis conditione illum condidisse, quasi in quodam gradu supernaturali, ex eo quod formans illum ad imaginem suam, visiois Diuinae fecit eum capace. Ex quo infertur, quod sicut homo iniuste cogere retur ex eo quod Deus illum ad imaginem suam plasmauerit, & capace Diuinae visiois fecerit, sic, & iniuste ex hoc conquireretur, quod illi media necessaria ad beatitudinem precipiat. Unde ad argumentum respondetur negando antecedens, quia sicut ex causa rationabili rusticus cogi potest ut ciuis fiat, & ciuis ut sit miles, sic & homo cum capax sit beatitudinis, quod apponat media ad illam consequendam: consonum enim rationi est, quod cum Deus magnificentiam suam velit homini communicare, quod ipse aliquid ex suo ponat, & faciat ad illam consequendam. Secundo respondemus cum S. Tho. q. 2. art. 5. ad primum, quod licet ex viribus non

Propositio

Propositio

stris id non possim, sed est, quod id cum auxilio speciali Dei possimus: id enim possumus, quod per amicos possumus.

Dubium grauius est, circa secundam conclusionem S. Tho. in qua tenet infidelitatem negatiuam non esse peccatum, quae est conclusio peculiaris illius. Et fere omnes scholastici tenent contrarium. Et primo Adrianus quodlibeto. 4. q. 1. inquit, infidelitatem, quae S. Tho. appellat negatiuam, esse peccatum, quia est ignorantia vincibilis, & per se peccatum, quia contra praeceptum de fide. Et pro expositione suae opinionis notat, quod homo articulorum fidei triplici via potest habere cognitionem. Vno modo lumine naturali, iuxta id Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, & Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Secundo adificando ab alijs via humana. Tertio modo supernaturali, sicut Apostoli edocti sunt articulos a Christo, & alij ab Apostolis: & sic nunc possunt aliqui edoceri, iuxta id 1. Ioann. 2. Vnditio docuit vos. Secundo notat quod ea, quae homo illicere potest, sunt in duplici differentia. Quaedam enim ad salutem sunt necessaria, vt articulorum cognitio, & decalogi praecepta. Alia vero sunt, quae non sunt ad salutem necessaria. Qui contractus sunt usurarij, qui uisimoniaci: Hoc supposito, ponit duas propositiones. Prima, ad aliquam esse ignorantiam inuincibilem, respectu eorum, quae non sunt necessaria ad salutem, sicut est quod homo faciat quod humano modo facere potest: sicut vir prudens faceret, verbi gratia, si factus contractum aliquem, ignorans an sit usurarius, quae ab alijs fide dignis, an talis contractus licitus sit an usurarius. Et hoc dicit satis esse, ad hoc quod ignorantia subsequens inuincibilis sit. Ex quo secundam conclusionem infert, quae respondet questionibus. Infideles in remotissimis Indijs commorantes, esto, fidem Christi humano more cognoscere non possunt, quia fides est ex auditu, tales licet vnquam nihil de fide audierint, a peccato infidelitatis non excusantur, quia ad habendam gratiam non se disponunt, praecepta naturalia seruando, quae si seruassent, profecto a Deo illuminarentur ad hoc quod fide reciperent. Hanc sententiam communiter moderni sequuntur. Et addunt, hoc non solum de infidelibus verum habere, verum etiam de vetula rustica, nempe, quod si a suo praetulo audiat Deum, trinum non esse, delinquit ignorantia vincibilis, quia si se ad gra-

tiam disposeret, Deus illum errare non permetteret. Idem tenet Alexander. 2. parte. q. 129. membro. 8. Denique opinio modernorum est.

S. Thom. contra istos omnes modernos tenet, ignorantiam fidei in his, qui nihil vnquam audierunt de fide, nullum esse peccatum, & ita inuincibile esse: alias enim, si peccatum esset, vincibilis esset. Et probatur primo, & est argumentum ad hominem contra ipsos, quod nullum praeceptum ponitur de fide, si ergo praeceptum non est de fide, vnde est quod Insulani damnentur. Secundo arguitur ex illo Ioannis. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, ergo ubi nullus audiuit, nullum est peccatum, maxime si humano more audire non poterunt. Et Rom. 10. Quomodo credent, & quae audierunt, ac si diceret, nisi audiant, nullo modo credere possunt. Quod si forsitan quis dicat, si se disposeret, audissent: hoc nihil est, quia Paulus de predicatione externa loquitur, ad quam homines mittuntur. Tertio est vrgens argumentum, quia aut isti tenentur se disponere, ad hoc quod per miraculum illuminentur, aut non: non secundum, quia ipsi met fatentur, sicut esse quod a viris. & Doctoribus fide dignis inquirunt, tales tamen ad illos non sunt, ergo, neque primum dici potest, quia hic miracula expectanda non sunt, alias Deus ecclesiae suae sufficeret non prouidisset: quae sufficientia in hoc consistit, quod sine miraculo noui homines crederet, & saluari possint. Quarto, quia si quis a Doctoribus aliquam expositionem audiret, alieuius loci scripturam, de his quae ad salutem sunt necessaria (esto, interius reuelatio contraria ei fieret) deberet credere Doctoribus, & non reuelationi interiori: alias ventalis locus daretur vt dicerent, reuelationem sibi fieri, & se esse sapientiores Theologos. Et ista sententia est B. Augustini in questionibus noui & veteris testamenti, & allegatur ab Adriano, qui inquit, Si non fuerit a quo discat, neque ad quem rumor aliquis doctrinae peruenerit: tum, quia non suo vitio ignorat, immunitus est a damnatione. Quinto quia illa quae sunt fidei, hominum captum excedunt, donec ergo audiant et credere non tenentur: antecedens est notum: consequentia probatur ex B. Augustino lib. 3. de libero arbitrio cap. 22. ubi inquit, Non enim quod naturaliter nescit, & quod naturaliter non potest, deputetur animae ad reatum, sed quod scire non studuit: sed iste more humano sci-

August.



re non potuit, excusatur ergo à culpa. Vltimo, quia sequitur, quod quis infidelis esset propter peccatum furti: sequela probatur, sit, verbi gratia, casus quod iste primo veniens ad usum rationis, in Deum se conuertat, & gratiam habeat, & cum hoc ignorat articulos aliquos, & præcepta aliqua decalogi, & furatur, tunc ille non excusatur ab infidelitate, & tamen non admisit peccatum aliquod aliud nisi furtum: talis ergo propter solum furtum est infidelis. Probatur, quia non facit quod in se est ad tollendam infidelitatem, non ergo excusatur à peccato infidelitatis. Tum etiam, quia distinctio illorum est vana, nempe, quod in necessarijs ad salutem non sufficit diligentiam possibilem more humano adhibere, in alijs autem sic.

Ad rationes illorum, & primo arguit, quia ignorantia illa est sibi in penam aliorum peccatorum, quando ergo in peccatis manent, ignorantia illa non est inuincibilis. Antecedens probatur ex illo Rom. 1. propter quod tradidit illos Deus in reprobam sensum: & Ofex. 14. Si peccator venerit ad consulendum prophetas, ego Dominus decipiam prophetas, ut illum: hoc autem in penam peccati est: & Esaiæ. 29. propter peccata populi sapientia sapientium destruetur, & intelligentia intelligentium abscondetur, & 2. Thessal. 2. Eo quod non receperunt charitatem veritatis, ut salui fierent, ideo mittit illis Dominus operationem erroris, & loquitur de aduentu Antechristi, ignorantia ergo infidelis peccatum est. Quod si ad hæc quis dicat, esto, Insulanus omnia præcepta naturalia seruaret, non tamen potest illico illuminari, & audire, cum longe à Christianis distet. Respondent, quod tunc supernaturaliter illuminabitur, ut constat ex illo 1. Ioann. 2. Vnctio docet vos: & in psalmo. Dabit Dominus significationem timentibus se, ut fugiant à facie arcus, Ex quibus contendunt, ignorantiam talem vincibilem esse. Nos tamen dicimus, verum esse, Deum sæpe permittere nos in errores & ignorantias in penam peccatorum incidere, ignorantiam tamen ipsa non semper est peccatum, etiam si sit vincibilis: concedi mus ergo infidelis propter peccata sua ignorantiam fidei habere, non tamen inde fit, quod ignorantia illa peccatum sit, quia solà obligantur credere quando audierint, ut constat ex illo Ioann. 15. Si non venissem, & loquutus eis non fuisset peccatum non haberet: excusatur ergo à peccato infidelitatis, licet propter sua peccata ignorare permittatur.

Ad omnes autem auctoritates respondemus, eis non fauere: sensus enim est, quod Deus excecauit illorum corda, ne perferentiam de præteritis peniterent, & ne in Deum conuerterentur. Ad aliud, quia est præceptum de fide, ergo non possunt excusari, negamus consequentiam.

Dubium tamen est, quia ex dictis sequi videtur, quod idola seu falsos deos adorare, Insulanis & Indijs peccatum non esset: & idem de Sarracenis, qui Mahometum pro Deo colunt, quia illi inuincibiliter ignorat an sit tantum vnus Deus, hi autem an Christus sit verus Deus. Ad hoc dicimus, circa peccatum idololatricæ ignorantiam inuincibilem cadere non posse, cum lumine naturali notum sit, tantum esse vnicum Deum, per magnum, ergo tempus circa hoc cadere non potest ignorantia, que sit inuincibilis: tunc etiam, quia ad prouidentiam Dei spectat, quod in vna quaque prouincia sint qui necessaria ad salutem doceant, quod veto quis ignoret Deum vnicum, & vnum esse, non obstat, quia vites naturales hominis excedit. De Sarracenis autem dicimus, illos non posse inuincibiliter ignorare, eorum sectam & fidem erroneam esse, cum enim multa contineant, que in lumine etiam naturali repugnantia includunt, quantum per paruum tempus, quando primo veniunt ad usum rationis, ignorare possint. Et forsitan in hoc habet verum sententia Adriani quodlibet. 4. q. 1. nempe, quod quando quis ad salutem ex culpa sua necessaria ignorat, ignorantiam illam peccatum esse. Sed est argumentum, videtur enim saltem Insulanis, illos, qui solem adorant, quia experiantur quod est causa generationis omnium, excusari. Item, quia requiritur longum tempus ad unitatem Dei cognoscendam, dicimus tamen non excusari, quia ex lumine naturali, si vellent id facilius cognoscere possent, sed quia vitijs pluribus sunt offuscati, malitiarum, excecauit eos, & ideo paruiducunt veritatem querere.

Dubium tamen suboritur, ad hoc quod infidelitas negatiua Paganorum sit peccatum, fat sit quod parentes eorum notitiam aliquam fidei habuerint. Verbi gratia, si apud infideles Insulanos fides temporis Apostolorum (ut aliqui volunt) fuit prædicata, dico non sufficere eorum parentes fidei au disse prædicari, ut isti inexcusabiliter teneantur credere, ita quod ignorantia inuincibilis excusari possint, nam licet ab hinc mille annis fuerit eis prædicata fides, si tamen propter malitiam

malitiam hominum obliuioni fuit tradita, & ob id eorum posteritas ignorat, non videtur quin tales inuincibiliter ignoret, ac si fides ibi nunquam fuisset prædicata. Vnde stat, quod aliquo tempore ignorantia sit vincibilis, ut quando non longo ante tempore fides prædicabatur, & ex malitia audientium incipit in alijs ignorantia generari, postea vero post longum tempus sit inuincibilis, cum iam illi qui sic ignorant ob maximam temporis intercapedinem non audierint aliquid de fide. Secundo dico, quod Sarraceni non habent ignorantiam inuincibilem fidei Euangelicæ, cum sint prope nos, & frequenter fidem Euangelij audiant, & saltem maiores & principes eorum non excusantur. Quod si quæras, nunquid quado primum isti audiant fidem nostram prædicari, teneantur statim credere? Dico quod non tenentur statim credere, neque id est peccatum, quinimo illico credere non esset opus virtutis, neque meritorum: quando vero Euangelij doctrina est illis sufficienter prædicata, & non credunt, tunc est peccatum.

Dubium aliud est, an post sufficientem Euangelij promulgationem possit quis sine fide explicita Christi salutem consequi? Doctores ad hoc respondent negatiue, ex eo quod si doctor exterior defecerit, Deus tamen interior illum illuminauit. Et probatur ex illo Actuum. 4. Non est aliud nomen sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri, &c. Et ex illo Actuum. 10. de Cornelio, qui licet in gratia esset, præcipitur tamen illi aliud facere, ut fidem explicitam habeat. Et ex illo Marci vltimo, Qui non crediderit, eodem damnabitur. In contrarium tantum est, quia si paruulus baptizatus, eum primò ad usum rationis peruenerit, moriatur, saluabitur, & tamen sine fide explicita & cognitione Dei, ergo. Ad hoc communiter respondetur, casum non debere admitti, nempe, quod talis moriatur, & sine cognitione Dei, sicut neque præcitus moriatur in gratia. Ita tenet Sæct. Thom. de veritate. q. 14. articulo. 11. ad primum argumentum, & inquit, ita certissime tenendum esse, quod Deus illum illuminauit. Moderni sustinent sententiam oppositam, scilicet, stat, quod adultus aliquis moriatur sine cognitione explicita Dei, & saluatur. Probatur primo, talis adultus est baptizatus, & membrum Christi, ergo si moriatur, saluabitur. Secundo, quia id quod asseritur fundamentum non habet in scriptura. Item argumentatur Aluifiodoren, quia si puer est

baptizatus, & educetur inter infideles, & nunquam aliquid de fide audierit, si veniens ad usum rationis moriatur, saluabitur. Probatur, quia si postquam talis venit ad primum in stans rationis oportet quod deliberet ut credat, cum deliberatio temporis indigeat, si talis medio illo tempore moriatur, asserendum non est, quod talis damnatur, ergo. Secundo, quia iste non habet viam aliquam humanam per quam possit de veritate edoceri, & Deus non promissit reuelationem interiore, nisi quado talis se disposuerit, si ergo talis moriatur, saluabitur, & tamen sine Dei cognitione. Tertio, quia si quis non possit saluari sine fide explicita Christi, maxime ex illo Actuum. 4. Non est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Dñi nostri Iesu Christi, id tamen non obstat, quia locus ille tantum probat, quod quis sine fide Christi iustificari non potest: sed potest quis iustificari sine fide explicita Christi, ut communis Theologorum tenet, ergo & saluari.

Magister Soto. 4. sen. dist. 5. q. vnica art. 2. parum differt ab opinione modernorum: sustinet enim, quod qui inuincibiliter ignorat Christi fidem, cum fide implicita sine reuelatione aliqua si moriantur, salutem æternam consequentur. Probat sequentibus argumentis.

Primo, quia cum gratia sit acceptatio ad gloriam, gratis dicitur quod aliquid requiratur ad obtinendam gloriam, quod non erat requisitum ad obtinendam gratiam, atque adeo fides implicita sufficit ad gratiam, & explicita requiratur ad gloriam: quod si non requiratur, non est cur negetur, posse quempiam cum fide implicita sine alia reuelatione mori.

Secundo, ad obtinendam vitam æternam nihil aliud requiritur, quam seruari mandata, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, ille autem, qui est in gratia per fidei implicitam seruat mandata, alias non esset Deo gratus, ergo habet totum quod requiritur, ut gloriam obtineat.

Tertio, quia Actuum. 4. Non est aliud nomen datum sub celo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, salus illic non accipitur tantum pro gloria, sed pro salute, que fit per gratiam: nam præceptum non datur de gloria, sed de medijs ad gratiam, ut quis obtineat remissionem originalis: cum ergo ille, de quo loquimur, obtinuerit gratiam, fit ut habeat eiusdem nominis fidem, que illi

1. argum. 4. tum.

2. argum. 4. tum.

3. argum. 4. tum.

Ce sufficit



sufficit. Confirmatur, cognitio illa nominis Christi, non solum nobis, sed & cunctis mortalibus post peccatum Adæ fuit ad salutem necessaria, vt D. Thom. 2. 2. q. 2. articulo 7. docet, queritur ergo, vtrum hoc seculo adhibeat aliam obligationem explicitam fidei super illam, quam ante aduentum Christi adferrebat, vel nullam: si aliquam, ergo ignorantia inuincibiliter non sufficit fides implicita, vt sit in gratia: si nullam, ergo eadem fides implicita sufficit ad gloriã, sicut sub lege naturæ. Itẽ sicut dixit Petrus, Non est datum aliud nomen sub celo, &c. ita dixit Paulus, Sine fide impossibile est placere Deo, sed per fidem implicitam homo placet Deo, postquã est in gratia, ergo nulla præterea fides expectanda est ad obtinendam gloriam.

4. argumẽtum.

Quarto, quia exigere quidpiam sine necessitate ad obtinendam gloriam, temerariũ est: dicere autem quod post fidẽ implicitam, quæ ad gratiam sufficit, exigatur explicita ad gloriam, est rem sine necessitate excogitare: gratis ergo excogitatur aliud quiddam exigi, cũ cuiusq; existenti in gratia aperta est celiãna, nisi reliquẽ peccatorum in purgatorio remouentur.

5. argumẽtum.

Quinto, quia fides explicita non aliter est necessaria, quã sicut baptismus, nepe necessitate percepti & finis ad obtinendam indulgentiam gratiã: quare qui per ignorantiam ab illo præcepto excusatur, nullã habet eius fidei necessitatẽ. Vnde qui dicunt esse necessariã ad gloriã & nõ ad gratiam, affirmant non esse necessariã necessitate præcepti: quod falsum est.

6. argumẽtum.

Ultimo, quia cũ illa reuelatio sepius apud remotissimas gẽtes sine miraculo fieri nõ posset, deberent frequẽtia miracula sine necessitate admitti, imò consequens fieret, Deũ nõ satis prouidẽ saluti humanæ: per ordinariã mediã prospexisse, liquidẽ absq; miraculis illis non cõsoluerit. Et concludit salua censura doctus iudicantium, qd qui ignorantia inuincibili Euangelij laborant, sine fide explicita per solam implicitã, quẽadmodum gratiã, ita & gloriã obtinere possunt. Quid autẽ circa quæstionẽ hanc tenendum sit, respondemus per sequentes propositiones. Prima propositio, hæreticum est asserere, quod adultus, qui non est baptizatus, obtimeat remissionem peccatorũ per solam rationem naturalem, cũ primum venerit ad usum rationis. Probatur, quia iste nõ est baptizatus in re, neq; habuit baptismũ in vo-

1. Propositio.

to, ergo non saluabitur: cõsequencia est de fide, Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ potest ingredi in regnũ Dei: & Cõcilio Tridentino sess. 6. Can. 4. definitum est, quod nullus potest saluari sine lauacro baptismi in re vel in voto: nã Ananias gratus erat Deo, tamen Deus ad illum Paulũ misit, vt ab illo erudiretur, & ad Cornelium Angelũ, vt accerferet Petrus & Philippũ ad instruendũ eunuchũ: si ergo istis fides implicita nõ fuit sufficiens ad salutẽ, sed oportuit adhuc aliud facere, non ergo sufficit quod ex naturalibus quæ in Deum conuertatur, nisi fides præcellerit.

2. Propositio.

Propositio secunda, de fide est quod post promulgationem Euangelij sine fide explicita Christi nullus est vitam æternam consequutus. Probatur conclusio, professio Euangelica idem profus est quod confiteri fidem explicitam Christi, hoc enim docet & præcipit Euangelium, cũ ergo vniuersitas mortalium teneatur Christo credere, de eius Euangelio, consequens est, vt te neantur habere fidem explicitam, eandem quæ sit ad salutem necessaria. Secundo, quia id ipsum nõ docuit Christus dicens, Marci vltimo, Euntes in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Quid autem omnis creatura credere teneatur, vtique Euangelium ipsum, quod Christus prædicare iussit: credere autem Euangelio Christi, est fidem explicitam habere de Christo, quam qui non habuerit, condemnabitur. Ex quo fit quod fides explicita tum necessaria est ad salutem, tum subinde in præcepto, sicut & baptismus, ideo simul componuntur, qui crediderit & baptizatus fuerit, eodem ergo modo est necessaria Christi fides explicita.

Auguã.

Tertio, Apostolus ad Galatas 3. id nobis præfecit iniquiens, Priusquã veniret fides (nẽpe Euangelica) sub lege custodiebamur cõclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat, ergo sicut antea sufficiebat ad salutẽ velata fides, ita & nunc requiritur reuelata. Vnde Augustinus libro. 19. contra Faustum cap. 14. Antiqui, inquit, iusti sacramentis suis intelligebant venturam prænnuntiam reuelationem fidei, ex qua, licet adhuc cooptata & abscondita, etiam ipsi vivebant. Et in fine capituli, Nunc autem reuelata est fides, in quam inclusus erat populus, quandũ sub lege custodiebatur:

ad quid autem reuelata, nisi vt hoc seculo sic explicita prouide obliget, atque antiquitas illa abscondita. Quarto, Athanasius in Symbolo fidei ait, Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat Catholicam fidem. Quid est quicumque? Re vera, quicumq; post promulgatum Euangelium in toto orbe fuerit, est, futurusq; sit: fides autem Catholica, inquit, hæc est, vt vnũ Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneremur. Et positus Diuinitatis articulis subdit. Sed necessarium est etiam ad æternã salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat: ac demũ prædicitis articulis humanitatis concludit. Hęc est fides Catholica, quã nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit saluus esse nõ poterit. Vnde Concilio Tridentino sess. 4. decreto. 1. diffinitur, quod sine fide nostra Catholica impossibile est placere Deo. Et vocatur fides Catholicam, quæ explicatur in Symbolis Apostolorum, Athanasij, & Niceni.

Cõcillium Tridentinũ

3. Propositio.

Tertia propositio, asserere quod nunc aliquis salutem æternam assequi possit sine fide explicita Christi forte non est satis tutũ. Conclusio hæc est S. Thom. de veritate. q. 14. articulo. 11. ad primum argumentum: & 3. sentent. dist. 23. q. 2. articulo. 1. quæstion. 1. ad primum, vbi tenet, quod paruulus baptizatus, veniens ad usum rationis, certissime tenendum est, quodã Deo illuminatur, antequã moriatur. Deus enim facienti quod in se est, in his quæ ad salutem sunt necessaria, nunquã deficit: & ita fidem explicitiorem ei reuelabit aut per magistrum internum, aut per hominẽ & doctorem externũ, aut per Angelum: sicut misit Ananiam ad Paulum, a quo erudiretur, & Angelum ad Cornelium, vt Petrum aduocaret, vt ab eo erudiretur, & Philippum ad eunuchum, vt de necessarijs ad salutẽ instrueretur. Et probatur cõclusio ex illo Marci vltimo, Qui nõ crediderit, condemnabitur: sed iste non credit, ergo damnabitur. Respondent, quod talis implicitẽ credit. Contra, quia si fides implicita hodie ad salutem sufficeret, sequitur qd apud Barbaros & Insulanos salus esset sine cognitione aliqua explicita Christi: probatur, quia secundum oppositum opinatẽ per fidem implicitam, quã habet aliquis, assequitur gratiam, si ergo moriatur, cõsequetur salutem, & tamen sine aliqua cognitione Christi: quod asserere tutũ non est. Quod si dicatur, non esse eandem rationẽ de Bar-

baris & Insulanis, & de adulto baptizato inter ethnicos enutrito, qui nunquam aliquid audiuit de fide, quia iste, quia baptizatus est, membrum Christi, alij vero, quia neque in re neque in voto sunt baptizati, nõ sunt membra Christi, ideo non saluantur: cõtra, quia secundum communem sententiam Theologorum, baptismus ideo paruulis ministratur, quia per proprium actum fidem Christi profiteri non possunt: adultus vero, licet sit in gratia, ideo ad baptismum tenetur, vt per ipsum fidem profiteatur: Barbari autem omnes & Insulani, cõtrariã sunt adulti, fidem nõ profitentur, ergo salutem nõ consequuntur. Confirmatur, supposito qd præcepta dantur de actibus & non de habitibus, tunc sic, ea, quæ in sacris literis nobis traduntur, intelligenda sunt de actibus, ergo de adultis, quia paruuli actus fidei habere non possunt, cũ vsu rationis careant. Sed in sacris literis sunt loca expressa, quibus habetur, quod quis sine fide explicita Christi non potest saluari, ergo illa de adultis sunt intelligenda: antecedens patet Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, &c. Dei enim donum est, & ad Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum: & Ioann. 3. Sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, &c. vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam, & Ioann. 13. Ego sum via, veritas, & vita: & Nemo venit ad Patrem nisi per me, hoc est, nisi per fidem explicitam mei ipsius, & Actorum. 16. Crede in Dominum Iesum Christum, & saluus eris. tu & domus tua: & in Symbolo Athanasij, Necessarium est ad salutem, vt incarnationem Domini nostri Iesu Christi fideliter credat, & Augustinus ad Optatum episcopum epistola. 157. Illa est, inquit, vera fides, nullum hominem ab Adam saluari, nisi per fidem Christi, & expressius de prædestinatione sanctorum tomo. 7. ca. 7. vbi de prædestinatione Cornelij disputat, inquit, quod quando elee mosynas aliquas faciebat, fidem aliquam habebat: & tamen si sine fide Christi explicita saluari posset, non esset monitus, vt Petrum accerferet, vt de necessarijs ad salutem eum instrueret. Ex quibus constat veritas conclusionis asserere.

Ad argumenta modernorum, & præcipue Aluissiodorensis libro. 3. tractatu. 2. quæstionẽ. 3. Ad primum respondeo, antecedenti dato, negando consequentiam. Ratio

sufficit. Confirmatur, cognitio illa nominis Christi, non solum nobis, sed & cunctis mortalibus post peccatum. Adeo fuit ad salutem necessaria, vt D. Thom. 2. 2. q. 2. articulo 7. docet, queritur ergo, vtrum hoc seculo adhibeat aliam obligationem explicitam fidei super illam, quam ante aduentum Christi adferbat, vel nullam: si aliquam, ergo ignorantia inuincibiliter non sufficit fides implicita, vt sit in gratia: si nullam, ergo eadem fides implicita sufficit ad gloriã, si cut sub lege naturæ. Itē sicut dixit Petrus, Non est datum aliud nomen sub cœlo, &c. ita dixit Paulus. Sine fide impossibile est placere Deo, sed per fidem implicitam homo placet Deo, postquã est in gratia, ergo nulla præterea fides expectanda est ad obtinendã gloriã.

Quarto, quia exigere quidpiam sine necessitate ad obtinendam gloriã, temerariũ est: dicere autem quod post fidẽ implicitam, quæ ad gratiam sufficit, exigatur explicita ad gloriã, est rem sine necessitate excogitare: gratis ergo excogitatur aliud quidquã exigi, cũ cuiusq; existentia in gratia aperta est cœliana, nisi reliquæ aliquę peccatorum in purgatorio remorentur.

Quinto, quia fides explicita non aliter est necessaria, quã sicut baptismus, nepe necessitate præcepti & finis ad obtinendam indulgentiã gratiãque qui per ignorantiam ab illo præcepto excusatur, nullã habet eius fidei necessitatẽ. Vnde qui dicunt esse necessariã ad gloriã & nõ ad gratiam, affirmant non esse necessariã necessitate præcepti: quod falsum est.

Ultimo, quia cũ illa reuelatio sepius apud remotissimas gẽtes sine miraculo fieri nõ posset, deberent frequentia miracula sine necessitate admitti, imò consequens fieret, Deũ nõ satis prouidẽ salutem humanã per ordinaria media prospexisse, siquidẽ absq; miraculis illis non cõsulerit. Et concludit salua censura doctus iudicantium, q̃ qui ignorantia in amabili Euangelij laborant, sine fide explicita per solam implicitã, quẽ admodum gratiã, ita & gloriã obtinere possunt. Quid autẽ circa quæstiõnẽ hanc tenendum sit, respondemus per sequentes propositiones.

1. Propositio

Prima propositio, hæreticum est asserere, quod adultus, qui non est baptizatus, obtineat remissionem peccatorũ per solam rationem naturalem, cũ primum venerit ad vsum rationis. Probat, quia iste nõ est baptizatus in re, neq; habuit baptismũ in vo-

to, ergo non saluabitur: cõsequencia est de fide, Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ potest ingredi in regnũ Dei: & Cõcilio Tridẽtino sess. 6. Can. 4. difinitum est, quod nullus potest saluari sine lauacro baptismi in re vel in voto: nõ Ananias gratus erat Deo, tamen deus ad illum Paulũ misit, vt ab illo erudiretur, & ad Cornelium Angelũ, vt accerferet Petrũ & Philippũ ad instruendũ eunuchũ: si ergo isti fides implicita nõ fuit sufficiens ad salutẽ, sed oportuit adhuc aliud facere, non ergo sufficit quod ex naturalibus quis in Deum conuertatur, nisi fides præcesserit.

Propositio secunda, de fide est quod post promulgationem Euangelij sine fide explicita Christi nullus est vitam æternam consequutus. Probat, conclusio, professio Euangelica idem prorsus est quod confiteri fidem explicitam Christi, hoc enim docet & præcipit Euangelium, cũ ergo vniuersitas mortalium teneatur Christo credere, de eius Euangelio, consequens est, vt teneantur habere fidem explicitam, eandem quæ sit ad salutem necessaria. Secundo, quia id ipsum nos docuit Christus dicens Marci ultimo, Euntes in vniuersum mundum, prædicatẽ Euangelium omni creaturæ: qui crederit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui veto non crederit, condemnabitur. Quid autem omnis creatura credere teneatur, vtique Euangelium ipsum, quod Christus prædicare iussit: credere autem Euangelio Christi, est fidem explicitam habere de Christo, quam qui non habuerit, condemnabitur. Ex quo fit quod fides explicita tum necessaria est ad salutem, tum subinde in præcepto, sicut & baptismus, ideo simul componuntur, qui crederit & baptizatus fuerit, eodem ergo modo est necessaria Christi fides explicita. Tertio, Apostolus ad Galatas, 3. id nobis præfecit inquit, priusquã veniret fides (nepe Evangelica) sub lege custodiebamur cõclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat, ergo sicut antea sufficiebat ad salutẽ velata fides, ita & nunc requiritur reuelata. Vnde Augustinus libro. 19. contra Faustum cap. 14. Antiqui, inquit, iusti sacramentis suis intelligebant venturam prænanturã reuelationem fidei, ex qua, licet adhuc coopta & abscondita, etiam ipsi vivebant. Et in fine capituli, Nunc autem reuelata est fides, in quam inclusus erat populus, quandiu sub lege custodiebatur:

August.

ad

ad quid autem reuelata, nisi vt hoc seculo sic explicita prouideat obliget, atque antiquitas illa abscondita. Quarto, Athanasius in Symbolo fidei ait, Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat Catholicam fidem. Quid est quicumque: Re vera, quicumq; post promulgatum Euangelium in toto orbe fuerit, est, futurusq; sit: fides autem Catholica, inquit, hæc est, vt vnũ Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem venemur. Et postis Diuinitatis articulis subdit. Sed necessarium est etiam ad æternã salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat: ac denũ prædictis articulis humanitatis concludit. Hęc est fides Catholica, quã nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit saluus esse nõ poterit. Vnde Concilio Tridentino sess. 4. decretũ. 1. diffinitur, quod sine fide nostra Catholica inpossibile est placere Deo. Et vocat fidem Catholicam, quæ explicatur in Symbolis Apostolorum, Athanasij, & Niceni.

Cõcilio Tridẽtino

3. Propositio

Tertia propositio, asserere quod nunc aliquis salutem æternam assequi possit sine fide explicita Christi forte non est satis tutũ. Conclusio hæc est. S. Thom. de veritate. q. 14. articulo. 11. ad primum argumentum: & 3. sentent. dist. 25. q. 2. articulo. 1. quæstionem. 1. ad primum, vbi tenet, quod paruulus baptizatus, veniens ad vsum rationis, certissimẽ tenendum est, quod a Deo illuminatur, antequã moriatur. Deus enim facienti quod in se est, in his quæ ad salutem sunt necessaria, nunquã deficit: & ita fidem explicitiorem ei reuelabit aut per magistrum internum, aut per hominẽ: sicut misit Ananiam ad Paulum, a quo erudiretur, & Angelum ad Cornelium, vt Petrum aduocaret, vt ab eo erudiretur, & Philippum ad eunuchum, vt de necessarijs ad salutẽ instrueretur. Et probatur cõclusio ex illo Marci ultimo, Qui nõ crederit, condemnabitur: sed iste non credit, ergo damnabitur. Respondent, quod talis implicitẽ credit. Contra, quia si fides implicita hodie ad salutem sufficeret, sequitur q̃ apud Barbaros & Insulanos salus esset sine cognitione aliqua explicita Christi: probatur, quia secundum oppositum opinãtes per fidem implicitam, quã habet aliquis, assequitur gratiam, si ergo moriatur, cõsequetur salutem: & tamen sine aliqua cognitione Christi: quod asserere tutũ non est. Quod si dicatur, non esse eandem rationẽ de Bar-

baris & Insulanis, & de adulto baptizato inter ethnicos enutrito, qui nunquam aliquid audiuit de fide, quia iste, quia baptizatus est, membrum Christi, alij vero, quia neque in re neque in voto sunt baptizati, nõ sunt membra Christi, ideo non saluantur: cõtra, quia secundum communem sententiam Theologorum, baptismus ideo paruulis ministratur, quia per proprium actum fidem Christi profiteri non possunt: adultus vero, licet sit in gratia, ideo ad baptismum teneatur, vt per ipsum fidem profiteatur: Barbari autem omnes & Insulani, cõtrariam sunt adulti, fidem non profitentur, ergo salutem non consequuntur. Confirmatur, supposito q̃ præcepta dantur de actibus & non de habitibus, tunc sic, ea, quę in sacris literis nobis traduntur, intelligenda sunt de actibus, ergo de adultis, quia paruuli actus fidei habere non possunt, cũ vsu rationis careant. Sed in sacris literis sunt loca expressa, quibus habetur, quod quis sine fide explicita Christi non potest saluari, ergo illa de adultis sunt intelligenda: antecedens patet Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, &c. Dei enim donum est, & ad Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum: & Ioann. 3. Sicut Moses exaltauit serpentes in deserto, &c. vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam, & Ioann. 13. Ego sum via, veritas, & vitæ: & Nemo venit ad Patrem nisi per me, hoc est, nisi per fidem explicitam meam ipsius, & Actõrum. 16. Crede in Dominum Iesum Christum, & saluus eris: tu & domus tua: & in Symbolo Athanasij, Necessarium est ad salutem, vt incarnationem Domini nostri Iesu Christi fideliter credat, & Augustinus ad Optatum episcopum epistola. 157. Illa est, inquit, vera fides, nullum hominem ab Adam saluari, nisi per fidem Christi, & expressius de prædestinatione sanctorum tomo. 7. ca. 7. vbi de prædestinatione Cornelij disputat, inquit, quod quando eleemofynas aliquas faciebat, fidem aliquam habebat: & tamen si sine fide Christi explicita saluari posset, non esset monitus, vt Petrum accerferet, vt de necessarijs ad salutem eum instrueret. Ex quibus constat veritas conclusionis asserit.

Ad argumenta modernorum. & præcipue Altirosorensis libro. 3. tractatu. 2. quæstiõne. 3. Ad primum respondeo, antecedenti dato, negando consequentiam. Ratio est

Cc 2

est, quia adultus, ad hoc quod perfecte Christo vivatur & incorporetur, oportet quod sit per proprium actum: ista est enim differentia inter parvulum & adultum, nempe, quod parvulus Christo vivitur per alium, scilicet, per fidem ecclesiae, vel parentum, adultus vero per proprium actum debet Christo vivari, sed primus actus necessario debet esse actus explicitus fidei, ille ergo est necessarius, & implicitus non sufficit. Ad secundum dicimus, quod quinimo fundamentum assertionis positae expresse in sacris literis habetur, nempe, quod faciente quod in se est, Deus illuminabit. Et adducit Sanct. Th. loco citato fundamentum Actorum, 10. de Cornelio, & Actorum, 8. ubi Angelus misit Philippum ad eunuchum, ut illum doceret, & de facto fidem docuit. Sicut ergo hoc Deus illuminavit, idem erit de omni homine, qui quod in se est fecerit. Et hinc patet solutio ad rationes modernorum, & Altiſiodorensis. Et ad primum respondeo, quod si talis de facto moriatur medio illo tempore, est argumentum, quod conversio non fuit perfecta, neque ut debuit fieri facta, maxime quia deliberatio non tantam moram requirit, sicut isti imaginantur. Ad secundum respondeo, quod sicut Cornelius & Eunuchus fuerunt illuminati, sic & quilibet, si se disponat, quod si non illuminatur, ex culpa sua est. Ad tertium respondetur, quod perfecta iustificatione id negamus, quia illa sine fide Christi non stat.

Ad rationes doctissimi Magistri. Soto respondeo: ad primum, quod sufficit ad obtinendam gratiam, idem sufficit ad consequendam gloriam, id negamus, quia legi consonat, quod Cornelius & Eunuchus fide implicita sunt iustificati, & tamen sine fide explicita Christi non sunt salutem aeternam consecuti, ut constat Actuum, 8. & 10. Et primum non repugnat scripturae. Secundum vero opponitur sententiae ecclesiae, quae tenet necessarium esse ad salutem aeternam, in carnatione Domini nostri Iesu Christi fide liter credere, & tamen sine actu explicito, in carnationem, & medium redemptionis credere non possumus. Ad secundum, quia ad vitam aeternam obtinendam, sat est man data servare, quare non opus est revelationem novam expectare. Respondeo, mandatum Dei esse, quod sine fide Christi mediator nullus salvetur: & si de facto quis sit iustificatus: & sicut revelavit Cornelio & eunuchus necessaria ad salutem, sic, & illi re-

velavit, quod si non revelet, argumentum est quod non perfecte se disposuit, neque perfecta fuit iustificatio, neque ad consequendam vitam aeternam sufficiens. Ad tertium respondeo, quod locus ille Actorum, 4. Non est aliud nomen datum sub caelo hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, est vni ex praecipuis fundamentis assertionis positae. Et quando inferitur, quod salus illic non accipitur tantum pro gloria, sed pro salute, quae fit per gratiam: respondeo, quod salus perfecta in se includit affectionem beatitudinis. Et haec conclusio secunda sufficere probavimus, quod sine fide explicita Christi post promulgatum Evangelium, nunquam vllus est salutem affecturus. Ad quartum, quia exigere aliquid ad obtinendam gloriam sine necessitate, temerarium est: respondeo, quinimo asserere, quod sine fide explicita Christi per solam implicitam, sicut quis potest obtinere gratiam, ita & gloriam, forte assertio talis est temeraria, quia contra communem sensum Patrum & Doctorum scholasticorum. Et similiter respondeo ad quintum. Ad sextum ipse met Doctor fateatur in fine questionis, quod hodie de facto nullus per fidem implicitam sufficienter in Deum convertitur, si ergo talis conversio non est sufficiens, neque perfecta, concluditur, quod sine fide explicita mediatoris Christi non est salus. Et vt clarius veritas elucescat.

Dubium est, an per fidem implicitam sine actu & explicita fide Christi hodie quis iustificari possit. Pro expeditione dubij notandum, quod hoc potest dupliciter intelligi. Primo, an sine fide in communi, vt est illa, de qua Paulus ad Hebr. 11. Accedente ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator est. Vel secundo sine fide explicita & particulari Christi. Tunc sit.

Prima propositio. Quis iustificari potest sine fide Christi explicita. Haec est communis Patrum & Doctorum scholasticorum. Et probatur, quia stat nunc, quod quis apud Barbaros vel Insulanos quod in se est faciat, vt in Deum convertatur, tali Deo communi canit gratiam, & sine fide explicita Christi, ergo. Antecedens probatur, quia sicut in lege naturae multi instinctu rationis naturalis in Deum convertentur, & erant iusti, qui Deus illos ad suam gratiam & amicitiam recipiebat, quos tamen Deus non statim illuminabat, vt constat de Cornelio & eunuchis, similiter ergo nunc potest quis in Deum converti, & gratiam recipere & iustificari, &

& tamen sine fide explicita Christi.

Secunda propositio, quod vero quis iustificari possit sine fide in particulari sine in communi, erroneum videtur. Conclusio haec statuitur contra modernos aliquos, qui tenent quod per solam cognitionem naturalem possunt in Deum converti. Ita videtur sentire Caietanus. 2. 2. q. 10. art. 4. & intendit id probare ex S. Thom. 1. 2. q. 89. artic. 6. ubi inquit, quod veniale non stat simul cum originali solo. Et probat quia primum, quod puer occurrit, cum primum ad usum rationis venit, est de propria salute deliberare: si talis post deliberationem viam virtutis eligat, consequitur gratiam, & remittitur ei originalis: si vero à via virtutis devertit, peccat mortaliter: tunc arguitur sic. Puer ille eligit viam virtutis & veritatis, & proponit iuste & recte vivere, per hoc habet gratiam, & non habet fidem supernaturalem, ergo per solam cognitionem naturalem potest iustificari. Secundo, quia secundum legem communem in quocunque instanti potest quis iustificari, & tamen secundum legem communem non in quocunque instanti potest de fide illuminari, ergo. Maior probatur ex illo Ezech. In quacunque hora ingemuerit peccator, & c. ex illo propheta, Ego dixi confitebor aduersum me, & tu remisisti. Minor patet, quia fides exaudit est, sed in instanti quis non potest audire, ergo. Tertio, quia ad hoc quod aliquis accedat ad Deum, sat est quod cognoscat Deum esse, & remuneratore esse, ista autem possunt ex solis naturalibus agnosci, non ergo indiget homo fide neque cognitione aliqua supernaturali, ad hoc quod iustificetur.

Dicimus tamen Sanct. Thom. non fuisse huius sententiae, quinimo multis in locis contrarium asseruit: & primo. 2. 2. q. 10. articulo. 1. ubi expresse inquit, quod peccata infidelium sine fide remitti non possunt. Et ait, quod damnantur non propter solam infidelitatem, sed & propter alia peccata, & 1. 2. quaestione. 113. articulo. 4. asserit, quod ad iustificationem peccatoris requiritur motus in Deum per fidem, & probat ex illo Rom. 5. Iustificati ergo ex fide, & 3. sent. dist. 30. q. vnicuique, articulo. 5. ad secundum ait, quod iustus distinguitur ab impio per actum fidei formatum, & 3. parte. q. 86. articulo sexto ad secundum: & in cap. 10. ad Rom. lecti. 3. idem asserit. Hoc supposito probatio sententiam oppositam esse veram, primo, Hierem. 31. **Conuertere nos Do-**

mine, & conuertemur, vbi Hieronymus inquit, Attende quam necessarium est Dei auxilium, & quanta sit hominis fragilitas, necessaria ergo est sicut auxilium, ita & cognitio supernaturalis, vt quis iustificetur, & Paulus ad Rom. 1. adducit illud Abacuc. 2. Iustus ex fide vivit: & cap. 5. Iustitia Dei ex fide Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum, & similibus testimonijs vbique Paulus abundat, & ad Hebr. 11. adducit quotquot ex fide iustificati sunt, & concludit, Sine fide ergo impossibile est placere Deo: & tamen si per solam cognitionem naturalem quis iustificari posset, Pauli intentum nullum esset, hoc enim solum toto illo capite intendit: ad hoc ergo quod quis iustificetur, necessaria est fides implicita, vel explicita. Secundo, quia Concilio Carthaginensi primo haec nostra pars contra Pelagium est diffinita, & adducit Concilia contra illum illud Pauli. 2. Corinth. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: cognitio autem, qua quis de salute sua deliberat, est aliquid, quinimo res maxime ponderis, ergo ex Deo est. Est etiam determinatio Celestini Papae epistola. 1. ad Galos. c. 9. & 10. Sunt etiam testimonia ad hoc idem Beati Augustini in psalm. 13. in principio expositionis psalmi inquit, Christo credimus, cum bonam vitam incipimus ingredi: & libro octuaginta trium quaestionum. q. 68. ait, Credendo meritum comparatur: & ibidem, Videre non possunt, nisi recte viuat, & recte viuere non possunt, nisi credant. Quare à fide est inchoandū. Et pluribus alijs locis idem expresse affirmat. Vnde Caietani assertio, tanquam suspecta & periculosa, caueda est. Et eam retractauit Petrus de Lerma Abbas Complutensis propositione. 6. in vnde cum propositionibus, quas retractauit.

Ad argumenta Caietani. Ad primum dicimus, quod in illo instanti, in quo puer de sua salute deliberat, vt in Deum conuertatur, illa iustificatio de fide à Dño. Quod si queras, vnde hoc habetur? Dicim⁹, quod ex sacris literis, vt ex adductis constat. At contra quia legimus, quod inter gentes pauci cognouerunt Deum, & tamen multi illorum iustificati sunt, nō ergo est necessaria cognitio fidei ad iustificationem. Dicimus ad hoc, quod omnes quotquot ex illis iustificati sunt, cognitioe fidei in vniū Deū cognouerunt, & sine hac cognitione nulli illorum iustificatus est. Ad secundum

argumentum, maiori data, negamus minore, na interius illuminabitur a Deo: unde quod talis sufficenter in Deu couertitur, esto, non sit praedicator exterior, Deus tamen interius illum illuminabit. Et ad argumentum, quia oportet quod doceatur in tempore, distinguo, vel ad hoc qd doceatur exterior, & est ita, uel interius, & sic Deus in instanti potest illum docere. Pro solutione tertij est notandum, quod dupliciter possumus Deu cognoscere. Vno modo, secundum quod est prima causa, & finis reru naturalium, a quo omnia inesse & conseruari dependent. Secundo modo cognosci potest, in quantum est finis supernaturalium. Dicimus ergo, quod prima cognitio neque ad salutem neque ad iustificacionem est sufficiens, sed requiritur secunda, nepe, quod cognoscatur in quantum est finis, & obiectum supernaturale. Et haec sola cognitio est sufficiens iustificare. Ethac ex viribus nostris habere non possumus. Et Caietan<sup>9</sup> videtur retractasse sententiam in epistola Pauli ad Hebreros. c. 11. vbi inquit, quod nulla, scilicet, scientia speculatiua, neq; ratio aliqua sine fide sufficit ad vere Deu cognoscendum, quod sumpsit ex S. Tho. 1. 2. q. 113. art. 4. ad secundum argumentum.

Pro expositione principalis quesiti, an scilicet, omnis actio infidelium sit peccata, est notanda, duplex esse infideles: quosda, qui Deum verum colunt, seruunt tamen ritus aliquos vanos, & ceremonias falsas, vti Iudei & Sarraceni. Et inter istos dubium non est, quin aliquid bonum opus faciant. Alij vero sunt infideles, qui sunt idolatre, & plures deos venerantur. De istis ergo est dubium, an illorum actiones omnes sint peccata. Gregorius Arimi. 2. dist. 38. q. 1. tenet has duas conclusiones. Prima, infidelis, qui veru Deum non cognoscit, non potest aliquid bonum opus morale facere. Secunda, omnis actio huiusmodi infidelis est peccatum. Probat primo, quia non datur actus aliquis indifferens in particulari, tunc sic ad hoc qd actus aliquis sit bonus moraliter, oportet qd omnes circumstantiae sint bonae, omnis ergo actio infidelium est peccatum. Antecedens patet, quia bonum confurgit ex integra causa: consequentia probatur, quia in omnibus actibus istorum infidelium deest circumstantia vltimi finis. Secundo, quia creaturam propter se diligere est peccatum, sed talis est infidelis, quia dilectionem creaturae non refert in Deum, quinimo, illam propter se, vt parentes & uxorem diligit. Tertio, quia

Opinio Gregorij

sequitur, quod diuitias & honoru & quodlibet temporale possemus propter se diligere: sequela probatur, quia si non requiritur relatio in Deum, nulla mala circumstantia adest: hoc autem contra Augustinum est, qui inquit, quod frui vtendis est peccatum, ergo. Quarto, quia sequitur, quod vere virtutes essent in infidelibus, quod est contra Augustinum, qui in psalm. 67. ait, Nulla bona opera censenda sunt, nisi quae ex dilectione Dei fiunt. Et in psal. 31. Nullum opus bonum est, nisi quod ex religione procedit: & lib. 4. contra Iulianum, & 5. libro de Ciuitate Dei. c. 25. diffinit, nullum esse actum virtutis, nisi ex fide procedat: si ergo in gentibus non fuerunt vere virtutes, ergo neque actus virtutum, & ex consequenti neq; actus moraliter bonus. Quinto probatur ex glossa super illud ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, vbi glossa ait, quod omnis vita infidelium est peccatum.

Communis sententia Theologorum tenet sententiam contrariam. Magister sentent. loco citato, Albertus Magnus, Bonauentura, Alexander Ales. 2. parte. q. 118. membro 3. ad quartum argumentum, Durandus. 2. dist. 41. q. 1. Sanct. Thom. q. 10. artic. 4. & Caietanus ibidem, & Capreolus eade distinctione. q. vnica ad primum, ponit sequentes propositiones.

Prima, ad hoc quod actus aliquis sit moraliter bonus, non requiritur quod actualiter in vltimum finem referatur, sed sufficit virtualis relatio, hoc est, quod obiectum habeat bonum, & fiat propter bonum honestum. Et addit Caietanus, quod sicut reperitur in causis efficientibus, similiter & in finalibus, nam sicut, dato sit vna prima causa omnium efficiens, sunt tamen aliae causae primae in suo genere: vt in genere calidorum prima causa caloris est ignis, in genere frigidorum, aqua: sic dato sit vnus vltimus finis, qui est Deus, non tamen repugnat, quod sint alij vltimi fines in certo genere, vt in genere regni politici finis vltimus est pax, in genere animalium homo. Secundo ait Caietanus, quod refertur omnia in Deum stat dupliciter. Vno modo explicito, vt quando quis dat elemosynam propter Deum, & id exprimitur exterioribus verbis, vt pote si necit elemosynam huius dici propter Deum, quae est relatio explicita, & effectus opus meritorium. Secundo modo implicito vtendo bonis rebus, sicut sunt a Deo ordinatae: verbi gratia, De<sup>9</sup> fecit honestum

r. Propositio C2. Capreoli.

honestum aliquid bonum, vt parentes diligere: & ait, dato quod ille talis Deum ignoret, diligere tamen parentes est bonu, quia implicite Deum diligit, ex eo quod vitur re illa bona a Deo creata, & sic implicite in Deum refert. Quod si quis dicat, hoc esse gratis dicitur: non tamen est, quia vt S. Tho. inquit. 1. 2. q. 2. art. 1. ad hoc quod quis aliquid faciat propter finem, non opus est qd si nem pregnoscat: hirundo enim propter finem edificat, quae tamen non cognoscit: & similitur qui paries honorat, si sit infidelis, propter finem veneratur, & tamen finem non cognoscit. Tertio ait, Deum esse diligendum propter se, naturaliter est cognoscibile: & ita sentit Avill. 12. Metha. primam causam esse propter se diligendam. Quarto dicit, iure tamen natura non omnes tenentur Deum statim propter se diligere, cum id lumine solui naturali breui tempore cognosci non possit, sed requiritur indutiu temporis. Ex quibus infert, ad aliquem actum esse moraliter bonum: non requirit, quod explicito referatur in Deum, quia non statim homines possunt Deum cognoscere, sed fat est, quod implicito referatur operando propter bonu finem honestum.

Secunda propositio Capreoli, tempore quo quis tenetur praecipuum Diuinum adimplere, tenetur actum, quo illud adimplet, actualiter vel virtualiter in Deum referre: virtualis relatio est, quod talis sit in gratia, quae omnia opera in Deum refert, vel quod aliqua de se & sua in Deum reuerlerit. Probat ex S. Tho. quia 2. sent. dist. 41. q. 1. art. 2. ad quartum argumentum asserit, non teneri quilibet omnem suum actum in vltimum finem dirigere, quia illum dirigit fides. Tum etiam quia praecipuum illud est affirmatiuum, non ergo obligat ad semper, sed solum pro tempore, quo quis tenetur Deu diligere. Et idem tenet S. Tho. 1. 2. q. 88. art. 1. ad secundum: & ita mens eius est, quod quando praecipuum de charitate currit, homo tenetur opus illud ex charitate facere, expresse in Deum referendo: vt si occurrat praecipuum de contritione, de dilectione parentum, vel aliud simile. Nos tamen conclusionem contrariam veram affirmamus, nepe, quod quantumcunque quis sit in mortali, potest praecipuum de veneratione parentum, vel elemosyna danda adimplere: nullum enim est praecipuum, quod, quantum ad ipsius substantiam, sine gratia adimpleri non possit. Primo, quia non est praecipuum de habenda gratia, non

2. Propositio

enim dantur praecipua de habitibus, sed de actibus. Secundo, quia sequitur quod nullus esset certus, an praecipuum aliquid adimpleat, cum certus esse non possit an habeat gratiam. Tertio, quia circumstantia illa esset de necessitate confessionis: & tamen nullus quantumuis timorata conscientie circumstantiam illam confiteretur. Quarto, quia sequitur, quod adimplendum praecipuum iuris Diuini, quilibet teneretur se ad gratiam disponere, & de peccatis conteri: verbi gratia, si praecipuum de danda elemosyna currit, ad danda elemosyna teneretur de peccatis conteri: patet, quia teneretur praecipuum in gratia adimplere, ergo teneretur se ad illa disponere: alias periculo se exponeret praecipuum non adimplendi. Vnde S. Tho. de malo. q. 2. art. 5. ad septimum impugnat opinionem Gregorij, quia ex illa sequitur non debere nos consulere peccatoribus in mortali existantibus, quod se in Deum conuertant per obseruationem mandatorum Dei. Patet, quia secundum illum existens in mortali, seruando mandata, peccat, consule rem ergo illi mortali. Quod si quis arguat, quia Paulus. 1. Corin. 10. inquit, Omnia in gloriam Dei facite, facere autem in gloriam Dei, est facere propter Deum, ergo. Dico, qd si locus hic haberet sensum, quae Capreolus existimat, sequitur contra ipsum, qd quando aliquid ex consilio facimus, teneretur id in Deum referre, cui dicat, Omnia quae facitis in gloriam Dei facite, opera autem consilij non tenemur explicito in Deum referre, ergo neq; alia. Vnde locus exponitur, primo negatiue, Omnia in gloria Dei facite, hoc est, contra gloriam Dei, neq; charitati obuiantes. Secundo, exponitur affirmatiue, id est, omnia facite propter bonu honestu, id est, propter finem a Deo constitutu, vt si comeditis propter necessitate sustentationis corporis.

Tertia propositio Capreoli, quando non currit praecipuum aliquid de charitate; non tenetur homo opera sua in Deum referre, vt si quis nunc elemosyna daret non ex praecipuo, sed ex consilio, non tenetur opus illud in Deu referre. Conclusio haec est vera & communis theologoru. Quid autem tenendu sit, respondeo ad quaestionem per sequentes propositiones.

Prima propositio, Ad hoc quod aliquis actus sit moraliter bonus, non requiritur quod in Deum referatur, neque formaliter, neque virtualiter, sed fat est, quod finem habeat honestum. Probat, quia si omnis actio infidelium esset mala & peccata, sequitur quod

3. Propositio

Ad quaestionem, si propositio.

nullus infidelis posset se ad gratiam disponere: patet, quia per actus malos nullus se ad gratiam disponit. Quod si dicas, est ita, ut communis Theologorum tenet, quod ex puris naturalibus nullus potest se ad gratiam disponere: contra, quia si ita esset, sequitur quod infidelis nullo modo se posset ad gratiam disponere, nisi prius Deus absque vlla dispositione illius, illi infundat cognitionem supernaturalem: sequela probatur, quia infidelis non potest se disponere nisi per actum bonum, sed actum bonum habere non potest, nisi prius habeat cognitionem supernaturalem, quia ad bonitatem actus requiritur relatio in vltimum finem, refertur autem in vltimum finem non potest, nisi prius cognoscat, requiritur ergo cognitio supernaturalis. Secundo, quia occurrente materia precepti infidelis esset perplexus, quia si faciat peccat, si non adimpleat similiter peccat, preceptum transgrediens, ergo. Respondet Gregorius, cōuertat se in Deum. Contra, quia talis, vt probauit, ex naturalibus non potest se in Deum conuertere. Tertio, quia sequitur quod talis salutem aeternam assequi nō possit: patet, quia talis nullo modo posset se ad gratiam disponere, probatur quia maxime precepta iuris naturalis seruando, & opera virtutum exequendo, sed per hoc non, quia secundum Gregorium peccat, ergo. Quarto, quia sequitur quod infideli melius esset per horam dormire, quam parentes & patriam ab hostibus liberare: quod absurdum est: probatur, quia dormiendo nō delinquit, liberando autem parentes & patriam peccat, ergo, vnde conclusio posita euidenter est vera, & Gregorij opposita falsa.

2. Propositio

Secunda propositio. Quodcumque preceptum, precepto de dilectione Dei super omnia dempto, potest homo in mortali adimplere etiam sine relatione aliqua in finem vltimum. Patet, nam si est fur quando restituit, & parentibus in graui necessitate subuenit, preceptum adimplet.

3. Propositio

Tertia propositio, quicumque Deum vere diligit, & est in gratia, omnes eius actus boni, qui ex dilectione & gratia procedunt sine relatione vltiori, in Deum virtualiter referuntur, etiam si de Deo non cogitet, verbi gratia, si quis existens in gratia, eleemosynam dedit, actus ille in Deū refertur: ratio est, quia dilectio Dei super omnia quodammodo omnia includit, & omnia bona opera in Deum refert. Hinc Bonaventura loco citato ait, quod religiosus, qui ex dilectione Dei & charita-

te ingressus est religionem, per omnia opera que facit ad religionem attentantia meretur, dato, illa in Deum non refert, quia ex primo actu opera alia fructum habent. Et addit Gabriel, quod non solum per opera, que ad religionem pertinent, sed etiam per alia opera que ad obedientiam prelatorum spectant, meretur: ratio est, quia in prima obedientia cetera alia opera in Deum virtualiter referuntur.

Ad argumenta Gregorij respondetur. Ad primum dicimus, ad hoc quod actus aliquis sit moraliter bonus, factus est, quod finis proximus sit honestus, dummodo circumstantia aliqua mala non apponatur. Ad secundum respondetur ex Caietano, quod diligitur aliquid propter se stat dupliciter. Primo modo vltimate, & isto modo non stat creaturam aliquam diligere licite, quia solus Deus vltimate potest licite diligi. Secundo modo non vltimate, ordinando dilectionem in finem aliquem proximum, qui tamen non sit vltimatus: & isto modo diligere licet creaturas aliquas propter se, vt virtutes, que secundum se sunt bonæ & appetendæ. Ad tertium negamus consequentiam: & ratio est, quia virtus de se est bonum honestum, & datio eleemosynæ absolute finem honestum habet, pecunia vero & cetera temporalia non sunt, neque appeti possunt tanquam finis & bonum honestum, sed tantum sicut bonum vltimum. Ad quartum ex B. Augustino respondetur primo, Augustinus quando inquit, quod in gentibus non fuerunt vere virtutes, inteligit virtutes, que in illis fuerunt, non perdere vsque ad vltimum finem. Secundo dicimus, quod virtus potest dupliciter considerari: primo modo secundum quod est dispositio ad optimum simpliciter, quod est Deus clare visus: & isto modo Augustinus sumpsit virtutem, quando dixit, quod in gentibus non fuerunt virtutes. Secundo modo, consideratur virtus secundum quod est dispositio in tali genere, & secundum quod disponit ad facilitatem naturalem: & isto modo Augustinus non negat, quod in gentibus fuerunt virtutes. Et nos non negamus quod isto modo non fuerint virtutes in gentibus: nam vt patet ex philosopho. 1. Rhetorici. c. 7. virtus est pars felicitatis. Tertio dicimus, Patres & Sanctos solum illud vocare bonum & verum, quod ad vitam aeternam conducit, & quia sine charitate & gratia vitam aeternam assequi non possumus, ideo Augustinus dixit, opera gentium esse potius vitia, quam virtutes. Ad vltimum argumentum responderet S.

Tho.

Tho. q. 10. articulo. 4. ad primum.

Sed est argumentum vrgens ex doctrina S. Thom. qui inquit, quod omnis actus infidelis procedens ex infidelitate est peccatū. Arguitur sic. Omnis actus infidelis (esto, ex genere suo sit bonus) procedit ex infidelitate saltem virtualiter, ergo est malus: antecedens probatur, quia virtualiter referuntur in suum falsum deum, sicut actus Christiani in verum Deū, si Deo seruire proposuit, ex quo proposito actus subsequentes imperantur: similiter ergo est de infideli. Pro solutione notandum, quod aliquid referri in Deum stat dupliciter, vno modo explicite & formaliter, vt cum de eleemosynā actualiter propter Deum. Alio modo virtualiter, ad quem relatio habitualis non sufficit, vt cum quis ex habitu operatur, sed requiritur virtualis: quæ potest esse dupliciter: vno modo quando actus procedit ex intentione præcedenti, verbi gratia, quando ego dico, crastina die propter Deum ieiunabo, & post per peccatum aliquid propositū istud non interrumpo: si crastina die ieiunā, esto, Deus memorie non occurrat, ieiunium tale virtualiter in Deum refertur, quia propositum præcedens manet in virtute. Idem est de illo, qui proposuit propter Deum adire B. Iacobum, & post in itinere de Deo non recordatur. Alio modo opus refertur virtualiter in Deum, quia virtualiter continetur in ipsa volitione finis, verbi gratia, infidelis absolute vult parentes honorare, tale opus virtualiter in Deum refertur, non primo modo, quia non procedit ex intentione finis, cum eam prius non habuerit, sed secundo modo, nempe, quia bonum illud honestum includitur in ipsa volitione finis, scilicet Dei, quia bonum honestum de se ordinatur in Deū. Ex his dico duo, primum, quod quando aliquid refertur virtualiter primo modo in finem, quia scilicet, procedit ex intentione finis, tanquam ex causa, si finis est malus, opus est malum, esto, & genere sit bonum, verbi gratia, dare eleemosynam propter inanem gloriam, opus est malum: sic de Sarracenis & infidelibus opus procedens ex amore falsi dei est malum & peccatum: vnde si Sarracenus honor & parentes, vt Mahometo placeat, peccat. Secundo dico, quod capiendum virtualiter refertur, secundo modo nullum opus ex genere suo bonum refertur in finem malum, neque opus ex genere malum in finem bonum, sed opus bonum refertur in finem bonum, malum vero in malum. Vt si ab

solute velim parentes honorare, in finem bonum refertur, quia in Deum, est enim bonum honestum: vnde tales actus, si illis malus finis non apponatur, virtualiter in Deum referuntur. Secus esset, si Sarracenus formaliter in Mahometum referret, vel si antea retulit, quia tunc primo modo virtualiter in malum finem refertur. Ex hoc ad argumentum dicimus, talia opera que de se in finem honestum ordinantur, nō esse peccata, quia non referuntur virtualiter in idōlam, bonū vero omne particulare de se ordinatur in Deum, tanquam in bonum cōmune & vniuersale.

An autem liceat bona temporalia sine aliqua relatione amare, vt honorem vel famam appetere? Dico primo non esse eandem rationem de bono honesto & vtili, quia bonum honestum est bonum propter se, bonum vero vtile propter alium. Secundo dico, amare ista bona vtilia, sine relatione actuali in vltimum finem non esse peccatum, cum sint vere bona, vnde nō solum bona honesta, sed etiam vtilia absque peccato appeti possunt. De quo Doctores scholastici. 2. dist. 41.

Caietanus artic. 4. citato dubitat, an liceat nobis statuas & idōla Sarracenis & infidelibus vendere, vel Paschalem agnum Iudeis. Videtur enim id non licere, esset enim cooperari peccatis illorum, cum demus illis peccandi materiam. Et respondet per tria dicta, supposito, quod ea que infidelibus possumus vendere, sunt in triplici differentia, quia aut sunt talis conditionis, quod illis vt non possunt, nisi in ministerium infidelitatis sue, & tunc est prima conclusio, Talia infidelibus vendere, peccatum est. Secundo modo possunt esse res que ad alia sunt vtilis, vt panis, oleum, & agnus: est secunda conclusio, Si quis ista intentione sinistra illis vendiderit, nempe, vt eis suis ritibus & sacrificijs abutatur, peccat, si vero e contra, non peccat, esto, vendens sciat infideli emere ad sua infidelitatis ministeria exercenda: vnde est tertia conclusio, Vendere infidelibus res, que bono & malo vsui aptari possunt, nulli propterea est peccatū, quāuis vendens sciat eos illis rebus male vsuros. Ratio est, quia vendens peccatū illorum vitare nō tenetur. Quod si quis arguat quia hoc est peccatū illorum cooperari, dico quod directe & de per se ad peccatū alterius cooperari nō licet, deperaccedens vero vti malitia alterius ad vtilitatem propriam licet. Vnde mihi non est voluntarium nisi iudicet, quia licet possim vitare, non tamē tenor.



Pro defensione Ambrosii & Anselmi respondet S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 4. & asserit eorum asserta b. fariā posse intelligi, hoc est, vel quod vita infidelium non potest esse sine peccato, cū peccata sine fide non tollantur, vel quia quidquid agunt ex infidelitate, peccatum est. Vnde ibidem subditur, quia omnis infideliter viuens, vel infideliter agēs vehementer peccat: hinc autem non consequitur infideles in quolibet opere peccare, sed tantum in illis, quæ ex radice infidelitatis procedunt, & in sua idola formaliter referunt: bonitas enim naturalis rationis, quæ de precatu ad optima, nō est in illis penitus extincta & abolita.

Ferus in locis citatis cauendus est, videtur enim in illis hereticis Lutheranis fauere doctibus naturam humanam sine peculiari iustificantis gratiæ auxilio nō posse nisi malum eligere & facere, & ob id omnes infidelium actiones, atque etiam ipsas virtutes esse peccata, & omnium Christianorum opera, quantumlibet bona, si absq; speciali gratificantis gratiæ dono fiant, esse mala & hypocritica. Hūc autem errorem detestatur sancta Synodus Tridentina sessione. 6. Can. 7. his verbis, Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, vere esse peccata, aut quanto vehementius quæ nituntur se disponere ad gratiam, tanto grauius peccare, anathema sit.

VIGESIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An liceat marito adulteram repudiare vxorem, & vxori adulterum repudiare virum.

1. Cor. 7

**A**mbrosius in commentarijs hunc locum differens, *Precipio, non ego, sed Dominus vxorem ad viro non discedere, quid si discesserit, manere in nuptiam*, duas habet sententias ab ecclesia non receptas. Primam, licere viro dimittere adulteram vxorem, & ea viuente, accipere aliam. Secundam, imparia esse iura coniugij, & ob id non licere vxori virum adulterum dimittere, neque ab eo discedere. Sic enim scripsit, Non permittitur mulieri vt nubat, si virū causa fornicationis aut apostasie, aut si illicite impellente lasciuia, vsūm querat vxoris, quia inferior non omnino hac lege vtitur, quia po-

tior, si tamē apostatet vir, aut vsūm querat vxoris inuertere, nec alio potest nubere mulier, nec reuerti ad illum: & virum vxorem non dimittere, subauditur autē, excepta fornicationis causa: & ideo non subicitur sicut de muliere, quod si discesserit manere sic, quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem, quia non ita lege constringitur sicut mulier. Harum sententiarum posteriorem reprehendit Hieronymus in epitaphio Fabiolæ inquit, Præcepit Dominus vxorem non dimitti, excepta causa fornicationis, & si dimissa fuerit, manere in nuptiam: quiddam viri præcipitur, hoc consequenter redundat ad foeminas, non enim adultera vxor dimittenda est, & vir melius tenendus. Apud nos enim quod non licet feminis, eque nō licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur. Et idem sentit Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 26. quorum auctoritatem Pontifices & omnes Theologi scholastici sequuntur, decernunt. in causa diuortij parum esse viri & vxoris conditionem. Prior quoque sententia damnata est Concilio Tridentino, sessione 24. Can. 7. Et quia questio hac supra disputata est tomo. 2. Chryostomi ad duodecimum questum: hęc sint. Vide ibi.

Quia cū Concilium Tridentinum de irratione clandestini matrimonij ageret, & plures Doctores sententiam circa articulum propositum, nempe an expediat quod ecclesia matrimonia clandestina irritet in futurū, tulissent, quia visum fuit Patribus non sufficienter esse de hac re instructos, præceptum mihi fuit, vt sententiam meam circa hęc rem ferrem: non enim eram ex classe eorum, qui signati sunt, vt sententiam in propositum articulum enuntiarem. Et quia questionem propositam maxime coniunctum est, quod mihi accidit, cū confessiones auricularis secularium audirem, inter quos vnus occurrit, qui cū vndecim pupillæ & in facie ecclesiæ contraxerat, iniuria non sit perditissimis hominibus, si asseratur, quod aliqui ex illis clandestinè cū viginti contraxerint. Et quia multum etiam hodie non plene attingunt, quibus rationibus Synodus fuerit adducta, vt clandestina irritet, sententiam, quam ibi dixi, hęc scribam: forte non pigebit legisse, quæ hęc est.

Circa presentem articulum, an expediat quod ecclesia matrimonia clandestina irritet in futurum, tria discutiam. Primum, an ecclesia matrimonia clandestina irritare pos-

Hierony-  
mus.

Augusti-  
nus.

Alexander  
tertius.

Vrbanus.

Nicolaus.

fit, Secundum, an expediat quod illa irritet. Tertium, quis modus & forma in huiusmodi irritatione adhiberi debeat. Ad primum, hac vnica assertionem respondetur, Ecclesia potest matrimonia clandestina irritare. Quæ verā & Catholica existimo: & illam suadeo triplici medio. Primo traditione Patrum & ecclesiæ. Secundo, diffinitionibus Conciliorum. Tertio, rationibus Theologicis. Circa primum medium Euaristius Papa, qui anno centesimo à Christo passio ecclesiæ præfuit, subscribere videtur, matrimonia clandestina irritasse. Cuius sententia habetur. 30. q. 5. e. alter, vbi asserit, quod talia non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra & fornicationes, potius quā legitima coniugia esse non dubitetur. Si ergo coniugia nō sunt tanti Patris sententia, poterit ergo ecclesia talia irrita esse declarare. Ex quo vrgens argumentum sumitur, quod ecclesia ritum ab Apostolis accepit. Et sicut diuersis temporibus in ea diuersus fuit vsus sanguinis, sic & diuersus vsus matrimonij clandestini. Neque satisfacit glossa, quæ communiter assignatur, nempe, qd foro contentioso talia non sunt legitima matrimonia, bene tamen foro conscientiæ. Contra quod sic arguitur. Axioma Theologorum commune est in materia de contractibus, qd contractus qui est inualidus iure fori, non ligat iure poli, ergo sicut contractus hæretici, qui iure fori sunt irriti, sunt etiam iure poli: sic ergo cū matrimonia clandestina ciuili iure puniantur, poterit ergo ecclesia illa ea ratione, qua matrimonium est contractus ciuili & naturalis, iure poli irritare, sicut ius ciuile iure fori irritat de facto. Alexander etiam tertius idē etiam diffiniuit inquit, similiter contrahentes non esse compellendos vinculum agnoscere, nisi ipsi hoc sponte vellet publicare, quia tunc ab ecclesia recipiendi sunt, ergo iudicio ecclesiæ ante publicationē non sunt legitima matrimonia. Probo, quia quod ecclesia non acceptat, irritum habet. Vrbanus etiam Papa. 31. q. 2. ita diffiniuit, Quoniam Canonum legumq; autoritas talia sponsalia non approbat, ita sententiam temperamus, vt si princeps cū filie matris & pariter assensu, quod ceptum est, perficere voluerit, concedamus. Et Nicolaus ad consulta Vrbani, & habetur. 30. q. 5. can. Nostrates, idem diffinit: & 32. q. 5. ca. Patrem puellæ, & 30. q. 5. ca. Qualis vxor esse debeat a parentibus tradita, sponso accipienda, idē est diffinitum.

Diffinitionibus etiam Conciliorum, quibus clandestina hæc matrimonia prohibentur, tanquam turpia & illicita, idem probatur. Et primo damnat illa Concilium Carthaginense tertium, & Africanum quartum, can. 13. & Synodus Triburenfis can. 38. & can. 42. & Synodus Augustinensis. can. 19. & habetur 30. q. 2. ca. nullus viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere præsumat, aut regis beneficio existimet postulatam, & Aurelianensem quartū Can. 22. Nullus per imperium potestatis filiam committere audeat alienam: coniugium, quod contra parentum voluntatem copulatur, velut captiuitas iudicetur, & Synodus Turonica secunda. c. 21. & Tolonana. 3. c. 10. & Acquigrangensis. & Meldensis. c. 10. & 65. & Lateranensis. Can. cū inter, sic diffinitur, Prædecessorum nostrorum vestigijs inherendo, clandestina coniugia penitus inhihemus. prohibentes ne quis sacerdos talibus interesse presumat. Ecclesia autē non prohibet nisi quod de se malum est; & licet multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent, vt si quis postquam votum religionis emisit, de facto contrahat matrimonia, & copulam consumet, nihilominus cum similes contractus, ita quā iniquos & illicitos, ecclesia prohibeat poterit illos irritos & inualidos habere. Patres etiam, qui Concilio Colonienfī præfuerunt, ca. 31. in hanc sententiam subscripserunt. Nam post verba Euaristij hunc Canonem, qui sanctissimus est, addiderunt. Cupe remus in ecclesia Concilio generali renouari ob clandestina illa matrimonia tollenda, quæ nunc passim, non palam, sed furtim inter pueros & puellas contra parentum consensum per lenones & lenonas copulantur: ex sola causa libidinis, nō Dei respectu, sed diaboli instinctu coniunguntur, idq; sæpenumero absq; debito consensu. Et probat, quia quis debuit consensum vocet (in re tanta, quæ rescindi non potest) cuius nō consilium, sed pueritia, vel temeritas, vel infidie, vel libido in causa fuit? Et cōcludit, inde non in merito non coniugia, sed adulteria, contubernia, stupra, vel fornicationes sanctus ea Pontifex appellat.

Ius etiam ciuile huic sententiæ concinit. I. in sponsalia eodem titulo, & ff. de restitut. nup. l. nuptiæ, quibus iuribus diffinitur, qd nuptiæ non constant nisi hi consentiāt, sub quorum potestate constituntur. Et merito iure ciuili talia coniugia irrita habentur: iudicatur enim similibus contractibus ius naturale,



rale, Diuinum, & humanum violari, & specialiter internam ius. Vnde in damnatione illorum, qui clandestine contrahunt volens nobis Dominus proponere exemplum, Eua adduxit ad Adam, vt ipse tonquam amoru pater, inter eos matrimoniu conciliaret. Idem legitimus de Ismaele, cui mater vxorem accepit de terra Aegypti: & Abraham, vocato Eleazar, dixit ei, pone manum tuam super femur meum, &c. Vnde Isaac & Rebeca ex consensu parentu amborum copulati sunt. Idem etiam legitimus de Jacob & vxoribus eius. Et Sichem patri Emor dixit, Accipe mihi puellam hanc coniugem. Et Thamar dixit Absalon, Noli facere stultitiam hanc, quia potius pete me a rege, qui me tibi non negabit. Et Paulus, qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit. Ex quibus conuincitur liberis coniungere munus esse parentum: & quod clandestine copulentur, esse contra honestatem, reuerentiam, & obedientiam parentibus debitam. Cu ergo vix sit, qui tanta mala ex huiusmodi nuptijs male contractis oriantur, non sit expertus, & iure naturali, canonico & ciuili prohibetur, nihil ergo est quod prohibeat, quod ecclesia clandestina matrimonia in futurum irrita esse diffiniat.

**1. Ratio** Rationibus Theologicis idem probatur. Primo, quia potestas ecclesiastica & spiritualis ita perfecta & sibi sufficiens est, sicut ciuilis & temporalis, sed potestas ciuilis de facto plures contractus ciuiles irritat, qui lege naturali validi essent, ergo potestas ecclesiastica contractus matrimonij clandestini irritare potest: collectio est nota. Probatur antecedens ex illo Ioann. vltimo, Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos cum plenitudine potestatis: qua a Patre accepi ad edificationem ecclesie: dempta excellentie potestate, qua sacramenta condidit, quia hanc necesse non fuit, quod in ecclesia relinquere facultates enim, sicut & artes, ex fine superiori existimanda sunt, quanto autem felicitas aeterna temporalem excedit, eo finis spiritualis potestatis excedit finem temporalis, vt inquit Innocentius. c. folite de maioribus & obediens. Spiritualia autem tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima corpori praefertur. Vnde Paulus Hebr. 7. dignitatem sacerdotij Euangelici praefert dignitati temporali, ex eo quod Melchisedech, qui erat Dei sacerdos, benedixit Abrahae: & deo ait, sine contradictione maior est qui benedicit, qua qui benedicitur. Abraham typum

gererat potestatis temporalis, Melchisedech spiritualis, & ita sine contradictione potestas ecclesiastica & spiritualis dignior est potestate temporali, quod erat antecedens. Minor probatur, quia irritat testamentu oclusum etiam cum signaculo tabelionis, si numerus septem testium non adsit, in his de testamentis, s. si. & l. hac consultissima. C. de testam. & in regno Hispania. l. 3. Tauri, potestas etiam ecclesiastica plures contractus, qui iure naturali validi essent, irritauit. Iure enim Pontificio cautum est, ne res ecclesie sine tribus praecedentibus contractibus distrahatur, 10. q. 2. can. ea enim: & 12. q. 2. can. sine exceptione. Mirabile ergo est quod potestas ecclesiastica dignior sit temporali: & temporalis sit sibi sufficiens, & potest contractus, qui iure naturali sunt validi, irritare, & tam ecclesiastica id non possit: si ergo temporalis potest, a fortiori ergo potestas ecclesiastica clandestina matrimonia in futurum irrita esse diffinire potest.

**2. Ratio** Secundo, quia quando Christus instituit matrimonium in esse sacramenti dicit, Quos ergo Deus coniungit, homo non separet, no mutauit naturam contractus matrimonij, sed tantum matrimonio Christianorum addidit priuilegiu hoc, quod gratiam conferret, sed prout matrimonium est contractus in lege naturali, respublica & princeps temporalis, expertus malis & incommodis, quae ex matrimonij clandestinis oriuntur, potest clandestina irritare, ergo a fortiori & ecclesia, cum non possit saluti animarum subueniri, nisi illa irritet, non assignabitur remediū aliud: cum ergo possit ecclesia contractum naturalem irritare, corrumpet quidquid in super addi fuerit: collectio est nota: antecedens est communis consensus omnium Patrum: minor probatur: alias enim potestati temporalis non esset sufficiens prosumus, quia cu clandestina occulte & sine testibus contrahatur, & occultorum Deus sit iudex, potestas ciuilis de illis iudicare nequit: gentes autem matrimonium rem sanctam & quid maius quam inuentum existimant humanum, si ergo concubitus vagos arcebant & damnabant, & de his, qui stuprum vel adulterium perpetrabant, poenam capitis suis legibus sumebant, quis dubitet, quin sicut legibus concubitus vagos damnabant, possent & clandestina irrita habere? Quod si princeps temporalis id de facto non exequitur, non est ex defectu potestatis: potestas enim secularis sibi sufficiens est, sed quia ecclesia id (& rationabiliter)

te.) interdixit: ea enim ratione qua sacramentum est, ratione ecclesiasticam induit ratione spiritualitatis, qua in se includit, & ne eadem causa in tribunalibus diuersis ageretur, & quia quae sint valida, & quae inuolida matrimonia ex facis literis diffiniendū est, quarum cognitio non ad principes seculares, sed ecclesiasticos spectat.

**3. Ratio** Tertio, quia religio maius bonum est quam matrimonium, & vinculum religionis fortius vinculum est quam matrimonij, cu soluitur illud, sed ecclesia irritat vota, quae cu solennitate ecclesiae non sunt emissa, & vota imuberum, & habetur. 35. q. 5. can. manifestu, & c. nonnulli, & c. nequius, pari ergo ratio ne potest clandestina matrimonia irritare. Consequentiam proba, quia vota reddere ita est de iure naturali & diuino, sicut indissolubilitas vinculi matrimonij, & sicut vnus sponte & voluntarie contrahit, sic & alter vouet.

**4. Ratio** Quarto, quia ratio & natura matrimonij, sicut cuiusvis alterius rei, ex fine pensanda est, praecipuus autem finis matrimonij est debita & religiosa liberorum educatio, experientia autem magistra nouius, adulteri nos & spurios filios raro & forte nunquam Christiani & religiose educari, ex natura ergo rei similes contractus, quia praecipuo fini matrimonij contrarij, sunt ab ecclesia relegandi, hoc autem commode fieri nequit, nisi tales contractus irritet, potest ergo contractum irritando, clandestina irritare.

**5. Ratio** Quinto, quia stando in iure naturali & diuino, paucissimi sunt gradus, qui ultra primum, & qui in recta linea continentur, prohibiti: ecclesia autem diuersis temporibus gradus diuersos prohibuit. Aliquando enim in septimo gradu affinitatis vel consanguinitatis coniuncti copulari possent in huiusmodi, post vero ad quartum gradum restrinxit, vt c. non debet cum ceteris, de affinitate & consanguinitate. Si ergo ecclesia statuto suo perfonas in talibus gradibus contrahentes illegitimare potuit, & illa matrimonia haberi irrita diffiniri poterit, ergo vt malis obstat, quae ex clandestinis oriuntur, illa irrita esse diffinire.

**6. Ratio** Sexto, quia ecclesia, quae nunc est (hoc tantum dempto, quod scripturam sacram. condere non potest, quia scripturam condere, est ex immediata Dei reuelatione loqui, ac si Deus ipse loqueretur) tanta potestatis & auctoritatis est, sicut ecclesia quae fuit tempore Petri, & Apostolorum, & Patrum an-

tiquorum: in fauorem autem religionis Patres antiqui. c. ex publico de coersione coniugatorum ius Diuinum interpretantes, diffinuerunt, quod matrimonium ratum per professionem religionis approbata dissoluitur. Et Paulus in fauorem fidei, quod eos summa tempore conuersionis aliter ad fidem dirimitur. 1. Corin. 7. inquit, His qui matrimonio coniuncti sunt, praecipio, non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari: & vir vxorem non dimittat, na ceteris ego dico, non Dominus (insinuans quod id non vult haberi tanquam de iure Diuino, sed tanquam traditio Apostolica) si quis frater vxorem habet infidelium, non dimittat illam, &c. Et concludit, quod si voluerit discedere, discedat, non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi ecclesia, ergo quae nunc est, ius Diuinum interpretando, in fauorem matrimonij diffinire potest, clandestina in futurum irrita haberi: proba, alias enim cu malis omnibus quae ex illis oriuntur, mederi non possit, nisi illa irritando, ecclesia quae nunc est, tanta potestatis & auctoritatis non esset: sicut ecclesia quae olim fuit, neque in necessarijs ad salutem sufficiens illi prouisum esset, cum constet non fuisse temporales poenas, censuras ecclesiasticas, multam etiam capitis addidisse, quia cum in occulto contrahantur temporales poenae exequi nequeunt. Solum ergo restat medium hoc vt in futurum ecclesia clandestina irrita diffiniat.

**7. Ratio** Septimo, axiomata Theologorum est. 4. di. 3. 4. agentium de impedimentis, quae natura sua matrimonium dirimunt, quod si vsus matrimonij sine peccato esse non potest, matrimonij natura sua est irritum: neque assignabitur instantia, vsus autem clandestini matrimonij de se & ex natura sua est peccatum mortale, quia intrinsece includit contempnum legis naturalis Diuinae & humanae: ergo sicut quando alia impedimenta vsui debito matrimonij opponuntur, ecclesia irrita declarauit, similiter ergo eadem ratione poterit clandestina in futurum irrita diffinire. Et confirmatur, quia c. significasti de eo qui duxit quam poluit per adulterium, ecclesia ad obuiandum infidijs & dolis, irritat matrimonia, in quibus praesens fidei datio cu machinatione in mortem coniugis, cum ergo clandestina sine dolis & infidijs maxime raro aut nunquam fiat, vt experientia docet, eadem ergo ratione poterit diffinire clandestina

na irrita haberi: vel assignetur disparitas rationis, quare in vno casu irrita diffiniat, & in alio irritae non possit.

Ex quibus infero, quod asserere ecclesiam non posse clandestina matrimonia in futurum irritare, nedum est falsum & erroneum, sed salua omnium vestrum Patrum sententia, haeresim & Lutheranismum sapit. Quod sic probat: Lutherus enim affirmat, ecclesiam non posse personas ad sacramentum ordinis illegitimare, neque ad sacramentum matrimonij, neque gradus aliquos prohibere, qui iure naturali & diuino non sunt prohibiti. Arguitur sic, propositio sapiens haeresim est, quae est haeresi propinqua, & quae secundum sententiam sapientium aduersatur fidei, ut ista, Nullus in Hispania consecrat Eucharistiam, vel, Non est licitum litigare, aut quod plures saluantur in statu coniugali, quam in celibatu. Sed iste sunt maxime proximae & coniunctae, Ecclesia non potest clandestina irritare, & ista, Ecclesia non potest personas illegitimare, Ecclesia non potest prohibere gradus, qui iure naturali & diuino non sunt prohibiti. Iste autem sunt formaliter haereticae, & ut tales contra Lutherum damnatae, ergo & haec quae est illis proxima, Ecclesia non potest clandestina irritare, sapit haeresim. Quis enim dubitet, quin in fauorem haereticorum cederet, & contra fideles esset virgens argumentum, Ecclesia tetrauit clandestina irritare, & non obtinuit quod tentauit, si ergo hoc non potest, ergo neque gradus qui iure naturali non sunt prohibiti, prohibere, neque personas, quae sunt legitime secundum ius naturale & diuinum illegitimare.

Item, quia propositio sapiens haeresim, secundum aliam eius diffinitionem, est illa ex qua, cum aliqua quae rationabiliter negari non potest, inferatur vna, quae est formaliter haeretica, vtpote ex ista, Sub ista hostia (qua sacerdos eleuat) non est corpus Christi, cum ista, Sacerdos iste est vir probus, & protulit verba consecrationis supra materiam debitam, & cum intentione debita, quae rationabiliter negari non potest, inferatur ista, quae est formaliter haeretica, Sacerdos proferens verba consecrationis supra debitam materiam non vere consecrat, & ideo alia, ex qua ista inferatur, sapit haeresim. Similiter ista, Sanctissimus Pius quartus non est Papa, quia ex illa cum ista, quae rationabiliter negari non potest, Dominus Pius quartus fuit legitime a dominis Cardinalibus electus in Papam,

inferatur ista quae est formaliter haeretica, Reus & legitime electus a dominis Cardinalibus in Papam, non est Papa. Tunc arguitur sic, ex ista, Ecclesia non potest clandestina matrimonia irritare, cum ista, quae rationabiliter non potest negari, subueniri non potest omnibus incommodis, quae ex clandestinis matrimonijs oriuntur, nisi ecclesia illa irritet, inferatur ista, quae est formaliter haeretica, In ecclesia non est potestas ad obuiandum malis & incommodis, quae in illa oriuntur, quae huic equipollet, Ecclesiae non est sufficere prouidum de remedijs ad salutem necessarijs, quae est formaliter haeretica. Et per haec ad primum.

Ad secundum, an, scilicet, expediat quod ecclesia in futurum clandestina matrimonia irritet, assertione vnica respondetur, Nedum expediens, sed necessarium videtur, quod sancta Synodus irrita esse in futurum declaret & diffiniat quae ex incommodis ex huiusmodi nuptijs male contractis oriuntur. Suadetur primum, quia ex huiusmodi clandestinis matrimonijs affinitas contrahitur; absurdum autem est, quod cum nescientibus & omnino ignorantibus affinitas contrahatur. Secundo, quia non steruitur via ad aulteria, quia qui ignorat mulierem alteri esse copulatam, facile eam sollicitat: ut patet de Pharaone & Abimelech, qui Abrahama uxorem licitarunt, quia non vxorem, sed fororem eam vocabat. Tertio, paratur via ad supra, incestus, & abortus, ut passim experimur. Quarto, quia filij ex tali coniugio habitij pro non legitimis habentur, & quia in peccatis concepti (ut in plurimum) ad malum sunt proni. Quinto, quia nedum sini & debite educationi prolis, sed triplici bono matrimonij opponitur: bono fidei, quia regulat iter & ut in plurimum fides violatur: bono prolis, quia raro aut nunquam religiose educatur, & varijs periculis tam animae quam corporis exponitur: bono sacramenti, quia quilibet illorum pro sua concupiscentia facile matrimonium dissoluit. Vltimo, quia clandestinis permissis, postquam tales occulte contraxerunt, quilibet illorum pro sua libidine & animi leuitate ad nuptias secundas accedit, & cum ecclesia de occultis non iudicat, cogitur cum secunda cohabitare: & tamen parochus, qui veritatem nouit, illum cum priori cohabitare cogit, quia illius est vere vir, & non secundus. Quid ergo faciet miser his constructus angustijs: certe dubitari non potest, quin multi laqueis similibus attracti, de salute periclitentur,

tentur, quod demon similibus nuptijs principaliter intendit. Si ergo haec, & alia plura damna (quae prudens omitto) ex similibus nuptijs oriuntur, vt tot incommodis sancta Synodus obuiet, nedum expediens, sed necessarium videtur, quod clandestina matrimonia in futurum irritet. Et hoc solo medio omnibus malis medetur. Omnia enim alia media ecclesia tentauit, & quod intendebat, obtinere non valuit, vt experientia docet. Et ideo videtur, quod praestitisse hoc medium sit necessarium, si saluti animarum ecclesia prospicere intendit.

Ad tertium, nempe, quis modus sit adhibendus ad hoc quod matrimonium non claudesim, sed legitimum & in facie ecclesiae contractum esse dicatur, duabus assertionibus respondeo. Prior, potestas est in ecclesia ad diffiniendum omnem contractum matrimonij esse irritum, qui sine benedictione sacerdotali, & sine solennitate ecclesiae fuerit celebratum. Probo, quia potestas ecclesiastica non est sibi minus sufficiens, quam ciuilibis potestas, sed ciuilibis potestas irritat testamenta oclusa etiam: cum signaculo tabellionis, si solennitas iuris non seruetur, vt probatur ex instrum. de testa. §. si. & l. haec consiliosissima. C. de testa. ergo & ecclesiastica potestas, si contractus matrimonij sine benedictione proprii parochi celebratur. Et hoc habet verum maxime secundum sententiam illorum, qui tenent benedictionem sacerdotalem esse de essentia matrimonij. Itaque, quia ecclesia defecto irritat vota, quibus deest solennitas ecclesiae, vt habetur. 33. q. 5. c. matrimonium cum similibus: & similiter rerum ecclesiasticarum alienatione, si solennitas, quam instituit non seruetur. 12. q. 2. c. sine exceptione, poterit ergo idem circa matrimonium statuere.

Secunda assertio, licet haec potestas sit in ecclesia, amplius tamen conuenit, quod sacra Synodus diffiniat, omnes clandestine contrahentes sententiam excommunicationis incurrere. De iure enim communi contra tales haec sententia haec non est lata. Et vltimo, omnis contractus matrimonialis, qui coram quocumque vel saltem tribus testibus omni exceptione maiores, non fuerit celebratus, & praesentia proprii parochi, irritus in futurum habeatur. Probo assertionem, primo quia si in republica ciuili, vbi de successione agitur temporalis, haec solennitas exigitur, quanto fortiori ratione in ecclesiastica, in qua de salute aeterna animarum agitur?

1. Conclu  
so

Secundo, quia haec diffinitione subuenitur praecipuis malis, quae ex similibus contractibus oriuntur, quia qui coram testibus, qui nec muneribus, neque pretio aliquo corrupti possunt, cum vnica semel clandestine contracti, postea non valebit publice & in facie ecclesiae eum secunda contrahere: & hoc solo medio praecipue obuiandum est, & illi sufficienter subuenitur, si ecclesia id in futurum diffiniat, quod sancte, & cum maxima laude, & merito efficiet, si id diffiniat: tunc enim puellae prudentius agere discunt, & malis, quae ex huiusmodi clandestinis male contractis oriuntur, via praeccluditur, & matrimonio suus honor seruabitur: & vbi locus tantum esset matrimonij legitime contractis, bona spes esset, vt ea quae bono essent principio inchoata, bono quoque exitu terminarentur. Sustinuit autem ecclesia haec haec matrimonia (modo testibus probari possent) ne viciatis puellis sua simplicitas noceret, neve adolescentibus impune foret, quod puellis fraudem & stuprum intulissent, conformando se in hoc ordinationi Diuinae, quae olim Deuter. 22. praecipit, Si quis puellam nulli desponsatam virginem viriari, dabit patri puellae centum quinquaginta siclos argenti, & habebit eam in vxorem, quia humiliavit eam, & non poterit dimittere eam cunctis diebus vitae suae.

Quod vero contractus autoritate & praesentia parochi celebratur, ex eo constat necessarium esse, quia si nullus contractus ciuilibis sine signaculo & subscriptione tabellionis est validus, fortiori ergo ratione fides & autoritas parochi in re tam graui & sacra expedit, quod tanquam necessaria diffiniatur. Haec sunt Patres grauissimi, quae citae propositum articulum mihi visum est in medium adducere.

Fateor motiua eorum, qui partem contrariam sustinent, non esse leuia, sed nisi forte ego fallor, efficaciter parum aut nihil cocludunt. Et quia multa sunt, ad efficaciora respondebo. Primum argumentum sumitur ex illo Matth. 19. Ergo quos Deus coniunxit, homo non separet, vbi Christus seruatus noster matrimonium ad primum eius institutionem reduxit, & illud etiam de iure Diuino instruit. Quod Paulus explicauit dicens, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia, ad Ephes. 5. Respondetur, quod stante prohibitione & irritatione ecclesiae, talis non est coniunctio maritalis, neque Deus illos con-

innxit,

funxit, vt ex tali coniunctione vinculum in dissolubile oriatur, sed propria libido & concupiscentia: & sicut Deus illos non coniungit, sic neque homo illos separat, sed declarat ex defectu legitimi contractus, consonū esse iuri naturali & Diuino, quōd talia coniugia irrita habeantur. Similiter respondetur ad illud Pauli ad Rom. 7. Mulier alligata est legi, quanto tempore viuuit eius vir. Et ad alia quæ ex eodem. 1. Corinth. 7. possunt adduci, nempe quōd stante prohibitione & irritatione ecclesiæ, talis non vir, sed mechus & leuo est, ecclesia non soluit legē matrimonij, sed interpretatur ius naturale & Diuinum, quibus concinit, quōd nullus clādestinē coniungatur.

Ad secundam rationem, quia nihil est magis naturale quā vt possit quisq; per suam voluntatem alteri se tradere, & dominium sui corporis in alterum trāsferre. Respondetur, quōd nisi lege sit prohibitū, ita est iusdō enim in lege naturali & Diuina, possit fidelis infideli se tradere, quia matrimonium est de iure naturali, quōd apud omnes idē est. Tamen si quis post prohibitionem ecclesiæ 38. q. 1. c. caue, & c. Iudai cum similibus, & Concilij Toletanis. 3. & 4. cum infideli contrahere tentet, matrimonium est irritū. Sic & in presentij postquā ecclesia clandestina in futurum irritauerit, coniugium tale irritum erit, vt & idem est de gradibus ab ecclesia prohibitis.

Ad tertiam rationem, quia matrimonium est de iure naturali, & vltra hoc est sacramētum de iure Diuino, & potestatem excellētiā, qua Christus Dominus sacramenta cōdidit, non reliquit in ecclesia, ergo sicut in cæteris sacramentis, si concurrant ea, quæ sunt de essentia sacramenti, ecclesia efficere non potest, quōd non sit sacramētum, vt de baptismo, Eucharistia, & cæteris sacramentis, patet ergo idem erit de matrimonio: consequenter probō, quia ita est de iure Diuino, sicut & cætera sacramenta. Ad primum, Quod est de iure naturali quod est inuariabile, respondeo distinguendo de iure naturali, vel primū vel secundario. Primū quod dicit ordinem & necessitatem intrinsecam ad legem æternam inuariabile est. Et hac ratione tenet Sanct. Thom. 1. 2. q. 100. art. 8. præcepta omnia decalogi esse indispēnsabilia. Secundarium vero est, quod talē necessitatem & ordinem intrinsecum non dicit ad legem æternam, & ideo variabile est, & mutari potest, & huius ordinis est indissol-

ubilitas & vinculum matrimonij, & eius vniuersitas. Quod ex eo patet, quia Deus cum Patriarchis in polygamia dispensauit, vt constat. c. gaudemus extra de diuor. vbi habetur, quōd nulli vnquam licuit plures habere vxores, nisi quibus Diuina dispensatione concessum est: & in indissolubilitate matrimonij cum filijs Israel similiter est dispensatum, vt habetur Deut. 24. & Matth. 19. Itē, quia cognitio huius veritatis ex cognitione & iudicio sapientium pendet, sapientes autem omnes non consentire cetera indissolubilitatem matrimonij: Socrates enim, & alij vagos concubitus approbatur, indissolubilitas ergo matrimonij non est de iure naturali primū sed secundario: quod sicut à Deo, ita & ab ecclesia variari & mutari potest: iure enim Diuino Christus Dominus potestatem ei commisit ad statuendum ea, quæ de bito regimini & saluti animarū concernūt, quale est hoc, de quo præsens est sermo. Secundo responderetur, quōd ea, quæ sunt iuris naturalis & Diuini purē, nempe, naturalis & Diuini nihil humanum includentis inuariabilia sunt, si tamen aliquid humanum includant, ratione illius variari possunt, vt de traditione voti & iuramenti constat, quæ sunt de iure naturali & Diuino: quia tamen à voluntate humana, quæ oblicabilis & defestibilis est, oriuntur, ideo regulæ superiorū subdantur. Et hinc summus Pōtēx ex causa iusta & rationabili in illis dispensat, inuenit ergo de matrimonio dicim⁹, quod ex ea parte qua humanum aliquid includit, & contractus est naturalis, regula superiorū rectificari potest. Hæc autem facultas in præsentia in hac sacra Synodo residet, si ergo clandestina rectificari aliter nequeunt, nisi illa irritet, poterit ergo illa irritare.

Ad secundum membrum, quia est sacramētum & de iure Diuino, sicut cætera sacramenta: responderetur primo, quōd matrimonium inter cætera sacramenta hoc speciale habet, quod est contractus in lege naturali, & est etiam sacramētum, & vt secūda ratione prioris membri articuli dixi, Christus Dñs matrimonium instituendo in esse sacramenti, circa illud, prout erat contractus in lege naturali, nullam variationem, neque mutationem fecit, sed tantum contractū illi naturali addidit priuilegium, & vim gratiā conferendi: probaui autem quōd princeps secularis, nisi ab ecclesia esset prohibitus, potest contractus matrimonij irritare, aliās reipublica ciuillis non esset sibi sufficiens, ergo ecclesia

clesia vniuersalis, quam hæc sacra Synodus representat, similes contractus potest irritare, & indirectē irritando contractum, declarat non esse sacramētum: destructo enim fundamento, corruit quicquid super illud superædificatur: vnde si contractus est inualidus, neutiquā erit sacramētum. Secundo responderetur, quōd ea ratione, qua matrimonium est sacramētum, sicut in cæteris sacramentis ecclesia declarat, quæ sit debita materia: vt in baptismo, cuius materia est aqua, declarat quōd nō quæuis aqua, quia non rosacea, sed elementalī: & in confirmatione, cuius materia est chrisma, declarat quōd oleum, non quouis licore, sed balsamo mixtum: & in Eucharistia, quōd non quouis panis, sed triticeus, sic & in matrimonio: cū materia secundum S. Thom. sit actus primi consentientis & exprimentis cōsensum per verba de presenti, & forma, verba vltimo consentientis, ecclesia declare potest, quōd materia debita sit actus taliter expressus & qualificatus, quōd in præsentia parochij, & coram quinque vel saltem tribus testibus exprimat: & hoc statuere rationi consonum est, vt consensus sit omnino liber, & ex deliberatione plena proficiscatur, & vt sit spes bona, vt ea quæ bono principio sunt inchoata, felici exitu terminabuntur: & quia in moralibus regulæ traduntur ex his, quæ vt in plurimum accidunt, & vt in plurimum connubia clandestina infelices exitus habent, ideo ecclesia merito illa in futurum irritare potest ex defectu debite materiae, & debiti consensus.

Ad quartam rationem, quia testes sunt posteriores, posterius autem destruere non potest contractum, qui testimonium testium præcedit, ergo. Respondetur, quōd argumentum supponit falsum, nempe, quōd sicut in testamento ocluso testes sunt de substantia contractus, & ideo si numerus testium desit, contractus est irritus, similiter & matrimonium. Quod vero hoc falsum sit ex eo constat, quia modus & accidens rei non variat eius substantiam: quod verum est, quando modus est extrinsecus, quia si sit intrinsecus, variato modo, variatur substantia, sicut destructa caliditate & siccitate, ignis destruitur, sic destructo contractu naturali, destruitur & sacramētum: & testes q̄ sint priores vel posteriores extrinsecus & deperaccedens est: quia tamen contractus naturalis intrinsecus est matrimonio, ideo destructo contractu, sicut neque est matrimonium, ita

neque sacramētum.

Ad quintam rationem, quia ecclesia non potest variare materiam, neque formam aliorum sacramentorum, ergo nec matrimonij, cū sit sacramētum, respōdetur, vt dixi, negando cōsequentiā: non enim eadē est ratio, quia in alijs sacramētis iam materia quā forma est ex institutione Diuina, in matrimonio autem Christus tantum addidit contractū naturali priuilegium & vim conferendi gratiam: & irritando contractum, sicut contractus non manet, ita neque sacramētum.

Ad sextam, quia filius familias in his quæ sibi de iure naturali cōueniunt, est sui iuris, parentibus enim & ecclesia inuitis, potest religionem ingredi, ergo & matrimonium contrahere. Respondetur negando consequentiā: patet enim neque ecclesia priuare non potest filium his, quæ ad consecrationem indiuidui ordinantur, nempe, vt ne comedat vel bibat: secus est de matrimonio, quod ordinatur ad consecrationem speciei, quæ cum iam sufficienter sit multiplicata, & ex nuptijs legitimis contractis nulla sit spes, quōd feliciter succedant, ideo ecclesia tales irritare potest. Similiter neque est eadem ratio de religione, quæ est de matrimonio, quia religionem ingredi est de se opus consilij & perfectionis, & cū sit optimum bonum filij, parentes tenentur eius voluntati consentire, quia neque ius parentum violat, neque honorem sibi debitum illis subtrahit, cuius oppositum clandestinum matrimonium obtinet.

Ad septimam, quia ecclesia non potest facere de matrimonio non matrimonium, hoc autem faceret, si clandestina irritaret, ergo. Confirmatur, quia matrimonium legitime contractum, nisi morte, vel per ingressum religionis, vel conuersionem infidelis ad fidem, dissolui non potest. Respondetur, negando minorem, quia siur quando materia est illegitimata, esto, aliqui contrahant, contractus est inualidus: similiter clandestinis irritatis, contractus non tenet, & per consequens neque est matrimonium, ideo ecclesia non efficit de matrimonio matrimonium, sed declarat esse irritum, quia nunquam fuit verum matrimonium. Ad confirmationem respondeo, quōd est ita si matrimonium sit legitime contractum, clandestinum autem illegitimum est, & ideo ab ecclesia irritatum.

Ad octavam, Ecclesia non potest dispensare in matrimonio rato, ergo neque in matrimonio clandestino: respondemus primo, antecedens secundum Doctores iuris Canonici & civilis esse dubium. c. enim ex publico de conversione coniugatorum, opinatur oppositum ex facto summorum Pontificum, quia Martinus. 5. & Eugenius. 4. in illo dispensarunt. Sed quia oppositum cum communi Theologorum existimo verum, respondemus negando consequentiam: non enim eadem est ratio, quia dispensatio in matrimonio rato cederet in perniciem grauem matrimonij (& nisi summus Pontifex episcopus interdixisset, possent in illo dispensare: axioma enim commune est, quod quicquid potest Papa in toto orbe, potest episcopus in sua dioecesi, stando in iure Diuino) irritatio vero clandestini matrimonij non in perniciem, sed in fauorem reipublice & matrimonij cedit, & ideo ecclesia illud irritare potest.

Ad nonam, quia stat parentes esse duos & difficiles ad liberos copulandos, & quia puella, quae patri placet, filio displicet, & e contra quae placet filio displicet parenti: quid tunc faciet filius? nunc quid poterit a parentibus vel ecclesia cogi, ut iniustus contrahat cum illa, quae ei displicet. Item, quia stat, quod sint gemelli, qui potentia & tyrannide matrimonij impedire sufficiant, quae tam contrahentibus quam reipublice valde essent vitia. Respondemus primo, quod leges in communi dantur, neque prospicere & prouideri possunt omnibus casibus contingentibus & particularibus. Secundo respondemus, quod Deus omnia sua iure disponit, & more humano loquedo, raro aut nunquam accidit, quod si contrahenti vel reipublice expediret, saltem per recursum ad superiores tales nuptiae impediretur. Tertio respondemus, in his & in similibus casibus, necdum parentibus inscijs, sed etiam illis iniustis, posse filios contrahere, dum tamen adeat episcopus vel parochus, & de consensu illorum contrahat. Et in similibus casibus ecclesia ratum habet simile matrimonium, neque incurrit censuram, neque poenas, quae contra clandestine contrahentes sunt inflitae. Et ad objectionem, quid iuris si episcopus vel parochus ne parentibus iniustis displiceat, vero illius noluit acquiescere, neque cum pro sua voluntate & electione matrimonio volunt copulare. Respondemus, quod tunc protestatur id coram testibus fide dignis, & contrahat in Domino, quia cum vtiatur suo iure,

parentibus non irrogatur iniuria, neque alicui alteri, & habetur immunis ab omni culpa & poena contra clandestine contrahentes lata.

Ad vltimam, quia si contrahentes sunt personae illustres, non videtur decens, neque expediens, quod in ecclesia publicentur, & omnibus fiat notum, tales velle matrimonio copulari. Respondemus, quinimo maxime expediens est, quia maiora mala ex clandestinis nobilibus sequuntur quam ex illis, qui infimae sunt conditionis, & bonum commune preferendum est decenti honestati & honoris illorum. Idem enim dicimus, si inter contrahentes disparitas maxima sit, vel si matrimonium aliquid pudoris habuerit. Unde quando senex contrahit cum puella, vel iuuenis cum vetula ex licentia Pastoris, his & similibus casibus facile subuenitur. Haec sunt, quae circa propositum articulum, an expediat quod ecclesia matrimonium clandestinum irritet in futurum, mihi visa sunt in medium Patrum adici posse, quorum consensus & tunc subieci, & nunc subiecio.

Ultra rationes, quibus ecclesiam posse clandestina in futurum irritare suasi, Patres illi grauissimi has alias quatuor rationes addidere. Prima, quia vel homo consideratur quatenus membrum reipublice civilis, vel spiritualis & ecclesiasticae: si quatenus membrum reipublice civilis se, & suam voluntatem, & omnia bona sua, & personam dispositioni reipublice commisit, potest ergo reipublica in casu illum cogere propter bonum reipublice, ut cum Ioanna, vel cum Maria contrahat, ergo propter idem bonum, vel contrahere non possit nisi publice & in facie ecclesiae, potest in futurum clandestinum irritare: si vero consideratur quatenus membrum reipublice spiritualis, & sic subiecitur Papae & ecclesiae, Dominus autem reliquit in ecclesia potestatem condendi omnes leges, quae ad debitum regimen illius concernunt, sed ita nunc iudicat expedire, potest ergo clandestinum in futurum irritare.

Secundo, quia si esset reipublica Pagano rum aut gentium, cuius princeps irritasset omnia matrimonia, nisi celebrata essent tabellione praesenti, & tribus testibus, ut de facto Iulianus imperator instituit, ut reus & dolis obuiaret, quae passim circa coniugia ac eidebant, demum ergo quod tota illa gentium aut Paganorum reipublica ad fidem conuertatur & baptizetur, arguitur sic, Matrimonia istorum, quae antea non erant

sacra-

sacramentum, post baptismum & conuersionem ad fidem iam sunt sacramenta, quare baptismus abrogauit legem illam, vel non? si non habeo intentum: si sic, contra, quia tunc gratia destrueret naturam: tum etiam quia mirabile esset, quod per solam susceptionem baptismi remedium necessarium ad conseruationem pacis reipublice cessaret, & quod Paganus vel Gentilis conditionis deterioris esset post baptismum quam ante fidem susceptionem. Et hinc respondetur ad rationem quae amplius videtur vegere, quia intelligi non potest, quod ecclesia irritet contractum, & non sacramentum, supra cuius materiam & formam ecclesia auctoritatem non habet. Dicimus, quod imò in eo supposito facile intelligi potest, nam toto illo tempore quo Pagani & Gentes non sunt ad fidem conuersi, contractus praesens sacramentum, & contractus naturali destructo, sacramentum esse non potest. Et ad replicam, quia saltem in baptizatis id intelligi nequit, respondetur, quod imò intelligi potest, quia sicut in naturalibus dispositiones praecedunt introductionem formae, sic & in moralibus, & ideo matrimonium prius est in esse contractus naturalis quam sit sacramentum: sicut in generatione hominis dispositiones praecedunt introductionem animae rationalis, & tamen intelligimus quod stante vltima dispositione, statim introducitur forma. Et si qui contrahant per literas vel per procuratorem, sunt theologi qui tenent, quod tunc tantum est contractus matrimonialis, & tamen non est sacramentum, donec ambo simul consentiant.

3. Ratio

Tertia ratio, quia cap. ex publico de conuersione coniugatorum communis Canonistarum, & Caietanus cum illis tenent, quod summus Pontifex potest dispensare in matrimonio rato & non consummato, mirabile autem videtur secundum eisdem quod possit in sacramento vero & reali, & quod actu est, dispensare, & non possit in illo, quod nondum est dispositum in futurum, quid saluti animarum expediat. Respondent, quod Papa in rato disponere & dispensare potest, quia significat coniunctionem Christi ad animam, quae per mortale dissoluitur: clandestinum vero matrimonium coniunctionem verbi ad humanitatem significat, quae insolubilis est, ideo ratione significationis vnum potest dissolui, & non aliud. Sed contra arguitur, quia Theologi communiter dicunt, quod ratum significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quae

etiam insolubilis est. Secundo, quia vnde tu habes, ratum, quod actu est, significare hanc coniunctionem, clandestinum vero, quod nondum est, significare aliam? cum repugnet quod res futura tantuadmodum significet sicut praesens, & praesens in casu & ex causa per te potest irritari: ergo & clandestinum futurum. Tertio, quia in rigore non ad significationem, sed ad rei naturam recurrendum est, intrinsecum autem est his clandestinis, quod violatur ius paternum, inferuntur damna grauia reipublice, opponuntur tripliei bono coniugij, potest ergo ecclesia illa irritare: mirabile enim esset, quod aliquid reipublice Christianae esset expediens, & tamen circa illud ecclesia non posset aliquid disponere.

4. Ratio

Quarta ratio, si post fidei dationem postea sequatur machinatio in mortem coniugis, ex diffinitione ecclesiae matrimonium est irritum, similiter ergo si nunc clandestina irritet, erunt postea irrita, neque assignabitur ratio disparitatis. Arguitur sic, ecclesia quid fecit tunc, ut talia coniugia irritaret, utique illegitima talem consensum, & si consensus non est legitimus, & legi ecclesiae consonus, neque materia, neque forma legitima erit, & ex consequenti contractus erit irritus. Et hinc respondetur ad Achilem eorum, qui sententiam oppositam sustinent, nempe, quia consensus contrahentium est de iure naturali, materia & forma de iure Diuino, ergo ecclesia clandestina non potest irritare. Respondetur, quod materia & forma aliorum sacramentorum est pure sacramentalis, & a Christo instituta, materia vero & forma matrimonij est pure civilis, & contractus naturalis: & Christus Dominus neque materiam, neque formam huius sacramenti instituit, sed illam praesuppositam, & addidit illi priuilegium & vim, ut gratiam conferret, & dato, consensus sit naturalis, sicut tamen lex civilis plures consensus & contractus irritat, quia stando in iure naturali, validi essent, dominium rei transferendo, sic & ecclesia consensus clandestine contrahentium irritat, tanquam insufficientem ad transferendum dominium sui corporis in alterum: & ideo ex defectu consensus, & de bita materia & de bita forma, si ecclesia clandestina in futurum irritet, contractus erit inualidus, & ex consequenti, neque erit matrimonium, neque sacramentum, ut de facto sancta Synodus diffiniuit.

De 2. lesione

selesione. 24. & 8. sub Pio quarto decreto 1. de reformatione, his verbis, Qui aliter quam presente parochio, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddat, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos presentis decreto irritos facit & annullat.

Et si  
Tridentini

VIGESIMVM QVARTVM  
QVAESITVM.

An Iacob frater Domini filius fuerit Ioseph.

**A**mbrosius in commentarijs cap. 1. ad Galatas hunc locum edisserens, nisi Iacobum fratrem Domini, asserit Iacobum fratrem Domine fuisse filium Ioseph, his verbis, Hic Iacobus filius fuit Ioseph qui ideo frater Domini appellatus est, quia & Ioseph pater eius etiam Domini, pater nuncupatus est: sic enim dicit Maria ad Iesum in Luca Evangelio, Quid fecisti nobis sic? etenim & ego, & pater tuus mesti & tristes quarebamus te. Et in Evangelio Ioannis dicit Philippus ad Nathanael, quem scripsit Moyses in lege & prophetis inuenimus Iesum a Nazareth filium Ioseph.

Luc. 2.

Theophilactus hunc locum exponens, Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius, nonne apud nos sunt sic scripsit, Fratres habuit Dominus & sorores Ioseph filios quos genuit ex vxore fratris sui Cleophe, mortuo enim absque liberis Cleophe, Ioseph iuxta legem vxorem eius accepit, & pueros procreauit sex, quatuor mares & duas feminas Mariam, quæ dicebatur Cleophe filiam secundum legem, & Salome ipsum repetit cap. 27. in Mattheum, vbi etiam scribit, matrem Christi filiorum Ioseph fuisse nouercam.

Eusebii.

Consentient huic opinioni plerique ex Graecis Patribus, in primis Eusebius libro. 2. ecclesiasticae historiae, cap. 1. vbi scribit Iacobum iustum Hierosolymitanum episcopum appellatum fratrem Domini, filium fuisse Ioseph, ex alia coniuge antequam desponsaretur Mariae.

Eutimius cap. 12. in Mattheum Iosephum ait filios habuisse & filias.

Eutimius

O Eumenius in commentarijs epistolae ad Galat. cap. 2. & in Actuum Apostolorum cap. 2. refert filios Ioseph dubitasse de Christo, de quo nunquam pater ipse Ioseph dubitauerat.

O Eumenius

Epiphanius libro. 3. Panarij aduersus Antidicomarianistas disputans, narrat Ioseph habuisse primam vxorem de tribu Iuda, suscepisseque ex ea liberos sex, in quibus primogenitus fuerit Iacobus cognomento Iustus circa annum paternae aetatis quadragesimum natus, deinde vxore hac mortua, cum annum ageret octogesimum, duxisse Mariam Christi matrem.

Epiphanius

Origenes cum hunc locum dissereret, iudicauit, opinionem hanc ex Euangelio, cui titulus est iuxta Petrum, aut ex Euangelio, quod Iacobi dicitur, prophetam sibi; mirum in modum placere, quia & rationi consentaneum sit virilis virginittatis primitias fuisse Iesum, muliebri vero Mariam, nec plausibile sit alijs prater istis virginittatis primitias ascribere.

Origenes

Hoc ipsum apud Latinos profitentur Hylarius com. 1. in Mattheum, Caicatanus in commentarijs eiusdem epistolae ad Galatas.

Hieronymus libro. 2. in Mattheum distinet a sententia istorum Patrum, sic enim scribit, Quidam fratres Domini de alia vxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apocriphorum, & a quadam Eifchamuliercula fingentes: nos autem sicut in libro, quem contra Heluidium scripsimus continetur, fratres Domini non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris Mariae liberos intelligimus uatere de Domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris & Ioseph & Iude, quos in Euangelio fratres Domini legimus appellatos, fratres autem consobrinos dici omnis scriptura demonstrat.

August.

Augustinus sermone. 14. in natiuitatem Christi, Iosepho priuilegium virginittatis ascribit, his verbis, Habe ergo o Ioseph cum Maria coniuge tua communem virginittatem membrorum, quia de virginis membris virtus nascitur Angelorum, sit Maria sponsa Christi in carne sua virginittate seruata, his autem & tu pater Christi cura castittatis & honorificentia virginittatis gaude itaque Ioseph, quia per meritum virginittatis, ita separatus est a concubitu vxoris, vt pater dicaris Saluatoris. Et hanc sententiam Hieronymi & Augustini sequi-

sequitur & tenet ecclesia, & ita indubitanter tenendum est, Iacobum fratrem Domini non fuisse filium Ioseph, sed ideo fratrem appellatum, quia phrasit scripturae est consobrinos fratres appellare.

Pro Ambrosio, ipse pro se respondet, nam loco citato statim hæc verba subiungit, Hoc ergo modo dictus est Dominus frater Iacobi & cæterorum, quo & filius nunc eupabatur Ioseph. Quidam enim ducti infania, hos veros Domini fratres de Maria natos impia assertionem contendunt, cum Ioseph non verum eius patrem dicant appellatum, si hi enim veri erant fratres eius, & Ioseph erit verus pater, quia qui dicit, patrem eius Ioseph, idem dicit & fratres eius Iacobum & cæteros, de quibus constat, quod Domini consobrini erant, non fratres. Vide supra secundo tomo Beati Chrysostomi ad vigesimum primum quaesitum.

VIGESIMVM QVINTVM  
QVAESITVM.

An Apostoli prohibuerint a suffocato abstinere.

**A**mbrosius in commentarijs epistolae ad Galatas locum hunc exponens, Ne forte in vacuam curuem, obiter attingens locum illum Actuum 15. vbi legitur Apostolos præcepisse gentibus, vt abstinerent a quatuor, videlicet, ab Idolothytis, a fornicatione, a sanguine, & suffocato, monet ab Apostolis non fuisse præscripta nisi tria, quartum vero à Graecis eius loci corruptoribus additum. Eius verba sic habent, Denique hæc tria mandata ab Apostolis & senioribus data reperuntur, quæ ignorant leges Romanorum, id est, vt obseruent se ab idololatriâ & sanguine, sicut Noe, & fornicatione, quæ sophistæ Graecorum non intelligentes, scientes tamen a sanguine abstinendum, adulterant scripturarum, quartum mandatum addentes, & a suffocato obseruandum, quod puto nunc Dei nutu intellecturi sunt, quia iam supra dictum erat, quod addiderunt. Consentit Ambrosio Irenæus libro. 3. aduersus hæreses cap. 12. vbi hunc locum referens, mentionem suffocatorum non addit. Communis tamen consensus Pa-

Galat. 2.

Irenæus

trum est, Apostolos diffinisse, vt gentes a quatuor illis abstinere: & Ambrosius forte saluari potest, eo quod inquit, quod Graeci addiderint iam supra dictum erat, in quo insinuare videtur, quod prohibitione sanguinis abstinere tenebantur a suffocato.

VIGESIMVM SEXTVM  
QVAESITVM.

An Episcopus & presbyter sint idem.

**A**mbrosius in commentarijs epistolae. 4. ad Ephes. asserit episcopum non esse simpliciter sacerdoti superiorem, sed vtrunque idem esse, ita inquit, Non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordinationi, quæ nunc in ecclesia est, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta, nam & Timotheum episcopum a se creatum presbyterum vocat, quia primum presbyteri episcopi appellabantur, vt recedente eo, sequens ei succederet. Denique apud Aegyptum presbyteri consignati, si præsens non sit episcopus, sed quia ceperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio prospiciente Concilio, vt non ordo, sed meritum crearet episcopum multorum sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temere vsurparet, & esset multis scandalum. Huic sententiae subscripserunt Hieronymus, Chrysostomus, & alij Patres. Controuerfiam hanc diffiniuit Synodus Tridentina sessione. 23. Can. 7. his verbis, Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem constituendi, & ordinandi, vel eam quam habent, illis esse cum presbyteris communem, anathema sit. Quæstio hæc disputata est supra quarto tomo Chrysostomi ad vigesimum sextum quaesitum. Vide ibi.

VIGESIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An fide sola sine operibus iustificemur.



Ambrosius libro secundo de Jacob & vita beata insinuare videtur, explicans qualiter Isaac calligauerit, quod sola fide sine operibus iustificamur. Sic enim habet, Agnouit Isaac notum odorem generis sui, recognouit stolam scripturæ veteris, sed vocem plebis veteris non recognouit, & ideo cognouit esse mutaram, manet enim hodie stola eadem, sed populi deuotioris canora cepit esse confessio, merito dixit, vox quidem vox Jacob, manus autem manus Esau, & odoratus est odorem vestimentorum, & fortasse illud est, quia non operibus iustificamur, sed fide, quoniam carnalis infirmitas operibus impedimento est, sed fidei claritas factorum umbra errorum, que meretur veniam delictorum.

Doctores scholastici de hac questione. 3. sentent. distinctione. 23. & 24. & Sanctus Thom. 2. 2. questione. 4. articulo. 3. quo querit, an charitas sit forma fidei, & respondet conclusionem affirmatiua, nempe, quod charitas est forma fidei, quia actus fidei per charitatem perficitur & formatur. Probat primo, quia vnumquodque operatur per suam formam, fides autem operatur per dilectionem, ergo dilectio charitatis est forma fidei. Secundo, quia actus voluntarij speciem recipiunt à fine, qui est obiectum voluntatis, in rebus autem naturalibus id à quo aliquid sortitur speciem, habet modum formæ, & ideo forma cuiuslibet actus voluntarij quodammodo est finis ad quem ordinatur, tum quia ex ipso recipit formam, tum etiam quia modus actionis oportet quod proportionabiliter respondeat fini, actus vero fidei ordinatur ad obiectum voluntatis, quod est bonum sicut ad finem, hoc autem bonum Diuinum quod est finis fidei est proprium obiectum charitatis, ergo charitas est forma fidei, in quantum actus fidei per charitatem perficitur & formatur.

Moderni non recipiunt hanc conclusionem S. Thom. & arguunt contra illam. Primo, quia fides speciem immediate recipit ab obiecto, ergo non perficitur à charitate: consequenter probatur, quia nihil à duobus recipit speciem. Secundo, quia nulla res sine sua forma esse potest, fides autem potest esse sine charitate, non ergo charitas est forma fidei, sicuti equi anima non est

Petri forma, quia potest sine illa esse. Quid quid tamen sit de his rationibus conclusio Sancti Thom. est Magistri sentent. 3. distinctione. 23. qui pro se adducit Beatum Ambrosium. Et quod charitas sit forma fidei probat euidenter ratio Sancti Thom. scilicet, id est, forma alicuius per quod operatur, fides autem operatur per charitatem, vt patet ad Galatas. 5. Fides quæ per dilectionem operatur: antecedens exemplis patet, quia frigiditas est forma aquæ, quia per illam operatur, & caliditas ignis, & idem de cæteris formis actiuis. Secundo, quia illud dicitur forma rei, quæ illi viuere & vitam dat, charitas autem dat vitam fidei, est ergo forma illius: maior nota est: minor probatur, quia Iacobi. 2. habetur quod fides sine charitate mortua vocatur, & de facto est. Tertio, quia in scholis hoc est receptissimum, quod fidem sine charitate fidem informem vocant, ergo charitas est forma fidei. Pro solutione autem rationum notandum, quod duplex est forma rei, nempe, intrinseca & extrinseca: intrinseca est, que ali cui tanquam subiecto inheret: extrinseca quæ licet realiter non inheret, habet tamen proprietates formæ inherenti: proprietates autem formæ est alium perficere, & vitam rei ipsi tribuere, illo ergo modo dicimus quod charitas est forma fidei, forma enim extrinseca propter respectum aliquem quem habet ad aliquam rem, sufficit illam denominare, sicut sanitas, quæ est in animali, vinam denominat sanam. Hinc respondetur ad argumenta. Ad primum antecedenti dato, nego consequentiam, quia vtrunque immediate recipit ab obiecto & mediate à charitate. Secundo dicimus, quod fides consideratur dupliciter: vno modo in quantum est habitus, & vt sic speciem recipit à suo obiecto: secundo modo prout est virtus, & vt sic recipit speciem à charitate, ipsa enim est, quæ fidei dat esse virtutis. Ad secundum dicimus primo, quia id habet verum de forma physica: secundo concedimus, quod nulla res est sine sua forma: nullo modo vero distinguo, vel in esse virtutis, & sic nego, quia in esse virtutis fides sine charitate esse non potest, vel in esse habitus, & sic damus quod verè sine charitate esse potest: quod vero in esse virtutis sine charitate esse non possit, exemplum est, Petrus potest esse sine albedine, sed in esse albo sine albedine esse non potest.

Dubium tamen est, cum charitas sit forma omnium virtutum, an specialiori modo sit forma fidei

fidei quàm cæterarum virtutum. Respondet, quod sic. Pro quo notanda est differentia inter fidem & virtutes cæteras, quantum ad hoc quod est à charitate informari: alie enim virtutes recipiunt formam à charitate per hoc quod earum vsus est in potestate voluntatis. Ex hoc enim quod voluntas charitate est perfecta, actus aliarum virtutum in Deum ordinat, vt quod esse mosyna propter Deum datur: actus vero fidei non solum est in potestate voluntatis quantum ad vsum & exercitium, sed etiam quantum ad specificationem actus, sicut quod domum ego faciam est à voluntate, quod vero bonam faciam est ab arte, sic quod temperate agam est à voluntate, quod autem promptè & delectabiliter est ab habitu: in fide vero, non solum quantum ad vsum, sed etiam quantum ad specificationem actus à voluntate dependet, quia assentior articulis, quia volo, & assentior promptè & delectabiliter, quia ergo articulos sum bene affectus. Item, quia via generationis fides presupponitur ad charitatem, & ideo habet se ad illam in genere causæ materialis, charitas vero habet se vt forma respectu fidei, quod ex eo constat, quia per fidem Deum cognoscimus, per charitatem vero eum amamus: nihil enim vultum quin fit præcognitum, habitus ergo fidei presupponitur ad charitatem, & quia ponit perfectionem in fide, quam ipsa de se attingere non valet, ideo specialiori modo charitas est forma fidei quàm aliarum virtutum.

Disputatio est nunc cum Luthero, qui tenet quod fides nullo modo perficitur per charitatem, sed charitas perficitur per fidem: & hinc in hæresim illam incidit, quod fides sola sine operibus ad salutem sufficit, & ita non admittit distinctionem Sancti Thom. questione. 4. articulo. 4. & communem Theologorum de fide formata & informi: secundum enim illum nulla est fides informis, vt Rosenis contra Lutherum refert articulo. 14. & 15. Probat ex varijs locis Pauli ad Rom. 1. Iustus ex fide viuuit: & cap. 10. Corde creditur ad iustitiam: & idem habetur ad Hebr. 10. & 11. & Marci ultimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Item Actuum 10. Fide purificantur corda eorum, si ergo fides purificat, sola ergo illa sufficit: & ad Rom. 4. Creditur Abraham Deo, & reputatur est ei ad iustitiam: Respondet

mus nihilominus, quod Lutheri sententia est hæretica, & probatur primo Iacobi. 2. Fides sine operibus mortua est. Et quia locus hic conuincit illum, respondet, quod epistola ista non est Canonica, neque Iacobi, cuius oppositum Concilium Tridentinum diffiniuit sessione. 5. Can. de receptione & numero librorum sacrorum veteris & noui Testamenti his verbis, Quia duodecim epistolæ Beati Pauli, Petri Apostoli duæ, Ioannes Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna. Secundo probatur ex illo. 1. Corinth. 13. Si habuerio omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuerio, nihil sum: & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuerio, nihil mihi proderit. Et in fine capituli, Nunc manent tria hæc fides, spes, charitas, horum autem maior est charitas. Tertio, probatur ex Paulo ad Rom. 5. vbi ex professo duos errores erradicare contendit, alterum Iudæorum, & alterum gentium. Iudæi enim contendebant legalia simul cum fide Christi necessario esse seruanda, gentes vero credebant solam fidem Christi sine veteri lege ad salutem sufficere. Paulus vero vtrunque extirpat errorem, primo Iudæorum, legalia enim post Euangelij promulgationem hominem non iustificabant, quinimo neque ante Christi aduentum, sed fides per legalia adumbrata. Et inde probat, quod iam legalia necessaria non erant, ad quod adducit illud Abrahæ, Creditur Abraham Deo, & reputatur est illi ad iustitiam, antea enim quam circumcideretur iustificatus erat. Ex quo infero quod circumcisio non iustificabat. Errorem autem gentium confutat, quia dato, quod ad iustificationem fides implicita & credere sufficeret, requiritur tamen amplius, nempe confessio omnis ad salutem, hoc est, post fidem requiritur etiam operatio fidei, fides enim, ipso Paulo teste, per dilectionem operatur, ad remissionem enim originalis sufficit credere fide formata, ad salutem vero æternam consequendam postmodum obseruatio mandatorum Dei exigitur. Ad argumenta autem dicimus, quod similes & fortiores loci sunt scripturæ pro charitate, vt patet Lucæ. 17. Diuilla sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: & Ioann. 14. Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & Pater. 10. Charitas operetur multitudinem peccatorum. Ad omnes autem



authoritates dicimus, quod intelliguntur de fide formata. Et in damnationem Lutheri sufficit distinctio Concilii Tridentini sessione. 6. Can. 9. Si quis dixerit sola fide impium iustificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suae voluntatis motu praeparari atque disponi, anathema sit: & Can. 12. Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse quam fiduciam Divinae misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur, anathema sit, qua Lutherus negat distinctionem fidei informatam & informem.

Dubium est, an eadem sit fides formata & informis. Sanctus Thomas. 2. 2. q. 4. articulo. 4. respondet, quod fides formata & informis non sunt diversi habitus. Probat ex illo, quod glossa dicit super illud Iacobi. 2. Fides sine operibus mortua est. ubi ait, quibus reviviscit, ergo fides quae erat prius mortua & informis, fit formata & vivens. Item, quia habitus diversificantur secundum illud quod per se ad habitum pertinet, cum autem fides sit perfectio intellectus, illud per se pertinet ad fidem, quod pertinet ad intellectum, quod autem pertinet ad voluntatem non per se pertinet ad fidem, ita quod per hoc habitus fidei possit diversificari: distinctio autem fidei formatae & informis est secundum charitatem, quae pertinet ad voluntatem, non autem secundum illud, quod pertinet ad intellectum, ergo fides formata & informis non sunt diversi habitus.

Dubium circa hanc doctrinam S. Thomae, quomodo maneat fides gratia destructa. Videtur enim quod simul cum illa corrumpatur: primo, quia omnes aliae virtutes morales ad infusionem gratiae generantur, & ad corruptionem eius corrumpuntur, ergo & fides. Secundo, quia homo mortuus non est idem qui erat vivus, ergo fides informis non est formata. Tertio, quia fides informis non est virtus, fides formata est virtus, ergo saltem non sunt unus habitus, ut Sanctus Thomas dicit de hoc. 1. 2. q. 67. articulo. 4. Sanctus Thomas assignat rationem conclusionis, quam articulo hoc quarto tenuit, quia omne prius potest esse sine posteriori, sed in iustificatione impii fides est prior charitate non solum in genere causae materialis, sed etiam in genere causae efficientis, ex fide enim generatur charitas, ergo. Haec tamen ratio pro-

bat, quod id sit possibile, non tamen quod de se & de facto ita sit. Ideo sit prima propositio, quavis sit haereticum asserere, quod omnis qui peccat mortaliter amittit fidem, non tamen est haereticum asserere, quod omnis qui peccat mortaliter amittit fidem infusam, est tamen hoc ipsum sapiens haesum. Et probatur, quia Concilio Tridentino, ne incidere in errorem Lutheri, qui ponit tantam connexionem inter fidem & charitatem, quod vna sine alia manere non potest, sessione. 6. Can. 28. sanctissime definitum est, per quodcumque mortale gratiam amitti, non autem semper fidem, his verbis, Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem quae remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva, aut eum, qui fide sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Quod vero non sit haereticum asserere, quod omnis qui peccat mortaliter amittit fidem infusam, constat, quia non est de fide stricte & in primo gradu fidei, quod sunt ponendi habitus infusi, ut communis sententia Theologorum tenet, nam in Clementina unica de Summa Trinitate & sine Catholica non diffinitur tanquam de fide, quod habitus infusi sunt ponendi, sed tanquam opinio verior & probabilior, ut constat ex s. nos autem, eadem Clementina, qui sic habet, Nos autem opinionem illam secundam tenentem, quod in baptismo infunditur gratia cum virtutibus, tanquam probabilior duximus eligendam: quod in baptismo datur parvulis gratia, diffinitur tanquam de fide, contra asserentes, quod baptismus remittit originale, non tamen coferat gratiam. Quod autem sint ponendi habitus infusi, non diffinitur tanquam de fide, sed tanquam opinio verior & probabilior: si ergo quod sint habitus infusi non est de fide, neque erit de fide quod per quodcumque peccatum mortale amittantur, vel non amittantur: quod vero sit sapiens haesum asserere, quod per peccatum quodcumque mortale amittitur fides infusa, probatur, quia talis propositio est proxima huic, Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, quae est formaliter haeretica, & dogma Lutheri, & assertor talis propositionis cogetur eam retractare, non solum tanquam temerariam & erroneam, sed etiam tanquam sapientem haesum.

Secunda propositio, Ante distinctionem Concilii Tridentini semper fuit temerarium &

r. Propositio

2. Propositio

& erroneum asserere, quod fides infusa per peccatum mortale corrumpatur. Probat, quia ex assertione sequitur, quod omnis qui est in peccato mortali est infidelis: consequens autem est falsum, ergo sequela patet, quia ille iam non credit, quomodo oportet eum credere, scilicet, quia Deus dixit & reulavit, sed propter testimonium humanum, quilibet autem contrarium in se experitur tempore quo in aliquo mortali perseveravit. Unde omnes Doctores tanquam certum & firmum supponunt, quod fides stat cum mortali, neque id alium de probant nisi a posteriori, quia in mortali existens credit Deo & ecclesiae, habet ergo fidem. Et hoc supposito S. Thomae, probat esse possibile, quod fides, quae nunc est formata, postmodum sit informis, fides enim solum corrumpitur per infidelitatem vel haesum, sicut spes per desperationem, charitas vero per quodcumque mortale, & similiter aliae virtutes illi connexae: mortale enim contrariatur charitati, non autem fidei, neque spei: unde sicut in esse virtutis omnes virtutes sunt connexae, sic & fides charitati, corrupta autem charitate, licet remaneat habitus fidei infusa, sed non manet in esse virtutis. Quare forte quis, an sicut fides & spes possunt sine charitate manere, possint sine illa infundi? Sanctus Thomas. 1. 2. q. 67. articulo. 4. tenet partem affirmativam, nam qui baptizatur animo non expellendi concubinam, est in mortali, qui tamen, si baptizetur, est fidelis, & quia non ponit obicem fidei, quin potius ipsa professione fidei ad fidem, quae illi infunditur, quia illi non ponit obicem, denominatur fidelis, quia tamen ponit obicem gratiae, non communicatur illi, donec obicem tollat. Hinc respondetur ad argumenta. Ad primum negatur consequentia, quia aliae virtutes ex eo corrumpuntur, quia charitas, quae est principium illarum, corrumpitur, fides vero & spes, quia natura sunt priores ipsa charitate, ideo non corrumpuntur. Ad secundum respondetur negando consequentiam, nam homo vivus habet principium essentiali, per quod vivit, remota autem anima, remouetur homo, quia ei datur principium vitae, quia vero charitas non est de essentiali fidei, ideo fides potest sine charitate esse. Ad tertium negamus consequentiam, idem enim habitus est in esse naturae & habitus, licet non sit idem in esse virtutis: quia autem Lutherus affirmat, quod fides eius, qui ma-

net in mortali, non est vera fides, neque proprie fides illius est virtus. Ideo

Dubium est, an fides sit verè & proprie virtus. Ad quod respondet Sanctus Thomas. 2. 2. quaestione. 4. articulo. 5. duabus conclusionibus. Prima, fides formata est virtus. Probat, quia homo per virtutem iustificatur, nam iustitia est tota virtus, ut habetur 5. Ethic. sed per fidem homo iustificatur, secundum illud ad Romanos. 5. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus, ergo fides est virtus. Tum etiam, quia cum credere sit actus intellectus assentientis vero ex imperio voluntatis, ad hoc quod iste actus sit perfectus, duo requiruntur: primum, quod infallibiliter intellectus tendat in suum bonum, quod est verum: secundum est, quod infallibiliter ordinetur ad ultimum finem, propter quem voluntas assentit vero, & utrunque invenitur in actu fidei formatae, nam ex ratione ipsius fidei est, quod intellectus semper feratur in verum, quia fidei non potest subesse falsum, ex charitate autem, quae format fidei, habet anima quod infallibiliter voluntas ordinetur in finem bonum, & ideo fides formata est virtus.

Secunda conclusio, fides informis non est virtus. Probat, quia licet habeat perfectionem debitam ex parte intellectus, non tamen habet perfectionem debitam ex parte voluntatis.

Durandus. 5. distinctione. 23 q. 6. aduersatur Sanctus Thomas, tenet enim has duas conclusiones. Prima, fides non est proprie virtus, sed secundum quid. Secunda, fides formata non est amplius virtus quam informis. Pro quo notat, quod fides dupliciter accipitur: vno modo strictè pro habitu perfecti te potentiam respectu optimi actus, virtus enim est, quae habet rem perfectam, & opus eius bonum reddat. 2. Ethic. Alio modo large pro habitu inclinante potentiam, non autem ad optimum actum: fides, inquit, inclinat potentiam ad bonum actum, non autem ad optimum: probat, quia optimus actus intellectus est quado assentitur rei in se vel in suis principijs, hoc autem non euenit in assensu fidei, ergo fides proprie non est virtus, sed solum secundum quid. Quod autem fides formata non sit amplius virtus quam informis, probat, quia fides per charitatis adventum assensum intensiorem aut clariorem non producit, non ergo per charitatem perficitur, nam licet charitas actui fidei det esse meritum, assensus tamen fidei in se non redditur perfectior.

r. Conclusio

2. Conclusio

**Caicetus** Caicetus ad quaestionem respondet, qd fides non est simpliciter virtus intellectualis, quia non inclinatur ad optimum actum intellectus, & licet simpliciter non sit virtus intellectualis, simpliciter tamen est virtus theologica, quia producit optimum actum, quod de supernaturalibus pro statu vig habere possumus. Difficile tamen est intellectu qd fides simpliciter sit virtus theologica, & tamen simpliciter non sit virtus intellectualis: & ideo dicimus, quod fides simpliciter est virtus intellectualis, quia inclinatur ad optimum actum, quod pro statu vix habere possumus. Probat primo ex S. Thom. 1. 2. q. 65. art. 4. ubi tenet, quod ad connexionem virtutum sufficit, omnes illas virtutes habere, quas pro illo statu assequi potest. Unde in moralibus, licet non habeant fortitudinem, virtutes suat cōnexae, quia materia fortitudinis illis occurrere non potest, & ideo fortitudine non egent. Similiter ergo dicimus, quod fides in via habet statum perfectae virtutis, quia producit optimum actum quem in via producere potest. Si enim Deū in via videre possemus, fides tunc proprie & simpliciter virtus non esset, sicut fides quam habeo quod Roma est simpliciter nō est virtus, quia Romam possum videre. Secundo, fides inclinatur potentiam ad actum laudabilem, ergo est virtus simpliciter. Confirmatur, quia communis usus ecclesiae sic recipit, fidem enim, spem, & charitatem, tres virtutes theologicas appellat. Tertio, per fidem formatam iustificamur, ergo fides formata simpliciter & absolute est dicenda virtus: antecedens patet Abacuc. 2. Iustus ex fide vivit: & Actū 10. Fide purificantur corda eorum. Et philosophi omnes consentiunt, quod pietas est virtus, quia illa erga parentes bene nos habemus, sed per fidem formatam erga Patrem celestem bene nos habemus, ergo fides formata simpliciter, & absolute est virtus. Quarto, quia sancti fidem formatam communiter vocant virtutem, vt habetur Clemētia vni ca de summa Trinitate & fide Catholica, & extra de baptismō & eius effectu. c. maiores: & Magister sent. 3. dist. 23. Hinc respondetur ad rationem Durandi, quod ad esse virtutem simpliciter, sufficit quod potentia ponatur in perfectione illa, quam pro statu hoc possumus habere. Et quando Aristoteles inquit. 6. Ethic. quod fides humana non est virtus intellectualis, sed ideo dicit, quia non causat evidentiam, sed quia falsum potest illi subesse, fidei autem Divinae subesse non

potest falsum, ideo simpliciter & absolute est virtus. Quod si quis contra hoc arguat, quia fides adhuc pro statu hoc intellectum non ponit in perfectione vltima respectu supernaturalium, probatur, quia cognitio prophetica perfectiorem notitiam causat quā fides infusa, quia est medium inter fidem & visionem, ergo. Respondeo ex hoc nihil contra nos colligi, quia nos loquimur de habitibus, prophetia vero non est habitus: prophetiae enim non quando volebant prophetabant, sed quando à Deo mouebantur. Dubium maius est circa secundam conclusionem Durandi, qua dicit, qd charitas non conducit ad perfectionem actus fidei. Caicetus inquit articulo. 5. citato, quod quādo S. Thom. distinguit inter fidem formatam & informem, non distinguit hac tanquā duos habitus specie differentes, quorum vnus intrinsicē sit virtus, & alter non, sed distinctio debet sic intelligi, quod fides formata habet statum virtutis, fides autem informis nō, licet sint idem habitus. Sumitur autem differentia hac ratione charitatis, vnde actus illarum solum differunt in genere motus, non autem in esse nature. Ratio autem & fundamentum est, quia actus fidei dependet ab intellectu & voluntate, nō solum quantum ad usum, sed etiam quantum ad specificationem, vnde ad perfectionem fidei requiritur, quod voluntas per charitatem sit perfecta. Quod si quis arguat, quia fides sine charitate habet statum virtutis. Probat, quia voluntas sine charitate potest intellectum ita firmiter inclinare, ac si charitate esset perfecta, ergo. Ad hoc damus antecedens, negamus tamen consequentiam, quia sola voluntas non inclinatur intellectu promptē, delectabiliter, & in omni euentu, ideo fides tunc statum non haberet virtutis: verbi gratia, si quis Deum nō diligeret, non ita promptē & facilius dicitis eius assentitur, ac si ipsum diligeret, amplius enim illi assentitur, cui magis affectus sumus, vt magis sententiae. S. Tho. quāmodum modernorū, veluti qui Christi erant affecti; dicitis eius assentiebantur; & qui odio prosequerentur illum, dicitis eius non credebant: & hoc est asserere, qd sine charitate non ita promptē & delectabiliter assentimur, sicut cum illa. Et hinc ad Durandum dicimus, qd licet charitas tendat voluntatem perficientem, non producat assensum firmiter, producat tamen propius & delectabiliter, & sepe firmiter. Circa id quod Caicetus dicit, nempe, fidem informem esse aliquando virtutem, est dubium,

dubium, quia S. Th. id negare videtur, quia non inclinatur ad proprie & delectabiliter operandum. Dico ad hoc, fidem informem esse veram virtutem, licet non perfectam, sicuti musca est verum animal, non tamen perfectum in animo, ita asserit S. Thom. artic. 5. ad tertium argumentum, quod ad fides informis non attingit ad perfectam rationem virtutis, concedit ergo quod absolute est virtus, licet non perfecta. Quod vero ita sit probatur, quia de ratione fidei est, quod ad assensum moueatur à voluntate, si ergo voluntas non est perfecta, fides perfecta non erit. Confirmatur, quia credere est alicui per voluntatem assentiri, experientia autem constat, qd si erga aliquem male sum affectus, difficile illi fidē adhibeo, qui ergo est inimicus Dei non ita neque comodo illi credit, sicuti qui est amicus. Ex quo sequitur quod fides infusa firmiter est in illo, qui est in charitate, quā in illo qui est in mortalitate: quod ex eo constat, quia fides dependet à voluntate, si ergo voluntas est perfectior, & fides erit perfectior. Et hinc respondeo ad aliam rationem Durandi, quia arguit, quod non sit eadem ratio de prudentia perficiente virtutes morales, & charitate perficiente intellectum, quia inter prudentiam & alias virtutes saltem in esse perfecto est necessaria connexio, inter fidem autem & charitatem talis connexio nō est necessaria. Nos tamen dicimus, simile esse optimum, quia sicuti temperantia non inclinatur ad opus, nisi à prudentia dirigatur, ita neque fides ad assensum sine imperio voluntatis bene affectae circa Deum. Ex dictis sequitur, qd charitas est forma extrinseca fidei, ea ratione, quia fides procedit ab intellectu, & est intrinseca forma eiusdem, vt procedit à voluntate, & in genere virtutis, sicuti prudentia in genere virtutis est forma intrinseca temperantiae, & albedo est forma extrinseca hominis, sed intrinseca sortis vt albus est. Dubium vltimum est, an fides infusa semper inclinatur ad verū. Quod mouetur propter Secorum, qui. 5. dist. 23. q. 1. ait, fidem infusam & acquisitam nō differre eo modo quod ponit S. Thom. scilicet, quod infusa semper inclinatur ad verum, acquisita vero aliquando ad falsum, inquit enim istam differentiam non esse ex parte habitus, sed solum provenire ex parte oblectorum, quia materia fidei infusa semper est de vero & necessario, non autem materia fidei acquisita, quia aliquando est de falso, cū sit de contingenti. Ex quo inferri, quod fides quantum est de se, siue sit

infusa siue acquisita, non magis inclinatur ad verum quam ad falsum. Caicetus eodem articulo. 5. miratur Scoti subtilitatem, & quidem mirandum, Aristoteles siquidē. 6. Ethic. ideo inquit, fides non est virtus, quia aliquando inclinatur ad falsum: quare si fides infusa, quantum est de se, non magis inclinatur ad verum quam ad falsum, non ergo est verē & proprie virtus, quod profecto mirabile est. Tenendum ergo est, qd fides infusa semper inclinatur ad verum, vt S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 5. ait, quod quando maior est de fide, & minor est falsa, tunc fides maioris non inclinatur ad assensum conclusionis: quod autem fides infusa semper inclinatur ad verum probatur, quia fides infusa est inclinatio Dei, non ergo ad falsum inclinatur, alias Deus fallere posset. Et ideo asserunt Scoti erroneum videtur. Cōfirmatur, quia omni virtuti est commune, vt non inclinatur ad malum, temperantia enim inclinatur non potest ad hoc, quod quis tempore prohibito carnes comedat, similiter ergo neque fides ad falsum inclinare potest, cū illud sit maximum malum intellectus. Pro Ambrosio respondet Magister. 3. sent. dist. 23. quod fuit euidenter sententiae contrariae Lutheri, nam super epistolam ad Rom. inquit, Charitas est mater omniū virtutum, quia omnes informat, sine qua nulla vera virtus est, fides ergo operans per dilectionem virtus est, quia non visa creduntur, hac est fundamentum, quod mutari non potest, vt ait Apostolus. 1. Cor. 1. qua posita in fundamento neminem perire sinit. Intelligendus ergo est Ambrosius de fide formata. **VIGESIMVM OCTAVVM QVAESITVM.** An in lege fuerit vera remissio peccatorum. **A**mbrosius in periodum illum, *Instituta in scriptis, & lectu veritas, Psal. 118.* asserere videtur, qd in lege nō fuit vera remissio peccatorū. Sic enim habet, Qui precepta Dei non habent in cordibus suis, nō habent legem, siue quia inueteratur in Iudaeis, renouatur in nobis, ymbra est non veritas, vt cū fiat oblatio pro peccatis secundum legem, nō fiat remissio peccatorum: impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum peccata mundari, mendax

mendax ergo erat illa remissio, donec remissionis veritas adveniret. Quid inde manifestius, quam Ioannis Evangelicæ sententia, qui ait, Quia lex per Moysen data est, gratia autē & veritas per Iesum Christum facta est. Et infra, Quia si veritas fuisse in lege, non fuisset gratia facta per Christum.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 2. & alij dist. 1. & S. Thom. 3. parte. q. 61. art. 2. disputant de differentia veteris & novæ legis. Pro quo supponendum est, tria fuisse operū genera in veteri lege, nempe, moralium, iudicialium, & ceremonialium: moralia eadem ipsa fuerunt quæ in lege Evangelica, scilicet, decem præcepta decalogi: iudicialia vero alia diversa, ut de vxoribus ducendis, scilicet, nemo vxorem sibi nisi de sua tribu copularet, vt Num. ultimo legitur, & quod fratres illius qui absque liberis defunctus esset, vxorem eius duceret, vt habetur Deut. 25. atque alia id genus ceremonialia, quæ numero quam plurima erant, vt esus agni paschalis, oblationes, vinctiones, lotiones, atque huiusmodi reliqua. Quantum ad moralia inter Doctores scholasticos nullum est discrimen non enarratione operis gratiam conferebant, nisi per modum meriti, sicut apud nos, dummodo ex fide Christi formata procederent, alias essent opera moraliter bona, non tamen meritoria, neque apud Deum grata. Hoc enim est quod Paulus in epistola ad Romanos & ad Galatas intendit, quod nullius opera legis valuerunt vniquam neque valent sine fide Christi Deo placere, & quia illam gratiam in sua passione vniuersis meruit, dicitur nostra lex gratiæ iuxta illud Ioannis Lex per Moysen data est, quæ scilicet tantum iubebat, non autem iuuabat. Gratiæ vero & illarum figurarum veritas per Iesum Christum facta est. Et idem omnino de iudicialibus sentiendum est. De ceremonialibus vero Scotus. 4. dist. 1. q. 6. & Durandus dist. 1. q. 5. quos sequuntur moderni, tenent solum circumcisionem gratiam contulisse, si eut baptismus confertur, reliquarum autem ceremonialium nullam talem habuisse virtutem, sed omnino perinde ac reliqua opera, si fierent in gratis, illam per modum meritum gerere, & quando in peccato essent tantummodo opera moraliter bona. Quantum ad ceremonias reliquas. Sanct. Thom. & vniuersi in eadem sententiam consentiunt: Sed tamen de circumcisione discrimen est inter S. Tho. & modernos, dummodo consentiunt, quod circumcisio ex se & ex virtute

sua gratiam conferebat. S. vero Thom. contendit, quod iustificatio ex fide erat, quæ per circumcisionem protestabatur. Hoc supposito dicimus, discrimen latum esse inter legem veterem & nouam, nempe, vt loca frequentia scripturæ & præcipue Pauli intelli gamus, quibus latum discrimen assignat inter veterem & nouam legem. Posset enim quispiam arbitrari, vbi Paulus ad Rom. 3. & Galat. 2. ait, hominem non iustificari ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi, & vbi ait Ioann. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, hoc discrimen inter legem illam veterem & nostram constituit, quod, scilicet, illa non conferret gratiam, nostra vero illam efficeret: quod tamen falsum est. Ideo ad restum horum intellectum primum omnium animaduertenda est conuenientia inter omnes leges. Hoc enim à lapsu primi hominis fuit semper commune omni legi & seculo, vt non nisi per vnicam fidem mediatoris implicitam vel explicitam pateret vniquam vlli mortaliū salus, iuxta illud Actuum. 4. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, &c. & ad Heb. 11. Accedentes ad Deum oportet credere, &c. quod Paulus ad Rom. 3. vsque ad 8. & ad Galat. 2. vsque ad 3. constituit contendit. Quare cum ait, Arbitratur iustificari hominem per fidem, & non ex operibus legis, non intendit peculiare discrimen inter legem veterem & nostram constituere, vt nonnulli falso arbitrantur dicentes de operibus legis antequam illic proprie haberet sermonem, scilicet, de ceremonijs & obseruationibus legalibus, imo vt Augustinus libro de spiritu & litera. c. 14. plane docet de omnibus operibus moralibus & præceptis decalogi id intelligitur: cum enim populus ille de hoc sese iactaret, quod operale legis, quam diuinitus susceperat, & virtute propria circumcisionis amicitiam Dei promeruisse, contendit aduersus illos probare, quod nullius gentis opera, neque genti, neque illorum, neque ipsa circumcisio, nisi qua tenus fide Christi inhierebantur, digna erant gratia & vita æterna apud Deum. Et idem de operibus nostris dixisset, si per se consistere absque fide Christi & Diuina opere. Itaque non constituēbat differentiam inter legem & legem, sed inter opera cuiuscunque legis siue naturalis, siue scriptæ, quantum diuinitus condita, siue humanæ, & fide Christi, scilicet: quod sola fides per Dei auxiliū tribuit operibus omnibus, vt sint Deo grata, &

Augu.

In veteri lege tria operū genera.

Circumcisio autem ex se gratia consentiunt.

& ad vitam æternam accepta. Denique errorem illum illic Paulus damnat, qui postea Pelagium excecauit dicentem, posse hominem viribus naturalibus & meritis proprijs gratiam Dei promereri. Sed si roges, quod ergo discrimen est inter legem veterem & nostram? respondeo, non vnum, sed multa.

Prima, quæ omnium fundamentum est, hæc est, scilicet, quod illam virtutem & gratiam, quæ causa fuit vt opera mortalium post hominis lapsum Deo essent grata, nemo vniquam nisi solus Christus author nouæ legis operatus est, iuxta illud ad Hebr. 9. vbi Paulus ait, mortem Christi intercessisse in redemptionem eorum præuaricationem, quæ erant sub priori testamento, vt remissionem, inquit, acciperent, qui vocati sunt, æternæ hereditatis. Vnde quod cap. 1. ait Ioann. De plenitudine eius omnes accepimus, ad vniuersos mortales à præuaricatione Adæ vsque ad finem mundi refertur. Et hoc est quod subdit, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vbi secunda adnotatur excellentia ex parte datoris vniuersi & conditoris alterius legis: enimvero Moyses non condidit, sed legem dedit, quam Deus considerat, quæ per se non iustificabat, gratia autem per quam illa iustificabat, per Iesum Christum non solum data, sed facta est, & pariter veritas, nempe lex Evangelicæ, quam ipse dedit & fecit, quæ iudicio veritas dicitur, quod Moyses erat eius vmbra. Et hoc est quod ait Paulus ad Galat. 2. Si ex lege iustitia Christus gratis mortuus est, hoc est sine causa. Et hæc est ratio, quare illa dicitur scripta, ad differentiam legis naturalis: nostra vero lex gratiæ videlicet quæ Christi eius later, cui summa gratia fuit collata, & per eum mundo legem condens, quam nos doceret, quid agere deberemus, gratiam simul contulit, quæ illam digne apud Deum implere possemus, & ideo ait Paulus ad Romanos. 7. quod lex verus iubendo docebat cognitionem peccati: nostra vero iuuando iustificat.

2. Excellentia legis nostræ supra veterem

2. Excellentia.

3. Excellentia.

sola, inquit, estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Ex eadem prima excellentia subsequitur quarta quantum ad sacramenta, videlicet, quod in lege naturæ nullum fuit singulare institutione Dei determinatum, & ideo nullum fuit proprie sacramentum, illius fidei applicanda, in lege autem scripta fuerunt quidem proprie sacramenta, nempe, vera signa gratiæ per Christum promerendæ & efficiendæ, in quo proprie consistit vera ratio sacramenti: nullum tamen gratiam contulit, quare nullum fuit sacramentum perfectum: sed vt Paulus ait, omnia fuerunt infirma & egena: nam et si circumcisio fuerit sacramentum necesse fuit ad applicandam fidem, quæ iustificabatur, tamen de illa sicut & de lege probat Apostolus Rom. 4. neminem iustificasse, sed tantum fuisse signaculum iustitiæ fidei, lex vero Evangelicæ non solum ad remissionem originalis, verum & ad alios effectus gratuitos sacramentis affuit, quæ tum propria, tum etiam perfecta sunt, vt ipse quæ non tantum sunt signa gratiæ, verum & causæ instrumentales, & hæc etiā de causa lex gratiæ dicitur, eo quod tam multis abundat instrumentis, quibus illam suis cultoribus dispensat.

Quinta excellentia, subsequitur hinc, quod lex illa ianuam cæli non aperiebat, sed id solus Christus author Evangelicæ legis prestavit, vnde tunc modus loquendi de mortuis erat, quod in infernum descenderet, vt Iacob Gen. 37. Descendat, inquit, ad filium meum lugens in infernum, & Iob. 17. Infernus domus mea est, eo quod quantum gradu essent in amicitia Dei, ad lyndum descendebant, vt illic aduentum Christi præstolarentur: in lege vero Evangelicæ, inquit Paulus, bonam voluntatem habentes peregrinari à corpore & præsentem esse Domino: & ad Philipp. 1. Cupio dissolui, & esse cū Christo, quasi inter egressum huius vitæ & ingressū cæli nullum impedimentum esset, nisi quod nostra fecit culpa, vnde Christus ad Ieronem, Hodie mecum eris in paradiso.

Sexta excellentia est, quod cultores illius legis non plenè & perfecte merebantur nomen filiorum Dei, nam quibus essent hæres regni, non tamen in eius possessione admittentur, & ideo loco seruatorum habebantur, iuxta illud Pauli ad Galat. 4. Quanto tēpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, &c. ita & nos cū essemus paruuli sub ele-

4. Excellentia

5. Excellentia

6. Excellentia

mendax ergo erat illa remissio, donec remissio veritas adveniret. Quid inde manifestius, quam Ioannis Evangelistae sententia, qui ait, Quia lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Infra, Quia si veritas fuisset in lege, non fuisset gratia facta per Christum.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 2. & alij dist. 1. & S. Thom. 3. parte. q. 61. art. 2. disputant de differentia veteris & novae legis. Pro quo supponendum est, tria fuisse operum genera in veteri lege, nempe, moralium, iudicialium, & ceremonialium: moralia eadem ipsa fuerunt quae in lege Evangelica, scilicet, decem praecipua decalogi: iudicialia vero alia diversa, ut de vxoribus ducendis, scilicet, nemo vxorem sibi nisi de sua tribu copularet, vt Num. ultimo legitur, & quod fratres illius qui absque liberis defunctus esset, vxorem eius duceret, vt habetur Deut. 25. atque alia id genus ceremonialia, quae numero quam plurima erant, vt esus agni paschalis, oblationes, vinctiones, lotiones, atque huiusmodi reliqua. Quantum ad moralia inter Doctores scholasticos nullum est discrimen non enim ratione operis gratiam conferrebat, nisi per modum meriti, sicut apud nos, dum modo ex fide Christi formata procederet, alias, essent opera moraliter bona, non tamen meritoria, neque apud Deum grata. Hoc enim est quod Paulus in epistola ad Romanos & ad Galatas intendit, quod nullius opera legis valuerunt vnquam neque valent sine fide Christi Deo placere, & quia illam gratiam in sua passione vniversis meruit, dicitur nostra lex gratiae iuxta illud Ioannis Lex per Moysen data est, quae scilicet tantum iubebat, non autem iuuabat. Gratia vero & illarum figurarum veritas per Iesum Christum facta est. Et idem omnino de iudicialibus sentiendum est. De ceremonialibus vero Scorus. 4. dist. 1. q. 6. & Durandus dist. 1. q. 5. quos sequuntur moderni, tenent solum circumcisionem gratiam contulisse, si autem baptismus confertur, reliquarum autem ceremoniarum nullam talem habuisse virtutem, sed omnino perinde ac reliqua opera, si fierent in gratis, illam per modum meriti auerent, & quando in peccato essent tantummodo opera moraliter bona. Quantum ad ceremonias reliquas. Sancti Thomae & vniversi in eadem sententiam consentiunt. Sed tamen de circumcisione discrimen est inter S. Tho. & modernos, nam moderni consentiunt, quod circumcisio ex se & ex virtute

sua gratiam conferrebat. S. vero Thomae contendit, quod iustificatio ex fide erit, quae per circumcisionem protestatur. Hoc supposito dicimus, discrimen latum esse inter legem veterem & nouam, nempe, vt loca frequentia scripturae & praecipue Pauli intelligamus, quibus latum discrimen assignat inter veterem & nouam legem. Posset enim quispiam arbitrari, vbi Paulus ad Rom. 3. & Galat. 2. ait, hominem non iustificari ex operibus legis, sed per fide Iesu Christi, & vbi ait Ioann. c. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, hoc discrimen inter legem illam veterem & nostram constituit, quod, scilicet, illa non conferret gratiam, nostra vero illam efficeret: quod tamen falsum est. Ideo ad rectum hominum intellectum primum omnium animaduertenda est conuenientia inter omnes leges. Hoc enim a lapsu primi hominis fuit semper commune omni legi & saeculo, vt non nisi per vnicae fidei mediatoris implicitam vel explicitam pareret vnquam vlli mortali salus, iuxta illud Actuum 4. Non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, &c. & ad Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, &c. quod Paulus ad Rom. 3. vsque ad 8. & ad Galat. 2. vsque ad 5. constituitere contendit. Quare cum ait, Arbitratur iustificari hominem per fidem, & non ex operibus legis, non intendit peculiare discrimen inter legem veterem & nostram constituere, vt nonnulli falso arbitrantur dicentes de operibus legis antequam illic proprie habere sermonem, scilicet, de ceremonijs & observationibus legalibus, imo vt Augustinus libro de spiritu & littera. c. 14. plane docet de omnibus operibus moralibus & praecipuis decalogi id intelligitur: cum enim populus ille de hoc sese iactaret, quod operale legis, quam diuinitus susceperat, & virtute propria circumcisionis amicitiam Dei promeruisse, contendit aduersus illos probare, quod nullius gentis opera, neque gentium, neque illorum, neque ipsa circumcisio, nisi qua tenus fide Christi inhierebantur, digna erant gratia & vita aeterna apud Deum. Et idem de operibus nostris dixisset, si per se consistere absque fide Christi & Diuina opere. Itaque non constituebatur differentiam inter legem & legem, sed inter opera cuiuscunque legis siue naturalis, siue scriptae, quantum diuinitus condita, siue humanae, & fide Christi, scilicet, quod sola fides per Dei auxilium tribuit operibus omnibus, vt sint Deo grata, &

August.

In veteri lege tria operum genera.

Circumcisio au ex se gratia conferret.

2. Excellentia legis nostrae supra veterem

2. Excellentia.

3. Excellentia.

& ad vitam aeternam accepta. Denique errorem illum illic Paulus damnat, qui postea Pelagium exceperat dicentem, posse hominem viribus naturalibus & meritis proprijs gratiam Dei promereri. Sed si roges, quod ergo discrimen est inter legem veterem & nostram? respondeo, non vnum, sed multa.

Prima, quae omnium fundamentum est, haec est, scilicet, quod illam virtutem & gratiam, quae causa fuit vt opera mortalium post hominis lapsum Deo essent grata, nemo vnquam nisi solus Christus auctor: nouae legis operatus est, iuxta illud ad Hebr. 9. vbi Paulus ait, mortem Christi intercessisse in redemptionem earum praeparationum, quae erant sub priori testamento, vt remissionem, inquit, acciperent, qui vocati sunt, aeternae hereditatis. Vnde quod cap. 1. ait Ioann. De plenitudine eius omnes accepimus, ad vniversos mortales ad praeparationem Adae vsque ad finem mundi refertur. Et hoc est quod subdit, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vbi secunda adnotatur excellentia ex parte datoris vnus & conditoris alterius legis: enimvero Moyses non condidit, sed legem dedit, quam Deus considerat, quae per se non iustificabat, gratia autem, per quam illa iustificabat, per Iesum Christum non solum data, sed facta est, & pariter veritas, nempe lex Evangelica, quam ipse dedit & fecit, quae idcirco veritas dicitur, quod Moysaica erat eius vmbra. Et hoc est quod ait Paulus ad Galat. 2. Si ex lege iustitia Christus gratis mortuus est, hoc est sine causa. Et haec est ratio, quare illa dicitur scripta, ad differentiam legis naturalis: nostra vero lex gratiae videlicet quod Christus eius later, cui summa gratia fuit collata, & per eum mundo legem condens, quae nos doceret, quid agere deberemus, gratiam simul contulit, quae illam digne apud Deum implere possemus, & ideo ait Paulus ad Romanos. 7. quod lex iubendo docebat cognitionem peccati: nostra vero iuuando iustificat.

Aequae hinc tertia excellentia colligitur, videlicet, quod lex illa scripta est in tabulis lapideis, nostra vero in cordibus, iuxta illud Hierc. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, lex enim Evangelica non fuit primo tradita in scripto, sed ore Christi viua & viuificante voce vsque ad corda audientium penetrans, vtce adiutricem gratiam, qua illam impleamus, instillat: vnde 2. Corinth. 3. Paulus epi

sola, inquit, estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Ex eadem prima excellentia subsequitur quarta quantum ad sacramenta, videlicet, quod in lege naturae nullum fuit singulari institutione Dei determinatum, & ideo nullum fuit proprie sacramentum, & ideo nullum fuit proprie sacramentum illius fidei applicanda, in lege autem scripta fuerunt quidem proprie sacramenta, nempe, vera signa gratiae per Christum promerendae & efficiendae, in quo proprie consistit vera ratio sacramenti: nullum tamen gratiam contulit, quare nullum fuit sacramentum perfectum: sed vt Paulus ait, omnia fuerunt infirma & egena: nam et si circumcisio fuerit sacramentum necessarium ad applicandam fidem, quae iustificabatur, tamen de illa sicut & de lege probat Apostolus Rom. 4. neminem iustificasse, sed tantum fuisse signaculum iustitiae fidei, lex vero Evangelica non solum ad remissionem originalis, verum & ad alios effectus gratuitos sacramentis affuit, quae tum propria, tum etiam perfecta sunt, vt ipse quae non tantum sunt signa gratiae, verum & causae instrumentales, & haec etiam de causa lex gratiae dicitur, eo quod tam multis abundat instrumentis, quibus illam suis cultoribus dispensat.

Quinta excellentia, subsequitur hinc, quod lex illa ianuam caeli non aperiebat, sed id solus Christus auctor Evangelicae legis prestavit, vnde tunc modus loquendi de mortuis erat, quod in infernum descenderet, vt Iacob Gen. 37. Descenda, inquit, ad filium meum lugens in infernum, & Iob. 17. Infernus domus mea est, eo quod quantum gradu essent in amicitia Dei, ad lyubum descendebant, vt illic aduentum Christi praestolarentur: in lege vero Evangelica, inquit Paulus, bonam voluntatem habentes peregrinari a corpore & praesentes esse Domino: & ad Philipp. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo, quasi inter egressum huius vitae & ingressu coeli nullum impedimentum esset, nisi quod nostra fecit culpa, vnde Christus ad Ieronem, Hodie mecum eris in paradiso.

Sexta excellentia est, quod cultores illius legis non plene & perfecte merebantur nomen filiorum Dei, nam quantum essent haeres regni, non tamen in eius possessione admitterebantur, & ideo loco sermorum habebatur, iuxta illud Pauli ad Galat. 4. Quanto tempore haeres paruulus est, nihil differt a seruo, &c. ita & nos eius essemus paruuli sub elementis

4. Excellentia

5. Excellentia.

6. Excellentia

mentis mundi huius erantur feruientes, at ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. vt adoptionem filiorum recipereamus. Quia vtrique ratione Ioann. c. 1. de Christo ait, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c. nō quod non omnes ab Adam vsque ad nos per eandem fidem gratiam recepissent, sed quod post Christum passum filij in paternam hereditatem fuerint admissi. Vnde Paulus ad Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, nepe, seruitutis, sicut sub lege veteri, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba Pater, ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij & heredes, hæredes quiddē Dei, coheredes autem Christi, qui cū antea non fuisset incarnatus, antiquitas digna non erat, vt tunc mortales eius dicerentur coheredes.

Septima excellentia Euangelicę legis est, quod eius gratia absolutum & completum & perfectum nomen gratiæ obtinuit, quod antiquę legi non competebar; nam licet inter Patres propria ratio gratiæ apud Deum fuerit, nam multi sancti Patres sub testamēto illo fuerunt in amicitia Dei, tam viuētes, quàm mortui, propria enim ratio gratiæ in hoc consistit, quod hominem facit acceptū ad vitam æternam, siue illico post mortem, siue aliquo post tempore conferendam. Abel innocens fuit, cuius viuētis munera, & mortis patientia Deo placuerunt: & de Abraham Genes. 15. legimus, quod credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: & Iacob. 2. habetur, quod amicus Dei appellatus est: & ad Hebr. 11. idem ait Paulus de Moyse, & multis alijs, & de Ioanne Baptista asseruit Dominus, Inter natos mulierum neminem illo fuisse maiorem, quin vero in lege nature etiam Iob legitur fuisse iustus & rectus, & timens Deum, & de alijs pluribus idem creditur. Sacratissimam autem Virginem eō inter Patres illius legis non connumeramus, quam Gabriel gratia plenā pronūtiavit, quod cum non esset ante passionem Christi mortura, sit vt neq; deberet ad lymbum descendere, sed illico super choros Angelorum euolare, quare ad gratiam noui testamenti pertinet.

Alia ergo hic prætermissa, quod gratia illorum seculorum ad completum absolutū & perfectum gratiæ non pertigerit, argumentum est, quod amici illi sunt, quibus omnia easunt communia, in quibus ius amicitia-

fundatur, ea vero in quibus amicitia inter Deum & homines fundamētum habet, sunt illa cœlestia supernę vitę, illa autem ante Christi passionem nemini Deo communicauit, ergo homines illius temporis nō erāt in gratia Dei perfecta, absoluta, & consummata. Profecto si quis ob crimen aliquod lese maiestatis suis esset mulctatus bonis, quāuis postea veniam principis obtineret, quousque illum in integrum honorem & statū pristinum restitueret, non diceretur in eius amicitiam pristinam reconciliatus, sed semper esset in debito, quousque pretium illius patrati sceleris alius pro illo persolueret. Hoc autem exēplo ait Paulus Rom. 5. Christus remissionem præceditimus delictorum suo sanguine fecisse, eorum scilicet omnium hominum, qui vsque tunc fuerant in subleuatione Dei, ergo quousque Christus gratiam redemptionis, ex qua illi pendebāt, meruit, fecitque in cruce, non erant in perfecta gratia Dei.

Accedit, quod si perfecte fuissent grati & amici, loco filiorum fuissent tractati, nā amicus Dei filius eius est, atque adeo in hereditatem paternam fuissent recepti, nam inter homines, ob id filius nisi mortuo patre hereditatem non adit, quod vtrique patrimonio temporale non sufficit, regnum autem Dei quia infinitum, mundis infinitis sufficeret: nihilominus, vt ait Paulus, sicut paruuli sub tutore continebantur, patres illi, vt serui quousque more humano, vt ad Hebr. 9. Paulus ait, morte intercedente Christi, hereditatem adirent: quin vero & in hoc etiā habebantur vt serui, quod secreta Diuina nō illis communicabantur, vt in lege noua, quare Christus ad eorum differentiam ait Euangelij cultoribus, Iam non dicā vos seruos, sed amicos, quia quæcunq; audiuī a Patre meo nota feci vobis: secreta quidem prudentissimus quisque non seruis cōmittit, sed amicis pandit. Gratia ergo illius legis non ad iustum suum culmen ascēderat, qua ratione (quod rem maxime confirmat) nomen gratiæ apud Deum in hac Euangelica significatione vix in testamēto veteri reperias, sed solum nomē iustificacionis fidei, qua Paulus ad Hebr. 11. omnes iustos tam in lege nature quàm in scripta ait, Deo obedientiam præstitisse: si ergo cultores illius prisę legis contempleri licet, ac si ciues, qui regis maiestatem lesissent, veniam ab illo deprecantes, nec repulsam omnino paterentur, neque vero omnimodam obtinerent indulgentiam

Ioann. 15.

gentiam, sed expectare regium filium iubentur, qui eorum veniam apud ipsum promereretur, quod de facto Christi aduentu euenit.

Pro Ambrosio respondemus, quod quādo ait, remissionem illam, quæ veteri lege fiebat, mendacem esse, donec remissionis veritas adueniret, Ioann. enim Euangelista, ait, quia lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est, intelligendus est de remissione cōpleta & perfecta, nam si rex delictū alicui remittat hac lege, quod aulam eius non ingrediatur, neq; faciem eius videat, remissio illa non est perfecta, sic ergo Patribus accidit. Idē dicimus de gratia illorum, quod neque erat perfecta neque consummata. Et quod hæc sit mens eius ex eo constat, quia Abraham, Isaac, & Iacob iustos & amicos Dei sæpe asserit.

VIGESIMVM NONVM QVAESITVM.

An detur delictorum mensura, extra quam non est salus.



Ambrosi locū hūc exponēs. Ita supra modum ipsum peccatum peccatis per mandatum, Ad Rom. 7. asserere videtur esse quandam delictorū mensuram, quam cū peccatores impleuerint, indigni sunt vita æterna. Sic enim scripsit, Quid est supra modum, quasi datus sit modus delinquentibus, cū peccare non liceat, sed Dei verba sunt dicentis, Nō sunt completa peccata Amorrhæorum, per quod ostendit mensuram quandam esse delictorum, quam cū impleuerint peccatores, vita digni minime iudicentur, sicut & Pharaō, qui istum modum impleuerat, Dei virtutes & signa in illo ostensa sunt, per quæ ceteri territi ad emolumentum vitę se exercebant, vt in mortuo vita discatur.

Doctores scholastici de hac questione. 4. sent. dist. 14. & 2. dist. 43. S. vero Tho. 2. 2. q. 14. art. 3. & tertia parte. q. 84. articulo. 10. & querunt in vniuersali, vtrum poenitentia omnia peccata deleat, ita vt nullum sit peccatum, quod per poenitentiam remitti nequeat. De qua re duo versantur errores. Prior Lutherianorum de potestate liberi arbitrii tam absurde loquentium, vt putēt nos

cogi ad peccandum & quod turpius est, inquitur, Deum ad peccandum nos sæpe cogere. Vnde secundum illos peccatū per poenitentiam non solum non potest deleri, sed neque vilo modo euitari possumus, quin de linquamus. Vnde aksioma Lutheri fuit, non esse in potestate nostra malas vias facere, sed mala opera in impijs Deus operatur. Quod eisdem verbis Tridentina Synodus scfs. 6. Can. 6. his verbis damnauit, Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permisiuē solum, sed etiam proprię & per se, adeo vt sit eius propriū opus, non minus proditio Iudæ, quā vocatio Pauli, anathema sit. Probabile valde est, prouidentia Dei permissum fuisse in istam vesaniam eos incidisse, vt cōstaret eos, qui sic de Deo & libero arbitrio senserunt, in reliquis qua auctoritate essent dignissimi si aliud argumentum contra eos non esset, hoc sufficeret, quod Deus qui summa bonitas est, nullatenus voluntatem habere potest mali culpæ: imo nihil est, quod in hominibus eius voluntati magis aduersetur: nam si nos ad malū cogeret, vellet nos peccare, quod animus audire abhōret. Secundo, quia peccatum, vt Augustinus libro. 22. contra Faustum ait, non est nisi quid factum contra legem Dei, lex autem Dei, eadem res est quæ sua voluntas, nam intellectus & volūtas in ipso eadem essentia sunt, quomodo ergo potest esse peccatum, quod Deo volente imocogente sit? si enim fit per eius voluntatē, est eidem voluntati consonum, ac perinde suæ legi simile, vnde palam fit non esse peccatū. Tertio, quia peccatum, vt idem Augustinus libro de vera religione auctor est, adeo est voluntarium malum, vt nisi sit voluntarium, nequeat esse peccatum, quia sola voluntate peccatur, si ergo Deus nos cogit, non est in nostra voluntate non peccare, atq; adeo nō peccamus. Absurditas Lutheri ex eo cōstat, quia Deum facit, sedum auctorem, sed coactorem nostri peccati, & nos peccades, & iniquioris conditionis illis, cum non affirmat inuitos peccare: & tamen Iacobus in instinctu & reuelatione Dei clamat, quod Deus intentator malorum est, nos admonens, vt nemo dum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Et reclamatione Lutherus quod nō solum nos tentat, verum quod inuitos nos cogit. Quarto, quomodo vniuersalis illa vox esset, qua Paulus asserit Deus vult omnes homines saluos fieri: & monita illa Diuina. Nō

Cōcellum Tridentinū

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

Gene. 15

7. Excellentia



ADVERTEN. IN B. AMBROSIVM. AD XXIX.

Noli vinci a malo, noli deficere a disciplina Domini & quod ait Phares, Nolite fieri sicut equus & mulus: huiusmodi est qui suae subigatur sensualitati: quod si evitare nequeimus, minime evitare admoneremur. Moverent haeretici illi ex illo ad Rom. 1. Tradidit eos Deus in desideria cordis eorum: & Esau. 6. Exceca Domine cor populi huius, & Genes. 14. Induravit Dominus cor Pharaonis. Haec autem nihil aliud conuincunt, quam quod Deus sepe hominem suum proprium affectum sequi & implere, ut longae peccatorum catena illaqueatus, vix admomentum ei obedire possit: nam ut ait Sact. Thom. 1. 2. q. 79. cum sol corporeus natura liter illuminet, sic ut dum quis claudit fenestram, ne radij solares ingrediantur, nihil cauae in sole reijci possit, sed tota caua fuit, qui fenestram claudit, tamen dum homo cor Deo occludit, quia Deus non vult solmere naturaliter, sed liberè sciens & prouidens id permittit, quodammodo dicitur excaecare, & tradere, & indurare: sic filius qui nimia patris indulgentia perdit, vixit, ad patrem reuersus ait, Tu pater errorum meorum, et mihi permittendo, caua fuit. Et quod Deus non aliter indurat, historia ipsa Pharaonis ostendit, cum enim Deus aiebat, Quoniam non vis populum dimittere, ego percutiam omnia primitia Aegypti, palam dicebat, quod si populum vellet dimittere, poenitentiam recipisset: longa enim illa comminatio, & plagarum succellio inditium fuit bonitatis Dei, qui ipsum ad poenitentiam aducebat. Dicitur etiam indurasse Pharaonem, quia singulari prouidentia duritia eius permittit, ut inuestet gloriae suae in iura oculis illis ostenderet.

Secundus error est Armachani libro, 9. de quaestione. Armenorum c. 27. vbi conuenit probabile esse secundum scripturam esse aliquod peccatum irremissibile, & sustinet quod sicut Deus aliquos confirmat in bono, ut Apostolos, quae confirmatio non fuit ablatio liberi arbitrii, sed lex irrevocabilis, ut nūquā peccarent mortaliter, sic sunt quorundam peccata firmata lege irremissibilia, veluti peccata demonum.

Opinio autem haec non solum est falsa, verum erronea, ut asserit S. Thom. 3. parte. q. 86. art. 1. & probatur primo, quia aduersatur Dei bonitati, cuius nullum magis motuum est in omnibus operibus extra se factis, quam omnes homines, ut Paulus ait, saluos facere, hoc enim proposito illos creauit, &

haec siti eos redemit, ut suam beatitudinem illis impartiret.

Secundo, quia hoc est contra naturam hominis viatoris, hoc enim homo ab Angelo distat, quod cum Angelus sit merè intellectus, discursu non utens, primo peccato sic voluntatem suam malo infixerit, ut non esset amplius in bonum vertibilis, sed homo cum sit rationalis, sicut per intellectum potest semper discurrere, ita per voluntatem à bono, in malum, & vice versa mutari. Vnde Damascenus, quod hominis est mors, hoc Angelus casus.

Tertio, hominè esse viatorem nihil aliud est, quam esse in via ad patriam, via autem haec est libertas arbitrii, quo Dei auxilio potest quisque ad celestem patriam peruenire. Quare huiusmodi errores nedum sunt à veritate Evangelica alieni, verum & hominibus perniciosissimi, equiparant enim viates homines demouibus, & in scopum desperationis adigunt eos: cum Iacobus in sua Canonica dicat, Si cōsisteamus peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra: & cap. 2. Si quis peccauerit (scilicet quocunque genere peccati) aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, qui propitiatio est pro peccatis totius mundi. Quocirca error blasphemus est, & Christo & passioni eius iniurius, nam si aliquid esset peccatum irremissibile, non fuisset vniuersalis Redemptor.

Quarto, quia Deus abique vlla exceptione vniuersos mortales à via veritatis aberrantes, ut ad mentem redeant & conuertantur, inuitat Ezech. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, &c. ab omnibus inquit, ideo subdit, Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: & c. 33. Viuo, inquit Dominus, nolo mortem impij, hoc est, cuiusvis conditionis impietate fuerit infectus: & subdit, Nihil voluntatis meae est mors impij, inquit Dñs: & illud Iosel. 2. etiam verbum est vniuersale, Conuertimini ad me: sicut & illud Math. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et ad Apostolos Ioan. 21. Quorum remisistis peccata, remittentur eis, id est, quorumcumque: & quocunque: & Math. 16. Non dico septies, sed septuagies septies, hoc est, nullus erit peccatorum numerus, nullumve genus, quod non remittes.

Quinto, quia si aliquid peccatum est per poenitentiam irremissibile, eadem erit ratio de

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

Chrysol.

Ioan. 12. Esai. 6.

de baptismo, quod est contra illud Ioann. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, & contra illud Marci vltimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ex his & alijs testimonij, quae prudens omitto, Ecclesia. c. firmiter de summa Tri. & fide Catho. decretum illud collegit, Si quisquā post baptismum prolapsus fuerit in peccatu, per verā potest semper poenitentiam reparari. Vnde Chrysolomus libro de reparatione lapsi, & refertur Can. talis de penit. dist. 3. Talis, inquit, mihi crede, est erga homines pietas Dei, nunquā spernit poenitentiam, si ei sincere & simpliciter offeratur, etiā si ad summum quis perueniat malorum, conuersum ad libertatis viam libenter amplectitur.

Contra hanc diffinitionem est virgens argumentum ex illo Ioan. 12. propterea non poterat credere, quia iterum dixit Esaias, excaecauit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & non intelligat corde, & conuertantur: & sanem eos, si enim non poterant, nulla poenitentia ergo eis sufficerebat. Respondeo & est valde notandum, quod inter auxilia specialia sunt gradus: est enim auxilium ordinarium, quod per se cuique sufficit, ut resurgat, quod Deus semper cuique homini etiam sceleratissimo comunicat, de quo Apocal. 3. Ego sto ad ostium & pulso. Aliud auxilium est excellentius & superabundans, quo homines in profundum malorum colapsi indigent, ut resurgant, & hoc Deus non semper illis offert, neque comuni, sed est quasi miraculum ut respiciat, ut apparuit in Pharaone, & in Babylonicis, de quibus Hier. 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, quoniam non peruenit vsque ad caelum iudiciū eius, in hoc ergo sensu dicuntur excaecati non posse credere, culpam vero in Deum retorque renequeunt, sufficienter enim, quantum est de se, illis auxiliatur, sed in seiplos, qui salutem suam tam difficilem fecerunt, ut semper ster situentia Osee, Perditio tua ex te Israhel, id est, tu es causa illius. Quo fit ut quādo per timores ferules, quos naturaliter habere possunt, eis modo obstinati cor emolliuerint, & per alias calamitates attriti à delictis cessare ceperint, tunc sufficit eis auxilium ordinarium, praeterquam quod etiam illud egregium & superabundans nonnunquam illis offert & comunicat, ut Matth. 9. Magdalenē, Paulo, & latronem.

Ad argumenta in contrarium respondemus. Ad primū, quod sumitur ex illo ad Heb. 12. quod Esau non inuenit poenitentiae locum, quāquā cum lacrymis inquisisset eam, vbi glossa, non inuenit locum veniae & benedictionis per poenitentiam: & 2. Machab. 9. de Antiocho dicitur, Orabat seculum Deum, quā non erat misericordia confecturus.

Ex illa historia Esau inferi Armachanus, quod peccatum, quod leuissima de causa, & absque passione vlla, & quasi pro nihilo fit, esse irremissibile, quia fit ex magno contentu, si cui Esau, qui pro misera lenticula primogenituram vendidit, & ideo benedictionem à patre obtinere non potuit. Argumentū tamē non conuincit, quod si quis vere poeniteat, veniam peccatorum obtinere non possit, sed hoc tantum, quod huiusmodi contemptores legis, nunquā aut vix vnquā veram agnitionem poenitentiam, sicut Esau, qui non plangebat nisi propter primogenituram amissam, quod tamen fratris non deponerat, imo dicebat, Veniet iustus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter respondeo ad historiam Antiochi, qui cum superbia clarus subuersionem Hierosolymorum molliretur, plaga Diuinitus percussus cepit imaginem quandā poenitentiae verbis fingere, sed quia non vere offensae Dei poenitebat, sed quod culpa causa plagae fuerat, veniam non obtinuit, & hoc denotat historia appellans eum seculum, quia seculus Dominum orabat.

Secundum argumentum sumitur ex Augustino in libro de sermone Domini in monte, vbi loquens de impugnantibus fraternitatem ait, quod tanta labes est illius peccati, vbi quis post agnitionem per gratiam Christi opugnat fraternitatem, ut deprecādi humilitatem subire non possit, etiam si peccatū suum mala conscientia agnoscere & annūtiare cogatur. Ex quo colligi videtur, non omne peccatum per poenitentiam esse remissibile. Respondeo, quod vbi ait Augustinus, non possit, intelligit non facile possit: sic enim Patres loqui consueuerunt secundū Aristot. 1. de celo vbi ait, quod impossibile dicitur, quod simpliciter non est possibile, & quod non est facile factu, sicut morbus dicitur insanabilis, qui secundū communem cūsum non sanatur, sic & impugnantio pacis & fraternitatis faciendū communem cūsum nunquā respiciat, nisi hominū auxilio superabundante conuerti possunt, iuxta illud psal. 67. Dixit Dominus ex Babilonia conuertam, conuertam in profundum

2. Argumentum

Luthera - mord moti ua.

1. Ratio

Et matris



maris, hoc est, etiam si quis in profundo marum sit.

1. argumē tum.

August.

Athana- sius

Tertio arguitur ex illo verbo Christi Matth. 12. Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc seculo, neque in futuro. Pro solutione notandum, quod trisariam Patres de Spiritu sancto loquuntur, Augustinus in libro de verbis Domini appellat peccatum in Spiritum sanctum finalem in penitentiam, quia opponitur remissioni peccatorum, quae fit per charitatem, quae Spiritui sancto attribuitur: si autem sic accipiat, non est speciale peccatum, sed generalis conditio omnium. Athanasius vero, & antiquissimi Patres peccatum in Spiritum sanctum appellabant illud, quod fit contra Divinitatem, vel contra quaecunque personam Trinitatis: & distinguitur contra peccatum in humanitatem Christi, vel contra homines. & hoc dicitur irremissibile non simpliciter, sed quia difficulter remittitur, eo quod vel nihil vel minimum habet excusationem. Quando enim Iudaei objiciebant Christo, quod esset vorax, & potator vini, & publicanorum amicus, aliquam excusationem habebant, quia haec conuita ad eius humanitatem pertinebant propter infirmitatem carnis, quam in eo cernebant, sed quando objiciebant, quod in Beelzebuth eijceret daemonia, iniuriam Divinitati irrogabant, ideo nullam habebant excusationem, opera Spiritus sancti diabolo tribuentes.

Alij vero distinguunt tria genera peccatorum, vana, quod procedit ex ignorantia, hoc est, contra Filium, cui tribuitur sapientia: aliud quod procedit ex passione, quod est contra Patrem, cui attribuitur omnipotentia: tertium, quod procedit ex malitia, quod peculiariter est contra Spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas: & hoc etiam peccatum in Spiritum sanctum dicitur irremissibile, non simpliciter, sed quia difficile est vi remittatur.

Præsertim quod Christus non ait esse irremissibile, sed quod non remittitur, loquitur enim de facto secundum communem usum rerum, scilicet, ob defectum penitentiae, quae difficilis est in his, qui malitia absque ignorantia & passione delinquant, iuxta illud Esaiæ 22. Comedamus & bibimus, cras enim moriemur, & Reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus, quia si dicat, minime. Vnde Iob. 9. Verebar, inquit, opera mea, sciens quod non parceres delinquenti, id est, manenti in peccato, quã-

Esaiæ 22.

uis & ad poenas hoc referri possit, nam ibi ait Gregorius lib. 9. Moralium. c. 27. Etiam si delicti culpa per penitentiam tollatur, poenas luere debemus, vel in hac vita, vel in altera: eodem modo exponit Chrysostomus homi. 42. super Matth. quod peccatum in Spiritum sanctum non remittetur, non quod per penitentiam non possit remitti, sed quod huiusmodi penitentia difficilis est, & qui illa non fecerit, poenas & in hoc seculo & in futuro dabit.

Quarto, arguitur ex illo Ioann. prima Canonica. c. 5. est peccatum ad mortem, non dico pro eo ut oret quis, & Ezech. 14. Si bestias induxerim super terram, ut vastet eam, scilicet, propter idololatriam, & tres viri isti Noe, Daniel, & Iob fuerint in ea, vivo ego, dicit Dominus, quia neque filios neque filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur. Et Hier. 14. Noli orare pro populo isto in bonum, cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, & c. quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos. Ad locum Ioannis Doctores scholastici. 2. sent. dist. 43. multis modis respondent S. Tho. citat Augustinum de sermone Domini in monte lib. 1. qui illud in telligit de peccato impugnantiam fraternitatem & gratiam Dei: sed tamen libro. 1. retracta. cap. 9. dictum corripit dicens, quod debuisset addere, si peccator in tali scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam, quoniam de quocunque pessimo in hac vita constituto non est desperandum, neque pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Multi autem Theologorum, & cum illis S. Tho. de malo. q. 3. artic. 13. intelligunt peccatum ad mortem, peccatum finalis impunitum. Hic tamen sensus stare non posse videtur, nam et si huiusmodi peccatum irremissibile sit, nemo tamen in hac vita illud cognoscere potest: quis enim de alio nouerit, an ante mortem sit penitentiam facturus? Ioanes vero peccatum aliquod insinuabat, quod homines agnoscere possent, quomodo ergo dicere potuit, ut pro illo peccato nemo oret? quod nemo nouit, nisi forsitan de alio quo constaret in peccato fuisse defunctum, quod vix constare potest.

Alij intelligunt, non esse orandum pro eo qui ex certa malitia peccat, sed si Ioannes peccatum ad mortem appellat, ob difficultatem quam habet, ut tollatur, eadem ratione appellauit alia, in quibus ob obsecrationem obstinatam tantumdem difficultatis inest.

Augustinus libro. 1. de vera & falsa penitentia cap. 4. aliam adfert expositionem.

Noua-

Chryso- stomus.

4. argumē tum.

August.

Nouatiani enim omne peccatum post baptismum commissum appellabant in Spiritu sanctum, qui in baptismo suscipitur, nam quae precedebant baptismum, quia vel ex ignorantia vel ex passione procedebant, dicebant esse contra Filium, cui attribuitur sapientia, & contra Patrem, cui attribuitur potentia: & ideo per baptismum proscebantur remitti peccata, sed relapsis penitentiam negabant, ideo omne peccatum post baptismum commissum aiebant esse ad mortem, & de illo esse intelligendum Ioannem. Contra hanc ergo blasphemiam ait Augustinus, Ioannem per peccatum ad mortem intelligere omne peccatum mortale, & per peccatum non ad mortem veniale. Est ergo sensus, quod si quis venialia commisit, per orationem Dominicam, vel iuxta per aqua benedicta, veniam obtinebit: ubi autem peccatum est mortale, non sufficit oratio Dominica, sed penitentia requiritur: expositio bona, sed non satisfaciens, quoniam oratio Dominica non delet veniale, nisi facta ab illo qui est in peccato, Ioannes autem de precibus loquitur, quas quis pro alio fundit.

Ambrosius libro. 1. de penitentia. c. 8. & 9. inquit, quod Ioannes peccatum ad mortem appellat peccatum grauissimum cuiuscumque generis sit: pro quo non sufficit, ut quilibet oret: quare Ioanes ait, Non dico ut pro eo oret quis, id est quilibet, sed requiritur oratio instantissima excellentissimae personae, sicut pro peccato Israel ad orationem vituli non quilibet, sed Moyses orauit, idque instantissime, aut deleme de libro vitae, aut noxam populo remitte. Cuius illud: 1. Reg. 2. Si peccauerit vir in vinum placari potest ei Deus, si autem in Dominum peccauerit homo, quis orauit pro eo? quasi dicat, non nisi qui fuerit Deo gratissimus.

Expositiones istae Patrum venerandae sunt, licet sensus Ioannis differre ab illis videatur, praemisisset enim dicens, quod quodetque petierimus secundum Dei voluntatem obtinebimus ab eo, & ideo orandum nobis esse cum fiducia. Quia tamen poterat quis obijcere, saepe nos orare pro illo qui est in mortali, & tamen frustra, respondet, quod quando peccatum fratris est ad mortem, non tenemur pro illo orare: vocat ergo peccatum ad mortem, quando hominem videmus peccatis ad eum inuenerat, & obstinatum, ut in inimicitijs, aut in concubinato, aut viura, aut in haeresi pertinaci, per quantum prudentia docet humana, nulla spes de illo habeatur: & tunc non prohibet pro illo orare, nam non ait, nemo

oret, sed non dico, hoc est, non precipio, ut roget quis: nemo enim potest alteri primam gratiam mereri, Nisi merendo illi bonum motum, ut Monica Augustino: & orare pro talibus, est orare pro re difficillima possibili tamen, quia conuerti possunt, ut Paulus precibus Stephani: quare saepe consilium est pro talibus orare: pro Turca tamen rari sunt qui orent, ne vana sit eorum oratio, quare ecclesia pro infidelibus non nisi in die Parasceue orat.

Alia testimonia facile duobus modis exponuntur. Ad illud Ezechielis, Licet illi tres viri sancti oret pro populo, non impetrabunt, non est sermo de remissione peccati populi quoad culpam, sed quoad poenam, quae culpa remissa iuste infligitur ad emendationem. Et locis citatis comminabatur Deus populo vastationem, & alias calamitates propter peccata. Et ut habetur. 2. Reg. 12. licet Dominus dimisisset culpam adulterij Dauid, puniuit eum tamen morte filij. Secundo, verba illa, Noli orare pro populo isto, &c. intelligenda sunt in sensu comminatorio, sicut illa Ione, Adhuc quadraginta dies Ninive subuertetur, hoc est, secundum praesentem iustitiam, nam postquam Hieremias dixit cap. 14. Noli orare pro populo isto, & 15. Si Moyses & Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum: statim eodem capite propter orationem Hieremias nomine populi ait Dominus, Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis. Similiter intelligendum illud Amos cap. 1. & 2. vbi ait Dominus, Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eam. Ex quibus Hebraei, ut Litanus refert, inferunt Deum semel, & bis peccanti indulgere, non autem ei, qui ter, aut quater, aut pluries peccat, intelligitur inquam quantum ad ultionem & flagella, quae illic comminatur Damasco & Tyro assurgentibus populum Israel: ait enim Dominus, quod si vnum aut alterum incursum fecissent aduersus populum, forsitan ignouisset eis, sed quia pegebant bella multiplicare, disperdet eos. Quo ad culpam vero septuagies septies, ut est in Euangelio, conuersus pepercisset.

Quod si quis obijciat illud Prouer. 1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgens, & non inueniet me. Respondet primo, quod comminatio haec intelligi potest quoad supplicia temporalia, quae pro peccatis infliguntur, ut ex verbis precedentibus patet. Quando venerit super vos tribulatio, &

Responde- tur ad ista monia in- ducta.

Et 3

& angustia, & repentina calamitas, ad remittendas enim peccatorum poenas non necesse est, ut Deus semper exaudiat. Secundo, comminatio illa ad literam videtur posita contra fero peccatentem, nam praedixerat quia de spexisset consilium meum, ego in interitu vestro ridebo. Pro ampliori elucidatione sunt nonnulla dubia discutienda, & primo.

Dubium primum est, an peccator, si post veram penitentiam ceciderit, possit post re surgere ad gratiam, & per poenitentiam reparari. Respondet S. Tho. 3. parte. q. 84. art. 10. conclusione affirmatiua contra Nouatianos, & alios haereticos qui affirmant, semel per poenitentiam hominem reparari posse ad gratiam, non autem pluries. Autor primus huius heresis, ut autor est Hieronymus, lib. 2. aduersus Iovinianum, fuit heresiarca ille vetulissimus Mōtanus, a quo eam post modum Nouatus Romanus presbyter hereditauit: deinde Chatari Nouatum sectantes, ut libro de haeresibus haeresi. 59. ait Augustinus, qui superbissimum & odiosissimum nomen sibi arrogauerunt, ut propter mundiciam, quia nunquam peccabant, Chatari, id est, mundi dicebantur. Contra hanc haeresim execrabilem multi Patres scripserunt: Chrysostomus libro de reparatione lapsi, & Cyprianus in sermone de lapsis, & Hieronymus ad Damasum, & Ambrosius duobus libris de poenitentia, & Augustinus inter quaestiones noui & veteris Testamenti. q. 22. & lib. de vera & falsa poenitentia. Fuit error hic condemnatus, primo in Concilio Romano. 60. episcoporum, & Concilio Nizeno Can. 8. & est diffinitio Concilii Lateranensis, quo habetur, quod lapsus post susceptionem baptismi per poenitentiam potest semper reparari. Et Concilium Florentinum inter septem sacramenta poenitentiam connumerat, & Concilio Tridentino sess. 15. Can. 1. haeresis praedicta his verbis damnatur, Si quis dixerit in Catholica ecclesia, poenitentiam non esse veram & proprium sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandi, a Christo Domino nostro institutum, anathema sit. Et prima ratio contra haeresim hanc est, quia si vllum haberet probabilitatis colorem, homines in periculum desperationis obijceret. Secundo quia Deus Angelos & homines in hunc finem condidit, ut eos beatificaret: vnde. 1. ad Thim. 2. ait Paulus, Vult omnes homines saluos fieri, nisi per ipsos deterrerentur Angeli, quibus cui adherent immobiliter adherent, mediana

Cōciliū  
Tridentinū  
  
1. Ratio  
  
2. Ratio

reparationis non instituit, hominibus vero, quia ad vtrunque mutari possunt, poenitentia: remedium adhibuit, quo possit homo, mutata mente, a malo in bonum conuertere: quare non solum sacramentum baptismi eis contulit, quo originali remisso in vitam spirituale regenerarentur, verum & poenitentiam, ut medicinam qua, quoties infirmaretur, sanari posset. Vnde sicut in seculari vita generatio corporis non est nisi vna, curatio vero a morbis frequentibus multiplex est, sic in spirituali vita baptismus natura sua non iteratur, poenitentia vero toties quoties mortalis morbus expollulatur. Tertio, quia fragilitas humani generis id exigit, nam postquam iustitiam originale perdidit, sic mansit vulnerata, ut cum saepe cadat reparatione indigeat, quod Genesis. 8. Dominus in causam indulgentiae adduxit, ubi ait, Nequaquam maledicam terram propter homines, sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolecentia sua, non igitur percutiam omnem animam viuentem, sicut feci. Naturalis ergo pronitas ad malum frequentationem poenitentiae requirit. Et David psal. 50. in causam venie deprecandae allegabat quod fuisset in iniquitatibus conceptus, quarum impulsus saepe eum prosternebat. Quarto, ex natura ipsa sacramenti poenitentiae eius epatio colligitur, nam qui negat post baptismum poenitentiam, simpliciter negat sacramentum poenitentiae, nam illa quae ante baptismum fit, non est sacramentum remissionis peccatorum, quae post baptismum committuntur, si ergo post baptismum semel lapsus poenitentia non negatur, eadem ratione neque si septuagies septies cadat, nam in gratitudo eadem est in omnibus, & licet in posterioribus crescat, tamen alia ratione priora possunt esse grauiora. Quinta ratio, qui negat poenitentiam toties iterandam, quoties quis peccat, ius naturae abrogatur, nam enim admonet, ut quoties homo deliquerit, redire studeat in viam: si des autem nos docet, neminem in viam redire posse, nisi per Dei auxilium in eius gratia reconcilietur, sublata vero poenitentia, cum non super sit venia, nemo curaret respicere, sed in hac vita homo diabolus fieret. Vltimo, quia in hoc damnatorum miseria a iustitia huius seculi differt, quod quandiu hic viuimus, ut Paulus ad Romanos. 2. ait, Patientia Dei ad poenitentiam nos adducit, iterum atque iterum nobis parcendo, te in penitentes, qui diuitias

3. Ratio  
  
4. Ratio  
  
5. Ratio  
  
6. Ratio

diuitias bonitatis eius patientiae & longanimitatis contemnant, confirmata ira, in infernum occidit, ubi omnis fructus operum poenitentiae clauditur via.

Eandem Catholicam veritatem Deus nobis manifestare curauit, vnde Ezech. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis (nō ait his aut illis, semel aut bis, sed quotiescunque) vita viuet, & non morietur: & subdit, Nūquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus, & non ut conuertatur a vijs suis, & viuat: quod. c. 33. iuramento confirmat, Vno ego, dicit Dominus, nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius a via sua, & viuat. Si autem, ut haeretici aiunt, lapsus non pateret reditus, ceterū falsum esset iuramentum Dei dicentis, Nolo mortem illorum. Quem errorem ut a nobis auferat, replicato, inquit, Conuertimini, conuertimini a vijs vestris pessimis. Vnde subiugit, Impietas impij non nocet ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua: in quacunque die, inquit, licet milles deliquerit, Et Hier. 18. sine aliquo termino praescripto si poenitentiam, inquit, egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ego poenitentiam super malo quod cogitauit ut facerem ei.

Sunt & rei huius exempla coplura, Gen. 4. Deus Cain ad poenitentiam fratricidij induxit, quod post remissionem originalis patrauerat, & lege Evangelica Petrus post uiam Domini negationem poenitentiam adeptus est, & Paulus. 1. Cor. 5. fornicarium baptizatum Satanam tradidit, ut poenitentiam ageret, de quo ait epistola. 2. c. 2. Ego quod donauit si quid donauit propter vos in persona Christi.

Luc. 15

Accedit & parabola de filio prodigo, qui peregre proficiscens totam paternam substantiam dissipauerat, & tamen conuersus ad cor, & ad patrem reuersus, patensissimis eius visceribus susceptus est.

Super hac omnia est locus ille apertus, Matth. 12. ubi ait Christus, Omne peccatum & blasphemia renitetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur ei: quis autem sit spiritus blasphemiae statim explicata dicens, Quicumque dixerit verbū contra filium hominis dimittitur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur. Omne ergo peccatum quotiescunque committatur remitti potest praeter peccatum in Spiritu sancto, quod inter species alias vna est desperatio, quam isti negantes poenitentiam hominibus persuadere cōtendunt. Vltimo Ioann. 1. Can. c. 2. inquit, Filioli mei haec scribo vobis, ut non peccetis, sed si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Ex quibus colligitur regula, quod nunquam stat per Deum, quomodo quicumque peccator reconciliari cum ipso valeat, nemini enim auxilium necessarium & speciale negat, quod ad recōsolationem sufficit, iuxta illud Apoca. 3. Ego quos amo arguo & castigo, emulare ergo & poenitentiam age, ecce sto ad ostium, & pulso. Ex quo colligitur axioma illud Diuini Osee. 2. Perditio tua ex te Israel (id est tu illius est causa) ex me autem auxilium tuum. Hoc autem memorie commendandum est, quod cum hoc tam magnum beneficium in bono nostrum Deus nobis contulerit, nos illo turpissime abutimur, nam tam certa spes venie securiores nos reddidit, ut in volutabro peccatorum diutius retol uamur. Cauent tamē fero poenitentes incertum exitu, quo saepe irati Deū experiuntur.

Regula

Argumenta haereticorum nullius sunt ponderis. Praecipuum illorum sumitur ex illo ad Hebr. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustauerunt etiam donum cęlestis, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam: sed qui semel poenituerunt, si uiderit illuminati, & in baptismo receperunt donum Spiritus sancti, ergo nemo eorum, qui post poenitentiam relabuntur, poterit postea per poenitentiam renouari. Hic locus est, qui haereticos sefellit, quem S. Tho. loco citato ad primum sic interpretatur. Existimabant Iudei lauacrum baptismi perinde esse, atque illa veteris legis, quibus se ab immunditijs frequenter ablucebant. Et quia epistolam illam scribebat ad Hebr. curauit hunc errorem ab illis eradicare, videlicet, ne quis postquam baptizatus est, ubi lumine fidei illuminatur existimet, si recidat, posse renouari, hoc est, iterum in noua vita regenerari, baptismum iterando iterum, quia est lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti: & quia ante baptismum requiritur nonnulla poenitentia saltem in cūmuni, ideo dixit iterum renouari ad poenitentiam: & quia per baptismum, ut ait ad Rom. 6. cōmorimur, & conspelimur Christo, quasi cum ipso crucifixi, vel ipsi nobis crucifigētes, ideo subdit, Rursum crucifigētes sibi metipsos filiū Dei. Quod autem huiusmodi relapsi nō sint remedio poenitentiae destituti, ostēdit illico subdēs. Cōfidim? autē

de vobis dilectissimi meliora, & vicina saluti, tamen si ita loquar, non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, hoc est, si vos meditamini per penitentiam salutem recuperare, iustus est Deus, qui vos suscipiet, postquam defuncti fueritis, quod in via nemi adimiri facultas penitenti.

Dubium est, an possit peccator per penitentiam ad gratiam reparari, quæcumq; & quæcumque crimina commiserit. Ad quod respondet S. Tho. 3. parte. q. 84. art. 6. nulla esse peccata, quantumvis numero & gravitate magna, de quibus homo veniam non possit per penitentiam consequi, quando vivit: ideo enim penitentia metaphorice dicitur secunda tabula post naufragium, quæ metaphora sumitur ex mari elemental: primū enim presidium illud tranandi est integra navis, secundum, illa fracta, est vna quælibet tabula, qua in naufragiis infidēs vitam saluare conatur. Similiter in via spirituali, amissa gratia baptismi, per penitentiam liberamur.

Metaphora hæc Hieronymo attribuitur, est enim apud ipsum in epistola ad Demetriadem, & in alia ad Sabrianam, & lib. 2. super Esaiam. c. 3. & solet à Doctoribus. 4. dist. 14. bifariam explicari, vno modo vt navis integra fuerit status innocentie, à quo per prævaricationem Adæ cecidimus: quæ prima tabula post naufragiū, fracta navis, est baptismus, & secunda penitentia. Metaphora tamen hæc non apte rei coherere videtur. Primum, quia status innocentie, in quo erat summa tranquillitas mari cōparari nequit, neque navis quæ inter fluctus & scopulos fluctuat. Secundo, quia si baptismus est prima tabula, fracta navis, perit similitudo, vt penitentia dicatur secunda, nam secunda tabula in fræctione navis refuit, si ergo baptismus non est navis, sed prima tabula, non ergo frangitur, vt penitentia dicatur secunda. Tertio, quia ista subidia tranandi mare non sunt nisi ecclesiastica sacramenta, in statu autem innocentie nulla erant sacramenta. Rectius ergo metaphoram exponit S. Tho. vt mare censetur mundus post peccatū Adæ, quem omnes intrantes navim baptismi ascēdunt, quod ex eo integra dicitur, quæ per ipsā omnia peccata quoad culpam & penam cōtinentur, per quem homines in summa innocentia nauigant: qua nam per mortale, quod naufragium est, fracta, restat penitentia, unde penitentia non dicitur secunda tabula respectu primæ tabulæ, sed respectu salutis navis, neque debet comparari scap hæ

vt nonnullis placet, quæ ex nauis iactatur in vndas in naufragio, sed simpliciter solutæ tabulæ, ex qua navis erat compacta. Vbi attende pensandum est penitentium periculum eorum præsertim qui cum passionibus coluclantur, vt enim, nauis rupta, homines videas tabulis affixos adeo fluctuum infania hinc inde iactari, & nunc vndarum fluctibus submergi, nunc vero emergi, vt calamitatem aspicientes qui miseros clamoribus anināt, aliquando spem salutis eorum cōcipiant, & protinus amittant, in hunc modum eiusmodi penitentes timere sibi maxime debent, nisi si Deo manus porrigente, per firmū propositum emendationis sese mancipare summa ope nitantur.

Quod vero nulla sint peccata quantumvis magno numero & quantumvis gravitate magna, propter quæ hac secunda tabula penitentia vitam salutem facere nō possit homo, probatur sequentibus. Primo ex Augustino super epistolam ad Rom. 5. vbi inquit, iniustum fore Deum, si peccatores ad ipsum cōfugientes in sui gratiam non admittat, quod Ioan. in sua canonica. 1. c. 1. Si confitemini peccata vestra, fidelis & iustus est Deus vt remittat vobis peccata vestra, & emundet vos ab omni iniquitate, vbi nullam iniquitatem cuiuscumque gravitatis sit excludit. Vanum autem omnino esset tantum Christum quæ ecclesiam pro peccatis fidelium intercedere, si remitti non possent. Secundo idem probatur ex illo Esaiæ. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamē non obliuiscar tui. Ex quo aperte patet, Deum gremium suum nemini claudere, sed pro sua infinita bonitate & clementia paratum esse omnem verē penitentem in sui gratiam admittere: maxime cum hij ad quos Dominus loquebatur crimina grauisima commisit, nempe, infidelitatis, idololatriæ, & blasphemie. Tertio est determinatio ecclesiæ de summa Trinitate & fide Catholice. c. firmiter, vbi definitum est, hominem peccato rem posse semper per veram penitentiam reparari. Quod si infidelibus idolatris & presertim hominibus per baptismū omnia & quæcumque crimina hæc gratia sit, vt illis remittatur, & per baptismum iustificentur, quis negat de Christianis in peccatum lapsis similem gratiam eis fieri nō debere, vt per penitentiam iustificentur? quam secundā tabulam hanc esse constat, sicut & baptismus est prima: maxime cum præfata decretalis id ipsum tenet,

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

nempe, de hominibus post baptismū in peccatis lapsis. Quarto, quia ecclesia nullū peccatorem quantumvis criminiosum, à penitentia repellit, quæ omnes in articulo mortis cōstitutos, si in eisdem signa contritionis appareant, iubet vniuersaliter absolui, sicut Christus sacerdotibus potestatem cōtulit omnia peccata remitti, nullā inter hæc & illa peccata differentiam assignans. Vnde de penitentia dist. 1. c. multiplex habetur. His autē, qui tempore necessitatis & periculi vrgētis instantia penitentiam præsidium, & mox recōciliatio nis implorat, nec satisfactio interdicenda est, neque recōciliatio deneganda, quia misericordie Dei, neque mensurā possumus ponere, neque tempora diffinire, apud quem nullas patitur moras veniē cōuersio: Spiritus sancti, in gratia tarda nescit habere molimina. Et. c. nemo, ibidem Ambrosius ait, Deus autē nullum crimen excipit, qui peccata omnia donauit. Et cap. potest fieri ita concludit. Ergo euidentissime Domini prædicatione mandatum est etiam grauisissimi criminis reis, si ex toto corde & manifesta confessione peccati penitentiam agant, sacramenti celestis gratiam perscruanda, & de Iuda peccatore grauisimo ait Ambrosius, Arbitror enim quod & Iudas potuisset tanta miseratione Domini non excludi à venia, si penitentiam non solum apud Iudeos, sed apud Christū gessisset. Cyprianus etiam significans omnes penitentes esse admittendos, Mitior autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent lapsus penitentiam, aut penitentibus existimetur veniā denegandā. Quinto, Hieronymus ostēdit Christū neminem verē penitentē expellisse, sed in sui gratiam admittisse, exēplo mulieris importune, quæ precibus ab amico impetrauit tres panes: Christus etiā à publicano precibus vincitur: Niniue ciuitas, quæ peccato perierat, sletibus exterrit: Christus in paradysum latronē de cruce tulit: prodigū filium sero etiam reuertentē. Christus legitur amplectitur: & nonaginta nouem oibus derelictis, vna ouicula, quæ remansit, humeris boni pastoris aduehit. Pro his etiam, qui ipsum Christum crucifigebant, orauit dicens, Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt: alios etiam, qui in Spiritū sanctum blasphemauerunt, peccauerant, adhortatur, vt penitentiam agant, & sic penitentibus veniam promittit, nunquam deniq; repulit quenquā, qui ad ipsum cōfugeret. Ex quibus intentum nostrum patet.

Gelasius etiam Papa in tomo anathematis

dicit, nullum esse peccatum, pro quo ecclesia non oret, & quod remitti non possit, nisi peccatū perseuerantia vsq; ad finem, & habetur in decretis Gelasii in lib. Cōciliatorum.

Et Augustinus libro retractationū ait, Demerine quantumcumque scelerato desperandum est, quia quādiu vivit, penitere potest, & ad Deum conuerti: vbi retractat quod ante de peccato aliquo dixerat post habitam charitatem commissio dicens, illud remitti non posse. Argumento in contrarium prudens omittit, ne sim grauis lectori. Vltimo

Dubium est, an facultas verē & fructuosē penitentiæ duret vsque ad extremum vitæ, ita vt qui semper vsq; ad vltimum articulum vitæ in viuis vixit, in eodem possit illum verē penitere. Res hæc plus timoris quā dubitationis offert. Respondeo autem ad illā duas conclusionibus. Prima, quocumque temporis articulo homo habeat iudicium sanū, & vsum liberi arbitrii, potest legitime per penitentiam conuerti: & ratio est manifesta, quia ad conuersionem non requiritur nisi Dei auxilium, vt homo libere consentiat, Deus autem, quādiu vita durat, semper est ad ostium pulsans, quādiu ergo homo libere valuerit auxilio illo vt, potest conuerti iuxta illud Ezech. 33. In quacūque die, hoc est in quacūque hora conuersus fuerit peccator ab impietate sua, impietas eius nō nocet ei: & Pfaltes, Ego dixi cōstebor aduersum me iniquitatem, & tu remisisti. Secundo, quia in hoc differt status presentis vitæ ab illo qui est in inferno, quod homo, quādiu vivit, intellectum & vsum rationis habet, vt possit manum vel ad bonum, vel ad malum porrigere, in inferno autem irreparabiliter sunt in malo obstinati, sicut in celo sancti in bono confirmati. Tertio, quia Deus propensior ad indulgentias quā ad vindictas, cum ergo homo, quādiu vivit, de linquere possit, iniqua esse eius cōditio nisi & resurgere valerit. Et est sententia Augustini loco citato de vera & falsa penitentia. c. 5. & Gratianus Can. 1. de penit. dist. 7. q. vsq; ad extremū spiritū vitæ duret tempus penitentia. Probat authoritate Leonis Can. nemo, vbi ait, nemo desperandus est, dum in hoc corpore cōstitutus est, quia quod cōfidentia differtur, cōsilio maturiori saepe perficitur.

Secunda conclusio, penitentia vsq; ad articulum vltimum vitæ dilatata, præsertim in illis qui vsq; tunc perdidit vixerunt, non est iusta, neque multum cōfidentia generas,

Et 4 nisi

1. Conclusio

1. Ratio

1. Ratio

3. Ratio

1. Conclusio

1. Ratio.

nisi forte tunc maxime compunctus apparet, & licet Augustinus nunquam de illa dubitasset, rationes sequentes id suadent: primum, quia usque ad illud punctum benignitatem Dei adducit eum ad poenitentiam desepit, indignus est, cui Dominus manus porrigat, praesertim quod saepe & sapissimè illo articulo & momento fortasse non sufficit necessarium & ordinarium auxilium speciale Dei, ut homo tanto peccatorum onere pressus, tam subito respiciat, sed forte requiritur extraordinarium & superabundans, quod non necesse est ut Deus semper committet.

2. Ratio.

Secundo, mors repentina plurimos occupat, quibus non datur gemendi spatium, & quavis superest tempus, corpus tamen, dum infirmitate vexatur, aggravat animam quam vix permittit de Deo cogitare, & ad cor converti, quod maculis delictorum plenum videre exhorrescit: praeterquam quod vxor, filij, familiares, & alij qui ei adsunt, seculare potius como dum quam morituri salutem querentes, maximo sunt agonizantium impedimento. Ob has ergo causas frequenter in eiusmodi hominibus non est contritio vera, neque dolor essentiae Dei, imo quae contritio apparet, non est nisi attritio de inferni memoria, & metu genita. Quapropter qui sic, ubique sacramento discunt, timendum est ne damnationem incurran, sunt enim veluti fatigae ille virgines Evangelicæ, quae veniente Domino, internum virtutis oleum non habent, quo possint igne charitatis ardere, sed extra in seculo illegitimo dolore fumigant, quia tempore opportuno non impleverunt vasa sua.

Et quod postremo deterret est, non esse articulum fidei ut attritio per sacramentum fiat contritio, non est enim expressa assertio Evangelicæ, aut ecclesiasticae diffinitio, imò neque apud Patres id reperitur, sed est Doctorum scholasticorum collectio, quae quantum vera sit, non tamen est digna, cui accipitur perpetuae nostrae salutis aut damnationis consideramus.

August.

Sancitè ergo Augustinus hanc dubiam & malefidam poenitentiam depingit lib. 5. homiliarum, hom. 4. quam Gratianus inter de creta retulit, Can. si quis, de poeniten. di. 17. Si quis, inquit, postquam in ultima necessitate egritudinis suae voluerit accipere poenitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, sicut vobis, non illi negamus quod petit, sed non praesumimus quia bene-

hinc exit, non praesumo, non vos fallo: & infra, agens poenitentiam & reconciliatus, cum sanus est, & postea bene vivens, securus hinc exit: agens poenitentiam ad vitam reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus: mens ergo Augustini est, quod poenitentia in articulo mortis facta, non est sufficiens signum, quod vita defunctus ingredietur viam salutis: sed tamen neque est asserendum, quod damnatur, & ideo subdit, Nò dico damnabitur, sed nec dico liberabitur.

Cyprianus duriora verba his habet, quae referuntur de poeniten. dist. 7. Can. idcirco, videlicet si in infirmitate aut periculo ceperint deprecari, qui ante poenitentiam non egerunt, prohibendi sunt à spe communione & pacis, quia rogare illos non poenitentia, sed mortis virgentis admonitio compellit, neque dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit moriturum. At vero probabile est, quod loquebatur de his qui erant in poenitentia solenni, quibus tunc forsitan, si non reconciliabantur usque ad articulum mortis, non porrigebatur sacramentum Eucharistiae: sed usus ille mutatus est, ut habetur. 26. q. 6. Can. Is qui, & sequentibus, ubi iubetur, conciliationem suscipi publice & solenniter poenitentium, dum sunt in articulo mortis. Gratianus ait, quod quavis de salute sero poenitentium Augustinus potuit dubitare, ipse tamen credit illi, qui dixit: Quocumque hora peccator ingenuerit, & conuersus fuerit, vita vivit.

Hugo libro. 2. de sacramentis parte. 14. c. 5. Difficile, inquit, est, ut tunc (scilicet, in articulo mortis) vera sit poenitentia, quando tantum seira venit, quando enim cruciatu membra ligat & dolor sensum opprimit, vix homo aliud cogitare potest, valde suspecta debet esse poenitentia, quae coacta videtur esse, facile est ut homo se nullo pater, quod posse non datur, possibilitas optime voluntatem probat, si nò facis dum potes, manifeste ostendis, quod non vis. Ad quam sententiam & hoc addimus, quod & si certè efflemus tunc nos poenitentia legitima conuersus, meditandum tamen nobis esset, non in hoc tantum à Deo conditos, ut in fine misericordiam de peccatis petamus, ille enim amor nosse potiusquam Dei videtur, sed in hoc praecipue, ut vitam in eius iustitia exequenda mandatorum expendamus, ut eius adimpleatur voluntas, & gloria exalretur.

Pro defensione Ambrosij ipse seipsum explicat, cum dixit dari mensuram quoad de-

Cyprianus

Hugo

litterarum, quam cum impleverint peccatores, vita digni: n. n. me iudicent, nam lib. 1. de poenitentia c. 8. & 9. aduersus Neucianos, explicans locum Ioanis. 1. Can. c. 3. Est peccatum ad mortem, non dico pro eo ut oret quis, inquit quòd Ioannes peccatum ad mortem appellat peccatum grauisimum cuiuscunque generis sit, pro quo non sufficit veni quilibet oret, sed requiritur oratio in summissima & excellentissima per se, sicut Moyses pro peccato Israel adorationis vituli oravit: in quo euidenter insinuat, quod auxilio eg. egio & superabundantia peccata grauisissima, in quocunque numero sint, si homo vere poeniteat, salutem poterit assequi. Et de poenitentia, dist. 1. c. Nemo, ibidem ait Ambrosius, Deus autem nullam criminè excipit, qui peccata omnia donauit, & e. potest fieri, ita concludit, ergo euidentiissime Domini praedicatione mandatum est etiam grauisissimi criminis reis, si ex toto corde & confessione manifesta accedere: & in hoc sensu, sacramenti caelestis gratiam perfrudam: & de Iuda peccatore grauisimo ait, Abiit enim quod & Iudas potuisset tanta miseratione Domini non excludi à venia, si poenitentiam non solum apud Iudeos, sed apud Christum gessit. Secundo dicimus, quod pro Ambrosio respondet S. Thom. 3. parte. q. 84. art. 10. ad secundum argumentum, nam libro de poenitentia ait, quod sicut vnus est baptismus, ita vnus est poenitentia, ubi insinuat, quod sicut baptismus non iteratur, ita neque poenitentia, quod loquitur de poenitentia solenni, quae non est iterabilis: de poenitentia vero priuata & particulari semper tenet & affirmat, quod potest iterari, & habet vim remittendi peccata quantumcunque grauisissima, & in quocunque numero sint, saltem auxilio Dei egregio & superabundanti, ut de Iuda affirmat.

TRIGESIMVM QVAE  
SIVM.

An vera poenitentia sit à peccato  
cessare.



Mbrosius locum hunc edisseres, ita ut contra magis donetis & consolentur, ne forte abominatio vestra abloberetur quibus insinuat, 2. Corin. c. 2. insinuat ut deur veram poenitentiam esse à peccato

cessare. e. enim. 2. sic habet, Hoc est maior tristitia absorberi desperantem de se cõuer- ti ad admittenda peccata, quibus grauius absorbeatur à secunda morte. Haec enim vera poenitentia est iam cessare à peccato, sic enim probat dolere se, si de cetero desinat.

Doctores scholastici de hac questione. 4. dist. 14. & S. Thom. 3. parte. q. 84. art. 5. quo quaeritur, an poenitentia sit de necessitate salutis: & respondet sequentibus conclusionibus. Prima, poenitentia absolute ad salutem non necessaria est. Haec constat, quia Dei auxilio potest quis non mortaliter peccare: baptismus vero ex eo est necessarius, quia de lege omnes in originali orimur. Secunda conclusio, poenitentia ex suppositione, peccatis nempe suppositis, est necessaria ad salutem. Conclusio ista potest dupliciter intelligi, vno modo simpliciter, ita quod est necessaria ad salutem sicuti alia praedicta, hoc est, quod peccatoribus omnibus praecipuum est ad sacramentum poenitentiae accedere: & in hoc sensu conclusio, nedum est vera, sed de fide contra haereticos, qui negant confessionem esse de iure Domino: alio modo intelligi potest, quod non solum est in praeccepto, sed quod peccator sine poenitentia nullo modo potest gratiam consequi, sicuti baptismus peccatis non est in praeccepto, & tamen sine baptismo gratiam consequi nequeunt. An etiam, isto modo peccatorum poenitentia sit necessaria, dato quod in praeccepto non esset: Dicimus ad hoc, quod poenitentia duo dicit, alterum est dolor, alterum sensibile signum exterius: de primo ergo quaeritur, an dolor de peccatis peccatori sit necessarius ad salutem. Et de hoc cum Catholicis nulla est concertatio: omnes enim tã Patres, quam Doctores scholastici conueniunt. 4. dist. 14. quod est necessarius ad medelam peccatorum. Sed tota concertatio est cum haereticis: nam Lutherus inquit, quod non requiritur dolor de peccatis, sed tantum emendatio vitae in futurum. Vera enim poenitentia, ait, est à peccatis cessare, ita quod si quis proponat in futuro bene vivere, & faciat praeterita peccata ei remittuntur. Contra quem sunt duo articuli à Leone decimo damnati, vnus (qui est quintus in ordine) quo asseritur, tres partes poenitentiae, nempe, contritionem, confessionem, & satisfationem non habere fundamentum in scriptura sacra, neque in Patribus antiquis. Secundus error est & septimus in ordine, quo asserit, quod est procerbum verissimum, quod inter homines dicitur, quod vera & optima poenitentia est noua vita:

Dubium

Lutherus

vera autem poenitentia, ait, non est dolor de peccatis, sed solum propositum cauendi in futurum, & emendatio vite.

Cetera Lu  
thec.

Nos tamen contra Lutherum asserimus conclusionem hanc tanquam de fide, Necessarius est dolor de peccatis ad remissionem peccatorum. Probatur ex scriptura sacra, nam remedium quod pro delictis in ea traditur, est poenitentia, poenitentia autem est dolor de peccatis, ergo: maior probatur, nam Matth. 3. peccatoribus præcipitur, Facite fructus dignos poenitentiae, & Luca. 1. Nō egent qui sani sunt medico, sed qui male habent, nō enim veni vocare iustos sed peccatores ad poenitentiam, non ait ad novam vitam inchoandam, sed ad poenitentiam, & Luca. 13. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis: & Luca. 15. Gaudium erit Angelis in celo super vno peccatore poenitentiam agente, non inquit novam vitam inchoante: & Actuum 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquis que vestrum in remissionem peccatorum: & Actuum 3. Poenitemini: & c. 8. Poenitentiam age ab hac iniquitate tua, si forte remittat tibi Deus: & ad Hebr. 12. de Esau, inquit Apostolus, Reprobatus est, & non inuenit poenitentiae locum: & apertius, 2. Petri. 3. Nō tardat Deus, &c. sequitur nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam conuerti. Et non solum in nouo testamento, sed & in veteri multa loca ad id faciunt, Ezech. 18. & 33. Conuertimini, & agite poenitentiam, &c. & si autem impius egerit poenitentiam. Quod si forte quis quarat, Quid ad hæc dicit Lutherus? nunquid negat Euangelium vel scripturam? Dico quod Euangelium saltem quantum ad verba non negat, sed asserit, quod nos erramus, credentes quod poenitentia est dolor de peccatis: non enim est nisi solum in futurum peccata cauere: nam Græcè pro poenitere habetur, methanæo, quod idem est quod in futurum respicere, & inde, methanæa, quod idem est quod respicentia, quod Latini poenitentiam vel dolorem transtulerunt: vnde ex interpretatione huius vocabuli scripturam cuertere conantur.

Contra ipsos autem primum habemus omnes Patres & Doctores ecclesie, qui verbum illud, methanæo, poenitere transtulerunt, & methanæa, poenitentia, qui doctores ipso Luthero, & suo Melancton fuerunt. Et constat, quod poenitere non solum dicit ordinem ad futurum, sed etiam ad præteritum. Vnde illud Demosthenis, qui est stuprum à Taidæ meretrice petere, & ipsa stipendium ni-

mium exigeret, dixit ipse, ego poenitere tantum non emo, hoc est, non emo tantum id, ex quo non nisi dolor aliquis manebit. Et inter Patres Augustinus de vera & falsa poenitentia c. 19. absolute, & omni equiuocatione seculum inquit, dolendum est de peccatis. Itē ipsa distinctionis virtus id declarat, poenitere enim est penam tenere, ille ergo poenitentiam tenet, qui peccatum commisit semper dolet. Idem etiam habetur de consec. dist. 4. c. Omnis qui suæ voluntatis arbiter est constitutus, cum accedit ad sacramentum fidei, nisi eam poeniteat veteris vitæ, non potest nouam inchoare. Aliud ergo est nouam vitam inchoare, aliud autem præteritæ vitæ poenitere contra Lutherum. Quod vero poenitentia dicat ordinem ad præteritum patet Gene. 6. poenitet me fuisse hominem. Et ecclesia. 32. post factum non poenitebis: & 33. Et ne poeniteat alijs possessionem tuam, ne forte poeniteat te, nempe facti: & 2. Corinth. 7. Si contristasti vos in epistola non me poenitet: & quod Lutherus ait, quod poenitentia Græcè nō dicit ordinem ad præteritum, sed ad futurum. Patres, qui eo doctiores in linguis omnibus fuerunt, contrarium asserunt, quod patet, nam illud Actuum 8. Poenitentiam age ab hac iniquitate tua, intelligi non potest, quin dicat ordinem ad præteritum. Item hoc patet ex illo Sapientie, Fili peccalif, non adicias iter multa, sed de præteritis deprecere, ut tibi dimittantur. Tenenda est ergo conclusio posita, tanquam de fide, itaque licet quis caueat, & in futurum emendetur, præterita peccata non dimittentur ei, nisi de illis doleat. Quod si quis arguat de peccatis commissis ante baptismum, si quis baptizari velit, secundum Ambrosium, non requiritur dolor, non ergo in vniuersum est verum, quod ad remissionem peccatorum requiritur dolor. Respondeo primo, quod conclusio tenet verum de peccatis post baptismum commissis. Secundo dico, quod opinio communis est verior & securior, nempe, quod etiam de præteritis, & ante baptismum admissis requiritur aliquis dolor saltem in communi & vniuersali. Et Ambrosius intelligit, quod nō requiritur dolor in particulari, sicut de commissis post baptismum. Et conclusio posita diffinita est Concilio Tridentino sess. 15. Can. 4. qui sic habet, Si quis negauerit, ad integrā & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materia sacramenti poenitentiae, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres

Cōditum  
Terditū

tres poenitentiae partes dicuntur, anathema sit. Constat autem, quod de ratione & essentia contritionis est, quod sit dolor de peccatis propter Deum, ergo. Et sess. 6. de iustificatione Can. 20. infamiam Lutheri nullibi vsq; ad ipsum audiam condemnat, pronuntians anathema eum, qui sola fide absq; sacramentum poenitentiae in re vel in voto dixerit lapsum recuperare salutem, his verbis, Si quis dixerit eum, qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide, amissam iustitiam recuperare sine sacramento poenitentiae, prout sancta Romana & vniuersalis ecclesia à Christo Domino & eius Apostolis edocta vniuersum professa est, seruauit & docuit, anathema sit.

Dubium est circa diffinitionem positam. Videtur enim quod dolor de peccatis non sit necessarius, ut quis iustificetur, quia sufficit martyrrium, nā Doctores asserunt de quodam Bonifacio & Martione, quod cum essent Christiani, erant tamen perdita vitæ, qui oppressi à tyranno Idolis sacrificare noluerunt, & pro confessione fidei animas posuerunt, & in numero martyrum habitū sunt: si ergo martyrrium ad salutem sufficit, poenitentia pro peccatis post baptismum non est necessaria. Dicimus cum communi sententia theologorum, quod si quis subito rapiatur ad martyrrium, ita quod non habeat tempus, ut ad cor reuertatur, & peccata sua recogitet, quantumcumque maximum peccator sit, si à tyranno opprimatur, sufficit illi ad salutem quod fidem profiteatur, & ut pro illa respondeat, ponat vitam. Quod autem hoc ei sufficit ad salutem ex eo patet, quia alias dubitare liceret de salute alicuius, qui pro Christo passus est: hoc autem asserere non licet, quia ecclesia pro testimonio sufficienti salutis alicuius martyriū suscipit, ergo. Item, quia sicut de poenitentia dicitur Matth. 3. Poenitentiam agite & appropinquabit regnum celorum, similiter Christus ait, Si quis me confessus fuerit corā hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Ex quo Doctores inferunt, quod martyrrium ad salutem est sufficiens, & Ioan. 15. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & c. 14. ante dixerat maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis: illi ergo, qui tempus nō habet, ut peccata sua recogitare possit, martyrrium ad salutem sufficit: tum etiam quia martyrrium virtualis est poenitentia secundum doctores aliquos.

Dubium tamen est, si Sarracenus aliquis ad Christi fidem conuertatur, multis tamen sceleribus grauatus, qui post baptismum à tyranno subito rapiatur, ut dijs immolet, an dato quod habeat tempus poenitendi, & copiam sacerdotis, cui constitatur an in tali requiratur poenitentia de peccatis? Aliqui moderni tenent partem affirmatiuam. Nos tamen dicimus, quod in illo nō requiritur aliquis dolor, quantumcumque locum habeat poenitendi. Ratio est, quia si ecclesia ad canonyzandum martyrem non respicit, an poenituit necne, sed tantum quod pro Christo passus sit, sufficit ergo ei martyrrium sine quocumque dolore, nam & si talis peccaret non adhibendo diligentiam, ut conuersus ad cor de peccatis doleret, si tamen postea pro Christo patitur, peccatum illud negligentia per martyrrium remittitur, sicut & alia condonantur. Et in hoc non assero in martyre non requiri dolorem, sicut aliqui Doctores dicunt, quod martyrrium est dolor vel poenitentia virtualis, quod ergo dico est, martyrrium per se & ratione sui sufficere ad remissionem peccatorum, & non ex eo quod sit virtualis poenitentia. Probatur hoc, quia ipsi dicunt, si quis pro Christo patitur, argumentum esse, quod si in vita maneret, doleret de peccatis, cum minus sit de commissis dolere, quam vitam pro Christo ponere. Dico hoc esse falsum, nam martyr ille profligatæ vitæ, qui pro confessione fidei martyrrium est passus, de peccatis non doluisset, si vita esset illi superstes. Et oppositum asserentes decipiuntur, quia existimant dolorem de peccatis ita esse necessarium, quod de lege sine dolore non posset quis remissionem peccatorum consequi. Et secundo, quia est ita sufficiens quod contritio posita, de lege Deus non potest veniam peccatorum illi denegare, taliter quod post contritionem Deus ex debito dat illi gratiam. Nos vero dicimus, quod Deus ita gratis & ita libere dat remissionem peccatorum post contritionem, sicut ante contritionem, non ex debito, sed ex sola sua misericordia, & ita etiam voluit quod martyrbus remitterentur peccata solum ratione martyrii, & non quia virtualis poenitentia, nam sicut est lex infallibilis respectu contritionis, quod ratione eius poenitenti concedatur remissio peccatorum, dato quod Deus libere & ex misericordia peccata illi remittat, ita etiam ratione martyrii.

Dubium aliud est, an si aliquis in morali existens, dormiens pro Christo interficitur,

sur, an sit martyr, supposito q̄ vigilans paratus erat pro confessione fidei vitā ponere. Et videtur quod sic, nā si puer vel adultus in gratia exultans pro Christo interficiatur, est verē martyr, ergo etiam in mortali existens. Et probatur, quia ecclesia non respicit vt martyrium alicuius suspiciat, an sit in mortali nece, sed ad hoc tantum, quod pro Christo passus est. Et hac ratione S. Thom. asserere videtur, quod tales sunt martyres, & est probabilis opinio. In contrariū est, quia videtur illud non esse martyrium proprie & strictē: & ita tenet communis Theologorum. Et ideo conclusio manet in sua veritate, quod martyrium de se & ratione sui sufficit ad remissionem peccatorū. Sed contra hoc est vrgens argumentū, videtur enim quod dilectio Dei sine dolore sufficiens sit, vt peccata remittat. De hoc sunt opiniones. Moderni enim cum Adriano & Scoto tenent, ad remissionem peccatorum Dei dilectionem sine cōtritione sufficere, quod probant ex illo Ioannis. 15. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo: diligi autem idem est ac si quis in gratia esset, per hoc ergo solum q̄ quis Deum diligit, in gratia erit. Secundo, quia dilectio Dei virtualiter est cōtritio, patet, quia ex Dei dilectione sequitur contritio, nam si ego volo Deo in omnibus placere, Xin nullo displicere, de peccatis dolebo. Tertio, quia dilectio Dei vinculum perfectius est, quā contritio, charitas enim perfectior est, quā alię virtutes, ergo est. Deus eius qui est dilectio est perfectior. Quarto, arguit Adrianus, ad salutem sufficit adimplere mā data, qui autem Deum diligit, seruat mandata, vt patet Ioannis. 15. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & in sua Canonica, qui dicit se in charitate esse, & mandata eius nō seruat, mendax est, & Augustinus tractans illud ad Romanos. 5. Iustificati ergo ex fide &c. ait, Si Deus conuincit ad se non reperet, iniquus esset, ad Deum autē quis potest melius confugere, quā per eius dilectionem, ergo. Respondemus, ad remissionē peccatorum requiri dolorem formalem de peccatis, & nullum alium actum sine dolore formali ea remittere posse. Hęc sententia S. Thom. 2. q. 113. art. 5. vbi inquit, ad remissionem peccati requiritur motus liberi arbitrii in peccatum, qui est dolor formalis. Idem dicit. 4. dist. 14. q. 2. quod ad remissionem peccati requiritur motus in peccatum, & de testatio illius. Et licet sententia opposita erronea vel hæretica non sit, non tamen est tu-

ta, quia fauet hæreticis, qui asserunt poenitentiam ad salutem non esse necessariam, & q̄ ad remissionem delictorum dilectio nō sufficit, sed requiritur dolor constat ex illo, Nisi poenitentiam egeritis, omnes peribitis, nō dixit Dominus, nisi Deum dilexeritis, peribitis, sed nisi poenitentiam egeritis, etiam habetur Actuum. 8. & Ezech. 18. Secundo probatur, apparet enim & videtur sententiā S. Thom. quam, tanquam veriorē & tutiorē sustinemus, esse diffinitam contra Lutherū, nam ipse asserit, quod non requiritur dolor de peccatis præteritis, sed solum propositū in futurum: sed hoc idem isti dicunt, nam asserere quod dilectio Dei est sufficiens peccata dimittere, est idem quod Lutherus dicit, non est ergo tutum id asserere. Itē probatur ex traditione & consuetudine ecclesie, nam hoc est peccatoribus, qui ad fidem conuertuntur, dicere, poenitentiam age, nō autem Deum dilige.

Dubium vltimum est, an culpa venialis sine poenitentia remitti possit? De hac questione vide supra in B. Ambrosio ad vndecimam questionem.

Pro B. Ambrosio dicimus, defensore, neq; defensione indigere, nam cū dixisset hęc verba poenitentia est iam cessare à peccato; statim subiunxit, Sic enim probat. dolere se si bis, de cætero desinat, nam qui vitam preteritam maleactam considerat, ideo à delictis cessat, quia illi displicent, & ideo regulariter, & vt in plurimum homo vitę perdit cū verē in Deum conuertitur, peccata detestatur, & de illis dolet, quia Deum offendit, & dolendo proponit in futurum vitam in melius emendare.

TRIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An quis sciat se Christum habere,  
& in eo habitare.



Ambrosius hunc locum exponit, An non cognoscitis vos quod Christus est in vobis est inuerepubi estis. 2. Cor. 13. videtur asserere, quod quis scire potest Christum Iesum in ipso esse, sic enim exposuit hoc dicit, Quia si probare vos inuicem nescitis, non cognoscitis quia Iesus Christus est in vobis: & hoc est reprobum esse, nescire religionis vel professionis suę fidem

fidē, qui enim fidei suę sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse.

Doctores scholastici. 2. sen. dist. 26. S. Th. 1. 2. q. 112. art. 5. quo querit, an homo possit scire se habere gratiā, & respondet tribus cōclusionibus, secundum quod aliquid potest tripliciter cognosci. Primo, per reuelationem. Et est prima conclusio, Deus ex privilegio speciali aliquando reuelat alicui se esse in gratia, sicuti Paulo dictum est. 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Alio modo homo cognoscit aliquid per semetipsum, & hoc dupliciter aut certitudinaliter. Et est secundum conclusio, Homo nullo modo certitudinaliter scire potest se esse in gratia, quia conclusionem nullus potest cognoscere nisi prius sciat principium, sed obiectū & principium gratiæ est Deus, qui nobis est ignotus: non ergo scire possumus quando eius sumus amici vel inimici. Tertio modo potest homo aliquid cognoscere ex coniecturis & per signa aliqua. Et est tertia cōclusio, Homo isto modo potest cognoscere se esse in gratia. Et ponit duo signa, primum cōtempus rerum temporalium, secundum quod homo non sit cōscius neq; habeat cōscientiam alicuius mortalis. De prima cōclusionē dubium nō est, quin Deus ex privilegio speciali possit alicui reuelare, quod est in gratia. An vero de facto & euidenter alicui reuelauerit, respondeo de hoc certitudinem aliquā haberi non posse: neque est de fide, quod aliquis in via suam confirmationē in gratia euidenter cognouerit, præter solum Christum: & de Beatissima Virgine pie credimus, quod hoc illi Deus euidenter reuelauerit, nam sicut habuit reuelationem suę prædestinationis, ita credendum est euidenter cognouisse suam confirmationem in gratia. Secundo dico, Beatissimam Virginem & Apostolos, habuisse post cōfirmationem certitudinem suę salutis, qualem per cognitionem prophetica habuerunt Propheta, nam Apostoli prophete fuerunt, & spiritu prophetico suam confirmationem in gratia cognouerunt. Et ita intelligenda est conclusio S. Thom. Et illud quod dictum est Paulo, Sufficit tibi gratia mea. In spiritu enim prophetico dictum est illi. Et quod ista certitudinem Paulus habuerit ex isto loco constat, & ex illo ad Thim. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est Deus depositum meum seruare. Ad idem etiam est ratio manifesta, quia nos per fidē sumus certi de suā confirmatione, ergo & ipsi certi fuerunt: cō-

sequētia patet, quia nos nō ob aliud credimus, illos fuisse in gratia confirmatos, nisi quia illi ita scripserunt, vt Lucæ. 24. habetur, Vos autem sedete in ciuitate, donec induamini virtutem ex alto. Et idem habetur in Actibus Apostolorum. c. 1. & 2. & de Stephano aliqui dubitant, licet videret cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris dei, vt Actuum. 7. habetur, quia visio illa forte non fuit notitia intuitiua suę beatitudinis, sed Iesum à dextris Dei per extasim vidit. Alij vero asserunt, quod gloriam suam intuitiue cognouit. Et si ita est, hoc fuit peculiare cū Stephano. De latrone, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, tantum est fides. De multis vero martyribus, quibus Deus sua martyria reuelauit, & de prophetis, vt de Moyse & Heliā, qui in curru assumptus est, credendum est, prope mortem suę salutis habuisse certitudinem, non tamen euidentiam. Quod si quis arguat, videtur enim quod Paulus certitudinem illam non habuerit, nam ipse. 1. Corinth. 4. inquit, Nilhil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui iudicat me Dominus est. Respondeo, quod ibi solū asserit, certitudinem suę salutis, quæ ex cōscientia procedebat, sufficiens enim nō facere certum, nam cōsequētia ista nō est euidentis, Nescio an sim in peccato, ergo scio quod sum in gratia; non tamen repugnabat quod aliunde certitudinem illam haberet. Quod si quis querat, si Apostoli de sua salute erant certi, ad quid ergo corpus casti gabant? vt ait Paulus. 1. Corinth. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: & 2. Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationū extolleret me, est mihi datus, stimulus carnis meę, angelus Satanae, qui me colaphizat. Respondeo, quod certitudo illa aliam certitudinem non tollebat, nam cū hoc certissimū erant, quod si aduersus tentationes demonis, mundi & carnis, non pugnarent, gratiam perderent: & ideo necesse habebat pugnare, vt tentationes vincerent. Vnde conclusio Sancti Thom. quod nullus potest esse certus de sua salute sine reuelatione, est certissima, & ab omnibus recepta, iuxta illud Ecclesiast. 9. Nemo scit an odio vel amore dignus sit. Et hodie Concilio Tridentino diffinita est, tanquam de fide. c. 9. cōtra inanem hæreticorum fiduciam, his verbis, Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, sic quilibet, dū seipsum suamque propriam infirmitatem & indi-

Cōcilium  
Tridentinū



ADVERTEN. IN B. AMBROSIVM. AD XXXII.

Indispositionem respicit, de sua gratia formi dare, ac timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Et cap. 9. damnatur qui certitudinem predestinationis sibi abrogant. Et Can. 15. Qui si bi promittunt securitatem persecutant in bono.

Pro Ambrosio respondemus, quod ipse mentem suam exponit, de qua scientia loquatur, cum inquit, Qui fidei suae sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse, non intelligit se habere scientiam evidētie, neque certitudinem fidei, quod ecclesia & Concilium Tridentinum damnat, sed de scientia coniecturali & probabili, de qua S. Th. asserit, quod qui mundum contempserit, & conscientiam non habet de aliquo mortali, coniectura probabili existimare potest, quod est Dei amicus. Quod significat verbis illis, Quia si probare vos inuicem nescitis, non cognoscitis quia Iesus Christus est in vobis, probatio vero fit, cum quis ad cor conuertitur, & cognoscit quia Christum mortaliter non offendit. Hic ex coniecturis arguit, ipsum in Christi amicitia manere.

TRIGESIMVM SECVNDVM QVAESITVM.

An daemones reparandi.

**A**mbrosius in commentarijs epistolae ad Ephesios, locum hunc elucidans, et inuenerit principibus et potestibus, sic habet. Tantum de hoc scilicet, Paulo bene sensit Deus, ut non solum gentibus hunc magistrum daret, verum etiam ut per eum veritas Christi innotescat

spiritibus in caelestibus, qui sunt principes & potestates: potestates ideo, quia potentiores sunt inter ceteros spiritus: principes autem, eo quod principentur potestatibus, ut agnoscetes per ecclesiam, quae multasque ad vitam attracta est, in Christo vnus Dei manere mysterium, desinat ab errare, id enim agitur, ut praedictio ecclesiastica etiam his proficiat, & deserant assensum tyrannidis diaboli, qui se aduersus Dei vnus fidem impia praesumptione armauit. Qui sensus in psal. 23. per scriptus est, ubi Deus vnuer sitatus Dominus demonstratur, dicente Dei spiritu per Dauid, Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum, & vnuerfi qui habitant in eo: & in subiectis, Attolite portas principis vestri, & eleuamini portae aeternales, & introibit Rex gloriae. Quis est iste Rex gloriae? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriae. Dicitur ergo his principibus qui in errore sunt & in caelestibus, siue ministris eius in terris, ut auferant portas principis, id est diaboli, de mentibus suis, per quas multorum deorum asserendorum error intravit. Dogma hoc damnat ecclesia, quod Origenes libro. 1. Periarcho cap. 6. scripsit affirmans, Angelos quosdam, qui de statu beatitudinis non sunt irremediabiliter amoti, posse iterum per ecclesiasticas praedicationes & salutare admonitiones ad pristinam felicitatem reuocari & resiliui. Quae hanc disputata est supra tomo. 9. & ultimo Hieronymi ad decimum quintum quaesitum. Vide ibi.

Et haec de annotationibus circa Beatum Ambrosium.

INDEX LOCORVM QVOS B. AVGVSTINVS retractauit.



**Q**uia maxime con ducit pro intelligentia B. Augustini locos, quos retractauit, praeculis habere, quod mihi incumbebat per venerabilem fratrem Bartholomaeum de Urbino, ordine alphabetico elaboratum repertum in fine indicis B. Augustini in Milleda. Addam quae mihi visa fuerint addenda, & sub silentio quae visa fuerint omittenda, omittam.

Lib. 7. de Achadem etis.

bulam, quam narrat de Philocalia & Philosophia, quod sint sorores germanae eodem patre procreatae, quia poeticum est. Secundu ubi dixit de animo, quod securus erat rediturus in caelum, debuit dicere, iturus, propter eos qui dicunt, animam de caelo in corpore lapsam.

De eodem secundo libro retractat quintae. Primum ubi dixit, summum bonum hominis esse in mente, cum sit in Deo. Secundum ubi dixit, licet deierare per omne Diuitinum, Tertium ubi dixit, Verisimile est falsum, quia hoc non est vnuerfaliter verum. Quartum, quia Platonem & Platonicos laudat plusquam debuit, cum contra eorum errores pia veritas defendenda sit. Quintum, quia Ciceronis verbis & argumentis vsus est: quanquam ironice suis dixit esse nugae, quod sic dici non debuit.

Lib. incipit Oritinam Romaniani hominem sibi aptum ita vicissim virtus fortunae repugnanti.

Lib. de adulterinis coniugijs recensetur ab eo. Lib. 2. retracta. c. 57. nihil tamen retractat ex eo. In duobus diuiditur libris contra affirmantes vxorem dimittebam etiam abique causa adulterij.

Libro. 2. retracta. c. 3. quo libro emendat, quod versus finem dixerat, contra negates resurrectionem, exponens illud A postoli Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Inmutabitur, inquit, caro & sanguis, & fiet caeleste corpus & Angelicum. Hoc autem non sic debet intelligi, quasi non sit futura carnis & sanguinis substantia: sed non erit ea corruptio carnis, quae nunc est.

Libro de origine animae ad Hieronymum, cuius meminit lib. 2. retracta. c. 44. quare, quae sit origo animae rationalis, neque quae situm soluit.

Libro de anima & eius origine contra Vincentium Victorem in quatuor libris diuiditur, ut asserit lib. 2. retracta. arguit eu leniter temeritatis, postmodum vero se corripit.

Libro de immortalitate animae ipse dicitur

Libro. 1. & 2. retractationum retractat, quod saepe nominauit fortunam, inquit, non volui tali nomine aliquam intelligi deam, sed solum fortuitum rerum euentum, vel in corporis vestri, vel exterius bonis aut malis. Vnde ista verba in nulla sunt religione prohibita, forte, forsitan, fortisim, fortuito, quod tamen totum reuocandum est ad Diuinam providentiam: & infra, fortasse, fortuna in rebus nihil aliud est, quam quod casum vocamus, cuius causa & ratio, quae ordine quodam occulto regitur, causa & ratio secreta sit in rebus. Retractat hoc, quia pessima consuetudo hominum habet dicere, hoc fortuna voluit, ubi dici debet, Deus voluit, vel permisit. Secundum quod dixit ita comparatum est siue pro meritis nostris siue pro necessitate naturae, retractat, quia non debuit dicere pro necessitate naturae, quia naturae nostrae necessitas dura merito praecedentis iniquitatis exorta est. Tertium, quod dixit nihil omnino esse colendum, totumque abstinendum quidquid mortalibus oculis cernitur, quidquid vllus sensus attingit, retractat, quia est sensus mentis, & loquebatur more eorum, qui tantum sensum corporis dicunt, & sensibilia non nisi corporalia credunt: deo vitanda est ambiguitas. Quartum quod beate viuere, est secundum mentem & ratione viuere, retractat, quia dicere debuit, secundum Deum, cui subdedita est totaliter mens nostra. De secundo libro retractat duo, scilicet, fa

est lib. 1. retracta. c. 5. de quo. 7. sibi displicet. Primam quod dixit nec esse in eo, qui nihil dicitur, disciplina potest, quia Deus nullam dicit disciplinam, & omnium habet scientiam, & futurorum praesentiam. Secundam, quod nullam rem scientia complectitur, nisi quae ad aliquam pertinet disciplinam. Tertiam, non esse vitam cui ratione vili nisi anima, quia Deus sine ratione vita est, cum apud eum sit summa vita summaque ratio. Quartum, quod intelligitur eiusmodi semper est, cui intelligatur & animus, qui utique non eiusmodi est semper. Quintum, animam propterea non posse ab aeterna ratione separari, quia non ei localiter iungitur, retracta, quia peccata nostra separant inter nos & Deum. Sextum, animam, si caret corpore, non esse in hoc mundo, explicat ad sanam intellectum, quia anima mortuorum esse possunt in hoc mundo. Septimum, a summa essentia speciem corpori per animam tribuit, quia est in quantumcunque est per animam, ergo corpus subsistit, & eo ipso est quo anima, siue vivat saltem, ut mundus siue particulariter, ut vnumquodque animal in terra mundum, hoc totum dicit temere dictum esse.

Lib. de duabus animabus contra Manichaeos, de quo facit mentionem lib. retracta. c. 14. de quo nihil retracta, sed declarat de eam puncta. Vide ibi. Libro de quantitate animae, de quo meminit lib. 1. retracta. c. 8. de quo duo dicta declarat. Primum est quod dixit, omnes artes animam secum attulisse videri, neque aliud quidquam esse id quod dicitur discere quam reminisci, quod non debet intelligi, animam humanam in aliquo corpore ante vixisse, in aliaque vita didicisse, sed quia intelligibilibus & immutabilibus rebus constituitur. Secundum quod dixit est, nihil aliud agerem, quam reddere mihi, cui me maxime debeo, dicere debuit Deo, sed quodam ordine prius homo videtur se, postea attollitur ad Deum, sicut sanctorum illius reuerfus est ad seipsum, postea iuit ad patrem.

Lib. de spiritu & anima, licet propter non esse Augustini, communi tamen libi appropriatur, in eo nihil retracta. Lib. de baptismo patrum ad Macelinum, de quo lib. 2. retracta. c. 55. nihil in eo retracta. Lib. de baptismo ad Constantium contra Petriam Donatistam, cuius meminet lib. 2. retracta. c. 34. emendat, quod dixit Constantium imperatorem, Donati-

stis criminantibus felicem quandam ordinatorem. Ceciliani accusationis locum dedisse, licet sciret eos criminibus falsis calumniari: hoc postmodum Augustinus in gestis aliter reperit, quia a proconsule ille imperator ipsam causam fecit inquiri.

Libro de baptismo contra Donatistas, de quo lib. 2. retracta. c. 8. contra ipsos haereticos baptismum iterantis, destruit eorum errores, in quibus confutandis frequenter nominat ecclesiam non habentem maculam aut rugam, quod de presenti ecclesia asserit non intelligi, quod ita sit, sed credi, quod praeparatur, ut in aeterna vita sic sit.

In 4. libro contra Donatistas, ubi dixit veterem baptismum habere sanguinis effusionem seu passionem, dicit se non possuisse sufficiens exemplum de latrone, quia incertum est, utrum scilicet baptizatus.

In libro. 7. contra Aetianos, inducens illud Apostoli, quod in domo magna sunt vasa aurea & lignea atque fictilia, dixit illud referri ad vasa lignea & fictilia, quia ista sunt in ecclesia, reprobata, quia melius dixisset, de vrisque intelligi posse, quaedam in honore quaedam in contumeliam.

Libro de beata vita concludit, quod in Dei cognitione consistit. Lib. 2. retracta. c. 2. tria emendat. Primum, quod plusquam debuit laudari Theodorum, cui istum misit librum. Secundum, quia sapus nominauerit fortunam. Tertium quod dixit, tempore vitae huius in solo animo sapientes beatam habitare vitam, quoniam odolibi se habeat corpus eius, cum hoc non hic, sed in futuro sit, ubi hoc corruptibile inducet incorruptionem.

Libro de blasphemia in Spiritum sanctum exponit illud Evangelii, Si quis dixerit verbum in Spiritum sanctum, non dimittetur ei in hoc seculo neque in futuro, nihil in eo retracta.

Libro de natura boni vel de summo bono contra Manichaeos ostendit, Deum summum bonum & incommutabile, & creata naturas esse bonas, & quid, vel unde mali, & quod vel positus dicat.

Libro de cathelicizandis iudibus ad es docendis in fide nauellis, de quo lib. 2. retracta. c. 14. emendat in eo tantum, vnum verbum, ubi dixit quod Angelus qui est, scilicet, suis deserat obedientiam Deo, & diabolus factus est, conuenienter dicitur Spiritus, quia Angelus.

Libro de Civitate Dei in 4. libro diuiditur partiales, de quo lib. 2. retracta. c. 43. ubi

ubi narrat, quod eo tempore quo sub rege Alarico, a Gothis Roma fuit capta & incensa, idololatrem hoc ascribentem Christiane religioni, quia cultus suorum deorum erat aboli-tus, unde blasphemabant Christi nomen & fidem: propterea ipse Augustinus exardescens zelo Dei, hos libros edidit contra dictos blasphemos, eorumque errores: de quibus retractat duo tantum. Primum est in lib. 10. c. 8. dicens, quod non debuit pro miraculo poni in Abraham sacrificio flammam caelicam factam inter diuisas victimas currisse, quia hoc illi in visione monstratum est. Secundum est in lib. 17. c. 5. ubi dixit de Samuele, quod non erat de filiis Aaron, dicendum potius fuit, non erat filius sacerdotis, quia in filiis Aaron reperitur pater Samuelis: sed sacerdos non fuit, sed sicut omnes illius populi dicuntur filii Israel, non immediate geniti ab Aaron, sed ab Aarō suo cessione progressi.

Lib. confessionum, ut dicit lib. 2. retracta. c. 6. in 13. diuiditur partiales, in quibus duo emendat. Primum est in 4. lib. quod dixit de amici sui morte, anima, inquit, nostra facta fuerat ex duabus vna, & ideo forte mori me timebam, ne totum ille moreretur quem multum amauerat: inepita quaedam fuit, licet temperauerim eam, quia addidit forte imitari. Horatium lib. 1. carminum, Oda. 3. Reddas & incolumem precor, & serues animam dimidium meae. Secundo emendat in 13. dixit firmamentum, inquit, inter spirituales est aquas superiores, non corporales inferiores. Hoc, ut dicit, non satis considerat dictum est, quia res valde in abdito est.

In lib. de consuetu vitiorum, nihil retracta.

Lib. de bono coniugali contra Iovinianum lib. 2. retracta. c. 22. emendat de eo tria. Primum est, quia quaestione de carnali concubitu non plene discussa: alibi tamen fecit, ne per lib. de Ciu. Dei. Secundum est quod dixit, quia concubitus tempore refrenate libido esse non potest, quod ideo dixit, quia libido non est bonus & rectus usus, sicut enim malum est male, uti bonis, ita bonum bene uti malis. Tertium est, quod de Abraham dixit, & hac obedientia pater ille Abraham, qui sine uxore non fuit, esse sine vnicio filio & a se deo paratus fuit, non approbat hoc, quia mox resurrectione reddendum sibi filium credidit, sicut ad Heb. Apostolus dicit. Lib. de consuetu Evangelistarum quatuor libros partiales continet. 1. lib. retracta. reprobata quod dixit, gentem Hebraeam ab Abraham cepisse, quia cepit ab Hebraeis, unde non Abraham ab Abraham, sed Hebraei ab Hebraeis melius deriuatur. De. 3. lib. duo emendat. Primum est, ubi dixit,

Ioseph virum Mariae duos habuisse patres, vnum a quo genitus, alterum a quo adoptatus, debuit dicere, cui adoptatus. Secundo est quod dixit Luca ascendisse ad David per Nathanael, per quem propheta Dominus illius expulsi peccatum, hoc non sapit veritate, quia licet Nathanael dicitur, non fuit tamen ille, sed propheta eiusdem nominis.

Lib. de utilitate credendi lib. 1. retracta. c. 14. de quo septem emendanda supplet. Primum est, quod illud exponens, Litera occidit, spiritus autem viuificat, quauis bene dixerit, melius tamen postmodum in lib. de spiritu & litera retractavit. Secundum est quod dixit beatissimos, qui iam inuenerunt veritatem, supplet, quod hoc debet intelligi in patria & non in via. Tertium, quod dixit scire magna honesta & diuina erat beatissimum, dicit debere intelligi modo simili. Quartum est quod dixit, quod scimus? credimus multa per testes, & percipimus multa per sensus. Quintum est quod dixit, omnes homines stultos esse aut sapientes addidit, debere intelligi in his, qui libero arbitrio uti possunt. Sextum est quando dixit, quod miracula non sunt nunc tanta & omnimoda, non debet intelligi, quod nullo modo fiant. Septimum est, quod dixit in fine libri notandum est, Manichaeos cepisse refellere: debet intelligi in hoc lib. quia iam alibi contra eos scripserat.

Lib. de cura pro mortuis agenda nominatur ab eo lib. 2. retracta. 63. nihil in eo retracta.

Lib. de diuinatione daemonum, recensetur ab eo lib. 2. retracta. c. 30. de quo emendat quod dixit demones aliquando hominum dispositione non solum voce prolata, verum etiam cognitione concepta, cui signa quaedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Hoc quidem occultum nobis est, ut dicit, & per quae signa sciat incertum est, propterea asserit se audacius quam debuit, fuisse locutum.

Lib. de doctrina Christiana, recensetur ab eo lib. retracta. cap. 4. in quatuor partiales libros diuiditur: in tribus docet, quomodo scripturae intelligentur, in quarto, quomodo intellectu proferenda sunt, & quomodo doceatur. De secundo huius operis lib. tria corrigi. Primum est, quod dixit, librum sapientie a Iesu Sirac scriptum fuisse, quae tamen scriptus vetus testamentum contineri, ex consuetudine vetus testamentum appellauit, cum Apostolus proprie non nisi legem datam in montem Sinai vetus Testamentum appelleret. Tertium est, ubi de temporum historia sancta

Ambrosium soluisse questionem, tanquam ea arate faceret Plato & Hieremias, hoc emendans dicit, se sefellisse memoria. Lib. 2. de Abraham. c. 12. Ambrosius scribit, Platonem fuisse in Aegypto, ubi prophetarum dicta potuit audire. addit etiam, quod nullus philosophus nostros praecelsit auctores.

Lib. Enechi. t. manualis quia paruus in uerbis, sed sententijs copiosus, agitur in eo quomodo sit colendus Deus, lib. 2. retracta. vocat eum Augustinus librum de fide, spe, & charitate, nihil in eo retractat.

Lib. de fide & simbolo, quem scripsit in Africano concilio, nominatur ab eo lib. retracta. c. 17. de quo supplet quod dixit, de resurrectione corporum, corpora terrestria in celestia mutari, quia debet intelligi non corporeum substantiam, sed eorum corruptionem in incorruptionem mutari.

Lib. de fide & operibus nominatur ab eo lib. 2. retracta. c. 37. probat adultos sine operibus non saluari, deducit qualiter uiuere debeant Christiani.

Lib. de gratia & libero arbitrio lib. 2. retracta. c. 20. de quo. 2. lib. dicit non sibi placere, quod dixit de manna quod sapiebat secundu cuiusque uoluntate, quia si hic fuisset, non alia cibaria uoluissent, nec contra Deum murassent: quod bis in lib. sapientiae hoc dicitur, dicit tamen eum librum a Iudeis non recipi in auctoritate, in quo insinuat, quod a Christianis semper tanquam liber canonicus fuit habitus.

Libro de libero arbitrio recensetur lib. 1. retracta. cap. 9. de quo longam agit historiam Manichaeos & Pelagianos nihil retractando.

Lib. de inquisitionibus Januarij lib. 2. retracta. c. 20. de quo. 2. lib. dicit non sibi placere, quod dixit de manna quod sapiebat secundu cuiusque uoluntate, quia si hic fuisset, non alia cibaria uoluissent, nec contra Deum murassent: quod bis in lib. sapientiae hoc dicitur, dicit tamen eum librum a Iudeis non recipi in auctoritate, in quo insinuat, quod a Christianis semper tanquam liber canonicus fuit habitus.

Libro de libero arbitrio recensetur lib. 1. retracta. cap. 9. de quo longam agit historiam Manichaeos & Pelagianos nihil retractando.

Liber contra mendacium, nuncupatur ab eo libro. 2. retractata. cap. 40. qui lib. sic uocatur: quia Priscilianista haeretici mendacium suam haeresim occultabant, ad quos capiendos quidam Catholicis etiam mentiri & fingere se de ipsorum secta, ut eos de laebis educerent, licitum esse dicebant. Quam opinionem Augustinus impugnat, lib. un. contra mendacium nominat.

Liber de opere monachorum nomina-

tur ab eo libro secundo retracta. cap. 21. qui ut dicit, scriptus est contra quosdam monachos crinitos extra morem aliorum & ociofos a corporali labore, dicentes se esse uelut uolatilia coeli, & lilia agri: & sine labore de aliorum elemosynis debere uiuere.

Libri de moribus ecclesiae & Manichaeorum sunt duo, & dicit libro primo retracta. cap. 7. agit in his libris contra Manichaeos, quia fallaci continentia & abstinentia se praeferebant uerissimis Christianis. De libro primo, qui est de moribus ecclesiae Catholicae, sex emendat. Primum est quia uolens testimonium de Psalm. inducere, dixit, Propter te afficimur tota die, estimati sumus ut oues occisionis: debuit dicere, Propter te morte afficimur uel mortificamur: ait tamen, quod in hoc mendositas codicis eum sefellit, quia erat uouelus in fide Christiana & scriptura sacra. Secundum ubi dixit, sobrietatem sapientiam docet & iustitiam & uirtutem, simili modo fuit deceptus a codice mendoso, quia dicere debuit, sobrietatem & sapientiam docet, &c. sicut habetur Sapientiae. 3. Tertium est quod dixit, Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes, melius dixisset, Vanitas uanitantium, cuius causa codex fuit. Quartum est quod dixit, ipsum quem cognoscere uolumus, hoc est, Deum, prius plena charitate diligamus, dicit melius fuisse dicere, sincera, quia propria charitas plena erit in patria, nisi dicatur, plena, quia maior esse non possit in uia. Quintum est quod dixit cap. 27. Si sapientes usque ad coelum nullus sine aliqua perturbatione esse potest. Sextum est quod dixit in. 30. cap. quod si alicui tantus charitatis ardor innascitur, potest esse purgatus omni uicio, emendat Pelagianorum causa dicens, hoc non esse in uia, sed in patria.

De secundo libro, qui intitulatur, de moribus Manichaeorum, emendat duo. Primum est quod dixit, quia Dei bonitas omnia deficientia sic ordinat, ut ibi sunt, ubi conuenientissime possint esse, donec ad id recurrant, unde defecerunt: hoc non dicit debere absolute intelligi, ne incidatur in Originis errorem, qui omnes animas quantumcumque peccantes aliquando, dicebat, esse saluandas, sed debet accipi per recurrentibus ad Deum, a quo defecerunt, licet omnia defi-

deficientia sic ordinentur, ut ibi sint, ubi conuenientissime esse possunt, etiam si in pena sint. Secundum est quod dixit, scarabeos de fumo procreari, dicit, hoc non uerius saliter esse uerum.

Lib. de musica in sex diuiditur partiales libros: & in. 6. supplet tria, & unum retractat. Primum est, quod animam carendo corpore & corporis numeris, fieri meliorem, non debet sic intelligi, ut post resurrectionem anima non sit in corpore corporales numeros habens, sed ab eis neque alliciet, neque occupari. Secundum est quod dixit, quia sanitas erit firmissima, cum pristinae sanitati post resurrectionem corpore restitueretur: quod non debet sic intelligi, quasi illa corpora non sint meliora quam primorum hominum, sed pristina sanitas intelligatur, quia nulla egritudine illa corpora patientur. Tertium est, quod dixit, quoniam reru transitu completur infirma pulchritudo, & quod in illa imitatur constantiam, a summo Deo per animam traicitur: hoc non debet intelligi nisi in corporibus hominum, non autem quod mundus habeat animam secundum opinionem Platonis, & aliquorum philosophorum: additque ubique, in libris suis dixit, animal esse mundum, temere fuisse dictum, non quod mundus non administraretur per Angelos, sed scriptura spiritus Angelicos animarum nomine significare non solet. Quod autem retractat, est circa fine libri, ubi dixit, quod rationes & intellectuales numeri beatarum animarum atque sanctorum, ubi per animas sanctas Angelos sanctos uoluit intelligi, non bedictum est, quia Angelos habere animas, nunquam legitur in sacra scriptura.

Lib. de natura & gratia, ut dicit lib. 2. retractationu, c. 42. qui contra Pelagianos scriptus est, & tali nomine nuncupauit, quia probat, gratia non esse contra naturam, sed per quam natura liberatur, & regitur. De quo libro unum solum emendat, quia Pelagius in suo libro uerba quaedam ueluti Sixti Papae posuit, quae Augustinus, ac si Sixti essent, defendendo ad sanum intellectum reduxit: quae postmodum uerba conperit, fuisse Sixti philosophi Pythagorici, non Sixti Christiani martyris & episcopi Romani.

Lib. de ordine reru in duos libros diuiditur partiales, recensuit lib. 1. retracta. c. 2. De quibus. 9. dicit sibi displicere. Primum est, quod uisus est frequenter nomine fortune. Secundum cum dicebat, sensus, non addebat, corporis. Tertium, quod multum dedit laudis liberalibus discipulis, quas multi sancti nesciunt, & multi scientes sancti non sunt. Quartum, quod multas appellauit deas, licet iocando dixerit. Quintum, quod admirationem uirtu nuncupauit. Sex-

tum, quod philosophos non uera pietate praeditos, dixit, uirtutis luce fulsisse. Septimum, quod duos mundos, unum sensibile, & alterum intelligibile posuit, tanquam hoc Christus significare uoluerit, quod dixit, Regnum meum non est de hoc mundo, cum congruentius ille mundus debeat intelligi, in quo erit caelum nouum & terra noua: cum complebitur quod oramus. Adueniat regnum tuum. Octauum est, quia dixit, operam danda summis moribus, quia Deus aliter exaudire non poterat: hoc non benedictum est, quia Deus peccatores exaudit, licet cecus illuminatus contrarium dixerit, tamen nondum agnoscebat Christum, quod illud dixit. Nonum est quod Pythagorae multum laudis dedit, neque quis putet, eum credere in Pythagorica doctrina nullos errores esse, cum sint & capitales. Ex quibus patet Augustinum aliqua in isto libro dixisse incongrue, sed non false, neque erronee dixisse.

Lib. 83. questionum nominat lib. 1. retracta. c. 26. de quo. 23. emendat. Primum, quod in questione. 9. dixit, quia omne quod corporeus sensus attingit, quod & sensibile dicitur, sine ulla intermissione temporis commutatur, dicit, hoc non esse in corporibus glorificatis, sicut post resurrectionem erit, tamen ea nunc nullus nostris corporis sensus attingit, nisi diuinitus concedatur. Secundum de. 9. 12. quae est de mente mundanda ad audiendum Deum, uel uidentium, quam questionem dicit non fuisse suam, sed cuiusdam Fontei Carthaginensis, qui paganus quidem scripsit, sed Christianus obiit. Tertium in questione. 21. ubi dixit, quod Deus non est author mali, quod debet intelligi de malo cuius patet, quia malum poena est a Deo, quod quibus uis patientibus sit malum, tamen quia iustus, potest dici bonum. Quartum in questione. 23. ubi dixit, Deum eam genuisse sapientiam, qua sapiens dicitur, de qua re dicit in libris de Trinitate se melius pertractasse. Quintum in questione. 24. ubi dixit, peccatum & recte factum esse in libero uoluntatis arbitrio, addi debuit quod ad recte faciendum Dei gratia operatur. Sextum est de questione. 31. quia non fuit sua, sed Tulij, tamen frater qui cum Augustino erant inter alias uoluerunt confiteri. Septimum est in questione. 33. quod dixit, illud esse amandum, quod nihil aliud est habere quam nosse: hoc non approbat, quia aliqui Deum habent, quem ignorant, uel non sicut agnosci debet, agnosci. Octauum est ibidem, quod dixit, Nemo beatam uitam nouit, & miser est, quod

Et 2. debet

debet intelligi, sicut noscenda est. Nonū est in q. 36. vbi dicit, quod Deus & animus, quo amatur, charitas proprie dicitur consummata, si nihil aliud amatur, quod intelligi debet, si nihil aliud amatur, quod ad Deū non referatur. Decimū, in q. 4. vbi Christum dicit, in iuuenili etate venisse, quod debet intelligi de iuuetute hominis, nō mundi. Vndecimū in 47. vbi dicit, Post resurrectionē corpora nōs habituros Angelica, & cogitationes nō stras inuicē esse visuros, hoc asserit in lib. de Ciuit. Dei se melius pertractasse. Duodecimū in q. 51. vbi dicit, quod homo sine anima nō recte dicitur homo, debuit dicere nō proprie. Decimum tertium ibidē vbi dicit, Aliud est imago Dei, & aliud ad imaginem Dei, sicut dicitur factus homo: hoc nō debet intelligi, quod homo etiā nō sit imago, cū dicit Apostolus, Vir nō debet vellare caput, cū sit imago Dei, sed ita est imago, vt etiam dicatur ad imaginē Dei, quod de vnguento nō dicitur, qui tātum imago Dei est. Decimū quartum in q. 54. vbi dicit, quod est omni anima melius, Deū dicimus, dicere magis debuit, omni creatō spiritui melius. Decimū quintum in q. 61. vbi dicit, quod ad personas regiam & sacerdotalem sacra vntio pertinebat, addi debuit, maxime pertinebat, quia etiam Prophetarū vnguebantur eadē. Decimū sextum ibidē, nisi quod Lucas Euāgelista per Nathan ascendit ad Dauid, per quē Deus eius peccatū arguit, hoc verū nō fuit, quia alius iste, alius ille Nathan exstitit, licet fuerit eiusdē nominis. Decimū septimū in q. 62. vbi dicit de latrone bono, q̄ nō fuerit baptizatus, secutus est opinionē aliorum, tamen incertum est, vtrum, nō baptizatus fuerit. Decimū octauum est in q. 66. vbi exponēs illud Apostoli, Lex spiritualis est, ego autē carnalis sum, dicit, ego, inquit, carnalis sum, id est, carne confentio, non dū spirituali gratia liberatus: hoc non debet sic accipi, quod spiritualis homo etiam iam sub gratia constitutus de se dicere non possit. Decimū nonum ibidem, propter illud Apostoli, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, vbi dicit corpus mortuum, quādiu rerum temporalium animam indigentia niolēstabat, sed melius postmodū dicit ideo propter peccatum mortuū, quia habet necessitatem moriendi, quam non habuit ante peccatum. Vigefimum, in questione 67. vbi dicit, Homo signaculo imaginis propter peccatum amisso remansit tātum modo creatura, quod non debet intelli-

gi, quasi totum amiserit, quod erat imaginis Dei. Vigefimum primum est ibidē, vbi bonos Angelos dicit spiritualiter, malos vero animaliter viuere, quod dictū de malis Angelis audatus est, quā vt possit sacris probari scripturis. Vigefimum secundum est in q. 68. vbi dicit, quod Deus non miseretur, qui ad pacē vocat, nisi voluntas præcesserit ad pacē, quod non dixit, quasi non sentiret misericordiam Dei præcedere voluntatem, quod ibidem lib. retracta. probat diffuse. Vigefimum tertium est ibidem vbi dicit illud Prophetarū, In vtero sanctificauit te, & cū eses in renibus patris tui vidi te, quod verbū, cū eses in renibus, ex quo exēplari habuit, minime recordatur.

Lib. de diuersis questionibus ad Simplicianum, qui Ambrosio in episcopatu successit, sunt duo. In primo continentur due questiones: prima, de illo verbo epistolæ ad Romanos, Lex peccatum est, absit, quæ verba exposuit, tanquā de homine sui lege, & nō dū sub gratia constituto: quod postea ad spirituales homines animaduertit posse etiam referri. In secūda vero questione de libero voluntatis arbitrio multa dixit, non tamen quasi nō intellexerit Dei gratiā præualere, & vtitur verbo Cypriani, qui inquit, in nullo gloriantur, quando nostrū nihil sit. In 2. lib. q. 1. dicit, nihil sic esse in nostra potestate, quā ipsum velle, debet tamē semper intelligi, quod ad bene viuendū præparatur voluntas à Domino.

Lib. questionum Euāgeliorū in tres partes paritur libros, de quo. 2. retracta. c. 12. Primo libro dicit, Christum duobus discipulis seorsum suam retulisse passionē, debuit dicere duodecim, sed Codicis mēditas eum de cepit. Secūdo lib. in q. 5. dicit de Ioseph spōso Marię quomodo duos patres potuit habere, dicēdo, q̄ defuncti fratris vxorē frater debebat accipere, vt semē suscitarē defuncti, ad iunxit quod lex iubebat, ortū inde filij nomen fratris habere, quod retractat, quia lex volebat, eum solū nomē habere defuncti, q̄ filius diceretur, non quōd eodem nomine vocaretur.

Lib. de sex questionibus ad Deo gratias intitulatur ab eo. 2. retracta. c. 31. Prima est de resurrectione. Secūda de tēpore Christianę religionis, in qua dicit, q̄ salus huius religionis nulli vnquā defuit, qui dignus fuit: & cui defuit dignus nō fuit, hoc dicit, se nō dixisse tanquā proprijs meritis quis dignus existat, sed vocatione Dei dignus habet fieri.

Lib.

Libro questionum, qui in septem partes diuiditur 1. lib. super Genesim, vbi querit de virgibus, quas Iacob in canalibus ponebat, vt oves cōciperent, dicit, hanc questionē se in cōplete soluisse. 3. lib. super Leuit. q. 82. vbi querit de summo sacerdote, quomodo poterat intendere coniugio, si die quolibet incensum debebat mundus offerre, & cognoscendo vxorem, immundus oportere aut semper continentem esse, aut officium intermittere, emendat, quia sic intelligitur, immundus vsque ad vespem iam non esset immundus, sed vsque ad ipsam, vt vespertino tempore incensum mundus offerret, cū propter procreandos filios post maturnum incensum mixtus esset vxori.

Lib. de vera religione, de quo lib. retracta. c. 13. De quo vndecim emendat, atq; declarat, & vnum simpliciter retractat. Primum quod emendat est, quod dixit, nullum errorem in religione esse potuisse, si anima pro Deo non coheret aut animam aut corpus, hic animam pro omni creatura incorporali posuit, quod secundum morem scripturarū ponere non debuit. Secundum est quando dicit, ea est nostris temporibus Christiana religio, &c. quod debet intelligi secundū ipsum nomen tantum, nam apud antiquos nōstra & vera religio fuit, sed nominata nō est Christiana. Tertium est quando dicit, Intende in hæc quæ sequuntur diligenter & pie quantum potes, tales enim adiuuat Deus, hoc non debet intelligi, quod solum adiuuet tales, quia etiam alios adiuuat. Quartum est quando dicit, quod corpus nostrum restituetur pristinæ salutati, non debet sic intelligi, quasi melius non sit futurum, quā fasset in statu innocentis prima. Quintum est quando diffiniuit peccatum dicens, vsq; ad eo voluntarium: malum est, quod nullo modo sit peccatū, nisi voluntarium sit. Hanc diffinitionem non tangit illud peccatum, quod etiam est poena peccati, sed omne aliud & etiā originale, quia prima hominis mala voluntate sunt contractum, & factum est hæreditarium. Sextum est quod dicit de Christo, quod nihil egit vi, sed dicit, se non fuisse memorem quādo de templo vendentes eiecit, & demones de obseis corporibus expulit. Septimum quando dicit, isti sequentes sunt, qui vnum summum verum Deum & solum colendum esse dicunt, si apud hos veritas non illuxerit, tunc deum migrandum est, istam conuocatio-

nem si quæ conditionalis est & dubitativa non potuit causa sui, sed illius ad quem librum scribebat. Octauum est quando dicit, Neque miracula illa in nostra tempora durare promissa sunt, non debet sic accipi, quod etiā nunc non fiant miracula, quia adhuc multa sunt. Nonum est, quando dicit, sicut ait Apostolus, Omnis ordo à Deo est, non sunt formaliter verba Apostoli, licet eadem possit esse sententia. Decimum est, quando dicit, quidquid recte vituperatur in meliori comparatione respicitur, quod dictum intelligitur de substantijs & naturis: & ipse loquebatur de actionibus, atque peccatis. Vndecimum est, quando dicit, quod religio dicta est à religando, quia etiam ab eligendo dici potest. Quod autem simpliciter retractat est, quando dicit, quod nullas tales necessitudines habemus, quæ nascendo & moriendo contingunt, si natura nostra in præceptis & imagine Dei manens in istam corruptionē non religaretur, hoc improbat dicens, dato quod homo non peccasset, essent istę cognationes atq; affinitates.

Libro primo retracta. retractat librum, qui dicitur Psalm. contra partem Donati. c. 20. & lib. qui dicitur Eph. Donati. quem retractat cap. 21. In secundo lib. retractat eos, quos edidit postquam fuit episcopus: & ideo nunori indiguerunt correctione, quia tunc instructor erat in sacris scripturis, & in religione. Hic liber retractationū vtilissimus est, vt ad intellectum legenti patere potest.

Lib. soliloquiorum suorum, qui in duos partes diuiditur in primo lib. de querenda sapientia agit. De quibus lib. 1. retracta. cap. 4. emendat sex, & vnum retractat. Primum quod emendat est, quod in oratione dixit Deus, Qui nisi mundos verum scire voluisset, quia multi non mundi multa posunt scire vera. Secundum est quod ibidem dicit, Deus cuius regnum est totus mundus, quem sensus ignorat, intelligendum de mortalis corporis sensu, quod addi vult, vbi que in libris suis similis locutio reperitur. Tertium est quod dicit de Deo Patre & filio, qui ginit, & quem ginit, vnum est, dici debuit, vnum sunt, sicut Christus ait, Ego & Pater vnum sumus. Quartum est quod dicit, beatam animam in ista vita intellecto Deo, debuit dicere in spe. Quintum est quando dicit, ad sapientię communionem non vna via peruenit,

quia non est alia via nisi Christus, ni addidisset, velit, nam sunt particulae, sunt plures iuxta illud, Vias tuas Dñe notas mihi fac. Sextum est quod dixit, penitus esse ista sensibilia fugienda, quod non dixit, vt Porphyrium philosophum sequeretur, qui dixit omne corpus esse fugiendum, sed addit ista, hoc est, corruptibilia, quae non erunt in futura vita. Vnum quod retractat est, quod dixit, in disciplinis liberalibus eruditum sine dubio in se illas oblivione obrutas eruit discendo, & quodam modo refodiunt, hoc improbat, quia si quidam erunt imperiti, cum bene interrogantur de eis, aliquando vera respondent, hoc non est, nisi quia praesens est eis lumē rationis aeternae, vbi habetur incommutabilia, vera conspiciunt, non quia ea aliquando nouerant, & oblitū sunt, quod Platoni visum est. Contra quam opinionem lib. 13. de Trinit. plenius disputauit.

Lib. de spiritu & litera ad Marcellinum scribitur vt dicit lib. 2. retract. c. 37. In quo principaliter contra Pelagianos agit. De quo nihil retractat, sed ad cautela adiungit, quod ibi dixit, quarundam escarū caeremonie, quod nomen non est in vsu sacrorum literarū, sed eo vsus est, quia caeremonie a carendo dicuntur, quasi carimonie, eo quod obseruantes careant ijs rebus, a quibus se abstinent: tamen si est alia origo istius nominis eo quod ortum a vera religione, & non secundum hanc dicit, se fuisse locutum.

Lib. de Trinitate recensetur ab ipso lib. 2. retract. c. 17. De quibus omnibus emendat tantū tria. Primum est in lib. 11. vbi de corpore visibili loquens dixit, Quocirca id amare alienari est, quod dixit cum quis amat fruendo, non autē cum amat in laudem Creatoris referendo. Secundū est ibidem quando dixit, Nec autē quadrupedem memini, quia nō vidi, sed phantasia talem facillime intueor, dum alicui formae volatili, quale vidi, adiungo alios duos pedes, quales iudē vidi, hoc dicens non recolit volatilia quadrupedia, quae lex commemorat, sicut sunt locustae & scarabaei. Tertiū est in lib. 12. ibi exponens illud Apostoli, Quodcumque peccatum fecerit homo, extra corpus suum est, &c. dixit, ille hoc facit, qui propter adipiscenda ea, quae per corpus sentiuntur, vt in his finē boni sui ponat, quod dicitur plura peccata cōplectitur, quā illa fornicatio, de qua Apostolus loquitur.

Lib. de videndo Deum nominatur ab ipso lib. 2. retract. c. 49. De hoc libro nihil retractat, sed solū asserit, quod de ipsa re, scilicet,

quomodo Deus qui spiritus est, vtrum per corpus videri possit a glorificatis: quod copiosius differuit lib. 22. de Ciuit. Dei.

Liber contra epistolā Parmenianī, cui? meminit lib. 2. retract. c. 17. in tres diuiditur libros partiales. De quibus solum vñ verbū emendat, quod dixit in 3. lib. exponens illud Apostoli, Auferite malū ex vobis ipsis. Ex seipso, inquit, vnusquisq; auferat malum, quod nō sic debuerit exponi, vel intelligi, sed potius vt homo malus auferatur ex hominibus bonis, quod fit per ecclesiasticā disciplinā.

Lib. de Genesi aduersum Manicheos. De quo 1. retract. c. 9. duos cōtinet partiales libros: primus est a principio Genesis vsq; ad requiē Dei in die septimo. De quo quatuor suppledo declarat. Primum est quando dixit, homines se ad Dei praeccepta implenda cōuertunt, quod omnes possunt si velint, non debet sic intelligi, quasi nō a Domino voluntas preparatur: sed ideo nō posuit, quia nondū error Pelagij aderat. Secundū est quādo dixit, illā Dei benedictionē, crescite & multiplicamini, &c. post peccatum in carnale secundat esse cōuersam, nō debet sic intelligi, quasi illi homines nisi peccassent filios non procreassent. Tertium est quando dixit, allegorice accipiendū, quod scribitur de fructibus herbarū & arborū in cibis bestiarū & auium: eo quod quaedā animalia solis carnis vescuntur: hoc emendat, dicens ad literā intelligi, quod homo habēs bestiarū dominū, ad alios cibos reducere eas potuisset. Quartū est quādo dixit, populū Israel apud gētes sacrificare nō posse, quia agnus paschalis, quē immolauit, pro sacrificio potest representari.

Secūdo lib. qui terminatur in custodia ligni vite, quinq; de eo declarat. Primum est quādo dixit, nomine pabuli significari vitā, nō fuit sufficiens expositio, p̄ alia litera, quae loco pabuli habet fenū agri. Secundum est, quod illud Ecclesiā. 10. Quid superbis terra & cinis: appellauit verba prophetica, cum inter p̄phetas libros ille nō annumeretur. Tertium est quando exposuit illud, Insufflauit in faciem eius flatum vite, dixit, putauit hominem animale: prius esse factū, non corpus solum. Quartum est quando dixit, Nulli naturae nocere peccata. nisi sua. posuit dicere Pelagianū, paruulis nullum nocere peccatum, sed ipsi non sunt alieni ab humana natura: vnde insunt eis sua. Quintum est quod dixit, Nullum esse malum naturale, quod debet intelligi de natura in statu innocentiae condita.

Lib.

Lib. qui dicitur acta contra Fortunatum Manicheum, de quo lib. 1. retract. c. 17. tria de eo declarat. Primum, quia dixit, Inter illa omnia quae Deus omnipotens fecit, principalem locum datum esse animae, quod dixit generaliter pro qualibet rationali creatura, sed non est mos scripturae Angelos animas appellare. Secundum est quando dixit, peccatum non esse, si non propria voluntate peccet, quod intelligit de peccato absolute, nō de peccato quod est etiā pena peccati. Tertiū est quādo dixit, q̄ post resurrectionē nō legē & Diuina praeccepta seruabim⁹, quod nō debet intelligi, nos tūc indigere scripturis, sed lex aeterna seruabitur sine codice.

Lib. contra Adimantum Manicheū, de quo 1. lib. retract. c. 22. declarat de eo quatuor. Primum est, quod tota praedicatio veteris Testamenti est praenuntiatio noui: ita vt nulla in Euangelica atq; Apostolica disciplina reperiantur praeccepta, quae illis libris veteribus desunt, dicit, quod addi debuit, pene nulla. Secundū est quādo dixit, quod trib⁹ modis in scripturis filiorū nomē accipitur, nō sufficere dicitur, eo quod pluri⁹ modis dicitur, sicut filius gehēne, & filius adoptiuus. Tertiū est quādo dixit, Quod corruptibile induet incorruptionē, iam caro & sanguis non erit, debet intelligi secundū corruptionē, nō secundū substantiā. Quartū est quādo dixit, In potestate hominis est mutare in melius volūtātē, dicit nō est contra Dei gratiā, quia potestas nulla est, nisi detur a Deo.

Lib. contra Faustū Manicheū, de quo lib. 2. retract. c. 7. emendat de eo quatuor. Primum est in 3. lib. vbi dixit, q̄ Ioseph habuit duos patres ex alio natos, & ab alio adoptos, debuit adoptionis genus exprimere, quod nō fecit. Secundum est, quod in lib. 12. & 13. dixit, Chan Noe filium fuisse maledictū, cum nō ipse fuerit, sed eius filius tanquā maledictus in filio pater. Tertiū est in eodē 13. vbi solē & lunā alloquitur, quia tolerant vanos suos adoratores, q̄ dixit, metaphorice loquendo nō crededo eos sentientes, aut esse animatos. Quartū est in lib. 31. vbi dixit, quod in membris genitalibus sanctorū nulla erat turpitudine, sed cur ea Apostolus dixerit inhonesta, melius alibi dicit, se exposuisse, scilicet, Propter legem in mēbris repugnantem legi mētris, quod de peccato venit, non de prima institutione naturae.

Lib. contra Iulianū Pelagianistā de quo lib. 2. retract. c. 62. continet sex partiales libros. De hoc tā magno volumine solū emen-

dat, quod scripsit in lib. 5. de formē maritum cōiugi suae, ne deformē pareret prolem, proponere in concubitu formosam solere p̄iuram, cuius viri nomen possuit certū, cum esset incertum, quod cōiugi memoria deciperet: hoc autem Soranus auctor medicinae scripsit, Regem Cipri facere solere, sed nomen eius proprium nō expressit.

Lib. de Genesi ad literam de qua secundo retract. c. 20. continet duodecim partiales libros. De quibus emendat tria. Primū est in lib. 5. c. 19. loquens de semine, cui repositum est, dixit illud dispositum per Angelos in manu Mediatoris, quod quidē nō de semine, sed de lege dictum est, quod plures Latinos Codices dicit habere propter interpretantis errorem. Vnde ipse deceptus hic emendat, & scubi simile dixit vult non aliter intelligi. Secundum est in lib. 6. vbi dixit, hominem peccato perdidisse imaginem Dei, quod nō debet sic accipi, vt nulla remāserit imago, sed quia tam de formis, vt reformatione opus haberet. Tertiū est in lib. 12. vbi rationē reddi cur sub terris inferi credatur, dicit magis debuisset hoc docere, quā credere, reddere rationem.

Super Euangeliā de cōsensu Euangelistarū, qui diuiditur in duos libros partiales, de quo lib. 1. retract. c. 19. De 1. lib. vel emendat. 12. Primū est vbi super illud, Beati pacifici, &c. dixit, quod cūcta obteperant spiritui hominis sapientis, & null⁹ motus aduersus rationē est rebellis, debet intelligi, quantū est possibile in hac vita. Secundū est ibidē quod dixit, ista in hac vita cōpleri posse sicut cōpleta esse in Apostolis credim⁹, cuius intellect⁹ in idē redit, vt dicantur in Apostolis cōpleta quadam perfectione, cuius est capax vita ista. Tertiū est quod dixit, nō ad mēsurā dat Deus spiritū, quod verbū solū habet verificari de Christo. Quartū est, quod illud tota vnū, aut vnus apex nō trāsiuit a lege, exposuit propter vehementem expressionem perfectionis, quod quidem non debet intelligi, vt quis ita perfectē seruet, quasi nō necesse habeat dicere, Dimitte nobis d̄bita nostra, sed omnia mādata facta deputatur, quādo quod nō fit, ignoscitur. Quintū est q̄ verba ab illo loco, Quicūq; soluerit de mādatis istis minimis, vsq; Nisi abundauerit iustitia vestra plusquā scribarū, &c. melius alibi dicit, exposuisse. Sextū est, quia illud, Quia scitur fratri suo, &c. melius exposuit alibi. Septimū est quando dixit de patre & matre vt in eis oderimus, quod genus humanum

nascendo & moriendo sortitum est, quod nō debet sic accipi: quin etiam si peccatum nō fuisset affinitates essent. Octauum est, quod supplet expositionem de diligendis inimicis & parentibus odiendis, sicut alibi melius exposuit, quia illi diligendi sunt ad regnum Dei, isti odiendi, si impediunt à regno Dei. Nonum est quod dicit, non sufficere expositionem quam fecit de præcepto, quo prohibetur vxor dimitti nisi propter fornicationem, nam debuit de fornicatione clarius exponendo distinguere, sicut alibi fecit. Decimum est ibidem & ad idem, quādo dixit, hoc permissum & iustum, quia nō aduertit scripturam dicentem, Qui tenet adulteram stultus & impius est. Undecimum est ibidem, de muliere adultera præsentata Christo, quia non vltimus adultera erat deputanda, si obediens verba Saluatoris audiuit. Duodecimum est, quod supplet expositionem, quā fecit de peccato fratris ad mortē, quia dicit, se addere debuisset, si in hac mentis peruersitate finierit hanc vitam, eo quod de nullo quantumcunque pessimo, dum hic viuuit, est desperandum.

De secundo vero libro corrigat & emendat quinque. Primum est, quod Christū appellauit hominem dominicum, quod quāuis ab alijs Doctoribus habuerit, non sibi placet, eo quod non deriuatiue, sed essentialiter dominus est. Secundum est quod dixit, Ne minem posse Deum odisse, retractat, propter illud, Superbia eorum qui te oderunt. Tertium est, sufficit diei malitia sua, exposuit pro malitia necessitatem alimenta sumendi addēs, eam nos meruisse peccando: hoc emē dat dicens, etiam ante peccatum humana corpora necessitate cibanda. Quartum est ubi dixit, Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, debet intelligi de futura ecclesia, non de præsentī. Quintum est, quia distinxit inter petere, pulsare, & querere, cū tamen ista tria ad instantissimam petitionē debeant referri.

Super Apostolum ad Romanos lib. 1. retractationum. c. 22. corrigat & supplet de eo septem. Primum est, quia illud, Lex spiritalis est ego autem carnalis sum, exposuit de homine tantum sub lege posito: potest intelligi etiam de spiritali quolibet. Secundum, eum locum, Quis me liberauit de morte corporis huius, & c. dicit, se contra Pelagianos melius exposuisse. Tertium est quod dixit, Deum in sua præsentia non opera cuiusque eligere, sed fidem eligere in præsen-

tia, ut quem sibi crediturum esse præcūsit, ipsum elegerit, cui daret Spiritum sanctum, non debet intelligi, quin etiam à gratia Dei sit fides. Quartum est ibidem & ad idem, quando dixit, quod credimus, est nostrum, quod autem operamur bonum illius est, scilicet Dei, quod non dixisset si aduertisset si dem annumerari inter cetera dona Dei.

Quintum est quod dixit, nostrum esse credere & velle, cū totum sit à Deo, ut ibidem infra magis clare concludit. Sed de ipsa uocatione quæ fit secundum propositum Dei minus dixit, quā debuit. Sextum est quādo dixit, Fidem inchoare meritum, & infidelitatem seu impietatem demeritum, debuit etiam dicere, fidem esse donum Dei. Septimum est, quando dixit, quod misericordia Dei tribuitur merito præcedentis fidei, addere etiam debuit, & declarare meritum fidei venire de misericordia Dei: ideo bene se dicit in eodem libro dixisse, quia non ex operibus, sed per misericordiam Dei & vocamur ut credamus, & credentibus præstatur, ut bene operemur. Hæc omnia supplet contra hæresim Pelagianam.

Liber qui dicitur epistola ad Romanos inchoata expositio, de quo lib. 1. retracta. c. 25. solum de hoc libro verbum vnum declarat, quando dixit, gratiam esse in remissionē peccatorum, pacem vero in reconciliationē Dei, quod non debet sic accipi, quasi ipsa pax nō pertineat ad gratiā generalem, sed hæc duo posuit, sicut lex & prophetæ specialiter dicitur, cū generaliter in lege prophetæ intelligantur.

Lib. super epistola ad Galatas, de quo libro. 1. retracta. c. 24. emendat quatuor. Primum est quod exponens illud, Nec ab homine, nec per hominem, sed per Iesum Christum, dicit Christum ante resurrectionem, adhuc ex parte, hominem, id est mortalem, post resurrectionem vero, iam totū Deum, id est omni ex parte immortalem, quod quidem, quāuis se ipsum exponat, impropria tamen locutio fuit: neque credi posset eum credidisse, quia nunc Christus est immortalis propterea eum esse hominem, contra illud Actu. 1. Sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in cælum. Secundum est quod dixit gratia Dei est, quod nobis donatur peccata, pax autem qua reconciliamur Deo, quod debet accipi, ut proximo supra præcedenti capitulo dixi. Tertium est, quia exponens illud, Quid ergo lex? transgressio nis gratia posita est, ipse ita distinxit, quid ergo

ergo, & responso, Lex transgressionis gratia, sed melius punctatur dicendo, Quid ergo lex? Quartum est, quia dixit, eos esse sub lege & non sub gratia, quorum spiritus ita concupiscit aduersus carnem, ut non ea

quæ volunt faciant, quod etiam eis, qui sunt sub gratia contingere potest, quia quāuis non consentiant carnis concupiscentiæ, eam tamen patiuntur, quam nolent, habere.

## ADVERTENTIAE IN primum tomum Beati Augustini.

- 1 **A** Anima rationalis originem habeat à Deo, & ex nihilo creetur: an sit ex traduce?
- 2 An lex impleri non possit nisi à spiritualibus.
- 3 An corpora Angelica lucidissima atque ætherea sint.
- 4 Fides & charitas an sint ex nobis.
- 5 Firmamentum an sit inter aquas superiores & inferiores.
- 6 An si Adam non peccasset, futurus esset coetus.
- 7 An anima cum Angelis prima die creata sit.
- 8 An Adam peccando imaginem Dei amiserit.
- 9 An vlli natura aliena peccata nocerent anno. 50.
- 10 An virtutibus posset quis male uti.
- 11 An peccatum, quia nihil est, sciri possit.
- 12 Eux an secundum locum fuerit in paradiso: & an talis locus sit?

### PRIMUM QVAESITVM

An anima rationalis originem habeat à Deo, & ex nihilo creetur? an sit ex traduce?



AVGUSTINVS de origine animæ rationalis in omnibus tomis vsque ad vltimū videtur circa originē animæ dubiū fuisse: nam primo tomō libro retracta. c. 1. sic scripsit, Nā cū corpus & terra, spiritum possi-

deamus & coelo, ipsi terra & coelum sumus. Et in lib. Ecclesiastes, spiritus reuertatur ad Deum, qui dedit illum, quod utique sic intelligendum est, ut non resistatur. Apostolo dicenti, Nondum natos nihil egisse boni, aut mali, sine controversia ergo quædam originalis regio beatitudinis animæ, Deus ipse est, qui eum non quidem de seipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit corpus & terra: nam quod attinet ad eius originem, qua sit, ut sit in corpore, utraq; de illo vno sit, qui primum creatus est, quando factus est homo in animam viuam, an semper ita similiter fiant singulis singula, nec tunc sciebant, nec adhuc scio. Et libro, 3. de libero arbitrio quatuor de origine animarū adducit sententias, & concludit, Harum au-



rem quatuor de anima sententiarum, Vtrū de propagatione veniant, an singulis quibusque nascentibus noue fiant, an in corpora nascentium iam alibi existentibus præmittantur diuinitus, vel sua sponte labantur, nullā temere affirmare oportebit. Et tomo. 2. epistola. 7. eadem sustinet sententiam. Et quia hanc sententiam in omnibus suis libris vsq; ad vltimum tomum sustinuit: ideo hic ad litteram eam scribo, vt de mente eius coaffer. Verba sententiæ eius hæc sunt. Diligenter aduertant, qui putant, me aliquid de anima humana velut certum statuisse atq; fixisse, quod ex partibus pro propagatione veniat, vel in actibus vitæ superioris atque celsissis peccauerit, vt corruptibili carni meretur includi. Et videant sic à me verba fuisse perp̄sa, vt retinea eo quod certum habeo, post peccatum primi hominis natos esse, atq; nasci ceteros homines in carne peccati, cui sanctorum venit in Domino similitudo carnis peccati, ita omnia sonarent, vt nulli præiudicarent opinioni quatuor illarum, quas postea digessi atq; distulxi, non confirmans aliquid, sed in eadem quo. I agebam, sequentia tractata illarum discussione determinans, vt quæcūq; illarum vera esset, Deus sine dubio laudaretur, siue enim ex illa vna omnes animæ propagantur, siue sigillatim in singulis fiant, siue extra creatæ mittantur, siue in corda sp̄s merentur, proculdubio creatura ista rationalis, id est, humane anime natura in corporibus inferioribus, hoc est, terrenis post peccatum ordinata, regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio interit, quod constat post peccatum primi hominis, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & ingemiscentis grauati, & corp⁹ quod cor rapit, aggrauat animā, & quis omnia enaret carnalis infirmitatis incōmoda, quæ vt q; non erunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, vt absorbeat mortale à vita, non illius primi hominis anima ante peccatum, etiam si nondum spirituale corpus sed animale, tamē pro arbitrio regebat: post peccatum autem anima rationalis sic est in inferioribus corporib⁹ ordinata, vt nō omnimodo pro arbitrio regat corpus suum. Et infra, Querant ergo alia quæ recte reprehendant, non solum in alijs festinantius editis, verum etiam in ipsis libris meis de libero arbitrio, hæc autem verba caute à me posita, vt nulli de anime exortu quatuor illarum opinioni ratione præscriberent, si tantum reprehendant, qui reprehendendā

putant eandem ipsam de re tā obscura cunctationem meam, cum omnino nō dubitem & immortalem esse animam, nō ita vt Deus, qui solus habet immortalitatem, sed modo quodam, sui generis: & eam esse creaturam non substantiam creatoris: & si quid aliud de natura eius certissimum teneo. Sed quia hoc me facere compellit de anime exortu caliginosissime questionis obscuritas, manū potius porrigant consentienti, & doceant vel ostendāt, si possunt, si quid de hac re vel certatione didicerunt, vel aperitissimo Diuino eloquio crediderunt: si enim ratio contra Diuinarum scripturarum auctoritatem reditur, quantlibet acuta sit, fallit verisimilitudine, nam vera esse nō potest. Rursus si manifestissime certæque rationi vel scripturarum sanctarum obijcerit auctoritas, non intelligi, qui hoc facit, & non scripturam illarum sensum, ad quem penetrare non potuit, sed suum potius obijcit veritati: nec quod in eis, sed quod in seipso velut pro eis inuenit, opponit. Exempli gratia scriptū est in libro, qui vocatur Ecclesiastes, Et conuertatur puluis in terram, sicut fuit, & spiritus reuertatur ad Deum, qui dedit eum. Sententia huius auctoritatis certa est. Sed si quisquam voluerit eam sic interpretari, vt inde animarum propagationem, quod ex illa vna, quam Deus primo homini dedit, omnes ceteræ veniant, conietur astruere, videtur illis suffragari, quod ibi de carne dictum est pulueris nomine, nam vtique puluere & spiritu nihil aliud hoc loco quam caro & anima intelligitur, vt eo modo affirmet, animam reuerti ad Deū, q; sit de traduce illius anime, quā primo homini dedit Deus, quæ admodū conuertitur caro in terram, cum sit etiā ipsa de traduce illius carnis, quæ in primo homine de terra facta est: ac si contented ex hoc, quod de carne notissimum est, deberemus credere illud, quod de anima occultum est, de traduce quippe carnis non ambigitur, sed de anime ambigitur. Et vt concludatur, Sole ergo relique duæ opinionēs videtur excludi, quia si fierent in singulis hominibus anime proprie concreantur, non putaretur dici debuisse, Spiritus reuertatur ad Deum qui dedit eum, sed ad Deum qui fecit eum: dedit enim, velut si fasset, quasi iam extra fuerit, quod dari possit. Deinde quod dictum est, reuertatur ad Deum, vrgent verbo, & præmunt dicentes, quomodo reuertetur vbi nunquam antea fuerit, potius enim dici debuisset asserant. Et ad Deum vel per-

Eccles. 12

Gala. 5. 2. Cor. 9. Sup. 9.

gat, vel vadat ad Deum, quā reuertatur ad Deum, si nunquā illic antea spiritus iste fuisse credendus est. Item quomodo anime sp̄s labantur in corpus, cum scriptum sit, dedit eum, non tam in promptu est explicare, ac per hoc, vt dixi, duæ istæ opinionēs sub verbis huius testimonij laborati vna qua putantur singulæ quæq; anime in singulis suis corporibus fieri singulæ: alia qua putantur in corpora sponte demergi, duabus autem illis, siue de traduce illius vnus veniant, siue antea iam creatæ, & apud Deum constitutæ singulis corporibus dentur sine labore, verba ista coaptantur. Et tamen si assertores eius sententiæ, qua creduntur anime in suis singulis corporibus fieri, affirmant ita dictū esse de spiritu, qui pro anima positus est, Deus dedit eum, quæ admodum recte dicitur dedisse nobis oculos, vel aures, vel manus, vel quodlibet aliud, quæ membra vtique non extra iam fecerat, & alibi reposita habebat, quæ cum opus esset daret, hoc est, ad deret & adiungeret, sed illic ea fecit in corpore, cui dedisse illa dicitur, quid ei responderetur nō video, nisi forte alia vel alia testimonia proferantur, vel certa ratio, vnde ista opinio refellatur.

Itemque illi qui putant animas in corpore sponte desluere, sic accipiunt dictū, Deus dedit eum, quomodo dictum est, Tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis illorū, proinde vnum verbum relinquunt, quod dictum est, reuertatur ad Deum, pro peccato accipi possit, reuerti, vbi ante non fuit, si anime in suis quæque corporibus fiunt, quo solo verbo vna illarum quatuor angustiat opinio. Sed neque propter hoc vnum verbum existimo illam sententiam esse refutandam, nam recte dici potuit, vt reuerti intelligatur ad Deum spiritus creatus, tanquā ad Deum, apud quem primitus fuit, hoc, si in ista obscurissima questione qui contradicit, adiuuenit, adiuuet imperitiam meam, quod si non potest, non didicit, nec culpet cunctationem meam.

Hyllarius illustrans hunc locum, Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis mee, insinuat animā primi hominis fuisse prius formatam quā corpus: ita enim scribit, Cum Deus perfectio iam mundo hominē ex humili natura celestique cōposuit, anima, videlicet, & corpore, & prius animā, vt Genes. 12. longe postea quā ad imaginem Dei homo erat factus, puluerem sumptum,

formatumque corpus, de hinc rursus in animam viuentem per inspirationem factū, naturam hanc, scilicet, terrenam atque celestem quodam inspirationis fœdere copulatam.

Gregorius Nizenus, animas omnium hominum ante corpus Adæ simul creatas fuisse, affirmat. 2. lib. philosophiæ. c. 6. ita scripsit, Si quis post corporis effectiōnem immisissam animam existimauerit, siue post corpus esse genitam, à veritate exorbitat, neque enim Moses creatam tunc eam dicit, quādo in corpus immittebatur, neque secundū rationem ita habet: & occurrit Eunomio, qui ex sententia Christi dicens, Pater meus vt que modo operatur, ostendebat, nouas quod tidie creare animas, subdit, Quod autem dicit Pater meus vsque modo operatur nō de creatione, vt illi videtur, sed promissione: & vt bene sit accipiendum est.

De sententia vero Origenistarum & Priscilianistarum asserentium, animas antea quæ illaberentur corporibus peccasse, & propter peccata in corpore tanquam in carcere detrusas saepe recensimus, & eorum sententiam damnauimus.

Doctores scholastici de hac questione disputant. 2. sent. dist. 17. & S. Thom. 1. parte, q. 9. & priori articulo querit, An anima rationalis sit facta, vel sit de substantia Dei: Et priusquā respondeat excludit duos errores, Primus fuit quorundam antiquorū, qui affirmarunt, animam esse de substantia Dei. Quod vero hoc falsum sit ex eo constat, quia anima humana quādoque est intelligens in potentia, & scientiam quodammodo à rebus acquirit, & habet diuersas potētias, quæ omnia aliena sunt à natura Dei, quæ est actus purus, & nihil ab alio accipiens, & nullā in se diuersitatem habens. Principium huius erroris ortum habuit ex duobus erroribus antiquorum. Primum est, quia nihil præter corpora esse postulerunt, non valentes imaginatione ad spiritualia transcendere: & de Deum dicebant esse quoddam corpus, quod principium esse aliorum corporum iudicabant, & quia animam ponebant, esse de natura illius corporis: ex consequenti sequeretur, quod anima esset de substantia Dei, cum Deus principium omnium rerum sit, vt primo de Anima habetur. Secundus error fuit eorum, qui aliquid incorporatum esse apprehenderunt, non tamen à corpore separatum, sed corporis formam. Vnde & Varro dixit, quod Deus est anima mundi inuitu

vel

vel motu & ratione gubernans, vt Augustinus. 7. de Civitate Dei dicit: sic igitur illius totalis animae aliqui posuerunt partem animam hominis, sicut homo est pars totius mundi, non valentes intellectu pertingere ad distinguendos gradus substantiarum spirituum, nisi secundum distinctiones corporum. Cum autem isti sunt errores manifesti, & quae afferunt impossibilia, cōcluditur euidēter falsum esse, animam esse de substantia Dei, sed facta est à Deo.

Ex quo lo  
co scriptu  
re habea  
tur animā  
esse à Deo  
creatam.

Dubium est, ex quo loco scripturę habetur animam creatam esse à Deo, cū primum sit euidens in lumine fidei. Potissimus locus ex quo id conuincitur est illud Genes. 2. Fecit Deus hominem de limo terrę, & inspirauit in eum inspiraculum vitę, vbi expositio communis Hebręorum & Latiorum est, misit in eum spiraculum vitę, id est, misit sit in eum animam rationalem. Quod si quis dicat verbum illud, spirauit in eum, subindicare, quod anima sit aliquid de substantia Dei, nam qui spirat, aliquid de substantia sua extra se mittit. Tum enim quia ex eo affirmamus Spiritum sanctum eiusdem substantię esse cum Patre & Filio, quia ambo simul eum spirant: sic ergo in proposito, cū textus dicat, spirauit in eum. Respondeo ad hoc verbum, inspirauit, non vsurpari, vt aliquid dicat, quod de propria substantia mittitur, sed spirare est spiritum emittere: & expositio communis est quod accipiatur pro anima rationali, quam spiraculo illo de nihilo creauit. Vocatur autem anima rationalis spiraculum vitę, quia per eam viuimus. Et ita Chrysostomus homi. 11. super Genesim, & Augustinus ibidem, & Liranus, & duo Cardinales, & communis expositio Patrum, qui spiraculum vitę pro anima rationali accipiunt affirmant. Quod autem hoc sit verum ex verbis sequētibus constat, scilicet, factus est homo in animam viuētem. Et Paulus differentiam assignans inter primum Adam & Christum. 1. Corin. 5. inquit, Primus homo factus est in animā viuētem, secundus autem homo factus est in spiritum viuificantem. Ex quo loco Doctores sibi inuicē conuenientes eliciunt, animam rationalem tam ad quam ceterorum hominum, factam & creatam esse à Deo ex nihilo: nā sicut Christus factus est in spiritum viuificantē, hoc est, habuit gratiam gratum facientem, per quam pro omnibus meruit, & factus est principium vitę spiritualis, sic & corporeę: patreps est, quam ab anima rationali habet,

Neque obstat id, quod habetur Ecclesiast. 4. de sapientia Diuina, Ego ex ore altissimi prodij: nam sapientia increata non dicitur facta, primus autem homo dicitur, & est vere factus. Potest tamen sic argui, quod per spiraculum vitę non intelligatur anima rationalis: nam postquam Moses dixit, Fecit Deus hominem, postmodum addidit, Et inspirauit in eum spiraculum vitę: prius ergo hominem fecit, & post in eum spirauit: quādo vero homo est factus, habuit animā, nō ergo potest anima intelligi per vitę spiraculum. Respondeo ad argumentum in sacris litteris saepe nomen totius pro sola parte vsurpari, exemplum est, Christus vere dicitur sepultus: & tamen non totus Christus fuit sepultus, anima enim sepulta non fuit, quia cū Diuinitate fuit in limbo, & corpus solū Diuinitati vnitum sepultum est: eodem ergo modo dicimus, quod intelligitur locus ille, plasmavit Deus hominem, hoc est corpus, & postea spirauit in eum spiraculum vitę, id est, animam rationalem. Cū autem dicit, spirauit, successio aliqua non debet intelligi, sed totum fuit simul. Et quia Moyses vni co. verbo totum exprimere non valuit modo quo dici potuit, id explicauit dicēs, plasmavit Deus hominem, hoc est corpus, & spirauit in eum spiraculum vitę, id est, animam rationalem. Ex quo loco Patres affirmant, quod anima fuit à Deo creata. Et oppositū asserere est multorum hereticorum error, vt Augustinus asserit libro de ecclesiasticis dogmatibus. c. 14. & Irenęus de erroribus hereticorum lib. c. 24. asserit, fuisse errorem cuiusdam Carpocratis, quem postea Manichaei secuti sunt, qui error damnatus est concilio. 1. Bracharensi Can. 5. & Leo Papa in suis decretis similiter damnauit.

Dubium tamen est, an anima facta sit pro creationem. Communis assertio est Doctōrum scholasticōrum, pars affirmatiua. Et supponunt omnes animam rationalem incorporeā esse, & quod ita sit, probatur, quia in sacris litteris vocatur spiritus, de Angelis vero ratio. Vnde colligitur, quod corpora nō habent, quia sunt spiritus: sic ergo anima rationalis, cum spiritus dicatur, constat corpus nō habere. Vnde Dominus, In manus tuas Domine cōmendo spiritum meum: sed Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, hoc est, aduersus animam: si ergo anima rationalis spiritus vocatur, conuincitur incorporeā esse. Tū etiam quia si anima rationalis corporea esset, intelligere nō posset, probō,

Conclusio.

quia ideo bruta intelligere nequeunt, quia illorum animę sunt corporeę: idem ergo esset de anima hominis, cū ergo Deum, & se, & Angelos intelligat, est incorporea. Itē quia cū ex fide habeamus, animam in beatitudine Deum posse videre, sequitur incorpoream esse, intelligi enim neq; imaginari potest, quomodo Deum videre possemus, nisi anima nostra incorporea esset.

Dubium tamen est, an anima ex nihilo per creationem fiat: an sit ex traduce per propagationē, hoc est, an anima hominis huius à patre eius fiat. Et sunt rationes, quę per propagationē fiat à parentibus. Et suadet primo ex illo Genes. 46. vbi fit recapitulatio filiorum Israhel, quando de Aegypto sunt egressi, vbi habetur, Itę sunt omnes anime Israhel quę ingressę sunt in Aegypto, & egressę sunt de semore Jacob, & similia verba, in sacris litteris multis locis habentur. Secūdo, quia in creatione mulieris, de eius animę creatione, neq; vllum verbum habetur, sed tantum quod fecit mulierem, in quo innui videtur quod anima eius non fuit per creationem, sed per propagationē facta: si enim creata fuisset, ibi exprimeretur. Ex quo argumento sumitur, quod tota sua ex costā Adę sit facta. Vltimo est ratio communis, quia si anima crearetur à solo Deo, sequitur quod nullus homo esse possit pater alterius, quod ex eo patet, quia homo per animam rationalem est homo, si ergo illam non haberet à patre, non ergo est eius filius: & tamen proprie dicuntur patres, habet ergo anima esse per propagationem. Ad hoc dicimus tanquam certum & infallibile tenendum esse, quod anima à solo Deo creatur. Et ita tenet communis consensus Patrum, & Doctōrum scholasticorum. At dicit quis, vnde hoc probabis? Respondeo, quod sufficit locus adductus Genes. 2. Fecit Deus hominem, & inspirauit in eum spiraculum vitę, in productione autem animalium & reptilium simile verbum non habetur, concluditur ergo, quod anima à Deo est creata. Secundo probatur ex illo Psalmistę, qui finxit sigillatim corda eorum, quem locum Patres communiter ita exponunt, Finxit corda, id est, animas sigillatim, hoc est, vnicuique propriā. Tercio facit id Ecclesiastes. 12. Et cōuertatur puluis in terram sicut fuit, & spiritus reuertatur ad Deum qui dedit eum. Augustinus licet asserat, hoc esse verum, & de fide tenendum, inquit tamen locus citatus, quod nō est locus aliquis irrefragabilis, ex quo aperte probe-

tur, animam à solo Deo esse creatam.

Sed an sit tanquā de fide ita tenendū, ita vt oppositum sit hæreticum, Augustinus licet asserat, hanc sententiam tenuisse multos hereticos, nempe quod anima est ex traduce, & per propagationem producit, vt Luciferiani Manichei, Tertulianus non tam assertionem hanc tanquam hæreticam, aut erroneam damnat. Et Magister sent. 2. dist. 18. inquit, non videtur, vnde sit hæreticum vel erroneum asserere, quod anima rationalis non creetur à Deo. Nec S. Thom. loco citato articulo. 2. id tanquam hæreticum damnat. Sed contra gentes. c. 86. inquit, quod certissime tenendum est, quod anima est à Deo creata, sed non ait, oppositum esse hæreticū. Et Augustinus libro de hæresibus. c. 86. meminit huius sententię, & tamen oppositum non damnat, tanquam hæreticum, sed nihilominus dico, assertionem hanc, animam rationalis nō creatur à Deo, necum esse falsam, sed etiam erroneam, quia licet assertio hæc tanquā contra fidem non sit damnata ab ecclesia, sit est, quod est contra doctrinam cōmunem Patrum & ecclesię: & opposita illi, nempe anima rationalis creatur à Deo, est proxima fidei.

Ad argumenta in contrarium. Ad primum respondeo, quod anima in scriptura saepe vsurpatur pro toto homine: & vt diximus, nomen partis ponitur pro toto composito, vnde omnes animę idem est, quod omnes homines. Ad secundum de creatione mulieris respondeo, fat esse, quod Moses id explicauerit in productione Adám, Ad tertium, vocatur parentes proprie patres: dico, ad hoc quod ista sit vera & propria, iste pater genuit hunc filium, vel ista, homo generat hominem: fat est, quod pater vltimam dispositionem attingat, ad hoc vt anima rationalis sit in corpore: licet non concurrat ad creationem, concurrat tamen ad introductionē, & facit quod anima sit in corpore.

Pro Augustino respondeo defensore non indigere, pluribus enim locis mentem suā exposuit: ideo falso illi imponitur, quod vsque ad terminum vitę dubius mansit circa originem animę: nam lib. 6. de origine animę postquam enumerauit quaedam, quę dicit, esse multum aperteque peruersa, & si fidei Catholice aduersa, inter ea, inquit, primum est, quod quidam dixerunt Deum nō animam de nihilo, sed de seipso fecisse: diffinit ergo ex sententia propria, aduersum esse Catholice fidei asserere, quod Deus animam

nam nō facit de nihilo. Et ad fratres in e-  
no sermone. 25. qui locus extraneus est. Et  
Dominus scit quanto gaudio & lætitia cor-  
meum exultavit, quando locum hunc tā ex-  
pressum & evidentem reperi cōtra eos qui  
asserunt, circa originē animæ Augustinum  
dubium semper mansisse. In quorum confu-  
sionem & damnationem solus hic locus est  
sufficiens: sic enim scribit, Sed mox mihi fra-  
tres dicitis, cur fellū natiuitatis Sancti Ioa-  
nis celebramus? nunquid in peccatum con-  
ceptus est? Et ideo attendite, quod prius se-  
nimatur homo, postea concipitur in vulua,  
& ibi caro formatur, deinde post dies qua-  
draginta septem creatur anima, & corpori in-  
funditur, secundum sanctum patrem & marty-  
rem Cyprianum, cui in omnibus compellor  
credere, qui per Spiritum sanctum optime  
locutus est. Quod clarius & manifestius in  
libris retractationum retractavit & asse-  
ruit, quā in quod hoc loco fatetur? nempe se  
compelli credere, animam à Deo creati, &  
corpori infundi, quia per Spiritū sanctū Cy-  
prianus martyr ita sibi tradidit, & à Deo in-  
spiratus optime locutus est. Et sicut in alijs,  
ita & in hac veritate fidei Catholice, cui ec-  
clesia consentit, Et contra Fortunatū disp. 1.  
ait, Animam dico esse factam à Deo, & om-  
nia quæ Deus fecit, de nihilo fecit. Et de a-  
dico cum Felice Manichæo lib. 2. c. 16. Ego  
dico, animam non naturam Dei, sed factam  
à Deo. Et lib. ad Orosium contra Priscilla-  
nistas, & Originistas. c. 2. fatetur se credere  
animam ex nihilo à Deo factam. Et lib. 1. cō-  
tra aduersarium legis & prophetarum. c. 14  
ait, animam non esse partē Dei, nec de sub-  
stantia & natura eius creatam, sed ex nihilo  
factam, dubitare fas non est. Vide supra to-  
mo. 1. Chrysostomi ad primum.

SECVDVM QVAE-  
SITVM.

An lex impleri non possit nisi  
à spiritualibus.



Vgustinus lib. 1. retract. c. 23  
exponens locum Pauli ad  
Rom. 7. insinuate videtur,  
legem impleri non posse nisi  
à spiritualibus, quales gra-  
tia Dei facit: sic enim scri-  
psit. Cum presbyter adhuc essem, contigit

vt apud Carthaginem inter nos qui simul  
eram, ad Romanos Apostoli epistola lege-  
retur, & quædam interrogabar à fratribus,  
quibus cum, sicut poteram, responderē, vo-  
luerant scribi potius quæ dicebam, quā sine  
litteris fundi, vbi cum meis obtemperarent,  
liber vnus accessit superioribus opusculis  
meis: in quo libro, Quod autem ait, in qua,  
scimus, quia lex spiritualis est, ego autē car-  
nalis sum, venundatus sub peccato, satis o-  
stendit, non posse impleri legem nisi à spiri-  
tualibus, quales facit gratia Dei.

Doctores scholastici de hac quaestione. 2.  
sent. alij dist. 37. & alij dist. 41. S. Thom. 1. 2.  
q. 100. & art. 9. quarit, ad quid obligant præ-  
cepta, An solum ad substantiam actus, vel  
an ad modum. Et in art. 9. tractat de substan-  
tia actus, puta quod operemur scienter, &  
ex intentione, & firmiter. In articulo autē  
decimo diffinit, an obligent ad modum. Et  
articulo. 9. supposita diffinitione statuit cō-  
clusionem generalem: nempe, quod modus  
virtutis, quantum ad aliquid respectu-  
rā Diuina: & quantum ad aliquid, neque  
à Diuina, neque ab humana. A signatur, hec  
tria media iuxta tres modos virtutis, quos  
Aristoteles. 2. Ethic. statuit, quæ sunt, quod  
quis operetur sciens, & hoc vtraque lex cō-  
siderat, nam qui ignoranter aliquid agit a-  
pud Deum & homines, venia est dignus,  
quia non fecit volens. Secundum est, quod  
quis operetur sciens, volens, eligens, & pro-  
pter hoc, hoc est, ex intentione, & hoc à le-  
ge Diuina consideratur, quæ iudicat, qua in-  
tentione quis fecerit, & an sciens & volens  
fecerit: lex enim humana de intentione non  
curat, neque de illa iudicat: nam si quis occi-  
dere voluerit, non tamen occidit, nihil ad le-  
gem spectat. Tertium est, quod quis firmi-  
ter, & ex habitu virtutis faciat, & hoc à neu-  
tra lege consideratur, si enim quis parentes  
bona & recta intentione colat, licet ex habi-  
tu pietatis non faciat, meretur tamen apud  
Deum & homines. Quantum ad priorem  
partem assertionis, in qua S. Thom. inquit,  
scientiam & ignorantiam legis considerari  
ab vtraque lege Diuina & humana: nam, si  
quis ex ignorantia legem transgrediatur, il-  
li non imputatur, intelligi debet, quantum ad  
culpam, non quantum ad penam. Index hu-  
manus aliquando, illis pœnas infligit, quia  
lex humana non credit ignorantiam allegari.  
Sed an è conuerso, est dubium, in eodem  
modo quantum ad virtutem scientiam nō con-  
sideranda sit, saltem quantum ad implementationē  
præcepto-

Rom. 7.

† ab vtraque le-  
ge, humana, in  
licet & diuina:  
& quātū ad al-  
quid respectum  
à c.

17

Cōclusio.

præceptorum: nempe si quis ignoranter præ-  
ceptum adimplet, an diceretur, vere ad im-  
plere præceptum? Et videtur quod nō, quia  
non est actus liber. In oppositum est, quia si  
quis ebrius ecclesiam ingrediatur, & sciens  
sacrum audiat, digesto postea vino non com-  
pelletur sacram audire, videtur ergo quod  
præceptum adimpleuerit. Cōfirmatur, quia  
si lata esset sententia excommunicationis in  
non audientes sacram, si quis tamen inui-  
tus ad ecclesiam traheretur talis videtur  
præceptum adimplere, neque sententiam  
canonis incurret, & tamen hic tam inuolu-  
tarie agit sicut ignorans, ergo similiter si cui  
iniunctum est vnus diei ieiunium, inuitus  
ieiunaret, quia cibus vi ei auferretur, talis non  
teneatur amplius ieiunium illud soluere. Ali-  
qui putant, disputationem hanc esse de no-  
mine. Ego tamen dico, quaestione esse de  
re, & necessario asserendum per actum, qui  
nullo modo est liber, præceptum impleri nō  
posse. Quod probō primo, quia si per actū  
qui nullo modo est liber, præceptum imple-  
tur: possemus ergo affirmare & dicere, quod  
brutum, vel ament, vel puer, præceptum ad-  
implet. Secundo, quia pueri ideo antevsum  
rationis capaces non sunt præcepti, neque  
obligationis, quia præceptum adimplere nō  
possunt: nam præceptum adimpleri non po-  
test nisi per actum saltem humanum, cuius  
pueri non sunt capaces, quia deliberare non  
possunt. Et huius sententię consentit S. Tho-  
mas. hoc art. 9. cum inquit, quod scientia consi-  
deratur ab vtraque lege.

Ad rationes in oppositum respondemus pri-  
mo non sequitur: iste nō tenetur amplius ad  
præceptum ad quod tenebatur; ergo ad im-  
pleuit præceptum: nam si quis pecuniam al-  
teri debet, quam soluere non vult, si tamen  
creditor vi acciperet, talis non adimpleuit  
præceptum soluendi, & tamen non tenetur  
amplius soluere, quia nihil illi debet. Et hinc  
ad primum argumentum de ebriō dico, quod  
talis si sit perfecte ebrius, nedū quoad Deū,  
sed neque quoad ecclesiam præceptum ad-  
impleuit amplius, quā si dormiret: ideo si  
statim mentis sit compos, sacram audire te-  
netur, aliās pœnas ecclesiasticas incurreret,  
si tamen quis compos, rationis vi teneretur  
ne sacram audiret, talis quoad Deum delin-  
quit, quoad ecclesiam, licet peccet, non tamē  
compelleretur iterum sacram audire.

Si quis verometu adimplet præceptum,  
talis vere adimplet, quia habet vsum ratio-  
nis & volitionē, licet vi & per motū extorta-

De illo vero, cui iniunctus est dies ieiunij,  
quidā dicit, quod si ex eo non adimplet,  
quia vi subtrahitur illi cibus, quod talis, li-  
cet quoad Deum præceptum nō adimplet,  
non tamen tenetur amplius ieiunare, quia  
iam soluit id ad quod tenebatur. Simile est  
si Petrus certam pecuniam debeat Paulo,  
quā cum soluere nolit vi ab illo subtrahit,  
Petrus nō amplius soluere tenetur, quia iam  
alienum non habet, & tamen non adimple-  
uit præceptum de reddendo alienum, sed  
certe licet hoc de debito pecunie verum  
sit. Dubium tamen est, an similiter idem sit  
de illo cui pœnitentia ieiunij est iniuncta, ex  
istimo enim verum esse, quod si alicui pœni-  
tentia pecuniaria iniuncta esset, & pauper  
ui ab illo pecuniam accipiat, quod amplius  
non tenebatur: si tamen pœnitentia ieiunij  
vel flagellorum illi esset iniuncta, si talis vi  
ab alio flagellatur alia de causa, certe talis  
non deobligatur, quin se flagellare tenea-  
tur. Ad aliud argumentum, quod fieri solet,  
quia si quis dormiens baptizatur, videtur  
quod talis adimpleat præceptum de suscipi-  
endo baptismo. Argumentum tamen non est  
ad rem, nam si talis antequam dormiret ba-  
ptizari voluit, reputatur sciens & prudens  
baptizatus: si autem intentionem baptis-  
mi nō habuit, tenetur iterum baptizari. Cir-  
ca secundum membrum nempe, quod lex  
Diuina obligat, vt ex intentione recta faci-  
mus. Est dubium, an per actum qui est pec-  
catum, quis præceptum Diuinū adimpleat,  
quod idem est, quod querere. An modus  
charitatis cadat sub præcepto, id est, an præ-  
cepta teneamur ex charitate adimplere. S.  
Thom. q. 100. art. 10. supposito illud sub le-  
ge cadere, ad quod lex obligat, fuisseq; duas  
opiniones contrarias, nam alij partem affir-  
matiuam, alij negatiuam sustinebat, in quo  
secundum aliquid vtraque opinio verū sus-  
tinebat. Nam charitas potest dupliciter cō-  
siderari: vno modo in quantum est quidam  
actus specialis per se alio modo vt est mo-  
dus aliorum præceptorum. Hoc supposito  
respondet duabus conclusionibus. Prior cō-  
clusio est, si charitas consideretur per se, in  
quantum est quidam actus specialis, vt sic  
cadit sub præcepto, nam præceptum singu-  
lare est, Diliges Dominum Deum tuū, &c.  
si vero consideretur, vt est modus aliorum  
præceptorum & vtilis finem imponit. Est  
secunda conclusio, isto modo charitas non  
cadit sub præcepto, nam exiens in mortali  
per actum morale bonum potest præcep-  
tum

Dubium.

prum adimplere. Circa istam vltimam conclusionem se offert dubium an sit verum: nam est opinio Dionysij Cisterciensis 2. fen. dist. 37. quæ consistit in tribus conclusionibus. Prima est lex Diuina obligat, vt illa ex charitate, adimpleamus: probat autoritate B. Bernardi dicentis, omne quod precipitur, in sola charitate, solidatur. Et Paulus, siue comeditis, siue bibitis, &c. omnia in gloriam Dei facite. Et Petrus, omnia opera vestra in charitate, fiant. Ratione probat, quia præcepta Diuina in beatitudinem nos ordinant, sed siue charitate si adimpleantur beatitudinem non querentur, ergo. Confirmatur, nam si Deus præcipit et parentes iuste, & ex charitate venerant, teneremur ex charitate facere, dato tamen quod id non exprimat, cum præcipit fieri, videtur quod ita intelligatur, quicumque enim homo aliquod præcipit, intendere, quod ipsius gratia & amore adimpleretur: maxime cum se disponit Deus sit paratus gratiam, & sui amorem illi communicare. Et citat Augustinum asserentem, quod singula præcepta sine fide, spe & charitate adimpleri non possunt. Secunda conclusio, lex humana non obligat, vt eius leges ex charitate adimpleamus. Primo, quia non obligat ad actus inernos. Secundo, quia homo non potest alteri charitatem dare neque communicare, sicuti Deus. Tertia conclusio est ad respondendum argumeto, quod contra se format, non sequeretur, excellenti in mortali melius illi esse præceptum non adimplere, quia adimplere, quia si parentes venerentur, vel elemosinam largiatur, contra præceptum delinquit, & ita perdit operam ac si nihil faceret. Vt ad hoc respondeat statuit tertiam conclusionem, nempe melius est facere, quam omittere, quia saltem quoad substantiam adimplet præceptum; & ideo non est tam graue peccatum. Hęc opinio est singularis, & ideo cõmunitur non tenetur. Et primo est argumētum ad hominē, quia qui præceptum sine charitate adimpleret, tantumdem peccaret ac si non adimpleret, nā æqualiter omittit, probatur, quia vnicuique præceptum est adimplere, & ex charitate facere, si ergo extra charitatem facit, totum præceptum omittit, quod ex eo constat, quia si essent duo præcepta distincta, vnum vt faceret, aliud vt ex charitate adimpleret, duo committeret delicta, sed quia est vnicuique, si fiat sine charitate, totum omittit. Secundo, quia nullus potest habere remissionem peccatorum, nisi poenitentia sacra-

mentum, nullus enim postquā est præceptum Diuinum, extra charitatem præceptum de confessione posset adimplere: nam si in charitate consistitur, primam gratiam non recipit sacramenti virtute, si extra charitatem, consistendo peccat, ergo virtute poenitentia, neque gratiam recipit, neque peccatorum remissionem. Tertio, quia sequeretur, quod quotiescunque occurreret materia cuiuslibet præcepti, teneretur conscientiam eodē modo discutere, ac si teneretur Eucharistia suscipere, quod ex eo constat, quia tenetur semper præcepta ex charitate adimplere. Quinimo cum quis furatur, videtur quod duobus peccatis peccet, & quia furatur, & quia conscientiam non disculsiuit. Quicquid tamen de his rationibus sit, opinio de se est intolerabilis, quod ex eo constat, quia de hoc in toto Euangelio nullum est præceptum: non enim habetur nisi, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, &c.

Dubium maius est circa hoc, quod in priori conclusione asseruit, nempe in præcepto singulari, vt puta, quod Deum diligamus, vel parentes veneremus, de per se in tali actu esse præceptum charitatis, quia singulare præceptum est, vt Deum diligamus, & similiter vt parentes veneremus: & tamen qui in peccato Deum diligit, non est transgressor præcepti, & est ita. Sed videtur S. Thom. sentire, quod talis est transgressor præcepti de actu charitatis, nam licet non tenemur opera legis in Deum referre virtute aliorum præceptorum, referre tamen tenemur virtute præcepti de actu specialis charitatis. Vnde in solutione ad secundum exponens illud Pauli, Omnia in gloriam Dei facite, inquit, sub præcepto charitatis contineri, vt Deum ex toto corde diligamus, & in illo includitur, quod etiam opera aliorum præceptorum in Deum referamus. Subiungit tamen quod cum præceptum hoc de dilectione Dei affirmatiuum sit, non obligat pro semper: ideo quando non occurrit tempus præcepti illius charitatis, non tenemur aliam in Deum referre, quæ verba obscura sunt, vt intelligantur, & difficilia, vt credantur. Vnde Capreolus 2. dist. 4. respondens primo argumeto Gregorij, hæc verba S. Thom. in hæc sensu intelligit, quod quotiescunque homo tenetur se ad gratiam disponere, vel exequi opus a lege Diuina sibi præceptum, tenetur huiusmodi opera in Deum referre: non propter præcepta alia particularia: sed quia tunc cur-

rit

rit præceptum dilectionis Dei: sed hoc difficile est credere, ideo dico dilectionem Dei dupliciter capi, vno modo pro actu specialis diligendi Deum, qui potest in gratia, & sine gratia adimpleri, nam Sarracenus actum illum diligendi Deum potest habere, sicut diligendi patrem: alio modo capitur, pro hoc quod est fieri per dilectionem gratum & amicum Dei, vel pro hoc quod est Dei mandata facere, sicut in Euangelio habetur, Qui diligit me, mandata mea seruabit: quo loco dilectio non usurparur pro actu illo speciali dilectionis Dei, sed pro hoc quod est Deo seruire, & eius mandata seruare.

Et est notandum, quod quando S. Tho. & omnes Theologi inquirunt, esse præceptum de dilectione Dei, non usurpant Dei dilectionem secundo modo, nam illo modo non est vnicuique, sed plura præcepta, quinimo præcepta omnia Diuina & humana dilectione illam specificant, Deum enim diligere, est non occidere, non mechari, non falsum iurare, &c. sed cum hoc est præceptum de actu amoris. Quando ergo S. Tho. inquit, quod alia præcepta tenentur aliquando in Deum ex charitate referre, potest intelligi, quod tenemur ex gratia facere. Ego vero non credo esse tale præceptum de habenda gratia, neque aliquid ex gratia adimplendi, nisi in via. Sanct. Thom. quando quis primo venit ad usum rationis, qui tenetur se in Deum conuertere, puta proponere bene viuere, propter quod gratiam recipit: vel forte si sit præceptum de contritione, vel quado quis tenetur sacrum facere, vel Eucharistia recipere, & in isto sensu potest S. Tho. glossari & intelligi: quod vero quotiescunque præceptum aliud occurrit, eo ipso præceptum dilectionis Dei currat, nullatenus non potest. Secundus sensus est, quod aliquando occurrere potest præceptum obligandi per specialem actum amoris, licet non ex gratia, vt puta quando occurrit materia, vt quis respondeat pro defensione fidei, vel si quis coram me atrociter in Deum blasphemet, teneor tunc partes Dei, sicut amici agere, & pro reuerentia & honore quæ illi est debita, respondere, vel si sim in aliquo grauissimo periculo, actu specialis amoris teneor, causam meam illi proponere, & in eum referre. In istis & similibus casibus teneor dilectionem Dei habere, & similia opera in ipsum referre, licet non ex gratia, & iste potest esse secundus sensus Sancti Thomæ, qui est verus.

Quantum ad locum Pauli, Omnia in gloria Dei facite, dicimus mentem eius esse, quod operemur bonum, omne enim bonum honestum ex natura sua in Deum ordinatur, non ergo sunt duo præcepta honorare parentes, & in gloriam Dei facere, nam ipsa parentum veneratio Dei gloria est, neque Paulus distinguit inter opera præcepti & consilij, sed generaliter inquit, siue comedamus, siue bibamus, omnia in gloriam Dei faciamus.

An vero præceptum dilectionis Dei extra gratiam & charitatem adimplere possimus, tangit dubium, an charitas sit in præcepto. De quo Sanctus Thomas. 2. 2. q. 44. articulo. 1. definit, quod etiam præceptum hoc quantum ad substantiam sine gratia & charitate adimplere possumus. Et quia quæstione præcedenti, quod quæsitum est, non diffiniuimus ideo.

Quæritur, an per actum malum & peccatum præceptum adimpleri possit verbi gratia, si quis ad ecclesiam eas, vt sacrum propter gloriam inanem audiat, vel si quis propter pecuniam baptizetur. Et videtur quod præceptum non adimpleatur, probatur primo, quia ille contra intentionem præcipientis facit, quæ est, homines facere optimos. Secundo, quia omnes leges & præcepta datur de actibus virtutum, ille autem non est virtutis actus. Tertio, quia si lex præcipit, quod illa debite adimpleremus, teneremur per actum bonum illa adimplere, in quacumque autē lege & præcepto videtur intelligi, quod debite faciamus, & adimpleamus, sicut ergo tenemur ad alias circumstantias, quæ in lege exprimentur, videtur, quod etiam teneamur recta & debita intentione facere. Quarto, quia si quis extreme laboranti panem teneretur dare, & venenatum porrigeret, talis præceptum non adimplet, quia cum teneretur eum a morte liberare, occidit. Vltimo est vnum sophisma, qui tenetur ad disiunctiuam: & non tenetur ad vnam partem, tenetur ad aliam, teneamur autem præceptum adimplere per actum bonum, vel malum: & non per actum malum, ergo per bonum, Dionysius Cisterciensis sicuti tenet, quod non adimplemus præceptum nisi ex charitate, a fortiori affirmat, quod per actum malum adimplere non possumus. Opinio autē hæc est valde dura, sequitur enim, quod si sacerdos psum solutionis horarum propter inanem gloriam solueret, præcepto non satisfaceret, sed iterum

Dubium.

Gg tenc-

secundæ conclusionis fere ab omnib⁹ Theologis negatur præter Gregorium Arimen. qui cum S. Thom. tenet, quod nullus potest se ad gratiam disponere nisi per actum moraliter bonum: & secundum Gregorium ad omnem actum moraliter bonū auxilium speciale requiritur.

Scotus contrarium sustinet, inquit enim, quod dupliciter ex naturalibus potest quis se disponere ad gratiam: vno modo per dolorem peccatorum quem ex naturalibus habere possumus, vt in 4. dist. 14. q. 2. tenet: secundo modo per dilectionē Dei super omnia quā ex naturalibus habere possumus, ita tenet: 2. sent. dist. 28. quem sequitur Neoterici et innes. 2. sent. dist. 27. & 28.

Pro decisione questionis huius, primo omnium notandum est, quod preparatio ad gratiam dicitur, & est actus ille, quē de lege statim sequitur gratia, & quando homo vitium quod potest facit, vili gratia comunicetur. Et de preparatione hac est duplex questio. Prima, an actū illum qui est preparatio, quicumque ille sit, possit homo ex naturalibus habere? Secunda, an actus ille quomodocumque habeatur, gratia sit meritorius, vel de condigno, vel de congruo? Scotus enim & eius alii scilicet vtrunq; cōcedunt, nempe, quod ex naturalibus actum illum habere possumus, & quod ille actus est meritorius gratiæ de congruo. Sanct. vero Thom. vtrunq; negat, inquit enim, quod ex naturalibus actum illum habere non possumus, neque postquam per Dei auxilium illum habemus, est meritorius gratiæ, neque de condigno, neque de congruo, sed quia ista secunda cōclusio ad rem de qua agimus, non expectat, eam missam facimus. Et queritur, an actum illum ex naturalibus habere possimus. Sanct. Thom. respondet negatiue: ceteri partem affirmatiuā sustinent. Et Durandus arguit primo, intendens, quod ratio S. Thom. sit infirma: & nihil valeat, nam licet agens supremū debeat inferius ad suū finem mouere, non tamē oportet quod per seipsum moueat, potest enim per causam secundam mouere: verbi gratia, Deus se solo animā rationālē infundit in materiā: & tamē per se non disponit materiā, sed peragens naturale, eodem ergo modo licet Deus se solo gratiam infundat, non opus est, quod se solo hominem disponat, sed hoc per lumen naturale rationis & liberum arbitrium eius efficit. Respondetur primo, quod virtus feminis disponētis ad formam virtus est generantis, & ideo causa disponens proportio

nem aliquam habet cum forma, ad quam se dispositio. Secundo respondemus, quod Sanct. Thom. non adducit rationē ad probandam euidenter cōclusionem, nō enim ignorabat efficaciter non cōcludere, sed supposita veritate conclusionis ex illo Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum: supposita ergo veritate, conclusionis ex scriptura explicat illam ratione, quā adduxit, ex quo sequitur fundamentum hoc in hac questione obseruandum, quod in materia ista non est rationibus naturalibus agendum, sed solum scriptura sacra, secundum sensum Conciliorum, & sanctorū Patrum.

Circā questionem hanc oportet, vt primo ostendamus, in quo opinio istorū Doctorū differat a sententia Pelagij. Duo asserit isti primum, quod ex naturalibus nostris actum aliquem habere possumus, qui est dispositio ad gratiam. Secundum, quod actus ille naturalis est meritorius de congruo, quod in re idem est quod Pelagius assererat, vt ex Concilio Palestino, Mileuitano, & Tridentino constat, quod Can. 1. sic diffinitur sessione. 6. Si quis dixerit, hominem eius operibus quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque Diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit. Et Can. 3. eiusdem sessionis, Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus sancti in inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse sicut oportet, vt eius iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Et ad litteram antea diffinierat Augustinus epistola. 106. & sequentibus tom. 2. aduersus Pelagianos. Nec Pelagius non tam fatuus erat, vt assereret, quod homo per sua naturalia gratiam faceret & produceret, sicut ignis calorem facit, sed assererat, quod homo per sua naturalia poterat opus naturale facere, per quod a Deo gratiam mereretur, sicut inter amicos euenit, quod sine aliqua distinctione meriti de condigno, vel de congruo dicitur Cōcilij fuit illi damnatum. Isti autem inquirunt, quod opus aliquod naturale saltem de congruo est meritorium gratiæ, & quod Pelagius in hoc errabat, quia existimabat, opus naturale meritorium esse de condigno & tantundem valere ac si ex gratia procederet, qui tamē non errasset, nec damnatus esset, si asseruisset, quod naturale opus meritorium est de congruo.

Secū

Sed contra hoc arguitur. Primo, quia si Pelagius hoc reputasset verum, Concilia & Patres nō damnarent eum absolute, sed potius distinguerent, quòd quantum ad meritum de condigno eius assertio erat erronea, non tamen quantum ad meritum de congruo. Secundo hoc maxime sententiam confirmat, nā potissimum argumētum Pelagij erat, quod si Deus ratione operū nostrorum naturalium gratiam nobis non conferret, esset acceptor personarum, quia alicui gratiam mere gratis donaret, & alteri negaret, & tamen si istorū opinio vera esset facillime ei responderetur, nō esse personarum acceptorē, quia illi qui se disponit, dat gratiam quia de congruo illa meretur, alteri vero negabat, quia ad illū nō se disponebat, & tamen Patres sancti respondere hoc nunquā somniarunt, sed tantū concedebant, quod Deus mere gratis dar vni, & alteri negat, & tamē quia nulli alicui debet, sicut Paulus ait, quòd mere gratis Iacob dilexit, Esau autem odio habuit, Et rursum, quis primo dedit illi, & retribuatur ei, ideo acceptor non est personarum. Tertio est vt gens argumentum contra istos, quia Patres contra Pelagium contendebat, quod homo in puris naturalibus quantumcumque perfectissimus respectu gratiæ se habebat, sicut lutū respectu figuli, quia sicut nulla penitus in lutū est ratio, quare figulus ex vna parte lutū vas vnum faciat in honorem, quā ex alia vas in contumeliam, sic nullum opus naturale est in homine, quod sit ratio, quare Deus vni communicet gratiam alteri negat. Quod Paulus hoc loco manifeste contendebat: & tamen secundum istos naturale opus est ratio aliqua, quare Deus det vni, & non alteri: sed certe Sanct. Thom. mentem sanctorum Patrum intellexit aduersus Pelagium.

Aduersus sententiam hanc Catholicam Doctores isti sequentibus rationibus insurgunt. Primo, quia homo ex naturalibus peccatum esse offensam Dei cognoscere potest, & quod est propter ipsum detestandum, potest ergo illud ex suis naturalibus detestari, detestario autē illa est dispositio ad gratiam, ergo. Confirmatur quia homo ex naturalibus potest peccatū propter aliam causam detestari, puta propter mortis metum, potest ergo & propter Deum detestari. Respondetur, quod argumentum est apparens, & erat precipuum Pelagianorū, & ideo a Catholicis formari non debent. Respondetur tamē primo, quod esse argumentū sciētiæ solui in lumine

naturali nō posset, nō tamē ideo a scriptura sacra secundū expositionē sanctorū recedere deberemus. Secundo dico, quòd ponere actum ita circumstantionatū, vt sit vltima dispositio ad gratiā ex naturalibus non possumus. Tertio dicendum est, quòd licet act⁹ ex naturalibus posset haberi, Deus tamē voluit id sibi referuare meritiū vitæ æternæ nobis arrogaremus: noluit enim Deus, quod ex nobis esset vitam æternam mereri, vt cū mere gratis suam gratiam & amorem, & cetera dona nobis communicat vt totum illi deberemus, vt Scotus tenet, quòd Angelus ex naturalibus suis potest cogitationes hominum cognoscere, & tamen Deus id sibi referuare voluit, quia ita nobis expediēs fuit. Secundum argumentum istorum est de illo, qui primo venit ad vsum rationis, nā ille ex naturalibus cognoscere potest quid sit bonum, & quid malum, quid profectuum, & quid fugiendum, potest ergo ex naturalibus proponere bene agere, sicut potest proponere male agere, illud autem propositum bene agendi est sufficiens conuersio in Deum, etiam secundum opinionem Sancti Thomæ, ergo per naturalia potest quis se disponere ad gratiam. Respondetur eodem modo, quod licet ille possit cognoscere bonum & malum, & proponere bonum prosequi, & malum vitare, tamen vt sit perfecta conuersio, vt amicus Dei constituatur, nisi a Deo specialiter trahente nequitiam potest, quod Christus voluit nos admonitos esse. Nec ratio naturalis in hoc non decipiat, quia nemo potest ad Deum venire, nisi eo specialiter trahente. Tertio arguitur ex illo Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, Deus autem nobis non præcepit, nisi quod ex nobis possumus, ergo nos in Deum possumus conuertere. Respondetur, quod concursus Dei & liberi arbitrij sunt simul tempore, sicut cōcurfus generalis cū igne & concursus ignis, & ideo nō præcipit nos conuertere: quasi cōuersio ex parte nostra sit prior, quā conuersio Dei ad nos, sed ait, Conuertite vos, & ego concurrā, ac si diceret per me non stat, quin cōcurrā, sed per vos, quia ego sto ad ostiū, & pulso, concursus autem Dei, eius donum & gratia est. Ideo Hieremias ē conuerso petit, Conuerte me Domine, & ego conuertar. Quarto est argumentū, quia Deus quantum de se est, nulli denegat gratiam, vt Matth. 7. habetur, per naturalia autē nostra facere possumus, quod in nobis est, ergo responderetur

2. argumētum.

3. argumētum.

4. argumētum.



negando minorē, quia id quod in nobis est, puta motus liberi arbitrii, vt sit dispositio ad gratiam, facere nō possumus, nisi ex Dei speciali motione, Deo vero praeueniente facimus quod in nobis est, sicuti ignis non calefacit, nisi ex generali celi motione. Quintum argumentum est, quia sequeretur processus in infinitum, nam si indigemus auxilio, vt disponamur, eadem ratione indigemus auxilio ad recipiendū primū motū in Deū, & sic cōsequenter respōdetur, qd ad illud auxilium speciale nō requiritur aliud auxilium, quia nō est aliquis habitus, sed solum motus Dei concurrentis nobiscum.

Vltimū argumētum tangit hanc difficultatem, An homo in puris naturalibus, si nō haberet originale neque actuale, posset se in Deū cōuertere. Et videtur quod sic, quia potest bene moraliter agere, & nō indiget gratia gratum faciente, vt p̄cepta possit adimplere, posset ergo se ad gratiā disponere, in statu enim naturę integrę poterat homo ex naturalibus omne bonū morale agere, & p̄cepta omnia adimplere, in puris ergo naturalibus poterit aliquid bonū morale agere, & per illud se ad gratiā disponere: respōdetur, qd mens S. Tho. est, quod neque in puris naturalibus, neq; etiā in natura integrā homo ex naturalibus poterat se ad gratiā preparare, quia illud est opus supernaturale, & ideo vt se preparat motione supernaturali egeret, vel dato quod naturale esset, Deus sibi reseruauit, ne quis meritū glorię sibi ascriberet. Quōd si quis querat, quomodo homo auxilium illud habiturus esset, vt se ad gratiā disponeret? respōdetur, qd casus est p̄ter legē, Deus scit, & forsā in primo actu moraliter bono Deus cū homine cōcurreret, vt se ad gratiā prepararet, sicut modo concurrat cum illo qui, quāprimū ad vsum rationis venit, se conuertit ad Deum.

Postquā argumētus aliorum respondimus, oportet vt nos inficias illis eam. Scotus enim nō tantum asserit, quod homo ex naturalibus potest se ad gratiā disponere, sed quod etiā per dolorē peccatorū, & quoriscūq; p̄ceptū dilectionis Dei quoad substantiā implet. Cōtra quod specialiter arguitur, si enim actus ille dilectionis Dei esset vltima dispositio ad gratiam, sequitur, quod quicūq; alius actus moraliter bonus esse posset vltima dispositio, quod ex eo constat, quia actus ille nullū priuilegium habet supra alios actus: & si aliquid habet, est, quia ex parte obiecti est melior, potest tamen esse alius actus, qui

ratione alterius circumstantiæ in bonitate simpliciter excedat illum, vt si quis mille aureos in elemosynam largiretur, vel actum egregium fortitudinis faceret: constat quia actus ille simpliciter esset melior & magis meritorius, quā actus, quo quis pius ex animo Deum diligeret, actus ergo iste esset vltima dispositio ad gratiam. Secundo argumentatur, quia in Euangelio non habetur, quod remissio peccatorum fiat per dilectionem Dei, sed per poenitentiam, iuxta illud Matth. 3. Poenitentiam agite, & appropinquabit regnum eolorum: & licet de Magdalena dictum sit, quod remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, lacrymę tamen in testimonium fuerunt, quod dilectio fuit causa doloris: maxime quia Christus potuit illi peccata remittere, sicuti voluit, potestate excellentiæ quam habebat, peccatores tamen non ad dilectionem, sed ad poenitentiam exortauit. Tertio, quia ista opinio fauere videtur sententię Lutheri, qui asserit, quod ad remissionem peccatorum non requiritur dolor de p̄teritis, sed sufficit propositum bonum in futurum, & idem ista opinio videtur asserere affirmans, quod dilectio Dei est sufficiens ad remissionem peccatorum. Forsā opinio hæc Scoti sustineri posset in hoc sensu, quod est aliqua certa dilectio Dei ita feruens, quod secum non compatitur mortale aliquod, nisi illa Pauli Rom. 8. Quis nos separauit à charitate Dei, & c. certus sum, quod neque mors, neque vita. Et concludit, poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, sicuti etiam Sanctus Thomas dicit, quod est aliqua Dei dilectio ita feruens, quod venialia remittit.

Dubium tamen est, quia diximus quod opinio S. Thomę non fundatur in ratione naturali, sed in scriptura sacra, in quo gradu est tendenda, an sit de fide. Respōdemus per quatuor p̄positiones. Prima, asserere quod opus aliquod naturale est sufficiens ad gratiam acquirendam est hæreticum, & est error Pelagij: ratio est, quia sufficiens idem est quod de & de condigno sufficiens. Secunda p̄positio, asserere quod opus aliquod naturale est meritorium de congruo, vt communis opinio Neoteri-  
corum tenet: licet non sit hæreticum, non tamen est tutum, sed periculosum, nam Paulus ad Romanos. 9. & omnes Patres aduersum Pelagium, hoc intendebant, quod homo ex naturalibus quantumcumq;

perfectissima opera haberet, sicuti lutum si-  
guli est, quia sicut ex parte lutū nulla est ratio, quare ex eadem massa vnum vas faciat in honorem, & aliud in cōtumeliam, sic neque homo ex parte sui inducere potest rationē, quare Deus potius sibi quā alteri donet gratiam, & tamen isti rationem aliquam ex parte operis assignant. Vnde Gregorius 2. sent. dist. 26. q. 1. inquit, Pelagianum esse, aliquem asserere, posse ex naturalibus se ad gratiam disponere, neq; de congruo, neque de condigno. Tertia p̄positio, opinio Hærici quodlibeto. 9. q. 3. & quodlibeto. 5. q. 20. nempe, quod fingi potest medius modus inter S. Thom. & Scotum: vt quis diceret cū Scoto ex naturalibus nostris possumus actū illum habere, qui est vltima dispositio ad gratiam contra S. Tho. sed quod ille actus nullo modo est meritorius gratiæ, neque de congruo, neque de condigno, cū S. Tho. contra Scotum, licet videatur opinio apparēs, quia hoc modo saluatur diffinitio ecclesię contra Pelagium: sic enim opinando nullum opus naturale est causa gratiæ. Quarta p̄positio, hæc opinio sustineri non potest secundum illud Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum: venire autem ad Deum est motus, ergo Deum trahere, est hominem mouere: per gratiam vero gratum facientem non mouet, ergo prius natura per concursum specialem trahit, quā gratiam infundat. Secundo, quia tunc non possent tempus signare, quando Deus gratiam infundit, totum enim opus naturale manere potest sine gratiā, & tamen secundum Sanct. Tho. dicimus, quod quā primū est motus liberi arbitrii per cōcursum Dei specialem, illa est dispositio, ad quam sequitur gratiā. Tercio, quia si opus naturale est vltima dispositio ad gratiam, licet non meritoria, certj esse possemus quando dispositi sumus ad gratiam, opera enim naturalia possunt nobis esse certa, tamen secundum Sanct. Tho. ideo non sumus certi de dispositione, quia non sumus certi quando motus liberi arbitrii procedit ex speciali motione Dei, ergo.

Pro Augustino respondemus, quod. 1. lib. p̄tra. inquit, qd dum dixit, Deo credere, & ab amore visibiliū rerum tēporaliū se ad p̄cepta implenda cōuertere, omnes homines possunt, si velint, retractat, & inquit, non esse vera nisi prius prepararetur voluntas nostra à Deo, & in tantum charitas augeatur ab eo, vt p̄cepta perficere possimus.

QVINTVM QVAESITVM.

An firmamētum sit inter aquas superiores & inferiores.



Vgustinus lib. 3. confessionum cap. 32. exponens hunc locum, *Fiat firmamentum*, Genes. 1. asseruit firmamentum factum esse inter spirituales aquas superiores, & corporales inferiores, quod tanquam non satis considerate in re tam obscura dictum retractat, lib. 2. cap. 6. sic inquit, & illud, quod dixi firmamentum factum inter spirituales aquas, & c. non satis considerate dictum est, res autem in abditō est valde.

SEXTVM QVAESITVM.

An primi parentes habituri essent filios, si non peccassent.



Vgustinus lib. 1. de Genesi allega. c. 19. super his verbis, *Crete & multiplicauit*, Genes. 1. ait, primos parentes nos habituros fuisse filios homines nisi peccassent. Et idem scripsit lib. 1. de sermone Domini in monte, vbi exponens illud, Quicūque dimiserit vxorem suam, & excepta fornicationis causa, & c. dixit, consanguinitates & vincula sanguinis ac necessitudines ex peccato & morte primorum parentum contigisse. Hanc sententiam improbat Augustinus lib. 1. retracta. cap. 10. & 19. quia vt ipse ait lib. 9. de Genesi ad litteram cap. 10. Homines ante peccatum genitalib' membris ad procreationem imperare poterunt esse fœdę voluntatis pruritu, & poterunt esse in paradiso nuptiæ honorabiles, & torus immaculatus sine ardore libidinis, & sine labore pariendi. De hac quaestione vide supra tomo. 1. Chrysostomi ad tertium quaestum.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An anima cum Angelis prima die creata sit.

5. argumētum

1. Propositio

4. Propositio

1. Propositio

2. Propositio

perfe-





Vgustinus lib. 7. de Genesi ad literam. c. 24. qui super hac particula, *Inspiranti in faciem eius spiritulum vitæ*, Genes. 2. astringere videtur, animam primi hominis creatam esse cum Angelis die prima mundani opificij, deinde sexto die humano corpori insulam. Sententiam hanc mutatus est ab Origene, qui in expositione versiculi huius, Domine refugium factus est nobis à generatione in generationem: priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo & vsque in seculum tu es Deus, tenuit animas hominum ante corpora conditas, quem nomine tacito Hieronymus reprehendit, ita scribens in explanatione psalmi. 89. Ad Cyprianum hunc locum quidam praua distinctione subuertunt: maxime hi, qui volūt ante suille animas, quā homo in sexto diei numero conderetur: ita enim legunt, atque distingunt, Domine refugium factus est nobis à generatione in generationem, priusquam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis terrarum, à seculo & vsque in seculum tu es Deus. Ita enim edisserunt si Dominus antequam montes firmaretur, & fingeretur terra orbisque; terrarum, refugium fuit hominum, ergo fuerunt animæ in coelestibus, antequam hominum corpora formaretur. Nos autem ut proposuimus, lectionem ita debemus distinguere, Antequam montes firmarentur, & fingeretur terra & orbis terrarum, à seculo & vsque in seculum tu es Deus, ut nō refugium nostrum fuerit ante conditionem mundi, qui necdum eramus, sed quod Deus ab æterno & vsque in æternum sit semper Deus.

Sententia Augustini, quæ antea fuit Originis, repugnat sententiæ omnium Theologorum, maxime scholasticorum. S. Thom. 1. parte. q. 90. articulo. 4. responderi pro B. Augustino, & inquit, illum non protulisse id asserendo, sed in arbitrium legentium reliquisse, quod & ipsius verba demonstrant, dum inquit, credant, si tamen nulla scripturarum autoritas, seu veritatis ratio contradicit. Vide de hac quaestione supra tomō primo Chrysostomi ad primum quaestum, & 9. tomō Hieronymi ad decimumseptimum quaestum.

OCTAVVM QVAESITVM.

An Adam peccando Dei imaginem amisserit.



Vgustinus lib. 6. de Genesi ad literam. c. 27. & 28. pertractas hunc ipsum locum, *Inspiranti in faciem eius spiritulum vitæ*, scribit, Adā per peccatum perdidisse imaginem Dei in spiritu mentis impressam, secundum quam creatus est. Sententiam hanc antea Origenes scriptam relinquit, nam in tomis super tertium cap. Genes. hæc verba expendens, Cumque cognouissent se esse nudos Genes. 3. scriptum reliquit, quod homo imaginem Dei, ad quam conditus fuerat, peccando amisit Epiphanius in epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanam, reuocet hæc assertionem inter præcipuos errores Originis. Aduertendum tamen est, quod nomen imaginis Dei in sacris literis duobus modis accipitur, hoc est, secundum substantiam, & secundum similitudinem, Dei autē imago secundum substantiam nihil aliud est, quam mens naturaliter omni humanæ animæ à Deo collata, cuius privilegio cetera carent animalia, imago vero Dei secundum similitudinem est iustæ sanctæque animæ: cū Deo conformitas ex Diuina gratia, & sanctarum actionum studio comparata, de qua Diuus Ambrosius in commentarijs epistolæ ad Colos. 3. exponens illud Apostoli, Induentes nouum hominem, qui renouatur secundum imaginem eius, qui creauit eam, sic ait: Imago hæc in conuersione bonæ vitæ intelligenda est, sicut dicit ad Corinth. epistola. 1. Quemadmodum portauimus imaginē eius qui de terra est, ita & portemus imaginē illius, qui de celo est: ipse est ergo creator hominis, cuius imaginem portare nos iubet in sanctitate & bonis operibus.

Doctores scholastici de imagine Dei. 1. sent. dist. 5. & S. Thom. 1. parte. q. 93. & art. priori querit, an homo sit imago Dei. Et respondet duabus conclusionibus. Prima, homo proprie est Dei imago, quod patet ex illo Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram, & explicat quomodo homo sit Dei imago. Secunda conclusio, quamuis homo sit Dei imago, non tamen est perfecta imago Dei, nam Deus hominē in infinitum excedit quantum ad id, quod ad quaestionem hanc expectat. Potissimum quod circa eam considerandum est, id est, in quo consistat ratio imaginis Dei. Et moder-

1. Cor. 15

Imago dei in quo consistat.

ni loco citato sic explicant, nepe quod imago est substantia ab artifice facta, ad imitationem alicuius rei illi similis, in accidentibus eiusdem speciei, in eius cognitionem faciens venire. Huic Gabriel multas conditiones assignat. Prima est, quod sit substantia: & ideo accidentia non dicuntur imago. Secunda, quod fiat ab artifice ad imitationem alterius. Tertia, quod in accidentibus sit similis rei, cuius est imago. Quarta, quod imago ipsa faciat venire in notitiam rei imaginatæ. Ex conditione tertia inferit, quod imago non est representatiua totius rei, sed per illam solum venimus in notitiam accidentium illius rei, scilicet, colorum.

Ista tamen sententia minime placet, quia plures particulas superfluas assignat in definitione. Tum etiam quia aliquæ ex his, quas assignat, imaginis non conueniunt. Prima. n. conditio est, quod imago sit substantia, quam tamen conditione euidenter constat, esse nullam, notitia enim, quam ego in intellectu habeo, est imago, & tamen non est substantia, species etiā sensibiles seu intelligibiles imago vocantur: nā dicere consueuimus, quod in speculo videmus imaginem, & tamen ibi nihil aliud est, quam species obiecti, species ergo imago est: species vero est accidēs, male ergo asserit, quod imago est substantia.

Tum etiam quia Aristoteles tractatu de memoria & reminiscencia. c. 1. assignans rationem propter quid homines reminiscuntur, inquit, quod ratio est, quia imagines rei remanserunt in nostra phantasia, quod autem in phantasia remansit, non vtiq; aliud est, quam species, ergo à philosopho species vocantur imago, vnde potentia dicitur imaginatiua ab imaginibus quæ in ea sunt. Vnde dico, quod nihil tā proprie potest dici imago, sicut species, quæ procedunt ab obiecto, & sunt illi similes. In hostia etiam consecrata imago illa non est substantia, sed accidentia quæ ibi remanent, & vicem substantiæ suppleunt. Quod vero tertio dicit, oportere imaginem similem esse rei imaginatæ, ac accidentibus eiusdem speciei, hoc etiam non requiritur: Probo, quia in sacris literis legitur, quod filius dicitur imago Patris, & ad Heb. 1. vocatur figura substantiæ eius, & tamen in accidentibus nō est similis Patri: quia in verbo in quantum Deus nulla sunt accidentia. Et ad Colos. 1. appellatur imago Dei inuisibilis: & Sapientie. 7. Candor est lucis æternæ speculum sine macula & imago bonitatis illius. Ex quibus constat filium ima-

ginem esse Patris, & tamen non in accidentibus. Ratione idem probatur si enim daretur substantia aliqua alteri similis, & ad imaginem alterius formata, dato nulla accidentia haberet, imago & similitudo esset alterius, & tamen non secundum accidentia, nō ergo illud requiritur. Tum etiam quia Angelus Dei imago est, & tamen non secundum accidens aliquod, sed secundum substantiam: intellectus enim Angelicus non est accidēs ab Angelo distinctum, illa ergo particula, quod imago alteri rei in accidentibus sit similis, non est necessaria. Ex quo fit corollarium, quod Gabriel inferit esse falsum, nempe imaginem representare accidēs rei imaginatam: nam communiter dicitur, quod imago rem ipsam representat, ergo non tantum accidentia. Item quia visa imagine in cognitionem rei quam representat venimus. Verum est quod per accidentia imaginis recordamur rei cuius imago est, nam per accidentia substantiam videmus, & per imaginē rem, quam representat cognoscimus: ideo distinctio illa modernorum excludenda est, & contenti sumus duabus conditionibus, quas S. Thom. ponit. Prima, quod sit similitudo rei. Secunda, quod sit expressiua rei imaginatæ, hoc est, quod sit causata, aut genita à re cuius est imago, sicuti filius à patre, aut quod sit ab alio tanquam ab exemplari. Verbi gratia, pistor facit imaginem Cæsaris non quod sit à Cæsare causata, sed expressiua ipsius, tanquam à causa exemplari, & hoc est, quod nomen imaginis significat, quasi sit alterius imitatiua, ex quo constat falsum esse quod Gabriel inquit, scilicet, hominē nō multum proprie esse imaginem Dei, quia deficit illi tertia conditio: in accidentibus enim non est Deo similis, cum Deus accidētibus careat, & falsitas ex eo constat, quia non est, qui affirmare auderet hominē proprie non esse imaginem Dei, nam ex eo sequeretur scripturam sacram improprie loqui. Tum etiam quia sequeretur, quod ista homo est imago Dei in sensu proprio esset falsa, quod concedere absurdum est. Ideo tenendum est cum S. Thom. quod homo proprie est imago Dei. Quod vero in secunda conclusione dicit, homo nō perfecte est imago Dei absolute & simpliciter loquendo, hic modus non est nimis proprius, quia filius dicitur perfecta imago patris, & inter homines sunt aliqui filij, qui eorum parentes perfecte representant, & in communi modo loquendi sepe vere dicimus, puer hic

Gg 3 ina-

go est perfecta sui patris.

In creaturis vero irrationabilibus nõ tam proprie reperitur ratio imaginis, sicuti in homine: & ideo proprie non dicuntur imagines Dei.

Et licet Angel<sup>9</sup> simpliciter perfectior imago Dei sit, quam homo, tamen secundũ quid homo dici potest magis imago Dei, quã Angelus, probat S. Tho. loco citato art. 3. & in 4. probat quod in homine est imago Dei respectu trium personarum Trinitatis, in qua conclusione tam Patres, quã Doctores scholastici conveniunt. Et id conuincunt ex illo Genes. 2. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Aliqui tamen sentire voluerunt hominem solum esse imaginem filij, & non trium personarum, contra quos arguit Augustinus. 14. de Trinitate. c. 12 & 6. de Trinitate. c. 10. & in pluribus alijs locis, quia si homo solum est imago filij, nõ ergo debuisset scriptura dicere faciamus hominem ad imaginem nostram, factus est ergo homo ad imaginem trium personarum. Aduertendũ tamen, quod locus ille Genes. 2. dupliciter intelligi potest: vno modo ita quod proposito, ad, dicat terminum factionis, scilicet, faciamus hominem ad imaginẽ, hoc est, faciamus hominem, vt sit imago nostra: alio modo potest intelligi, vt dicat causam exemplarem, vt sensus sit, ad imaginem nostram, id est, ad exemplar nostrum: sicut artifex facit imaginem ad similitudinẽ exemplaris, quod in prospectu habet, sic tota Trinitas ad se respiciens hominem fecit ad suũ exemplar, & isto modo nomen imaginis capiẽdo supponit pro Deo, in priori vero sensu imago vsurpatur pro homine, ita vt homo sit Dei imago, & iste sensus est verior & prior: & in hoc sensu Patres & Doctores scholastici vsurpant nomen imaginis, ita vt sit sensus, faciamus hominem, vt nostra imago sit.

Dubiũ est insuper, an homine sit imago solum secundum animã rationalem, aut etiam secundum alias potentias. Sãc. Tho. art. 6. respondet, in homine esse imaginem secundam mentem, id est, in quantum homo est intellectiuus, & assignat differentiam inter vestigium & imaginem, quia vestigium solũ importat rationem effectus, imago vero amplius includit, quã effectus, habet etiam similitudinem magnam cum re cuius est imago. Scotus. 2. sent. dist. 16. q. 1. inquit, vestigium differre ab imagine in alio, nam vestigium principaliter representat aliquam par-

tem, arguitur vero ipsum totum: verbi gratia, pes animalis principaliter pedes animalis representat, secundario autem representat totum animal cuius est pes. Imago tamẽ de se primo & principaliter representat totum. Neotetici sequuntur Scotum, sed S. Tho. pro nihilo hoc facit, & merito, nam omnes Doctores vniuersim consentiunt fatentur, in omni creatura esse vestigium creatoris, & tamen non omnis creatura Deum representat: ideo differentia, quã S. Tho. affirmat, est propriissima. Aduertendum ultra Sãc. Thom. docere, quod in homine est imago Dei, quia in illo representantur processiones Diuinae, id est, quemadmodum Filius procedit a Patre per actum intellectus, ita Spiritus sanctus a Patre & Filio, tanquã amor: & ideo nexus vtriusque dicitur, similiter ergo verbum mentale intellectus humani procedit per actum intellectus, & amor media re verbo causatur ab ipsa anima, id est, mediante noticia. Pro clariori intellectu notandum, multos Thomistas sustineri, quod verbum mentale sit quãdam qualitas in nostro intellectu existens distincta ab actu intelligendi & a noticia. Sed S. Thom. rectius exponi potest sine hoc, quod qualitas ista ponatur intelligendo, verbum mentale non est se rem distinctam a noticia, siue ab actu intelligendi: sed quod sit eadem res cum noticia siue cognitione, nam S. Thom. vbilibet de verbo loquitur, solum dicit, quod verbũ est terminus intellectus, hoc est, per intellectiõnem acquiritur verbum, nihilominus tamen verbum non est res distincta ab intellectu, sicuti per generationem generatur verbum Diuinum, scilicet, Filius, ita per intellectiõnem generatur verbum: non tamẽ sequitur quod sit res distincta, verbi gratia, per calefactionem acquiritur calor, sed non conceditur, quod calor sit res aliqua a calefactione distincta, sed calefactio est via ad calorem, & est eadem res cum calore acquiritur: eodem modo dicimus per intellectiõnem produci verbum, non tamen sunt res distincte. Confirmatur quia omnes affirmant, conceptum esse qualitatem mentis, sed nullũ vnquam dixit, quod intellectus sit res distincta ab illa qualitate, sic in proposito: sed dato quod verbum & actus intelligendi nõ sunt res distincte formaliter, tamen nõ affirmantur de se inuicem, quia ista est in propria, actus intellectus est verbum mentale, & tamen per actum intellectus acquiritur verbum, sicut ista est impropria, calefactio est calor,

calor, sed per calefactionem acquiritur calor.

Dubium tamen est, an imago Dei sit in homine secundum actus animæ, an ratione potentiarum. Sãc. Thom. tenet articulo. 7. imaginem Trinitatis primo & principaliter esse in homine secundum actus animæ, secundario tamen & radicaliter secundum eius potentias. Scotus. 2. dist. 16. q. 3. tenet, quod imago Trinitatis est in homine solum propter actus animæ, & non secundum potentias, probat, quia inter potentias non est processio, neque emanatio, quia volũtas nõ est memoria, neque e contra, neque potẽtia intellectiua est memoria, neque memoria potẽtia intellectus: si ergo inter potentias nõ est emanatio, non ergo in homine est imago Trinitatis secundum potentias, sed tantum secundum actus, nam actus intellectus a sola anima procedit, & sit, actus vero voluntatis ab anima cũ noticia, quia nihil volitum quin præcognitum. Et hanc sententiam sequuntur moderni, & Gabriel affirmat di. 3. q. 3. S. Thom. dixisse vnum, quod sustineri non potest, nempe quod imago est in homine secundum potentias, quod dici non potest, & ipse id finxit ex suo capite: dicimus tamen quod S. Thom. in hoc est tenendus, nempe quod principaliter & primario imago Trinitatis est secundum actus animæ, secundario secundum potentias. Et primo, quod sit in anima secundum actus, probat ex Augustino. 14. de Trinitate. c. 8. vbi inquit, homo est imago Dei, quia particeps eius esse potest: arguitur sic, homo participat Deũ per hoc quod videt Deum, & fruatur eo, videt autem eum, & eo fruatur per actum intellectus & voluntatis, ergo. Idem 9. de Trinitate ait, quod in homine est imago Dei secundum mentẽ intellectiõnem, & amorẽ, sed in intellectu & amor sunt actus, intellectus & voluntatis, ergo de mente Augustini, secundum actus est in homine imago Trinitatis. Quod vero sit in eo imago Dei secundum potentias, probat ex eodem Augustino. 14. de Trinitate. c. 12. vbi inquit, quod in homine est imago Trinitatis secundum memoriam, intellectum & voluntatem. Et 12. de Trinitate. cap. 10. hoc idem ait, opinio ergo S. Tho. est de mente Augustini. Hoc tũ vnũ verissimum est, quod imago Trinitatis fundamentaliter & radicaliter est in homine secundum potẽtias, hoc est, quod ipse potẽtias sunt fundamentum actuum, inter quos actus est emanatio, & ordo: licet inter potentias ipsas nõ sit vlla pro-

cessio & emanatio: & ideo potẽtias sunt fundamentum, & radix emanationum.

Duraudus. 1. dist. 3. q. 1. inquit, quod imago Trinitatis est in anima secundum has tres potentias, memoriam, intellectum, & voluntatem: & q. 3. id explicata afferens, istas potẽtias habere actus subordinatos, nam ex memoria sit actus intellectus, hoc est, intellectus cum speciebus quod est memoria secundum, ita ipse vocat, alij, quod est intellectus agens, sed male, deinde est actus intellectus, scilicet, intelligentia, quæ causatur ab illa memoria secundum, & representat emanationem filij a Patre. Vnde Pater ab eo vocatur memoria secundum. Scotusque autem dicunt, in actu primo, scilicet, quando intellectus habet species, ex isto intellectu cũ speciebus emanare notitiam: vnde amor sit mediante intelligentia, & ita Spiritus sanctus a Patre & Filio procedit. Quod autem ista non sit perfecta similitudo Dei, ex eo constat, quia in Diuinis tres personæ sunt vnica essentia: & tamen secundum S. Tho. & Reales tres potentia non sunt vnica anima, sed inter se realiter distinguuntur, secundum tamen Nominales, tres potentia non sunt distinctæ, sed sunt ipsa anima: in Diuinis autem tres personæ sunt distinctæ, ergo non est perfecta similitudo.

Ad dubia eodem modo dicendum est de actibus, quod illi actus nõ sunt ipsamet anima, ideo neque est similitudo perfecta, fat tamen est ad saluandam rationem similitudinis, quod actus & potẽtiæ animæ sunt ipsamet anima: & ideo similitudinem aliquam cum Trinitate habemus, nam imago Trinitatis in anima est secundum actus potentiarum, nam secundum illos Deum amamus, & in Deum tendimus, & iudiciorum eius reminiscimur.

Sed quaeret quis, cũ Genes. 2. habeatur, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, an similitudo sit distincta ab imagine. Responderet affirmatiue plus enim connotat similitudo, quam imago, nam anima similitudo Dei dicitur secundum essentiam, & secundum actus, nempe secundum virtutes, & dona gratuita quæ a Deo accipit. Vnde sensus loci huius est, Faciamus hominem ad imaginem nostram propter naturalia, & ad similitudinem nostram propter gratuita. Expositio hæc est Damasceni, & communis Patrum sanctorum.

Pro Augustino respondemus, quod licet affirmauerit, Adam per peccatum perdidit se

se imaginem Dei, secundum quā creatus est, hoc (amen) ipsum retraxit lib. 2. retracta. c. 24. iniquis, hanc sententiam non sic accipiendā esse, tanquā in eo nulla imago Dei remanserit, sed quod tam deformis remāsit, vt reformatione opus habuerit.

NONVM QVAESITVM

An vlli naturæ aliena peccata nocent.



Augustinus lib. 2. de Genesi allegorice. c. 9. sensum huius loci, *inimicus est pater mater & materem*, Gen. 3. elucidās, inquit, nulli naturæ nocere peccata nisi suā, quod dogma Pelagiano, cum sapere videtur, nam docent, aliena peccata paruulis nocere nō potuisse.

Doctores scholastici de hac re. 2. sen. dist. 33. S. Thom. 1. 2. q. 81. art. 2. quo querit, an alia peccata proximorum parentum deriuentur in filios, & respondet conclusionē negatiuā, cuius ratio est, quia homo generat idē sibi in specie, non autem secundum indiuiduum: & ideo ea quæ directe pertinent ad indiuiduum non traducuntur à parentibus in filios, nō enim grammaticus tradit in filium scientiam grammaticæ, quā proprio studio acquisiuit: ea tamen quæ pertinent ad naturam peccati traducuntur à patre in filium, nisi sit defectus naturæ, nam si natura deficiat, licet pater sit oculatus, filius aliquādo nascitur monoculus, & si natura sit fortis, aliqua accidentia indiuidua propagantur in filios, sicut velocitas corporis, bonitas ingenij, & alia huiusmodi: ad naturam autem potest aliquid pertinere secundum seipsam, scilicet, quod causatur ex principijs eius, & aliquid ex dono gratiæ, & hoc modo iustitia originalis collata fuit primis parentibus: quod donū per primum peccatum amisit, vnde sicut illa originalis iustitia traducta fuisset in posteros simul cum natura: ita etiā inordinatio opposita: sed alia peccata actualia vel primi parentis, vel aliorum, non corrumpunt naturam quantum ad id, quod natura est, sed solum quantum ad id, quod personæ est, id est, pronitatem ad malum: vnde alia peccata non traducuntur.

Pro intelligentia conclusionis S. Tho. ad-

uertendum, quod peccatum traduci, non est aliud, quā quod natura per delictum illud inficiatur, & per naturam suppositum maculetur, & id solum per peccatum naturam inficit, quod tollit & priuat illo, quod ad naturā pertinet: & quia iustitia originalis donum erat totius naturæ, infecta per peccatum naturæ, suppositum manit infectum.

Circa hanc doctrinam est dubium, videtur enim quod etiam si Adam nō peccasset, peccata traducerentur in posteros. Pro expeditione dubij est notanda doctrina Doctorum. 2. dist. 20. & Sancti Thom. 1. parte. q. 100. qui querunt, an si Adam non peccasset, filij eius delinquere potuissent. Doctores aliqui asserunt, quod non potuissent peccare, quia confirmarentur in gratia. Sed hoc rationi nō consentat. Primo, quia id ex scriptura nō habetur. Tum etiam, quia si primi parentes peccare potuerunt, quare non descendentes ab illis: hoc ergo supposito, nō est, quod filij Adam & eius successores peccare potuerūt, est dubium, an si aliquis eorum peccasset, an descendentes ab illo originale contraxissent?

Et pars affirmatiua suadetur, quia si Cain peccasset, eius delictum in illius posteritatem trāsisset, quod ex eo probatur, quia per hoc quod Adam peccauit, lex & pactū, quod Deus cum illo pepigit, non fuit reuocatum. Et si quis dicat, legem illam reuocatā fuisse, assignet locum vbi fuit reuocata: quod si nō dabitur, non ergo fuit lex reuocata, non ergo solum peccatum Adæ, sed etiam parentum in posteros traducuntur. Confirmatur, nam tota posteritas Cam fuit in Cain, sicut posteritas Adæ in Adam: si ergo peccatum Adæ fuit traductum in posteritatem, ergo & peccatum Cain. Ad dubium hoc respondeo, quod etiam si Cain peccasset, eius peccatum in posteritatem ipsius non traduceretur, & ad argumentum dico, per peccatum Adæ legem illam fuisse ablatam, lex enim & pactum solum fuit inter Deum & Adam, nēpe si in gratia perseverauerit, etiam filij tui erunt mihi grati, quod si deliqueris, in peccato concipietur, & quia pater carnalis potestatem non habet, vt gratiam in filios traducat, ita neque peccatum: & ideo lex per peccatum est ablata, sicut si Adam non peccasset, gratiam & iustitiam originalem in filios traduceret, & eius posteritas libera manisset à culpa, quātumcumq; Cain, siue quicumque alius ab Adam descendens peccaret, & talis puniretur, & à paradiso excluderetur, sed non eius successores. Ex his palā fit, pro quo

Dubium

Dubium secundum.

An liceat filios propter peccata parentū punire.

quo supponat originale, quando dicimus, quod traducitur in posteros, ipsum enim peccatum Adæ est, quod traducitur: ipsum enim idem peccatum Adæ, quod in ipso fuit actuale, in nobis est originale, & traducitur in nobis. Vnde optima: expositio est illius loci Pauli ad Rom. 5. Per peccatum mors intrauit in mundum, &c. in quo omnes peccauerunt, &c. in quo nempe peccato, quia eodem peccato, quo Adam peccauit, & nos in illo peccauimus: in ipso fuit actuale, in nobis originale. Dubium aliud est, an aliquis puniatur pro peccato alteri. Ad quod respondet S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 8. sequentibus conclusionibus. Prima, poena satisfactoria vnus potest pro alio puniri, si vnus potest pro alio satisfacere. Hæc constat, quia in libertate mea est ieiunium, ad quod ius habeo, vel elemosynam alteri applicare, siue sit amicus, siue inimicus. Secunda conclusio, sumendo poenam proprie, nanquā vnus puniatur pro peccato alterius, nō solum à Deo, sed etiam ab homine. Quarta conclusio, poena spiritali, qua vnus peccatum per alterum puniri potest, non puniatur vnus pro peccato alterius: ratio est, quia peccatum proprie non est medicina: & ideo ista poena non puniatur aliquis pro alterius peccato.

Circa hanc doctrinam est difficultas, quomodo intelligitur conclusio tertia. S. Thom. an liceat secundum leges humanas filios punire propter peccata parentum, vel subditos propter peccatum principis, vti si provinciam alterius regis tyrannide vsurpauit. Et videtur pars affirmatiua vera, quia de facto, vt experitur, ita fit, & apparet, quod aliter vi fieri possit, & augetur dubium, querimus enim an tales leges licite sint, nempe pater fuit rebellis, vel coniurator contra principem, an liceat iuribus & bonis paternis illum punire. Et idem est de filijs hæreticorum, quorum bona applicata sunt fisco, & filij ab ab omni functione, & officio publico priuatur, & maxime si filius conatus est patrem à delicto reuocare, videtur enim contra equitatem naturalem esse, quod filij in bonis puniatur. Respondeo ad hoc, quod duplex est poena: quæ dā est ab alio inflicta, quæ est vera poena: alia vero est contracta, poena inflicta sunt flagella, contracta autem, vt suspensio, vel irregularitas, quæ ex facto ipso contra-

hitur. Hoc supposito certum & notum est, quod vnus potest pro peccato alterius puniri, quia filij hæreticorum huiusmodi poenam contrahunt, nempe, quod bonis paternis priuentur, & officio publico non possint fungi, nam tales in re bonis suis non priuatur, quia non bonis matris, quæ innocens fuit, sed bonis patris quia reus fuit, & ideo tali poena inflite, secundum quod habet rationem medicinæ (ordinatur enim ad bonū reipublicæ propter maius bonum) puniuntur.

De poena vero inflicta, scilicet, quod pedibus vel manibus quis seipsum mutilat, quæ est proprie loquendo poena tyrannica, & à tyrāno inflicta: de hac dico, apud fideles huiusmodi poenam nunquam alicui esse inflictam, & si forte apud gentes est, iniuste & iniuriam est. Ratio est, quia super ea quæ expectant ad conseruationem vitæ, vel ordinatur ad ipsam vitam, nullus potest alteri punire in eo, in quo is qui puniatur non habet ius, supra manus autem, vel pedes non est qui ius habeat: vt sibi liceat ea imputare, neque pater habet ius in vitam filiorū: & ideo filios punire non potest in his, quæ ad conseruationem vitæ ordinantur, secus est, si reus non ad hoc quod agat, sed ad hoc quod patiatur damnatur, quia tunc patientur poenas iuris subire tenetur.


Ad id vero quod queritur est, an subditis innocentibus liceat poenas infligere: respo-deo, id nullo modo licere, & si in bello contingit innocentes occidi, ideo est, quia nocentes presuntur. Sancti Thom. in solutione ad primū exponit illud Exodi. 20. Ego sum Deus, zelotes, visitans iniquitatem patrū in filios in tertiam & quartam generationē, his qui oderunt me: & Math. 23, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram: & inquit, vt nunquam dictum referendum esse ad poenas temporales, vel corporales, in quantum filij sunt quedam res parentum, & successores prædecessorum: vel si referantur ad poenas spirituales, dicitur, propter imitationem culpæ parentum: ideo in Exodo additur, his qui oderunt me: & in Math. vos implete mensuram patrum vestrorum, dicit autem peccata parentum in filijs puniri, quia filij in peccatis parentum nutriti promptiores sunt ad peccandum, tū propter consuetudinem, tū propter exemplum patrum: sunt etiam maiori poena digni si videntes poenas parentū non corriguntur: addit in tertiam & quartam generationē, quia tātum consueuerunt homines viuere,

& sic de mutuo videre possunt: & filij peccata parentum ad imitandum: & patres penas filiorum ad dolendum, videtur tamen quod in hoc S. Tho. contradicit sibi, quia si Deus filios pro patribus in bonis temporalibus punire, licet ergo exemplo Dei & principibus, filios pro patribus in bonis temporalibus punire. Respondemus non licere nobis omnia opera Dei imitari, Sauli enim non licuisset iure belli paruos & mulieres occidere, nisi peculiare preceptum Dei ad id habuisset, neque Abraham licitum esset Isaac occidere, nisi sibi à Deo preceptum esset.

Pro Augustino respondeo, quod quoad dicitur, nulli nature nocere peccata nisi sua, cōsiderari id posse trahi ad dogma Pelagiano, in mentem suam exposuit lib. 1. retractatio. c. 10. inquit, se velle intelligi de adultis iustis, quoniam iusto qui nocet, non vere ei nocet, quandoquidem ei mercedem auget in caelis, sibi autem peccado vere nocet, quia propter ipsam voluntatem nocendi recipit id, quod nocet.

DECIMUM QUAE-SITVM.

An virtutibus posset quis male vti.

ugustinus de libero arbitrio lib. 2. cap. 17. iuxta quaestionem hanc, an inter bona numeranda sit libera voluntas, asserere videtur, quod virtutibus nemo male vitur, inquit enim, Interis enim iustitiam, qua nemo male vitur, haec inter summa bona quae in ipso sunt homine numerantur, omnesque virtutes animae, quibus ipsa recta via & honesta constat, nam neque prudentia, neque fortitudine, neque temperantia male quis vitur, in his enim omnibus, sicut etiam ipsa, quam tu com memorasti iustitia, recta ratio viget, sine qua virtutes esse non possunt, recta autem ratio ne male vti nemo potest, ista ergo magna bona sunt, magnis vero bonis male nemo vitur, sed meminisse te oportet non solum magna, sed etiam minima bona non esse posse, nisi ab illo à quo sunt omnia bona, hoc est, Deo, virtutes igitur quibus recte vitur magna bona sunt: species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte viuere potest minima bona sunt: potentiae vero animae, sine

quibus recte viuere potest media bona sunt, virtutibus nemo male vitur, ceteris autem bonis, id est, medijs & minimis, non solum bene, sed etiam male quisque vti potest.

Doctores scholastici. 1. sen. alij dist. 26. alij vero dist. 27. & alij de habitibus. 3. dist. 23. S. Thom. 1. 2. q. 55. & artic. 4. quo quaerit, utrum virtus conuenienter diffiniatur, & responderet conclusione affirmatiua, qua asserit diffinitionem Augustini. 2. de libero arbitrio esse bonam; qua inquit, quod virtus est bona qualitas mentis, qua recte vitur, & qua nullus male vitur quam Deus in nobis sine nobis operatur: qualitas enim ponitur loco generis, & bona loco differentiae, licet rectius diceretur, quod genus proximum est habitus bonus, nam vt Aristot. qualitas, inquit, est generalissimum, dicitur mentis, ad exprimendum subiectum virtutis humanae, virtus enim humana non est nisi in potentia rationali qua recte vitur, distinguit virtutem ab habitibus, qui natura sua sunt mali, sicuti intemperantia, sed qua nullus male vitur, distinguit virtutem ab habitibus, qui possunt esse boni & mali, sicut opinio, quae secundum Aristot. 6. Ethic. non est virtus, quia est indifferens ad verum & falsum: virtus vero ita debet esse bonus habitus, quod nullo modo possit ad malum inclinare: vltima particula, quam Deus in nobis sine nobis operatur, ponitur propter virtutes infusas, nam Augustinus illic de illis loquebatur: & illa particula dempta diffinitio generaliter conuenit omni virtuti.

Dubium est quare Sanct. Thom. vsus est diffinitione Augustini, & non diffinitione Aristot. 2. Ethic. lectione. 7. vbi virtutem diffinit, quod est habitus electiuus in medioeritate consistens quoad nos determinata ratione, prout sapiens determinauerit, & omnes diffinitione hac virtutem in materia enim morali diffinitiones ex Aristotele sumendae sunt. Dicimus tamen ad hoc quod S. Tho. ordinatissime procedit, prius enim tractat de virtute in communi, & postea distinguit in intellectualem, & moralem: & ideo voluit prius tradere diffinitionem virtutis in communi tam moralis, quam intellectuales, nā diffinitio Aristotelis solum est de virtute morali, pura habitus electiuus consistens in medioeritate: diffinitio vero Augustini generaliter virtuti morali & intellectuali conuenit.

Argumenta Sanct. Thom. quia amplius explicant rationem, & diffinitionem virtutis,

ris, ideo noranda sunt. Primum est, quod virtus non sit bona qualitas, nam & ipsa bonitas, qua homo est bonus, & abstractum non praedicatur de seipso in concreto, sicut albedo nō est alba, neque calor calidus, ergo neque virtus est bona, responderet, quod in tractatibus abstracta praedicatur de seipsis in concreto, quia bonitas non potest intelligi nisi sub ratione entis; & ideo sicut bonitas est ens, etiam bonum, quod conuertitur cum ente, eodem modo est entitas, sed non ita est in particularibus formis, albedo enim non est alba: & ideo bonitas moralis, quia non est transcendens, vt inquit in solutione ad secundum, non est bona, quasi habes bonitatem, sed qua illa aliud est, & efficit bonum.

Quantum argumentum est, rectum, male ponitur in diffinitione, vbi dicitur qua recte vitur, quia rectum & eguale facere est proprium iustitiae, non ergo conuenit omni virtuti. Respondet, quod rectum in operationibus exterioribus, quae sunt inter nos, hoc iustitia efficit, sed rectum actionis in ordine ad rationem, vel in ordine ad legem Dei, est commune omni virtuti.

Dubium est circa solutionem ad quintum iuxta particulam illam, nempe quod virtus est, qua nullus male vitur, videtur enim quod aliquis male vitur virtute, sicuti pharisaeus in Euangelio, qui de virtute superbiens aiebat, Ieiuno bis in sabatho, decimas decimum quo possideo, &c. Respondet S. Thom. quod male vti virtute stat dupliciter: vno modo tanquam obiecto, vt cū quis odio habet illam, vel superbit de illa, & isto modo potest quis male vti virtute, quia malitia illius actus tunc non est à virtute, sed ex vicio illius: alio modo potest intelligi, quod quis male vitur virtute tanquam principio elicito, hoc est malum actum elicendo ex virtute: & isto modo inquit, quod nullus potest male vti virtute, quia tunc virtus esset causa mali actus.


Sed contra hoc arguitur, videtur enim, quod virtute, tanquam principio elicito, potest male vti. In primis de virtute intellectuali, potest enim architectus imaginem pingere propter auaritiam, vel ad diridendum hominem, cuius est imago. Secundo in virtutibus moralibus sicuti concubinarijs, vel qui in peccatis est obstinatus eleemosynam propter inanem gloriam largitur. Et idē est de Theologice, si de enim iustus in formi tamē, potest quis male vti, manet enim cum mor-

tali. Ad hoc dico primo, quod forsitan sustine-ri posset, quod actus elicitus à virtute sit malus, non in quantum à virtute elicitor, sed in quantum elicitor ab alio habitu virtutis. Secundo dico & verius & probabilius, quod nullus actus elicitus à virtute morali potest esse malus moraliter: & ita Sanct. Tho. generaliter inquit, quod non possumus male vti habitu virtutis. Et ad argumentum de virtute intellectuali, concedimus, quod potest quis illa virtute male vti, non tamen elicitive, sed tantum obiectiue: habitu enim vitioso virtute intellectuali male vitur, sicuti optimus actus cytharizantis potest esse malus moraliter, nepe ad puellas fatuas ad tuum amorem alliciendum. De virtute vero morali dico, quod si actus sit malus quomodocunque sit, nō elicitor à virtute morali, nam si ego primo dem eleemosynam propter bonum virtutis, actus ille est à misericordia elicitus: si vero in gloriam inanem ordinem, non elicitor à misericordia, si idem actus numero, quia ante licitus erat, prohiberetur, non est amplius à virtute, quia virtus solum habet inclinare secundum rationem: eodem modo si quis operaretur ex ignorantia vincibilis, actus ille non esset à virtute, quia virtus regulariter nō operatur nisi à prudentia, & si ignorantia est vincibilis, deficit à prudentia.

Pro S. Augustino respondeatur, quod eius assertio simpliciter & absolute est omnium Theologorum, qui generaliter & in communi affirmant, quod virtutibus non possumus male vti, quia omnes intelligunt, tanquam principio elicito, & si malus actus est, à virtute morali non elicitor, obiectiue vero & de peccatis si quis habitu vitioso vitur, ne dum virtutibus, sed rebus factis & diuinis, potest quis male vti.

VNDECIMUM QUAE-SITVM.

An peccatum quia nihil est sciri non possit.

ugustinus lib. 2. de libero arbitrio cap. vltimo asserere videtur, motum in peccatum sciri nō posse à quo sit, cū peccatum ipsum nihil sit. Sic enim scripsit, sed ut fortasse questus es, quoniam mouetur voluntas cū in se auertit ab incommutabili bono ad commutabile

fabile bonum, vnde ei iste motus existat, qui profecto malus est, tamen si voluntas libera, quia sine illa neque recte viui potest, in bonis numeranda sit: si enim motus iste, id est, auctio voluntatis à Domino Deo sine dubitatione peccatum est, non possumus auctorem peccati Deum dicere, non erit ergo iste motus ex Deo, vnde igitur erit? Ita quaerenti tibi si respondeam, nescire me, fortasse eris tristior, sed tamen vera respondeo: sciri enim non potest quod nihil est, tu tamen pietatem in cœcâlam tene, vt nullum tibi bonum vel sentienti, vel intelligenti, vel quoquo modo cogitanti, occurrat, q̄ nō sit ex Deo, omnem quippe rem, vbi mēsuram, & numerum & ordinem videris, Deo artifi ei tribuere ne cuncteris.

Doctō es scholastici de hac quæstione sententiarum. 2. dist. 37. S. Thom. 1. 2. q. 79. art. 1. quaerit, an Deus sit causa peccati: & respondet, quod homo dupliciter potest esse causa peccati sui & alieni: vno modo directe, quia peccat: alio modo indirecte, quia non impedit, cum possit impedire. Hoc supposito responderet duabus conclusionibus. Prima, Deus non est causa peccati directe, quia peccare non potest. Secunda cōclusio, Deus neque indirecte est causa peccati, nō quia non permittit peccata, sed quia propter malum bonum ea permittit, non ergo imputantur ei. Et art. 2. quaerit, an Deus sit causa peccati actus, & respondet affirmatiue. Quæstio hæc est in scholis sæpius exagitata, & semper in disputationem redit, quia semper scrupulus manet, quomodo stet quod Deus sit causa illius qualitatē, quæ est odiū Dei: in quantum enim est causa est actio quædam, & quodam eius, & quod sit causa actionis illius entitatē, & qualitatis, & tamen non sit causa peccati, est materia hæc cuius plus scitur, quam explicari queat. Et quod hæc stare non possint, probatur primo, quia quidquid est causa alterius rei, est etiam causa illius, quod per se sequitur ad illud, sed Deus est causa illius entitatē, ad quam de per se sequitur, quod sit deformitas rationis, ergo maior patet de igne, qui est causa caloris in aqua, ad quam sequitur priuatio frigiditatis, & sic ignis est causa ablationis frigiditatis. Quod si quis dicat quod non sequitur, quod Deus est causa peccati, quia Deus solum intendit entitatem illam positiuam producere, non tamen priuationem rationis, id enim de per accidens sequitur. Contra hoc tamen arguitur, quia homo eo est causa peccati,

quia per se intendit delectationem in obiectione, ad quod de per accidens priuatio illa rationis sequitur: nemo enim respiciens ad malum operatur, eodem autem modo Deus vult illud quod est ens, eodem ergo modo erit causa peccati sicut homo.

De hac quæstione fuerunt diuersæ sententia Doctōrum, Durandus. 2. sent. dist. 37. q. 1. tenet opinionem singularem in hac materia, nempe quod Deus non est causa peccati, quia peccatū nihil est, & autoritate Augustini, qui inquit Deo autore nullus sit deterior, & eius sententia stat in his propositionibus. Prima, Deus est causa actionis, quæ est peccatum, patet quia actio illa est entitas. Secunda, Deus nō est causa propinqua & immediata illius actionis, & actus, probat & simul declarat ait enim, quod est differentia inter actus qui procedunt à libero arbitrio, & inter actus qui ab alijs causis naturalibus pululant: nam actus qui procedunt à libero arbitrio sunt ita liberi, quod per hoc quod voluntas à Deo conseruatur sine alio nouo concursu potest agere, & nō agere, ita quod de lege communi non est opus nouo concursu Dei, non tamen negat, quin Deus ad merendum aliquando concursu specialiter concurrat, non solum liberum arbitrium cōseruando, sed hominem ad contritionem de peccatis mouendo. Ex hac secunda conclusione infertur tertiam, nempe, quod Deus non est causa peccati, neque imputatur ei quod homo peccet, probat, quia Deus reliquit hominem in manu consilij sui, & licet moueat illum ad bene vel male agendum, nō est causa proxima illius actus, probat quia cū malitia illius actus non possit separari à substantia actus, ergo neque defectus malitiæ, & Deo imputaretur. Confirmat quaerendo, an aliquid fieri possit præter voluntatem Diuinā, & distinguit sicut Doctōres, puta alia est voluntas antecedens, alia est beneplaciti, prima est signi, secunda est consequens: & ponit istam conclusionem. Præter voluntatem signi potest aliquid fieri, contra voluntatem vero placiti nihil sit: vbi gratia, Petrus adulteratur, Deus non habet volitionem illā, volo quod Petrus adulteretur, & non solum in malis, sed neque etiam in bonis. Deus nō habet volitionem hanc, volo quod Petrus de hac elemosynam, volo quod bene, & moraliter, & charitatiue operetur: hoc enim nō est necessarium, sed ita est, quod voluntatem Petri conseruet. Et confirmatur, quod non possit Deus velle, quod Petrus delinquat, quia

quia nihil agit nisi iudicando, sed nō potest iudicare quod delictum sit bonum, ergo ne que potest velle.

Hæc opinio est mirabilis, & parum ab errore distat, impugnat eā Scotus. 2. di. 37. q. vni ca, & eodem loco moderni omnes viginti sunt argumentis. Primo, quia sequitur quod Deus non esset omnipotens, patet, quia ideo omnipotens dicitur, quia ad omnia opera concurrat, & ea producat: secundum autem opinionem istam datur opus aliquod, quod nō producit, quinimo neque producere potest, nepe odiū Dei. Secundo, quia eadem ratione Deus si actus terræ, & alios homines nō produceret, nisi solum primos: probatur, quia tanta potestas erat in eis ad producendum alios, sicut in voluntate Dei ad producendum primos actus, hoc autem est falsum, neque ipse Durandus cōcedet. Vnde Augustinus. 5. super Genesim ad literam inquit, quod asserere quod Deus ad productionem omnium, quæ vniuerso fiunt, non cōcurrit, non solum est falsum, sed scripturæ sacræ contrarium. Tertio arguit Scotus, quia sequeretur quod Deus non esset cōscius futurorum: scit enim omnia, quia ipse est ea facturus, non autem est, vt Durandus ait, actus entitatis peccatorum facturus, quia subtrahit concursum, nō ergo habemus argumentum ad probandū, quod Deus scit futura. Quarto, quia sequitur, quod Deus non possit annihilare actum voluntatis in mente voluntate, quia si posset, esset concursum subtrahendo, hoc autem non: quia concursus Dei non indiget ad illum conseruandum: neque per actus cōtrarios, quia tales actus contrarij non sunt, non ergo poterit annihilare. Quinto, quia Deus eadem ratione non esset causa æterni meritatorij, sic enim neque actum peccatoris. Vltimo, quia Augustinus super Genesim ad literam expresse affirmat, quod semper Deus cōcurrit cū actibus humanis, & addit ibidem, quod asserere, quod Deus nō est causa fructuum arborum in producendo & cōseruando illos, est falsum, multo ergo fortius in hominibus id asserere esset erroneum: indiget enim homo in actibus suis, quod moueatur à Deo, & quod Deus cū illo cōcurrat. Et cōtra Durandum, & in eius damnatione aduertendum, quod collectio ista nihil valet: Deus immediate cōcurrit ad peccatum, ergo peccati instantij sunt: Deus cōcurrit immediate cum igne ad calefaciendum, ergo Deus calefacit: similiter Deus concurrat immediate cum sole ad illuminandum, ergo Deus illuminat, quæ sunt impropria,

quia Deus non dicitur calefacere, sed ignis, neque illuminare, sed sol: sic in presenti licet concursu vniuersali, & permissiue concurrat cum peccatore Deus, nō dicitur peccare, sed causa secunda deficiens. Vide supra reliqua quæstione. 2. secundo tomo Chrysostomi ad secundum quæsitum.

DVODECIMVM QVAESITVM.

An Eua secundum locum fuerit in paradiso, & an talis locus sit.



Augustinus de Genesi contra Manicheos lib. 2. exponens qualiter serpens callidior fuit omnibus bestijs, asserere videtur, quod Eua secundum locum non fuit in paradiso, sed tantum secundum beatitudinis affectum, & an talis locus paradisi sit, dubitare videtur: sic enim habet, quod enim dicitur, serpens sapientior erat omnibus bestijs, figurate innotuit eius versutia, non autem dictum est, quod in paradiso erat serpens, sed erat serpens inter bestias, quas Deus fecit, paradisi namque beatam vitam significat in qua iam non erat serpens, quia iam diabolus erat, & ex sua beatitudine ceciderat, quia in veritate non exiit, neque mirandum est, quomodo mulieri loqui potuerit, cum illa esset in paradiso, & ille non esset: nec enim aut illa secundum locum erat in paradiso, sed potius secundum beatitudinis effectum: aut enim si locus est talis, qui paradisi vocetur, in quo corporaliter Adam & mulier habitant, etiam diabolus accessum corporaliter intelligere debemus? Non vti que, sed spiritaliter, sicut Apostolus dicit, Secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filijs dissidentia.

Pro B. Augustino respondetur, quod de Genesi ad literam lib. 3. c. 1. sufficienter mentē suā explicuit, ait enim, Nō ignoro de paradiso multos multa dixisse, tres tamen de hac re quasi generales sunt sententia: vna eorum qui statim modo corporaliter paradisi intellegi uoluntalia eorum qui spiritaliter tantum: tertia eorum qui vtroque modo paradisi accipiunt. Breuiter ergo vt dicam, tertiam nihil fateor.

placere sententiam, secundum hanc suscepi nunc loqui de paradiso, ut homo factus est in paradiso corporali collocatus intelligatur. Et infra, ita & paradisi in quo cum (scilicet Adam) collocavit Deus, nihil aliud quam locus quidam intelligatur, terra scilicet, ubi habitaret homo terrenus, loco autem de Genesi contra Manicheos locutus est non secundum sententiam propriam, sed

aliorum, qui ea quae Moses de paradiso scripsit, spiritualiter accipiunt: & ideo quibusdam locis corporaliter, & ad litteram ea quae de paradiso scripta sunt interpretantur: alijs vero locis, ut incitato, solum spiritualiter, & quia de quaestione hac supra disputavimus haec sufficienter. Vide tertio tomo Hieronymi ad secundum quaestum, & in Beati Ambrosii ad primum quaestum.

## ADVERTENTIAE IN secundum tomum.

- 1 **A**N, Deus sit homini permixtus.
- 2 *Anima vnde originem habuerit.*
- 3 *An legalia morte Christi cessauerint.*
- 4 *An ista sit concedenda, Christus est creatura.*
- 5 *An sinus Abrahae credendus sit pars aliqua inferiorum.*
- 6 *An Eucharistia infantibus necessaria.*
- 7 *An Deus, sicuti est, ab Angelis videatur.*
- 8 *An Angeli sint animantia aetherea.*
- 9 *An imago Dei colenda.*
- 10 *An sola causa filiorum procreandorum nuptias excuset.*
- 11 *An liceat hereticos poena mortis punire.*
- 12 *An ante fidem & sine fide opera aliqua bona sint existimanda.*
- 13 *An Corpus Domini nunc sanguinem habeat.*
- 14 *An anima Hieronymi in morte apparuerit Augustino.*
- 15 *An anima rationalis sit ex traduce.*

### PRIMUM QVAESITVM.

An Deus sit homini permixtus.



**A**VGVSTINVS Bussilano epistola. 3. asserere videtur propositionem hanc, Deus homini est permixtus: sic enim habet, Hoc enim crevit tempore quod cepit ex tempore. Verbum autem in principio per quod facta sunt tempora tempus elegit quo tempore susciperet carnem, non tempore cessit, ut ver-

teretur in carnem, homo quippe Deo cessit, non Deus a se recessit: sic autem quidam reddi sibi rationem flagitant, quomodo homini Deus sit permixtus, ut vna fieri persona Christi, cum hoc semel fieri oportuerit, quasi rationem ipsi reddant de re, quae quotidie fit, quomodo miscetur anima corpori, ut vna fiat persona hominis: nam sicut in unitate personae anima unitur corpori ut homo sit: ita in unitate personae Deus unitur homini ut corpus sit, in illa ergo persona mixtura est animae & corporis, in hac persona mixtura est Dei & hominis: & concludit, ergo persona hominis mixtura est animae & corporis, persona autem Christi mixtura est Dei & hominis.

Do-

Doctores scholastici disputant quaestio- nem hanc. 3. sentent. dist. 7. Sanct. Thom. 3. parte, quaestione. 16. & artic. 6. quaerit, an haec sit vera: Deus factus est homo, & respondet conclusio affirmatiua, quae est de fide tenenda, ut constat ex illo Ioann. 1. Verbum caro factum est. Contra hanc tamen sententiam & conclusionem arguitur, quoniam fieri hominem est simpliciter fieri, quia est fieri substantiam, & fieri substantiam est simpliciter fieri: filius autem Dei non potest simpliciter fieri, ergo filius Dei non est factus homo. Ad hoc respondet Sanct. Thom. ad primum, distinguendo antecedens, nam in his in quibus natura humana est in proprio supposito, antecedens est verum, nempe, quod fieri hominem est simpliciter fieri: in his vero, in quibus natura humana non est tanquam in proprio supposito, id fallit, & verum non est. Sed arguitur secundo, fieri hominem est mutari, Deus autem mutari non potest Malachiae. 3. Ego Deus, & non mutor: ergo Filius Dei non est factus homo per mutationem sui. Respondetur primo ad hoc, quod Deus factus est homo, non per mutationem sui, sed humanitatis. Secundo dico, quod Deus est mutatus non in quantum Deus, sed in quantum homo, quia istae sunt vere & propriae, Deus est genitus, conceptus, natus, & passus, &c. quae omnia ex parte humanitatis se tenent, non vero ex parte Deitatis. Tertio respondemus cum Sanct. Thom. ad tertium, pro cuius declaratione notandum, discernimen esse inter praedicata absoluta & relatiua, vel quae relationem praesupponunt, nam praedicata absoluta nequeunt incipere de aliquo praedicari sine eius mutatione, nam si hoc praedicatum, albu, incipit de Sorte dici, Sortes re vera mutatur: at vero praedicata relatiua, vel quae relationem praesupponunt, possunt incipere de aliquo praedicari sine mutatione eius, ut hoc praedicatum, dextrum, incipit de me praedicari sine ulla mei mutatione, per mutationem Sortis, qui antea fuerat mihi sinister, homo autem quantum sit absolutum, & de praedicamento substantiae, tamen quia in quantum de Deo dicitur, & praedicatur, praesupponit unionem, quae est relatio humanitatis ad Verbum: ideo incipit de Deo sine eius mutatione praedicari.

Corolla-  
rium. 1.

Ex hoc inferitur primo, hanc esse verissimam & propriam, Deus homo factus est, quod est contra omnes Neotericos Theolo-

gos, qui hanc propositionem negant. Ratio eorum est, quia factus appellat supra materiale hominis: & ideo tantumdem est ac dicere, Deus factus est homo, quia materiale hominis esset Verbum Diuinum. Nos tamen oppositum tenemus, nempe ista simpliciter esse concedendam, Deus homo factus est, ex illo Ioannis. 1. Verbum caro factum est: & ex simbolo, Et homo factus est. Vnde notanda est regula omnium Doctorum antiquorum, Alexandri Alensis, Bonauenturae, & aliorum, quae est, quod semper in his praedicationibus, Verbum caro factum est, Deus homo factus est, subiectum se habet materialiter, & praedicatum formaliter, siue factus ponatur antea, siue post: vnde sicut ista est vera, Deus factus est homo, ita etiam haec, Deus homo factus est, quia eundem sensum omnino efficit, sicut praedicens, na factus appellat formale praedicati, scilicet, humanitatem ex tempore competere subiecto, qui est Deus.

Corolla-  
rium. 2.

Secundum corollarium est, haec praedicatio est haeretica, homo factus est Deus, quia subiectum stat materialiter, & praedicatum formaliter, & subiectum supponit pro Verbo Diuino, quod est materiale huius termini homo: & sic idem est, quod dicere, Verbum Diuinum factum est Deus, cum tamen suppositum illud ab aeterno sit Deus Ioann. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum: & in hoc Doctores omnes scholastici consentiunt. Pro maiori tamen expeditione huius materiae aduertenda sunt duo fundamenta: primum est, quod duplex est factio, quaedam simplex & absoluta sine ulla addito, & talis factio Deo nunquam competit, sed solis creaturis: & isto modo illud symbolum intelligitur, Non factus, nec creatus, sed genitus, hoc est, non est factus factio ne absoluta, quia haec soli creaturae competit: alia vero est factio secundum quid, & cum addito, ut cum Petrus fit albus, vel niger, vel calidus, & talis factio bene Deo competit, & in sancti & scriptura loquuntur, quando affirmant aliquid de Deo fieri. Secundum fundamentum est, quod participium illud, factus, triplicem sensum potest in propositione habere, primo enim modo poni potest in principio propositionis, ita ut sit modus, & modificet, ac determi- net totam propositionem, & modalem competam efficiat: & hoc modo propositiones omnes sunt verissimae, scilicet, factum est Deum esse hominem, & factum est hominem esse

Hh 2 esse



esse Deum, & si quis Patrum propositionē aliquam male sonantem scripsit, aut asseruit, in hoc sensu accipi & saluari debet. Secundo modo, factus, potest poni ut sit pars alterius extremi adiectiui, vel substantiui: & isto modo omnes prædicationes sunt falsæ, scilicet, Deus factus est homo, quæ falsa est, quia est affirmatiua de subiecto non supponit, quia, factus, est pars extremi, Deus factus, non supponit, quia nō est talis Deus, qui sit factus, nisi sint simulacra gentium. Tertio modo potest poni factus, ut sit copula coniungens prædicatum cum subiecto: & isto modo hæc est vera, Deus factus est homo, id est, Deus recepit, vel sibi humanitatem vniuit.

Dubium tamen est, quia asseruimus, prædicationem hanc, homo factus est Deus, esse hereticam, quia equipollet huic, Verbum Diuinū factum est Deus, An in aliquo sensu hæc sit vera & concedenda. Respondet S. Thom. loco citato articulo. 7. sequentibus propositionibus. Prima, si factus appellat absolutam factionem supra Deum, vel supra hominem, est falsa: quia neque Deus est factus, neque suppositum, quod est Deus & homo. Secunda conclusio, si factus modifiet, & determinet totam propositionem, & efficiat modalem compositionem, illa est vera, Deus factus est homo; & homo factus est Deus, quia sensus est, factum est, ut Deus sit homo, & homo Deus. Tertia conclusio, si factus, sit pars extremi, omnes prædicationes sunt falsæ: quoniam ille terminus, homo, supponit simpliciter, & nullam singularitatem habet veram, nam si aliqua esset vera, maxime ista, hic homo est factus Deus, hæc autem est falsa, quia Christus ab æterno est Deus. Quarta conclusio, si homo supponat simpliciter pro homine in communi, vel pro natura humana in concreto, tunc est vera, homo factus est Deus, quia sensus illius est, factum est ut homo incipiat esse Deus.

Cõtra hanc vltimā cõclusionem arguitur, quia bene sequitur, homo factus est Deus, at ille homo non est nisi filius Dei, filius ergo Dei est factus Deus, quod est hereticum. Secundo, quia ille terminus, homo, nullā habet singularitatem veram, ergo ista, homo est factus Deus, est simpliciter falsa. Respondet ad hæc sub termino homo supponit simpliciter non licere ascendere, neque descendere, neque syllogizare, ut in ista, homo est species, animal est genus: secus est si non supponat

simpliciter: ita respondeo, quod in rigore ista, homo factus est Deus, est simpliciter neganda, quia nullam habet singularitatem veram, & de rigore designatur, quod terminus factionis est Deus, quod tamen hereticum est. Vltimo inquit S. Tho. quod si per impossibile errores hereticorum fuissent veri, qui assererent, in Christo fuisse duo supposita, & quod suppositum hominis non fuit coniunctum supposito Dei: tunc ista propositio, homo est factus Deus, fuisset vera, efficeret enim hunc sensum, hic homo, ostendendo suppositum humanum, fuit coniunctum Deo.

Secus, 3. dist. 7. q. 1. tenet istam propositionem, homo factus est Deus, esse veram de rigore sine vlla distinctione, probat, quia cõsequencia ista est bona, Sortes est sapiens, & non semper fuit sapiens, ergo factus est sapiens: similiter ergo, homo est Deus, & non semper fuit Deus, ergo factus est Deus. Cõfirmatur, quia bene sequitur, Deus factus est homo, ergo homo factus est Deus per simplicem conuersionem. Respondet ad primū negando minorem, scilicet, homo non semper fuit Deus, de rigore enim hæc est falsa, hic homo nō semper fuit Deus Christo osteso. Ad confirmationem respondeo, quod nō est illa sua conuertens, quia in conuersione debet fieri de subiecto prædicatum, de prædicato subiectum, quod ibi non fit: & ideo dicimus quod conuertens illius est ista, homo factus est Deus, & factus appellat factionē supra se Deus, quod tamen est falsum. Pro maiori declaratione notare oportet qualdā regulas de appellationibus. Prima est, quando substantiuum ponitur à parte subiecti, & adiectiuum à parte prædicati, adiectiuum appellat suum formale significatum supra materiale subiecti, ut in ista monachus est albus, ly albus, appellat supra materiale illius termini monachus, materiale eius est homo, qui est monachus albus. Ex qua regula sequitur quod omnes istæ sunt falsæ & hereticæ, Christus est factus, & Deus est factus, quia subiecta supponunt pro Christo: nam sensus illarum est, suppositum, quod est Christus, esse factum.

Secunda regula quādo substantiuum & adiectiuum simul collocatur à parte vnius extremi, siue sit prædicatum, siue sit subiectum: adiectiuum appellat suum formale significatum supra materiale subiecti, ut in ista, Sortes est monachus albus, vel monachus albus est Sortes, ly albus, appellat albedinem supra

supra formale monachi: & sic sensus illius est, Sortes est monachus habens habitum album. Ex quo sequitur quod propositio hæc, Deus est factus homo, est vera, nam ly factus supponit pro Deo, & importat factionem supra naturam humanam, & non supra Deum, vel suppositum Diuinum: & ideo sensus est, quod a Deus secundum humanitatem est factus homo: at vero Summu listæ moderni asserunt regulam hanc esse veram, quod adiectiuum præcedit substantiuum, ut in ista Sortes est albus monachus: si vero substantiuū præcedat inquit, oppositum esse verum, & ideo asserūt, quod hæc est falsa, Deus est homo factus, & ista vera, Deus est factus homo. Sed contra hoc arguitur, quia ex hoc sequitur, articulum si dei esse falsum, quia in simbolo dicitur, homo factus est, & Verbum caro factum est: & ideo tenendum est iuxta regulas politas inter has propositiones, Deus est homo factus, & Deus homo factus est, nullum esse discrimen.

Dubium est, quia Augustinus concedit istam, Deus est homini permixtus: an in Christo sit permixtus, vel cõpositio aliqua: & an ista sit concedenda, Christus est cõpositus, vel ista Christus est permixtus: Circa primum, an Christus sit cõpositus S. Th. 3. parte. q. 2. articulo. 4. supposita distinctione, respondet duabus conclusionibus, distinctio est, Christus dupliciter considerari potest: primo modo quatenus in se est: secundo modo in quantum est hypostasis, hoc est, quod considerari potest quatenus est Deus, & Filius Patris, secundo modo quatenus est Deus, & homo, hoc suppositum, est prima cõclusio, Christus primo modo consideratus est simplicissimus, & nullam habet compositionem, probat, quia secundum se est Deus, qui est actus purissimus & simplicissimus. Secunda conclusio, cõsiderandus Christus secundo modo est cõpositus, & habet veram compositionem: licet nō propriam, ratio est, quia Christus habet duas naturas, & subsistit in illis, habet ergo duplicem rationem subsistendi, est ergo cõpositus.

Contra hanc tamen rationem Sancti Thomæ arguitur, de hie enim est, in Christo tantum esse vnicam subsistentiam, quomodo ergo hie duplicem assignat: & maxime cū contra Genes libro. 4. cap. 49. distinct in Christo tantum esse vnicam subsistentiam. Respondet S. Thom. optime loqui, nec sibi contradicere, nam in Christo ipse non admittit

duplicem subsistentiam, sed solum duplicem rationem subsistendi: & quod ita sit affirmandum hoc exemplo manifestatur, nam si Petrus dupliciter habeat accidentia, nempe secundum albedinem, & calorem, est tamen vnicum subsistens, licet secundum aliam, & aliam rationem subsistendi: sic ergo Christus non habet nisi vnicam subsistentiam, habet tamen aliam rationem subsistendi, secundum quod subsistit in natura Diuina, aliam vero secundum quod subsistit in natura humana.

De priori conclusione nulla est concertatio: omnes enim Doctores in ea cõueniunt. Sed circa secundam suut due extreme opinioniones, altera est Scoti. 3. dist. 6. q. 3. & Durand. 3. dist. 6. quaestione. 1. quæ est fere omnium Juniorum, quod Christus non est cõpositus. In alio extremo est opinio Sancti Thomæ loco citato, & 4. contra Gentes cap. 47. & probatur eius opinio, primo, diffinitione Conciliorum in sexta Synodo Constantina, cuius verba habentur cap. summe de summa Trinitate & fide Catholica, Christus, inquit, verus Deus & homo est, ex anima rationali & humana carne cõpositus. Idem habetur eadē sexta Synodo, actione. 9. & 12. Sancta Dei ecclesia vniorem Verbi Diuini ad carnem secundum compositionem fatetur. Evidem diffinitum est Concilio Constantensi contra Ioannem Hus & Vuicleph.

Secundo, probatur ex diffinitionibus Patrum. Dionysius lib. 2. de Diuinis nominibus compositionem hanc affirmat, idem Damascenus, quem citat Sanctus Thomas in argumendo, sed contra, & Hieronymus, quem in dicit Magister. 3. distinct. 6. & Augustinus libro sententiarum Prosperi, ubi inquit, sicut sacrificium Misse componitur ex speciebus & corpore Christi, ita Christus cõponitur ex verbo inuisibili, & humanitate visibili. Et 13. de Trinitate. 13. expresse affirmat, quod Christus cõstituitur ex verbo, & humanitate, & hoc modo loquendi, quod Christus cõstituitur vel cõponitur, ex verbo & humanitate, omnes Patres loquuntur.

Tertio probatur ratione. Primo, quia Christus secundum quod Deus & homo plura dicit, quæ secundum quod Deus, ergo in se aliquam aliam compositionem admittit secundum quod homo, quam non habet secundum quod Deus. Secundo, in omnibus alijs rebus præter Deum quomodocumque sit vniocõpositio, eodē ergo modo in Christo cum

fit vnio erit compositio, antecedens patet, quia si elementa vniuntur ex illis fit compositio: & in homine ex vnione formæ & materiæ fit compositio, in Christo autem est vera & realis vnio, ergo & vera compositio. Tertio id probatur ex Pontificali Romanæ ecclesiæ in consecratione episcopi, quando consecratur interrogatur: credis in vnum & vnicum Christum, in duabus, & ex duabus naturis subsistentem: si ergo subsistit ex duabus naturis, ex illis ergo componitur.

Contra hanc tamen sententiam sunt argumenta, quibus pars contraria nititur. Primo, quia si Christus esset compositus ex natura humana & diuina, sequeretur quod Christus esset diuinitas & humanitas simul, consequens est falsum, ergo: sequela probatur, quia omne totum est lux partes si mal in vnum iunctæ, sed in Christo diuinitas & humanitas in vnum sunt simul iunctæ, ergo. Gregorius Ariminensis, 1. dist. 28. totum concedit, id tamen minime concedendum est, nam inde sequeretur, Christum non esse Deum neque hominem, probo, hæc diuinitas & humanitas sunt Christus, diuinitas autem & humanitas non sunt diuinitas, ergo neque Christus, ergo nec Deus. Secundo, quod non sit homo, probatur, diuinitas & humanitas non sunt homo, & diuinitas & humanitas per se sunt Christus, ergo Christus non est homo. Sequitur etiam Christum non fuisse ante Abraham, probatur, quia diuinitas & humanitas ante Abraham non fuerunt: Christus autem est diuinitas & humanitas, ergo: consequens tamen est contra illud Ioann. 8. Antequam Abraham fieret ego sum, ideo ad argumentum respondemus, negando consequentiam instantia enim est, quia Petrus albus est compositus ex corpore & albedine, ergo Petrus est corpus & albedo, ne utiqua sequitur, sed solum quod est corpus & albedinem, unde ratio negationis consequentia est, quia maxima illa, totum est suæ partes simul in vnum iunctæ, non est vera, nisi quando resultat vnum in natura & in persona; tunc enim totum est suæ partes, sicut Petrus est materia & forma, quia ex illis vnum resultat in natura & in persona: & ideo, quia in Christo non resultat vnum in natura & in persona, hinc est, quod partes non sunt idem cum toto.

Secundum argumentum est, quia sequeretur Christum esse perfectiorem ipso Deo,

sequelam probo, quia omne totum perfectius est sua parte, Christus est totum, diuinitas est pars, aggregatur ergo illud nobilius esset sua parte: consequens autem hæreticum est, ergo. Confirmatur, quia sequeretur, quod diuinitas haberet locum partem, postquam Christus est diuinitas & humanitas, tanquam ex partibus componitur, consequens autem est falsum, ergo. Ad argumentum respondeo, primo, negando sequelam, quia vnum infinitum non est maius alio, neque dari potest infinito maius: vnde diuinitas cum humanitate non est perfectior, quam sola diuinitas: sed quia solutio hæc calumniâ patitur. Secundo respondeo, negando consequentiam, ratio est, quia nulla creatura quantumvis perfecta Deo aliquid addit, quia omnis perfectio creaturæ eminentiori modo in Deo, quam in ipsa includitur: creatio enim vniuersi Deo nihil perfectionis addidit, quia antequam eum cõderet, infinitæ per sectiones erant in eo: idem dicendum de compositione humanitatis in Christo, diuersimode enim se habent compositio illa cum compositione, quæ est in creaturis, quia in creaturis est perfectio, in Deo vero non. Tertio respondeo negando, quod omne cõpositum sit perfectius suo cõponente, quod vnum cõponens eminenter continet reliquum, ut aggregatū ex luce & albedine non est perfectius luce, quia lux & albedinem cõtinet eminenter: & aggregatū ex auro & argento non est perfectius auro: & hinc neque Deus & mundus, quæ Deus, quia Deus eminenter continet mundum.

Tertium argumentum est ad hominē, nam S. Tho. 1. parte. q. 3. art. vltimo tanquā competentissimum habet, quod Deus in cõpositione non realicuius venire non potest, si ergo ita est, ergo in Christo compositio aliqua esse non potest. Respondeo, duplicem esse compositioem: quædam est propria, ut physica, vel metaphysica, & talis Deo cõpetere non potest, quia in Deo neque est materia, neque forma, neque genus, neque differentia: alia est impropria, quæ dicitur vnio, ita vt vnio qualibet compositio denominetur, & hoc modo intelligit Sanctus Thomas, quod in Christo est compositio, in prima verò parte negat in Deo esse compositionem physicam, vel metaphysicam.

Vltimum argumentum, si Christus constaret ex humanitate & diuinitate, sequeretur, humanitatem diuinitate esse simplicior, probo, quia pars suo toto est simplicior,

simplicior, humanitas est pars, ergo simplicior ipso Christo. Solutionem huius argumenti tradit S. Tho. q. de Verbo incarnato ad vigesimum quintum argumentum, & 4. contra Gentes. c. 49. ad sextum argumentum: & cõcedit sequelam: ratio est, quia omnis natura re vel vnione suo supposito est simplicior, vt in diuinitas patet, nam per intellectum essentia simpliciter importatur, & intelligitur, quam persona vel re, vt patet in humanitate in creaturis, humanitas enim realiter simpliciter est suo supposito: & ita concluditur, quod humanitas in Christo simplicior est suo supposito, quia importatur simpliciter pars.

Vnde resolutio Caietani circa questionem hanc est, absolute loquendo nullo modo esse affirmandum, verbum neque Christum esse compositum, neque Theologus aliquis absolute affirmare auderet, per se nam Christi compositum esse, quia compositio dicit imperfectionem. Tunc quia verbum diuinitas est omnino simplex, cum ad dito tamen inquit Caietanus loco citato, dicere possumus, quod in Christo est cõpositio mirabilis vel ineffabilis: & hoc, ne negem? Patres, qui ita loquuntur.

Alij Patres saluant, quia quando dicunt, quod in Christo est compositio, intelligunt improprie. Hoc tamen non obstante periculum non est vllum affirmare cum S. Tho. Christi personam esse compositam, & Christum ex duabus naturis diuina & humana esse compositum, probatur, quia Concilia & Doctores sacra loquuntur. Vltimo dico, quod in cõpositione illa concurrunt natura diuina & humana, non tanquam partes, neque tanquā materia & forma, neque tanquā actus & potentia, quia omnia ista imperfectionem important, sed componitur Christus, vt S. Tho. inquit in solutione ad secundum argumentum ex pluribus distinctis: vnde compositio hæc non est eiusdem speciei cū aliqua naturali, quia in illis reperitur imperfectio, sed est quedam species compositionis supernaturalis, quam solus Deus scit efficere, & comprehendere valet. Quod si quis querat quæ ergo compositio est hæc? facile respondeo, quod est compositio quedam ineffabilis nullam imperfectionem includens, nobis tamen ignota, & per hæc ad primū quodque finimus.

An ista sit concedenda, Deus est permixtus humanitatis pro expeditione eius, cõstitutæ est Aristotelis de mixtione diffinitio,

quam constituit cap. 10. primi libri de generatione tex. 90. quæ talis est, mixtio est miscibilium alteratorū vnio, ex qua primo colligo mixtionem statim reperiri interea quæ alterari possunt. Secundo, quod cū alteratio fieri nequeat sine actione & passione, actio autem & passio esse non possunt nisi inter contraria, mixtionem actione mutua contrariorum actiuorum & passiuorum fieri.

Secundo, constituendum est ex Aristotele eodem libro & cap. text. 84. miscibilia ipsa non manere formaliter & actu, vt manent corpus & albedo, neque omnino corrumpi, ita vt in mixto nulla ratione permanent, sed miscibilia ita sibi inuicem attemperant, quod licet non maneat actus, manent tamen in potentia & virtute, ac proinde non omnino, sed aliquo modo corrumpuntur, quod Aristoteles his verbis aperte docuit: igitur neque permanent actu, vt corpus & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo, aut alterum, nam eorum virtus atque potentia salua manent, quod sane in mixtione elementorum apparet: non enim manent actu & formaliter: non enim manent in mixto, quia eorum substantias formæ actu non sunt in mixto, vt pote, quia corrumpuntur, neque proinde dicitur elementorum corruptio simpliciter & completa, quia elementa suas intentiones non asscquantur, intendunt enim contrarium sibi simile facere, quod in mixtione nequaquam nascuntur, quod ex eorum mutua actione & passione resultat media quedam substantia & forma, virtute omnia elementa continens, & ratione hæc dicuntur elementa virtute & potentia in mixto manere: aduertendum tamen est dicta intelligenda esse de mixtione simpliciter dicta, & secundum rigorem philosophorum accepta, nam si de mixtione large sumpta loquamur: aliter philosophandum esset, mixtio enim multipliciter accipitur. Primo, pro iusta positione aliquorum sensibilium actu manentium & existentium, vt quando grana frumenti mixcentur grana hordei: alio modo sumitur pro iusta positione partium insensibilium, sicut fit in contritione partium diuersarum specierum in mortario, & tandem accipitur stricte pro mixtione, de qua Aristoteles agit, per quæ miscibilibus secundum formam corruptis, virtute tamen manentibus, medium quoddam resultat. Ex quibus constat propositionem

hanc, Deus est homini permixtus, non esse accipiendam in rigore, quo Aristoteles vsurpauit, sed largiori modo pro hoc quod est in vnam alteri vniri, vel pro positione & exiſtētia dārum naturarum in vno supposito, quod rationi naturali non repugnat, & quod in hoc sensu Augustinus sit locus constat, nam. i. de Trinit. vt citatur a S. Tho. 3. parte. q. 1. 6. art. 7. inquit, talis erat illa successio, quae Deum hominem faceret, & hominem Deum: factio autem hae idem est, q. vnio, nam ex vnione & susceptione naturae humanae Deus factus est homo, & homo Deus, susceptionem ergo vsurpauit pro vnione, si militer ergo permutationem pro vnione accepit: & constat ex rigore verborum quae contra eum sunt inducta, nam postquam dixit, Deus est homini permixtus, vt vna fieret persona: statim subdit, nā sicut in vnitate plonae anima vnitur corpori, ita et homo sit, ita in vnitate personae Deus vnitur homini vt Christus sit, vbi manifeste expressit, nomen permutationis pro vnione vsurpasse, & clarius excludit omnem rationem suspicionis, quod ex tali permutatione vnū terrum distinctū à natura Diuina, & natura humana, resisteret, inquit, si tamen recedat à dicto & consuetudine corporum, qua solent duo licores ita commisceri, vt neuter seruet integritatem suam, quibus verbis expresse manifestat permutationem non stricte debere accipi, sicut Aristoteles in rigore accepit, sed in alijs acceptionibus vt diximus. Aduertendum tamē, quod istae propositiones Christus est compositus, Christus est humanitati permixtus, eueniendū sunt, quia dicitur sunt locutiones & similes, vel haereticis facile possunt occasionem ruinae praebere. Et haec pro defensione Augustini.

SECUNDVM QVAESITVM.

An anima rationalis sit ex traduce, & vnde originem habuerit.

**A**ugustinus in cellino epistola. 7. quatuor opiniones inducit, & ex clous duabus ex illo Ecclesiast. 12. *Et conseruato puluis in terram, & spiritus reuertetur ad Deum qui dedit eum,* inquit, duae istae opiniones sub verbis huius (testimonij) laborant: vna qua putantur singulae quaeq; ani-

mae in singulis suis corporibus fieri singulae: alia qua putantur in corpore sponte demergi, duabus autem illis, sine de traduce illius vnus veniant, sicut antea iam creata, & apud Deum constituta singulis corporibus datur, sine labore verba illa coarctantur, ex quibus verbis constat, quod loco isto declinat in hoc, quod anima rationalis sit ex traduce, vel antea iam creata singulae corporibus singulis dentur, vide supra tomo. 1. Augustini ad primam quaesitum.

TERTIVM QVAESITVM.

An legalia morte Christi fuerint extincta.



**A**ugustinus pluribus locis, primo epistola. 11. qua respondet Hieronymo de Petro à Paulo reprehensio, & epistola. 17. de eadem re, & pluribus alijs locis affirmat, Petrum non fuisse sed vere ac iuste reprehensum à Paulo, quia simulatio, quam is in remedium suae gentis assumpserat, in scandalum & perniciem Gentilium vergeret, & in epistolis tribus quas tam pie, quam doctissime ad Hieronymum scripsit, & in alijs quoque locis aliquantulum dure in Petrum agit subindicās, cum superstitiosa quadam simulatione voluisse imponere onera legalia gentibus: in commentarijs enim epistolae ad Galatas sic scripsit, Petrus autē cū venisset Antiochiam, oburgatus est à Paulo, non quia conseruabat consuetudinem Iudeorum, in qua natus, ac educatus erat, quā apud Gentes eam non seruaret, sed oburgatus est, quia Gentibus eam volebat imponere: & in libro de Agone Christiano. c. 30. hanc Petri simulationem inter graua eius crimina admittens ait, Debet ecclesia Catholica correctis filijs libenter ignoscere, quia ipsi Petro personam eius gestanti, cū in mari tubasset, & cū in Domini carnaliter à passione reuocasset, & cū in Domini serui gladio praecidisset, & cū in simulatione postea superstitiosam lapsus esset, videamus veniam esse concessam: & infra, haec inquit, Ecclesia Catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post flectum negationis per galli cantum admonitum, aut iniquā eundem

dem post prauam simulationem Pauli voce correptum.

Doctores scholastici. 4. dist. 3. de cessatione veteris legis, & obligatione baptismi, & Sancti Thomae. 3. parte. q. 66. art. 2. qui adducunt duas sententias oppositas harum. Prior est, Petrus & Paulus, non vero, sed simulato desidio inimicem ad vilitatem discipulorum humana animi concordia cōtendisse, vt cum Petrus simulatione legalium, à Paulo simulata reprehensione oburgatus, non contradicit, sed quasi delictum suum agnosces obitescit, hi qui legalia parabant seruanda, reipsi fuerunt, & legalium obseruatione destiterunt. Altera sententia est neutrum illorū simulando peccasse, quia licet imò etiam oportet, simulationem pro iuadi studio multis in modis adhibere. Hanc sententiam sustinet B. Hieronymus lib. 1. in epistola ad Galat. 1. & in epistola ad Augustinum, subscribit illi Theophilactus in commentarijs epistolae ad Galat. Scholastici alij sequuntur partem Hieronymi, alij vero Augustini. Pro decisione quaestionis sunt sequentes propositiones. Prima, ante passionē Domini semper legalia habuerunt suam vim, tam circumcisiō, quam cetera alia legalia, hoc est, nulla mutatio fuit facta, neque in circumcisiōne, neque in alijs legalibus vsq; ad passionē Christi. Secunda propositio, statim post Domini passionem legalia omnia sunt extincta, & mortua quantum ad vim obligandi, & quantum ad efficaciam, quia post passionem Domini neque obligabant, neque aliquid efficiebant. Tertia propositio, post passionem Domini ante sufficientem legis promulgationem legalia erant licita quoad obseruationem, licebat enim illa obseruare. Quarta propositio, post sufficientem legis promulgationem circumcisiō, & legalia erant mortifera, hoc est, legem Moysi seruare non licebat, haec Sancti Thomae. 4. dist. 1. q. 2. & 1. 2. q. 103. art. 3. & 4. ex quibus patet, quod circa obseruationem legalium tria tempora distinguuntur, primum tempus, ante Christi passionem, in quo legalia vim habuerunt, & fuerunt in precepto: secundum tempus, post passionem vsque ad sufficientem legis Evangelicę promulgationem, in quo fuerunt extincta, non tamen mortifera: tertium tempus, post sufficientem Evangelicę promulgationem in quo legalia nedum fuerunt mortua, sed mortifera, & haec sententia est fere communis Doctorum scholasticorum qui S. Thomae sunt secuti, & est sententia Augustini in duabus

epistolis ad Hieronymum de cessatione legalium. Quarta conclusio, nempe, quod post sufficientem Evangelicę promulgationem legalia fuerunt mortifera, & illicita, est de se, & contrarium asserere, & haereticis Eutontarum, qui exstimabant legem eā Evangelio simul currere. Et est distincta. c. maiores de baptismo, & Concilio Florentino, vnde Paulus ad Galat. 3. Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit, & idem est de legalibus alijs.

Scotus. 4. dist. 3. q. 4. tenet sententiam contrariam S. Thomae. quae stat sequentibus propositionibus. Prima, post institutionem baptismi vsque ad passionem Domini, legalia non erant in precepto, sed solum in consilio: & ideo circumcisiō post baptismi institutionem vsque ad passionem Domini non erat in precepto, haec est contra primam conclusionem Sancti Thomae. quod baptismus fuerit ante passionem Domini institutus ex Evangelio constat, nam in eo habemus quod Apostoli baptizabant, & non baptismus Ioānis, ergo baptismus Christi: inquit ergo Scotus, quod illo tempore ante institutionem baptismi vsque ad passionem Domini, tam baptismus, quam circumcisiō erant in consilio, & quilibet quod mallet eligere poterat, probat primo, quia preceptum de baptismo tollit obligationem circumcisiōis, consiliū ergo de baptismo debet aliquid operari, tollat ergo obligationem circumcisiōis. nō ergo haec obligatio durauit, vt S. Thom. dicit vsque ad Christi passionem. Secundo fingimus Iudaeum, qui sciebat institutionem baptismi, & demus quod illi tunc nasceretur puer, ille non tenebatur puerum circumcidere, poterat enim illum baptizare, & gratiam haberet, non ergo tenebatur illum circumcidere, vel si circumcidere, non tenebatur illū baptizare, ex quo inferit, quod circumcisiō, & baptismus ab institutione baptismi vsque ad sufficientem Evangelicę promulgationem simul currebant de consilio: fundamentum eius est, quia obligatio non currit ab institutione, sed ab ipsa promulgatione, sicuti lex humana: & ideo inquit, quod vsq; ad Pentecostes baptismus nō erat in precepto, quia antea non fuit facta sufficientis promulgatio Evangelicę.

Opinio ista est singularis, & contra eam arguit. Primo, quia si cessauit circumcisiōis obligatio, ergo & ceterorū legalium, & per cōsequens toto illo tempore ante Domini passionem non tenebatur agnum comedere, q.

1. Propositio

si respondeat, non esse eandem rationem de circuncisione, & de alijs legalibus, nam circuncisio, quia erat baptismi figura, ideo cessavit contra hoc tamen arguitur, primo, quia circuncisio non solum erat baptismi figura, sed etiā lauacrum. Secundo, quia legalia omnia figura erant Christi, aduētu autē Christi non cessant, ergo neque circuncisio per institutionē baptismi. Tertio, quia Matth. 5. inquit Dominus, non veni soluere legem, sed adimplere, duravit ergo præceptum vsque ad Domini passionem, proba, quia debebat legem adimplere, si tamen præceptum de legalibus non impleret, soluere legem, ergo. Quarto, qui ignorabant baptismum, ad circuncisioem tenebantur ante Domini passionem, & hoc solum ratione conscientię, quæ dicebat, quod ad circuncisioem tenebantur, itaque si Iudæus aliquis in Babylonia tunc esset, si nihil de institutione baptismi audisset, credere tenebatur quod circuncisio tunc erat in præcepto, nemo tamen obligatur ex conscientia falsa, si ergo lex tunc Babylonijs Iudæos obligabat, ergo etiam Hierosolymitanos. Quinto, quia in Euangelio non legimus, per quod præceptum circuncisiois soluere ante passionem Domini: & licet institutione baptismi legamus Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. non tamen habemus ex scriptura, quod adueniente baptismi circuncisio ex natura sua soluetur: sicuti in passione Domini legimus i quiens, consummatum est, factum ergo est, quod ab institutione baptismi præceptum circuncisiois soluere. VI timo, quia sequeretur, quod postquam Iudæus aliquis deobligatus est à circuncisioe, iterum ad illam inciperet obligari, consequens autem est falsum, ergo: & probatione antecedentis suppono, quod postquam quis aliquid cognouit, potest illud inuincibiliter ignorare: nam si quis dicat negotiari contra eum aliquem esse vsurarium, qui re vera est: & postea Doctor, cui fidem adhibet, dicat illi esse licitum, talis habet ignorantiam inuincibilem eius, quod antea sciebat: ponamus ergo, quod aliqui à Hierosolymis Babyloniā peruenierunt, & affirmarent Iudæis ibi existentibus, Melsiam venisse, & baptismum instituisse, qui fide illis adhibuerat: singamus alios postea venisse maioris autoritatis, & in lege peritos qui eis affirmant, fabulam esse, quod crederet, tunc illi rationabiliter crederent primis, quia erant boni viri, post vero rationabiliter dis-

sentiantur his, quæ antea crederant: quis fecundi maioris ponderis & in lege peritiores, tunc arguitur sic (dato quod ipse cõcedit quod nullus ad conscientiam falsam obligatur) Iudæi illi, qui Babyloniæ erant quando primum auerunt Melsiam venisse, & instituisse baptismum, huiusmodi non tenebantur tunc ad circuncisioem, & tamen postea quando dissentiantur, & contrariū credunt, obligantur ad circuncisioem, ergo postquam aliquis semel à præcepto aliquo est deobligatus, potest iterum obligari.

Ad primam rationem Scoti respondeo negando consequentiam, non enim sequitur præceptum de baptismi tollit circuncisioem, ergo consilium aliquid tollit, quia non opponitur illi: ut virginitas matrimonio, baptismus autem tunc non opponitur circuncisio: & ideo nihil de obligatione circuncisiois abstat. Ad secundam respondeo similiter negando consequentiam, quia filij ex familia Abraham licet essent in gratia, quando præceptum circuncisiois venit, circumcidi postea tenebantur, ut de familia Abraham fierent: & ideo collectio illius nihil vellet, scilicet, pueri iam erant in statu salutis, ergo non tenebantur circumcidi, & ideo sententia Sancti Thomæ circa primam propositionem, quam disputauimus, tanquam verior est tenenda.

Secunda propositio S. Tho. etiā rejicitur ab Scoto, & est secunda cõclusio illius, quod post passionem Domini vsque ad sufficientem promulgationem legalia habebant suam virtutem: probat primo, quia circuncisio sub præcepto erat illis, qui baptismum ignorabant verbi gratia, Iudæi in India existentes, quibus nondum erat facta promulgatio Euangelij, neque institutio baptismi, ad circuncisioem tenebantur. Respondetur, quod est ita, quod tenebantur ad circuncisioem, non tamen ratione legis, sed ratione conscientię, delictum enim est conscientię disformari. Sed contra hoc arguitur à Scoto, quia isti tenebantur credere, quod circuncisio erat necessaria ad salutem, nullus autem obligatur ad falsum, ergo erat verum, quod circuncisio necessaria erat ad salutem, antecedens patet, quia ex scriptura id intelligebant. Dico, quod negare possumus, quod id credere tenebantur. Contra, quia ex lege habebant, quod erat necessaria ad salutem, datus: & nullus dixit eis reuocationem, concedimus, ergo tenebantur credere, negamus collectionem, quia de peraccidens est, quod nullus ad

illos

illos peruenit. Secundo responderetur concedendo, quod tenebantur credere, & negamus quod nullus obligetur ad credendum falsum: nam si episcopus prædicaret quod in Euangelio habetur Thobiam non habuisse canem, vetula tenebatur ei credere: & si omnes alij agricolæ affirmarent, quod die sabbathi post horas vespertinas operari non licet, tenebatur illis credere, postquam omnes id asserunt, quamvis id falsum esset, nam de peraccidens potest quis ad credendum falsum astringi: sic in proposito, quia accidit, quod nullus ad asserendum eis verum venerit. Secundo est argumentum apprens, quod circuncisio post passionem gratiam conferret: nam si Iudæus apud Indos pueri circumcideret, gratiam reciperet, non ergo erat mortua, virtus circuncisiois. Respondetur, quod verum est, quod puer ille gratiam reciperet, non tamen virtute circuncisiois, in quantum legalis erat, sed in quantum proteflatia fidei, nam post passionem Domini legalia apud omnes cessauerunt: ignorantes tamē dico, quod saluari poterant eo modo sicut in lege naturæ, unde puer ille gratiam reciperet remedio legis naturæ. Tertio, quia tenebantur existentes in India post Domini passionem ad remedium aliquid, non autem ad lud, nisi ad circuncisioem, tenebantur ergo circumcidi. Respondetur primo, quod tenebantur ad circuncisioem non ex lege, sed ex conscientia, quæ non est simpliciter obligatio: sicuti si hodie docti aliqui rustico alicui affirmant, quod est dies ieiunij, tenebatur ieiunare, non ex lege, sed ex conscientia. Secundo dico, quod verum est, quod illi ad aliquid remedium tenebantur, quia ad baptismum, & non ad circuncisioem, excusabantur tamen ab obligatione baptismi, quia inuincibiliter ignorabant.

Secunda conclusio Sancti Thomæ, nempe, quod legalia post Domini passionem non solum non obligant, sed nec efficaciam habent, probatur, quia lex solum obligabat vsque ad passionem, & vsque tunc efficaciam habebat, pater, nam si lex esset ista, omne masculinum circumcideretur in vobis vsque ad mortem Christi: quæritur ab Scoto, an post mortem Christi existentes in India ad circuncisioem tenebantur: si affirmatiue respondeat, contra, quia non ex lege, hoc enim non dicit lex, ergo tantum ex conscientia: morte autem Christi lex Iudæorum fuit abolita, ut lato enim sacerdotio necesse est ut legis ut fiat, ad Heb. 7. & Daniel inquit, Cœli

mouetur, & in dimidio hebdomadæ desiccat astra, quod intelligi non potest nisi quoad obligationem, quia de facto apud illos adhuc hostie durant, intelligit ergo de obligatione apud Indos, ergo morte Christi legalia cessauerunt, & hostia & sacrificia: & contrarium est contra Danielelem. Secundo, quia in morte Christus Dominus dixit, Consummatum est, significans obligationem legis translatam esse, in cuius signum velum tēpi scissum est. Et Apostolus, 1. Cor. 13. inquit, Adueniente quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: & ideo quod Scotus dicit, quod statim post passionem baptismus non erat in præcepto cõmuniter non recipitur, licet ijs, qui ignorabant, proderet circuncisio, non in quantum legalis, sed ut proteflatia fidei: sicuti Gentili, qui in lege naturæ viuere.

Tertia propositio Sancti Thomæ est, quod legalia post Domini passionem ante sufficientem Euangelij promulgationem non erant mortifera, quod ex eo cõstat, quia alius Paulus non circumcideret Timotheum, dato id non liceret, nisi ad hoc ut synagoga eum honore sepeliretur: & ne esset scandalum, si statim post Domini passionem Christiani legem illam omnino dimitterent, esset enim suspitio legem illam fuisse non bonam, cum tamen fuerit à Domino lata, & nobis expediret, ut auctoritas eius cum honore in Domino requiesceret: cum ex illa in lege gratiæ multa probemus, & circa hoc dubitandum non est.

Fuit tamen contentio maxima inter Hieronymum & Augustinum, ex eo quod Paulus inquit, ad Galatas. 2. asserit Hieronymus quod sicut nunc seruare legalia est leihiferum, ita etiam tunc apud illos, qui scientiam legis Euangelicæ habebant: & sicut nunc seruare legalia mortale esset, ita & tunc statim post Christi passionem, & ad argumentum quia Paulus in templo se purificauit, ut Actuum. 21. habetur, & circuncisio Timotheum, & alia legalia seruabit: similiter & Petrus ut ad Galat. 2. refertur, nam cum venisset Antiochiam, cum conuersis de Gentilibus mædquebat sciens illud, Quod Dominus sanctificauit ne immundum dixeris, sed postea cum venissent quidam à Iacobo conuersi de Iudaismo abstinebat se, ne cum conuersis de Gentibus coram illis comederet, qui ex Iudæis conuersi erant, nisi solum illis, quæ in lege veteri illicita non erant: & inde conuersi de Gentilibus existimant, non licere con-

dere

2. Ratio.

3. Ratio.

dere, nisi ea, quæ in lege veteri nõ erant prohibita, quod cõ Paulus cognouisset dixit Cephe, hoc est, Petrus, Tu Iudæus cõmuni sis, &c. cogis gentes seruare? Ecce quomodo Petrus legalia seruauit. Inquit Hieronymus, quæ re vera seruare legalia illicitum erat, & tamen quod Petrus re vera legalia non seruauit, sed simulatione est vsus, & fingebat, se seruare: similiter quando Paulus circũcidit Timotheum, non intandebat legem seruare sed simulatorie fingit se seruare, sicuti si ego apud Sarracenos essem, & Turca mihi precipere, qd Euchariſtiam consecrarem, vt post consecrationem Christo illuderem, si hostiam acciperem, & fingerem me consecrare, quamuis re vera id esset malefactum: illa tamen esset simulatoria qua fingeret me consecrare, non autem vera consecratio: similiter ergo Petrus simulatorie tantum comedebat legalia, ne conuersis à Iudæis scandalum daret, & ego propter salutem corporis, vel propter aliã finem à carne suilla possum me abstinere: inquit ergo Hieronymus, quod non peccauit Petrus, sicut nec Paulus. Et ad argumentum, quia Paulus reprehendit Petrum, quia vere reprehensibilis erat, & quod Petrus & Barnabas non recte ad veritatem Euangelij ambulabant, Respondet Hieronymus, quod simulatorie Paulus reprehendit Petrum alias proccacissimus esset, cõ ipse Timotheum circũcidisset, & ideo ait, quod ad euitandum scandalum, & vt alij caueret, simulatorie eum reprehendit.

Augustinus cõm legisset cõmentaria Hieronymi in Paulum, non sibi placuit glossa ista, quia admittere in scriptura sacra simulationem pati nequit, sicuti nec mendaciam: addit tamen, quod bene fecit Paulus Timotheum circũcidendo, & etiam purificãdo se in templo, quia id fecit ad scandalum vitandum, & ait, quod Petrus peccauit legalia seruando Antiochia, quia id cum scandalo gentium fecit: nam licet curauit scandalum Iudæorum vitare, non tamen vitauit scandalum conuerſorum ex gentibus, & tenebatur gentes admonere: quare ab ecclis gentium abstinere, nempe vt Iudæos non scandalizaret, & quia hoc non considerauit, sed negligens fuit, ideo peccauit, non tamen mortalitè peccato, quia scandalum gentium non intendebat, neque id aduertit, vsquequo Paulus eum reprehendit: si enim intellexeret, mortale esset, & sic inquit Augustinus, quod vere seruauit legalia, tam ipse, quã Paulus, quod tunc licebat, animo, & intentione seruandi

Euangelium scandalo secluso. Et ista est etiã opinio Scoti, & communis Theologorum, quæ tenet, quod Petrus peccauit, licet forte excusari possit, quod nec venialiter peccauit, quia per ignorantiam excusabatur, & cõ hoc stat, quod reprehensibilis esset verũ est, quidquid de hoc sit, quod si prudẽter fuerit, tunc legalia seruare licebat.

Dubium tamen est, quomodo intelligi de beatifficis Euangelij promulgatio, an solum vsque in diem Pentecostes. Dico, quod etiã post Pentecostẽ legalia seruare licebat etiam Hierosolymis, sicuti Paulus se purificauit in templo, donec synagoga cum honore sepeliiretur. Sed quantum temporis hoc durauit, an vbi nunc Euangelium nõ est sufficienter promulgatum, seruare liceat? dico, quod neutiquam, vt Concilio Florentino definitum est, nam quantum statim post Domini passionem seruare liceret, nec Iudæi scandalizarentur, & vt ecclesia probat, quod lex illa à Deo fuit, tamen quia iam testimonium sufficienter est traditum, ideo legalia seruare non licet: & si nunc aliqui scandalizarentur, quia legalia reijcimus, esset scandalum pharisæorum.

Dubium tamen est, quando cõeperunt esse mortifera legalia. Dico, qd non solum nunc sunt mortifera, sed etiam ante mille annos, itaq; ex quo lex vetus approbata est, quod fuit sancta, & ideo amplius legalia seruare nõ licuit: tẽpus tamen certum, in quo mortifera esse cõeperat ignoramus. Quod si quis arguat, quod nunc legalia aliqua seruamus: sicuti est lex de quadruplo, & de repudio, dico, quod in lege veteri erant triplicia precepta: quedam moralia vel naturalia, & illa erant communia toti vniuerso, & hæc nõ cessarunt: alia erant precepta iudicialia, vt quod adultera occideretur, & quod liceret dare libellum repudij adulteræ, & ista cessarũ, licet reipublice liceat precepta iudicialia similia illis que in veteri lege erant statuerẽ, & licet huiusmodi precepta seruare, non tã quã legis veteris, sed tanquam de nouo lege Euangelica instituta: alia erant precepta ceremonialia, & illa modo seruare non licet, quia sunt omnino mortifera. Quod si quis arguat thurificatio erat ceremoniale, & tamen illud modo seruamus, licet ergo ceremonialia seruare, dico, quod in veteri lege duplicia erant ceremonialia, quedam que si gura erant legis nouæ, vt lauacra, figura baptisimi, agnus Paschalis, figura Christi, & huiusmodi ceremonialia, quæ futurorum erant

Legalia, quod cõperit esse mortifera

figurã, modo seruare nõ licet, quia id quod figurabant iam est adimpletum: & ideo sacrificium esset modo illa seruare: alia erant ceremonialia quæ non figurabant aliquid futurum, sed erant ad significandam reuerentiam & honorem, quem Deo debemus, & talia, quæ ad cultum Diuinum ordinabantur, modo seruare licet, vt genua flectere, & thurificare, & hæc etiam lege naturæ erant communia. Quod si insurgas, abstinere à sanguine & suffocato erat purum ceremoniale, & significabat aliquid futurum: & tamen durauit vsque ad Rabani tẽpus, qui fuit tempore longo post sufficientem Euangelij promulgationem, & postquam synagoga erat cum honore sepulta, & apud Græcos etiam nonnulli illorum à suffocato abstinent. Dico primo, sanguinem & suffocatum non esse de ceremonijs, quæ futurum aliquid significabant, nam ad cultum Diuinum non solum pertinebat illud per quod Deus colebatur, sed etiam illud per quod ministris ad talem cultum fiebat præparatio, sicuti per hoc quod à sanguine & suffocato abstinerent efficiebantur. Secundo dico, quod sicut modo ratione infirmitatis licet alicui se circũcidere, non tamen quia veteri lege præceptum est: sic Apostoli præceperunt, vt à sanguine & suffocato abstinerent, non quia in lege erat præceptum, sed quia conuersi à Iudaismo, à conuictu conuerſorum ex gentibus propter horrorem illum non abstinent, quia Iudæi sanguinẽ & suffocatum maxime abominabatur: eodem enim modo tunc illud fuit præceptum, sicuti si nunc medicus propter modestiam abstinere à sanguine & suffocato præceperet, non tamen quia in veteri lege erat præceptum.

Dubium tamen est, an nunc saltem propter reuerentiam Christi liceret se circũcidere, non quia in veteri lege scriptum: quod querimus propter istos, qui sunt subditiõne Presbyterii, qui omnes circũciduntur, qui dicunt se non circũcidi, quia in lege Moyſi scriptum, sed propter Christi reuerentiam. Caietanus 3. parte. q. 37. art. 1. disputat questionem pro vtraque parte, & inquit illis non plus licet quã nobis, sed nobis non licet, quia esset hæreticum, & sententiã excommunicationis incurreremus, ergo neg; illis licet. Secundo, quia illi seruant legalia in quantum legalia, quia ipsi fatentur seruare ad imitationem Christi, circũcisio autem Christi fuit vere legalis, ergo. Tertio, quia

isti tenentur seruare ritum Romanæ ecclesiæ. Vltimo, quia Eugenius misit ad illos cõstitutiones, quas seruare deberent, non ergo licet illis se circũcidere. Quod si quis obijciat, Papa, quando ad nos veniunt, dat illis litters commendatitias & communicamus ilis, non ergo sunt excommunicati. Dico, qd est vehemens suspitio, istos esse hæreticos, tempore enim antiquo fuerunt schismatici, & ab ecclesia separati, & quia separatio illa antiqua est, ideo non curamus ab eis cauere: & audiuimus, quod etiam seruant sabbatum, & forte sunt in hæresi Euonitarum, & existimant se teneri ad circuncisionem tãquam necessariam ad salutẽ, quod si ita est, sunt hæretici: cum Paulus absolute dicat, Si circũcidimini Christus nihil vobis proderit, & ideo dico primo, principes eorum, qui bus gubernatio reipublice incumbit, esse vere hæreticos, & non excusantur postquam sunt participes ritus Iudaici contra vsum Romanæ ecclesiæ, & contra scripturam contrarium docentem. Secundo dico, inferiores & subditos forte per ignorantiam excusari, non tamen illorum superiores. Et ad argumentum, quia Papa dat eis litters cõmendatitias, dico, Papam forte ignorare eos excusari esse, qui in illo ritu perseverant. Secundo dico, forte ecclesiam Romanã illos promittit reſperantem illos ad obedientiam ecclesiæ venire, & quia non sunt hostes nec nos perturbant, ideo dat eis litters commendatitias: errorem tamen illorum non approbat, sed solum permittit illos, ne maiora damna sequantur.

Pro Augustino respondemus, sententiam ipsius sequi communem Theologorum, que Concilio Florentino ad litteram est recepta, vbi postquam sancitur legalia cessasse in aduentu Christi: subditur non tamẽ negat (sci licet sancta Synodus) à Christi passione vsque ad promulgatum Euangelium illa potuisse seruari, dum tamen minime ad salutẽ necessariã crederentur: iuxta quam sententiam inficiari nemo potest, citra iniuriã scripturæ, Petrum fuisse reprehensibilem, nam si Paulus eum simpliciter reprehendisset, commentari potuisset id simulatorie fecisse, at cum tanta emphasi afferit, in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat: negare vere fuisse reprehensibilem, & vere reprehensum, est sacre scripturæ contradicere, ideo Augustinus merito ait, negare scripturæ sensum, qui plane est literalis: tota eius auiditas illico deperiret, quod concedere, & admittere

mittere grauius est, quam asserere, quod Petrus, quia non existimauit tantum oriturum scandalum, ex in consideratione uenialiter deliquerit.

QVARTVM QVAE-  
SITVM.

An ista sit concedenda, Christus est creatura.



Augustinus Dardano, quo modo Deus ubique, epistola 57. asserere uideatur istam propositionem, Christus est creatura: sic enim habet, Cū enim sit Christus Deus & homo, Deus utique unde dicit, Ego & Pater unum sumus: homo autem, unde dicit, Pater maior me est, idem quod Filius Dei unigenitus à Patre, & Filius hominis ex femine Dauid secundum carnem, utrunque in illo obseruandum est, cū in loquitur, vel cū de illo scriptura loquitur, & quid secundū quid dicatur intueendum, nam sicut unus homo est animal rationale & caro: sic & unus Christus est Verbum & homo: proinde quod ad Verbum attinet, creator est Christus, omnia enim per ipsum facta sunt, quod uero ad hominem, creatura est Christus: factus est enim ex femine Dauid secundum carnem, & in similitudinem hominum factus.

Doctores scholastici, 3. sent. dist. 11. & S. Thom. 3. parte, q. 16. art. 8. quo quaerit, an Christus sit creatura, aduertendum circa titulum ex S. Thom. accidentia esse duplicis generis: quaedam, quae de se conueniunt toti, & partibus indifferentes, & immediate, & aliquando conueniunt toti solum ratione partis, ut albedo conuenit homini ratione partis, ut Aethiops albedo ratione dentium, & huiusmodi accidentia, quando conueniunt toti solum ratione partis, non possunt praedici nisi cum addito, ratione partis, unde ista est falsa, Aethiops est albus simpliciter, nisi addatur secundum dentes, ratio est, quia cū albedo possit conuenire homini non solum ratione partis, ut crispitudo, achilinus, nasciturus, quae accidentia sine addito praedicantur de toto, ut Sortes est crispus, uel simus albedo tamen quia conuenit toti & partibus, ideo sine addito ista simpliciter est falsa

Aethiops est albus, si uero addatur secundū dentes est uera, & ratio est, quia additum ad tollendam dubitationem ponitur, ubi autē nulla est dubitatio, non oportet aliquid addere, uti crispitudo dubitari nequit, quin cōueniat toti ratione partis.

Hoc supposito respondet S. Thom. cōclusionem negatiua, nempe, Christus nō est creatura, ratio est, quia quando est dubium, an aliquod accedens conueniat toti uel parti, si ascribitur parti, non est tribuendum toti simpliciter, sed ratione partis: & ita contingit in hoc praedicatione, creatura, talis ergo praedictio simpliciter non conuenit Christo.

Quaestio haec controuertitur potest cum hereticis, & cum fidelibus, secundum quod uolunt potest efficere sensum. Haeretici enim tenent, Christum etiam secundum Diuinitatem esse creaturam, quod probant ex illo Ioannis, Pater maior me est. Et ex illo Matth. 13. De die illa nemo scit, &c. Ex quo inferunt Christum diem Iudicii ignorare, quibus astipulatur Erasmus asserens, quod ex sacris literis nō deducitur euidenter Christum esse Deū, quod asserit super illud Ioannis. 20. Dominus meus & Deus meus, inquit enim, quod hic est uerus locus, ex quibus Euāgelistae Christo nomen Dei tribuunt & addit, licet ex libris noui Testamenti pijs mentibus constet, Christum Deum pariter & hominē fuisse, tamen infrequens est aperte dici Deum, in quo insinuat quod ex sacris literis non deducitur euidenter, Christum esse Deum, contra quem consuetudo cōclusionem similitur & de fide tenendam. Ex sacris literis euidenter deducitur, Christum esse uerum Deum & hominem, quā probe, primo ex uerbo Dei expresso: secundo, ex traditione ecclesiae: tertio, ex definitionibus Conciliorum, & ex symbolis & rationibus Theologicis. Primo medio probatur testimonij utriusque Testamenti. Esai. 9. Paruulus natus est nobis, &c. Et uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius Deus fortis, uocari autem in scriptura pro esse usurpatur, ita Matth. 3. Qui fecerit & docuerit, hic magis uocabitur, id est, erit: & Habacuc. 3. Hic est Deus noster, & non est alius: & ut insinuat se loqui de Messia, subdit, Post haec in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est: & Hier. 23. de Messia loquens ait, Hoc est nomen quod uocabitur nomen, Dominus iustus, quod erat nomen Tetragrammaton uocabant Hebraei Iehouah, quod non est unquam nisi Deo uero attributum: & Esai. 4.

Cōclusio

Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator noster, quo loco Hieronymus & Augustinus asserunt, locum hunc apertissimum, acque apertissimum esse ad reuincendos hereticos.

Secundo id probatur testimonij noui instrumenti. Matth. c. 1. adducit id Esai. 1. Ecce uirgo concipiet, & uocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus: Ioann. 1. Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & Verbum caro factum est: & Ioan. 4. cū Samaritana Christo dixit, Scimus quia Messia uenit: dixit ei Christus, Qui tecum loquitur, ipse est: & Ioan. 9. ceco dixit Christus: credis in Filium Dei, qui interrogans quis esset: respondit ei Christus, Qui loquitur tecum ipse est: & 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonija dant in caelo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, qui tres unū sunt, interius etiam tres sunt, quae idem testificantur, primum Spiritus sanctificandi sanguis, qui fluxit ex latere Christi, & aqua qua in istos Dei regeneramur, & Ioan. 20. Thomas dixit, Dominus meus & Deus meus. Idē etiā ex Paulo constat ad Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in saecula. Glossa autem Erasmi ridicula est, sic enim legit, sit Deus benedictus, quia Christus est incarnatus: nam glossa haec expresse est contra textum, & contra Pauli intensionem: & ad Ephel. 2. Qui cū in forma Dei esset non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo: & ad Colos. 2. In quo est omnis plenitudo Diuinitatis: & ad Titū 2. Expectans beatam spem, & aduentū Domini nostri, & saluatoris nostri Dei: & ad Hebraeos. 1. expresso pro omne illud caput sententiam hanc Paulus intendit.

Contra Arium probamus, Christū creaturam non esse, Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt: ad Colossenses. 1. In ipso condita sunt uniuersa, caelum & terra: ad Colos. 2. In ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, id est, realiter: & Ioannes. 10. Quod dedit mihi Pater maius omnibus est: in genere neutro, maius dicit, ad designandam naturam, constat ergo testimonij utriusque paginae, Christum esse uerū Deū, & contra Arium non esse creaturam.

Secundo medio id probatur ex definitione quatuor Conciliorum generalium, quae expresse & ex professo id diffiniuerunt. Concilium enim Nizenum diffiniuit, nomē hoc hominibus adinueniendum esse, & uere & proprie Christo competere, quod significat idē,

quod eiusdem substantiae & naturae, quod postea Ephesina, Calcedonensis, & Constantinopolitana Synodus confirmauerunt.

Tertio, medio id probatur ex cōmuni consensu Patrum, Cyrillus in suo thesauro lib. 1. c. 5. & lib. 2. c. 2. & lib. 12. per plura capita probat, Christum esse Deum: Clemens Alexandrinus lib. 1. & 2. idem ostendit, Origenes, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, illis subscribunt: Theophilus super illud, quod Dominus fecit ficulneam arescere, & super illud Ioan. 15. Si non uenissem, & opera nō fecissem, quae nemo alius fecit, peccatum nō haberent.

Quarto medio rationibus id probamus: & prima ratio sumitur ex prophetis, quae de ipso fuerunt quae ad literam in Christo Domino sunt adimpletae, ut constat ex illo Genes. 49. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, nec dux de femore eius: donec ueniat qui mittendus est, quae propheta constat in Christo Domino ad literam esse adimpletae: & idem est de ceteris alijs.

Secundo probatur ex miraculis, & ex modo faciendi miracula, ueritas enim fidei testibus Diuinis, & miraculis esse fundata, ut in Noe, Abraham, Mose, & ceteris Patriarchois constat, Christus autem in confirmationem huius ueritatis, scilicet, esse uerum Deū & hominem, non praemia oratione, sed tanquam Dominus uisibilium & inuisibilium imperādo plurima miracula fecit, ergo.

Tertio id probatur ex dignitate testium, nam Pater id testificatus est inquitens, Hic est Filius meus dilectus: Filius ostendens claritatem sui corporis in transfiguratione testimonij Patris confirmauit, Spiritus sanctus in specie columbae super ipsum descendens: Angeli in natiuitate quando facta conuentione Angelorum cecinerunt, Gloria in excelsis Deo, &c. concinit illis Baptista digito illum ostendens, & canens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quatuor Euāgelistae cōcorditer idē testificantur, Hieronymus & Augustinus in loci huius Ioan. 15. Si non uenissem, & opera nō fecissem, quae nullus alius fecit, exculationem habent, &c. inquit, ex tribus ostēdit Christum esse Filium Dei, & uerum Deum. Primum, quia nemo fecit quod Christus fecit, nisi seipsū suscitare, unde Paulus ad Rom. 1. Qui praedestinatus est Filius Dei, hoc est, manifestatus & declaratus quod Filius Dei esset: primo ex uirtute, & modo miracula faciendi: secundo, ex spiritu sanctificationis, quo Magdalenae,



gdalenq; & ex eo dixit, Remittuntur tibi peccata tua: ad remissionem vero peccatorum in fatis gratia & sanctificatio sequitur. Tertio ex retributione, scilicet, actua mortuorum, quia Christus virtute propria ex mortuis resurrexit, secundum quod, Christum verum Deum esse manifestum est, quia nullus sicut Christus corpore & anima virtute propria in caelum ascendit. Tertium, quia fecit miracula in confirmationem suae Deitatis, & ad ostendendum doctrinam eius esse veram: & nedom hoc, sed eius miracula veteri instrumento fuerunt prophetrata, vt patet Esa. 35. Dominus veniet & saluabit nos: tunc aperietur oculi cecorum, &c. Doctrina ergo Christi, scripturae sacrae, miraculis, & prophetiis, quae de ipso erant coniuncta, sufficienter ostendunt, eum esse verum Deum, & Messiam in lege promissam.

Et tandem est virgens argumentum & conuincens, Christus est filius Dei, ergo verus Deus habens veram naturam Deitatis: collectio patet, quia de ratione filij est, quod habeat eandem naturam cum Patre: antecedens patet Marc. 14. vbi interrogatus à summo Sacerdote, an esset filius Dei: respondit, sum: & Luc. 1. Erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & Matth. 17. Hic est filius meus dilectus. Arriani respondent ad haec, esse filium Dei per adoptionem, & per excellentiam quandam, non tamen verum, neque naturalem filium Dei. Sed contra hoc arguitur ex illo Ioann. 5. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo, vbi Christum verum filium appellat. Secundo, quia per adoptionem plures sunt filij Dei: & Christus hoc modo non esset vnigenitus contra illud. 1. Ioan. 1. Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, &c. intelligit de filio naturali, & per propriam generationem. Tertio Ioann. 1. dicitur, Omnia per ipsum facta sunt: & ad Colos. 1. In ipso coadita sunt vniuersa, nõ ergo est creatura, cõ ipse fecerit omnia: & ad Colos. 2. In ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis. Vltimo, Christus non est mentitus, quia veritas mentiri non potest: ipse autem inquit, Ego sum veritas: & hoc Arriani fatentur, & ipse dixit se esse verum Deum, vt ex locis citatis constat, ergo est ita.

Et quia Erasmus infirmare conatur doctrinam, quam statimus, oportet eius doctrinam discutere. Et primus locus, ad quem Erasmus responderet, est ille Ioann. 10. Ego & Pater vnus sumus: & 1. Ioann. 5. Tres sunt qui testimonium dant in caelo, cum ceteris quae ad

duximus, quae omnia Erasmus ad alterinis expositionibus euertere conatur. In annotationibus. 1. Ioann. 5. inquit, quod illud Ioannis, 10. Ego & Pater vnus sumus, quod loquitur de cõcordia, quã cõ Patre habet, est, est ipsum sit, sensum illi nostrum iudicij ecclesie transmittere, quia vt probemus ex isto loco, Christum esse Deum, necessum est probare ex sacris literis, ly vnus, solum importare vnitatem essentiae, & quia hoc ex sacris literis probari non potest: ideo inquit, locus hic infirmus est contra Arrianos: minor probatur Ioann. 17. Pater sancte serua eos, vt sint vnus, sicut nos vnus sumus: & rursum, vt sint vnus, sicut ego in te, & tu in me: ex quibus constat quod vnus importat concordiam animorum.

Hoc tamen non obstante, cõtra Erasmus dicimus, ex loco isto euidenter deduci, Christum esse Deum, pro quo notandum quis sit scopus, & finis, ad quem Christi verba referuntur: nam postquam longum sermonem de ouibus fecerat, & sabianx iller, nõ rapier eas quisquam de manu mea, dixit, Pater qui dedit mihi maior omnibus est, quo loco ostendit, oues esse suas: & concludit, nemo potest eas rapere de manu mea, hoc est, de potestate mea: in scriptura enim manus pro potestate vsurpatur, Genes. 18. Abraham de Agar loquendo dixit ei, In manna tua es: & quod nemo oues de manu sua rapere possit, haec collectioe probat, nemo potest rapere oues de potestate Patris, Pater autem, qui dedit mihi, maior omnibus est, nemo ergo rapere eas de manu mea potest: quia ego & Pater vnus sumus, ex hoc contra Erasmus arguitur, vel ly vnus, importat vnitatem essentiae, vel animorum concordiam, si primum, intentum: si secundum collectio ergo Christi nulla est, existens enim in gratia affirmata posse, ego & poter charitate & concordia animorum vnus sumus: nemo autem oues rapere potest de potestate Patris, ergo nec de manu mea.

Tum etiam verbum illud Erasmi, pius esse credere, intolerabile est, quia ecclesiae credere nedam pius, sed necessarium est ad salutem: nam miracula sanctorum, quae ab ecclesia non sunt approbata, pie credimus necessaria vero ad salutem, & quae fide tangunt, vel fidelium mores necessario credere tenentur.

Ad alium locum ad Titum. 2. Expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, ita dicit Erasmus. Primum, quod per magnu Deum Patrem possumus intelligere: Hieronymus

Co. n. 2. E. rasmi.

tamen Augustinus, & Theophilactus, & cõmuniter Patres de Christo Domino exponunt. Secundo dicit, quod quantumcumque Chrysolostomus, Hieronymus, Augustinus, & Patres ex isto loco aduersus Arrianos exultent, nihil tamen contra illos, nam locus hic illis fauet: probat, quia sermo Graecus dubius & anceps est: sed dato id illi demus. Hinc arguitur ad hominẽ contra illu, si sermo Graecus est anceps & ambiguus, & ex quo potest ad Patrem & ad Filium referri, quare potius Arrianos quam Catholicos fauet. Tertio dicit, quod dato locus iste de Christo intelligatur, contra Arrianos nõ est: ipsi enim fatentur, Christu magnum Deum esse, non tamen verum Deum. Sed cõtra arguitur ex Paulo ad Philip. 2. Non rapina arbitratu est esse se equalem Deo: si æqualis Deo, verus ergo Deus. Confirmatur ex eo quod addit: super omnia Deus, ergo verus Deus: antecedens patet ad Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula: & inquit locus iste potest sic costrui, Deus, qui est super omnia, sit benedictus, iam supra exclusimus, & addimus, quod Erasmus in suis glossis Arrianum superauit, non enim tã aduersus expositiones ausus esset scripturæ adhibere: similiter ferè respondet ad alium locum ad Titum. 3. Apparuit benignitas Saluatoris nostri Dei, inquit, Saluatorẽ, potius ad Patrem, quam ad Filium esse referendum, & citat in suam sententiam B. Hieronymum, sed falso: nõ Beatus Hieronymus solus inquit, Saluator noster Deus, nempe Christus, non est alius Deus à Patre.

Vltimus locus est Ioann. 1. Deus erat Verbum, & Verbum caro factum est, exponit Erasmus, Deus erat Verbum, id est, participes Diuinitatis. Sed arguitur contra illum, ex communi consensu omnium Patrum, qui ex hoc loco conuincunt, Christum esse veru Filium Dei, & si expositio illa valida esset, locus esset infirmus: Arrius enim posset sic respondere, erat Deus, id est, participes Diuinitatis: aduertendum tamẽ, quod licet Erasmus asserat non conuinci ex his locis, Christum esse Deum, non tamen negat, ex alijs locis conuinci posse, vt ex ipsius Apologia aduersus Sernicam constat, vbi inquit, id conuinci ex illo Thomæ Ioã. 20. Dñs meus & Deus meus. Sed arguitur cõtra eum. Primo, quia Euangelista ibi nõ asserit, Christu esse Deum, sed tantu Thomã id dixisse, nihilominus per impossibile dato, quod Eu-

gelista id nõ affirmasset, aut Thomas mentitus fuisset, assertio hæc esset veraciter dictu illud ceci Ioãnis. 9. Scimus quia peccatores Deus nõ exaudit. Secundo, quia si verum est, quod Erasmus dicit, quia Thomas id dixit est veru, inde nos appareremus nõ ita esse, quia simili modo Propheta ait, Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus. Tertio, quia ipse inquit, q si verba illa ad Titu. 2. de Christo intelligatur, Arrianos nõ conuincunt: eodẽ ergo modo fateri tenetur, quod neque is locus Ioã. 20. Arrianos conuincat. Quarto, quia hereticus est, qui locu hunc per admiratione exponit, ex diffinitione Cõcilij Constantiensis Can. 12. similiter ergo, qui locum illu ad Roman. 9. per admiratione exponit, collectione nõ probat, quia minor apparerit admiratione nõ est hic, quã illic. Quinto, quia tu Erasmus vel credis, Christu esse verum Deu, vel non credis: si credis, contra, quia ex doctrina tua nullum est motiuum ad id credendum saltem certitudine fidei: probat, quia apud te ecclesia proponens nõ est necessarium, neque sufficientes motiu ad credendum, nec per te est aliquis locus in scriptura expressus, vnde id deducatur, ergo. Quod si dicas ex loco Ioã. 20. conuinci, cõtra, loca alia non te conuincunt, ergo neque hic te debet conuincere, ex quo constat te manifeste mentiri: nam si te conuincit, capitiuaret in alijs locis intellectum in obsequium fidei. Et vltimo, quia cũ sint loci alij fortiores contra Arrianos, quare illis hunc tantu locum obijcis: ideo Erasmo omisso, ceteris doctrina in hac parte est cauenda.

Dubium est, an ex illo Ioann. 20. determi natione ecclesiae addita, efficax argumentum sumi possit ad probandũ Christu esse Deu, verba sunt, Dominus meus & Deus meus: & arguitur neganter, nõ neque assertio scripturae, neque diffinitio ecclesiae id euidenter conuincunt: antecedens probat, quia scriptura tantu asserit, quod Thomas id dixit, & ecclesia solus diffinit. Thomã illud dixisset: collectio ista nõ conuincit: Thomas dixit, Christum esse Deum, ergo est verus Deus, quoniam Thomas tunc non erat in gratia cõfirmatus, potuit ergo mentiri. Nihilominus dicimus quod hinc sufficientissimum argumentum sumitur, quia ecclesia ex hoc loco cum alijs argumentis sumptis contra Arrianos, & diffinit, Christum esse verum Deum: & in Cõcilio Nizeno adducitur etiam inter alia locus hic: & ad argumentum respondet collectioe hanc esse bonã, Thomas dixit, Christu esse veru Deu, ergo est verus Deus, quia

movebatur ab Spiritu sancto, sicut Euangelista ad scribendum.

Reliqua est argumenti Arrii responsio, Primū est ex illo Ioan. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solū verū Deū, ergo Filius non est verus Deus. Respondeo, negando consequentiā, pro quo notandum, quod in scriptura facta. quando dictio exclusiua ponitur in propositione vbi prædicatum est essentialē, & non personale, non excludit a persona, sed a natura: vbi, nemo nouit Filium, nisi Pater non excluditur Spiritus sanctus, sed sensus est, nulla alia natura quam natura Patris cognoscit Filium: & hoc patet ex illo. 1. ad Thellalon. vltimo. Qui solus habitat lucem inaccessibilem, & habet immortalitatem: vbi Filium neq; Spiritum sanctū non excludit, quia etiā lucē inaccessibilem habitant. Et Paulus eodem. c. de Patre loquens, inquit, Solus ipse est Rex regum, & Dominus dominantium. Et idem de solo Filio asseritur Apocal. 9. sensus igitur est, hæc est vita æterna, ut cognoscant te solū verum Deum; quia nulla alia substantia est, quæ verus Deus sit: vnde Sanct. Thom. 4. contra Gentes cap. 8. inquit, si confessus esset Filius, quod solus Pater est verus Deus, non propter hoc ab essentialitate & Deitate Filii excludi intelligendus est.

Secundum argumentum est, Filius Dei aliquid ignorat, ergo non est verus Deus: antecedens patet Matth. 13. de die illa nemo scit, nisi solus Pater: Pro solutione huius argumenti assignamus duas conclusiones. Prima, Christus simul cum Spiritu sancto, certissimē & infallibiliter diem Iudicii cognoscit: sicut Pater cognoscit: hæc statuitur contra impiissimos hæreticos Ignorantes vocatos: vt Ilidorus libro. 4. tradit: & probatur conclusio, quia Filius est Deus, vt probauimus, & similiter Spiritus sanctus, quod probatione non indiget, cognoscit ergo diem iudicii sicuti Pater. Quod si arguas Euangelium ait, Solus Pater cognoscit, excludit ergo Filium, & Spiritum sanctū in cognitione illa: collectionem negamus. duæ enim sunt expositiones optimæ loci huius. Prima quæ est scholastica, supposito quod quando dictio exclusiua ponitur respectu alicuius termini essentialis, non excludit personas ab operatione illa, verbi gratia, si in scriptura inueniatur, quod solus Pater creat, exponenda est, nihil aliud a Patre creat, & Filius

non est aliud, sed alius: si tamen dictio exclusiua ponatur respectu termini notionalis, tunc cæteras personas excludit: ad rem ergo, quando Euangelium ait, Solus Patrem scire diem Iudicii, est vera, quia scire est terminus essentialis, verbum enim, solum, cæteras personas non excludit. Secunda solutio est moralis, quia etiam si Euangelium dicat, solum Patrem scire diem Iudicii, nihil tamen contra nos, quia debet sic intelligi, ac si diceret, Pater habet cognitionem a se, non ab alio communicatam: sicuti intelligitur illud Ioann. 17. Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me Patris: ac si diceret, cognitionem & doctrinam quæ habeo, comunicatam a Patre habeo, & non est solū a meipso: & in cōmuni modo loquendi dicimus, solus ignis est calidus, quia cætera calorē habent cōiunctum ab igne, ipse vero a se habet: sic ergo in proposito, quando Christus inquit, Solus Pater scit, intelligitur ex se, nō participando, neq; ab alio scientiam accipiendo. Expositio alia cōmunit est, q̄ Filius nescit diem Iudicii ad reuelandum & manifestandum alijs, quia mysterium hoc Deus sibi reseruabit.

Secunda conclusio, Christus quatenus homo sciebat diem Iudicii futuri, & cognoscit illum: probatur ex illo Esa. 63. vbi de Christo, quatenus homo erat, loquens ait, Ecce dies vltionis coram me est, & omnis retributionis mecum. Et Matth. 24. assignauit signa Iudicii venturi, conscius ergo erat eius. Et probatur ratione, ad statū Christi spectabat, diem illum cognoscere, cognouit ergo illa: antecedens probatur, quia si ignorasset, sequitur quod posset esse error in Christo, quia si vltimum diem ignoraret, ergo & antepenultimū, & sic de alijs. Et confirmatur, quia Pater dona excellētiōra communicauit Filio, quā cognitionem hanc, illam ergo illi communicauit.

Quod si quæras, in quo gradu certitudinis conclusio hæc tenenda sit: videtur enim non esse de fide: probatur, quia plerique grauiissimi Doctores contrarium affirmarunt; Ireneus Doctor grauiissimus lib. 2. cap. 48. expresse affirmat, Christum secundum quod homo diem vltimum ignorasse: sic enim scripsit, Nescio quia temeritate aliqui præsumant horum mysteriorum cognitionem sibi arrogare, cum Filius Dei diem Iudicii se fateatur ignorare. Ambrosius super Lucam cap. 10. inquit, quod etiā si Christus, secundū quod Deus, cōscius fuerit huius diei

2. Conclusio.

diei, non tamen secundum quod homo, quibus Chryostomus subscripsit. Et quod amplius mouet est Cōcilium Cōstantiense, quod Canon. 6. inquit, q̄ Christus secundū Diuinitatem erat cōscius illius diei, non autē secundum quod homo. Nihilominus cōclusio posita est vera, & est S. Thom. 3. parte. q. 10. art. 2. & est cōmunit Doctorum scholasticorum, & opposita assertio, nedū est scadalosa, sed temeraria & erronea. Et ad locum Euangelij quæ contrariū videtur sonare, sufficiunt tres solutiones assignatæ, & vltra illas est alia expositio Basilij cōtra Eunomiū. c. 4. quod Christus verba illa protulit in personam corporis mystici, quod sæpe in scriptura reperimus, vt est illud psalmi, Saluum me fac Deus, quoniam intraeunt aquæ, &c. Et subdit: longē a salute mea verba delictorū meorū. Et Actuum. 9. Saule, Saule, quid me persequeris: quæ verba constat in persona ecclesie esse dicta. Vltima solutio est, q̄ Christus verbis illis vsus fuit tropo, & figura, quæ aliquando locis alijs vsus est ad discipulorum importunitatem vitandam: ideo dixit, neq; filius hominis scit, ac si diceret, nō est vestrū nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, vt Actuum. 1. habetur: ita & nos ad cauendam importunitatem illorum dicere soleamus, nescio, cum tamē sciamus. Expositio hæc est Augustini. 1. de Trinitate. 12. Alia cōmunit, nempe, quod nescit ad reuelandum est Chryostomū, a quo Catechismus est mutuatus.

Tertium argumentum est, in Filio est indigentia, ergo nō est verus Deus, antecedens probant, quia omnia quæ Filius habet, a Patre accepit. Tum etiā quia Pater docet, & adiuvat Filium: omnia autem ista defectum important, ergo, antecedens patet Ioann. 5. Nō potest Filius a se facere quicquā. Et Ioā. 17. Omnia quæ audiui a Patre meo, nota eci vobis. Pro solutione notandū, quod Pater ab æterno omnia quæ habet, Paternitate dēpta, Filio comunicauit, vt scientiam, potentiam, & attributa omnia quæ Filio appropriamus, vt patet ex illo Ioann. 16. Omnia quæ habet Pater, mea sunt: & cap. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea: & c. 10. Quod dedit mihi Pater, matus omnibus est. Hoc supposito dicimus, quod Pater dicitur docere Filium, eo quod ei cōmunicat eius sapientiam infinitam, quā ex se habet, & a Patre intelligere, nihil aliud est, quā sapientiam, quæ habet, per generationē a Patre accipere: & ideo addi-

dit, & quæcunque ille fecit, hæc & Filius similiter fecit.

Quartum argumentum Arrii est, in scriptura expresse habetur, Filium Dei esse creaturā, ergo non est Deus: antecedens patet ecclesiast. 24. vbi sapientia, qui est Filius Dei, inquit, Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et rursum, Ab initio & ante secula creata sum, & ego ex ore altissimi prodij ante omnem creaturā. Ad hoc respondeo primo, quod loci isti de Beata Virgine intelligi possunt: & ita canit ecclesia. Secūdo dicimus, quod intelliguntur de sapientia creata, quam Deus creaturis indidit, vt patet ex illo Ecclesiast. 1. Ipse creauit eam, & effudit illam super omnia opera sua. Tertio dico, quod intelligi possunt de natura humana a Filio Dei assumpta, vt sit sensus, ab initio & ante secula creata sum, id est, prauisa sum meo creatori vni. Vltimo dicimus, quod intelliguntur de sapientia in creata, qui est Filius Dei. Pro quo notanda est differentia inter generationem, & creationem, quia in nostra generatione genitum recipit naturam generantis: & generans in generatione animalium mutatur, in creatione tamen creatura non recipit naturam creatoris, neque creator mutatur. Hoc supposito, sapientia, quæ Filius Dei est, in scriptura genita dicitur, & creata, vt ex creatione intelligatur immutabilitas Patris, & ex generatione vnitas naturæ in Patre & Filio: dicitur ergo in scriptura Filius genitus a Patre, ad ostendendum eandem naturā cum Patre habere: dicitur etiā creatus, ad manifestandum, q̄ cū Pater Filium generat, nullo modo mutatur, & hunc sensum assignat Hyllarius, & S. Tho. 4. contra Gentes. c. 8. similiter exponit.

Quintum argumentum Arrii est, Ioan. 1. Baptista de Christo dixit, Ante me factus est rex: hoc argumentum sic Christus secundū humanitatem ante Baptistā non est factus, sed enim mensibus illum præcessit, secundum ergo Diuinitatem ante eum est factum, si factus, non ergo creator, sed creatura: respondet, sensum verborū illorū esse, ante me factus est, id est, mihi est prælarus, & prius quā ego factus, & exultimatus: & sensus Arrianorum damnatus est Concilio Nizeno. Et aduertendum, quod est phrasis scripturæ, aliqua tunc dici fieri, quando innotescunt: Filius enim ab æterno omnipotentiam habuit a Patre: post resurrectionem tamen dixit, data est mihi omnis potestas in celo & in terra, hoc

1. Conclusio.

## ADVERTENTIAE IN SECVNDVM TOMVM

est, modo hominib<sup>9</sup> innotescit potestas, quā in caelo & in terra habeo.

Vltimo arguit, ex illo Ioann. 17. claritatē, quā dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Apostoli autē non poterant esse vnum cum Patre per essentiam, ergo neque filius: respondemus, q<sup>o</sup> verbū illud, sicut, nō dicit omnimodā similitudinē, q<sup>o</sup> autē Pater & Filius sint vna essentia, iam cōtra haereticos probauimus. Et hęc sint fat de priori sensu quæstionis.

Secunda controuersia est inter Doctores fideles, an quemadmodum Filius à Diuinitate habet quōd sit creator, sic ratione humanitatis ei cōueniat, esse creaturam. Iuxta quā quæstionē sunt tres modi dicendi, vt ex Doctoribus. 3. sentent. dist. 11. constat. Primus modus est afferentium, hanc versissimā predicationem esse, Christus est creatura, addūt tamen, quōd ecclesia ideo illam abhorret, ne cum Arianis consentiamus, quia cū haereticis nec nomina debemus habere cōmunia. Hoc tenet Gabriel loco citatō, & allegat alios idem tenentes, subscribit illis Caceranus loco citato, inquit enim, hęc in rigore esse veram, Christus est creatura, hoc tamē affirmari nō potest, quia si de rigore esset vera, nō negaretur ab ecclesia. Secundus modus dicēdi est Scoti. 3. dist. 11. q. 1. qui allerit, quōd propositio illa neq<sup>ue</sup> est vera, nec falsa: ideo Theologus respondere non debet ad illam nisi sub distinctione, neq<sup>ue</sup>, vel in quantum Deus, vel in quantum homo.

**Cōclusio.** Contra hos duos modos dicēdi sit cōclusio certissima, q<sup>o</sup> hęc propositio, Deus est creatura, in rigore est falsa, & absolute nō est cōcedēda, nisi cū addito: itaq<sup>ue</sup>, sicut hęc Aethiops est albus, absolute est falsa, nisi addas secundū dentes: sic etiā & ista Christus est creatura. Hęc est sententiā S. Tho. 3. parte. q. 16. art. 8. & de veritate. q. 29. art. 3. & 3. sent. dist. 11. q. 1. & eam defendit Marcellus. 3. q. 9. art. 3. Idem tenet Magister sent. 3. dist. 11. Caeleolus & Durandus, & tandem hęc est sententiā fere omnium Patrum. D. Ambrosius ex professo id allerit lib. 1. de Trinit. c. 6. & D. Augustinus. 1. de Trinit. c. 36. in expositione illorum verborum, Omnia per ipsum facta sunt, inquit, nullo modo fatendū esse Christū esse creaturā: & idē affirmat ceteri Patres. Ratione probatur, quia cōcedim<sup>9</sup>, q<sup>o</sup> Christ<sup>9</sup> simpliciter nō est fact<sup>9</sup>, neq<sup>ue</sup> creatus, ergo simpliciter nō est creatura, antecedens haberet in symbolo Athanasij, collectionem probō, quia creatura nihil aliud est, quā sim-

plex factura. Cōfirmatur, Christ<sup>9</sup> simpliciter nō habuit esse post nō esse, nō ergo est creatura, antecedēs est de fide, cōsequentiā probō ex diffinitione creationis, quę est recipere esse post nō esse, & esse ab alio, quod Christ<sup>9</sup> nullo modo cōpetere potest. Secūdo, omnia illa prædicata, quę importat præcisionē, & exclusionē naturę, de Christo affirmari nequeunt: creatura autē est huiusmodi, ergo simpliciter de Christo prædicari non potest: maior probatur: hęc propositio est falsa, Christ<sup>9</sup> est purus homo, quia prædicatū excludit Diuinitatē: similiter & hęc, Christus est purus Deus, quia prædicatū excludit humanitatem, maior ergo infallibilis est: & est S. Tho. minorem probō, quia creatura simpliciter excludit creaturę, ergo Diuinitatē, cui creare conuenit, nullo ergo modo creatura potest simpliciter de Christo prædicari, collectio patet, quia omnia prædicata includentia negationē, cuius opposita affirmatio cōuenit Christo, nō valent de Christo prædicari: creatura ergo simpliciter de eo prædicari nequit, quia creatura dicit nō semper fuisse, cuius opposita affirmatio, neq<sup>ue</sup>, semper fuisse, cōuenit Christo. Tertio, omnis creatura incipit vel incepit esse: at Christus nō incepit esse, non ergo est creatura. Et hęc est versissima sententiā, & simiter tenenda.

Cōtra hanc sententiā sunt argumenta. Primū ex Augustino loco citatō, & in sermone de natiuitate Domini, mirabile sacramentū quo creator voluit esse creatura. Et Leo Papa sermone de natiuitate, quę refert S. Tho. 3. parte. q. 16. ar. 8. ad tertium, qui inquit, noua & inaudita conuentio, qua qui est & semper fuit voluit esse creatura. Et Hieronym<sup>9</sup> in epistolā ad Ephes. c. 2. Ipsius factura sumus, inquit. Iuxta hęc verba sunt qui-  
dam, qui verentur & trepidant dicere, Christum creaturam, derogantes mysterio incarnationis: ego tamen confiteor, Christum fuisse creaturam, citra periculum. Ad hęc, & alios locos Patrum his similes est triplex solutio. Prima est communi in scholis, scilicet, quod sancti breuitatis causa particulam necessariam, nempe, secundum humanitatem, omiserunt: sensus enim sanctorum, sicut scripturę, ex præcedētib<sup>9</sup> & subsequētib<sup>9</sup> colligi debet: & cum sancti de Christo loquerentur secūdm humanitatem, sic sunt interpretandi, quando asseruerunt, Christum esse creaturam. Secunda solutio est quod apud sanctos sententiā illa est semper amplectenda, vbi ex p<sup>ro</sup>ffesso, & ex p<sup>ro</sup>pria

sententiā loquuntur, & propositionem aliquam diffiniunt tanquā veram & tenendam, non tamen quando ex accidenti, & per exaggerationem alicuius mysterij Diuini loquuntur, quōd illis accidit in casu, de quo in præsentia agimus: loquentes tamen ex professo oppositam sententiā affirmant, ad commendandam etiam charitatem, vel vitia carpēdā aliquando excedunt: vnde Augustinus lib. 1. de Trinit. c. 46. ait, Cum de Christo loquimur quid, & secundum quid, & propter quid, aduertat prudens lector: qui locus est valde notandus pro solutione multorum argumentorum. Tertia solutio sancti Th<sup>o</sup>. art. 8. citata ad secundum, qui hanc regulā statuit, qua facile cognoscere possumus quæ prædicata dicuntur de Deo & homine Christo sine addito, vel cum addito. Regula hęc est: ea prædicata, quę dubitationem non habent circa alterutram naturam, prædicantur de Deo & homine sine addito, ea verō quę dubitationē habent non nisi cum addito, prædicantur, verbi gratia, prædicata hęc, mortuus, passus, sepultus, cōueniunt Deo solū ratione naturę humanę: neque vnquā dubitarum fuit, an illi conuenirent ratione naturę Diuine: ideo istę concedendę sunt simpliciter, Deus est mortuus, Deus est passus. Item certum est, quōd prædicata ista, infactibilis, increabilis, cōueniunt Deo solum ratione naturę Diuine: neque vnquā dubitarum fuit, an Deo conueniant ratione naturę humanę: ideo simpliciter istę sunt concedendę, Christus est infactibilis, Christus est increabilis, & hac ratione Damascenus inquit, quōd Christus est partibilis & impartibilis, creabilis & increabilis, æternus, & omnipotens: similiter prædicata hęc incorporeum, & impassibile, Deo conueniunt ratione naturę Diuine: dubitatum tamen fuit apud Manicheos, an Deo conuenirent ratione naturę humanę: asseriebant enim, Christū non habuisse verum corpus, sed phantasticū, ideo ista, Christus est incorporeus, non est simpliciter cōcedenda, sed cū addito, scilicet, in quantum Deus: ideo S. Th<sup>o</sup>. art. 8. ad tertium inquit, q<sup>o</sup> hęc prædicata, factū, & natū, de Deo sine addito prædicantur, quia cōueniunt Christo ratione naturę humanę: & nunquā fuit dubitatum, an ei cōuenirent ratione naturę Diuine. Ex quo sequitur hanc, Christ<sup>9</sup> est creatura, simpliciter esse negandā, quia Ariani eam asseriebant.

Secundum argumentum est, Christus simpliciter & absolute est minor Patre, ergo

simpliciter & absolute est creatura, antecedēs patet Ioann. 14. Pater maior me est. Ad argumentum negamus antecedens: est enim simpliciter falsum, quoniam efficit hunc sensum, Verbum Diuinum est minus Patre, quod hæreticum est: cum addito tamen, nepe secundū humanitatem, cōcedendum est, & loco illo Christus loquebatur secundum humanitatem, vt ex textu patet.

Tertio arguitur, & est difficile argumentum, nam si Christus creatura non esset, maxime ex eo, quia non potest habere esse post non esse, sed hoc non est de ratione creaturę, nihil ergo obstat, quin Christus sit vera creatura, maior est fundamentum totius scholę, minor probatur, nam si Angelus ab æterno produceretur à Deo, cōstat, quōd Angel<sup>9</sup> esset creatura, & tamen non haberet esse post nō esse, non ergo exigitur hoc ad rationē creaturę. Cōfirmatur, omnis natura humana cōmunicat supposito proprio esse creati, ergo humanitas confert & cōmunicat Christo quōd sit creatura, cōsequentiā probō propter cōmunicationem idiomatum, præterea ab inferiori ad suum superius, Christus est homo, ergo est creatura. Vltimo, Christ<sup>9</sup> est vere genitus, ergo habuit esse post non esse, ergo est vera creatura, patet. 5. physicorum generatio est mutatio de nō esse ad esse. Ad hęc argumēta respondetur ad primū præmissō fundamento, quōd ad rationem creaturę requiruntur duo: primum, quōd habeat esse post nō esse: secundo, quōd non repugnet illi habere esse post non esse: & hęc cōditio maxime requiritur, ita vt si alicui repugnaret habere esse post non esse, creatura non esset: & ita probatur Dei æternitas, quia repugnat illi habere esse post non esse, vnde ad maiorem dico, quōd Angelus ille etiam si non haberet esse post non esse, nō tamen illi repugnaret habere esse post non esse: & ideo est intra limites creaturę, quia vero Christo repugnat habere esse post nō esse, ideo non est creatura. Ad illud de cōmunicatione idiomatum: respondetur statutis his duabus regulis. Prima regula omnia illa prædicata quę humanitas non posset cōmunicare proprio supposito, non potest cōmunicare supposito Diuino, verbi gratia, si humanitas esset in proprio supposito, nō posset cōmunicare hoc prædicatum, quod est esse in alio, quia implicat esse in proprio supposito, & in alio esse, & ideo neque Christo ideo ista est falsa, suppositū Diuinum est in alio, vel sustentatur ab alio.

## ADVERTENTIAE IN SECVNDVM TOMVM

est, modo hominibꝫ innoteſcit poteſtas, quā in cœlo & in terra habeo.

Vltimo arguit, ex illo Ioann. 17. claritatē, quā dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus, Apoſtoli autē non poterant eſſe vnum cum Patre per eſſentiam, ergo neque filius: reſpondemus, qꝫ verbū illud, ſicut, nō dicit omnimodā ſimilitudinē, qꝫ autē Pater & Filius ſint vna eſſentia, iam cōtra hereticos probauimus. Et hæc ſunt ſat de priori ſenſu quaſtionis.

Secunda controuerſia eſt inter Doctores fideles, an quemadmodum Filius à Diuinitate habet quōd ſit creator, ſic ratione humanitatis ei cōueniat, eſſe creaturam. Iuxta quā quaſtionē ſunt tres modi dicendi, vt ex Doctōribus. 3. ſentent. diſt. 11. conſtat. Primus modus eſt aſſerentium, hanc veriſſimā predicationem eſſe, Chriſtus eſt creatura, addit tamen, quōd eccleſia illam abhorret, ne cum Arrianis conſentiamus, quia cū hereticis nec nomina debemus habere cōmunia. Hoc tenet Gabriel loco citato, & allegat alios idem tenentes, ſubſcribit illis Cætanus loco citato, inquit enim, hæc in rigore eſſe veram, Chriſtus eſt creatura, hoc tamē aſſerimus nō poteſt, quia ſi de rigore eſſet vera, nō negaretur ab eccleſia. Secundus modus dedit eſt Scoti, 3. diſt. 11. q. 1. qui aſſerit, quōd pro poſitio illa neqꝫ eſt vera, nec falſa: ideo Theologus reſpondere non debet ad illam niſi ſub diſtinctione, nēpe, vel in quantum Deus, vel in quantum homo.

**Cōcluſio.** Contra hos duos modos dicendi ſit cōcluſio certiffima, qꝫ hac pro poſitio, Deus eſt creatura, in rigore eſt falſa, & abſolute nō eſt cōcedēda, niſi cū addito: itaqꝫ ſicut hæc Aethiops eſt albus, abſolute eſt falſa, niſi addas ſecundū dentes: ſic etiā & iſta Chriſtus eſt creatura. Hæc eſt ſententiā S. Tho. 3. parte. q. 16. art. 3. & de veritate. q. 29. art. 3. & 3. ſent. diſt. 11. q. 1. & eam defendit Marſilius. 3. q. 9. art. 3. Idem tenet Magiſter ſent. 3. diſt. 11. Cæcilius & Durandus, & tandem hæc eſt ſententiā ſere omnium Patrum. D. Ambroſius ex profeſſo id aſſerit lib. 1. de Trinit. c. 6. & D. Auguſtinus. 1. de Trinit. c. 36. in expoſitione illorum verborum, Omnia per ipſum facta ſunt, inquit, nullo modo fatendū eſſe Chriſtū eſſe creaturā: & idē aſſerunt cæteri Patres. Ratione probatur, quia cōcedimꝫ, qꝫ Chriſtꝫ ſimpliciter nō eſt factꝫ, neqꝫ creatus, ergo ſimpliciter nō eſt creatura, antecedens haberetur in ſynbolo Athanaſij, collectionem probo, quia creatura nihil aliud eſt, quā ſim-

plex factura. Cōfirmatur, Chriſtꝫ ſimpliciter nō habuit eſſe poſt nō eſſe, nō ergo eſt creatura, antecedens eſt de fide, cōſequentiā probo ex diſtinctione creationis, quæ eſt recipe re eſſe poſt nō eſſe, & eſſe ab alio, quod Chriſto nullo modo cōpetere poteſt. Secūdo, omnia illa prædicata, quæ importat præciſionē, & excluſionē naturæ, de Chriſto aſſerimus, nequeunt: creatura autē eſt huiusmodi, ergo ſimpliciter de Chriſto prædicari non poteſt: maior probatur: hæc pro poſitio eſt falſa, Chriſtꝫ eſt purus homo, quia prædicatū excluſit Diuinitatē: ſimiliter & hæc, Chriſtus eſt purus Deus, quia prædicatū excluſit humanitatē, maior ergo infallibilis eſt: & eſt S. Tho. minorem probo, quia creatura ſimpliciter excluſit creatorē, ergo Diuinitatē, cui creare cōuenit, nullo ergo modo creatura poteſt ſimpliciter de Chriſto prædicari, collectio patet, quia omnia prædicata includentiā negationē, cuius oppoſita aſſeratio cōuenit Chriſto, nō valent de Chriſto prædicari: creatura ergo ſimpliciter de eo prædicari nequit, quia creatura dicit nō ſemper fuiſſe, cuius oppoſita aſſeratio, nēpe, ſemper fuiſſe, cōuenit Chriſto. Tertio, omnis creatura incipit vel inceperit eſſe, at Chriſtus nō incipit eſſe, non ergo eſt creatura. Et hæc eſt veriſſima ſententiā, & ſimiliter tenenda.

Cōtra hanc ſententiā ſunt argumenta. Primū ex Auguſtino loco citato, & in ſermone de natiuitate Domini, mirabile ſacramentū quo creator voluit eſſe creatura. Et Leo Papa ſermone de natiuitate, quæ refert S. Tho. 3. parte. q. 16. ar. 8. ad tertium, qui inquit, noua & inaudita conuentio, qua qui eſt & ſemper fuit voluit eſſe creatura. Et Hieronymꝫ in epistoſola ad Ephēſ. c. 2. Ipſius factura ſumus, inquit. Iuxta hæc verba ſunt qui idem, qui verentur & trepidant dicere, Chriſtum creaturam, derogantes myſterio incarnationis: ego tamen conſiteor, Chriſtum fuiſſe creaturam, citra periculum. Ad hæc, & alios locos Patrum hiſ ſimiles eſt triplex ſolutio. Prima eſt communi in ſcholis, ſcilicet, quod ſancti breuitatis cauſa particulam neceſſariam, nempꝫ, ſecundum humanitatem, omiſſerunt: ſenſus enim ſanctorum, ſicut ſcripturæ, ex præcedētibꝫ & ſub ſequentibus colligi debet: & cū ſancti de Chriſto loquerentur ſecundum humanitatē, ſic ſunt interpretandi, quando aſſeruerunt, Chriſtum eſſe creaturam. Secunda ſolutio eſt quod apud ſanctos ſententiā illa eſt ſemper amplectēda, vbi ex profeſſo, & ex appria ſententiā

ſententiā loquuntur, & pro poſitionem aliquam diſtintunt tanquā veram & tenendam, non tamen quando ex accidenti, & per exaerationem alicuius myſterij Diuini loquuntur, quōd illis accidit in caſu, de quo in præſentiā agimus: loquentes tamen ex profeſſo oppoſitam ſententiā aſſerunt, ad commēdandam etiam charitatem, vel vitia carpenda aliquando excedunt: vnde Auguſtinus lib. 1. de Trinit. c. 46. ait. Cū de Chriſto loquimur quid, & ſecundum quid, & propter quid, aduertat prudens lector: qui locus eſt valde notandus pro ſolutione multorum argumentorum. Tertia ſolutio ſancti Tho. art. 3. citato ad ſecundum, qui hanc regulā ſtatuit, qua facile cognoscere poſſimus quæ prædicata dicuntur de Deo & homine Chriſto ſine addito, vel cum addito. Regula hæc eſt: ea prædicata, quæ dubitationem non habent circa alterutram naturam, prædicantur de Deo & homine ſine addito, ea vero quæ dubitationē habent non niſi cum addito, prædicantur, verbi gratia, prædicata hæc, mortuus, paſſus, ſepultus, conueniunt Deo ſolū ratione naturæ humanæ: neque vnquā dubitarum fuit, an illi conuenirent ratione naturæ Diuinæ: ideo iſtę concedendę ſunt ſimpliciter, Deus eſt mortuus, Deus eſt paſſus. Item certum eſt, quōd prædicata iſta, inſatiabilis, increabilis, conueniunt Deo ſolum ratione naturæ Diuinæ: neque vnquā dubitarum fuit, an Deo conueniant ratione naturæ humanæ: ideo ſimpliciter iſtę ſunt concedendę, Chriſtus eſt inſatiabilis, Chriſtus eſt increabilis, & hac ratione Damascenus inquit, quōd Chriſtus eſt partibilis & impartibilis, creabilis & increabilis, æternus, & omnipotens: ſimiliter prædicata hæc incorporeum, & impaſſibile, Deo conueniunt ratione naturæ Diuinæ: dubitarum tamen fuit apud Manicheos, an Deo conuenirent ratione naturæ humanæ: aſſerebant enim, Chriſtū non habuiſſe verum corpus, ſed phantasticū, ideo iſta, Chriſtus eſt incorporeus, non eſt ſimpliciter cōcedenda, ſed cū addito, ſcilicet, in quantum Deus: ideo S. Th. art. 8. ad tertium inquit, qꝫ hæc prædicata, factū, & natū, de Deo ſine addito prædicantur, quia cōueniunt Chriſto ratione naturæ humanæ: & nunquā fuit dubitarum, an ei cōuenirent ratione naturæ Diuinæ. Ex quo ſequitur hanc, Chriſtꝫ eſt creatura, ſimpliciter eſſe negandā, quia Arriani eam aſſerebant.

Secundum argumentum eſt, Chriſtus ſimpliciter & abſolute eſt minor Patre, ergo

ſimpliciter & abſolute eſt creatura, antecedens patet Ioann. 14. Pater maior me eſt. Ad argumentum negamus antecedens: eſt enim ſimpliciter falſum, quoniam eſt hic ſenſum, Verbum Diuinum eſt minus Patre, quod hæreticum eſt: cū addito tamen, nēpe ſecundū humanitatem, cōcedendum eſt, & loco illo Chriſtus loquebatur ſecundum humanitatem, vt ex textu patet.

Tertio arguitur, & eſt difficile argumentū, nam ſi Chriſtus creatura non eſſet, maxime ex eo, quia non poteſt habere eſſe poſt non eſſe, ſed hoc non eſt de ratione creaturæ, nihil ergo obſtat quin Chriſtus ſit vera creatura, maior eſt fundamentum totius ſcholę, minor probatur, nam ſi Angelus ab æterno produceretur à Deo, cōſtat, quōd Angelꝫ eſſet creatura, & tamen non haberet eſſe poſt nō eſſe, non ergo exigitur hoc, ad rationē creaturæ. Cōfirmatur, omnis natura humanā cōmunicat ſuppoſito proprium eſſe creatū, ergo humanitas conſert & cōmunicat Chriſto quōd ſit creatura, cōſequentiā probo propter cōmunicationem idiomatum, præterea ab inferiori ad ſuum ſuperius, Chriſtus eſt homo, ergo eſt creatura. Vltimo, Chriſtꝫ eſt vere genitus, ergo habuit eſſe poſt non eſſe, ergo eſt vera creatura, patet. 3. phyſicorum generatio eſt mutatio de nō eſſe ad eſſe. Ad hæc argumenta reſpondetur: ad primū præmiſo fundamento, quōd ad rationem creaturæ requiruntur duo: primum, quōd habeat eſſe poſt nō eſſe: ſecundo, quōd non repugnet illi habere eſſe poſt non eſſe: & hæc cōditiō maxime requiritur, ita vt ſi alicui repugnaret habere eſſe poſt non eſſe, creatura non eſſet: & ita probatur Dei æternitas, quia repugnat illi habere eſſe poſt non eſſe, vnde ad maiorem dico, quōd Angelus ille etiam ſi non haberet eſſe poſt non eſſe, nō tamen illi repugnaret habere eſſe poſt non eſſe: ideo eſt intra limites creaturæ, quia vero Chriſto repugnat habere eſſe poſt non eſſe, ideo nō eſt creatura. Ad illud de cōmunicatione idiomatum: reſponderetur ſtatutis hiſ duabus regulis. Prima regula omnia illa prædicata quæ humanitas non poſſet cōmunicare proprio ſuppoſito, non poſſet cōmunicare ſuppoſito Diuino, verbi gratia, ſi humanitas eſſet in proprio ſuppoſito, nō poſſet cōmunicare hoc prædicatum, quod eſt eſſe in alio, quia implicat eſſe in proprio ſuppoſito, & in alio eſſe, & ideo neque Chriſto ideo iſta eſt falſa, ſuppoſitū Diuinum eſt in alio, vel ſuſtinetur ab alio.

Secunda regula, omnia illa praedicata, quae conueniunt humanitati, & includunt negationem eius opposita affirmatio conuenit Verbo Diuino, etiam si competat humanitati, non possunt communicari Christo, neque de eo affirmari: unde haec est falsa, Christus in cepit esse, quia hoc praedicatum, incipere esse, importat negationem, scilicet, quod non semper fuit, & eius opposita affirmatio, scilicet, semper esse, coepit Verbo, ideo Christo non potest communicari, nec de eo praedicari: & eadem ratio omnino est de ista, Christus est creatura. Ad aliud argumentum hoc, homo, non repugnat Christo, imo verissime & proprie de Christo praedicatur: praedicatum vero hoc, creatura, simpliciter repugnat Christo, quia creatura dicit aliquando non fuisse, quod Christo repugnat.

Pro B. Augustino respondemus in solutione ad primum argumentum Atrij, & ex secunda solutione constat, quia Augustinus ex professo non disputabat, ut diffiniret istam in rigore esse concedendam, Christus est creatura, & an cum addito, vel sine addito, sed solum ait, quod Christus est Deus & homo, & quod at tinet ad verbum, Christus est creator: quod uero attinet ad hominem; Christus est creatura: id uero in uirtute est quod attinet ad hominem, quod ad asserere secundum humanitatem est creatura, & de mente ipsius constat 1. de Trinitate, c. 26. ubi asserit cum de Christo loquitur, quid, & secundum quid, & propter quid, aduertat prudens lector: ex qua regula, & cum in omnibus operibus suis uirgissimus insectator Arrianorum fuerit, constat, quod nunquam illis subscripsit.

QVINTVM QVAESITVM.

An finis Abrahae credendus sit habitatio aliqua, quae sit pars inferorum.



Augustinus Ebedio epistola 99. asserere videtur, quod nusquam in Diuinis scripturis legitur, quod finis Abrahae pars aliqua sit inferorum: sic enim habet, Inter nos & vos chaos magnum formatum est,

ut illi, qui uolunt hinc transire ad uos, non possunt, neque inde huc transire: nescio utrum quisquam sit cui non uideatur absurdum: porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere, non ibi fuisse Patriarchas & Prophetas, quibus in scriptura Dei iustitiae pietatisque tam insigne testimonium perhibetur: quid hinc ergo praestit erit, qui dolores soluit inferni, in quibus illi non fuerunt? nondum intelligo, praesertim quia neque ipsos quidem inferos uisquam scripturarum locos in bono appellatos potui reperire: quod si nusquam in Diuinis ueritatibus legitur, non uique finis ille Abrahae, id est, secretae cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credenda est. De hac quaestione uide supra tomo 6. B. Hieronymi ad octauum quaesitum.

EXTVM QVAESITVM.

An Eucharistia infantibus sit necessaria.



Augustinus epistola 106. contra Pelagianos subindicare uidetur Eucharistiam nunc infantibus esse necessariam, his uerbis, Quod si absurdum est, & iniustitia Dei penitus alienum: & tamen nullus, qui se meminit Catholicae fidei Christianum negat aut dubitat paruulos, non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius, & sanguinis potui, non habere in se uitam, ac per hoc poenae sempiternae obnoxios: profecto restat ut quia ipsi non egerunt aliquid boni, aut mali, ideo mortis eorum iusta sit poena, quia in illo moriuntur, in quo omnes peccauerunt: Unde in illo solo iustificatur a quo peccatum neque originale trahi potuit, neque proprium perpetrari. Et Vitali, epistola 107. de orando Deo, inquit, in uerba illa, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Propter quod & illis qui hoc sacramentum non accipiunt, contingit quod sequitur: qui autem non crediderit, condemnabitur: unde & ipsi, sicut dixi, si in illa parua aetate moriuntur, utique secundum ea quae per corpus gesserunt, id est, tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt, vel non crediderunt, quando baptizati, vel non baptizati sunt: quando carnem Christi manducauerunt, uel non man-

manducauerunt: quando & sanguinem biberunt, uel non biberunt, secundum haec ergo quae per corpus gesserunt, non secundum ea quae si diu hinc uiuere gesturi fuerat, iudicantur.

Doctores scholastici 4. sentent. dist. 12. & Sancti Thomae 3. parte. q. 80. articulo. 9. quo quaeritur, an non habentes usum rationis debeant hoc sacramentum accipere, & praemissa distinctione respondet tribus conclusionibus, dupliciter quis dicitur careere uisum rationis: uno modo, quia habet debilem usum rationis, sicut qui male uidet dicitur non uidere, & de istis est prima conclusio, non esse illis sacramentum denegandum, exemplum sit palam in infirmis, quibus licet ratio claudicare uideatur, modo aliquam imaginem deuotionis referant, non est eis sacramentum denegandum: alio uero modo contingit, ut profusus nullus sit illis usus rationis, ita quod a natiuitate sint perpetuo amentes, & de istis est secunda conclusio, talibus nullo modo est sacramentum conferendum. Ratio est, quia ad eius sumptionem requiritur aliqua deuotio, uel praesens, uel praeterita, quam tales neque habent, neque unquam habuerunt.

Si uero non sunt perpetuo amentes, sed quandoque mentis compotes, est tertia conclusio, quod si dum lucem habebant rationis, deuotionem erga sacramentum manifestarunt, debet eis Eucharistia in articulo mortis exhiberi, nisi periculum uomitum aut spuitionis timeatur, secus si talem deuotionem nunquam habuerunt, unde Concilio Carthaginensi quod refertur 26. quaest. 6. Can. is qui, definitur, is qui in infirmitate poenitentiam petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus uenit, oppressus infirmitate obmutuerit, uel in phrenesim conuersus fuerit, deat testimonium qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam, & si continuo sit moriturus reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia.

Prima conclusio est communis Theologorum, & ab omnibus recepta. Secunda uero nempe, quod amentibus a natiuitate Eucharistia non est ministranda sunt qui negant, ut Alexander quaestione. 49. membro 4. & glossa super Canonem, qui recedunt 26. quaestione. 6. quae ait, quod amentis a natiuitate potest baptizari, & Corpus Christi in necessitate recipere: glossa tamen haec non tenetur, quia cum Eucharistia susce-

ptio non sit ita necessitatis, ut baptizatus, ecclesia eam non exhibet nisi habentibus, uel eis qui habuerunt deuotionem ad ipsam, alioquin deberet infantibus dari ante usum rationis: quod si in primitiua ecclesia talis fuit mos, poterat eadem ratione & amentibus tradi, de quo statim.

Tertiam etiam conclusionem insiciatur Alexander insinuans, quod neque illis qui habuerunt lucida intervala & deuotionem sacramenti, postea dum sunt mente sani sit conferendum: nisi tunc, ut ait Paulus, dissecernere possint inter hoc sacramentum, & alios seculares cibos: & Gabriel. 4. dist. 9. quaestione. 2. et scribit, & ait, esse ecclesiae consuetudinem: ignoratur tamen ueritas consuetudo uigeat, imo sunt decreta Atrianensi Concilio, & Carthaginensi. 4. quae referuntur. 26. quaestione. 6. Can. qui recedunt, & Can. is qui: uidelicet quod illi qui in phrenesim inciderunt, si antea in eis poenitentiae signa praesenserunt, communitio detur. Glossa Gabiellus dicentis intellegi: quando aliquis usus rationis in eis per mansit, nulla est, nam Concilia de phreneticis simpliciter statuant, & eadem est ratio de amentibus, qui aliqualem usum rationis habent, & probantur haec sententia, si quis, quando porrigitur ei sacramentum, mente alienaretur, nihilominus sacramentum esset et exhibendum: nam si dum quis mente sanus, quando sacramentum suscipit, per euagationem mentis sacramentum suscipit, illo sit distractus, cur non etiam ille, qui dum sacramentum petit, mente capitur: quod si mente distractus sacramentum recipit, certe & amentis qui antea deuotionem habuit sacramentum recipiet. Caietanus autem qui opinatur deuotionem actualem esse necessariam, dum sacramentum suscipitur, ut gratia conferatur, forte consequenter diceret phreneticum non suscipere gratiam, & ideo frustra suscipere: nisi dicat, deuotionem praecedentem dum usus rationis aderat manere in uirtute. Haec tamen sententia Caietani est contra communitatem Theologorum.

Aliter tamen arguitur, iura non sunt extendenda ultra quam sonant maxime in re odiosa, qualis esse uidetur ministrare Eucharistiam amentibus, quae ex natura sua deuotionem exigit, Canones uero citati ipsius praesentis sacrae rui concedunt, qui paulo post poenitentiae signa in phrenesim inciderunt, qui ergo a duobus uel quatuor annis est omnino metecap, non

apparet continens vt ei sacramentum conferatur, alioquin sequeretur, quod deberet etiam ei quotannis exhiberi in pascha ne fraudaretur fructu sacramenti, quod tamen vsus ecclesiae nō habet. Et si sint, quos argumentum conuincat: nihilominus probabilius est conclusio Sancti Thom. vt iacet absque vlla restrictione: nam si deuotio que per horam phrenesim antecessit, virtute durat in phrenetico, eade est ratio, vt que praecessit ante duos vel quatuor annos semper manet in virtute, cum non sit per contrarium actum intercessit: & hoc non est iura canonica vltra suos limites excedere, sed ea paritate rationis amplificare: nec sequitur quod singulis annis sint ad communionem admittendi, quia est habenda ratio venerationis sacramenti, sed satis est, vt eis morituris tanquam vnicum communiquetur.

Argumento tertio tangit S. Thom. difficultate qualitionis propositae, quod est, pueri videntur omnium, qui vsu rationis, carere esse maxime innocentes: atque adeo hoc sacramentum potissimum digni, quibus tamen in more non habet ecclesia illud ministrare. D. Thom. respondet quatuor: Primo, quod de pueris recentis natis idem est iudicium, quod de amentibus, vt eis non exhibeatur sacramentum. Secundo, erroris esse Graecorum contrarium facientium propter verbum Dionysij, 2. c. ecclesiasticae Hierarchiae male intellectum, ait enim, baptizatis dandam esse sacramentum, quod vt ait Sanct. Thom. non intelligebat, nisi quando adulti baptizabantur. Tertio, ait, nullum ob id detrimentum eos pati, quod Dominus dicit Joann. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis, quia August. in epistola ad Bonifacium ait, Tūc vniuersique fidelium corporis & sanguinis Christi particeps fit, scilicet, spiritualiter, quando in baptisate membrum corporis Christi efficitur. Quarto addit, quod quando iam pueri incipiunt aliqualem vsu rationis habere, vt possint deuotionem concipere huius sacramenti, tūc potest eis conferri.

Dubium est ex verbo Dionysij, an aetate sua & deinceps aliquo temporis curriculo in aliquibus ecclesijs mos fuerit obseruatus ministrandi infantibus Eucharistiam. Caietanus, 3. parte. q. 80. art. 12. ait, Nestorem & Pelagium auctores fuisse ritum communicandi sub vtraque specie, & porrigendi Eucharistiam infantibus. Augustinus tamē lib.

de haeresibus inter errores Pelagianorum. c. 88. erroris huius porrigendi Eucharistiam infantibus nō meminit: quoniam cō illic lib. 1. de peccata. meri. c. 20. dicit, Pelagianos nō baptizare infantes propter vitam aeternam, sed propter ingressum regni caelorum: & Eucharistia sumatur propter vitam aeternam, iuxta verbum Christi, Nisi manducaueritis carnem, &c. verisimile est, quod eam non porrigebant infantibus: cum nullum crederent contrahi originale, putabant sine villo sacramento eos posse habere vitam aeternam: quare S. Thom. errorem hunc non reducit nisi ad Graecos, & Thom. Vualdensis haeresim solertissimus indagator, tomo. 2. de sacramentis. c. 91. refert Guidonem Carmelitam, qui recenlet errorem hunc vagesimū Armenorum, qui cum paruulos ante diem octauum non baptizarent, tunc sacramentū vini & aqua liquefactum intra paruuli os ponebant: & citat Sanct. Thom. in hoc loco, cum quo cōsentit seductos fuisse ex verbo Dionysij perperam intellectu: tamen mirabile videatur quod in Concilio Florentino vbi Armeni & Graeci in gremium Romanae ecclesiae recepti sunt, nulla fuerit ritus huius eorum mentio facta.

Sed certe videtur Dionysij insinuare morem illum aetate sua obseruari: loco enim quod hic D. Tho. citat, vbi de baptizatis in vniuersum loqui videtur, postquam ait, cum qui baptizatur, trina uestigione mergi, subdit haec verba in fine omnium, Pontifex ita profectum ad sacratissimam Eucharistiam vocat, atque consummatum illi sacramentorum communionem Deitatem tradit, adulti vero non mergebantur, sed infantes: quem quidem locum, Faber Stapulensis ait, in antiquis mysteriorum voluminibus etiam de infantibus sic legi: si episcopus adest statim cōfirmari oportet, quod si episcopus praesens non fuerit, antequam laetetur infans, aut alii quid gustauerit, communicet ei sacerdos de corpore & sanguine Domini: ante missam, etiam si fuerit necessitas. Et apud eundem Dionysium. c. 7. ad Timotheum haec verba habentur, Illud vero, quod pueri quoque; qui nondum possunt intelligere Diuina, sacri baptismatis, altissimorumque communionis factos sanctae signorum particeps fiant, videat prophanis, vt dixit, rationabiliter irridendum, verum tamen oportet tuam sanctam prudentiam errantibus non indignari.

Et Cyprianus sermone de lapsis inter loquendum de illis Christianis, qui tempore perse-

secutionis idolis immolabant, ait, infantes eorum, qui in manibus ad idola portabantur, non amisisse iustitiam, quā in baptismo susceperant: quare dicere, inquit, poterant in die iudicij Deo, nos nihil fecimus: nec de relicto cibo & poculo Domini ad prophana contagia sponte properauimus, quod quidem verbum Augustinus citat in epistola. 25. ad Bonifacium, vbi adnotat Eucharistiam tūc temporis dari infantibus, id quod ex historia confirmatur, quā paulo inferius recenlet puelle infantis nondum loqui scientis, quae cū ab idolorum sacerdotibus panem vino tinctum idolis immolatum, quia carnes per artem comedere non poterat, gustasset, ad ducta ad eundem Cyprianum, vbi populū communicat, S. Pontifex sanguinem consecratum ori eius infudit, quem illico euomit, quia Eucharistia, inquit, in ore poluto permanere non potuit.

Et de ecclesiasticis dogmatibus. c. 52. & refertur de consecratione dist. 4. Can. si quis, habetur, quod apud haereticos baptizati in nomine Trinitatis dum veniunt ad Catholicam fidem, recipiantur, & doceantur, & instruantur: & subditur, si vero paruuli sunt & hebetes, qui doctrinam non capiunt, respondeant pro illis, qui eos offerunt: & sic per manus impositionem christum communicet, Eucharistia mysterijs admittantur, vbi insinuatur tunc Eucharistiam pueris dispensari. Concilium autem Tridentinum sic definit sessione. 22. Can. 4. Si quis dixerit, paruulis antequam ad annos discretionis peruenierint necessariam esse Eucharistiae communionem, anathema sit.

Nihilominus licet haec consuetudo in aliquibus ecclesijs aliquando vigerit, merito illa ecclesia Catholica exclusit. Primo, quia cū sumptio huius sacramenti in re non sit de necessitate salutis, consuli debuit maxime eius reuerentiae, ne indecenter sumeretur. Secundo, quia infantibus nequit comode dari: nam cum Christus dicat, Accipite & manducate, debet corpus per modum manducationis sumi, pueri autem octo dierum manducare non possunt: & ita Armenij non dant nisi liquefactam hostiam per modum potus, quae non est manducatio. Tertio, propter imminens periculum, vt illo modo etiam sumptum ilico de ore expuerent: quare ferunt morem eorum etiam fuisse id quod infans expueret concremare, quod abusus maximus, idemque superfluus est. Quarto, quia Christus tradidit hoc sacramentum dicens,

Accipite & manducate: quare tradi non debet nisi illi qui iudicio rationis vtiunt, vt accipere possit, vel tali iudicio vsus quandoque fuerit, vt affectum illius habuerit. Quod si queras cur tale iudicium rationis ad hoc potius quā ad sacramentum baptismi exigatur. Respondeo, quod cū baptismus sit sacramentum regenerationis ad abludum peccati, quod non propria voluntate, sed origine contrahitur, satis pueri per voluntatem alienam tanquam non videntes vite offerantur: hoc autem quia est sacramentum viuendum, voluntatem propriam requirit suscipiens, vt de Dominus, cibus sum grandum, inquit ad Augustinum, cresce, & manducabis me. Vltimo, quod cum hoc sacramentum aluentū sit ad reficienda detrimenta spiritualis vite, quae per actualia peccata in dies fiunt, non contineri nisi adultis.

Consuetudo ergo illa in solo illo loco Evangelico fundari potuit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. illud autem Augustinus multis locis & potissimum cōtra duas epistolas Pelagianorum lib. 1. c. 25. & lib. 2. cap. 4. & in epistola ad Bonifacium, quae refertur de consecratione dist. 2. Can. nulli, intelligendum esse, ait, de manducatione spirituali per votum, quod inducitur in baptismo. Quapropter in his atque alijs frequentibus locis, vbi ait, Eucharistiam esse necessariam infantibus nemo decipitur, inde colligens tempore Augustini infantibus ministrari, sed loquitur cōtra Pelagianos, vt demonstret infantes vitam aeternam habere nō posse, nisi per baptismum, in quo votum Eucharistiae includitur.

Quod si quis quærat, an si sacerdos hoc sacramentum infanti ministraret, esset ne verum sacramentum gratiam conferens. Respondeo primum, quam disticillimum id fieri posset, & facillius esset sanguinem ministrare, vt de Cypriano citauimus. Secundo dico id facere, grane esse delictum, sicuti si amenti a natuitate daretur qui se probare nescit, vt de cibo illo caelesti edat, quantum vero ad collationem gratiae, si verū est quod ecclesia Catholica aliquando habuit in consuetudine dare infantibus, censat quod si modo daretur conferret gratiam, quia ecclesia id quod de essentia est sacramenti mutare non potest, licet possit vsum prohibere: sicuti licet prohibuit sanguinem laicis ministrari: nihilominus si ministraretur etiam sine corpore conferret gratiam, sed quia illud nō est adeo certum, teneat possit, quod

Faber Sta pul.

Cypriano



non esset sacramentum, quia requirit actum liberum, vel praesentem, vel precedentem: sed tamen neque contraria assertio est omnino improbabilis.

Quae autem sit legitima aetas, in qua possint parvuli sacramentum hoc suscipere, nulla est certior regula, quam dum iudicio prudentium, & maxime confessoris apparerit puer biniuum literae Pythagoricae. Y. attingisse, ut scilicet, discernere possit inter bonum & malum, atque adeo inter hunc cibum & alios seculares, quod pluribus accidit à decimo usque ad duodecesimum annum, ita Alexander. 4. parte. q. 49. membro. 5. & Palude di. 9. q. 4. & Caietanus loco citato, & Syluester verbo Eucharistia. 3. s. 5. imò ante decimum annum posse puer. pollere ratione, adeo ut idoneus esset ad communicandum, circa octavaum vero non esset permittendus, quia tunc vix usus rationis illis aridire solet.

Pro Beato Augustino respondeo ex rigore verborum eius constare, qualiter intelligat Eucharistiam infans: necessaria non enim intelligit in re, sed tantum in voto, neque de manducatione reali, sed tantum spiritali. Verba enim eius sunt haec, Nullus qui se meminit Catholicæ fidei Christianum negat, aut dubitat parvulos non accepta gratia regenerationis in Christo, sine cibo carnis eius, & sanguinis potu non habere in vitam, ac per hoc poenae sempiternae obnoxios. Constat autem baptismum sacramentum esse regenerationis, quo ex morte in vitam gratia regeneramur, postquam parvuli in Christum sunt regenerati, & generatio illa vorum includit cibi carnis, & potus sanguinis, quod expresse manifestat pluribus locis, & potissimum contra duas epistolas Pelagianorum, quas cum alijs citavimus.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An Deus sicuti est ab Angelis videri possit.



Augustinus Pauline de videndo Deo epistola. 112. obiter expendens locum illi, *Angeli vtrum semper videri laeum patris mei*, insinuare videtur, quod Deus sicuti est ab Angelis non videtur: sic enim scripsit, si enim & ipsis non sicuti est,

sed latente sua natura in specie qua voluerit apparere, magis magisque requirendum est, quomodo eum nos videbimus sicuti est: & sic cur Moyses desideravit cum peteret, ut Deus, qui in conspectu eius erat, ostenderet illi se metipsum: hoc enim nobis summum premium in resurrectione promittitur, quod erimus aequales Angelis Dei, ac per hoc si nec ipsi eum vident, sicuti est, quomodo nos ita visuri sumus, cum eis aequales in resurrectione facti fuerimus. Et infra, Quoniam si aliquando eo modo visus est, non sicut ista natura videtur, sed voluntate visus est specie qua voluit apparere, atque in se commutabiliter permanente, eo tamen modo quo videtur sicuti est, nunc fortasse videtur à quibusdam Angelis, à nobis autem tunc ita videbitur, cum eis facti fuerimus aequales. Quæstio hæc à disputata est supra primo tomo Chrysostomi ad quintum quaesitum. Vide ibi.

Et pro Diuo Augustino respondemus, loqui de viatoribus, non de beatis, quod constat ex verbis illius, Deum nemo vidit unquam, nempe viator: de beatis vero subdit, à nobis tunc ita videbitur sicuti est, cum Angelis facti fuerimus aequales. Si ergo de nobis concedit, quod Deum sicuti est videbimus, consequens fit, quod de mente ipsi est, quod etiam ab Angelis sicuti est videtur. Secundo responderetur, quod intelligit visione comprehensua.

OCTAVVM QVAESITVM.

Angeli an sint ætherea animalia.



Augustinus Nebridio de tranquillitate animi, epistola. 115. asserere videtur, Angelos ætherea esse animalia, respondens enim quaestioni sibi propositæ, nempe quomodo fiat, ut nobis à superioribus potestatis, vel à demonibus cogitationes quadam inferantur, & somnia, inquit, Tentabo calens ingenium tuum quadam quaestione huius lumina præseminare, arbitror enim omnem motum anime aliquid facere in corpore, id autem usque ad nostros exire sensus tam hebetes tamque tardos, cum sint maioris animi motus, velut cum irascimur, aut tristes, aut gaudentes sumus: ex quo licet consi-

cere

cere cum etiam cogitamus aliquid, neque id nobis in nostro corpore apparere, apparere tamen posse æthereis, æthereis ve animalibus, quorum & sensus accerrimus, & in cuius comparatione noscer, neque sensus quidem putandus est: igitur ea, quæ ut ita dicam vestigia sui motus animus fixit in corpore, possunt & manere, & quandam quasi habitum facere, quæ latenter cum agitata fuerint, & contractata, secundum agitantis & contractantis voluntatem ingerunt nobis cogitationes & somnia, atque id fit mira facilitate. Ex qua doctrina constat, cum dicat posse esse ætherea animalia quæ nobis cogitationes, vel somnia inferant, alludere ad sententiam quæ supra tenuit tomo. 1. vide ibi ad quartum quaesitum.

NONVM QVAESITVM.

An Dei imago coli debeat.



Augustinus Ianuario de ritibus ecclesiarum, epistola. 119. innuere videtur nullam Dei imaginem coli debere: sic enim scripsit, Sicut enim cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere operamur, ita cum requiescimus, ipse requiescere dicitur, quo donante, requiescimus. Hinc est quod etiam in tribus primis præceptis Decalogi, quæ ad Deum pertinent, cetera enim septem ad proximum pertinent, id est, ad hominem, quia in duobus præceptis tota lex pendet, tertium ibi de observatione sabbathi positum est, ut in primo præcepto Patrem intelligimus, ubi prohibetur coli aliqua in figuris hominum Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa, quæ hoc est quod ipse, neque ipsa pro illo, sed cum illo.

Doctores scholastici de cultu & adoratio ne imaginum. 3. sentent. dist. 9. de quaestione vero presenti S. Thom. 2. 2. q. 122. artic. 2. quo querit an primum præceptum Decalogi modo congruenter sit traditum: & responderet hac conclusione, Forma primi præcepti per trinam negationem congruentissime fuit expressa, scilicet, non habebis deos alienos, non facies tibi sculptile, non adorabis ea neque colles. Probatur conclusio, supposito finem legislatoris esse bonos facere ciues, bonitatis

enim progressus ordinem naturalem generationis imitari debuit, in ordine vero generationis duo sunt attendenda: primum, ut pars illa quæ est initium vite primo constituitur: hinc prima pars, quæ in homine vivit, est cor & instruendis domibus, primum quod iacitur est fundamentum: in vita morali fundamentum primum est recta voluntatis intentio circa finem: inde enim omnes actiones circa media sortiuntur suam bonitatem, cum ergo supremus finis noster, sit Deus, primum fundamentum in nostra institutione iacitur debuit religionis, qua Deum coleremus. Secundo animaduertendum est in ordine generationis, quod prius naturaliter tollenda sunt impedimenta, quam virtutum semina danda: agricolatum more, qui prius agrum expurgant, quam serant, secundum illud Hierem. 4. Nouate vobis novale vetus, & nolite serere super spinas & tribulos: ex quibus fit consequens, primum legis illud esse debuisse, quo religionis impedimentum amoveretur, quod cum potissimum sit dijs falsis adijci, congruentissima ratio primi præceptum fuit positum sub forma trine negationis: quod Dominus Exod. 20. magis explicite tradidit, dicens, Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis deos alienos: cuius primum verbum non habet formam præcepti, sed admonitionis: ac si dixisset, accedens ad legem meam admonitus sit, me esse Dominum Deum suum, qua confessione fidei præfixa exorditur legem, subdeas, non habebis deos alienos, &c. primum ergo Decalogi præceptum est latræ, hoc est, Diuini cultus, qui non modo religionis Christianæ, verum & iuris naturalis est primus caput: quare nulla fuit unquam inter ethnicos tam barbara natio, quæ primum fundamentum, & basin suarum legum non posuerit in Dei cultura, cultus autem hic in hoc consistit, ut vnicus tantum credatur, habeatur, adoretur, venereturque Deus. Huic igitur primo præcepto & regione opponitur impietas idololatræ, & ob id sub forma negatiua ponitur, non habebis deos alienos: cum enim meridie sit cunctis mortalibus clarius Deum esse, non opus erat affirmatiue illud ponere, sed negatiue, puta non esse plures vno, ex quo fit forma huius præcepti esse negatiuam, ut Sanctus Thom. loco citato docet. Aduertendum tamen negatiuum hoc præceptum includere affirmationem vnus Dei: vnde D. Bonauentura. 3. dist. 37. inquit, quod licet secundum formam sit negatiuum, secundum

dum tamē rem est affirmatiuum, id quod ex syllogismo hoc fit notum, supposito namque ex lumine naturali Deum esse, negatio plurimum deorum est affirmatio vnius, vt tātum valeat, don habebis deos alienos, ac si dixisset, vnum Deum tantum proprium habebis.

Argumento tertio S. Tho. tangit questio nem de qua agimus, quod est, per hoc præceptum (vt Augustinus in lib. de decē chor dis est auctor) excluditur superstitionū vitium: multæ autem sunt superstitionis peruersitates præter idololatriam, ergo trunca est forma primi præcepti: respondet, quod cuncta superstitionum signenta eodem præcepto explosa intelliguntur.

Circa secundum membrum huius præcepti, Non facias tibi sculptile, disputari solet de imaginibus: sint ne religioni Christianæ consonæ: videtur enim hic veluti idololatriæ materia prohiberi, & Deut. 4. manifeste, vbi Moyses ait, Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel femine, &c. vbi sanctissime populo illi prohibitum est, similitudinem aliquam astrorum, rerum vel aliarum, cæli aut terre ad adorandum formare: horum igitur similitudinū, occasione oraculorum sacra scriptura, non defuerunt hæretici, qui imaginum religionem à Christiana familia relegendam cōtenderint, quæ quidem hæresis adeo est antiqua, vt non satis cōstet quisnam eius fuerit primus auctor & inuentor, quod enim Platina in vita Adriani primi hanc hæresim Feliciam appellat, intelligi non potest, ac si Felix illius temporis fuerit primus eius auctor, nam antea præcesserat Leo tertius imperator, imaginum destrutor, & multo prius Damascenus hæresis eiusdem confutator: primus ergo qui ante Hieronymi ætatem huius hæresis fuit inuentor, est antiquissimus Epiphanius: is enim tomo. 2. lib. 3. in hæresi Colliidianorum statuas, & imagines humanas, earumque adorationem acriter insectatur, quas & in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum iterum dente canino mordet: hic autē forsā ignorantia excusatur, eo quod cōtra idololatrias id scriberet, & ideo hæreticis non annumeratur: vero Damascenus illi ætate propius quus lib. 4. cap. 17. hunc errorem ceu hæreticum expugnat, post illam autem ætate animis ferme trecentis, quippe anno. 720. Leo tertius imperator Romanus eandem hære-

sim suscitauit, ingenti edictorum rigore, omnes imagines è templis excludens, quæ tunc errorem Gregorius tertius in Concilio Romano nonaginta trium episcoporum condegnauit. Ac postmodum de eadem re indictum fuit secundum Concilium sub Hirenæ Augusti, vbi à trecentis episcopis eadem hæresis est anathematizata, posteaque ab Adriano, vt Platina refert in Concilio Franciæ contra Felicem explosa: ac deinde in sexta Synodo Constantinopolitana, vt refertur de consecratione dist. 3. Can. venerabiles, sanctum est venerabiles imagines esse colendas: post multa vero secula pestilentissimus ille Ioannes Vuicleph Concilio Constantiensi damnatus eandem hæresim inducere molitus est, contra quem Vualdensis tomo. 5. de sacramentis cap. 150. multa congescit: denique temporibus nostris Lutherani templa sua, quod non sine ingenti angustia & merore per totam Galliam cū Tridentum iter ageremus, vidimus, qui necdum templa subuerterant, sed omnibus imaginibus spoliauerant.

De imaginibus igitur adorandis triplex est habenda consideratio. Prima, si adorentur adoratione latræ, hoc est, cultu Deo debitor ac si numē Diuinum in ipsis insit, & hæc est idololatriæ impietas, quæ hic & loco citato Deut. prohibetur tanquam nefandum crimen primo præceptum contrarium: idco simul componitur, non facies tibi sculptibile, neque adorabis ea, id est, non facias vt tantum Deum adores, & hoc pacto intelligendus est text. Gregorij ad Sirenum Massiliensem episcopum, qui refertur de consecra. dist. 3. Can. perlatum: vbi laudat Sirenum quod imagines adorare prohibuerit, insinuat autem, quod illas intrerit, adorabantur enim tanquam dii: ideoque munus erat episcopi docere non sic esse adorandas, frangere autem, vt nunc Lutherani faciunt, nequaquam.

Secundo huiusmodi adoratio consideratur tanquam periculo exposita idololatriæ: & hæc ratione Deus antiquum populū ab huiusmodi imaginibus maxime coarctandum duxit, quippe quem nouerat ad vitium propensissimum, non ob id solum quod leuis erat, ac sensibus deditus, atque adeo sensuibus simulacris: verum quod tum in Aegyp̄to fuisset nutritus, vbi astra cæli, & insima terre animalia adorabantur. Tū & inter Chanaanicos, & Gebuseos, aliosque idololatrias vitam ageret. Item, quia illo tunc temporis, cū Deus non sicut nobis in forma humana apparuisset,

paruisset, nulla tunc (vt Damascenus lib. 4. cap. 17. adnotauit) exprimi poterat sensuali effigie: & ideo neque sacrorum simulacrorum vllum tunc permittebatur, sed tantum illa, quibus Diuina maiestas cum terrore cōspicui illius sensuualis populi obiceretur, & in hoc munus illa Cherubin Exod. 25. precipiebatur ex vtraque parte oraculi effigi, non sicut à nobis modo Angelorum imagines tanquam aduocati nostri adorantur, suspicierentur, sed vt tremenda Diuina maiestas fieret illis venerabilior.

Tertia, imaginum consideratio est quatenus in illis Deus ipse, & sancti representantur: sunt namque veluti quædam rusticorum scripturæ sanctos ipsos in memoriam nobis reuocantes, vt tum ipsos de suis claris gestis venerationem, tum etiam, vt nos ipsos eorum exemplis informemus, & hæc ratione nihil aliud est, quæ officii bonæque religionis pars imaginibus adorare, nobis precipiunt, qui Deum ipsam hominem factum colimus, & profiteamur: etenim postquæ nobis sensuali forma apparuit, fas est Deum ipsum, & diuos sensuualibus imaginibus exprimere, neque vllus est metus, vt tanquæ dii à nobis adorætur, vt in supra citato Canone, venerabiles, sancta Synodus ait.

Aduertendum tamen, quod nobis imagines non tantum seruiunt quasi scripturæ in memoriam diuos ipsos reducetes, nam scripturas, & sanctorum nomina nō adoramus, sed Deum, & sanctos, qui per illam representantur. De imaginibus vero longè aliter sentiendum est, non enim nos tantum eleuant vt sanctos adoremus: in hunc enim vsu nullus hæreticorum imagines abnegant, sed easdem ipsas debemus adorare, non enim tantum ait ecclesia, te Christum adoramus, sed tuam crucē, & eidem Cruci ait, O crux aue spes vnica, non autem adoratur in quantum lapides sunt, aut ligna, aut quæuis alia materia, sed in quantum Dei sanctorum ve formæ in illis existūt, quo fit, vt vna quæque imago eodem sit cultu adoranda, quo res ipsa: vt imago Dei & Christi adoratione latræ, imago Virginis hyperdulia, sanctorum adoratione dulcia, vt dissinitum est Concilio Tridentino sessione vltima, de inuocatione, veneratione, & reliquijs sanctorum, & sacris imaginibus.

Pro B. Augustino respondemus, quod solū explicat prohibitionem secundæ & tertiæ negationis præcepti primi, nempe, nō facies tibi sculptile, non adorabis ea, neque coles,

qualiter debet intelligi: & inquit, quod prohibetur in figmentis hominum colit aliqua similitudo Dei, & explicat, non quia Deus imaginem non habeat, sed quia nulla eius imago debet coli vt Deus, ac si numen Diuinum ipsi imagini insit: id enim esset crimen idololatriæ, quod hoc primo præcepto prohibetur, & ad excludendam omnem suspicionem idololatriæ, docet imagines tā Dei, quàm Diuorum qualiter adorari debent, & inquit, quod imagines simul, cū protothypo venerari, & adorare debemus in quantum forma Dei, vel sanctorum in illis existunt: & hoc est quod inquit, neque ipsa, nempe, imago pro illo, sed cum illo eodem cultu adoranda est, quo res ipsa. De hac questione vide supra tomo quinto Hieronymi ad decimum quæstum.

DECIMUM QVAESTIVM.

An sola causa procreandorum filiorum nuptias excuset.



Augustinus Probg de orando Deum, epistola. 121. asserere videtur, nuptias solam causam procreandorum filiorum à culpa excusare: sic enim ait, Orauit & coniugata in dolore animi, & afflictione cordis, quia filios non habebat, tunc ipsam Samuelem impetrauit, & acceptum Deo, reddidit, quia eū poscere vōit, sed oratio eius quomodo ad orationem illam Dominicam pertineat, non facile reperitur, nisi quia in eo quod ibi positum est, libera nos à malo, nō paruum videbatur malum, & nuptiam esse, & fructu carere nuptiarum, cū sola excusset nuptias procreandorum causa filiorum.

Doctores scholastici de hac questione dissentent, dist. 31. qui concorditer cōueniunt in doctrina hac, quod matrimonium institutum est in remedium concupiscentiæ, & in officium prolis procreandæ, Christus autem Dominus denuo illud confirmauit in remedium eiusdem concupiscentiæ: vt nos Apostolus docet dicens, Propter fornicationē (nempe vitandam) vnusquisque suam uxorem habeat, quæ debuit viro reddat, & vir uxori: & ad Thesalon. Hæc est vultus Dei sanctificatio vestra vt abstineatis vos à fornicatione

1. Reg. 1.

1. Cor. 7. 1. The. 4.

nicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vnum possidere in sanctificatione & honore, alludens ad nouam vim gratiae, qua Deus sacramentum matrimonij honorificauit: nam vt ait Bonauentura, sacramentalis gratia matrimonij contra trinitatem peruersitatem concupiscentiae confert auxilium, nam concupiscentia nec numerum personarum moderatur, quia impudicus quacumque promiscue optat, neque comoditatem, sed delectationem quaerit, ac denum satiatus, feminas fastidit, gratia vero sacramentalis specialiter fauet, vt vir sua sit contentus, & vxor suo, vt in officium debitum coniugio vtatur: neque vbi opus fuerit ob facierem à debito reddendo abhorreant. Hoc supposito quaeritur, an matrimonium debeat, & indigeat aliquibus bonis excusari? Et est conclusio communis Theologorum, Matrimonium indiget per aliqua bona excusari: ratio est, quia omne opus sine indifferens, siue de se bonum, quod praesertim speciem mali, siue de se peccati, aut alicui deirmitur, indiget excusari, eo quod eiusmodi deirmita non sunt, absque alijs conducentibus bonis & comodis eligenda. Exemplum est in somno, qui vsuum rationis priuat, excusatur tamen per alia comoda, quia per ipsum requiescit, & refocilatur natura ad alia officia honesta obeunda: cum ergo matrimonium grauissima ogera secum importet, nisi per alia bona, siue compensatio neutriqua esset eligibile bonum, necessarium ergo est aliqua bona ei assignare, per quae excusetur. Veritas haec colligitur ex Paulo in quibus, Vellei omnes homines esse sicut meipsum, intendens cupere vinculo matrimonij esse solutos: quali id praestitum sit & eligibilis, secundum tamen indulgentiam permittit vnumquemque virum habere suam vxorem, & vnaquamque vxorem suum virum. Et infra, Si accepit vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi: ego autem vobis parco. Quo loco Ambrosius multas commemorat conjugationum molestias, quales sunt gemitus ventris, nutricula filiorum, &c. quas etiam Hieronymus lib. 6. contra Iouenianum recenset. In primis enim matrimonium affert vinculum indissolubile, quod quodammodo genus est seruitutis, vt neuter ab altero secedere possit, & postmodum per vsuum vxoris carnis pruriginis concitantur, adeo, vt sicut ait Aristoteles, & vsus, & fructus: vinculum honestationem per sacramentum, vsus per si-

dem, fructus per prolem: imò tertio modo honestari potest iuxta diuisionem illam philosophi. 8. Ethic. cap. 2. Quia bonum diuiditur in vile, delectabile, & honestum, vtilitas matrimonij est proles, delectatio eius consistit in fide tori, honestas decoratur per rationem sacramenti.

Secunda conclusio, Non omnia haec bona in re sunt de essentia matrimonij, sed sola ratio sacramenti, reliqua satis est, si intentione seruentur. Veritas haec etiam est Augustini locis citatis & communis Theologorum: fides namque ab adulteris violata vinculum matrimonij non soluit, nam quae adultera est, non ideo coniux non est, si enim coniux non esset, adultera non esset, neque steriles, quae fructu prolis frustrantur, ideo coniuges esse definiunt: si vero proles accedat, fructuosum facit sacramentum, si minus, non ideo sterile matrimonium non est: sunt tamen ambo de intentione sacramenti, namque generationis causa institutum fuit, vt fideliter alterutrum sibi debitum ad illum finem redderent, differunt tamè haec duo, quia fides non solum ad intentionem matrimonij spectat, sed debet in intentione contrahentium existere, nam debent proponere sibi mutuam fidem seruare, quantum si postea accidat adulteros fore, matrimonium non dissoluatur: proles autem non est necessarium, vt expressa existat in intentione contrahentium. Beata enim Virgo verum matrimonium contraxit, tamen prolem procreare per concubitum nauqua expresse proposuerit, seruauit tamen fidem viro, vt Augustinus ait, in hoc quod alium non cognouit, prolis autem fructu diuino munere potita fuit, at ratio sacramenti matrimonij legitime contracti inseparabilis est: nam vt ait Augustinus libro. 1. de nuptijs cap. 20. vsque adeo manent inter viuentes, seu vel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges etiam separati quoad torum, quam cum alijs, quibus adhaerent: sicut apostata anima, et si e coniugio Christi recedens, fidem perdidit, sacramentum tamen fidei non amittit, quod laucro regenerationis accepit, quae similitudo egregia est, nam sicut character baptismi indelebilis est, sic vinculum matrimonij indissolubile.

1. Conclusio.

3. Conclusio.

Secunda conclusio, Non omnia haec bona in re sunt de essentia matrimonij, sed sola ratio sacramenti, reliqua satis est, si intentione seruentur. Veritas haec etiam est Augustini locis citatis & communis Theologorum: fides namque ab adulteris violata vinculum matrimonij non soluit, nam quae adultera est, non ideo coniux non est, si enim coniux non esset, adultera non esset, neque steriles, quae fructu prolis frustrantur, ideo coniuges esse definiunt: si vero proles accedat, fructuosum facit sacramentum, si minus, non ideo sterile matrimonium non est: sunt tamen ambo de intentione sacramenti, namque generationis causa institutum fuit, vt fideliter alterutrum sibi debitum ad illum finem redderent, differunt tamè haec duo, quia fides non solum ad intentionem matrimonij spectat, sed debet in intentione contrahentium existere, nam debent proponere sibi mutuam fidem seruare, quantum si postea accidat adulteros fore, matrimonium non dissoluatur: proles autem non est necessarium, vt expressa existat in intentione contrahentium. Beata enim Virgo verum matrimonium contraxit, tamen prolem procreare per concubitum nauqua expresse proposuerit, seruauit tamen fidem viro, vt Augustinus ait, in hoc quod alium non cognouit, prolis autem fructu diuino munere potita fuit, at ratio sacramenti matrimonij legitime contracti inseparabilis est: nam vt ait Augustinus libro. 1. de nuptijs cap. 20. vsque adeo manent inter viuentes, seu vel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges etiam separati quoad torum, quam cum alijs, quibus adhaerent: sicut apostata anima, et si e coniugio Christi recedens, fidem perdidit, sacramentum tamen fidei non amittit, quod laucro regenerationis accepit, quae similitudo egregia est, nam sicut character baptismi indelebilis est, sic vinculum matrimonij indissolubile.

Tertia conclusio, Inter haec bona ratio sacramenti primum obtinet: primum, quia proles & fides ad officium naturae pertinent, sacramenti vero ratio ad gratiam, quae praestantius bonum est quae natura: deinde, quia ratio sacramenti inseparabilior est à matri-

monio cui adhaeret, quae reliqua bona. Sed vt veritas amplius eluceat contra eam arguitur. Primum, in vnaquaque re finis est potissimum bonorum, proles autem est finis matrimonij, ergo praestantissimum bonum. Secundo, quia ratio sacramenti est generica omnibus conueniens, fides autem & proles contrahunt genus ad hanc speciem sacramenti, differentia autem, quae habet rationem formae est praestantior genere, quod habet rationem materiae. Tertio, quia ratio sacramenti in matrimonio videtur quod non secum inseparabilitatem adferat. Tum, quia matrimonium ratum non consummatum dirimitur per ingressum religionis. Tum, quia sacramentum, quod praesertim perpetuitatem, imprimat characterem, qui tamen in matrimonio non imprimitur.

1. argumētum.

2. argumētum.

3. argumētum.

Pro solutione aduertendum, quod in qua libet re vnum dicitur principalis altero dupliciter, scilicet, aut quia dignius, aut essentialius: quod autem ratio sacramenti dignior sit ceteris bonis matrimonij ex eo constat, quia ad gratiam spectat. De essentia vero distinguitur, nam fides & proles bifariam considerantur: vno modo in re, quo pacto perit non ad vsum matrimonij, qui non est de essentia: & hac ratione essentialior est ratio sacramenti, quia sine illa matrimonium est nullum, cum esse possit sine fide & prole: nam si matrimonium ratum & non consummatum dirimitur per ingressum religionis, hoc est, quia illud non est carnaliter perfectum, sed per spirituale consensum, & est religio quaedam mors spiritualis. Alio vero modo possunt proles & fides considerari, non in re, sed in intentione matrimonij, & isto modo sunt illi essentialiores, quia si contrariae conditiones ponerentur, contractus esset nullus: vt si contraherent hac conditione, vt nunquam tenerentur sibi debitam reddere, aut sterilitatem procurare: & isto modo fatetur prolem, esse se maxime essentialiorem, secundo quidem, deinde de sacramentum, sed tamen praestantior est ordo secundum rem, quam secundum intentionem.

Ad primum ergo argumentum respondeo, quod quantum proles sit prior in intentione matrimonij, & hac ratione magis essentialis, est tamen posterior in executione, & ideo in re magis essentialis est ratio sacramenti.

Ad secundum respondeo, etiam rationem sacramenti pertinere ad differentiam contrahentem genus in matrimonio, nam generalis ratio est esse signum rei sacrae, & peculiaris

hanc est, significare unionem Christi & ecclesiae. Ad illud autem de charactere respon-  
deo, quod character est potestas spiritualis: in matrimonio autem non confertur nisi potestas corporalis, & ideo non imprimatur.

4. Concl<sup>usio</sup>  
50

Quarta conclusio, non solum haec bona ex-  
citant actum coniugii ut sit bonus ex parte  
agentis, sicuti solet per ignorantiam excusa-  
ri, quin etiam efficiunt, ut sit in genere suo bo-  
nus, & saepe meritorius, tantum abest, ut ali-  
qui volunt, ut sit semper peccatum. Vnde  
ad maiorem explicationem superiorum con-  
clusionum notandum, quod actus humanus  
dupliciter est bonus: uno modo ratione ge-  
neralis virtutis, quae est ut opus in medio co-  
sistat: & hoc in matrimonio efficiunt fides  
& proles: haec enim differentia redificat ac-  
tum generandi, per has enim qualitates co-  
cubitus coniugalis à fornicatione distat: atque  
ad id in specie virtutis collocatur, redditio  
praeterca debiti est actus iustitiae, ut ex illo  
Pauli constat, Vir uxori debitum reddat, si-  
militer vxor viro: vnde manifesta iuris tam  
Divini quam naturalis ignorantia est dice-  
re, ut Canonistae aliqui asserunt, omnem ac-  
tum conjugalem esse peccatum: altero mo-  
do actus ipsam est bonus quatenus opus  
Divinum est persequi: Divinam institutionem  
gratiam ex se conferens, quae quidem ratio  
actum non solum bonum constituit, verum  
etiam sanctum, quod in matrimonio ratio sa-  
cramentalis operatur, nempe, nexus in dis-  
solubilis, qui coniunctionem Christi & eccle-  
siae significat: & haec ratio cetera bona san-  
ctificat, ut fides matrimonij sit sancta, neque  
bonum proles illis factis persequitur, quod ad  
terrenam vitam, & hereditatem procreatur,  
nisi educatio religiosa accedat, qua filius ho-  
minis naturalis, tanquam adoptivus Dei in-  
stituitur, ut in vita coelesti hereditatem pos-  
sident aeternam. Vnde Augustinus lib. 1. de  
nuptijs & concupiscentia. c. 4. in vsu infide-  
lium coniugatorum: um veram puritatem con-  
iugalem non agnoscit, non solum quia nul-  
la virtus extra charitatem vera virtus est, ve-  
rum quia non vnamur coniugio ad finem sa-  
cramenti, qui est generare & regenerandos in  
Christo: requiritur ergo haec spiritualis in-  
tentio in coniugibus, licet non formaliter,  
salem in habitu & virtualiter, nempe, ut ut-  
rumque in matrimonio, eo fine quo illud Christus  
instituit.

Hugo sup  
cap. vir cō  
paria. 33.  
4.4

1. Propo-  
sitiō

Dubium tamē est, an vsus matrimonij vo-  
luptatis causa, sit licitus. Respondeo per se-  
quentes propositiones. Prima, concubitus

coniugalis solius voluptatis gratia, ita ut  
principaliter sit electa & intentio, de se non  
est mortale, nisi alia adsit mortalis circumstan-  
tia: probatur, quia ut. 10. Ethic. c. 8. ait philo-  
sophus, delectatio de se neque bona neque  
mala est, nisi ratione operationis, vnde sumi-  
tur: itaque delectatio operationis bonae est  
bona, operationis vero male est mala: concu-  
bitus autem coniugalis de se non est opera-  
tio mala, ergo neque delectatio illi adiecta,  
quare neque electio huiusmodi delectatio-  
nis. Quod si quis insurgat, saltem electio hu-  
iusmodi delectationis est peruersa, quia cum  
vsus coniugalis à natura sit institutus pro-  
pter generationem, eligere voluptatem non  
illo fine, est peruersio finis. Respondeo, quod  
non omnis peruersio finis de se est mortalis,  
nisi quando profus ad transgressionem pro-  
greditur limitum naturae, ut si quis citra ma-  
trimonium voluptate illa vitetur: at quia ma-  
trimonium de se bonum est & honestum,  
quia ad illum finem institutum, atque adeo  
voluptas illa honesta, consequitur, ut et si eli-  
gatur abque illo fine, non ideo fit mortalis,  
sed satis est esse veniale, quae est sententia  
Augustini lib. de bono coniugali cap. 6. scilicet,  
Accedere ad vxorē causa satianae con-  
cupiscentiae, venialis culpa est: alioquin si  
mortalis esset, steriles & senes nequirent de-  
bitum citra mortalem culpā exigere, quod  
concessu absurdum est.

Secunda propositio, accedere ad coniugē  
generationis causa cum delectatione, & vo-  
luptate adherente & placente, nullum est  
peccatum, nisi nimius excessus voluptatis  
procuretur, probatur, quia coniugalis vsus  
ea ratione & conditione, qua naturae sagaci-  
tate instigatur, nullum est delictum. Natura  
autem sagaciter delectationē illi actui pro-  
pter necessitatem conservandae speciei ad-  
iungit, veluti sumpcioni cibi & potus ob ne-  
cessitatem conservandi individui, ergo sicut  
cibum & potum cum delectatione sumere  
nulla est culpa, ita neque coniugalis actus:  
& qui contrarium dicunt, videlicet esse pec-  
catum, nisi homo tunc delectationem ab-  
horreat, contemnam homines naturali sen-  
su private, nam vix tunc potest ratio displicentiam elicere.

Tertia propositio, concubitus voluptatis  
gratia culpātantum est venialis: ita affirmat  
Augustinus loco citato de bono coniugali:  
& lib. 1. de nuptijs & concupiscentia. c. 4.  
& in Enchiridio. c. 78. ait, quod huiusmodi  
cōcubitus sunt ex illo peccatorum genere,  
quorum

Angusti

2. Propo-  
sitiō

3. Propo-  
sitiō

quorum veniam quotidie petimus dicen-  
tes, Dimitte nobis debita nostra. Et eandem  
veritate omnes Theologi docent, quos non  
audire temerarium est.

Adversus primam propositionem pugna-  
re videtur auctoritas Hieronymi Pythagoricum in  
Iouenianam, vbi Sixtum Pythagoricum in-  
ducit, qui ait, Adulter est in suam vxorē  
ardentior amator: & infra, Sapiens iudicio  
debet amare coniugem, non adiectu, ne re-  
gnet in eo voluptatis impetus, neque preceps  
feratur ad coitum, nihil est foedius, quā vxo-  
rem amare ut adultera. Respondeo, quod vbi de-  
lectatio ultra matrimonij honestatē quæri-  
tur, non attendens coniugem, nec quod con-  
iux est, sed solum quod mulier, idem paratus  
eū ea facere quantum contum non esset, tunc  
mortalis culpa contrahitur: ille enim est ar-  
dentior amator vxoris, quem Hieronymus  
damnat: si vero delectatio infra limites ma-  
trimonij contineatur, videlicet quia aliam,  
quae non esset vxor, non concupisceret, tunc  
est veniale. Aduertendum tamen, ne huius-  
modi conditiones aliquem decipiant, quod  
si sint tantum in re, & non in effectu, nulla  
sunt peccata, propterea enim, quod si mere-  
trix adesset, ille illam cognosceret, nulla in-  
icitur culpa, sed si talem habet affectum &  
actū voluntatis, cognoscere illam si adesset,  
ibi est culpa.

Contra secundam propositionem pugna-  
re videtur auctoritas Gregorij Can. vir eū pro-  
pria. 33. q. 4. vbi ait, quod voluntas ipsa ac-  
cedendi ad coniugem sine culpa nullatenus ef-  
se possit, in quo insinuat videtur actū con-  
iugalem sine culpa saltem veniale contingere  
non posse, quia inquit, Ipsa licita admix-  
tio coniugis sine voluptate carnis fieri non  
potest, atque adeo voluptatem ipsam adhe-  
rentem legitimo fini generandi, quā dixim⁹ cul-  
pa carere, apparet ipse culpae: & probat,  
quia de legitimo, inquit, matrimonio conce-  
ptus fuerat David, qui tamen dicebat, In ini-  
quitatibus conceptus sum: respondeo, quod  
ipse non eodem modo voluptatem omnem, sed  
illam quae dominatur, ut paulo inferius sub-  
dit, In iniquitatibus autem David non dicitur  
conceptus propterea quod semper parē-  
tes inique coeant, sed propter originale,  
quod pater conceptus contrahit, quod quia  
causa est multorum actualium, pluraliter di-  
citur iniquitates: ita ut sit sensus iniquitatū  
seminario conceptus sum.

Dubium superest, an liceat coniugibus ad  
vitandam fornicationem debitum exigere,

Quaestio est anceps: nam partem negatiuā  
tuentur Augustinus, Gregorius, Beda, Mag-  
ister sentent. Bonaventura, Ricardus, &  
reliqui fere scholastici, qui concorditer con-  
ueniunt, ut neque ad vitandam fornicati-  
onem concubitus coniugatorum sit licitus. Al-  
tissiodorensis lib. 4. in materia de matrimo-  
nio cap. 4. q. 2. distinguit asserens, quod co-  
gnoscens vxorem causa vitandae incontinen-  
tiae non peccat, sed qui illam cognoscit cau-  
sa libidinis, & ut delectetur. Idem tenet Hu-  
go super Ecclesiast. in illo verbo, Tempus  
amplexendi, &c. Ad eandem sententiam  
declinat Scotus. 4. distinctione. 26. quaestio-  
nica. Et eandem opinionem sustinet Du-  
randus distinctione. 31. quaestione. 4. & Ca-  
rieranus in Summa. c. de vsu matrimonij, vbi  
ait, quod exercendus est, vel causa genera-  
di, vel in remedium concupiscentiae, & idē  
Syluester verbo debitum coniugale. Respon-  
demus tamē duabus conclusionibus. Prima,

1. Concl<sup>usio</sup>  
50.

maritum debitum ab vxore exigere causa  
vitandae fornicationis in illa, similiter & ip-  
sani petere à marito causa vitandae in illo, li-  
citur est, & ab omni culpa liberum. Senten-  
tia est Augustini lib. de bono coniugali. c. 7.  
& 10. vbi ait, quod huius causa debitū red-  
dere licet, ne alter coniugem fornicandū da-  
minabiliter peccet, exigere tamen non li-  
cet, in idem ait epistola. 199. ad Euidiam.  
Idem tenet Magister sentent. & Sanct. Tho-  
mas distinctione. 31. quaestione. 2. artic. 2.  
& omnes fere sententiarum expostores.  
Et ratio est, quia huiusmodi redditio de-  
biti pertinet ad fidem coniugij, quare non  
opus est ut alter formaliter petat, sed sat est  
infirmitatem alterius cognoscere, quia in-  
terpretatiue debitum exigit.

Secunda conclusio, quauis opinio, quae  
partem negatiuā sustinet, sit probabilis,  
opposita tamen sententia est verior, & ratio-  
ni matrimonij & verbis Apostoli magis con-  
sona, qui inquit, Propter fornicationem (ne  
pe vitandam) vnusquisque suam vxorem ac-  
cipiat. Ratione probatur, matrimonium e-  
nim ob duplicem finem institutum est, nem-  
pe in officium generandi, qui est primarius,  
& in remedium concupiscentiae ipsius, qui  
matrimonium contrahit: uti autem matri-  
monio ad suum finem, licet ille non sit prin-  
cipalis, non est ius coniugale transgredi, er-  
go quando concubitus ad id moraliter est  
necessarius, quia aliàs pollutionem cauere  
non potest, licitum est. Confirmatur ex sen-  
tentia Pauli, Nolite fraudare inuicem,

2. Concl<sup>usio</sup>  
50.

1. Concl<sup>usio</sup>  
50.

KK

nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum revertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram, hoc autem dico secundum indulgentiam, &c. Verbum hoc Augustinus cap. 6. de bono coniugali, secundum indulgentiam, sic exponit, quod non referatur ad matrimonium, sed ad concubitum, vt si sit ad cauendam incontinentiam absque causa procreandae, sit causa venialis: at vero indulgentia Pauli intelligi potest, vt nullatenus illis designet id quod minus malum est, sed id quod minus bonum respectu illius, quod est non nubere. Potest etiam referri ad vsum matrimonij, qui sit causa fornicationis vitandae in ipso petenti, nam loquitur de illis qui abstinent, vt vacent orationi, & iterum ad torum redeunt: & ait, illud indulgere, melius tamen esset si semper abstinerere possent, & conuincit locus ad ductus Pauli, propter fornicationem vnusquisque propriam uxorem habeat: si enim cuique licet propter fornicationem in se vitandam uxorem ducere, quia intelligit se continere non posse, & melius illi esse nubere, quam vti, constat vsum matrimonij ad finem illum esse licitum, nam si potentia ad finem aliquem esse bona, & vsum ad eundem finem esse bonus. Quod si quis infurgat, prudens quisque ex ordine charitatis strictius tenetur in se vitare peccata, quam in proximum, licet autem viro debitum reddere uxori ad cauendam fornicationem in illa, ergo & petere ad cauendam in se, Sanct. Tho. negat collectionem, quia sibi per liberum arbitrium mereri potest, coniugi autem nequit aliter meditari: vero si sententia Pauli efficax est, cum concubitus coniugalis simpliciter remedium sit contra fornicationem, ita licite maritus potest illo vti ad vitandum in se, sicut ad vitandum in uxore, si moraliter medium necessarium videatur, verum est, quod non semper vsum matrimonij tam necessarius est ad vitandum in se, quam ad vitandum in altero, nam in se pluribus quibusque abundat remedijs, si tamen illis adhibitis nequit se ab illecebris carnis eripere nisi per vsum conjugalem, tunc moraliter illi reputatur medium necessarium. Et haec est sententia Palude & Capreoli, qui inquirunt, quod quando homo alia via potest fornicationem vitare, non licet ad uxorem accedere, quia tunc non tam facit causa vitandae fornicationis, quam voluptatis, quod culpa venialis est: sed dum moraliter loquendo aliam viam non habet, haec

est licita: quod probatur, nam quandoque viro ad vitandam fornicationem in uxore licet illam cognoscere, quauis nec formaliter neque interpretatiue petat, nempe quia est occulte adultera, & amore adulteri exosum habet maritum & eius abhorret amplexum, tunc ille non accedit causa reddendi debitum, sed ad vitandam fornicationem in illa, potest ergo dum necessarium est, idem remedium sibi accommodare.

Ad Augustinum respondet Durandus, quod cum ait, concubitum ad explendam concupiscentiam esse venialem culpam, intelligit, quando concupiscentia ipsa dominatur, quod accidit, quando alia via potest concupiscentiam sedare, nam tunc fit haec eligatur, sicut ob voluptatem, & erit culpa venialis: & similiter respondeo ad Patres citatos, quod cum essent pudicitiae amantissimi nimum torum coniugale coarctabant, & perstringebant, non attendentes euentus qui humano more contingere possent necessario ad vitandam fornicationem, alias steriles senes, & praegnantes non possent neque ad fornicationem cauendam se amplectari.

Dubium grauius est, an liceat sanatis gratia ad uxorem accedere. Respondet neganter, quauis enim intentio sanitatis per se sit bona: si tamen procuraretur per medium, quod non est per se ad illa ordinatum, tunc intentio efficitur mala, veluti si quis sacramentum baptismi tantum ad salutem corporalem quereretur. Verum est quod si tam praesentaneum esset periculum ingentis morbi, & constaret illud esse medium necessarium, forsan talis accessus culpabilis non esset, has tamen veniales culpas, quae tam facile quotidie committuntur, & diluuntur, non est operis precium tanta cum anxietate perferunt.

Consilium tamen est, de his nunquam praedicare, nec cum secularibus tractare, nam si affirmes illud esse licere, ipsi licentiam ampliant: in sacramento tamen poenitentiae, vbi quis confiteatur uxore vti ad fornicationem vitandam, non est scrupulus obijcias, sed admoget, vt eum Christianus rei vacet uxoria.

De vitijs, quae vsum matrimonij euadere solent, breuiter dicimus. Primo, quod pudendus abusus illegitimi vasis contra naturam nefas dissimulatum crimen est, & grauius inter coniuges propter fidem quam sibi mutuo debet, quam si inter solutos congereret. Secundo, effusio semi-

VNDECIMVM QVAESITVM.

An liceat haereticos poena mortis punire.



Vgustinus epistola. 127. Donate Proconsuli Aethiopiae admonere videtur, vt Donatistas haereticos coerceret & corrigat, non tamen occidat: sic enim illi scribit, Denique vnum scilicet quod in tua iustitia perimefecimus, ne forte quoniam quiddam mali contra Christianam societatem ab hominibus impijs in gratis committitur, pfecto grauius est & atrocius, quam si in alios talia committantur. Tu quoque pro immanitate facinorum, ac non potius pro lenitate Christianae consideratio ne censeas coercendum, quod te per Iesum Christum ne facias obsecramus: neque enim vindictam de inimicis in hac terra requirimus, haud vero ad eas angustias animi nos debet coarctare quae patimur, vt obliuiscamur quid nobis praeciperit pro cuius veritate ac nomine patimur, qui diligimus inimicos nostros, & oramus pro eis: vnde occasione terribilium iudicium ac legum, ne in aeterni iudicij poenas incidant, corrigi eos cupimus, ne necati, nec discipulini circa eos negligi volumus, nec supplicijs, quibus digni sunt exerceri: sic igitur eorum peccata cooperse, vt sint quos poeniteat, peccata esse.

Quaquam Augustinus multis in locis huic sententiae subscripsisse videtur, & in partem Lutheranorum declinare, primo tamen lib. contra epistolam Parmeniani, epistola Jac. 4. & lib. 2. contra literas Petilianae, & epistola. 48. ad Vincentium rogatione haereticis assertorem omnino sententiam mutauit, sic scribens, Mea primitus sententia erat, neminem ad vitam Christi esse cogendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos haereticos noueramus. Sed haec opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium suppetabatur exemplis, nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quae cum tota esset in parte Donatistarum, ad unitatem Catholicam timore legum imperialis conuersa est, quam nunc videmus, ita huius pernitentem detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur: ita & aliae multae, quae mihi nominatim commemorabantur, vt ipsis rebus

K.K. agnoice

femina extra vas legitimum crimine est mortale: Tertio, si dum vir bona fide legitime cogredi conatur, praeter intentionem tamen extra vas seminat, non est mortale, quia seminat illa festinationi naturae ascribenda est. Quarto, intra coactum vas, ordine & situ naturae seruato, vix accidit mortalis culpa: si vero vir resupinus uxori succubat, licet sint qui mortale dicant esse, propterea quod congressus ille non est generationi idoneus, at vero Albertus Magnus & ex medicis multi inquirunt, ex illo modo concubitus conceptum non impeditur, eo quod matrix, perinde atque stomachus, virtutem habet attractiuam, qua semine ad se trahit: ideo dicimus intra legitimum vas nunquam crimine mortale contingere. Quinto, sunt alij insueti complexus venialis peccata, eademque obsequia, & ideo probis viris exhortanda. Sexto, tactus impudicus, si cum periculo molliciti fiant, peccata sunt mortalia: si vero inter coniugatos fiat, tanquam necessarii ad venerem irritanda generationis gratia culpa omnino caret, extra hos casus peccata sunt venialia. Oscula vero inter coniuges licet non alio fine fiant, qua eum amoris indicia, delicto carent.

Pro B. Augustino respondemus, quod quando loco citato dixit, quod nuptias sola excusat causa procreandorum filiorum, interpretandus est, quod sola causa procreandae prolis absque controuersia aliqua licet ad uxorem accedere, quinimo sepe accidit, quod talis eorum & accessus meritorius sit, vt Paulus insinuare videtur dicens, Honorabile concubium & torus immaculatus in omnibus. Secundo dicimus, quod Augustinus sicuti & ceteri Patres, quia amantissimi erant pudicitiae, nimum coeuerunt torum coniugale coarctare, nam si affirmassent vel causa voluptatis, vel propter vitandam in se fornicationem eis licere absque delicto ad proprias uxores accedere, ipsi licentiam hanc & indulgentiam nimium ampliarent: quam occasione vt euitarent adeo stricte in materia hac locuti sunt. Et Augustinus cap. 6. de bono coniugali cap. 7. & cap. 10. diffinit, quod concubitus gratia concupiscentiae faciendae tantum est culpa venialis. Et in lib. de verbis Apostoli & pluribus alijs locis, inquit, quod viciu coniugalis causa vitandae fornicationis in altero delictum, non est: si vero fiat causa cauendae incontinentiae, ipse solum est culpa venialis, in qua sententia conuenit cum pluribus Patribus, &c.

Doctores scholasticis, licet tendenda sit sententia, quam sustinimus.

geb. 3.

agnoscerent, etiam in hac causa recte posse in illis, quod scriptum est, Da sapienti, oc...



Vgustinus epistola. 146. Cōsentio, respondens illius quæstionibus de corpore Christi, & nostris corporibus...

Domini corpus sine sanguine esse, nam proposita questione, illam indiffinitam relinquit: sic enim scriptum in illi loci, Videte manus meas...

Luce. 22

Cœcilium Tridactinum

DE VODECIMVM QVAESITVM.

An ante fidem susceptam, & sine fide opera cuiusquā bona existimanda sunt.



Vgustinus epistola. 143. contra Pelagianos affirmare videtur, quod opera quæ præcedunt fidem, & quæ ex illa non procedunt, nondum bona...

Hebr. 11 Abac. 2 Galat. 5 Rom. 7

DECIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An corpus Dominicum in Eucharistiæ sacramento sanguinis sit coniunctum.

Quod

1. Concluditur sic

2. Concluditur sic

Quod totus Christus sit sub utraque specie est certum, & de fide, & Concilio Florentino decretum, & nuper Concilio Tridentino sess. 22. Can. 3. His verbis, Si quis negaverit...

At vero circa id, quod in triduo, si tunc fieret consecratio, neutrum esset sub speciebus alterius, loco citato insurgit Caietanus adversus Scotum. 4. dist. 10. questione. 4. qui licet concedat, quod in triduo corpus non esset sub speciebus sanguinis, neque sanguis sub speciebus corporis...

Circa opinionem hanc, si sermo sit de potentia absoluta, ambigi non potest quin hæc omnia Deus facere possit, quin vero quantum in triduo anima fuerit à corpore separata, potuit Deus facere, ut in sacramento esset ei coniuncta...

mirandæ considerationis secundum naturam rerum perpendit, quorundam tamen ingenium & rationes, quæ ex vi sacramenti naturaliter pullulant, per potentiam Dei absolutam impertinenter labefactare.

Vigentius tamen argumentum est contra conclusionem principalem positam: sanguis non est corpori unitus per continuationem, sed per venas & arterias propriam habet motum, nam si continuatus esset, cum de vena, vel de naribus emittitur, discontinuatio illa dolorem causeret, cuius contrarium experimur, sanguis ergo non informatur anima rationali, nam eadem anima duo corpora distincta informare nequit. Ex quo fit sub speciebus vini ex vi consecrationis non esse animam, nam cum non informet sanguinem, non dat ei esse sanguinis, atque adeo forma vini non convertitur in ipsam. Item neque est illic corpus ex concomitantia, postquam in cœlo non est unitum sanguini. Secundo confirmatur, dum Christus suum corpus consecrauit, neque ex vi consecrationis, neque ex concomitantia erat in sacramento, crudam enim hostiam in stomacho habebat, quia non erat pars corporis, eadem ergo ratione neque sanguis. Tertio id confirmatur, Christus non proprie videtur assumpsisse sanguinem, non enim assumpsit nisi humanitatem, quæ constat ex anima & corpore: anima autem cum non informet sanguinem, non perficit Deum, neque tribuit ei vitam, sanguis enim non vivit: Christus vero corpus assumpsit per animam perfectum, & vivens: & si sanguinem non assumpsit, non sequitur, ut consecratum corpus sanguinem cōcomitetur, aut consecratum sanguinem cōcomitari corpus.

Ad hæc respondeo, quod et si sanguis, & reliqui humores non sint uniti corpori, nec fide anima informantur ut vivunt, habent tamen proprias formas substantiales, licet imperfectas, nihilominus sunt de integritate, ac perinde de veritate corporis, siue quibus corpus vivere non possit, ut ait Sanctus Thom. 1. parte, questione ultima, artic. 1. & hac ratione dicuntur corpori coniuncti, quæ utique ratione Philosophus lib. de animalibus sanguinem inter partes animalis cōnumerat, unde anima actione caloris naturalis digerit sanguinem & alios humores, eosque adeo percipit tanquam in via, ut convertantur in substantiam aliam, & tunc anima ipsa informantur. Unde negandum

Argumentum.

Respondetur ad 21. questionem.

KK 3 nou



non est, quin Christus cōsecutiue assumptus sit sanguinem, & reliquos humores, sine quibus viuere non poterat: imo S. Tho. 3. parte q. 37. ar. 5. docet, quod ex sanguine virgineo corpus assumptum, hac ergo ratione sanguis concomitur corpus in sacramento, & sanguis corpus & anima de cibo autē, quē Christus habebat in stomacho dum consecrauit, nō est par ratio, cum crudus esset, neque de integritate corporis, magis quā buccella, quā in ore haberet.

Secundum argumentum S. Tho. notandum est: sub nomine carnis omnes partes corporis intelliguntur, veluti ossa & nervi, quibus sanguis & reliqui humores annumerantur, ergo sicut post consecrationem corporis nō consecrantur seorsum ossa aut reliqui humores, sit, vt neque opere precium sit consecrari sanguinem, respondetur, in passione Christi, cuius hoc sacramentum est memoriale, non fuisse à corpore reliquas partes, aut humores separatas, iuxta illud Exodi 12. Os non cōminuetis ex eo, quia tamen totus sanguis fuit effusus à corpore, ideo totum consecratur. Est & alia optima ratio, quia sanguinis effusio mortem representat, per quam nos redemit. Vnde Apo. c. 1. & 5. & ad Rom. 3. & alias saepe in nouo Testamēto legitur, Christum suo sanguine nos redemisse: sicuti filij Israel in Aegypto sanguine rubricari seruari sunt: atque in huius figuram Pontifex antiquae legis introibat in Sancta sanctorum cum hircorum sanguine & vitulorum, quod Apostolus Hebr. 9. membra fuisse, docet, summi Sacerdotis nostri Christi, qui nos suo sanguine redemit in cuius ideo consecratione sit mētio, quod sit sanguis noui & aeterni Testamenti. Syluester in Rosa aurea tractatu. 3. questione. 30. asserit, quod sub Pio. 2. fuit diffinitum, quod sanguis immediate fuit vnus hypostatice diuinitati.

Dubium tamen est, an totus Christus sit sub qualibet parte specierum panis vel vini, respondet S. Thom. loco citato art. 3. cōclusionē affirmatiua bimembri. Manifestū est quod sub qualibet particula specierum panis est totus Christus, etiam hostia integra manente: & quia conclusio est de fide, declarat illam ratione naturali, nam sola substantia corporis Christi, & sanguis, ex vi consecrationis est in hoc sacramento, quantitas vero diuina eiusdem corporis non nisi per cōcomitantiā, ex quo fit corpus illic esse per modum substantiae, id est, per modū,

quo corpus est sub dimensionibus, & non per modum dimensionū, id est, nō per modū illum quo quantitas dimēsiua corporis Christi est sub quātitate dimēsiua loci, quā admodum est in celo, natura vero substantiae est, tota esse sub qualibet parte dimensionū, vt tota natura specifica aeris vel panis est sub qualibet particula dimēsiuā, ergo Christus hoc modo est in sacramento, ac si nullā haberet quantitātē. Declarat secundā partē cōclusionis, scilicet, hoc esse verū, & etiā antiquā hostia frāgatur, nā vt tota natura substantiae sit sub qualibet parte dimensionū indifferens est fractio illa eandem dimensionū.

Ex quo inferatur exemplum illud de speculo esse deceptorium, & ad rem parum aptū: in speculo enim integro vna apparet et imago, cum autem frangitur, in singulis partibus representatur singulae imagines, sed hoc non est simile, nam multiplicatio illa imaginum resultat ex fractione speculi, per quā sunt specula plura, in quorum cuiusque superficie sit vnus specierum conus, qua ratio ne sunt reflexionē est diuersa: in Sacramento autē antequam hostia frangatur, in qualibet parte est totus Christus.

Totū Christū esse sub qualibet parte specierum, cōfessio est ecclesiae, & habetur ex verbis Augustini sermone Dominice quinque post Epiphaniā, & refertur de consecratione dist. 2. Can. singuli, & ex Cōcilio Florentino & Tridentino scilicet. 14. Can. 3. his verbis, Si quis negauerit in venerabili sacramento Eucharistiae sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque specierum partibus, separatione facta, totum Christū cōtineri, anathema sit: & id ex vniuersae ecclesiae constat, quae vna hostia in plures sumētes distribuit, tantū tribus singulis, quantū omnibus: & ex ipsa Christi actione id vsus fuit receptus Matth. 26. & Luca. 22. Nō enim creditur singulas buccellas singulis consecrationibus consecrasse, sed eadem omnes, quod & de calice manifestum est, Accipite enim, inquit, & diuidite inter vos.

Alexander. 4. parte. q. 40. mēbro. 3. arti. 5. & Bonaueria dist. 10. q. 5. referunt opinionem quorundam afferentium, quod in vna hostia est totus Christus: in tota autē fractionem, & post fractionem in qualibet parte, exemplo speculi fracti probant, vbi non est nisi vna hostia, sacerdos nō intendit nisi illā cōsecrare, intentionē ad vnam dirigendo, ergo tantum est illic in tota simul: cum autem post diuiditur, nō vitute consecrationis, sed

Cōciliū Tridentinū

Cōclusio.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

sed quia corpus ipsum est incorruptibile, & indiuisibile, non diuiditur ad diuisionē specierum, sed manet in singulis partibus integrū. Et sunt qui dicunt, opinionē hanc nō esse erroneam saltem ante diffinitionem Concilij Tridentini, ecclesia enim nō diffiniat totum esse in singulis partibus, nisi quando frangitur: sic enim in Cōcilio Florentino legitur, Sub qualibet parte separatione facta totus est Christus, & in c. singuli, citato tantū habetur, quod in singulis portionibus, dū sumitur, totus est Christus.

Nihilominus asserimus, ita erroneam esse negare, totum Christum esse in singulis particulis hostiae ante fractionem, sicut post fractionē. Primum, ex Hyllario de conse. dist. 2. Can. vbi pars, vbi sine discrimine dicitur: vbi pars est corporis est & totum, & subditur de manna, de quo dicitur, quod qui plus collegerat, nō habuit amplius, neque qui minus parauerat, habuit minus. Secūdo, facta diuisione hostiae sub singulis partibus est totum: id autē non fit virtute fractionis, vt fit in speculo fracto, ergo antea existebat in singulis, minor probatur, existētia corporis in sacramento non est naturalis, sed miraculosa per diuinā virtutē, fractio autē illa solum est actio humana, ergo existētia corporis sub qualibet particula nō est virtute fractionis, sed virtute consecrationis, quae efficit, vt sub singulis particulis esset corpus: ratio ergo quare totus exiit in singulis partibus post diuisionē est, quia in integra hostia similiter existebat. Tercio, quia omnes partes hostiae sunt homogeneae, hoc est, eiusdem rationis, ergo sicuti, dum sacerdos plures hostias simul cōsecrat, eadē intentione fit, quod corpus sit in singulis, ita & in singulis partibus eiusdem hostiae. Vnde ad arguētum eorū respōdeo, nō opus esse singulas intētionē ad singulas particulas hostiae dirigere, sed vnica id fit. Quarto, si in tota hostia sic esset totus Christus, quod non esset totus in qualibet parte, deberet subinde concedi, quod illic esset tantus quanta est tota hostia, atque ad hoc deberet signari punctum vbi est caput, & non pes, & vbi est vnus brachium, & non alterum: ac perinde concedendum esset, quod Christus illic nunc esset supinus, nunc vero resupinus, quae in irrisionem fidei vergent. Præterea si cōsecraretur hostia multo maior, quā est quantitas Christi in celo, sequeretur, quod aliquae partes illius hostiae essēt corpore Christi priuatae, puta ad quas eius quantitas pertingere non posset.

Vltimo, quia cū illic corpus sit ad modū substantiae, sit, vt sit in qualibet puncto: sicuti anima rationalis est in toto corpore, & in qualibet eius parte.

At quanquā conclusio sit vera, ratio vero S. Tho. videtur non conuenire, videlicet, quia est illic ad modum substantiae, cuius tota essentia est in qualibet puncto: nā & si hoc verum sit de substantia homogeneae, id est, eiusdem rationis, vt est aer & ignis, tamen in heterogeneis, id est, habētibus partes diuersarum rationum, id non apparet verum, quia le est corpus humanum, constat enim sub substantia hominis ex capite habente os, nares, aures, & ex brachijs, & pedibus: haec autem cogitari non possunt omnia subsistere sub quacunque particula specierum, nam tunc sine ordine essent. Respondeo etiam, in huiusmodi substantijs verum esse non sic per se existere in ordine ad locum, sed hoc habere ratione quantitatis: verum est tamen, non posse hominem habere organa nisi quantitate, constitūte ordinem inter partes ipsas corporis, videlicet, vt caput sit supra pectus, & pectus supra ventrem: quare corpus Christi suā habet quantitatem in sacramento ex naturali cōcomitantiā, vt Sanctus Thomas inquit loco citato articulo. 4.

Pro B. Augustino respondemus, quod voluit abstinere à diffinitione quāstionis sibi propositae, id tanquā notum relinquens: si enim corpus Christi verum est, & viuens, & ratione naturali constat, corpus sine sanguine vere non posse, liquido ergo constat, quādo Dominus dixit Apostolis, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, non addidisse sanguinem, quia cū eum resurrexisset, & viuentem viderent, euidenter intellexisset, sanguinem, qui ex corpore eius fluxerat, sibi vnisse. Et ideo Augustinus addit, ex consuetudine rerū expectarū in experta opera diuina infirmitas, inicitur humana: & arguente se garrire arbitrat, cū dicit, Si caro est, & sanguis est: si sanguis, & ceteri humores: ceteri humores, ergo & corruptio eo modo diceretur flamma est, & ardere: si ardet, & vitri vitri, ergo vitrorū triū in fornacē ignis ab impio rege missorū corpora incēdit: si autē hoc in tribus viris miraculū factū esse non dubitat quisquis de Diuinis operibus recte sapit, cur nō creditur, qui fecit illa corpora nō posse igne corrumpi? & fecisse illud corpus, neque igne, neque fame, nec morbo, nec fenio, nec vlla vna alia, qua solat humana corpora,

labefactari, corrumpi? si ergo quando resur-  
gemus, corpora erunt immortalia & incor-  
ruptibilia, neque tamē sine sanguine, idem  
ergo, imo fortiori ratione firmiter creden-  
dum est de Dominico corpore, & in cōsō  
& in sacramento.

DECIMVM QVARTVM  
QVAESITVM.

An Hieronymi anima in obitu e-  
ius Augustino apparuerit.

**A**ugustinus epistola. 205. ad Cyril-  
lum Hierosolymitanum episcopum  
de magnificis admirandisq;  
S. Hieronymi virtutibus, refert,  
Hieronymi animam die, qua ex hoc saeculo  
ad Dominum migravit, sibi apparuisse. Sic  
enim nobis scriptū reliquit, Quid plura di-  
cam? quae Hieronymus ignoravit in natu-  
ra, nullus hominum vniquam scivit. Et in-  
fra, Sed vt multa merita Hieronymi sanctis-  
simi non lateant, quid erga me, Divina an-  
nuente clementia, in ipso sui obitus die acci-  
derit, narrabo: eodem namque die & hora,  
qua exutus putredinis & immunditiae car-  
nis toga Hieronymus sanctissimus vestimē-  
tum perpetuae immortalitatis inestimabilis  
laetitiae & gloriae induit, eram Hippone in  
cellula mea quiescens, auidē cogitans qualis  
in esset animabus beatorum, qui cum Chri-  
sto gaudent gloriae & laetitiarum quantitas,  
cupiens inde ex hac materia breuem cō-  
ponere tractatum, charta, calamo, pugillari-  
busque in manibus susceptis, vt breuē scri-  
berem epistolam sanctissimo Hieronymo  
destinandam, vt quidquid ex hoc sentiret re-  
spōderet (sciebam enim in tam difficili qua-  
estione a nullo alio viuentium me posse me-  
lius doceri, & euidentius) cumque iam scri-  
bens, salutationis exordium Hieronymo pre-  
notarem, ineffabile subito lumen, nostris in-  
tusum temporibus, nostrisque minime lin-  
guis declarandum eū ineffabili inauditaque  
odorum omnium fragrantia, cellula, in qua  
stabam, intravit hora iam completoria: quo  
a me viso, stupore admirationeque commo-  
tus, animi & membrorum virtutes repente  
amissi: nesciebam enim tunc, quod dextra  
mirabilis Dei exaltasset feruum suum: &  
mox, inter haec autem, meis in me perstrepe-  
tibus cogitationibus, quid hoc esset, de luce

haec dicens verba vox emicuit: Augustine,  
Augustine, quid quaeris? putasne breui im-  
mittere vasculo mare totum? breui include  
re pugillo terrarum orbem: caelum firmare,  
ne vsiratos exerceat motus: quae oculus nul-  
lius hominum videre potuit, tuus vident?  
quae auris nulla per sonū hausit, audiet tua?  
quae cor humanum nullatenus intellexit ne-  
que etiam cogitavit, existimas te posse intel-  
ligere? Et tandem, at ille, inquit, nomen meū  
quaeris. Hieronymi illius presbyteri, cui tras-  
mittendam epistolam iam scribens coepissē  
sum anima, quae hac in hora in Bethleen Iu-  
da, carnis onere deposito, omni diademate  
coronata, omni beatitudine & felicitate val-  
lata, iam nullum deinceps expecto glorie de-  
fectum, sed augmentum.

Doctores scholastici de exitu animarum  
a suis receptaculis. 4. sent. dist. 45. & Sanct.  
Thom. ibidem in scriptis. Et de exitu illarū  
a suis receptaculis dupliciter possunt lo-  
qui: vno modo, vt simpliciter inde exeant,  
nunquam illuc amplius reuersuræ: alio mo-  
do, vt egrediantur ad tempus, iterum reuer-  
suræ. Item exire de receptaculis potest vno  
modo contingere citra reuersionem corpo-  
rum, scilicet, vt velut nudę exeant, vel sic,  
corporibus assumptis, vt non sint in illis vi-  
ta animalī vsuri: alio modo per veram susci-  
tationem, sicuti puer, quem Eliseus suscita-  
uit, & Lazarus, & alii, quos suscitauit Chri-  
stus. His praenotatis respondeo ad questio-  
nem sequentibus conclusionibus. Prima,  
Beatorum animarū secundum legem beati-  
tudinis positam nequeunt inde exire, nunquā  
amplius reuersuræ. Conclusio est nota: quia  
de ratione beatitudinis est aeternitas, eternū  
est quod nunquam est habiturum finem. Se-  
cūdo, quia beatitudo est status omnium bo-  
norum aggregatione perfectus, non autē es-  
set status perfectus, nisi beatus suae beati-  
tudinis haberet certitudinem: dubitatio enim  
an possit perdere quod habet, animum an-  
xiam redderet, & ideo talis simpliciter bea-  
tus non esset: cum ergo beatitudo sit vita e-  
terna, quicunque beatus est certus se habe-  
re vitam aeternam, neque ab illo statu cade-  
re posse, quo iudicio falli nequit: autē inde  
exire posset, non reuēsurus, falsum habe-  
ret iudicium: repugnare ergo vt hoc pacto  
exire valeat, vt Paulus docuit. 1. ad Thes. 4.  
Rapiemur obuiam Domino in aera, et si sem-  
per cum Domino erimus.

Secūda conclusio, neque de inferno, neq;  
de lybo puerorum possibilis est egressus,  
qui

1. Conclu-  
sio.

2. Conclu-  
sio.

qui non sit habiturus regressum. Probatur  
ratione simili per contrarium, nam infernus  
vō nomine mortem aeternam significat, nul-  
lam habens redemptionem, iuxta illud Mat-  
thaei. 25. Ite maledicti in ignem aeternū, ideo  
secūdo legem illius status nemo inde egre-  
di potest non reuersurus, & idem est de ly-  
bo puerorum: sunt enim in perpetuum a re-  
gno caelorum exclusi, iuxta verbum Domi-  
ni Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua  
& Spiritu sancto, non potest ingredi in re-  
gnum Dei: in damnatis autem est obstinata  
voluntas, iuxta illud psalm. 73. Superbia eo-  
rum, qui te oderunt, ascendit semper: poena  
autem remitti non potest, nisi deleta culpa,  
vnde obstinatio eorum in odio Dei, est cau-  
sa quod nulla possit esse ab inferno redem-  
ptio.

Tertia conclusio, A purgatorio & lybo  
Patrum constat possibilem, imo necessariū  
fieri in caelum transitum.

Quarta conclusio, quanuis secundum legē  
ordinariam animabus separatis congruente,  
neque ad nos exeant, neque vllum nobiscū  
habent cōmertium, secundum tamen per-  
missionem, aut dispositionem Diuinam, &  
legem extraordinariam nihil prohibet quo-  
minus in quocunque sint receptaculo, ad  
nos reuertantur. Prima pars inde probatur,  
quod animae separatae eo quod a corpore  
exeunt, & a vita praesenti ascendunt, a nobis,  
& rebus nostris, officijs, & moribus segregā-  
tur, & ideo lege ordinaria, sicut nos rebus ea-  
rum nō adsumus, ita neque ipse nobis inter-  
sunt: & hanc legem ordinariam explicat Au-  
gustinus lib. de cura pro mortuis agenda. c. 13.  
dicens, Si rebus viuentium interessent  
animae mortuorum, vt de alijs taceam; me-  
ipsum pia mater nulla nocte desereret, vt me-  
cum viueret. Et confirmat hoc ex illo. 4.  
Reg. 22. ad penitissimum regem Iosiam, cui  
cū Deus exivit regni & gentis suae prenū-  
tiasse, pollicitus est subinde dicens, Ecce  
ego apponē te ad patres tuos, & apponeris  
cū pace, & non videbunt oculi tui omnia ma-  
la, quae ego induco in locum hunc, & eos qui  
cōmorantur in eo.

Secūda pars colligitur ex verbis Hiero-  
nemi contra Vigilantium, qui existimabat  
Apostolorum & martyrum animas infortu-  
natorum in suis & campis Elyseis, vt Ethio-  
xi de animabus philosophantur, detineri, in  
quem Hieronymus sic inuehitur, Ais vel in  
sinu Abrahae, vel in loco refrigerij, vel sub  
terram Dei animas Apostolorum, & mar-

tyrum cōsedisse, nec posse rumulis suis, nec  
vbi voluerint adesse praesentes, quasi dicat  
falso id ais: & subdit, Tu Deo leges ponis,  
tu Apostolis vincula iniicis, vt vsque ad diē  
Iudicij teneantur in custodia, nec sint. cum  
Domino suo, de quibus scriptum est, Sequi-  
tur agnum quocunque ierit. Et Augustinus  
libro de cura pro mortuis agenda cap. 16. ait,  
Felicem cōfessorem, cū Nola a Barbaris op-  
pugnaretur, humanis aspectibus fuisse visū,  
non in certis rumoribus, sed testibus certis.  
Et ambas conclusionis partes his verbis do-  
cet idem Augustinus, nempe, quod secun-  
dum ordinariam & visitatum cursum anima-  
rum ex suis receptaculis non exeunt, sed ta-  
men secundum Diuinam dispensationē exi-  
re possunt, & solent, id quod cumulatim exē-  
plis Gregorij. 4. lib. Dialogorum confirma-  
tur.

Quapropter ex paradiso, ex inferno, pur-  
gatorio, & ex lybo Patrum exire solēt, vt  
de Samuele. 3. Reg. 28. legitur, qui apparuit  
Sauli. Quanuis, vt Augustinus eodem lib.  
de cura pro mortuis agenda cap. 15. refert,  
non desunt qui negent verum fuisse Samue-  
lem. Moses tamen, vt Matth. 17. legitur in  
Transfiguratione Domini apparuit.

Atque & vsu apparitiones istę acciderē so-  
lēt, vt ibidem Augustinus. c. 16. author est, si-  
ue ad viuorum solatium, ad quos illi mortui  
pertinent, siue vt ijs admonitionibus more  
humano humanitas sepulturae cōmenderet:  
animae namque beatae, Deo dispensante, pos-  
sunt apparere suis, vel vt eos cōsolentur, o-  
stendentes se Diuino suū conspectu, vel vt  
eos ad eandem beatitudinem alliciant, vel  
vt suis reliquijs iustos honores deserant, vt  
de Baptista & alijs legitur. Existentes vero  
in purgatorio solent apparendo sibi suffra-  
gia fieri deprecare. De lybo autem pue-  
rorum ratio non est cur egrediantur.

Inquit vero D. Thom. inter esse inter san-  
ctos & damnatos, quod sancti cū voluerint,  
possunt viuentibus apparere: damnati tamē  
non. Et ratio est, quia beati nihil optare pos-  
sunt, nisi quod rationi ac voluntati Diuinę  
est consentaneum, quidquid enim huiusmo-  
di a Deo postcūq; obtinent, quoties ergo vo-  
lunt exire, exeunt.

Infernales autem animae exire nō permit-  
tuntur dum volunt, sed dum, ob aliquod my-  
sterium nobis occultum, Diuinitus permit-  
tuntur, veluti daemones, quare diues epulo,  
vt legitur Luc. 16. rogare non audebat, vt  
linceretur ipse ad suos ite, sed rogabat Abra-  
ham,

ham, vt mitteret Lazarum. Neq; egredi cupiunt, vt aliquod beneficium nobis conferant, eo quod nobis bonum optent, adeo enim longe à charitate distant, vt neque inclinationem naturalem permittat actus rectos elicere.

Nec fatis constat, an liceat animabus miseris officium demonum usurpare, vt, scilicet, ceu ministri Satanæ, ad tentandos homines, & retia illis tendenda, & parandos laqueos, veniant. Certum tamen est, hoc non esse eorum officium, tametsi cum odio Dei obstinati sint, ac subinde nostri, nihil mirum si eodem odio parare sunt id facere: an vero Deus id aliquando permittat, ipse nouit.

Ceterum ita est possibile animas ex suis locis huc redire, vt non sit facile creditum, toties id accidere, quoties nobis apparet. Primum, vt idem Augustinus lib. de cura pro mortuis gerenda ait, quod inter somnia nobis videntur charorum animæ, vt alie nobis infestè apparere, rarisime accidit, vt sint ipsæ animæ, imò sæpe contingit, vt non nisi sub eorum imaginibus in sensu communi, propter nostras præcedentes cogitationes, appareant illa phantasmata, sed vanitas vulgi est credere esse veras animas.

Præterquàm quòd plurimas huiusmodi fallacias perstringentes mulierculæ vulgo offerre solent, quibus ignorantibus illudunt, nam animæ felices raro capiunt ab illo coelesti loco exire, & ad viuos admonendum nõ necesse est, vt veniant: quare neque Lazarus permittus est venire, quia habemus leges & prophetas, quibus nos Deus satis edocuit, & indices cõmonestacit: quibus misericordiamus, nec si damnati, neque illi qui purgantur, ea quæ illis sunt nobis denuntiant, fidẽ eis habemus: imò de hoc Deus offenditur, quò magis parati simus paratibus defunctis, quã suo Euangelio credere.

Quòd si quis obijciat, quòd animæ eò sunt suis receptaculis ascriptæ, vt sua illis vel præmia, vel supplicia habeant: si vero ad nos venirent, interrumpentur præmia & supplicia: negatur collectio, quia licet ab illis receptaculis egrediantur, neque animæ beatæ desinent videre Deum, neque quæ cruciantur, à suis liberantur tormentis.

Superest vt de alio ex eundem modo dicamus per resurrectionem corporis, vt suscitati ab Helia, Eliseo, à Christo & Apostolis, qui ex suis receptaculis ad nos prodierunt.

Subiungitur ergo quinta conclusio, Nullus vnquam, cuius anima felix coelestem beatitudinem inhabitaret, in vitam mortalem resuscitatus est. Probat, quia nemo beatus est, nisi qui certo scit, se sempiternam & indefectibilem vitam possidere, quo iudicio falli nequit, nam si dubitaret, vel falli posset, nõ esset plenarie beatus: si vero posset in vitam mortalem redire, beatitudo illa interpollaretur, atq; adeo falsum fuisset iudicium illud, ergo fieri nequit. Quod si obijcias de Christo Redemptore nostro, qui fuit beatus, & tamen habuit naturam mortalem: nihil ad rem, quia erat vere Deus & homo, & ratione vnionis anima vnione illam beatificante fruebatur, & ratione redemptionis corpus erat mortale: tum maxime quòd passionem, quas secundum corpus perulit, repugnantem statui beatorum, in quo Deo fruuntur. Secundo, quia Deus animabus iustorum præcipue qui sunt in gratia & gloria confirmati, nihil confert, nisi quòd eis sit beneficium, at vero quantum resuscitatur Deus in gratia confirmaret, priuaretur tamen illa beatifica vnione, & esset multis molestis subditus in corpore, quæ anima illa non pro beneficio, sed pro damno duceret, quare ex natura rei resuscitatio non esset ei gratia, vt vitam degeret mortalem.

Et idem subsequi videtur de illis qui sunt in inferno, qui sic ad penam æternam sunt damnati, vt interpollari ne queat: cuius contrarium vsu veniret, si damnatus ad vitam resuscitaretur. Eisdẽ est de illis, qui in limbo puerorum sunt & tenentur. Ex quo consequens fit, vt quotquot resuscitati sunt, vel ex purgatorio, vel ex limbo Patrum prodierunt. Supponimus enim neminem vnquam vere resuscitatum, aut per naturam, aut potestate demonum, sed solo Diuino miraculo. Quare si Samuel, de quo. 1. Reg. 14. verus Samuel fuit suscitatus, Diuino numine fuit vitæ restitutus, quoniam operis huius supernaturalis neque homo neque Angelus per propriam virtutem potest esse causa, sed sola virtus Diuina, illi ergo, quos Helias & Eliseus suscitauerunt, in limbo Patrum fuisse creduntur, erant enim circumcisi, & nihil res erat quã vt possent mortaliter deliquisse. Et Lazarus vel in limbo Patrum erat, vel in purgatorio, & idem forte de cunctis alijs credendum est.

Contra hanc tamen doctrinam, vt veritas amplius elucescat, arguitur sic, Quicumque in limbo Patrum erant, aut modo in purgatorio existunt, in exitu corporum certi facti sunt prædestinatos se esse ad gloriam, quo iudicium

iudicio falli non possunt, imò sunt in gratia & amicitia Dei confirmati, cū vero ad vitam mortalem redeunt, non apparet lex, vt sint vel in gratia confirmati, vel suæ salutis insalubiliter certi, resuscitatio ergo illa nullatenus potest illis esse expediens, nam à firmissimo statu salutis exire, & periculo perditionis subijci, summum detrimentum est. Item iudicium illud certum defecere, & hęcitatione, qualem nos de nostra prædestinatione habemus, torqueri, nemo sane mentis eligeret: quare nemo illorum suscitari velit, neq; cedendum, quòd Deus inuitos ad nostras miserias remittat, præsertim illos, qui erant in limbo Patrum, vbi omni dolore & pena erant liberi. Tum etiam arguitur de illis, qui sunt in purgatorio. Aut enim dum suscitantur, omnes penas debitas soluerant, aut nõ: si lucent, idem quòd de beatis iudicium illis patrocinator, quia inde iam euolant in vitam æternam: si vero non omnia debita persoluerant, non seruatur iusticia Diuina, cū ante tempus inde eruantur. Ad primum vt respondemus, veritas hæc pie credenda est, quod nemo vnquam à morte in vitam fuit suscitatus, qui non fuerit saluus itaque nunquã vltus fuit suscitatus, nisi prædestinatus. Veritas hæc est Abulensis super 4. Reg. 4. q. 56. inter narrandam suscitacionem pueri ab Eliseo suscitati, qui inquit, quòd quãvis nõ ha beatur in scripturis, est tamen pie credendum: quòd ratione hæc colligitur: admissio, quòd nemo nisi vel ex purgatorio, vel limbo Patrum fuerit vnquam suscitatus, & nisi Dei virtute suscitatus fuit: cū ergo nemini Deus tantum, quantum est resurrectionis beneficium, in detrimentum æternæ salutis contulerit, certum est, quòd illos, qui in vita erant salutis certissimi, in eandem vitam æternam tandem remittat. Secundo accedit alia ratio ex eorum conditione communi, nam cū se viderint ad beatitudinem destinatos in vigilia semper erant & cautissima cura, ne inde deciderent, quin vero in gratia & meritis cumulatoribus ab hac vita post migrat se quã prius, maxime illi, qui purgatorij tormenta experti fuerint, quàm sint grauia, id cuius & Lazari egregia sanctimonia documentum est: & illum viduæ filium resuscitatum, aiunt, postea sanctum fuisse. Quòd si neque hæc sufficere, assero tertium, crediderim, omnes illos suscitatos semper in gratia confirmatos, permisisse de sua salute certissimos, nam postquam fuerunt confirmati, ratio non est, cur ab eadem confirmacione

fuerint depulsi, neq; vero iudicij, quòd certissimum de sua salute habuerunt, cur fuerint obliti: si enim Paulus memor erat se in tertio celo arcana vidisse Dei, multo iustius illam iudicij certitudinem suscitati retinet, alioquin Christus cum illis cleuenter non egisset.

Et ex his respondeo ad primum argumentum, quòd & si existentes in limbo ad molestias huius vite fuerint reueriti, non id illis in damnum, sed in magnum celsi lucrum & speriti augmentum: resuscitati vero ex purgatorio non sunt credendi omnino fuisse purgatos, sed reliquum poenarum, quas passuri erant, poterant post viuentis operibus satisfactiois persoluere, aut si negligentiores essent, postmodum secundo defuncti illas in purgatorio persoluere.

Pro D. Augustino respondeo, quòd si fidẽ adhibemus his, quæ B. Gregorius. 4. lib. dia logorum de apparitione animarum refert, non mirum quòd & fidem B. Augustino adhibeamus, & sicut refert de facto ita accidisse, vt conclusionem. 4. sæpe id speciali Dei p uidentia & dispositione accidisse diffiniimus. In huiusmodi autem apparitionibus, si quando animam alicuius apparuisse contingeret, admonendus & docendus est populus, quia ipse Satanæ sæpe se in Angelum lucis transfiguratur, & cū sit dæmon, falso nẽ titur esse animam defuncti, quã imaginibus falsis representat, vt iudicij temerarijs occasionem delinquendi præbeat.

## DECIMUM QVINTVM QVAESITVM.

An anima rationalis sit ex  
traduce.



Vgustinus Marcellino de baptimo paruulorum, epistola. 16. sub dubio relinquit, an anima rationalis sit ex traduce. Sic enim scribit, At enim si anima non est ex traduce, sed sola caro ipsam tantum habet traducem peccati, & ipsa sola penam meretur, hoc enim sentiunt iniustum esse, dicentes, vt hodie nata anima non ex massa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum: At tunde obsecro rem quemadmodum vir circumspicit Pelagius sentit, quã in diffi-

scilli de anima questione versetur: nō enim ait, quia anima non est ex traduce, sed si anima non est ex traduce: rectissime faciēs de re tam obscura (de qua nulla in scripturis sanctis certa & aperta testimonia adinuenire possimus) cūctanter loqui, potiusquā fiden-

ter. Quapropter ego quoque huic propositioni non præcipiti assertio nerepōdo, si anima non est ex traduce. De hac questione vide supra tomo primo Beati Augustini ad primum quaesitum.

TERTIVS TOMVS  
Beati Augustini.

- 1 **A**n herbae in cibum animantibus datae.
- 2 *An animarum loca & supplicia post hanc vitam sint tantum spiritualia.*
- 3 *An Moses & Paulus viderint essentiam Dei.*
- 4 *An inferiorum locus sit sub terra.*
- 5 *An fide, spe, & charitate subnixus non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos.*
- 6 *Peccata maiorum quousque se extendant.*
- 7 *An Angeli cum corporibus hominibus apparuerint.*
- 8 *An iudicium habere aduersus alium sit peccatum.*
- 9 *An suffragia viuorum omnibus defunctis prosint.*
- 10 *An solus Deus sit incorporeus.*
- 11 *An creationem animae solus Deus cognoscat.*
- 12 *An Christus secundum solum corpus fuit in sepulchro, & secundum solā animam in inferno.*
- 13 *An verbo Dei commixtus sit homo.*
- 14 *An columba, quae in baptismo Christi apparuit, fuerit vera columba.*
- 15 *An Personae Diuinae res proprie dicantur.*
- 16 *An spiritus sine corpore cogitare possit.*
- 17 *An opera misericordiae Paganis & Iudaeis prosint aliquid.*
- 18 *Virtutes morales an sint verae virtutes, si ad fidem non referantur.*
- 19 *An spiritus sanctus proprie sit donum Dei.*
- 20 *An demones corporibus subtilioribus vigeant.*
- 21 *An caeli luminaria corpora sola sint, vel an spiritus rectores habeant.*
- 22 *An sciri possit Deum animas ex nihilo facere.*
- 23 *An anima cū à corpore exeunt, locis corporaliter visibilibus cōtineantur.*
- 24 *An omnis infidelium vita peccatum sit.*
- 25 *An mandatum Dei, si timore potius paena quā amore iustitia fiat, adimpleatur.*

PRIMUM QVAESITVM.

An herbae in cibum animantibus datae.



Vgustinus lib. 1. de Genesi allegoricè. c. 20. dicit, herbas virides, & ligna fructifera, quae in lib. o Geneleos. c. 1. his verbis, Ecce dedi vobis omnem herbam, datur in cibū omnibus auibus, & omnib⁹ serpentibus, & omni generi bestiarum, in allegorica tantummodo significatione intelligenda esse. Sententiam hanc improbat lib. 3. retracta. cap. 10.

SECUNDVM QVAESITVM.

An animarū loca & supplicia post hanc vitam sint tantum spiritualia.



Vgustinus lib. 12. de Genesi ad litteram in hunc locum, *Placuit Dominus paradysum*, Genes. 2. vbi de paradiso disputat cap. 22. ait, loca quibus animae corporibus exiit afficiuntur seu herē, seu male, non esse corporalia, sed spiritualia, quae vna cum varijs rerum corporaliū similitudinibus tā laetis quā tristibus, animis defunctorum representantur, non secus atque his, quibus aut in somno constitutis, aut a sensibus subtractis modo graues terrores & cruciatus, modo laetēs res & diu concupitē exhibentur. Et hoc ipsum confirmare videtur lib. 21. de ciuitate Dei. c. 10. vbi ignem inferni, quo diues ille cruciabatur, spirituales esse inuit his verbis, Dicerem quidem sic arduos sine illo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille diues, quando dicebat, Crucior in hęc flamma, nisi conuenienter respondei: conierem, alen fuisse illam flammam quales oculi, quos leuauit & Lazarum vidit: qualis lingua, cui humorē exiguum desiderauit infundere: qualis digitus Lazari, de quo ad libi fieri postula-

uit, vbi tamen erant sine corporibus animae. Sic ergo & incorporealis illa flamma, quae exarsit, & illa guttula, quam poposcit, qualia etiam sunt visa dormientium, siue in extasi cementium res incorporeales, habentestamē similitudines corporum: nam & ipse homo, cū spiritu non corpore sit in talibus visis, ita se tamen tunc similes suo corpori videt, vt discernere omnino non possit. Questio hęc disputata est supra tomo quinto Hieronymi ad tertium quaesitum. Vide ibi.

TERTIVM QVAESITVM.

An Moses & Paulus viderint Dei essentiam.



Vgustin⁹. 12. de Genesi ad litteram hunc locū tractās, *Placuit Dñs paradysum*, Gen. 2. cum de his, qui viderunt Deum differeret. c. 27. & 28. eiusdē libri scripsit, Mosē & Paulum vidisse Deum, non in aliqua similitudine vel imagine corporalis creaturæ, sed in ea subiecti essentia & natura, quae Deus est, quantum ea capere potest homo ab omni corporis sensu alienatus. Et idē confirmat lib. de videndo Deum ad Paulanam, cap. 12. & 13.

Doctores scholastici de hac questione. 1. sent. alij dist. 1. & alij dist. 2. & S. Tho. 1. parte. q. 12. art. 11. Et pro cognitione, quā in hac vita homo de Deo potest habere, praesupponendē sequentes propositiones de mente Sancti Thomae.

Prima propositio. Obiectum primum & equatum intellectus nostri est ens. Propositio hęc est S. Tho. 2. cōtra Genes. c. 9. 6. & 1. parte. q. 5. art. 2. & multis alijs locis: quam probat auctoritate Aristotelis. 9. Metaph. vbi inquit, quod vniuersumquodque intelligitur secundum quod est in actu.

Hac tanquā fundamentali supposita, est Secunda propositio; Obiectum materiale & proportionatum intellectui nostro pro statu isto est quiddam rei materialis, diu eētē & immediate loquendo. Assertio hęc est S. Thom. 1. parte. q. 84. art. c. 7. & probatur ex Arist. 3. de Anima, vbi ait, quod non cōtinuit intelligere siue phāntasinare. Iste duarū propositiones tantum sunt propositae tanquā praeiug, & pro intelligentia sequentium, &

1. Propositio.

1. Propositio.

& de illis non differimus, quia locus disputa-  
tionis illarum est in materia de anima.

3. Proposi-  
tio

Tertia propositio, Naturaliter de Deo in  
hac vita haberi non potest notitia intuitiva.  
Et hanc statuit artic. xv. ubi asserit, quod da-  
to de Deo in hac vita habeamus notitiam cui-  
dentem, non tamen habemus notitiam intui-  
tivam essentiae. Circa quam est controversia  
inter Doctores scholasticos quid sit noti-  
tia intuitiva: nã licet omnes intelligant quid  
sit, non tamen in explicacione nominis con-  
veniunt: nec mirum, cū nomen non sit apud  
Patres antiquos vitatum, sed solū apud Do-  
ctores scholasticos, & S. Thom. per notitiam  
intuitivam intelligit notitiam vel scientiam  
visionis sine ulteriori iudicio: per notitiam  
vero abstractivam intelligit notitiam simpli-  
cis intelligentiae. Gregorius autem Arimin-  
ait, quod notitia intuitiva est quae immédia-  
te terminatur ad rem, abstractivam autem di-  
cit, quae non immédiate terminatur ad rem,  
sed mediata. Explicatio tamen ista in vno  
falso fundatur, nẽpe, quod species est prin-  
cipium effectivum notitiae, & non obiectum:  
& eadem ratione rejicitur opinio Ochan,  
qui tenet quod notitia abstractiva termina-  
tur ad conceptum: quod falsum est, quia ac-  
tus intelligendi est conceptus ipse: Aliacẽ  
sis. 1. senten. dist. 1. q. vltima inquit, quod no-  
titia intuitiva est per quam iudicare possu-  
mus, an res sit, vel non sit abstractiva vero è  
contrario, & ita diffinit à posteriori & per  
effectum: & licet hoc verum sit, satisfacere  
tamen non videtur, cū à posteriori proce-  
dat: ideo dialecticorum diffinitio communi-  
s est, quod notitia intuitiva est notitia rei  
praesentis, vt praesens est. Sed neque hoc vi-  
detur sufficienter rem explicare, cū Ante  
christum intellectu nico sit praesens, qui ta-  
men non praesens, sed futurus est. Ideo dici-  
mus, quod diffinitio debet intelligi, quod sit  
res praesens respectu rei cognita ad poten-  
tiam, quae res cognoscitur: nec sufficit, quod  
res sit vel possit esse in intellectu, vel quod  
sit in rerum natura, sed requiritur quod ob-  
iectum sit praesens, per quod potentia co-  
gnoscitiva moueatur in cognitionem reali-  
cui campana sonus auditui meo est praesens,  
quia obiectum mouet potentiam, & ita  
proportionabiliter in alijs sensibus: Deus  
tamen, quando nunc illum cognosco, non  
mouet intellectum meum obiectiue, dato est  
si obiectiue moueat: & ita moderni omnes alle-  
rent, quod notitia intuitiva est rei praesentis,  
quae producit ab obiecto obiectiue se

habente, vt sunt notitiae omnium sensuum ex-  
teriorum.

Contra hanc tamen diffinitionem Aliacẽ-  
sis, & eorum qui illum sequuntur, inconueni-  
entia innumera inferunt. Primo, quod  
Deus non habet notitiam intuitivam de re  
aliqua. Pater, quia potentia Dei obiectiue à  
creatura aliqua non mouetur, vt intuitiue il-  
lam cognoscat & videat. Secundo, quia beati  
omnia, quae in verbo vident, intuitiue videt,  
& tñ obiectiue nõ mouetur à rebus ipsis, vt  
eas in essetia Diuina intuitiue videat. Quod  
si quis dicat haec esse supernaturalia, argui-  
tur de Angelis, in quibus secundū S. Th. no-  
titia intuitiva non causatur à rebus ipsis, sed  
natura illorum, id est, naturale, non ergo re-  
cte notitia intuitiva diffinitur, quod sit quae  
producit ab obiecto obiectiue se habere.  
Nihilominus respondemus ad haec. Primo,  
quod de notitia Dei & beatorum negare pos-  
sumus, quod non causatur vel elicatur à re-  
bus ipsis obiectiue se habentibus, nõ loque-  
do nimis stricte & in rigore, nam vt sic con-  
stat quod notitia Dei elicatur ab essetia Di-  
uina, quae est obiectum ipsum, & Deus es-  
sentiam suam respiciens, in illa obiectiue om-  
nia videt, & idem est de beatis: de notitia  
tamen naturali Angelorum dispar ratio esse,  
vt Sancti Thom. inquit, & statim dicemus,  
quod connaturale est naturae illorum. Secū-  
do dicimus, quantum Deum & beatos tan-  
git, non oportere diffinitiones, quae de noti-  
tia intuitiva assignantur, in rigore & absolu-  
te intelligi, sed tantum de lege, neque om-  
nes diffinitiones dialecticae debet se ad Deum  
extendere, vt patet de illa, Scire est rem per  
demonstrationem intelligere, & alijs simili-  
bus: & ideo antecedenti dato, negatur con-  
sequenda, quia sufficit quod notitia intuiti-  
ua diffinitur prout ad creaturas spectat, &  
adhuc forte non pro omnibus, sed pro illis,  
quae habent esse & modum videndi & co-  
gnoscendi naturae vt in hac vita, est. De An-  
gelis autem dicimus, satis esse, quod natura  
intuitiva diffinitur pro creaturis corpora-  
libus, & in hoc mundo existentibus, & est  
sufficiens responsio. Tertio & forte melius  
dicimus, quod diffinitio haec, Notitia intuiti-  
ua est quae causatur ab obiecto obiectiue se  
habente, mouente potentiam, mouente potentiam,  
vel taliter se habente, sicut si notitia obiecti-  
ue produceretur ab obiecto: & ita habet  
locum, & procedit tam de Deo, quã de bea-  
tis, & de Angelis omnibus: Deus enim, intui-  
tue omnia cognoscit, etiam futura, quia tali-  
ter

4. Proposi-  
tio

An Sarraceni verum  
Deum cog-  
noscant.

ter ea cognoscit in sua essetia, sicut si ex il-  
lis obiectiue causaretur notitia, & idem de  
anima Christi, & de beatis, & est optima re-  
sponsio: abstractiua autem notitia est notitia,  
quae non est rei praesentis, quae ideo abstra-  
ctiua vocatur, quia notitia abstracta est ab  
obiecto, & ab illo remansit alia notitia ex no-  
tita intuitiva. Plura alia moderni de his no-  
titijs adducunt, sed quae praecipua, quae in  
ista materia sunt, diximus, ideo ea sufficiat.

Diffinitimus propositione tertia, quod  
Deus in hac vita intuitiue non potest à no-  
bis videri: & probatur, quia notitia intuiti-  
ua de re aliqua haberi non potest, nisi sensus  
ab ea obiectiue moueatur, Deus autem  
est actus purus omnino immaterialis, nõ ergo  
potest obiectiue potentiam mouere, & ex  
consensu ab aliquo viatore intuitiue videri.  
Et confirmatur ex communi consensu  
Theologorum omnium, qui concorditer con-  
ueniunt, quod anima nostra ex naturalibus  
suis Dei essentiam videre non potest, cū  
ergo tota vita hominis, quando viuunt, sit pu-  
re naturalis, sequitur quod intuitiue Deum  
videre non potest.

Quarta propositio, Nihilominus aliqua  
notitiam in via de Deo naturaliter habere  
possumus. Conclusio est nota, vt Apostolus  
ad Rom. 1. de philosophis probat, quia natu-  
rali lumine multa de Deo cognouerunt: tum  
etiam, quia Deus obiectum est intellectus nõ  
stri.

Circa hoc tamen dubium est, an conceden-  
dum sit, quod infideles & Sarraceni verum  
Deum cognoscant & adorent. Aliqui, quos  
citatur Aliacensis. 1. sent. dist. 1. q. 1. asseruerunt,  
infideles, neque verum Deum cognoscere,  
neque adorare, & idem de Iudeis affirma-  
runt. Probant, quia nullus est talis Deus,  
quem infideles cognoscant, & adorant, mul-  
ta enim de illo iudicant & ei tribuunt quae  
vero Deo non conueniunt: Sarraceni enim  
in Deum credunt, qui non est trinus, qualis  
nullus est: Iudei vero credunt in Deum, qui  
homo non est, & ita de multis alijs, quae Deo  
tribuunt: ex quibus constat, Deum tale pro-  
nullo supponere: tales ergo neque verum  
Deum agnoscunt, neque colunt. Quibus nõ  
obstantibus, dicimus philosophos naturales,  
qui idolo atre non fuerunt, saltem Deum verum  
cognouisse, & coluisse: Sarraceni etiã  
& verum Deum credunt & colunt, similiter  
& Iudei: errant tamen circa articulos ali-  
quos, maxime qui Christi incarnationem tan-  
gunt. Et probatur de philosophis ex Apo-

stolo ad Rom. 1. Qui cū Deum cognouissent,  
non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias  
egerunt. De alijs autem probatur, quia alias  
sequeretur, quod omnes illi infideles blas-  
phemi esse non possent (quod tamen falsum  
est) eundem blasphemant, quem credunt, er-  
go, nam si Deum falsum blasphemarent, non  
vtrique peccarent. Item, quia illi credunt in  
Deum, qui fecit caelum & terram, hic tamen  
est solus Deus & verus, sequitur ergo mani-  
feste quod credunt & adorant verum Deum.  
Et ad argumentum in contrarium, quia nul-  
lus est talis Deus, qualis est, quem ipsi ado-  
rant, dicimus quod ipsi non dicunt formaliter,  
quod non credunt in Deum, qui est trinus &  
vnus, sed quod credunt verum Deum, in quo (vt  
ita dicam) materialiter credunt in Deum, qui  
tñ de facto est trinus, quod ipsi ignorant, &  
vnus, quod naturali lumine cognoscunt, &  
ita de alijs articulis & mysterijs fidei. Item,  
quia fides non est habitus iudicatus, sed  
apprehensiuus, qualem ipsi habent.

Quinta propositio, De Deo potest haberi  
aliqua notitia non solum abstractiua, sed  
etiam obiectiua, communis tamen, non au-  
tem propria, pura Deus est substantia, Deus  
est ens, Deus est esse. Dicimus, communis,  
quia praedicata haec, substantia, ens, & esse,  
Deo & creaturis conueniunt, Deum ens si-  
gnificat, & Trinitas etiam substantiam.

Sexta propositio, De Deo possumus ha-  
bere proprium aliquem conceptum, cõple-  
xum tamen, vt quod sit primum mouens, pri-  
ma causa, author vniuersi, de qua etiam non  
est dubium.

Septima propositio, Pro isto statu de Deo  
habere non possumus notitiam aliquam ab-  
stractiuam, incomplexam, absolutam, & pro-  
priam. Conclusio ista est Sancti Tho. 1. par-  
te. q. 12. art. 12. & q. 13. art. 1. Et probatur pri-  
mo, quia vt diximus notitia abstractiua est  
quae causatur & relinquatur ex intuitiva: si  
ergo de Deo in via notitiam intuitiuam ha-  
bere non possumus, ergo neque abstractiuam.  
Item, quia in hac vita notitia de Deo  
habere non possumus, nisi in ordine ad crea-  
turas: & patet inductiue, quia si cognoscitur  
quod Deus est omnipotens, est infinitus, est  
iustus & misericors, & alia his similia, omnia  
cõnotatiue cognoscimus.

Octaua propositio, De Deo possumus na-  
turaliter habere vnum conceptum proprium  
Dei incomplexum, non absolutum, sed con-  
notatiuum. Hoc probatur exemplis, quia  
creator est nomen proprium Dei, & est ter-  
minus

5. Proposi-  
tio

6. Proposi-  
tio

7. Proposi-  
tio

8. Proposi-  
tio

minus incomplexus, connotatus tamē: & idem est de hoc nomine, omnipotens, & in finitus. Secundo probatur, quia, ut diximus sexta propositione, possumus de Deo habere proprium conceptum complexum, ex illo autem fieri possunt alij incomplexi, ergo sicuti ex hoc quod ego cognosco, quod Deus quicquid creat, formo conceptum creatoris, & ex hoc quod cognosco, quod non est qui ei resistere possit, formo conceptum omnipotentis. Et in hac doctrina conveniunt fere omnes Doctores scholastici loco citato.

Circa omnes istas conclusiones sunt duo parva dubia. Primum, quia si octava propositio esset vera, tempore, quod non possumus habere conceptum aliquem absolutum Dei, sequitur, quod non possemus Deum contemplari, neque de solo illo cogitare, quinde creaturis cogitemus. Probatur, quia si aliquis cogitat de Deo per conceptum absolutum, ille est communis, ut ens, substantia, natura: si est connotativum, connotat creaturas, non ergo possumus de Deo solo contemplari vel cogitare. Capreolus dist. 2. primo respondet ad hoc, quod septima propositio debet hęc esse, possibile est immediate de Deo cogitare: neque imaginandum est quod semper quod Deum contemplamur, quod de creaturis cogitemus, non enim oportet semper tantum discursum facere, sed postquam cogitatio creaturas præcessit, possumus de solo Deo cogitare. Et inferius inquit, quod non possumus de Deo cogitare per aliquem conceptum qui creaturas non significet. Et communis sententia Theologorum est, quod possumus immediate de Deo cogitare fide hoc quod de creaturis cogitemus. Et ad argumentum concedimus, quod non possumus de Deo cogitare nisi per conceptum connotativum, non tamen oportet quod conceptus ille semper connotet vel significet creaturam, dato sine creatura formari non possit talis conceptus, nam pater non connotat filium, dato esse non possit nisi sit filius: similiter sapientia Divina nihil connotat de creaturis, dato conceptus de illa formari non possit sine creaturis, quia ab illis conceptus de illa sumitur. Secundo dico, dato quod connotet, proprie tamen dicimus cogitare, de illo de quo aliquid affirmamus vel negamus, dato enim creaturas connotet, non tamē distincte, sed confuse: & ideo necesse non est, quod cum Deum contemplan, de creaturis cogitem, sicuti quando de equo cogito quod est ens, non dico de Deo cogitare, dato ens etiam

Deum significet.

Dubium aliud est circa propositionem septimam, quia asseruimus, quod de Deo non possumus formare conceptum absolutum & incomplexum, arguitur sic, terminus iste, Deus, est absolutus & incomplexus & non connotativus, quia terminus omnis connotativus denotat perfectionem aliquam adiacere rei, quæ in re ipsa non includitur, sed per alios terminos significatur, ergo de Deo formamus conceptum incomplexum & absolutum. Respondet S. Tho. 1. parte. q. 13. arti. 2. quod Deus est nomen nature, non perfectionis aut proprietatis alicuius, ideo nihil contra conclusionem.

Pro B. Augustino respondemus primo, quod sententiam quam tenuit. 12. de Genesi ad litteram, & de videndo Deo ad Paulinum improbauit lib. 2. de Trinit. c. 17. & 18. ubi falsos esse censet, qui credunt Deum à mortalibus in sua substantia visum esse. Et eius dicta, licet contraria videantur, facile est conciliare, quod enim Moysi ac Paulo specialis privilegio concessum esse docuerat, ut oculis viderent, & per modum dispositionis transiissent Dei essentiam intuerentur, id. 2. de Trinit. fieri posse oculis corporeis per modum habitus permanentis negant: sic enim concludit, ipsa enim natura, vel substantia, vel quolibet alio nomine appellandum est id ipsum quod Deus est; quid illud est corporaliter videri non potest. Et D. Thom. loco citato artic. 11. ad secundum de Moyse, de quo Numer. 12. quod ore ad os loquebatur Deo, quod videtur Deum per essentiam videre, responderet, quod sicut Deus miraculo se aliquid supernaturaliter in rebus corporeis operabatur, ita etiam supernaturaliter, & præter communem ordinem, mentes aliquorum in hac carne viuentium, sed non sensibus carnis videntium, usque ad acquisitionem suæ essentia elevavit, ut dicit Augustinus 12. super Gene. ad litteram, & in lib. de videndo Deum de Moyse, qui fuit magister Iudæorum, & Paulo, qui fuit magister gentium.

QVARTVM QVAESITVM.

Inferorum locus an sit sub terra.

Augustinus



Vgustinus lib. 12. de Genesi ad litteram. c. 33. in locum hunc, *plana in dominus paradisi*, inquirens de paradiso sentire videtur, inferos non esse sub terra. Proponit enim quæstionē in hunc modum. Vnde autē sub terris esse dicatur inferi, si corporalia loca non sunt, aut vnde inferi appellentur, si sub terris non sunt, merito queritur. Cui quæstioni respondēs sequenti. c. 34. ait, duplici ratione inferos dici & credi sub terris deputatos, sicut carni mortuæ locus sub terra: vel quia, sicut carni mortuæ locus sub terra: vel quia sicut in corpore rebus inferiora dicuntur quæ graviora sunt, ita in rebus spiritualibus inferiora dicuntur quæ tristiora sunt. Hanc sententiā Augustinus retractavit. 2. retracta. c. 24. his verbis, De inferis magis mihi videor docere de hisse quod sub terris sunt, quæ rationē reddere cur sub terris esse credatur siue dicantur, quasi non ita sit. Vide supra tomo quinto Hieronymi ad tertium, & Chrysostomi tomo. 4. ad vndecimum quæsitum.

QVINTVM QVAESITVM.

An fide, spe, & charitate subnixus scripturis indigeat.



Vgastin' de doctrina Christiana lib. 1. c. 39. insinuare videtur, quod homo si fide, spe, & charitate nutur, scripturis non indiget nisi ad alios instruendos. Sic enim habet, Inter temporalia atque æterna hoc interest, quod temporalia aliquid plus diligitur antequam habeatur, vilescit autē cū aduenerit, non enim faciat animam cui vera & certa sedes est æternitas, eternū autē ardētius diligitur adeptum: quæ desideratū. Et inferi, Homo itaq; fide, spe, & charitate subnixus eaq; incōcūde retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos: itaq; multi per hęc tria etiā in solitudine sine codicibus viuūt. Et infra, Quapropter cū quis cognoverit sinē præcepti esse charitatis, de corde puro, & cōscientia bona, & fide non ficta, omnē intellectum Diuinarū scripturarum ad ista tria relaturus, ad tractationē illorum librorum securus accedat.

Doctores scholastici in prologo primi sententiarum, & S. Tho. 1. parte. q. 1. querunt, an præter phycas disciplinas sit necessarium aliā doctrinā haberi. Et prior art. S. Tho. re

spōdet duabus cōclusionibus. Prima, Necessaria est homini ad salutē esse doctrinā per reuelationē acceptā de multis quæ excedūt humanā rationē. Probatur, quia homo ordinatur in Deū tanquā in vltimā finē, hoc autem modo ut finis est hominis, excedit facultatē naturalis luminis secundū illud Esa. 64. Oculi non vident Deum absq; te quæ preparasti diligētib; te, quē locum Apollol' etiam citat 1. Cor. 2. Finē autē oportet esse præcognitū hominibus, qui suas intentiones & actiones debent in finē ordinare. Ad hoc ergo necessaria fuit doctrina aliqua supernaturalis. Secūda cōclusio, Ad ea etiā, quæ de Deo humana ratione inuestigari possunt, necessariū fuit homines à reuelatione Diuina instrui. Probatur, quia veritas de Deo per rationē inuestigata à Patribus, & per longum tēpus, cū admixtione multorum errorum perueniret, necessariū ergo fuit ut aliunde instruerentur.

Pro maiori explicatione harū cōclusionū arguitur cōtra primā. Primo, Nā De' posset hominibus salutē prestare absq; doctrina aliqua reuelata, cū enim ipse gloriæ sit Dñs. 1. Cor. 2. potest illā etiam ignorātib; cōferre, ad hominū ergo salutē doctrina reuelata necessaria non est. Norandū pro solutione ex. 5. Metaph. duplicē esse necessitatē, nēpe, simpliciter, & ad finem: primi generis, ut anima sit respirare, & alimentū capere: secundi, ut medicinam sumere, ut non egrotet. Necessarium ergo S. Tho. accipit secundo modo, non autem primo, ut eius verba aperte sonant. Recētiōres philosophi, qui modo philosophari ceperunt, quos schola Nominales vocat, ut olim Peripateticos, Stoicos, Academicos, isti in quā nihil recipere volunt tanquā simpliciter necessarium. Vnde apud ipsos iste sunt simpliciter cōtingentes, Angel' est, celū est, & alia his similes & cōtrario nulla est oppositio simpliciter impossibilis, quæ per aliquā potentia vera esse non possit: vnde apud eos iste propositioes sunt possibiles, homo est leo, homo est cucurbita, eo quod per Diuinā potētiam vere possunt fieri, vel Deo assumere per hypostaticā vnionem huiusmodi naturas simul, ut videre est in prologo primi sententiarū. Et Gregori' Arimin. 1. q. prologo. 2. sententiarum inquit, Secundū rei veritatem omnis res præter Deū est contingens, & non necessaria.

Contra istorum tamen assertionē dico primo, quod ad hoc quod aliquid sit simpliciter necessarium siue absolute siue in ordine ad finē, satis esse, ut sit necessarium necessitate,

1. argum. 5. tum.



scu lege naturali, vt iste sunt necessarij, Sol oritur, Luna eclipsabitur, & iste, cælum est, Angelus est, homo est. Et hæc est sententia S. Tho. 1. parte. q. 82. arti. 1. vbi expresse inquit, qd necessitas naturalis est necessitas absoluta. Et probatur, quia alias nulla esset pbatio metaphisica, cū necessitas physica maxime sit ex fine. 2. Phys. imò neq; astrologica demonstratio, cū secundū sententiā istorū tales propositiones non sint simpliciter necessarij, nempe, cælum mouetur ab Oriente in Occidentem, Sol mouetur in ecliptica, Luna eclipsabitur, de quibus & similibus propositionibus tota astrologia constat. Ideo dico, qd simpliciter & absolute necessarium dici potest quidquid necessitate legis Diuini fieri institutum est, vt quòd beati à gloria nõ cadent, damnati nunquã redimètur, quantum vis potestas in cõtrarium apud Dei omnipotentiã maneat, vt de factõ manet. Et p. oia tur, quia nõ est minor vis & efficacia in lege Diuina positus, quã in naturali, cū vtraque Deum habeat authorẽ, si ergo naturalis lex sufficit reb? necessitatẽ imponere, ergo etiã lex Diuina imponet: & ratio vtriusque est, quia necessitas & cõtingentia in rebus proment ex efficacia voluntatis Diuine; quia vel Deus ipse hoc esse vult cõtingens, & illud necessarium. Et ita S. Tho. 1. parte. q. 19. art. 8. eleganter probat ex modo loquẽdi hominũ & scripturę, quã cõsuetudo recepta est nõ solum in cõmuni hominum sermone, sed etiã in scriptura, vt Luc. 2.4. Necessè est impleri omnia que in lege scripta sunt: & ad Heb. 7. Trãlato sacerdotio, necessè est, vt legis trãlatio fiat. His premisis respõdetur ad argumentum, quod necessitas doctrinę reuelata, est necessitas absoluta ad salutẽ hominũ, lex enim Diuina est, vt nemo saluus fiat sine fide, secundũ illud Marci vltimo, Qui nõ crediderit, cõdemnabitur: & ad Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: nec necessitas hæc Diuina excludit potentia, cui omnia subdita sunt, etiã lex ipsa Diuina, iuxta illud Saluatoris Matth. 19. Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deũ. Nec rursus idẽ est iudiciũ de providentia Dei, quę reum cõtingentiam nullo modo tollit, & de lege Diuina, quę, vt diximus rebus necessitatem imponit.

Secundo argumẽtatur, Cognitio naturalis videtur sufficere ad salutẽ, nõ ergo est necessaria alia doctrina: antecedit patet ad Rom. 1. vbi Apostolus accusat philosophos gentiũ, nõ ignorãtẽ Diuinitatis, sed impietatis, co-

quod id quod notum est Dei, manifestum, inquit, est illis, De? enim illis reuelauit. Et q loquatur de cognitione naturali ex verbi, quę sequuntur cõstat, Inuisibilia enim ipsi? à creatura mundi, per ea quę facta sunt, intellecta cõspiciuntur. Cõfirmatur, quia ad salutẽ sufficit cognoscere, quia Deus est, & inquitibus se remunerator sit Heb. 11. Hęc autẽ naturali lumine cognosci possunt, ergo. Respõdetur primo, qd an in lege naturali fuerit sufficiens ad salutẽ sola cognitio naturalis, ne dũ in dubium reuocari potest, sed si fidẽ excludat, est hæreticam. Secundo dicimus, quod nunc in lege Enãgelica salus esse non potest sine fide explicita Christi, vt t. Marci vltimo habetur, Qui nõ crediderit, cõdemnabitur: & Non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri.

Tertio arguitur, Ad ea cognoscẽda, quę nõ excedũ lumẽ naturale, non videtur requiri doctrina reuelata, alias facultatẽ luminis naturalis excederent, conclusio ergo secunda falsa est. Et cõfirmatur, quia philosophi gentium lumine solo naturali necessaria ad religionẽ & salutẽ videntur cognouisse, vt ex loco citato ad Rom. 1. cõstat. Respõdetur primo, qd secũda cõclusio S. Th. est vera, nõ de necessitate simpliciter, sed ad bene esse, vt respõdent Caiet. & Capre. 1. q. prologi: quod videtur sentire S. Tho. dicens, qd necessarium est, vt medicina, ad hoc vt salus hominibus communis & certius proment, quod de Diuinis per Diuinam reuelationem instruitur: sed quia hoc est improprie loqui de necessario, nec Aristot. 5. Metaph. talem acceptionem necessarij ponit, ideo dico secũdo, secundam conclusionem esse veram etiã de necessitate simpliciter, sicut prima. Et ad argumentum dico, primo, qd data sint multa, quę possunt de Deo cognosci, ita vt singula facultatẽ naturalis luminis non excedat, sed vniuersa illa recte intelligere, & non errare in aliquo, constat ex eodẽ facultatẽ humane mentis. Nec hoc est mirum, imo in omnibus rebus difficilibus ita cõtingit, vt singula quidẽ subsint hominis potestati, nullus autẽ vnus omnia possit. Exemplum est clarum & Theologicum: vt enim S. Thom. doct. 1. 2. q. 109. articulo. 2. & 4. potest homo ex suis naturalibus singula bonamoralia efficere, & singula precepta adimplere, non autẽ omnia sine Dei auxilio specialĩ & gratiã ita in pposito, multa quidẽ sunt de Deo cognoscibilia naturali lumine singularim, non tamen omnia copulatum sine reuelatione, sed neces-

3. argumẽtum.

4. argumẽtum.

se est in multis errare: quod indeliquido cõstat, quia multi philosophi circa Diuinitatẽ in multis errauerunt: vnde Arist. & eius magister Plato ita obscure de Deo locuti sunt, vt eorum posteros dispartire & dubitare cõpulerint, quę fuerit eorũ de Deo sententiã, vtrũ sit verũ principium & causa effectiua mudi, an providentiã habeat de rebus humanis, an possit errare, an libere vel ex necessitate agatitẽ de animã, an à Deo creetur & corpori infundatur, vel sit ex traduce, & an sit mortalis, & pleraq; alia, quę ad cognitionẽ & cultũ Dei spectant, etiã intra terminos naturalis luminis. Et ideo Arist. 1. Metaph. dicit, qd oculus noster se habet ad manifestissima naturę, vt oculus noctũ ad solis radios.

Respõdetur secundo ad argumẽtũ, qd si aliqui philosophi per totã aetate studijs dediti, & alioquin ingeniosissimi possent ad talem notitiã peruenire, sed reliqui mortales, quibus vel studijs vacare non licet, vel ingenio nõ tantum pollerẽt, tenerẽtur ignorãtia rerũ ad salutẽ profus necessariarum. Ad cõfirmationẽ ex illo Rom. 1. respõdeo primo, qd Apostolus loquitur de philosophis gentiũ, vt patet ex eo qd sequitur, Dices se esse sapientes, stulti facti sunt, quod nũc in lege Euãgelica locũ nõ habet, vbi iã cognitio naturalis neq; ad salutẽ, nec ad religionẽ sufficere potest. Secundo dico, quod philosophi de Diuinitate cognouere quẽdã, quę ad Deum colendũ sufficiebant, sed multo piura ignorauerunt, etiã de his, quę naturaliter de Deo cognosci possunt: qui si Deũ pro suo captu glorificassent, Dei auxilio in cognitionẽ aliorũ deuenissent, sed quia nõ glorificauerunt, venerunt in ignorantiã Dei, & errorẽ multorum circa Diuinitatem, etiã eorũ, quę lumine naturali cognosci poterat, quę Apostolus explicat, inquis, Obscuratum est insipies cor eorũ, &c. Et cõcludit, Et cõuerunt & seruierunt creature, potius quã Creatori. Idololatria autẽ naturali ratione damnatur, neq; intentum Apostoli est asserere, qd cognitio naturalis sufficeret gentib? ad salutẽ, sed qd si lumẽ naturale secuti fuissent, Dei providentiã habuissent notitiam de necessarijs ad salutem.

Quarto arguitur, Deus est finis naturalis hominis, ergo homo ex naturalib? potest habere sufficientẽ cognitionẽ Dei, & consequi sine illum: collectio videtur bona, quia quęlibet alia creatura potest ex naturalib? suis cõsequi proprium finem naturalem: antecedit deus probatur ex Arist. qui 1. Ethic. c. 2. ponit esse vnũ vltimũ finem actionum huma-

narum, ad eõq; summũ bonum, summum autem bonum nõ est aliud nisi solus Deus: nec Aristot. loquitur de fine operum naturalium: & S. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 5. inquit, qd omnĩ hominũ naturaliter est vnus finis vltimus, hic autem nõ est nisi Deus, ergo Deus est finis naturalis hominis. Scotus. 1. q. prologi id facit, quod probat, quia homo naturaliter appetit Deum videre, iuxta illud Augustini, Fecisti nos Deus ad te, & inquiet est cor nostrum donec perueniam? ad te, & cõsequenter fateatur, qd homo habet potentia naturalem ad fruẽdum Deo. Tũ etiã quia De? disponit omnia suauiter, suauiter autẽ vnũquodq; dispositũ est, quãdo finem, quem naturaliter desiderat, atsequitur.

Sed cõtra Scotũ arguitur primo, quia Arist. 5. Metha. nõ ait, qd res, quę est finis, & adeptio illius sunt duo, sed vnus scidẽ finis, sicuti nõ sunt duo fines voluntas & cõsentio voluntatis, nec pecunia & adeptio pecunię, vnũ enim & idẽ est desiderũ vtriusq;. Deus ergo ipse & fructio ipsi? nõ sũt duo fines, sed vnus, alioquin essent duo vltimi fines, si ergo Deus est finis naturalis, fructio etiã hominis erit naturalis, quod nullo modo cõcedendũ videtur. Secundo, quia homo ad illũ finẽ non lege naturali, sed gratuita ordinatur, nempe, ad Deũ vidẽdum, nõ ergo est finis naturalis, ad quem homo à natura nõ ordinatur. Tertio, beatitudo quę est finis vltimus hominis est donum Dei gratuitum, iuxta illud, Gratiã & gloria dabit Dñs, nõ ergo debet inter naturalia annumerari. Quarto, quia nõ videtur quomodo aliter potentia naturalis diffiniri possit, nisi quę potest in actum per agẽs naturale reduci: ideo enim dicimus materia generabilium esse in potẽtia naturali a d formã, nõ autem materia cœli, quãuis per Diuina potentia possit formã nouã recipere: falsum ergo est quod Scotus asserit, hominem ad illum finem vltimum habere potentia naturalem. Ideo aliter respõdetur ad argumẽtũ, negam? enim Deũ esse finem naturalem hominis, imò est omnino finis supernaturalis, vt S. Th. inquit. 1. parte. q. 73. arti. 1. & 1. 2. q. 109. ar. 5. ad. 3. Et ad argumẽtũ ex Arist. &c. ex S. Tho. respõden? quod ita est, vnũ esse vltimũ finẽ omnium naturalium actionũ, & ille est Deus, sed Deus ipse aliarũ rerũ est vltimus finis naturalis, nõ autẽ hominis: alie enim res cõsequuntur participatiõẽ Diuinitatis, quã habere possunt ex suis naturalib? nõ autẽ homo, sed ex Diuina gratia. Ad argumẽtum vero Scoti dau? qd tale desiderium

2. argumẽtum.

fit naturale, negamus tamen collectionē, & ratio est, quia naturale desiderium eius tēdit vltimus, & est inquietū vsq; ad cōsecutionē finis supernaturalis. Secūdo dicim⁹, hominē cōsiderari dupliciter: vno modo in suis naturalib⁹, & sic naturali desiderio nō fertur distincte & formaliter in Deū, sed cōfufe: alio modo cū doctrīna & virtutib⁹ infusis, & vt sic excitatur in illo desiderū illi⁹ finis super naturalis. Vnde S. Th. 3. di. 23. q. 1. art. 4. inquit, q̄ homo per naturalia tācū nō habet sufficientē inclinationē ad finē supernaturalē, & ideo oportet q̄ ei superaddatur aliquid, p quod habeat inclinationē ad finē supernaturalē, quē supradicta sūt virtutes theologice.

Quinto, sufficit fides ad salutē, ergo saltem nō est necessariū studiū & doctrīna scripturaru, de qua S. Th. maxime videtur intelligere cōclusiones: antecēdēs patet Marci vltimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Confirmatur, quia in lege naturę nulla fuit scriptura sacra, & tū erāt sufficienter circa religionē & necessaria ad salutē instructi, non ergo videtur ad quid ad salutē necessaria doctrīna scripturarum sit magis in lege Euāgelica. Respōdeo, hęc ipsa fides ad salutē necessaria in scripturis cōtinetur & cōferuatur: potuit enim fides perseverare ab Apostolis ex aure in aure tradita sine scriptura aliqua: quę admodum nō sunt pauca in ecclesia, quę in scripturis nō sunt, nec cōtinētur, saltē aperte, quę tū eadē religione tenentur, ac si in Euāgelio inueniretur. In quo maxime desipiunt nonnulli hęretici, nihil volentes recipere quod nō expresse in sacris libris cōtinetur: multo autē cōmodius per doctrīna scripturarū cōsultum est ecclesię, maxime ppter hęreticos, vt enim ait Hieronym⁹ super Matth. Euāgelium p̄dicatū est ad cōfirmationē fidei, scriptum autē ppter hęreticos, vt scilicet, arma haberemus, quibus cōfutarī & reuincī possent. Tū etiā quia in religione Christiana sūt mysteria multa nobis tradita, & noua ratio Deo cōcedi, & multa quę sola memoria & cōsuetudine ecclesię facile retineri nō possent: & etiā ea quę ratione naturali de religione cognosci possent, improbi homines peruertere & corrumpere possent, sicut hodie hęretici facile cōnātur: & ideo optime fuit cōsultū, vt ea etiā quę sunt legis naturę scripto traderentur, quo recta & vera doctrīna morū & religionis inuolata cōseruaretur.

Sexto, quia saltē Theologica doctrīna non est necessaria, de qua tū cōclusiones S. Tho. intelligi vidētur: patet, quia scriptura sacra

sufficiens & satis est, in qua necessaria omnia ad religionē Christianā perfecte & sine defectu continentur, superuacuum ergo videtur doctrinis Doctorum & Patrum operā dare. Respōdeo, Luther⁹ cum suis sectatorib⁹ inquit, q̄ in sacris literis nihil obscurū cōtinetur, quod interprete indigeat, sed omnia sunt ita aperta & clara, vt quicūq; e plebe, qui linguā nō ignoret, facile possit quęcūq; locum scripturę intelligere. Hic tamē est sōns veneficus, & pestilētissimū caput, vnde in numero hęreses pullularūt, dum idiota quis que inter hęreticos pro sua libidine scripturas interpretari conatur, & nouū dogma ex illis cōficere. Sed quā parū sibi Lutherus cōstet, tum multis alijs locis, tū in hoc ipse idē eiusdē loci argumento varias interpretationes adfert: & fatetur quid sibi scriptura vult, vbi Apostol⁹ dicit. 1. Cor. 3. Si quis super edificat super fundamētum hoc aurū, argentum, &c. si cuius opus aserit detrimentū parietur, ipse tamē saluus erit, sic tamen quasi per ignē, ne purgatorium fateri cogatur ex sacris literis probari posse, fatetur se locum hūc nō dum intelligere: testimonium etiā Petri de epistolis Pauli loquens, Notum est, inquit, enim esse quędam in illis difficilia in intellectu, quę in docti & instabiles deprauāt, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem: nec minus obscuritas & difficultatis esse potest in alijs sacris libris, quā Petrus in se testatur epistolis Pauli, & q̄ egeant interpretē non imperito, sed docto & diligenti: sic enim prouidentē Diuinę placuit, tarditatem nostram excitare, vt Augustinus ait, siue quod iocundior est veritas & animos hominum acutus afficit, cum per tenebras erumpens nobis illuxerit, quā si oculis quorūlibet exposita fuisset, siue quod thesaurum sapientię absconditum nō fuerit quibuslibet esse expositum. Vidē scriptura non solum necessaria fuit, sed & Doctores qui a Deo illuminati illam nobis exponerent: atque ad eō Diuinā bonitās sicut dedit alios Apostolos, alios Prophetas, alios vero Euāgelistas, ita dedit alios Pastores & Doctores, vt Apostolus ait ad Eph. 4. in opus ministrerī, ad edificationem corporis Christi. Et 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt idem autem spiritus, vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alijs autem per spiritum datur sermo sapientię, alijs autem datur sermo scientię secundum eundem spiritum, quid est autem sermo sapientię, &

7. argumē tum.

6. argumē tum.

& sermo scientię nisi spiritus docendi & exponendi Diuina & humana, quę sunt necessaria ad edificationem ecclesię? & Augustinus. 1. 4. de Ciuit. c. 1. inquit, Apostolum nō vocare scientiam fidem ipsam, sed facultatē, qua quis nouit quomodo fides ipsa pijs optuletur, & contra impios defendat: prouidentia ergo particulari Dei cōsultum est, quod essent Doctores, qui scripturas sacras nobis interpretarentur.

Et licet ita sit, quod in sacris libris sufficienter nobis tradita sunt, quę necessaria sūt ad cognitionem & cultum veri Dei, multa tamen sunt ad mores & religionem spectantia, quę non clara & distincte in sacris literis continentur, sed tanquā in principijs, ex quibus deduci & inferri possunt, tanquā cōclusiones, canones, & p̄cepta credendi & vidēdi, & Deum religiose cōsēdi, munus autem hoc nō est cuiuslibet, vt putāt hęretici, sed viri magis eruditissimi & doctissimi simul cū spiritu. Ex qua diffinitione colligitur, q̄ cū Deus (multo minus quā natura) nunquā deficiat in necessarijs, & expositio scripturę sit ita necessaria ecclesię, sicuti ostēdimus, nō est verisimile, Christū ipsam suā ecclesiam reliquisse per mille & quingētos annos sine Doctorib⁹ & expositōrib⁹, qui nō solū sint scripturas interpretati, sed inde etiā elicerint doctrīna & regulas fidei & morū. Vnde inter omnes errores Lutherānorū hic est grauissimus, quo asserūt, neq; ab Origene, neq; ab Athanasio, neq; a Basilio, neq; a Hieronymo, nec Ambrosio, nec Augustino, nec profus ab vilo Gręcōrū aut Latinorū, imo nec in sacris Synodis satis intellectā esse sacra scripturā, vel quoad credēda, vel quoad agēda. Quid sibi cōstent, ipsi viderint, qui si mult asserūt, scripturā esse clarissimā, & tamē cū hoc, q̄ viciū tam doctissimū, tum sanctissimū, perperā eam intellexerūt, nos vero, sicut vera est, credam⁹: apud Patres & Doctores sanctos, vel in vniuersum, vel certe maxima ex parte verā relidere scripturarū intelligentiā, in qua studiū legitimum Theologorū versatur: hic enim debet esse vnicū institutū & scopus Theologi, verū sensū sacrarum scripturarū tenere, maxime quātum spectat ad institutionē fidei, religionis, & morum.

Sed adhuc arguitur, Nāsi Doctores antiquiores scripturā sacra sufficienter exposuerūt, & hoc est precipuum studiū Theologorum, ergo post Originem, Athanasium, Basilium, Chrysostomū, Hieronymū & Augustinum, Doctores scholastici inanem operā su

munt, qui in his scriptoribus aliquid studij impēdunt, cū satis esset doctrīna Theologorū cū ab illis maioribus petere. Respondeo, q̄ Patres illi priores egregie scripturā sacra interpretati sunt, & eam nobis facilitate ad intelligendum fecerunt, qui tamen licet admodum nō erant, quid ex sacris literis de fidē & vera religione credendum ac tenendum esset, qua ratione per bonos mores Deus colendus esset, sed hoc sparsum, & aliquādo nō ita distincte, vt locus scripturę exigebat, sed quodāmodo cōfufe: vnde ex libris eorū neq; p̄cepta, neq; canones religionis & morū, nisi magno labore, & multo tēpore eui possūt. Doctores vero scholastici, quę Patres illi superiores doctissime quidē & eloquētissime, sed cumulatim & indistincte tradiderūt illi per genera & species, & per certos rerum & negotiorū articulos & titulos distincturūt, & viā apertiorē ad studia Theologica inueniūt & extraxerūt, & vt verbo vno dicā, Doctores illi operā hęc fulceperunt, vt primū ex sacris literis, deinde ex optimis & p̄batissimis authorib⁹ epitome, & breuiarū quodā cōficerent, vbi distinctis locis & capitib⁹ omnia necessaria & cōducētia ad fidē & religione Christianā cōtinerunt, & quod multis annis in studijs Patrū elaborātes vix didicissent, breui tēpore per certas quęstiones, articulos & titulos veritatē, quę fidē, & religionē, & vitā Christianā tīgunt, debite attingūt. Quod si verum est, nescio cur nō rapiamus diligentia hanc alieno labore nobis impēsam, aut quid obstat rationi studiorum, si quis le gat de personis Diuinis, de creatione mundi, de fide, spe, & charitate, & ceteris virtutibus. Sed grāmatici isti, qui nihil nō calumniātur, Doctores scholasticos passim mordente frūantur tū suo iudicio, qui nullum autorē lectione dignum putāt, qui nō sit ex Patribus, merito tamē Synodo Tridentina dānat sunt, nisi caninum dentem reprimāt. Et hęc satis.

Pro solutione argumentorum cōtra duas cōclusiones, quas S. Tho. loco citato adhibuit, q̄ necessaria sit doctrīna reuelata ad veram Dei cognitionē & cultum, cōfirmari potest ex eo quod Lactārius in p̄fatione sui operis scribit, Magno enim & excellēti, inquit, ingenio viri, cū sese doctōrē penit⁹ dedidisset, quidquid laboris poterat impēdi, contēptis publicis & priuatis actionibus, ad inquirendam veritatē studium se conuulerunt, sed neque adepti sunt id quod volebant, & operam simul atque indulturiam perdidērunt, quia veritas, hoc est, arcanum summi

7. argumē tum.

Dei, qui omnia fecit, ingenio ac proprijs sensibus comprehendere non potest, alioquin inter Deum hominemque nihil distaret, si consilia & dispositiones maiestatis aeternae illius cognovisset, assueverunt humana: quod quia fieri non potuit, ut homini per seipsum ratio Divina notefceret, non est passus hominem Deus lumen sapientiae requirentem diutius aberrare, ac sine villo laboris effectu vagari per tenebras inexplicabiles, aperuit oculos eius aliquando, & notionem veritatis ei communicavit, & munus eius fecit, ut & humanam sapientiam nullam esse monstraret, & errantem ac vago viam consequendam immortalitatis ostenderet. Facit etiam illud Ciceronis in de natura deorum, dubitare se, Pythagoras & Diagoras nullos esse. Qui vero deos esse dixerunt, in tanta sunt varietate ac discussione constituti, ut eorum molestum sit numerare sententias. Facit & illud, quod de Simone proditum est, qui interrogatus aliquando quid esset Deus, vnus diei spatium ac cogitandum petiit: quo exacto, cum quid tandem constituisset, quae ereretur, tres rursus dies ac deliberandum accepit, ac deinceps aliquid maius ac maius temporis intervallum, profectus quo magis ac magis excogitasset, tanto se incertorem, vel ad iudicandum, vel ad pronuntiam de Deo, relicum esse. Et re vera ita est, sicuti vir quidam doctus & ingenio acutus dixit, Sicuti sol mortalibus oculis, nisi ipso illuminante, videri non potest, sic Divina natura ab humanitate intelligi sine Divino lumine nequit. Atque adeo philosophi omnes procul a vero in rebus Divinis aberraverunt: nobis, ut ait Apostolus. 1. Corinth. 2. Deus reuelant per Spiritum sanctum, quem nemo principum huius seculi novit. Quod verum est non solum de mysterijs prorsus supernaturalibus, sed vtiq; de his, quae etiam lumine naturali, sed imperfecte de Deo cognosci possunt. Ex qua doctrina constat, quod homo quantumvis fide, spe & charitate subnixus sit, indiget tamen cognitione Divina reuelata, & lectione scripturae Divinae, ut breui tempore, & sine permixtione alicuius erroris recta via in Deum tendat, & a via veritatis non discedat: alias cum in tenebris ambulamus, & omnis vita hominis tenebrae sint & lubricum, nisi lumen scientiae reuelate, & scripturae sacrae lectio ante eum praecedat facillime ruet, & a via veritatis aberravit.

Pro D. Augustino respondemus, quod quando inquit homo itaque fide, spe, & charitate

subnixus, & ea inconcussis resinens non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos, non de omnibus fidelibus loquitur, neque intelligit, sed stricte loquitur de Eremitis, & Anacoretis, qui circa ea omnia, quae sunt de fide, sufficienter sunt instructi, & cum semper meditationi & orationi vacet, memoria mysteriorum & articulorum fidei est illis pro scriptura sacra: semper enim meditatur mysteria praecipua fidei, quod exercitium panis quotidianus est illis. Et quod de his stricte loquatur, constat ex verbis illius, quibus ait, Itaque multi per haec tria (nempe fide, spem, & charitatem) etiam in solitudine sine codicibus vivunt. Qui autem in solitudine vivunt, constat esse Eremitas, de quibus subdit, Quibus tamen quasi machinis tanta fidei, & spei, & charitatis inest instructio, ut perfectum aliquid tenentes, ea quae sunt ex parte, non quarant. Ex quibus verbis constat, quod non loquitur de omnibus fidelibus, nec de omnibus intelligit, quod scripturis non indigeant, sed de solis Eremitis & contemplativis, qui tanta cognitione fidei & mysteriorum Divinorum sunt instructi, ut eorum, quae retro sunt, omnino oblit, omni affectu spei & charitatis ad perfectum tendant Dei speciali auxilio. Eisdem iudicium est de rusticis & simplicibus: nam de ceteris, quod lectione scripturae indigeant, non solum ad alios instruendos, sed ut ipsi recta via & sine permixtione alicuius erroris incedat, statim. c. 46. sic scripsit, Quapropter cum quis cognoverit sinem concepti esse charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, omnem intellectum Divinarum scripturarum ad illa tria relaturus, ad tractationem illorum librorum, nempe, de doctrina Christiana securus accedat, insinuans quod sunt multi simplices & incauti lectores, qui sine villo iudicio atq; observatione in lectionem & expositionem Patrum non desiderio charitatis feruntur: & ideo doctrina Patrum, vti debet, non discutunt, neq; aduertunt qua de causa ea, quae legunt, scripta sunt, quibus affectibus, quibus occasione, locis, temporibus, ac personis accommodata: num disputandi, num opponendi, aut increpandi gratia dicta sint, vel sub certe assuevationis distinctione firmata: quae dum non aduertunt, necesse est eos plerumq; labi in aliquot errores, quos in expositione lucubrationibus, vel ipsi auctores ita per occasionem, quam aliquando per incuriam reliquerunt, vel haeretici per fraudem intruserunt. Contra quos Anselmus in commentarijs

cap:

epistola. 2. ad Cor. ita scripsit, In libris sententiarum Doctorum, quos authenticè legit ecclesia, non nunquam inveniuntur quaedam prava, vel haeretica, non tamen pro his vel illi vel auctores damnantur, perlegat eorum libros prudens lector, & inueniet verum esse, quod dico. Quid ergo Anselmus inquit? lectionem scripturae Divinae prudentem esse debere, non autem simplicem & incautam, ut non erret, inquit Augustinus: quod ad lectionem doctrinae Christianae securus accedat, si cum charitate de corde puro accedat, ita ut nihil aliud quam id quod diligendum est, diligat, & cum conscientia bona: quod addidit propter spem, nam ille se ad id quod credit & diligit peruenitur esse desperat, cui male conscientiae scripturam inest: & fide non ficta: si enim fides nostra mediatio caruerit, tunc & nos diligimus verè Deum, & rectè vivendo beatitudinem speramus, ita ut spes nostra non fallatur. Si tamen non hac dispositione, sed contraria ad lectionem Divinarum scripturarum accesserit, non dubium quin frequenter erret. In hoc ergo sensu interpretandus est D. Augustinus: & cauendum, quia assertio ista, Qui fidem, spem, & charitatem habet, scripturis Divinis non indiget, simpliciter & absolute prolata, est erronea, quia contra communem sensum Patrum, & Doctorum scholasticorum, & contra doctrinam ecclesiae proximam fidei: & ideo quidam Doctor, qui eam in contione quadam affirmavit, compellus fuit a ministris inquisitionis eam publice retractare. Vide supra tomo. 2. Chrysostomi ad vigesimum secundum quaesitum.

SEXTVM QVAESITVM.

Peccata maiorum quousque se extendant.

Augustinus enchiridion ad Laurentium lib. vnico cap. 47. quousque maiorum peccata se extendant, diffinire non audeat, sed sub dubio relinquit. Sic enim scripsit, Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam vsque ad patrem suum progeneratoribus quisque succedit, non immerito disputari potest, vtrum omnium malis actibus & multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, ut tanto peius, quanto pe-

sterius quisque nascatur: an propterea Deo in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminatur, quia iram suam quantum ad progenuorum suorum culpas non extendit vltimus moderatione miserationis suae, ne illi, quibus regenerationis gratia non conferunt, minima sarcina in ipsa sua aeterna damnatione premerentur, si cogenter ab initio generis humani omnium praecedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere, & poenas pro eis debitas pedere, an aliud aliquid de re tanta in scripturis sanctis deligenter perferuntis atque tractatis valeat, vel non valeat reperiri, temere non audeo affirmare. Quaestio haec disputatur a Doctoribus scholasticis, 2. sent. dist. 32. & a Sancto Thom. 1. 2. q. 81. art. 2. & quia disputata est supra, ne eadem saepe repetamus, vide supra tomo quarto Chrysostomi ad tertium: & primo tomo B. Augustini ad vndecimum quaesitum.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An Angeli cum corporibus hominibus apparuerint.



Augustinus enchiridion ad Laurentium diffinire non audeat, an spiritus sint, vel corporei, & si corporei, in diffinitione relinquit, quibus corporibus hominibus apparuerint: capite. enim. 39. ita inquit, Irenaeus Angeli, quis explicet, cum quibus corporibus apparuerint hominibus, ut non solum cernerentur, verum etiam tangerentur? Et rursus, Non solida corpulenta, sed spiritali potentia quaedam visiones non oculis corporicis, sed spiritalibus vel mentibus ingerat, vel dicant aliquid non ad aure forinsecus, sed intus in animo hominis etiam ibidem ipsi constituti, sicut scriptum est in prophetarum libro, Et dixit mihi Angelus, qui loquebatur in me, non enim ait, qui loquebatur ad me, sed in me vel appareat & in somnijs, & colloquitur more somniorum habemus quippe in Euangelio, Ecce Angelus Domini apparuit illi in somnijs dicens, His enim modis velut indicat Angelos contraetabalia corpora non habere. Faciatis quae difficilissima quaestione,

Zach. 4

Mich. 4

Li. 4. quaest.

Gen. 18.  
19. & 21.

quomodo Patres ei pedes lauerint, quomodo Iacob cum Angelo tam solida contrectatione iustus sit, cum ista quaeruntur, & ea sicut potest quisque coniectat, non inutiliter exercentur argenta, adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinantium se scire quod nesciunt. Quid enim opus est, ut haec atque huiusmodi affirmetur vel negentur, vel diffiniantur cum discrimine, quādo sine crimine nesciuntur? De hac quaestio non vide supra tomo septimo Hieronymi ad primum quaesitum, & primo tomo Augustini ad quartum quaesitum.

OCTVVVM QVAESITVM.

An iudicium habere aduersus alterum peccatum sit.



Vgustinus enchiridion ad Laurentium cap. 78. hunc locum excutiens, *Andet quisquam vestrum aduersus alterum negotiū habens iudicare apud iniquos, et non apud sanctos*, insinuare videtur, iudicium habere inter Christianos vnum aduersus alterum, delictum esse, quod inest ex verbis sequentibus, nā paulo post inquit Apostolus, Secularia igitur iudicia si habueritis, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos constituite ad iudicandum ad reuerentiam vobis dico, sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem & fratrem iudicare, sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles, nam & hic possit putari iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam velle iudicari, nisi secutus adiungeret, iam quidem omnino delictum est inter vos, quia iudicia habetis vobiscum: & ne quisquā hoc ita excusaret, ut diceret, iustum se habere negotium, sed iniquitatem se pati, quā velle à se iudicium sententia remouere, continuo talibus excusationibus occurrit, atque ait, Quare nō magis iniuriam accepistis, quare non potius fraudē patimini? aut ad illud redeatur, quod Dominus ait, Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio contendere tecū, dimitte illi & spaliū. Et concludit, Prohibuit itaque suos de secularibus rebus cū alijs hominibus habere iudicium.

Matth. 5

Doctores scholastici de hac quaestione. 4. sentent. dist. 15. & Sanctus Thomas. 2. 2. q. 69. articulo. 4. quo quaerit, an liceat condemnato ad mortem se quacunque via defendere. Et titulus intelligitur tam via iudiciali, quā extrajudiciali. Et respondet duabus conclusionibus. Prior est, Nemini iuste ac iudice condemnato licet se a legitimo iudice defendere. Probat ad Roman. 13. Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, & ipse sibi damnationem acquirit. Qui autem iniuste a iudice suo se defendit, potestati Dei resistit, ergo damnationem sibi acquirit. Tum etiam, quia bellum nequit esse iustum ex vtraque parte, nisi vbi ignorantia alterutram partem excusaret, si ergo iudex iuste reum damnat, non potest reus iuste illi resistere, sed genere suo est crimen mortale, si ei resistat, non ergo potest illi resistere.

Secunda conclusio, Cuicumque iniuste damnato licet iudici resistere, si tamen scandalum non timetur, ex quo grauis turbatio in republica oriatur. Conclusio est nota, quia tunc iudex non publica, sed priuata vtitur auctoritate, & aggrauatur eius delictum, eo quod prae texitur iustitiae iniuriam infert & violentiam. Vnde Ezech. 22. Princeps eius in medio illius, quasi lupi rapientes praedam, sicuti ergo a lupis, sic ab iniuris & iniustis potest quisque seipsum tueri, nisi inde graue metueretur scandalum, & quod est de vita iudicium, idem est de censu, nam commune axioma est, quod census aequiparatur vitæ, & ideo iure gentium ac naturali si a raptore es nequam liberare non possum, tanquā ab iniusto inuasore licet mihi bona mea defendere. Ex quo euidenter infertur, quod ut tam personam quā vt bona temporalia defendam, possum iudicium & causam coram iudice cum fratre habere, vt me & bona mea ab iniusto fure & raptore defendam. Præterea est communis consensus Patrum, & omnium Doctorum scholasticorum, quod si quis alteri iniuriam in persona vel in rebus intulit, solum tenetur internum odium in fratrem deponere, & cū eum, qui iniuriam intulit, tanquā proximū & fratrem diligit, potest coram iudice cum conuenire, & de damnis illatis agere, neque in conscientia damnorum illorum remittere tenetur, donec illi plene satisfiat. Quod adeo verum est, vt assertio opposita, nēpe, non est licitum litigare, aut iudicium cū fratre habere, sapiat hæresim: est enim hæresis propin-

propinqua, & secundum sententiam sapientium fidei aduersatur, & est similis istis, quæ sapienter hæresim, Nullus in Hispania confecerat Eucharistiam, aut quod plures saluantur in statu coniugali quā in cælibatu.

Dubium primum circa hanc materiam est de innocente, qui secundum allegata & probata damnatur, an possit se defendere, vel parere teneatur sententiæ iudicis. Et quod possit tam via iudiciali quā extra iudicium se defendere, argumentum est innocentia eius, durum enim est manus innocentis ligare, qui per iniquitatem accusatus est maxime in causa mortis, cum iure naturæ cuiuslibet liceat & sua bona defendere. Sed ex altera parte est argumentum, quia iudex illum iuste condemnauit, & dato quod iudex credat illum esse nocentem, si damnato liceret se defendere, bellum esset iustum ex vtraque parte. Res est dubia: & eius qui innocentem defendere contenderet, ad argumentum est facilis responsio, quod bellum simpliciter est iustum ex parte innocentis: iustitia autem iudicis fundatur in falsa presumptione, quæ innocentem non adimit ius suæ defensionis. Probabilius tamen est, quod si huiusmodi innocens possit se defendere, citra graue scandalum, & citra vulnerationem iudicis, & iniuriam ei, possit se defendere, aut fugam arripere, vel in locum munitū se includendo, & si capitur, conari de manibus ministrorum se eripere: attamen si defendere se non possit, nisi vulneribus inflatis, id nequitiam liceret. Primum, quia id non fieret sine grauissimo scandalo, quod peccatum est. Secundo, quia si iudex ministerium suum non exequeretur, grauius delinqueret: durum autem esset, quod iudex teneretur reum aggeri, qui iusto prelio posset se defendere: & licet iudex decipiatur, credens illum esse reum, non tamen decipitur in hoc, quod etiam si sit in secreto innocens, tenetur illum damnare. Tertio, quia maxime ad rem facit, quod iudex est persona publica, reus vero priuata. Quarto, quia si præterea vel occideret vel vulneraret, licet postmodum de eius innocentia constaret, ob id quod vim inferendo se defenderet, puniretur, quod signum est, in conscientia id non licuisse.

Secundum argumentum S. Thom. est notandum, quod est, quia fugiendo ita eneruatur sententia, sicut resistendo, si ergo potest fugere, vt vitam saluet, potest ergo & iudici resistere. Respondet S. Thom. quod cum

nemo ita damnatur, vt mortem sibi inferat, sed tantum vt patiatur, nullus tenetur facere illud, vnde mors sequatur, quod contingeret si sponte in carcere maneret, & ideo fugam arripere potest. Addit tamen, ministro iustitiæ resistere non posse, quia hoc non solum esset non agere ad suam mortem, verū resistere ne patiatur.

Contra hanc tamen sententiam sunt multa argumenta. Primum, quia nemo potest vitam suam custodire cum alieno damno, quale infertur ministro carceris, cōtra quæ, si fugeret, lege ageretur. Respondeo, quod hoc de per accidens est, & quia cuiuslibet licet iure suo vt, damnum alterius non tenetur cauere, ipse custos videat quomodo munus suū expleat. Secundo, quia sequeretur, quod si fugere ei liceret, pariter ei etiam liceret cōpedes rumpere, leras infringere, & murum perforare, quod tamen vultu reprehensibile reputatur: quin vero poenæ sunt decretæ in eos, qui talia audent. Caietanus. 2. 2. q. 69. respondet negando collectionem, nam inquit, quod seclusa resistentia, cætera licet, non tamen resistere, & in foro conscientia, de quo agimus, ita est: cuicumque enim fugere licet, subinde sit, ei licere quæ ad fugam ordinantur, & ab impediendis se extricare, vis autem rebus inanimatis non infertur, sed solis hominibus: & ideo condemnato non licet vel iudici vel custodi carceris resistere, manus in ipsum iniiciendo: vincula vero rumpere, non est resistere, sed fugere: sicut neque qui leonibus esset traditus, vim inferret iustitiæ, dum, vt se defenderet, illos interficeret. Qui vero custodem carceris ligaret, aut os illi obstrueret, ne clamaret, vim inferret, non tamen si eum, dum se teneret, post se fugiens traheret. Tertio, si arguas, qui cedes rumpere vicini, vim inferret, ergo qui fores rumpit carceris, vt fugiat. Respondeo negando sequelam, quia ille non habet ius ingrediendi, sicut hic exeundi, licet in conscientia teneatur de dāno dato. Quarto, quod si iniustus, saltem rumpere vincula, peccatū est iniustitiæ, negatur sequelam, quia totum redicitur ad hoc quod est fugere. Et enim fune ligati possunt nodum dissoluere, vel funem scindere, vel si clauem aduclerint, habent, possunt leras aperire, etiam si qui hoc facit, sciat, alios carcere oculos post illum esse iuros, nam ipse suo, vtitur iure, cui cura nō incumbit custodiendi alios.

Ex dictis tamen non sequitur, quod amici damnati possint intrinsecus vel extrinsecus

Altifido  
rentis

pœnarum deueniret ad insensibile, quod parum ab Origenis errore abesset.

Altifidorentis opinatus est, quod per suffragia viuorum, licet pœnæ damnatorum non remittantur, corroborantur tamen ipsi, vt minus eas sentiant. Sententia tamen hæc etiam falsissima est, nã cum pœna infligatur, vt sensibilibus cruciet, & culpa damnatorum nullatenus remittatur, leuamen illud iustitiæ non est consentaneum, vt pœna minus sentiantur, præsertim quod si illud esset verum, tantum posset corroboratio illa crescere, vt sensum pœnarum adimeret.

Opinio

Opinio vltima est, quod suffragia hoc modo damnatis refrigerium afferant, vt conspicientes non vsque adeo esse à suis amicis in hac vita despectos, quin pro eis orent, minus doloris sentiant, quam si viderent profusus esse oblitos, & despectui habitos. Hæc tamen opinio legi communi non consonat, quia vt Auzustinus in lib. de cura pro mortuis gerenda inquit, spiritus damnatorum non videntur que apud nos aguntur: quod autem supra legem communem, suffragia viuorum Deus eis reuelet, consentaneum non est.

Conclu-  
sio

His opinionibus falsis omisis, statuitur prima conclusio, Damnatis, qui in inferno cruciantur, suffragia ecclesie secundum ordinariam legem nõ profunt, neque opem eis ferre possunt, sed debent in perpetuum ad iustum pœnas meritis luere, quia eas nusquam persolvere valent. Dico secundum legem ordinariam, propter illos, qui arbitrantur privilegio singulari posse secus contingere. Ratio conclusionis ex parte damnatorum est, quia ratione sui status sunt in odio Dei oblinati, continuo enim mente sua cõtra eum sunt blasphemantes: vnde psal. 6. Conuerte re Domine, & eripe animam meam, scilicet, dum vita mihi superest, quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis constitebitur tibi? quasi dicat, esse impossibile: neque sunt misericordie Dei capaces, neque fructus passionis Christi, per quã solam culpæ & pœnæ remitti valent. Secunda ratio ex parte nostra est, quod fundamentum suffragiorum est charitas, qua sumus membra viuentia in Christo, cum ergo damnati extra charitatem sint, suffragiorum nostrorum participes esse non possunt. Confirmatur ex illo Marth. 25. Ite in ignem æternum: sicut ergo beatorum gloria neque augeri neque minui essentialiter potest, ita neque damnatorum tormentum. Conclusio adeo est

certa, vt orare pro damnatis peccatũ sit suo genere mortale, quoniam non licet à Deo petere nisi quod secundum eius legem impetrare ab illo possumus, cum ergo de damnatis firma sit sententia vim obtinens legis, qua sunt à misericordia Dei exclusi, peccatum est pro illis orare. Vnde Augustinus. Si scirem matrem meam esse in inferno, non magis pro illa orarem, quam pro diabo, si ergo pro demonibus orare non licet, ergo neque pro hominibus damnatis. Ad idem facit illud Ecclesiæ. 11. Vbi ceciderit lignum illic erit siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, quasi nulla sit post mortem mutatio vel in celo vel in inferno. Et illud Deuter. 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus, de damnatis præcipue intelligitur. Et Iob. 7. Si cui consuntur nubes, & pertransit, sic qui descendit ad inferos, nõ ascendit. Et quod præ omnibus ponderat, quod infernas appellatur ignis æternus, ideo ecclesia canit, quod in inferno nulla est redemptio, quo verbo excluduntur omnes opiniones supra positarum, quia non solum ait, non est redemptio, sed nulla est redemptio: quare in oblatione hostiæ nulla particula damnatis consignatur.

Ad ea que Præpositiuius profere adfert, nepe, quod ecclesia pro omnibus fidelibus defunctis orat in illa collecta, Fideiũ Deus omnium conditor, &c. Et licet damnati sint, quia baptizati fuerunt, mereri poterunt iuxta sententiam Augustini, vt ecclesia pro illis oraret. Item orat ecclesia, ne animam defuncti tartarus absorbeat. Et Altifidorentis Præpositiuum defendens assertit historiam de vita S. Brandani, qui vidit Ludam incendentes per prata, & rogatus cur non esset in inferno, respondit, quod vsque ad aliquod tempus habebat refrigerium propter bona que fecerat. Respondeo ad primum, ecclesia non orare nisi pro fidelibus, qui discesserunt cum fide formata: & ideo additur, vt indulgentiam, quam semper operauerunt, scilicet, vsque ad mortem, pijs supplicationibus consequantur. Quare licet Christiani in gratia existentes mereantur, vt ecclesia post obitum eorum pro illis oret, tamen per peccatum mortale meritum illud extinguatur, iuxta illud Ezech. 8. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecit, non recordabuntur. Ideo Augustinus de verbis Apostoli in sermone. 32. & in Enchirid. cap. 112. inquit, Frustra nonnulli damnatorum humano miserentur affectu, allegantes illud psal-

mi, Non obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas: quia hoc de his intelligitur, qui vasa misericordie nuncupantur. Ad secundum respondeo, quod ecclesia ante obitum orare solet pro infirmo, vt ab inferno damnatorum liberetur, post obitum vero nequaquam, nisi vt à purgatorio liberetur, vel saltem pœna illi remittatur: & quia locus est horrendus, & animas dicitur absorbere, ideo nomine tartari purgatorium intelligit. Ideo licet sententia lata sit, ecclesia loquitur ac si tunc anima esset in iudicio: & ideo inter preces ait, Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Historia vero illa Brandi non est authentica. Quod si arguas ex verbis Augustini in Enchiridion. c. 110. vbi inquit, quod quibus valent suffragia, vel ad hoc profunt vt sit plena remissio, vel ad hoc vt tolerabilior sit eorum damnatio, plena autem remissio nõ fit nisi in purgatorio, & damnati nulli sunt nisi in inferno, ergo suffragia illis prodesse possunt, vt tolerabilius eruciantur. Ad Augustinum respondeo, quod diuisio eius timentibus manifeste de tribus diuersis receptaculis intelligitur: appellat enim valde bonos beatos, & ideo ait, quod suffragia respectu illorum sunt gratiarum actiones: valde malos appellat vniuersos, qui sunt in inferno: & de istis ait, nullatenus suffragia nostra esse adiumenta, sed sunt qualicũque viuorum consolationes. Et idem est de existentibus in limbo puerozum. Per non valde malos, omnes & solos exilletes in purgatorio intelligit, qui dicuntur mediocriter boni, & mediocriter mali, quia ita sunt amici Dei, vt tamen ad tempus arceantur ab eius conspectu: & de istis subdit, suffragia illis vt propitiationes prodesse, vel vt si plena remissio, vel tolerabilior damnatio.

Quod si rursus arguas, quia in historia quadam vitæ Gregorij refertur Traianus, qui magno annorum numero in inferno cruciatur, & precibus Gregorij inde fuit liberatus. Respondeo, communem consensum Theologorum esse, Traianum non potuisse ab inferno eripi, & quia per eius conversionem legi Dei repugnat conuerti potuisse, ideo aiunt precibus Gregorij resuscitatum in paruulum tempus, quo cõuersus defunctus est, & saluus factus. Quod si ita est, necesse est dicere legem perpetuam inferni intelligi cõdũ legem ordinariã, sed ex privilegio posse inde animas liberari. Sed historia Traiani creditur esse durissima, quia vt diximus, certum est, peccatum mortale esse pro damna-

tis orare: quomodo ergo Gregorius hoc ignorare potuit quod si non ignorauit, quomodo contrarium fecit? Quod si quis dicat Gregorium dubitantem an in inferno esset, pro illo orasse, sed neque hoc facile est credere, sicut & quod Abulensis super. 4. Reg. q. 57. fatetur, Gregorium mortaliter peccasse, orando pro Traiano, fuisse tamen exauditum, & in pœnam peccati damnatum, vt dolore stomachi laboraret.

Quod si arguas, cum Apostoli ac deinceps alij Euãgelij promulgatores plures mortuos inter gentes suscitauerint, cõiectura fit suscitasse quosdam Gentilitate sua damnatos. Respondeo, forte non suscitasse nisi eos, qui igtiorantia inuincibili Christiane legis laborantes, in lege naturali saluari poterant, aut cathecumenos, aut Christianos, atque adeo in purgatorio existentes. Et quoniam opinari possit, quod privilegio speciali aliqui possum ab inferno exire, nullatenus tamen pro damnatis in inferno orare licet, quia oratio non debet nisi secundum legem communem fieri.

3. Conclu-  
sio

Secunda conclusio, Pueris non baptizatis in limbo suffragia viuorum non profunt. Ratio est similis præcedentis conclusionis, quia in perpetuam regno celorum sunt relegati, neque in vita meruerunt, vt eis defunctis suffragia prodesse, neque sunt in charitate, qua sumus defuncti, nec nobis tanquam membra viuentia in Christo communicantes: quibus iubet Apostolus, alterum alteri onera portare.

2. Conclu-  
sio

Tertia conclusio, Neque beatis suffragia nostra quidquam prosunt: illos enim appellat August. valde bonos, respectu quorum suffragia nostra non sunt iuuamen, sed gratiarum actiones. Et ratio est manifesta, quia suffragia vt nomen sonat, nõ sunt nisi auxilia, quibus miseris & egenis opem ferimus, beati vero ab omni sunt miseria & egenitate immunes, neque quidpiam habent, pro quo satisfacere debent: neque eorum potest augeri felicitas: & ideo, vt ait Augustinus, iniuria fit sanctis, dum pro eis oratur.

4. Conclu-  
sio

Quarta conclusio, Defunctorum animarum quibus suffragia viuentium profunt, sunt omnes & sole in purgatorio existentes, quas Augustinus appellat non valde malas, quibus ait, suffragia esse propitiationes, & eis suffragia profunt, quia hi qui sunt in purgatorio, habent duas condiciones: prior, quod suffragijs indigent, quo differunt a beatis: posterior, quod sunt in charitate, qua meruerunt,

vt

ADVERTENTIAE IN TERTIVM TOMVM

sequitur ex eius opinione, quod si anima separetur a corpore, quod nullibi esset, cum a corpore separata operatione aliquam exteriori habere non possit. Durandus omnia concedit, & ait, animam illam esse in loco per Divinam deputacionem, quia Angelus deputatum habet locum, sic etiam & anima. Secundo, Magister sent. 2. dist. 2. ait de mente Bedae & Strabonis empirium repletum esse Angelis, cum primum a Deo sunt creati. Et Damascenus lib. 2. c. 2. inquit, Angelum quandoque esse in terra, quandoque in caelo, licet non simul, ut patet ex verbis Domini. Videbam Saraam, tanquam fulgur e caelo cadentem: Saraas ergo prius realiter fuit in caelo, & inde cecidit. Et Lucae. 2. Angelus Gabriel e caelo missus est ad Beatissimam Virginem. Ad ista & similia loca respondet Durandus, solum esse intelligenda quantum ad manifestationem, nempe, quod operatio aliqua Gabrielis vel Michaelis manifestata est in terra, non tamen quod Angelus secundum suam substantiam descenderit. Mira tamen res est, quod Angelus existens in caelo operetur in terra: ideo ad dubium dico primo, Angelum non esse in loco eo modo quo esse in loco intelligitur a philosopho, scilicet, quod locus est vltima superficies corporis continens. Probatur, quia Angelo nulla superficies loci est coniuncta. Et ideo S. Th. inquit, quod Angelus non est in loco vnioco cum alijs corporibus, ut explicat in solutione ad tertium. Secundo dicimus, Angelum stando in fide, esse in loco. Patet ex locis citatis & rationibus, quibus id probauimus: verum est quod philosophus. 1. de Caelo, & 8. Physico: cum ait, intelligentiam esse in Oriente, etiam si moueat caelum in Occidente. Respondet tamen Durandus philosophum deceptum esse cum commentatore, quia existimabat Angelum esse formam caeli.

Dubium. Scotas. Supposito ergo Angelum esse in loco, dubium est, per quid, aut quomodo Angelus est in loco. Scotus. 2. dist. 2. q. 6. videtur esse dubium, & tandem tenet esse in loco per suam essentiam, quia, scilicet, eius essentia & substantia loco aut corpori applicatur: itaque essentia Angeli est magis propinqua vnioco quam alteri. Eum sequuntur fere omnes moderni cum Marfilio. 2. sent. q. 2. qui existimant in hoc repugnare Sancto Thomae: existimant enim de mente ipsius esse Angelum in loco esse, hoc est, hic, quia actualiter hic operatur: & in hunc sensum cum descendunt

plures Thomista, qui tamen perperam decepti sunt, nam loco citato inquit, Angelum esse in loco per applicationem virtutis, applicare autem virtutem est hic secundum suam substantiam actualiter operari. Et quod nunquam S. Th. senserit, Angelum per solam operationem esse in loco, probatur ex locis supra citatis: nam. 1. parte. q. 113. art. 6. expresse affirmat, Angelum realiter esse in eo, quem custodit: & 3. parte. q. 52. artic. 2. quaerens, an anima Christi realiter descendit ad lybium solum, an etiam ad infernum damnatorum, respondet, quod quantum ad operationem in vtroque fuit loco, quia in illorum quolibet operatus est, quantum ad essentiam tamen & realem praesentiam inquit, solum descendit ad lybium Patrum. Ex quo patet S. Th. sensisse Angelum esse in loco per actualem praesentiam, & non solum per operationem. Et idem sensit quoddam beatus. 11. art. 1. Ideo pro intelligentia sententiae S. Th. statim propositio sequens.

Prima propositio contra multos Thomistas, Angelus non est in loco solum per operationem exteriori, id est, per motionem corporum. Et hanc esse de mente Sancti Th. ex locis citatis patet, & probatur: prius enim saltem natura est Angeli esse in loco, quam in eo operari, cum operari praesupponat esse, ergo non est in loco per operationem solum exteriori. Confirmatur, si paries prius natura esset albus, quam haberet albedinem, non diceretur albus, quia habet albedinem, ergo neque Angelus esse in loco, quia operatur in loco. Secundo, stat quod Angelus nullibi, & nihil a dextra operetur vel voluntate sua, vel Deo sic disponente, illo ergo dato, Angelus nullibi esset omnino. Contra Martu, Deus potest ponere Angelum secundum omnes extra vniuersum, tunc alicubi erit, & tamen nihil operabitur, cum sit extra omne corpus, ergo. Capreolus dist. 2. q. 1. conclusionem. 1. & Caietanus loco citato artic. 4. tenent Angelum in loco esse per ordinem ad locum, & operationem, quam vocat Caietanus praesentiam ordinis aut operationis: reputat enim impossibile, quod Angelus, cum sit mere spiritualis, suam essentiam applicet corpori.

Ideo est secunda propositio, Angelus non est in loco per solam suam substantiam. Probatur, quia tunc Angelus indifferenter esset in loco magno & paruo, postquam natura sua est spiritualis & indivisibilis. Item, quia equalem figuram haberet in omni loco tam magno

magno quam paruo, & indifferenter esset in omni loco, postquam substantia Angeli, cum spiritualis sit & indivisibilis, figura aliqua non sit figurata: dicendum ergo Angelum ab aliquo alio determinari ad talem locum, & non a sua substantia solum.

Tertia propositio, Non sufficit, neque requiritur operatio Angeli ad hoc quod sit in tali loco: non enim sufficit Angelum velle hic esse, ad hoc quod potius hic quam alibi sit. Probatur omnino de Angelo eadem ratione, quem stat inuitum ligari, & in tali loco teneri, ut de damnatis constat, qui videntur in inferno veluti sepulti iacere. Confirmatur, quia Angelus superior, certum est, posse Angelum inferiorem etiam non volentem, vel saltem mere negatiue se habentem compellere, & vi eum cogere, sicuti de magis asseritur, daemones, quando volunt, cogere, & vi eos trahere; & a corpore obsessio vi exorcismi eos expellere. Quid ergo est, quod Angelum ad esse in loco determinat?

Sit vltima propositio, Angelus formaliter est in loco per applicationem suae substantiae, id est, per hoc quod sua substantia est praesens huic loco: hinc fit, ut Angelus sit hic formaliter, sicuti homo formaliter est in loco, quia eius substantia est in loco, effectiue vero Angelus est in loco, aut a volitione sua propria, aut operatione alicuius, qui superior sit Angelo: potest enim Deus Angelum inuitum hic ponere: & idem potest Angelus superior: & hoc modo intelligendus est Sanctus Thomae, quando ait, Angelum esse in loco per operationem & applicationem suae essentiae, per essentiam formaliter, & per operationem effectiue. Et ita in re conuenit Sanctus Thomae, cum modernis, licet nomine ab eis differat. Et finaliter, Angelus est in loco propter operationem exteriori, hoc est, statuit se in loco ad aliquid illic operandum.

Pro Beato Augustino respondemus, quod cum dixit, solum Deum esse incorporeum, & ex eo caelestes virtutes corporeas esse credimus, & intellectuales creaturas, quod localiter circumscribitur, sicut & anima humana, quae carne clauditur, & daemones, qui per substantiam Angelicam naturam sunt, locutus est consequenter, iuxta opinionem quam tenuit, Angelos, nempe, esse corporeos: nam si ita esset, in loco esse non possunt quin localiter circumscribantur: sed quia contrarium verum est, ideo tenenda est sententia, quam diffinimus. Vide su-

pra tomo septimo Beati Hieronymi ad primum quaesitum, & Beati Augustini tomo primo ad tertium.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An creationem animae solus Deus cognoscat.



Vgustinus de Ecclesiasticis dogmatibus. c. 14. id expresse affirmat & diffinit, sic docens, animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas, neque inuul creatas, sicut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum feminatur, sicut Luciferiani, Cyrillus, & aliqui Latinorum praesumptores affirmant, quasi naturae consequentia seruantes. Sed dicimus creationem animae solum creatorem omnium nosse, & corpus tantum per conjugij copulam seminari, Dei vero iudicio coagulari in vultu, & conpingi atque formati, ac formato iam corpore, animam creati, & infundi, ut viuat in vtero hominis ex anima constants & corpore, & egredietur viuus ex vtero pleni humana substantia.

Doctores scholastici de creatione. 2. sent. dist. 1. & Sanctus Thomae. 1. parte. q. 45. artic. 5. & quaestione. 90. artic. 1. quo quaerit, an solus Dei sit creare. Et respondet conclusionem affirmatiuam: & addit, quod non solum, tanquam causae principali, sed neque tanquam instrumentali aliquo modo creatio potest creaturae communicari. Ratio eius est, quia esse est a solo Deo, in creatione autem acquiritur & de per se & simpliciter esse, nulla autem creatura de per se & simpliciter potest dare creaturam, quod sit, ergo creatio in solum Deum reduci debet. Et confirmatur ratio S. Thomae, quia ad productionem & creationem requiritur potentia infinita, hoc est, ad producendum aliquid ex nihilo, quod ex eo patet, quia cum potentia actiua creaturae sit finita & limitata, si ad agendum requiritur in illa, verbi gratia, potentia actiua vt centum, ergo ad producendum maiorem effectum requiritur maior potentia, ergo ad producendum ex nihilo, requiritur potentia actiua infinita. Et confirmatur, quia nulla creatura conseruare potest effectum, quem producit, quod ex eo patet, quia non potest seipsam

Mm confer.

3. Propositio

1. Propositio

4. Propositio

2. Propositio



ADVERTENTIAE IN TERTIVM TOMVM

conferuare, ergo neque effectum quem pro ducit, imo nec Deus creaturæ dare potest virtutem vt seipsam sine Dei concursu conseruet, ergo neque aliam creaturam, & ex consequenti neque potest creare. Et in conclusione omnes Pates & Doctores scholastici conuenient, dato in probatione discordent à Sancto Thom. Ex qua doctrina constat, quòd non solum lumine fidei, & rationibus Theologicis, & naturalibus coguoscimus creationem animæ à solo Deo esse, nec solum hoc, sed quòd anima sit immortalis, non solum diffinitione fidei, sed ratione naturali comprobare possumus, nam inter Christianos non desunt qui hæretica commenta super sententiâ Aristot. de hac re fingant.

Ideo dubium est, an ratione naturali cognoscere possimus animam esse immortalem. Et quòd sit mortalis probatur primo ex illo Ecclesiastico. 3. Vnus est interitus hominum & iumentorum, & equa vtriusque conditio, cum ergo animæ brutorum sint corruptibiles, ergo & hominis mortalis est. Secundo, Sapie. 2. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus, cum ergo etiam secundum animam simus ex nihilo conditi, ergo secundum illam sumus in nihilum redigendi. Tertio, Aristot. in prologo de Anima textu. 12. diffinit animam sine phantasie intelligere non posse, necesse est autem intelligentem phantasmata speculari. 3. de Anima textu. 39. ergo nequit anima esse sine corpore, ergo est mortalis. In contrarium est, quia anima est substantia intellectualis, ergo immortalis & incorruptibilis.

Circa hanc questionem supposita fide Catholica, animam esse immortalem, sequentibus conclusionibus respondemus. Prima, animam esse immortalem firmissima & certissima fidei confessione est tenendum, quia sublata, tota spes nostra corrui. Probatur primo, quia Deus hominem ad imaginem & similitudinem fecit suam, imago autem & similitudo Dei in trinitate potentiarum consistit, vt eius Diuinitate perpetuo fruamur: hoc enim sine Deo homini creauit, vt sua Deitate in perpetuum fruere, fruitio vero æterna non esset, nisi anima esset immortalis, ergo confirmatur, quia Deus terræ, & ea quæ ambitu cæli continentur propter hominem produxit, iuxta illud Gen. 1. Producat terra animam viuentem, & cæ Deus corpus hominis de terra plasmauerit, de anima legitur, quod inspirauit in faciem eius spiraculum vite, quæ anima

nō esset digna vt produceretur forma corruptibilem corporum, sed singulari & Diuino modo crearetur. Vnde Ecclesi. vltimo, Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad eum, qui dedit illum.

Secundo, historia veteris Testamenti immortalitatem animæ certissima fide prædicat. Quorum enim eiecitio Adæ de paradiso in undario diluuij, Abrahæ separatio à Babylonica iniquitate, & tam immensa beneficia populo Israelitico communicata, tantus ordo legumularum, & sacrificiorum institutio, nisi vt per hæc gentem illam ad felicitatem erudiret. Et insuper, Quorum Messie promissio, cuius aduentum tanto desiderio mortales præstolabantur, postulantem vt cœli desuper rotantes, iustitiam pluerent, & aperta terra germinaret Saluatorem, qui eos beatificaret. Esaiæ. 45.

Tertio, quæ causa potuit Christum de cœlo ad nos deducere, relictis in cœlo. 99. ouibus, scilicet, Angelorum numero, nisi vt ceterisimam, nempe, humanum genus redemptum illic portaret, vt eorum, qui ceciderant Angelorum ruinas impleant. Ideo initium suæ prædicationis facit, penitentiam agere, quia appropinquat regnum cælorum. Et contra eos, qui aliam vitam ignorantes Esaiæ. 22. dicebant, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur: & quia aliqui eorum in diuitijs, alij in honoribus, alij in voluptatibus felicitatem collocabant, eos damnas ait, Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum cælorum: beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram: beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: & postquam de mentiam philosophorum doctrina eius & prædicatione relegauit, demum finale iudicium ob oculos representans iustis ait, Venite possidere vitam æternam, & impijs supplicium æternum, Math. 25. Veritas hæc immortalitatis animæ non solum est fides Catholica, verum & articulus fidei, non ob id solum, quòd in Concilio Vicensi, & in Concilio Lateranensi. 3. sessione. 8. diffinita est, verum quòd in scriptura sacra est expressa, Symbolum enim sic concludimus, Credo carnis resurrectionem & vitam æternam, quæ vita, si anima non esset immortalis, æterna non esset.

Secunda conclusio, Animam esse immortalem lumine naturali est notum. Plato enim in Phædro, de Pulchro, anima immortalitatem differte persuasit, imo tam historici quam poetæ, vt Virgilius, Ouidius, &

1. Ratio.

3. Ratio.

2. Conclusio.

2. Ratio.

res qui de campis Elysijs longas rexerunt historias, vbi beatorum animas spaciari fabulantur. Et inde ethnicorum error emanauit, qui defunctos heros in Deorum numine referebant. Rationibus suaderetur. Primo, anima est sublata per se subsistens & forma simplex, ergo est incorruptibilis: assumptum probatur, quia nemo philosophorum est, qui non plane fateatur, quòd sit forma simplex, quæ dat homini esse hominem, nam Pythagoras & Plato, qui animam non vt formam inesse corpori arbitrati sunt, sed vt motorem, ab seholis explosi sunt: aduersus quorum errorem Aristote. 2. de Anima, text. 4. plane demonstrauit esse formam, & actum corporis, actus vero debet esse à materia purus: & inquit, quod est substantia, ergo forma corporis naturalis. Quod vero sit per se subsistens, & à corpore non dependens, vt brutorum animæ, ex eius propria operatione, quæ est intelligere, constat, habet enim anima operationes & passiones quasdam, vt sentire, passionibus corporis affici, scilicet, ira, delectatione, &c. & has passiones palam est non posse sine corpore exercere & pati, intelligere autem & amare per se & sine corpore potest, quod Aristot. 3. de Anima text. 4. probat, Anima intelligit vniuersa corpora, vt notum est, ergo nulli corpori est mixta: & eodem pacto probat visum nullo esse colore affectum, quia colores omnes percipiuntur si cut lingua amaro humore affecta non valet alios saporibus gustare, ita si oculus colore alio quod esset immixtus, per illum impediretur, ne posset alios colores videre: similiter, si intellectus esset cum aliquo corpore commixtus, per illud impediretur ne posset alia corpora percipere: intelligit autem omnia, nullum ergo habet admixtum, & ideo per se absque corpore potest existere. Quòd si obiectiones indigere organo corporeo, vt species recipiat, respondeo hoc per accidens esse, quia quædam anima est actus & forma corporis, obiecta applicari non potest ad intelligentiam nisi per phantasmata, verum neque ipsa phantasmata intelligere valet, nisi virtus intellectus agentis ab ipsis abstrahat species à conditionibus corporeis denudatas & purificatas, quibus intellectus possibilis informatus, noitiã intellectum producat: & hoc est argumentum, quod natura sua organo corporeo non indiget, neque eius potest à corpore dependere, sed sua natura per se subsistere, & intelligere potest, vt Angelus: ex quo

sumitur argumentum, vt S. Tho. ai. 1. parte 9. 75. arti. 6. animam non esse corruptibilem: corruptio enim rei bifariam accidit, scilicet, per se, & per accidens, id per accidens corrumpitur, quod non corrumpitur nisi ad corruptionem alterius, per se quod corrumpitur ratione sui, sicut equus per se corrumpitur, forma eius substantialis per accidens ad corruptionem equi: quod autem habet per se esse subsistens, non potest corrumpi de per accidens. Et hæc est differentia inter animam hominis, & formas brutorum, quia relique, cum educatur de potentia materie, non generantur, sed cengenerantur ad generationem suppositi, & corrumpuntur ad corruptionem illius: anima vero nostra non igitur ad generationem hominis, sed creatur, quia non educitur de potentia materie, vt ait lib. 2. de generatione animalium Aristot. cap. 3. vbi ait, mentem extrinsecus aduenire, & esse Diuinam. Hac ergo ratione quia Diuinitus embrione disposito, creatur & infunditur, non corrumpitur de per accidens ad corruptionem hominis, sed eodem generali concursu Dei, quod sustentatur in corpore, sustentatur separata, neque est corruptibilis per se, quia est forma simplex, sicut Angelus: & quòd rei conuenit per se, non est ab ea separabile, vt esse rationale non est separabile ab homine. Ex quo fit, vt anima quemadmodum Angelus non sit per naturam corruptibilis, sed per solam anihilationem supernaturaliter potest definire esse. Tum etiam, quia nihil nisi per suum contrarium corrumpitur, & omne corruptens id quod corrumpit in seipsum conuertit, animam contrarium non habet, & dato haberet, in se conuertere non posset, est ergo incorruptibilis.

Sunt alie rationes ultra adductas, quæ sunt metaphysicæ à posteriori & ab effectu. Intellectus enim per se est natura quadam immaterialis & spiritualis, non enim coarctatur loco neque tempore, cogitat enim subito, non solum presentia, sed præterita & futura, & quæ ab æterno fuerunt, & quæ in æternum futura sunt, item, & quæ hic existunt, & quæ ubique orbis, & quæ supra cœlum sunt, & quæ sub terra latent, quinimo & à materialibus & à singularibus abstrahit vniuersalia, vt species rerum & genera subito speculetur: quæ aperte manifestant, esse insitum spirituum cœlestium, & idè prædicat memoria, quæ sicut apotheca thesauri existit, & volutas, quæ adeo libera

Rationes à posteriori. 1. Ratio.

S. Tho. 1. par. q. 75. arti. 6.

1. Conclusio.

1. Ratio.

est, quod a nulla re necessitari valet, sed qui balcanque ablaris, alterutrum libere eligere valet: que ostendunt a nullis rebus praeterquam a Deo pendere, atque adeo esse ceu eius perpetuam imaginem.

**2. Ratio** Item vnaqueque res sic esse appetit, vt natura sua sibi esse conueniat, desideria autem hominis pleraque sunt perpetua, vix enim est, qui non cupiat in memorijs hominum perpetuo manere: qua ratione parentes thesaurizant filijs, edificantes & plantant, & qui sapientia praestant, monumenta suarum literarum relinquunt, & principes & diuites egregia facinora intentant, quae inditia sunt manifesta animam, continuu pro corpore viuere, & ad postera pertinere.

**3. Ratio** Argumentum aliud sumitur ex eius inquierudine: constat enim praesentibus non satari, sed ubi vna re positus fuerim, aliud desiderium insurgit, semperque in futurum penduli manemus, quod Ecclesiastes contenti platus pro thema concionis suae illud asumpsit cap. 2. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: & concludit, Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animae, quasi dicat, in his omnibus nulla inuenitur requies, sed natura ipsa ad alia nos semper inducit, quae nobis praestare sine Diuino auxilio nequit, iuxta verbum Angustini, Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te.

**4. Ratio.** Item, quia qui de immortalitate animae dubitant, omnem providentiam Dei, & eorum erga nos, omnemque subinde amorem & cultum ipsius nostrum, & omne inter nos commercium, fidem & charitatem, quae mortales inter nos conglutinatur, de medio tollunt: nam si anima immortalis non est, Deus non maiorem curam nostri quam brutorum animalium gerit, & si aliora quam haec caduca ab ipso non speraremus, neque spem haberemus conspectu eius fruendos, legitimum amorem erga eum habere non possemus, neque vero timorem, aut obedientiam vllam, amore vero Dei de genere humano sublato, nulla inter mortales esset charitas neque fides, neque iustitiae aut amicitiae iura consisterent.

**5. Ratio.** Praeterea si nulla nobis essent, aut praemia, aut supplicia aeterna proposita, sed haec lubrica & caduca bona, quae iniquis & reprobis, atque iustis & probis accidere solent, nulla esset apud Deum iustitiae aequitas. Vnde David psalm. 72. Zelauit super iniquos pacem peccatorum videns: & con-

cludit, Existimabam vt cognoscerem hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum: si ergo nouissima mors, alios non mitteret in premia aeterna, & alios in supplicia, sed si in hac vita tantum, vt Paulus ait, in Christo sperantes esse miserrabiliores est semus omnibus hominibus.

Item, quia sublata immortalitate animae, re vera nulla in nobis tunc esset ratio aut virtutis aut delicti: nam virtus non est nisi propter obedientiam Dei, quae officia praecipit, neque delictum proprie nisi quia est contra eius obedientiam, nam ratio virtutis eam naturalis a Deo legislatore pullulat. Quis enim non intelligat, quos Deus legibus instituit, & sui amorem colere iussit, eos in sua aeterna felicitate velle recipere, ubi eorum coronae & obsequia, quae per ipsos fauore ei exhibebunt: & eos qui eius leges transgressi sunt, in sempiterna mittat supplicia.

Tertia conclusio, Animam esse immortalem Aristoteli cognouit. Suadetur primo, quia 3. de Anima text. 5. plane affirmat intellectum possibilem immixtum esse corpori, propterea quod per ipsum vniuersa intelliguntur corpora: si enim mixturam haberet corporis, impediretur ne alia corpora possent intelligere, vt iam esse posuimus. Et inde rursus elicit esse separatum, hoc est, in sua substantia non dependere a corpore, atque adeo esse immortalem & perpetuum. Et text. 19. & 20. idem inquit de intellectu agentis, non pe, esse immixtum & separatum: cu ergo intellectus vterque potentia sit animae, fit vt anima ipsa etiam sit immortalis & perpetua, na vt Philosophus ait in Practicament. cap. 5. non subsistentibus substantijs, non possunt accidentia, quae eis insunt, existere. Commentator vero non vult acquiescere, intellectum esse accidens, & potentiam animae, sed substantiam per se separatam & subsistentem, & vnum numero in omnibus hominibus: qui non inest eis vt forma, sed praestit vt motor, qui idecirco, mortuo homine, non extinguitur, neque alio nascente oritur, sed veluti idea permanens, successusque definit in alijs esse, & in alijs existere incipit. Et assignat disserimen inter animam & intellectum, nam animam dicit mortalem esse cum homine, intellectum vero perpetuo persistere. Delirant autem qui existimant hanc fuisse sententiam Aristotelis. Et qui commentatorem tuerent, fingunt intellectum instar Dei existere in rebus, quibus inest: quod imagi-

6. Ratio.

3. Conclusio

7. Ratio.

in imaginem quandam praesertim infinitatis, De enim ob id quod est infinita substantia, omnia virtute continens, in omnibus rebus existit per essentiam, praesentiam & potentiam, neque cui interuentibus interit, neque cum orientibus oritur: quod creaturae tribuere dementia est: id quod lumen ipsum natura le docet nam Plato, vt D. Th. 1. parte. q. 70. art. 3. & lib. 2. contra Gentes. c. 57. refert, non negabat intellectum esse potentiam animae, sed aiebat, non inesse corpori tanquam forma, sed adesse tanquam eius motricem, vt intelligentiae mouent coelum. Platonis tamen omisiss, Aristoteli plane commentatori aduersatur. Primum. 2. de Anima text. 5. vbi ait, de animae autem ea parte qua cognoscit atque cupit, siue sit separabilis, siue non, considerandum est. Vbi aperte intellectum possibilem appellat partem potentialem animae. Et text. 17. & 18. subdit intellectum agentem, & possibilem existere in anima, tanquam efficientem & materiam, non ergo somniauit intellectum esse rem substantialem ab anima separatam. Et ratio id ostendit, nam Aristotele. 1. de Anima text. 64. supponit actiones non esse naturarum in abstracto, aut partium, sed oppositorum, anima enim non dicitur texere, aut edificare, sed homo, eodem modo intellectus non intelligit, sed homo, vel anima per ipsum, praesertim separata.

Et quoniam status litis in hoc stat, quid Aristoteli de immortalitate animae senserit, & quia ex hoc dependet definitio litis, an intellectus sit potentia animae, & ab ea inseparabilis, id probatur, quia ibidem Aristoteli intellectum agentem appellat habitum & lumen, nomen autem habitus, formam inherere per modum permanentis significat: sed dicitur lumen, quia illustrat species phantasiae, vt sunt intelligibiles, sicut lumen sensibile facit colores visibiles, neque alius modus est cogitabilis quam quod mediantibus phantasiis producitur species immateriales & intelligibiles virtute intellectus agentis in intellectu possibili, qui illis informatus producit notitiam. Ex quo palam fit, intellectum agentem & possibilem esse potentias animae: de intellectu autem agente quod sit ceu motor ab anima separatus, vt est intelligentia orbis, apparetur sufficiens Auicena, & Alexander Aphrodisaeus, & Caietanus super textum decimum septimum. 3. de Anima in expositione S. Tho. Male tamen id sustineri potest: de intellectu autem possibili nulla est apparetia rationis, vt ponatur separatus: nam

Aristoteli appellat illum id quo anima sapit & intelligit, sicuti visus est, quo videt, auditus quo audit: principium autem quo formaliter est in agente, praesertim cum intelligere sit quodam pati, & actio permanens in agente, vt 3. de Anima text. 2. ait Aristoteli. vnde cum expresse dicat intellectum possibilem esse immixtum & perpetuum, id ipsam profiteretur de anima sentire. Fatemur aliud placitum Aristoteli, qui mundum credidit ab aeterno fuisse, rem fuisse apud ipsum difficilem, nam in de coelestibus sit, infinitas animas esse productas, quae si simul perisset, immortales sunt, erunt actu infinite, quod dicitur 3. Physicorum negat. Et hinc non solum de mundi aeternitate suam opinione fuit seductus, verum & de animarum creatione nihil firmum, sed nutando & bacillando scripsit. Vnde merito Clement. Firmiter de summa Trinit. & si de Catho. tanquam veritatem ex sacra pagina plane deductam explicans, eos condeminat, qui dicerent intellectum & animam non inesse corpori tanquam formam, aut non inesse singulis corporibus singulas animas, aut non esse immortales. Et idem definitum est in Concilio Lateranensi, sessione. 8.

Aliud apud Aristoteli est familiare, quod vbi ait intellectum aut mentem esse separatam, non intelligit actu tunc nulli inherere, sed quantum est de natura sua esse per se subsistentem, quod est dicere, per se natura sua per solum generalem Dei concursum posse subsistere extra corpus, perinde atque in corpore. Angelus enim & anima sic differunt, quod Angelus est substantia spiritalis per se perfecte subsistens, adeo vt nulli corpori possit tanquam actus & forma inherere, sed solum mouere corpus anima vero non vsque adeo perfecte per se subsistit, quin sit etiam actus & forma corporis, quo nihilominus consumpto, persistit.

Veritatem hanc de immortalitate animae Philosophus lib. 2. de gener. animalium. c. 5. expresse affirmat, dicens, mentem extrinsecus aduenire, & esse Diuinam, mens autem pars est intellectus animae: & quoniam intellectus agens species faciat intelligibiles, possibilis tamen est, quo homo intelligit, ideo mens vtrunque intellectum amplectitur, & ideo nomine illo mentis animam intellexit, quam dixit extrinsecus aduenire, ea ratione qua miferat. Et quod hic fuerit eius sensus inde constat, quod illic fermonem habebat de alijs formis substantialibus, quae educuntur de potentia materiae: & illa ratione

2. Ratio.

3. Ratio.

telligi vno modo, vt sit differentia specifi-  
ca, sicut inter scientiam & opinionem: & isto  
modo non famit hic imperfectum, ita vt  
perfecta virtus semper specie differat a virtu-  
te imperfecta, nam eade qualitas que prius  
est dispositio & imperfecta virtus, post sit ha-  
bitus & perfecta virtus. Secundo modo vt  
differant penes intentionem & remissionem:  
nec illo modo hic famitur: stat enim quod  
virtus imperfecta intensior sit qua perfecta  
saltem in via Sancti Thomae. vt in actibus  
constat: potest enim quis non habere virtu-  
tem nimis intensam, & conatu amplius ope-  
rari qua alius, qui habet habitum, qui non  
tantum conatur, & si solum se exerceat in  
vna sola materia, potest habere adum in-  
sufficiens circa illam materiam, & tamen no  
erit virtus, quia non operabitur firmiter &  
in omni euentu. Tertio modo, vt habeat om-  
ne id, quod est de ratione virtutis, & taliserat  
perfecta virtus, & differat ab illa, que est im-  
perfecta, quia habet totum quod requiritur  
ad hoc vt sit virtus, hoc est, habitus, quo quis  
operatur, sciens, eligens firmiter propter hoc  
& in omni euentu, vt Aristoteles. 2. Ethic. expli-  
cat, ita vt talis habitus dicatur sufficiens, vt  
quis simpliciter bene operetur: imperfecta  
tamen virtus est, que est inclinatio ad ali-  
quod bonum, non tamen est sufficiens ad hoc  
quod agat omne bonum, & secundum omnes  
circumstantias. Itaque est differentia, quam  
statuit Aristoteles. 1. Ethic. lectione. 4. inter age-  
re iuste, & agere iustum: nam ad hoc quod  
quis iuste agat, & sit iudicius, non sufficit  
quod aliquando aliquod bonum opus fa-  
ciat, sed oportet quod semper & delectabi-  
liter, & in omni euentu. Secundo est notan-  
dum, quod cum dicimus ad esse virtutis re-  
quiri, vt firmiter & in omni euentu opere-  
tur, intelligi debet regulariter in casibus re-  
gulariter contingentibus & occurrentibus,  
sicut ad hoc quod mulier sit temperata, suf-  
ficit quod per concupiscentiam in calibus,  
qui vt plurimum contingunt, intemperate  
non ageret: nam si oblato periculo mortis,  
vel si offerretur ei quod in reginam assu-  
meretur, si talis stuprum vel turpitudinem car-  
nis admittere, nihilominus simpliciter tem-  
perata diceretur, nam sicut per vnum actum  
temperantiam non dicitur quis simpliciter te-  
peratus, ita nec per vnum actum intemperan-  
tiam intemperatus. Tertio aduertendum, quod  
omnes Doctores scholastici eadem dist. 36.  
in vnaqueque virtute tres gradus assignant,  
scilicet, gradum continentiam & temperan-

tiam, & gradum heroicam. Almain. in Morali-  
bus, tracta. 5. c. 10. inquit, quod quando pas-  
siones sunt vehementes, & illis resistimus,  
tunc est virtus in gradu continentiam, siue sit  
materia temperantiam, siue fortitudinis, siue cu-  
iuseunque alterius virtutis: quando vero pas-  
siones sunt sedate, tunc est virtus in gradu  
temperantiam: quando vero nullae sunt iam  
passiones, est virtus in gradu heroico. Itaque  
fortitudo esse potest in gradu temperantiam  
& liberalitatis, & continentiam in gradu tem-  
perantiam, nam virtutes aliquando accipiuntur  
specialiter, sicuti temperantiam, que ver-  
satur circa delectabilia gustus & tactus, alii  
quando generaliter, vt sunt gradus omnium  
virtutum. Gradus isti deducti sunt ex Aristotele. 6.  
Ethic. cap. 10. vbi inquit, quod in moralibus  
actibus cauendum est a vitio, & ab inconti-  
nentiam, & a bestialitate. Prima duo mani-  
festum est habere contraria: bestialitati autem  
contraria est heroica virtus: incontinentiam  
vocat, quando appetitus est inordinatus per  
vehementes passiones, ratio tamen manet  
integra, vt iudicare possim, quod id est ma-  
lum, nihilominus passionibus vehementibus  
vincimur: vitium vero vocat, quando ra-  
tio est etiam peruersa: & bestialitatem, quan-  
do ratio vitio excecatur, vt omnino homo  
ratione iam nullo non differat. Per opposi-  
tum moderni in vnaqueque virtute tres gra-  
dus istos assignant.

Nihilominus nos statuimus sequentes pro-  
positiones. Prima propositio, In rei verita-  
te ita est, quod isti tres gradus sunt in vna-  
queque virtute. Secunda propositio, Pri-  
mus gradus recte continentiam vocari potest,  
postquam contrarium Aristotele. incontinentiam  
vocat. Et Sancti Thomae. 2. 2. q. 55. arti. 2. etiam  
continentiam accipit generaliter, vt est con-  
ditio omnium virtutum: secundum tamen gra-  
dus non vocatur gradus temperantiam, neque  
vquam Aristoteles. fortitudinem vocasset gra-  
dum temperantiam, nam temperantiam nun-  
quam vocat nisi circa delectabilia gustus vel  
tactus, & gradum illum medium absolute vo-  
cat virtutem, & vltimum gradum Aristotele. vo-  
cat heroicam, qui est gradus perfectae virtu-  
tis, & alii duo in rigore sunt gradus imperfec-  
tae virtutis, non tamen virtutis simpliciter  
& absolute. Alii gradus hos vocant incipien-  
tium, proficientium, & perfectorum. Mo-  
dernistae ponunt virtutes connexas in gra-  
du heroico, non tamen in gradu medio: &  
Thomistae aliqui ita intelligunt Sancti Tho-  
mae, sed certe male, nam S. Thomae. per perfectam  
virtutem

1. Propositio  
2. Propositio

Scotus

virtutem intelligit secundum gradum, & in  
illo inquit, quod sunt connexae. Sententia Sco-  
ti stat in his conclusionibus.

Prima conclusio, Nulla virtus moralis est  
connexa cum alijs moralibus, sed quilibet  
sine alijs potest esse perfecta.

Secunda conclusio, Nulla virtus moralis  
est connexa cum vna prudentia generali.

Tertia conclusio, Quilibet moralis vir-  
tus est connexa cum sua prudentia particu-  
laris, temperantiam cum prudentia temperantiam,  
& sic de ceteris.

Aristoteles

Videamus tamen quid Aristoteles. 6. Ethic. c.  
10. senserit: ex processo ibi conclusionem hanc  
probat, impossibile est esse prudentiam sine  
virtute moralis: & statim cap. 11. probat,  
quod e contrario impossibile est esse virtu-  
tem moralem sine prudentia. Moderni omnes  
qui repugnant S. Thomae, duas istas con-  
clusiones concedunt, tanquam Aristoteles. sed  
differenter eas intelligunt a S. Thomae: nam  
Sancti Thomae intelligit, quod quilibet vir-  
tus moralis est connexa prudentiam vniuersa-  
li, moderni intelligunt, quod sunt connexae  
cum sua prudentia particulari. Et Aristoteles. loco  
citato ita clare loquitur, sicut S. Thome. & ratio  
Aristoteles. est, temperantiam non potest esse  
sine prudentia, & prudentiam non potest esse  
sine omnibus virtutibus, quia debet recte  
iudicare de omnibus, ergo temperantiam non  
potest esse sine alijs virtutibus.

S. Thomae

Ratio & fundamentum Sancti Thomae est  
Aristoteles. que est, omnis virtus habet ope-  
rari firmiter & in omni euentu, si ergo, ver-  
bi gratia, temperantiam, ad hoc quod sit virtus  
requiritur, quod in omni euentu delectabili-  
ter actibus recte vitatur, arguitur sic, Si sit  
mulier, que nullis passionibus concupiscentiam  
consentiret, nihilominus propter auaritia-  
m, vel turpem quastum stuprum, sicuti  
meretrice admittet, illa temperata non es-  
set, ad hoc ergo quod temperata sit, requiritur  
etiam quod sit liberalis: & dato quod pro-  
pter aliquod istorum stuprum non committeret,  
si tamen illi tyrannus mortem minaretur,  
timore mortis posset voluntati illius ac-  
quiescere: vt ergo nimis resistat, requiritur  
quod sit fortis: & dato sit liberalis, & fortis,  
si princeps premium & simul honorem ma-  
ximum illi offerret, vt eo congrederetur,  
vt temperantiam sciret, requiritur, quod ha-  
beat virtutem, que circa honores moderan-  
dos versatur. Ex quo manifeste conuincitur,  
non esse perfectam temperantiam, nisi habeat  
omnes virtutes: quis enim affirmaret, quod

meretrice, que ex sola causa auaritie peccat,  
sit temperata? Et confirmatur, nam que me-  
chatur propter furtum, licet ab obiecto & si-  
ne denominetur fur, vt etiam tamen peccatum  
mechic committit, & ex illis actibus genera-  
tur vitium intemperantiam, & ipsa vere me-  
retrix dicitur, conuincitur ergo ad hoc quod  
sit perfecta temperantiam, requiri omnes alias  
virtutes habere adiunctas. Ex quo constat ve-  
ritas sententiam S. Thomae. nempe, quod virtu-  
tes morales in esse perfecte virtutis sunt con-  
nexae, & virtutes morales omnes connectun-  
tur vni prudentiam.

Gabriel responderet ad S. Thomae. quod qui  
habet solum habitum temperantiam, per illum  
vincet omnem difficultatem circa materiam  
temperantiam, vt cupiditatem pecunie, & me-  
tum mortis, & honorem sibi oblatum. Sed  
contra hoc est ratio conuincens, quia vna-  
queque virtus habet specialem actum, qui  
solum versatur circa proprium obiectum,  
& sic ad vincendum alias difficultates requi-  
runtur alie distincte virtutes.

Ad rationes modernorum, & precipue ad  
argumenta Scoti respondeo. Primum autem  
alioem est, quia virtutes sunt diuerse perfe-  
ctionis circa diuersa obiecta, sicuti & diuer-  
si sensus, sicut ergo potest esse visus sine au-  
ditu, & gustus sine visu, ita ergo potest esse  
temperantiam sine alijs virtutibus. Respondeo  
negando rationem similitudinis: virtu-  
tes enim non sunt omnino diuerse perfectio-  
nis, sed sunt connexae, sicuti intellectus &  
voluntas, quarum vna sine alia esse non po-  
test, nam materiam omnium virtutum sum quo-  
dammodo connexae, nam vt quis firmiter  
operetur circa delectabilia tactus, oportet  
quod sit bene dispositus circa cupiditatem  
pecunie, nam si sit cupidus, per concupiscentiam  
illam a bono temperantiam facile potest  
anerti.

Secundo argumentatur Scotus ex diffini-  
tione virtutis, quia virtus est habitus electi-  
uus in mediocritate consistens, vna autem vir-  
tus non diffinitur per respectum ad aliam,  
ergo vna virtus sine alijs potest esse perfe-  
cta: respondemus negando quod in diffini-  
tione virtutis non includatur respectus ad  
aliam, vel connectio virtutum, nam inquit,  
quod virtus consistit in mediocritate prout  
sapiens determinauerit, nomine autem sapien-  
tis prudentiam intelligit, quia omnis virtus  
prudentiam requirit, que non est sine omni  
virtute, vt. 6. Ethic. cap. 2. dicit Aristoteles. quia  
qui non est prudens continens esse non po-  
test.

test. Et idē sentit de omni virtute. Et 2. Ethic. cap. 4. ex professo probat, non esse virtutē, nisi quis inmiter & delectabiliter, & in omni euentu operetur. Et ex hoc respōdeo ad tertium argumentum, quod est commune, si quis enim in materia vnius virtutis se exerceat, & non in alijs, quia forte materia non occurrunt, tunc vna virtus sine alijs acquiritur, ergo. Respondeo negando quod talis sit virtus: bene acquiritur qualitas aliqua inclinans ad opera illius materiae, puta temperantiae, sed tamen non erit virtus temperantiae, quoad usque virtutes alias acquirat, quia nō delectabiliter firmiter & in omni euentu operabitur. Quod si in istis, quia poterit habere prudentiam circa materiam illam, & non circa alias, poterit ergo recte iudicare de materia illa temperantiae, & non de alijs. Respondeo negando antecessus, quinimo prudentia esse non potest, nisi sit omnium agibilibus, nā dato quod mulier nullā cōcupiscentiā carnis patiatur, si tamen auara vel timida sit, iudicauit ex auaritia vel metu fornicandum esse. Et haec est ratio Aristot. quare possit vnam prudentiam generalem: prudentia enim in materia temperantiae esse non potest, nisi omnes habeat virtutes, nā ex indispositione appetitus corrumpitur iudicium prudentiae. Et ita Cicero lib. 3. Tullula. questio. probat, quod virtutes omnes sunt connexae. Et Seneca, & Macrobius, & omnes recte philosophantes pro indubitato habent.

Argumentum quartum est vrgens, quod est, non obstat quod vir aliquis sanctus virtutes omnes morales habeat, cui occurrere non potest materia aliarum virtutum, vt si sit religiosus, si occurrere non potest materia magnificētia, neque magnanimitatis: & si sit coniugatus, occurrere non potest materia virginutis: & tamen negandum nō est, quin ille talis sit studiosus, ergo. Respondet Sanct. Thom. ad secundum, quod sunt quaedam virtutes morales, quae perficiunt hominem secundum aliquem euinētem statum, sicut magnificētia & magnanimitas, & quia exercitium circa materias harum virtutum non occurrit vnicuique communiter, potest aliquis habere virtutes morales sine hoc quod actu habeat habitum harum virtutum: acquisitis tamen alijs virtutibus, habet istas virtutes in potentia propinqua: cum enim aliquis est liberalis circa mediocres donationes, & sumptus, si superueniat ei abundantia pecuniarum, modico exercitio acquirit

habitu magnificētia; illud autem habere dicimus, quod in promptu est, vt habeamus secundū illud Philof. 2. Phis. Quod parum distat nihil distare videtur.

Dubiū tamen est, an virtutes morales possint esse sine charitate. Supposita distinctione, satisfaciunt quæstio Sanct. Thom. art. 2. tribus conclusionibus. Distinctio est, Virtutes morales aliae sunt infusae, & aliae acquisitae. Tunc est prima conclusio, Virtutes morales acquisitae possunt esse sine charitate. Probatur, quia ordinant hominem ad felicitatē humanam naturalem, non ergo indigent disponi per charitatem ad finem supernaturalem.

Secunda conclusio, Virtutes morales infusae, quae ordinant hominem ad bonum regulatum ratione supernaturali, sine charitate esse non possunt, sed cum illa infunduntur, & quando illa perditur, perduntur. Probatur, quia virtutes infusae sine prudentia infusa esse non possunt, sicut nec morales acquisitae sine prudentia acquisita: eodem enim modo prudentia infusa virtutes infusae dicitur, sicuti acquisita acquisitas: sed prudentia infusa sine charitate esse non potest, ergo: minor probatur, quia prudentia esse non potest, nisi appetitus recte sit dispositus circa finem: per charitatem autem bene disponitur ad vltimum finem supernaturalem.

Tertia conclusio est, vt corollarium, Sole virtutes infusae dicenda sunt simpliciter & perfecte virtutes: aliae secundum quid, quia non ordinant hominem ad finem simpliciter vltimum, sed tantum humanum.

In duabus prioribus conclusionibus conueniunt Doctores scholastici cum S. Thom. Marsilius singulariter tenet, quod morales infusae sunt eiusdem speciei cū acquisitis: & secundum illum, si quis sit in mortalibus, perditur charitas infusa, & manent virtutes acquisitae, si tamen morales infusae essent eiusdem speciei cū acquisitis, videtur quod deberent cū illis manere: sed quia contrarium est verum, specie enim differunt. Et dato eiusdem speciei essent, concludendum non est, quod manent, quia sunt dona Dei, quae non dantur nisi amicis. Item, quia solum disponunt appetitum ad operandum secundum regulas naturales in ordine ad finem supernaturalem: vnde amissa charitate circa finem, amittuntur virtutes circa media.

Circa tertiam conclusionem, S. Thom. inquit, virtutes acquisitae non esse simpliciter virtutes, est dubium, quia Scorus, Duran-

1. Coclusio.

2. Conclia.

3. Conclia.

Marsilius.

Virtutes acquiruntur ab simpliciter virtutes.

duo, Gabriel, & omnes moderni loco citato tenent, quod sine charitate sunt simpliciter virtutes, sicut erant in Gentilibus, qui simpliciter studiosi erant, licet neque fidem neque charitatem haberent. Et probatur, quia distinctio virtutis moralis nullum ordinem dicit ad finem vltimum, sed per naturalem, sed ad esse virtutis sufficit, quod sit habitus electius in mediocritate consistens, & quod operatio sit propter hoc, hoc est, propter finem honestum: sed ille possunt in infidelibus esse, & in Christiano peccatore, ergo. Tum etiam, quia status naturalis & supernaturalis sunt duo status distincti, ergo vterque potest esse sine alio perfectus esse, & per consequens virtutes naturales sine supernaturalibus possunt esse vere & simpliciter virtutes. Ad hoc nos respondemus, quia in re Sanct. Thom. conuenit cum scholasticis modernis, & nomine tantum differunt: nam quantum ad rem omnes concedimus, quod actus virtutis acquiratur sine fide & sine charitate potest esse moraliter bonus: non enim Sanct. Thom. confentit cum Gregorio Arimino, neque cum B. Augustino, quod omnes actus infidelium sunt peccata. Item, omnes cum Sanct. Thom. conueniunt, quod tales actus non possunt esse meritorii. Vnde tantum est quæstio, an dicende sint virtutes. Et S. Thom. affirmat, quod non, alij vero quod sic. Caietanus intendens concordare S. Thom. cum modernis inquit, quod secundum philosophos morales dicenda sunt simpliciter virtutes, quia illi solum finem naturalem respiciunt: secundum tamen Theologos, qui finem supernaturalem considerant, non sunt simpliciter virtutes. Haec tamen concordia non satisfaciunt, quia Sanct. Thom. non ait, quod secundum Theologos non sunt virtutes, sed simpliciter & absolute inquit, non esse virtutes: vnde mens illius est, quod virtutes ille secundum morales philosophos non sunt virtutes simpliciter, sed solum secundum quid, quia existimat non esse virtutes simpliciter, nisi ordinentur ad vltimum finem simpliciter. Ratio est, quia finis vltimus supernaturalis vere & simpliciter est finis vltimus hominis ad quem naturalis felicitas ordinatur. Et in via Sanct. Thom. ita est affirmandum. Et probatur apparetur, primo, quia peccatores, qui in charitate non sunt, vere & simpliciter non sunt prudentes nec sapientes: cum autem virtutes dependant a prudentia, sequitur quod in illis non sunt simpliciter virtutes. Confir-matur, quia nullus est in peccato, qui non fa-

ciar contra aliquam veram virtutem: & quia illam virtutem firmam non habet in omni euentu, ex consequenti alias virtutes nō habet. Quod si arguas, quod diffiniuitur per vnum actum virtuosum non impediri nec tolli, quin sit studiosus, respondeo, quod illud intelligimus humano modo, non tamen simpliciter. Secundo probatur, ad hoc quod alij qua sit virtus simpliciter, debet esse habitus operatiuus firmiter & in omni euentu, requiritur ergo quod operetur bonum, secundum quancūque regulam rationis boni fuerit: virtutes ergo naturales, quae solum agunt secundum regulas rationis naturalis, si regulas supernaturales non seruent, non sunt simpliciter virtutes. Verbi gratia, si quis optime vteretur cibis quantum ad corporis valetudinem, si tamen in quadragesima non ieiunaret ad corpus macerandum, non esset temperatus simpliciter, idem ergo erit de singulis virtutibus. Vltimo, quia Romanus esto fortissimi essent secundum humanam existimationem, tamen quia tyranni iniusti erant, non erant fortes simpliciter: indicere enim bellum iniustum non est fortitudo simpliciter, nam regulae Diuinæ corrigunt humanas. Et hanc sententiam tenet S. Thom. 2. 2. q. 27. art. 7. vbi latius probat, virtutem acquiram naturalem non esse simpliciter & perfecte virtutem, sed tantum secundum quid.

Dubium aliud est e contrario, postquam morales non sunt sine charitate, an charitas possit esse sine illis. Et respondet Sanct. Thom. articulo. 3. negatiue. Nunquam est charitas, quin simul cū illa sint morales infusae. Probat, quia Deus non imperfecte operatur in operibus gratiae, quam in operibus naturae: in operibus autem naturae, vbi est principium essentiale operatiuum, simul infunditur potentia naturalis, quae ad opus illud requiritur, sicuti cum anima infunduntur complexiones & accidentia, quae ad opera humana requiruntur; charitas autem est principium operatiuum ordinans nos in finem supernaturalem, simul ergo cū illa infunditur virtutes circa media, quae sunt distincta ad consecutionem illius finis, vt temperantia circa delectabilia tactus. Conclusio haec S. Thom. supponit virtutes morales infundit nobis à Deo, quod Sanct. Thom. diffiniuit 2. 2. q. 63. artic. 3. Et probat ex illo Sapient. 8. Sobrietatem & iustitiam docet prudentiam & virtutem: ratione, quia effectus proportionari debet suis causis, virtutes autem omnes produ-

prodacuntur ex certis principijs, vt aliqua principia sunt naturalia, vt synderesis & inclinatio voluntatis circa finem naturalem, sic ergo virtutes Theologicae sunt principia supernaturalia circa finem supernaturalem, ergo sicut ex principijs naturalibus circa finem naturalem prodacuntur virtutes morales naturales circa media, ita & ex principijs supernaturalibus circa finem prodacuntur aliae virtutes supernaturales circa media, & illae sunt morales: quia Doctores scholastici moderni, 3. sent. dist. 33. aliqui negant morales infusas, alij problematice sustinent, intelligere oportet quod in scriptura sacra eadem apparetur est de infusione moralium, sicuti de infusione Theologarum, vt est in Sapient. 8. Sobrietatem & iustitiam docet prudentiam & virtutem: sermo enim illic est de sapientia increata, quae quatuor illas virtutes condonauit, auxilio tamen & fauore speciali. Et Iacobi. 1. Qui indiget, sapientiam postulet à Deo: quod non de fide, sed de prudentia & omnibus virtutibus intellexit. Et capit. maiores de baptis. & eius effectu: & Clementina de summa Trinit. & fide Catholica, generaliter asserit in baptismo in fundi virtutes, sicuti Theologi asserunt, non distinguendo inter Theologicas & morales. Et Magist. sentent. 3. dist. 34. & ibidem Theologi ponunt dona à virtutibus Theologicis distincta, gratis ergo negant morales infusas. Tum etiam, quia morales infuse inclinant ad bonum regulatum ratione supernaturali, acquisite vero solum ratione naturali regulatum: vt temperantia naturalis inclinatur ad ieiunandum sit propter valetudinem corporis, temperantia autem supernaturalis quod ieiunandum sit ad corpus macerandum, & in remissionem peccatorum. Et hoc est fundamentum sententiae Sancti Thomae, quod sicut ex inclinatione finis naturalis oriuntur virtutes naturales, ita ex charitate, quae est amor finis supernaturalis, pullulant virtutes supernaturales circa media. Et de prudentia infusa est vrgens argumentum, nam ad seruandum praecipua supernaturalia, verbi gratia, de sacramentis, requiritur prudentia supernaturalis, nam si naturalis sufficeret, etiam gentes seruare possent. Nec solutio Scoti aliquid valet, nempe, quod sufficit fides, nam fides non est cognitio practica sed speculativa, sicut in naturalibus philosophia moralis. Vnde sicut praeter scientiam moralem requiritur prudentia naturalis, ita praeter fidem requiritur prudentia supernaturalis ad ser-

uandam legem de baptismo, de confessione & caeteris sacramentis. Est etiam argumentum maximum de penitentia infusa, nam est virtus, quae per se sufficit peccatorem amicum Dei efficere: est enim dolor de peccatis propter Deum, ad Deum autem nullus venire potest sine eius auxilio speciali, iuxta illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum, & eadem ratio ex parte finis est de omnibus virtutibus tam moralibus quam Theologicis, quia praecipua Diuina sine Diuino auxilio adimplere non possumus: adiuuat nos ergo Deus tam per virtutes morales infusas, quam per Theologicas. Et vltima ratio est, quam Scotus contra se format, quia virtutes morales, vt Augustinus inquit, debent in patria manere: singulus enim pueri baptizatum, qui ante vltimum rationis moriatur, si ille virtutes non recepit in baptismo, & eas habebit in patria, quando illas acquisiuit? Ait Scotus, quod illi infunduntur in primo statu beatitudinis. Secundo inquit, quod potest illas in caelo acquirere: sed quam inanis solutio sit, non est caecus, qui non videat. Vnde qui concedit virtutes Theologicas infusas, perperam negat & morales infusas, nam sicuti fides est necessaria ad cognitionem supernaturalem, ita & prudentia respectu agibilibus per rationes supernaturales, & per consequens virtutes potentias mouentes per rationes supernaturales. Et dato alia ratio non esset, haec esset sufficiens, quod virtutes non acquiruntur nisi per longum tempus & magnum labor: quare Deus, quia omnia suauiter disponit, non solum ordinauit in baptismo infundi virtutes circa ipsum immediate, sed etiam circa omnia alia obiecta, circa quae possumus virtutes acquirere. Hoc ergo supposito quod sunt ponenda morales infusae arguitur primo, quia videtur quod sola charitas sufficeret sine alijs virtutibus. Probatur, quia secundum Apostolum. 1. Corinth. 13. Charitas omnia suffert. Respondeo, quod charitas vno modo per se seclusa quacunque alia virtute, intelligi potest, quod omnia suffert: & sic negamus, sicut ignis sine calore calefacere, non potest. Et ratio est, quia non sufficit perfectio in potentia mouente, nisi potentia obedienter etiam sint perfectae, vt licet voluntas immediate esset perfecta in ordine ad Deum, nihilominus requiritur quod irascibilis sit perfecta circa sua obiecta, & concupiscibilis circa sua. Si autem intelligatur quod charitas sola sufficit, id est, ad illam consequuntur

tur aliae virtutes, verum est.

Secundo arguitur, stat quod aliquis sit in charitate qui nunc refurgit à multis peccatis, & tamen non experitur se promptum in operibus virtutis, alij ergo virtutes non infunduntur cum charitate. Respondeo, differentiam esse inter virtutes infusas & acquisitas, quia infusae compatiuntur secum passionibus contrariis & vehementes, vt experientia in casu argumenti docet. Ratio est, quia non sunt genitae ex actibus nostris, per quos passionibus reprimuntur, virtutes vero acquisitae non stant cum passionibus vehementibus, quia sunt genitae ex actibus nostris: ideo qui habet virtutes acquisitas, promptum se inuenit ad operandum, non tamen qui habet infusas propter contraria impedimenta.

Dubium tamen restat, an virtutes infusae aliquo modo inclinent potentiam illam modo aliquo facilitando. Videtur enim ex S. Thom. ad secundum, quod non: & ita tenent omnes moderni propter hoc argumentum, nempe, quod charitas infusa & caeterae virtutes infusae nihil ad promptitudinem faciunt, sed solum ad intentionem actus. Nihilominus dicimus, quod infusae etiam faciunt ad promptitudinem, vt ait S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 7. alias caeterae virtutes parum profectus, nisi nos iuuarent: non tamen experitur promptitudinem infusarum, sicut acquisitarum propter rationem dictam: nihilominus tamen est aliquis experientia, nam paruulus baptizatus promptior est ad opera virtutum, quam paruulus Gentilis, quia tamē haec educationi & complexioni naturali attribui potest, ideo non est tanta experientia: habitari tamen non debet, quin Deus virtutes infundat ad adiuuandum specialiter Christianos: experimur enim pessimum ad fidem reuenter conuersum, maiorem promptitudinem ad studiose operandum in se experiri, quam antea habebat.

Dubium aliud est, an fides & spes possint esse sine charitate. Respondet S. Thom. art. 4. tam fides quam spes imperfecte possunt esse sine charitate, non tamen perfecte. Probat, imperfecta virtus est quae ad aliquod opus inclinatur, quod de genere suo est bonum, licet non fiat bene perfecte, autem, quae inclinatur ad opus bonum, vt bene fiat, opus autem fidei est credere Deo, quod est propria voluntate illi assentiri cum rationibus non est cōiunctus, hoc autem facere potest homo in mortali, ergo fides esse potest sine charitate, non tamen perfecte, quia tunc potentia ali-

qua perfecte exit in opus, quando potentia est perfecta, cum ergo credere dependeat à voluntate, si voluntas non est perfecta per charitatem, opus non erit perfectum, quia omnis perfectus motus voluntatis pendet ex amore. Eodem modo probat de spe, quae est beatitudinem à Deo sperare, quae debet esse ex meritis: nam si speret ex meritis, quae actualiter non habet, talis non spes sed praesumptio est: si vero speret per merita, quae habiturus est à peccato refugendo, spes est imperfecta, tamen spes perfecta beatitudinis à Deo & ex meritis debet esse, & haec ex charitate procedit.

Dubium est circa verba illa Sancti Thomae, quod credere est proprie voluntati assentiri. Scotus, 3. dist. 25. q. 2. ait, Fidem non dependere à voluntate: alias sequeretur, quod si alicui proponeretur astra esse paria, posset per imperium voluntatis assentiri. Quae tanus articulo isto concedit consequens, quod tamen inopinabile est, nisi Deus alicui reue lasset, quia tunc de fide esset astra esse paria, sicuti Deus est trinus & vnus. Et ita intelligi debet Caietanus. Si vero Scotus inferre velit, quod citra reuelationem possemus assentiri, negamus consequentiam, quia licet credere sit per imperium voluntatis, id tamen sine rationabili motu non sufficit.

Conclusiones S. Thomae. ad omnibus conceduntur: notandus est tamen modus loquendi, dicit enim, quod fides sine charitate manet, sed tunc non habet statum perfectum virtutis. Omnes qui admittunt morales infusas, concedunt quod per quodcumque mortale simul cum charitate perduntur omnes, manent tamen fides & spes in formae, quia fides non amittitur nisi per infidelitatem, & spes nisi per desperationem: & nullus est qui probet, sed pro comperto relinquunt, quia homicida, vel adulter manet vere Christianus & fidelis, relinquuntur ergo in illo fides & eadem ratione spes, quia adhuc potest beatitudinem sperare.

Dubium tamen est, quare morales infusae non manent sicut fides: arguitur enim sic, Sicut fides & spes infunduntur cum charitate, ita & morales infusae, sicuti ergo manent fides & spes sine charitate, ergo manebunt alij, vel si alij non manent, ergo nec fides. Videtur enim quod si morales informes manere non possunt, ergo nec fides. Respondet S. Thomae. ad primum, esse differentiam, nam morales infusae dependent à prudentia infusa, prudentia autem infusa sine charita-

te non solum non est virtus, sed neque est prudentia, quia qui non est debite dispositus circa finem non potest recte iudicare de medijs ad illi finem, ideo charitate amissa, prudentia manere non potest etiam in esse prudentiar: & cum omnes virtutes infuse dependent à prudentia infusa, ideo nulla manet: fides tamen licet in esse virtutis dependeat à charitate, in esse tamen fidei non dependet à prudentia, nam credere solum dicit assenti Deo voluntarie, & sic amissa charitate & prudentia, manet in esse fidei, licet non maneat in esse virtutis, & idem est de spe. Quod si quis infirmitate, probetque virtutes infusas manere sine charitate agens sic, existens in peccato potest se iunare propter rationes Divinas ad macerandum corpus, & dare elemosinam in remissionem peccatorum, ergo sunt virtutes infuse. Respondet, argumento eodem probari peccatorem habere charitatem infusam, nam quantum ad substantiam actus potest diligere Deum: ideo dicimus, ad hoc ut actus sit à virtute infusa, non sufficere quod habeat in obiecto rationes super naturales, vel Deum, sed requiritur quod in actu exercito ita sit: quando ego ieiuno ad placandum Deum propter peccatū, si tamen in illo maneam, non est à virtute infusa.

Dubium ultimum est, an charitas possit esse sine fide & spe. Respondet S. Tho. art. 7. conclusionem negativam, Charitas esse non potest sine fide & spe. Probat, supposito quod charitas non solum significat amorem, quo amamus Deum, sed mutuam amicitiam, qua amamus & amamur à Deo, ut patet ex illo, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo: amicitia autem ista & familiaritas in via esse non potest sine fide & spe, nam nisi credamus amico & in eo non speremus, familiaritas inter amicos non esset. Notandum quomodo charitas dicat amicitiam: sic enim arguitur, charitas est habitus, quo amamus Deum, ergo non est habitus, quo amamur à Deo, nisi actus quo à Deo diligimur, est subiectus in Deo. Et confirmatur, nam si charitate amamus, & diligimur à Deo, sequitur quod charitas esset gratia, quod Sancti Thomae contra communem opinionem negat: nam gratia est qua sumus grati & accepti Deo, si ergo per charitatem diligimur à Deo, charitas est gratia. Respondetur, quod S. Thomae non intendit asserere, quod per habitum charitatis, qui est in nobis, Deus formaliter nos diligit, neque ad glo-

riam acceptet, sed quod charitas est amor, quo Deum diligimus, connotando quod etiam nos diligamur ab ipso: sicuti amicitia inter duos amicos connotat, quod uterque alterum diligit, non tamen per eundem actum formaliter.

In conclusione S. Thomae. Doctores scholastici unanimiter conveniunt, neque charitas esse non potest sine fide & spe, fides vero & spes possunt esse informes & sine charitate. Ratio est, quia si quis diligit Deum, necesse est, quod in ipsum credat & speret: unde Cicero inquit, quod nulla esset amicitia inter nos & Deum, nisi aliquid ab illo sperarem.

Dubium tamen est de fide & spe inter se, an una possit esse sine alia. Almain. in Moralibus tractat. 3. cap. 9. tenet, fidem posse esse sine spe, & e contrario spem sine fide. Quantum ad primam partem verum est, & ita tenet Sancti Thomae. 2. 2. in materia de spe q. 17. art. 7. constat enim, quod si quis in peccato desperationis incidere, spem amitteret, & ex consequenti charitatem, & tamen non ideo esset infidelis, in tali ergo fides sine spe maneret: quinimo non solum via corruptionis, sed etiam via generationis, ut si quis baptizaretur, sacramentum baptismi volens recipere, & tamen si simul haberet peccatum desperationis, neque speraret ad beatitudinem pervenire, probabile est, quod tali infunderetur fides sine spe, nam virtus non impeditur ne infundatur nisi per peccatum, per quod corrumpitur: & cum ponat obicem spei per peccatum desperationis, non autem fidei, quia vult fieri Christianus, tali infunderetur fides sine spe: & ita ergo credo. Secunda autem pars, scilicet, quod spes possit esse sine fide, ego non credo, nec Thomae probat loco citato artic. 7. nam fides est fundamentum omnium virtutum: nec quis sperare aliquid potest ab eo cui non credit. Unde ad casum Almaini, si Christianus aliquis esset haereticus per peccatum infidelitatis, & non haberet peccatum desperationis, in tali, inquit, maneret spes sine fide & charitate, nos id negamus, immo amissa fide, quae fundamentum est omnium virtutum, amitteretur spes.

Pro Beato Augustino respondemus, quod quando affirmavit, virtutes, quibus in hac temporalis mortalitate praesentent, fortiter tenent, & iuste vivunt, nisi ad eandem licet temporalem fidem, quae tamen ad aeternam perducit, referantur, veras non esse virtutes,

tes, sentit cum S. Tho. loco citato dubio. 2. qui virtutes morales sine fide & charitate simpliciter & absolute non esse virtutes asserit: quod aut simpliciter & absolute non est tale, vere tale non est, sicuti quod simpliciter non est aurum, vere aurum non est: & hoc modo intelligit S. Thomae in Gentilibus non fuisse veras virtutes ex defectu fidei & charitatis. Unde licet Romani existimatione humana studiosi & fortissimi essent, tamen quia tyranni iniusti erant, simpliciter non erant fortes, neque studiosi, neque propter finem honestum, sed propter inanem gloriam vel cupiditatem operabantur, & bella gerebant: & ut diximus regulae Divinae humanas corrigere debent. Cum hoc tamē est certum, quod cum honeste & bene moraliter in lumine naturali operabantur, non peccabant, nam iuxta B. Ambrosium ad vigesimum secundum quesi tum diffiniuntur, non omnia opera infidelium esse peccata, sed ea quae ex infidelitate & radice eius procedebant, & ad idololatriam & idolorum cultum referebantur.

DECIMUM NONVM  
QVAESITVM.

An Spiritus sanctus proprie donum Dei sit.



ugustinus de Trinitate lib. 15. c. 19. asserere videtur, explicans quomodo Spiritus sanctus cecidit in illos, qui baptizabatur, esse donum Dei, in quantum datur eis, qui per eum Deum diligunt. Sic enim habet, Adhuc loquente Petro verba haec, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, & obstitit verum qui ex circuncisione fideles simul cum Petro venerant, quia & in nationes donum Spiritus sancti effusum est, audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Et infra, Cum cepissem autem loqui ad illos, cecidit Spiritus sanctus in illos, sicut & in nos in initio, memoratusque sum verbi Domini, sicut dicebat, Quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto: sicut igitur equale donum dedit illis, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Iesum Christum, ego quis eram, qui possem prohibere Deum non dare illis Spiritum sanctum? Et multa alia sunt testimonia scripturarum, quae concorditer attestantur donum Dei esse Spiritum sanctum.

ritum sanctum, in quantum datur eis, qui per eum diligunt Deum.

Doctores scolastici de hac questione. 1. sent. Magister dist. 17. alij dist. 15. & 16. S. Tho. 1. parte. q. 43. per octo articulos, & art. 5. quo querit, an missio inuisibilis Divinae personae sit sola secundum donum gratiae grati faciens. Respondet, quod Spiritus sanctus esse in creatura rationali per gratiam gratum facientem, & habitum in ea. Probat, quia creatura rationalis cognoscendo & amando Deum, attingit ad ipsum, & speciali modo Deus dicitur esse in creatura rationali, sicut cognoscit in cognoscendo, & amatum in amando, & habitum in ea sicut in templo suo: unde secundum solam gratiam gratum facientem mittitur & datur Spiritus sanctus creaturae rationali.

Secunda conclusio S. Tho. In domo ipso gratiae gratum facientis Spiritus sanctus habetur, & inhabitat hominem. Probat, quia illud habere dicitur, quo libere possimus uti vel frui, habere autem potestatem fruendi Divina persona, est solum secundum gratiam gratum facientem, dono ergo ipso gratiae Spiritus sanctus nobis datur, & intra nos habitat.

Dubium posset hic esse, quomodo persona Divina mittatur, an per actum amoris vel per solum habitum. Dicimus, quod quia perfectius dicitur Deum tenere per actum, quam per habitum, ideo missio Divinarum personarum fit in nobis per actum: quia tamē committere actus procedunt ab habitibus, & ad idola potest, quod persona Divina, neque Spiritus sanctus, principalis in nobis habitat per actum, & quodammodo etiam in nobis est per habitum.

Magister sent. loco citato disputat de missione inuisibili Spiritus sancti, & inquit, Spiritum sanctum inuisibiliter alicui donari, non est aliud quam Deum propter se, & proximum propter Deum diligere: & quando dilectio haec Dei & proximi alicui conceditur, tunc ipse Spiritus sanctus alicui donari dicitur, & quia dilectio haec idem est cum charitate, & charitas & amor idem sunt quod Spiritus sanctus, quia aeternus est & increatus, ideo tenet, quod non est charitas aliqua creata, sed solum increata, quae Spiritus sanctus est, & ille est qui nobis in dono datur.

Comunis schola Theologorum tenet sententiam contrariam loco citato: & S. Tho. 2. 2. q. 23. artic. 2. quo tenet, charitatem esse habitum in anima existentem, & esse aliquid creatum contra Magistrum. Advertendum tamen, quod Magister non expresse affirmat, dilectionem seu charitatem esse ipsum Spiritum sanctum.

Magister.

Non sanctum



sanctum in nobis existentem, sicuti habitus: hoc enim fatuū esset, sed ait, q̄ Spiritus sanctus ipse ad opera charitatis nos mouet per seipsum, & nō per sua dona. Quod licet falsum sit, nō tamen est haereticū, nam hoc Scotus, 3. dist. 23. de virtutib⁹ moralib⁹ dubitat, an sint infusus, vel an solus Spiritus sanct⁹ ad opera supernaturalia cū intellectu & voluntate cōcurrat. Durādus etiam habitus infusus, inquit, necessitate nō cogi vt eos ponamus. Fundamēta p̄cipua Magistri sūt hęc. Primum est illud. 1. Ioann. 2. Deus charitas est, ergo Spiritus sanctus est charitas. Secundo, quia fides & spes sunt imperfecte virtutes, ideo in patria nō manent, neque Spirit⁹ sanctus immediate ad opera illarum virtutum concurret, charitas autem manet in patria, ergo Spiritus sanctus est charitas. Probat, quia ad Dei visionem attingere non possumus per qualitatem aliquam mediam, sed Deus se solo ad illam in ratione medijs concurret, ergo. Tertio probat ex dictis Augustini, 15. de Trin. c. 17. qui inquit, Deū charitatem esse, & dona Spiritus sancti sunt ipsemet Spiritus sanctus.

Cōtra Magistrum.

Opinio ista Magistri nedum est falsa, sed est sine omni apparentia & ratione. Primo, quia Theologi omnes, qui simpliciter negāt habitus infusos, absolute negāt omnes, ipse tamen concedit fidem & spem infusas, negat autem charitatem: hoc autem alienū est ab omni ratione, ergo. Secundo arguitur ex illo Pauli, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, quo loco Patres omnes tradūt ibi designari duplicem dationem, qua Spiritus sanctus nobis datur, nempe, in dono, quod priorib⁹ verbis denotatur, & in seipso, quod designatur posterioribus verbis. Tertio probatur ex illo. 1. Corinth. 13. Nunc manēt tria hęc fides, spes, charitas, harum autem maior est charitas: vbi Paulus comparatiuē loquitur: si tamen de charitate increata loqueretur, cūm sit infinita, inanis esset talis comparatio, cū fides & spes finitæ sint. Vltimo Augustinus multis in locis differentiam assignans inter charitatem creatam & increatam, de increata inquit, q̄ neq; sub sensum cadit, neque excogitari potest.

Ad rationes Magistri respondet Sanct. Thom. ad primū, q̄ Augustinus, in quo fundatur, erat Platonius, ideo Platonicē loquebatur: sicut enim Plato affirmabat Perium esse hominem participatione hominis vniuersalis, ita ait Augustinus, charitatem

nostram esse participatam à charitate Dei. Quod si quaeratur, cū charitas nostra effectiue producatur à tota Trinitate, cur ergo potius Spirit⁹ sanctus dicitur in nobis per charitatem manere, & esse in cordibus nostris, quā Pater vel Filius. Respondemus, quod ex eo est, quia charitas in cordibus nostris diffunditur ad exemplar Spiritus sancti, qui est amor & dilectio, sicut Plato imaginatur de idea, quæ est causa exemplaris Petri vel Pauli. Ad secundum, quia charitas tanquā perfectior fide & spe manet in patria, respondeo negando sequelam: eodem enim modo probaremus, q̄ temperantia infusa esset Spirit⁹ sanctus: sed tantum sequitur, charitatem esse habitum perfectiorē habitū fidei & spei, non autem spiritum sanctum. Probatio Magistri est contra ipsum, ad visionē enim beatificam non attingit potentia nuda, sed lumine gloriæ eluata, & Deo concurrente, visionem producit in anima beati. Similiter respondetur ad tertium. Tenenda est ergo sententia S. Tho. & communis, charitatem esse habitum in anima existentem.

Dubium tamē est circa rationē S. Tho. inquit enim, q̄ charitas ex eo in nobis requiritur, quia alias actus aliorum habitū essent perfectiores. Cōtra hoc est argumentū, quia posset Deus se solo sic potentiam inuare, quod prompte & delectabiliter in actus charitatis feratur, nō ergo necessum est donum charitatis in anima existentē ponere. Pro solutione dicimus, S. Tho. non probare necessitatē charitatis, sicut alij Doctores: alij enim probant ex ratione meriti, quia tenent gratiam & charitatem idē esse, & quia per charitatem reddimur Deo grati, ideo charitas necessaria est. Sanct. vero Tho. probat, quia potentia per habitum debet prompte & delectabiliter operari: quando autem plura principia concurrunt ad aliquem actum, ad hoc quod actus sit perfectus, oportet vtrumque principium esse perfectum: sicuti calamus & scriba, ad hoc quod actus scribæ sit perfectus, oportet vtrumque principium perfectum esse: sic ergo cū ad actum charitatis cōcurrat voluntas nostra, & Spiritus sanct⁹, non sufficit Spiritum sanctum principium perfectum esse, sed etiam voluntatē ipsam. Perfectionem autem hanc habet à charitate in anima existentē, ergo. Et ad rationem, sicut Spiritus sanctus mouet nos per habitū, posset etiam nos sine habitu mouere, dicimus rationem S. Tho. in hoc fundari, quia si volūtas moueretur à principio extrinseco licet

sicut posset liberē moueri, non tamen prompte & delectabiliter moueretur, nisi ex propria inclinatione operaretur, & ideo requiritur habitus, vt ex propria & interiori inclinatione moueatur ad operandū: in alijs enim virtutibus experimus, q̄ qui sine habitu operatur, nō prompte & delectabiliter facit, neque oportet rationē demonstratiuam esse.

Ex hoc tamē dubium aliud oritur, quia licet probatum sit, habitum requiri, sed nō requiri habitū infusum, sufficit cuius acquisitus, qui ad finē supernaturalē potest mouere, qui ad finē ad se procedere. De hoc questione præceditē diximus, at nūc respondemus, q̄ requiritur habitus infusus animā perficiens, quia Deū diligere in omni cōtū, sicuti Deus præcipit, naturale nobis nō est: & quia natura infirma est, & passionib⁹ multis & corruptionibus implicata, ideo requiritur habitus supernaturalis. Secundo, quia cū primū homo ad vsum rationis venit, tenetur Deum diligere, tunc autē habitū acquisitum nō habet, necessari⁹ ergo est infusus. Et per hoc ad rationē, quæ cōtra S. Thom. formati solet, nēpe, quado quis venit ad vsum rationis, Spiritu sancto specialiter mouēte, liberē operatur, & tamē sicut cū habitu, posset sine habitu facere, ergo. Respondemus de potētia absoluta ita esse, quia tamē Deus omnia sua viter disponit, ideo mediātē habitu mouet. Quod si in istis, quia solutio videtur supponere nos ex naturalibus nō posse Deū diligere: quod tamē falsum videtur: homo enim Deum & benefactorem naturaliter diligit prompte & delectabiliter. De hoc alias diximus, nunc vero respondemus, dato admittamus voluntatē isto modo posse Deū diligere, scilicet, secundā quod est obiectum naturale ad equatū voluntatis, ad hoc tamē quod voluntas de facto in actum exeat prompte, delectabiliter, & in omni cōtū, vt sic Deum diligit, indiget dono aliquo, scilicet, charitate: & quia aliquado in via instāt varia pericula, & sepe mortis, ideo secundā sententiā S. Tho. cū primum quis venit ad vsum rationis, tenetur Deum diligere, tunc autem habitus non potuit acquisisse, indiget ergo habitu supernaturali, hunc autem dicimus charitatem, est ergo charitas habitus in anima existens.

Dubium aliud est circa rationē S. Thom. quia dicit nullā virtutē esse, quæ ita inclinēt ad actus suos, neq; ita delectabiliter opereatur sicut charitas. Videtur enim hoc falsum esse, nā quæcūq; virtus in suos actus eque de-

lectabiliter inclināt sicut charitas, non ergo amplius in suos actus inclināt quā alię virtutes: antecedēs patet, quia virtutes omnes natura sua in sua obiecta inclināt. Cōfirmatur, quia operari est proprium virtutis, propriū autē non recipit magis aut minus, quia sicut ab essentia rei, ergo. Caietanus art. 2. citato docet, S. Tho. intendere charitatē perfectiorē esse alijs virtutibus in operatione p̄pter has duas rationes. Prima, quia est ceteris virtutib⁹ perfectior, & forma quāto perfectior est, tanto perfectius operatur: charitas autē perfectior est omnibus virtutibus, ergo. Et ratio ista est generalis, quæ in virtutib⁹ omnibus reperitur. Secunda ratio est, quia charitas essentialiter est amor, & ex amore passionēs omnes proficiunt, & in obiectū suū rediunt: ex quo pronuntiat, qui vere diligit, facilius & propius operatur, ceteræ autē virtutes solū respiciūt bonū particulare. Probabiliter tñ credim⁹ S. Th. aliud specialiter intendere, nō solū quia perfectior habitus perfectius inter ceteras virtutes inclinēt, sicuti iustitia perfectius in suos actus inclināt, quā temperantia, sed ex natura propria & specialiter ipsius charitatis, quæ est vt charitas sit amor; ceterę autē virtutes nō sūt amor, & ideo nō ita inclināt in suum obiectum, sicut charitas. Tum etiā, quia passionēs alię in sua obiecta particularia feruntur. Itē, quia charitas est amor Dei, quod summū bonum est, ideo magis inclināt, & ex maiori inclinatione maior delectatio & propius oritur: quæ ex eo pronuntiat, quia charitas volūtate perficit. Et ad argumentū in cōtrarium respondendo, propriā, quod manet ab essentia, sua natura in propriū obiectum inclinare, sicuti quicūq; habitus in suum obiectū, quod tamen sicut ab accidentibus, falsum est, quia sol magis visibilis est quā lumen.

Cōtra hoc tamen arguitur, experientia enim est in contrarium, si quis enim sit baptizatus, & tamē in operibus charitatis non se exerceat, talis charitatem habet infusam, tamen inclinationem & promptitudinem talem in se non experitur: è contrario tamen si alius non baptizatus, qui charitatem infusam non habet, in operibus charitatis se exerceat, promptus & inclinatum se reperit, ergo. Respondemus conclusionem sancti Thomæ intelligi de per se, & ex natura sua, & ratione sui, ex conditione tamen subiecti aliquando impeditur, ne propius opereatur propter passionēs contrarias, quas secum compatitur: charitas tamen actus

Caietanus

quāta exercitio eas corrumpit: & hinc est quod virtutes acquiruntur magis quā infusas experimur, quā acquiruntur passionibus excluduntur, quod infusae non faciunt, sed eas secū cōpatiuntur, unde dilectiō magna est inter virtutes infusas & acquiruntur, quia charitas infusa in subiectū, quod habet cōtrarios habitus acquiruntur infunditur: vt quādo pessimus homo ad fidē cōuertitur, & baptizatur, licet illi charitas infundatur, manet in illo habitus contrarij vitiosi: in alijs vero virtutibus acquiruntur quā primū est vera virtus, quia non manet habitus contrarius malus, illico prōprietudinem experimur: ceteris tamen paribus, virtus in fusa amplius inclinat quā acquiruntur, quia si duo exercentur in operibus misericordiae, & vnus sit in gratia, alter vero non, maiorem prōprietudinem in se experietur qui in gratia est, quā alter qui in mortalitate manet. Secūdo dicitur, quod aliqualiter etiā virtutes in fusas experimur. Probatur, quia si baptizatur & non baptizatus equaliter se exercent in operibus charitatis, qui baptizatus est prōprietus & delectabilis, & maioris fuauitate operatur, quā alius operetur.

Notandum, quod S. Th. in solutione ad tertium inquit, dato quod forma sit finita, effectū tamen habet infinitū, quia est effectus virtutis in inferno in quo infinitat, aquam calidā vel ferrū ignitur propriū non calefacere, neque de se ignē producere, sed ratione virtutis ignis: nā quemadmodum semen, in quantū ab homine decissum, potest hominē generare, sic in alijs naturalibus: & quemadmodum calor, quia virtus est ignis, dato in alio sit subiecto, potest producere calorē, sic & gratia, eo quod est a Deo deriuata, potest nos filios Dei efficiere, & ideo seminarum gloria dicitur vt 1. Ioan. 3. habetur, Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen eius manet in eo, & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Arguitur tamē in contrariū, si enim charitas est finita, quomodo potest effectum infinitū causare? enim ignis deberet effectū infinitū producere, si in se calorē infinitū non haberet, nō posset infinitū calorē producere, similiter ergo & charitas, licet a virtute infinita sit, cū ipsa finita sit non potest effectū infinitū producere. Caietanus respondet ad hoc, quod effectus aliquis dupliciter potest ab aliquo produci. Primo modo tanquā ab efficiente, sicut pictor parietē efficit albū. Secundo modo, tanquā a forma, vt albedo parietē facit albiturum inquit, ad hoc vt effectus sit infinitus, nō requiritur, quod for-

ma sit infinita, sed fat est agens infinitū esse, & sic accidit in charitate. Nos tamen aliter dicimus, argumentū cōvincere, quod si operans producere debet formā infinitā, requiritur forma ipsam in se vel in sua virtute esse formā infinitam, Deus tamen quando charitatē producit immediate per suam essentia, quae est infinita, eam producit: & charitati dat virtutem, vt lumine glorie eleuata ad visionem Dei attingat, quae visio ex parte obiecti, quod Deus visus est, est infinita.

Pro B. Augustino respondemus, quod quando asserunt multa esse testimonia scripturarū, quae concorditer attestantur donum Dei esse Spiritum sanctum, in quantum datur eis, qui per eum diligunt Deum, non affirmat quod Magister asseruit, nempe, quod Spiritus sanctus ipse sit donum Dei in nobis exiitēs, qui immediate nos mouet ad opera charitatis: hoc enim affirmamus nēdum esse falsum, sed sine omni apparentia & ratione: sed solū intelligit, quod licet sit duplex datio Spiritus sancti, quā hominibus datur, vel in dono, vel in seipso, hoc est, quod testimonia scripturarum attestantur. Et constat, quando alicui Spiritus sanctus per seipsum datur, hoc donum Dei esse, similiter & quando alicui per doni viam donatur, vt Deum diligat: & vtrūque cōstat donum esse speciale gratiae gratum facientis, vt intellectu & voluntate dono Dei fidei & charitatis perfectis, facilius & promptius in Deum tendat.

VIGESIMVM QVAESITVM.

An daemones corporibus subtilioribus vigeant.

**A**ugustinus lib. 2. de Gene. ad literā c. 17. vbi cōtra mathematicos inuenitur, asserere videtur, daemones corporibus subtilioribus vigerent. Sic enim nobis scriptū reliquit, Quid ergo vānius quā vt illas cōstellationes intrūs matie, ad eundē horoscopiū, & ad eandē lunā diceret vnū a matre disiectū, alterum nō dilectū: si enim aliud diceret falsum profecto diceret, si autē hoc diceret, verū quidē, sed non secūdū suorum librorū ineptas cāiunculas diceret. Et subdit infra, Ideo quod fatēdū est, quod ab istis vera dicitur, instinctu quodā occultissimo dici, quē nescitis humanē mori patiuntur:

patiuntur: quod cū ad decipiēdos homines sit, spirituum seductorum operatio est: quibus quaedam vera de temporalibus reb' nosse permittitur, partim quia subtilioris sensus acuminē, partim quia corporibus subtilioribus vigeant, partim experientia calidiorē propter magnā longitudinem vitae, partim a sanctis Angelis, quod ipsi ab omnipotenti Deo discant, etiam influ eius sibi reuelantibus, qui merita humana occultissimē iustitiae sinceritate distribuit. Aliquando autē ijdem nefandi spiritus etiā, quae ipsi facturi sunt, velut diuinādo praedicunt: quapropter bono Christiano sine mathematici, siue qui libet impiē diuinantium, maxime dicentes vera, cauendi sunt, ne consortio demoniorū animā deceptam pacto quodā societatis irreciant. Hae scripsimus vt fidelis cū Augustino mathematicos detestetur, & vt intelligatur in sententia sua persistere, asserens daemones corporibus subtilioribus vigerent. Vide supra septimo tomo B. Hieronymi ad primum quaesitum.

VIGESIMVM PRIMVM QVAESITVM.

An coeli luminaria corpora sola sint, vel an spiritus rectores habeant.

**A**ugustinus de Gene. ad literā lib. 2. c. 18. quaestione hanc indefinitā relinquit, neque eam absoluerit dignatus est. Sic enim habet, Solet etiam quaeri, vtum coeli luminaria ista cōspiciua corpora sola sint, an habeant rectores quosdā spirituos suos: & si habent, vtum ab eis etiā vitaliter inspiciuntur, sicut animantur carnes per animas animalium, an sola sine vlla permixtione praesentia: quod licet in praesentia facile non possit comprehendī, arbitror tamen in processu tractandarum scripturarum oportunitaria loca posse occurrere, vbi nobis de hac re secundum sanctae authoritatis regulas et si non ostendere certum aliquid, tamen credere licebit: nunc autem seruatā temperate moderatione pie grauitatis, nihil credere de re obscura temere debemus, ne forte quod postea veritas patefecerit, quāuis libris sanctis sine Testamētī veteris, siue noni nullo modo esse possit aduersum, tamen propter amorem nostrī erroris oderi-

mus. De hac quaestione vide supra tomo secundo Hieronymi, ad secundū quaesitum.

VIGESIMVM SECVNDVM QVAESITVM.

An sciri possit animas Deum ex nihilo facere.

**A**ugustinus de Gen. ad literā c. 4. asserere videtur, sciri nō posse an Deo animas ex nihilo creet. Eius semina verba haec sunt. Vtrū autē ex eo quod omnino nō erat, id est, ex nihilo, an ex aliqua re, quae iam ab illo facta spiritualiter erat, sed anima nōdum erat, merito quaeri potest: si enim Deum ad huc aliquid ex nihilo creare non credimus, posse aequā creauit omnia simul, & ob hoc consummatis omnibus operibus, requiesisse credimus, quae inchoauit facere, vt quidquid deinde faceret, ex his faceret, non video quemadmodū intelligamus, adhuc eum ex nihilo animas facere: Et cap. 4. subdit, credatur ergo, si nulla scripturarum authoritas, seu veritatis ratio contradicit, hominē ita factum sexto die, vt corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima vero iam ipsa crearetur, sicut primus conditus est dies, & creata lateret in operibus Dei, donec eam suo tempore sufflādo, hoc est, inspirando formatō ex limo corpori insereret, Et c. 27. cōcludit, frustra ergo iam quaeritur, ex qua veluti materia facta sit anima, si recte intelligi potest in primis illis operibus facta, cūm factus est dies: sicut enim illa, quae nō erant, facta sunt, sic & haec inter illa: quod sic ex materia aliqua formabilis fuit & corporalis & spiritualis, non tamen & ipsa instituta nisi a Deo, ex quo sunt omnia, quae quidem formationem suam non tempore, sed origine praecederet, sicut vox cantum: & quid nisi de materia spirituali facta anima congruentius creditur. De hac quaestione vide supra tomo primo Augustini ad primum quaesitum.

VIGESIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An animae cum corpore excurrant, locis corporaliter visibilibus contineantur.



li, qui mixtus est ex feruili & filiali. Et psal. 2. Seruie Dñi in timore. Et Iob. 31. Quasi timentes super me fluctus semper timui. Et Math. 3. 10. & 13. Baptista & Christ⁹ Dñs timore gehennae conantur homines à peccatis renouare: & hoc publice proclamare est optimum & laudabile.

1. Propositio s. Th. S. vero Thom. distinguit, asserens, quòd in timore feruili duo possimus cōsiderare. Primum, feruilitatem. Secundum, substantiam ipsius timoris. Tunc est prima propositio, Seruilitas, id est, conditio feruendi, tanquā feruus, de se dicit malum, quia dicit exclusio nem amoris: feruus enim, quia non est propter se, ideo mouetur à domino, filius vero per amorem mouet se: ideo conditio ferui excludit amorem. Ex conclusione sequitur corollarium, scilicet, quòd si feruilitas est de intrinseca ratione timoris feruilis, timor feruilis est malus, non ergo feruilitas est de intrinseca ratione timoris feruilis, quia timor feruilis dicit timorem poenae, & quòd hac causa & ratione ad feruendum Deo mouetur. Seruilitas vero in hoc consistit, quòd quis poenam timeat, tanquam principale malum, ita quòd sic poenam timeat, vt amplius amet bonum contrarium poenae, quā Deum, licet hoc timori feruili accidat, timor enim feruilis est, quo quis timet penā, siue tanquam principale malum, siue minus principale. Vnde, si timor feruilis poenam timet, & habet et tanquam principale malum, esset malus, sed quia de se abstrahit ab hoc & illo, ideo de se est bonus. Vnde est secunda propositio, Timor feruilis est bonus, quia obiectum bonum habet, timere enim poenam de se bonum est. Secundo, quia naturalis ratio dicitur, vt poenam & mortē timeamus. Tertio, quia timor iste est causa boni, est enim medium, vt in Deum cōuertamur. Quarto, quia ex scriptura admonemur Deū timere, ergo.

2. Propositio. Ad rationes Lutheri. Ad primū ex Paulo Rom. 8. respondemus, esse contra ipsum, quia si Patres Spiritum seruitutis in timore acceperunt, erat ergo bonus, quia Deus Spiritum malum eis non dedisset. Ad aliud ex 1. Corinth. 13. dicimus, Paulum solum intendere, quòd null⁹ actus sine charitate est meritorius. Ad secundum respondet Rosenfis, impositum esse Casiano. Ad aliud ex Dionysio negamus, quod talis timor non sit bonus, quia alia etiam debemus à Deo timere. Et idem ad id quod citat ex Aluifiodorenfi. Ad tertium dico duo, Primum, q̄ Chryso-

stomus Luthero non fauet, homil. enim. 73. ad populum, timorem feruilem laudat. Et ad argumentum dico, dupliciter: posse quēpiam amplius poenam quam culpam odisse, vno modo appreciatue, sicuti fit vnum illorum debeam admittere, & licet potius odio habere poenam, quam culpam, & isto modo timor ille semper est malus. Secundo modo intēsiue, & isto modo inueniens non est, quia saepe euenit intēsiue, matrem magis filium quam Deum diligere, licet appreciatue amplius diligit Deum. Secundo dico, ly, propter posse, duplicē causam dicere: si causam dicat principalem, tunc peccatum est, vñ ri autem boni non ita timent: si vero non dicat principalem causam, tunc non est peccatum, quia tunc non magis odit penam quam culpam. Et ad Philosophum dicimus, quòd intelligitur sicuti explicuimus, quando, propter, dicit causam principalem. Ad quartū respondet Sanct. Thom. q. 19. art. 6. ad primum, vbi adducit Augustinum, qui inquit Ioannem loqui de timore feruili, prout feruilis est, hoc est, quando quis poenam timeat, tanquam principale malum, quod illi euenire potest, & ista est communis expositio. Ex positionem secundam ponit Augustin⁹ tractat. 9. super Ioannem, scilicet, Ioannem loqui de timore, quatenus aliquo modo contrariatur perfectē fiducię erga Deum. Et expositio hac colligitur ex verbis illis Ioānis, quibus ait, In hoc est perfecta charitas Dei, vt fiduciam habeamus, scilicet, de iudicio futuro. Et ilico subdit, Timor non est in charitate, id est, fiducia imperfecta per charitatē expellitur.

Dubium aliud est, an actus timoris feruilis sit bonus actus, hoc est, an qui non peccat ex hoc motu solum, quia penas inferni timet, an actus ille sit bonus. Ratio dubitandi est, quia videtur, præceptum timore poenae adimplere, non esse bonum. Primo, quia habetur extra de regulis iuris regula, qui timorem, quòd qui timore adimplet legem, aliter facit, quā facere debet, & si aliter facit, non ergo bene facit: vnde legem ex timore adimplere, videtur quod non sit bonum. Idem habetur ex Augustino de poenitē. dist. 1. cap. si propterea. Et ex Arist. 3. Ethic. ibi inter actus, quos assignat fortitudinis inquit, quando quis subit pericula propter infamiam vitandam, talem non habere veram fortitudinem. Adriamus quodlibeto. 4. q. 2. sine argumentis ait, qui de quid homo facit timore mali poenae, peccat. Sententiam contra-

1. Propositio

2. Propositio

3. Propositio

riam tenet S. Thom. artic. hoc quarto, & Alexander. 3. parte. q. 76. membro. 3. Et Magister sent. dist. 34. Et ista est opinio cōmunis Theologorum. Pro explicatione tamen eius sint sequentes propositiones. Prima propositio, Timor quo quis timet infernum est de se bonus: similiter & timor, quo mala naturalia timet, sicuti mortem. Prior pars conclusio probata est contra Lutherum: & adhuc probatur, quia poenam inferni velle est malum, ergo illam fugere est bonum. Secundo, quia mala naturalia fugere, ex amore naturali, quo homo se diligit, procedit, ergo est bonum: antecedens est notum: consequentia probatur, quia in via Sanct. Thom. primus actus Angeli non potuit esse malus, quia erat à naturali inclinatione, quā Deus dat, ideo si malus esset, à Deo esset. Tertio, quia timor poenarum gehennae est dispositio optima ad charitatem. Secunda propositio, Adimplere præceptum timore poenarū de se est actus bonus. Probatur ex præcedenti, quia timor feruilis est bonus, ergo & actus eius: consequentia probatur, quia ideo habitus est malus, quia actum malum producit. Confirmatur, quia sequeretur non licere elemosinam dare, neque opus aliquod bonum facere, ad hoc quòd gehennam vitemus: sequela patet, quia talis actus ex timore procedit: consequens autem est absurdum, ergo. Primo, quia ecclesia in precibus suis hoc precatur. Et Lucæ. 20. Dominus id con sulit dicens, Orate vt non fiat fuga vestra hinc vel sabbatho. Et rursum, Orate vt di gui habeamini mala ventura fugere. Tertia propositio, Quando aliquis conditionaliter vitat culpam propter poenam, peccat. Probatur, quia tūc quis dicitur præceptum conditionaliter implere propter poenam, quando alioquin non impleteret. Tum etiam quia talis conditionaliter vult peccatum, ergo peccat.

Ad rationes in contrarium respondeo. Ad primam & secundam dicimus, id intelligi quando conditionaliter operatur: & eodem modo ad Philosophum, tunc enim non habet amorem honestum: vnde quando actus malus regulariter habet feruilitatem, anexam, quæ in hoc consistit, quòd amplius timorem poenae quam Deum appreciat, sicuti si daretur casus in quo vel deberet Deū offendere, vel poenam inferni incurrere, potius Deo displiceret, quā poenam inferni admitteret: appreciare autem poenam magis quam Deum, est feruilitas & malum: si ta-

men quis propter poenam bene operetur, si ne appreciatione illa, est actus bonus, & timor bonus, & hoc est quod S. Tho. asserit.

Admissio iam quòd sit actus bonus, dubium est, an sit actus virtutis. Ratio dubitandi est, quia S. Tho. 3. sent. dist. 34. q. 2. art. 1. tenet, quod licet actus timoris feruilis sit bonus, non tamen est actus virtutis. Questione hac de hoc non meminit Durandus, & communiter moderni tenent, actum virtutis non esse, nec timorem feruilem virtutem esse. Ratio eorum est, quia ad esse virtutem non sufficit obiectum esse bonū, sed debet esse bonum honestum, quia idem est bonum virtutis & honestum: timor autem feruilis obiectum honestum nō habet, quia pro obiecto habet bonum poenae priuatum, ergo. Sufficere tamen potest, virtutem esse, quia licet immediate non habeat pro obiecto bonum honestum, sed vile, vel delectabile, immediate tamen potest habere. Et probō virtutem esse, timor feruilis conformis est reatē rationi, ergo est virtus. Confirmatur, quia amare moderate bona temporalia, est virtus, sicuti eutropelia, quæ vitur humanis bonis, & tale bonum delectabile refertur in bonū honestum, ergo. Quod si querat, timor feruilis ad quam virtutem pertinet. Securus non distinguit inter dona & virtutes, ideo loco citato ait, ad humilitatem pertinere, quæ species est temperantiae. Ego tamen exillimo esse diuersos actus in timore, quia ad diuersas virtutes pertinent, quia actus aliquis pertinet ad cautelam, vt poenam inferni timere: si vero timeam, non vt malum vitem, sed vt beatitudinem habeam, pertinet ad fortitudinem.

Sed an timor feruilis donum Spiritus sancti sit, hoc est, an ad hoc quòd Deum sufficienter timeamus, tanquam verum iudicē, requiratur donū Spiritus sancti, vel an ad id virtutes naturales sufficient, & vires hominis naturales. Pro solutione notandum, duplices esse poenas, quaedam sunt naturales, & quæ naturaliter accidunt, vt exilium, mors, infirmitates naturales: alix sunt poenae supernaturales, quas nisi ex reuelatione Diuina non cognoscimus: tunc est prima propositio, Ad hoc quòd timeamus poenas naturales, dono supernaturali non egemus. Probatur, quia huiusmodi mala ex natura nostra contraximus. Confirmatur, quia damna ista ita infideles sicut fideles fugiunt, ergo. Secunda propositio, Ad hoc quòd timeamus mala supernaturalia, requiritur auxilium supernaturale.

Dubium

1. Propositio

2. Propositio

naturale. Probat, quia sicut se habet spes ad bonum supernaturale, ita timor ad malum supernaturale: non autem possumus concu- ncter sperare sine auxilio supernaturali, ergo neque timere. Secundo, quia sicut se habet intellectus ad cognitionem veri supernaturalis, ita voluntas ad bonum supernaturale: intellectus autem verum supernaturale sine auxilio cognoscere non potest, ergo neque voluntas velle. Et confirmatur ex laicis literis, quia hoc est quod Prophetae pe- tunt, vt in psalm. 118. Confige timore tuo carnes meas, & Ecclesiast. 25. Beatus vir cui datum est timere Deum. Item, quia poene in se gehennae vires naturales excedit, ad hoc ergo quod recte illas timeamus, auxilium speciale requiritur, vt experientia docet: pessimi enim & obdurati peccatores peccatis simpliciter gehennam non timeant, & tamē timeant alia mala naturalia.

Dubium aliud est, an timor servilis maneat cum charitate. Respondet Sanct. Tho. artic. 6. dist. 18. posita per duas conclusiones. Prima principalis, timorem servile manere cum charitate, quia amor sui stat cum charitate. Pro quo notat, quod amor sui ad charitatem tripliciter se potest habere. Primo modo, quod sit charitati contrarius, sicut si propter temporale bonum Deum quis derelinquat, quia in eo vltimum finem constituit, sicut est amor pecuniarum: huiusmodi autem timor constat, quod non stat cū charitate, quia poenam illam, vt summam malum existimat. Secundo modo, amor sic se potest habere, quod contineatur in ipsa charitate: idque contingit quando meipsum in Deum, & propter Deum diligo timore poenae, huic dilectioni contrarius in ipsa charitate continetur. Probat, quia à Deo separari est maxima poena, quam charitas respicit. Tertio modo timor ad charitatem sic se potest habere, quod non contineatur in illa, neque illi repugnet, quod contingit, quando quis sic creaturam diligit, vt in illa vltimum finem constituat: & talis timor, ait, potest cū charitate esse. Ex quo infert timorem, quantum ad substantiam, stare cum charitate.

Dubium est circa probationem secūdi dist. videtur enim id esse falsum: diximus enim in hoc differre timorem filialem à servili, quod filialis culpam habet pro obiecto, servilis vero poenam: à Deo autem separari est poena, spectat ergo ad servilem. Ad hoc dicimus, timorem servilem ex natura sua respicere poenam, in quantum per illam bono

aliquo priuamur: verbi gratia, timor servilis respicit poenam inferni, in quantum priuamur vita aeterna. Vnde ad argumentum dicimus, quod à Deo separari, dupliciter potest considerari: vno modo, in quantum absolute tollit & priuat amicitia Dei, & isto modo respicit charitatem: alio modo, in quantum tollit bonum nostrum, & vt sic separari à Deo, respicit timorem servilem: absolute tamen potest esse cum charitate, & sine illa, nam quando quis in peccato existens nouo peccato se abstinere, postquam penituit, in charitate manet, quia propter Deum à delictis se abstinere: potest etiam propter solam poenam se abstinere, & timor ille intrinsecus non includit seruitutem: alius tamen, pura, si bonum operetur potius, quia contrarium poenam, quam quia contrarium culpae, seruitutem includit.

Circa hoc tamen dubium est, an absolute operari ex timore servili, sit bonum morale & meritorium: verbi gratia, demus quod quis faciat bona opera ex timore poenae, an tale opus sit bonum morale & meritorium. Gabriel. 3. dist. 34. quaestione vnica, & Adrianus quodlibet. 4. q. 2. sine argumentis tenent, opus procedens ex timore servili absolute non esse bonum, nisi ex charitate procedat. Ratio eorum est, quia tale opus procedit ex amore comodi & boni vtilis. Et idē videtur sentire Scotus, licet nō ita clare loquatur. Et S. Th. 3. di. 34. q. 2. idē videtur sentire: & ista est opinio communis. Oppositum tamen credimus esse probabile, maxime si pro obiecto habeat malum culpae, neque, quod opus procedens ex timore poenae siue aeternae siue temporalis est opus bonum & laudabile. Primo, quia habet obiectum bonum, & non circumstantiam malam, quae illum viciat, ergo, quia de se velle illa bona temporalia, vt diuitias, honorem, & sanam, non est malum: mulieres enim deuote opera bona faciunt propter habitudinem ad temporalia, ad hoc scilicet, vt Deus illis filios donet, & est laudabile, neque est qui reprobet: similiter ergo de timore dicimus, quod si quis extra charitatem sit actus timoris illius, non erit meritorium, si vero sit in charitate, & ex timore poenae operetur, opus illud est bonum morale & meritorium, quia charitas talem actum virtualiter refert in Deum.

Dubium vltimum est, an crescente charitate, timor minuatur. Dubium mouetur propter Augustinum, qui super primam canonicam Ioannis cap. 1. Exponens id, Perfecta charitas

charitas foras mittit timorem, inquit, Timor est sicut secta, quae introducit filium, & vadit, & recedit, postquam filium introduxit. Doctores omnes scholastici cum S. Tho. q. 19. art. 10. concorditer conveniunt, quod crescente charitate, timor servilis minuitur, quia quanto aliquis magis diligit Deum, tanto minus timet poenam: timor autem filialis, necesse est, quod crescat, crescente charitate, sicut effectus crescit crescente causa. Solus Durandus. 3. dist. 34. q. vltima aduersatur ceteris scholasticis: tenet enim, quod crescente charitate, minuitur timor filialis, nam inquit, timorem filialem habere duos actus, vnum elicitedum, quo timemus Dei praesentia carere, alium imperatum, quo à peccato fugimus: ait ergo, quod actus elicitedus, crescente charitate, minuitur, quia quanto quis plus diligit, eo minus Dei praesentia carere timet: augetur tamen actus imperatus, qui est à peccato cessare. Probat, quia timor pro obiecto habet malum possibile: non enim quis timet, quod caelum cadat: sed quanto charitas est maior, minus timemus carere Diuina praesentia, quia videtur minus possibile, quod ea carere possimus. Confirmat, quia quanto magis minuitur periculum respectu alicuius mali, tanto timor minuitur. Et ad rationem sancti Thome, quod crescente causa, crescit effectus, responderet id verum esse, si materia timoris maneret, tunc autem non manet.

Contra hoc dicimus primo, quod Durandus manifeste contra experientiam loquitur, & quod ita sit probatum: quia quanto quis plus diligit, amplius displicere timet, licet videat minus esse possibile, sicut amplius mater timet filium sanum, quem magis diligit perdere, quam infirmum; quem non tantum diligit. Vnde optime Caietanus inquit, quod inter illa, quae respicit timor, duo potissimum respicit, primum malum arduum, secundum, quod malum illud imminet: ex quo sequitur, quod quanto malum fuerit maius, eo amplius quis timebit, licet illi minus imminet: verbi gratia, est mercator, qui habet diuitias amplas mari commissas, est alius pauper in medio maris, iste minus timet, quam mercator, dato maius periculum vitae illi imminet: sic in praesentia, quanto quis maiorem charitatem habet, amplius timet à Deo separari, quia maius malum est

illi à Deo separari, quam alteri, qui minus perfectus est. Et ad argumentum, antecedenti dato, negatur consequentia, quia non est eadem ratio, vt ex dictis patet.

Circa aliud dictum sancti Thomae, scilicet, quod crescente charitate, timor servilis minuitur, est dubium, quia intensio actuum bonorum efficit meliorem, timere autem poenam inferni, est actus bonus, ergo charitas intentionem illius non tollit, alias in detrimentum nostrum cederet. Pro solutione notandum, quod inter actus bonos est magna differentia, nam quidam sunt actus boni perfecti, vt virginitatem perpetuo seruare, alij sunt actus, qui dato sint boni, non tamen sunt perfecti, vt coenare hodie: tunc charitas augendo actum perfectum bonum, minuit & tollit omnino actum bonum imperfectum tamen: verbi gratia, quis intendebat uxorem ducere, adueniente tamen postea charitate, vouit religionem, vtrum illud tollit actum bonum, mutando in meliorem: & ideo in detrimentum nostrum non cedit: sic & de timore, nam timor gehennae, licet sit actus bonus, est tamen imperfectus, & charitate adueniente, minuitur. Secundo dicimus, quod charitas non semper efficit & causat maiorem intensiōnem in omnibus actibus bonis: ratio est, quia maior intensio non semper iuuat omnes actus bonos: verbi gratia, laudabile est hodie coenare, vel le tamen conatu magno coenare, est vituperabile, similiter ergo gehennam timere est bonum, magno tamen conatu infernum timere, non est ita bonum. Et ad argumentum negatur antecedens, nam in actibus perfectis verum est.

Pro Augustino respondeo, quando asseruit mandatum Dei, si timore ponas poenam quam amore iustitiae fiat, seruitur & non liberaliter fit, & ideo non fit: interpretandus est Augustinus de timore servili, cui seruitas est annexa, & pro obiecto habet & respicit malum poenae, quod timet, malum culpa, quod admittit, non considerans: & cum talis deliquit, ideo merito ait, quod non fit, cum Dei praecipuum non adimpleat ratione seruitutis coniunctae timori, seclusa enim seruitute, si solum poenam timeret, liberaliter praecipuum adimplet.

ADVER.

Durandus.

Cōtra Durandus.

naturale. Probat, quia sicut se habet spes ad bonum supernaturale, ita timor ad malum supernaturale: non autem postulum conuenienter sperare sine auxilio supernaturali, ergo neque timere. Secundo, quia sicut se habet intellectus ad cognitionem veri supernaturalis, ita voluntas ad bonum supernaturale: intellectus autem verum supernaturale sine auxilio cognoscere non potest, ergo neque voluntas velle. Et confirmatur ex laicis literis, quia hoc est quod Prophetae perunt, vt in psalm. 118. Conspice timore tuo carnes meas, & Ecclesiast. 25. Beatus vir cui datum est timere Deum. Item, quia poenae illi gehennae vires naturales excedunt, ad hoc ergo quod recte illas timeamus, auxilium speciale requiritur, vt experientia docet: pessimi enim & obdurati peccatores peccatis implicati gehennam non timent, & tamē timent alia mala naturalia.

Dubium aliud est, an timor seruilis maneat cum charitate. Respondet Sanct. Th. artic. 6. dist. 34. posita per duas conclusiones. Prima principalis, timorem seruilē manere cum charitate, quia amor sui stat cum charitate. Pro quo nota, quod amor sui ad charitatem tripliciter se potest habere. Primo modo, quod sit charitati contrarius, sicut si propter temporale bonum Deum quis derelinquat, quia in eo vltimum finem constituit, sicut est amor pecuniarum: huiusmodi autem timor constat, quod non stat cū charitate, quia poenam illam, vt summū malum existimat. Secundo modo, amor sic se potest habere, quod continetur in ipsa charitate: idque contingit quando meipsum in Deum, & propter Deum diligo timore poenae, huic dilectioni contrarius in ipsa charitate continetur. Probat, quia à Deo separari est maxima poena, quam charitas respicit. Tertio modo timor ad charitatem sic se potest habere, quod non continetur in illa, neque illi repugnet, quod contingit, quando quis sic creaturam diligit, vt in illa vltimum finem constituat: & talis timor, ait, potest cū charitate esse. Ex quo infert timorem, quantum ad substantiam, stare cum charitate.

Dubium est circa probationem secundae: dicitur enim id esse falsum: diximus enim in hoc differre timorem filialem à seruilis, quod filialis culpam habet pro obiecto, seruilis vero poenam: à Deo autem separari est poena, spectat ergo ad seruillem. Ad hoc dicimus, timorem seruillem ex natura sua respicere poenam, in quantum per illam bono

aliquo priuamur: verbi gratia, timor seruilis respicit poenam inferni, in quantum priuamur vita aeterna. Vnde ad argumentum dicimus, quod à Deo separari, dupliciter potest considerari: vno modo, in quantum absolute tollit & priuat amicitiam Dei, & isto modo respicit charitatem: alio modo, in quantum tollit bonum nostrum, & vt sic separari à Deo, respicit timorem seruillem: absolute tamen potest esse cum charitate, & sine illa, nam quando quis in peccato existens nouo peccato se abstinere, postquam penituit, in charitate manet, quia propter Deum à delictis se abstinere: potest etiam propter solam poenam se abstinere, & timor iste intrinsece non includit seruitutem: tamen, puta, si bonum operetur potius, quia contrarium poenae, quam quia contrarium culpe, seruitutem includit.

Circa hoc tamen dubium est, an absolute operari ex timore seruilis, sit bonum morale & meritorium: verbi gratia, demus quod quis faciat bona opera ex timore poenae, an tale opus sit bonum morale & meritorium. Gabriel. 3. dist. 34. quaestio vnicā, & Arien. quodlibeto. 4. q. 2. sine argumentis tenent, opus procedens ex timore seruilis absolute non esse bonum, nisi ex charitate procedat. Ratio eorum est, quia tale opus procedit ex amore comodi & boni vtilis. Et idē videtur sentire Scot. licet non ita clare loquatur. Et S. Th. 3. di. 34. q. 2. idē videtur sentire: & ista est opinio communis. Oppositum tamē creditur esse probabile, maxime si pro obiecto habeat malum culpae, neque, quod opus procedens ex timore poenae siue aeternae siue temporalis est opus bonum & laudabile. Primo, quia habet obiectum bonum, & non circumstantiam malam, quae illum viciat, ergo, quia de se velle illa bona temporalia, vt diuitias, honorem, & famam, non est malum: mulieres enim deuote opera bona faciunt propter habitudinem ad temporalia, ad hoc scilicet, vt Deus illis filios donet, & est laudabile, neque est qui reprobet: similiter ergo de timore dicim. quod si quis extra charitatem sit actus timoris illius, non erit meritorium, si vero sit in charitate, & ex timore poenae operetur, opus illud est bonum moraliter & meritorium, quia charitas talem actum virtualiter refert in Deum.

Dubium vltimum est, an crescente charitate, timor minuat. Dubium mouetur propter Augustinum, qui super primam canonicam Ioannis cap. 1. Exponens id, Perfecta charitas

charitas foras mittit timorem, inquit. Timor est sicut secta, quae introducit filium, & vadit, & recedit, postquam filium introduxit. Doctores omnes scholastici cum S. Th. q. 19. art. 10. concorditer conveniunt, quod crescente charitate, timor seruilis minuitur, quia quanto aliquis magis diligit Deum, tanto minus timet poenam: timor autem filialis, necesse est, quod crescat, crescente charitate, sicut effectus crescit crescente causa. Solus Durandus. 3. dist. 34. q. vltima aduersatur ceteris scholasticis: tenet enim, quod crescere charitate, minuitur timor filialis, nam inquit, timorem filialem habere duos actus, vnum elicatum, quod timemus Dei praesentia carere, alium imperatum, quod à peccato fugimus: ait ergo, quod actus elicatus, crescere charitate, minuitur, quia quanto quis plus diligit, eo minus Dei praesentia carere timet: augetur tamē actus imperatus, qui est à peccatis cessare. Probat, quia timor pro obiecto habet malum possibile: non enim quis timet, quod caelum cadat: sed quanto charitas est maior, minus timemus carere Diuina praesentia, quia videtur minus possibile, quod ea carere possimus. Confirmat, quia quanto magis minuitur periculum respectu alicuius mali, tanto timor minuitur. Et ad rationem sancti Th. quod timor, crescente causa, crescit effectus, responderet id verum esse, si materia timoris maneret, tunc autem non manet.

Contra hoc dicimus primo, quod Durandus manifeste contra experientiam loquitur, & quod ita sit probatur: quia quanto quis plus diligit, amplius displicere timet, licet videatur minus esse possibile, sicut amplius mater timet filium sanum, quem magis diligit perdere, quam infirmum: quem non tantum diligit. Vnde optime Caetan. inquit, quod inter illa, quae respicit timor, duo potissimum respicit, primum malum arduum, secundum, quod malum illud illi imminet: ex quo sequitur, quod quanto malum fuerit maius, eo amplius quis timebit, licet illi minus imminet: verbi gratia, est mercator, qui habet diuitias amplas mari commissas, est alius pauper in medio maris, iste minus timet, quam mercator: dato maius periculum vitae illi imminet: sic in praesentia, quanto quis maiorem charitatem habet, amplius timet à Deo separari, quia maius malum est

illi à Deo separari, quam alteri, qui minus perfectus est. Et ad argumentum, antecederi dato, negatur consequentia, quia non est eadē ratio, vt ex dictis patet.

Circa aliud dictum sancti Thomae, scilicet, quod crescente charitate, timor seruilis minuitur, est dubium, quia intentio actum bonum efficit meliorem, timere autem poenam inferni, est actus bonus, ergo charitas intentionem illius non tollit, alias in detrimentum nostrum cederet. Pro solutione notandum, quod in actus bonus est magna differentia, nam quidam sunt actus boni perfecti, vt virginitatem perpetuo seruare, alij sunt actus, qui dato sint boni, non tamen sunt perfecti, vt coenare hodie: tunc charitas augendo actum perfectum bonum, minuit & tollit omnino actum bonum imperfectum tamen: verbi gratia, quis intendebat uxorem ducere, adueniente tamen postea charitate, vouit religionem, votum illud tollit actum bonum, mutando in meliorem: & ideo in detrimentum nostrum non cedit: sic & de timore, nam timor gehennae, licet sit actus bonus, est tamen imperfectus, & charitate adueniente, minuitur. Secundo dicimus, quod charitas non semper efficit & causat maiorem intentionem in omnibus actibus bonis: ratio est, quia maior intentio non semper iuuat omnes actus bonos: verbi gratia, laudabile est hodie coenare, vel le tamen conatu magno coenare, est vituperabile, similiter ergo gehennam timere est bonum, magno tamen conatu infernum timere, non est ita bonum. Et ad argumentum negatur antecedens, nam in actibus perfectis verum est.

Pro Augustino respondeo, quando asseruit mandatum Dei, si timore potius poenae quam amore iustitiae fiat, seruiliter & non liberaliter sit, & ideo non fit: interpretandus est Augustinus de timore seruilis, cui seruitas est annexa, & pro obiecto habet & respicit malum poenae, quod timet, malum culpa, quod admittit, non considerans: & cum talis deliquit, ideo merito ait, quod non fit, cum Dei praecipuum non adimpleat ratione seruitutis coniunctae timori, seclusa enim seruitute, si solum poenam timeret, liberaliter praecipuum adimpleret.

Durand.

Contra Durand.



ADVERTENTIAE IN

quartum tomum,

- 1 **A**nmendacium officiosum furto & adulterio equiparari debeat.
- 2 *An mechetur, qui uxore in adulterio deprehensa, alteram duxerit.*
- 3 *An fornicatio simplex sit in decalogo prohibita.*
- 4 *An preceptum Dei adimpleat, qui forinsecus tantum, & nō corde facit.*
- 5 *An zizanias & heretici tolerandi sint, usque ad ventilationem.*
- 6 *An Angelica corpora lucidissima & etherea sint.*
- 7 *An solus Deus melior sit anima rationali.*
- 8 *An merita occultissima causa sint praedestinationis.*
- 9 *An omnes Angeli aequales creati.*
- 10 *An Angeli corpora sua moueant, dum descendunt, & in caelum ascendunt.*
- 11 *An Christus dicendus sit homo Dominicus.*
- 12 *Quid sit cibus & potus humanus.*
- 13 *An peccatum aliquod sit in ecclesia.*
- 14 *Ecclesia vera an motis aliquibus dignosci possit.*
- 15 *An virgo in Christi morte fide defecerit.*
- 16 *An Melchisedech fuerit spiritus sanctus.*
- 17 *An sit liberum arbitrium.*
- 18 *An homo possit fieri impeccabilis.*
- 19 *Gradus consanguinitatis quousque se extendant.*
- 20 *Diuortium an hodie licitum sit.*
- 21 *An decens sit monachorum vestitus.*
- 22 *An Christiani suis principibus tributa soluere teneantur.*
- 23 *An Christianum iam factum occidere liceat.*
- 24 *An Adam spiritum sanctum habuit.*
- 25 *An liber ecclesiasticus sit canonicus.*
- 26 *An anima extrinsecus inducatur.*
- 27 *Boni quando creati, & quales, & quomodo, an ex scriptura constet.*
- 28 *An penitentia baptizandis sit necessaria.*
- 29 *An teneatur quis laico confiteri in absentia sacerdotis.*
- 30 *An ex consensu viri licet uxori in casu fornicari.*
- 31 *An Christianis litigare liceat.*
- 32 *An credere & velle sit nostrum.*
- 33 *Tenebrarum locum an aliquis vere nouerit.*
- 34 *An Ecclesia fundata sit super Petrum.*

PRI-

PRIMVM QVAESI-  
TVM.

An mendacium officiosum furto & adulterio equiparari debeat.



Vgustinus de mendatio ad Consentium c. 6. insinuare videtur, mendacium officiosum grauius delictum esse furto & adulterio. Sic enim scripsit, Cum igitur mentiendo vita

eterna amittitur, nūquā pro cuiusque temporali vita mentientium est, eniuero isti, qui stomachantur & indignantur, si nolit aliquis mendatio perimere animam suam, vt alius senescat in carnis: quid si etiam furto nostro, quid si adulterio liberari possit aliquis de morte, ideoque furandam esse, aut mechandum? nesciunt enim ad hoc se cogere, vt si laqueum ferat homo & stuprum petat, confirmans, quod sibi collum ligauit, nisi ei concedatur quod petit, consentiat propter animam, sicut ipsi dicunt, liberandam? quod si absurdum & nefarium est, cur animam suam quisque mendatio corruptat, vt alter uiuat in corpore, cū si suum propterea corrupendum daret, omnium iudicio nefarie turpitudinis damnaretur?

Doctores scholastici de hac questione. 3. sentent. dist. 38. San. Thom. 2. 2. q. 110. Cōueniunt Doctores omnes scholastici in hoc, mendacium sufficienter diuidi in pernitiosum, officiosum, & iocosum: de pernitioso inquitant, mortale esse: notat tamen S. Thom. art. 2. ad hoc quod sit mendacium pernitiosum, requiri intentionem nocendi alteri, vn de si quis falsum asserat ex loquacitate quadam, formaliter & proprie non est mendacium pernitiosum, quia non intentione nocendi, falsum asserit, sicut detractio, quando quis de proximo sinistrè loquitur, non tamen cum intentione nocendi, licet sit detractio materialis non tamen formalis, nisi forte proximo nocendum sequatur: sic de mendatio, si cum intentione nocendi alteri non enuntietur, pernitiosum non est, nisi de facto nocendum proximo sequatur, quia

tunc mortale erit.

De mendatio vero officioso & iocoso S. Thom. art. 3. ait ex genere suo licet sit peccatum, non tamen esse mortale, potest tamē ex circumstantiis mortale fieri: & eadē. 2. 2. q. 70. art. 4. ait, quod mendacium, si aliam nō habeat maculam quā falsitatis, genere suo non est mortale. Patet, quia non est contra religionem neque contra iustitiam, ideo genere suo non expellit charitatem. Et in solutione ad secundum argumentum inquit, mendacium officiosum adeo genere suo non est mortale, vt neque in iudicio tale fiat: quare dum innocens vel testium calumniis accusatur, vel iudicis iniquitate vexatur, dicere contra aliquid veritatem, vt illa ab iniquo iudicio sine culpa liberetur, nisi iusurandum interueniat, nō est mortale. Et ratio est, quia iudicium iniustum non est iudicium, & ideo contra iustitiam non delinquit. Aduertendum tamen, quod dum S. Thom. ait, iudicium iniustum non esse iudicium, nō loquitur more doctorum iuris, sed philosophorum moralium, qui quidquid vitiosum est, nullū arbitrantur: iuris enim prudentes nō omnem sententiam iniustam pro nulla dicunt, sententia enim apud illos duplici de causa est nulla, scilicet, vel quia dimanat à nō iudice, vel quia errorem continet tum intolerabilem, tum etiam manifestum, attamen etiam si nō sit nulla, accidit esse iniustam triplici de causa, nempe, aut ex animo, quia iudex ex odio procedit, licet nisi alia adit iniquitas, sententiam non vitiat: aut ex ordine, nempe, quod non seruat necessearius ordo iuris: aut ex causa, scilicet, dum codita veritatem aut facti aut iuris sententia pronuntiat: & haec est essentialis iniustitia, nam reliquae accidentarie sunt. Et quod dicitur de sententia, idē de iudicio censendum est. Vnde Gregorius Can. Episcopus. 11. q. 3. ait, Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta, timenda est, ob id, scilicet, quod quando errorem non continet manifestum & intolerabilem, ad reum non pertinet de sententia pastoris iudicare. Considerate tamen perpendenda sunt duo illa verba, sententia, & pastoris, nam priori intel ligit, quod non sit intolerabilis erroris, & posteriori, quod sit veri iudicis, quae omnia in foro iudiciali intelliguntur, nam foro conscientiae quisquis cognouerit sententiam esse iniquam, hoc est, contra veritatem, potest non parere, dummodo id citra scandalum faciat, & ideo Sanct. Thom. omne iudicium iniquum censet nullum.

Dubium

## ADVERTENTIAE IN QVARTVM TOMVM

Dubium tamen est, mendatium quomodo sit malū & peccatū. Respondeo, ex eo quod contra ius naturale est: est enim abusus verbi cōtra id ad quod inuentum est, sed an de se mendatium ita malum sit, quod in nullo casu possit bene fieri, sicuti fractio voti, licet de se sit malum, in casu tamen nō tenemur votum seruare.

Martianus.

Martinus in materia de martyrio inquit, non esse ita manifestum, quod de se sit semper malum, quin in aliquo casu mentiri liceat, vt puta ad maxima tormenta vitanda. Nos tamen cū Augustino dicimus, mendatium esse intrinsece malum, & q̄ in nullo casu mentiri licet, etiam neq; ad maxima tormenta vitanda. Quod si queras, unde probatis, mendatium esse intrinsece malum? Dicimus, quod si sicut probamus, adulterium esse malum, quia apud omnes gētes est malum & damnatum, & dato probationem aliam nō haberemus, ista sufficiens esset, sic ergo de mendatio dico, quia enim apud omnes gētes existimatur malū & peccatū, ideo pro nulla causa mentiri licet. Ratio etiā est, quia cū mendatio societas humana constare non possit, nam si mentiri liceret, omnes adinuicem se deciperent. Probat etiam à posteriori, quia si in casu aliquo mentiri liceret, ergo liceret peierare: consequens autem est absurdum, ergo antecedēs patet, quia peierare nihil aliud est, quām Deum in subsidium mendatij adducere. Tum etiā quia si mentiri possit bene fieri, Deus ergo faueret mendatio, quia bonum est: quod tamen horribile est dictū, fallū ergo est quod Martinus inquit.

Dubium tamen est, an Deus possit in mendatio dispensare. Aliqui affirmant, quod si cū Deo potest in alijs preceptis decalogi dispensare, ita & in hoc. Opinio tamen cōmunis & verior est, quod Deus non potest in mendatio dispensare. Probat, quia si potest cum homine dispensare, ergo & ipse mentiri potest, quia si dispensat quia est bonum, ergo & ipse mentiri potest: consequens tamen contra Paulum est ad Hebr. 6. ibi inquit, Impossibile est Deum mentiri: quod intelligi debet de potentia etiam absoluta: tum etiā, quia non haberemus certitudinē articuloꝝ fidei, & scientiæ, & prophetiæ, & omniū, quæ Deus nobis reuelauit. Quod si dicas, Deus ipse manifestare potest, quod in ista vel ista reuelatione non sum mētus, dicimus hoc non sufficere, quia quando Angelus id reuelaret, forte Satanas ipse transfiguraret se in Angelum lucis, & vt nos de-

ciperet, mendatium maximum affereret?

Dubitari etiam potest an quis iniuicibiliter ignorare possit, an mentiri sit malum. Dicimus ad hoc, id dupliciter contingere posse: vno modo, quod ignoret an mentiri iocose vel officiose sit malum: alio modo, q̄ mentiri peritiose malum non sit: & isto modo dicimus, quod potest quis se decipere & excusare, quod si non mentiatur ad salutandam hominis vitā, quod mortaliter peccat: & ita in casu cadere potest ignorantia iniuicibilis circa mendatium peritiosum, & ex consequenti circa iocolum, & officiosum, cū sint minime entitatis.

Sed an quis iniuicibiliter ignorare possit quod in vniuersum mentiri sit malum. Respondemus, quod in vniuersum nullus potest iniuicibiliter ignorare, quod mentiri sit malum, si aliquam adhibeat diligentiam. Et quod ita sit patet, quia quod nullus id ignoret ad prouidentiam Dei pertinet, nam semper in ecclesia prouidit, quod essent Pastores & Doctores, qui necessaria ad salutem docerent. Tum etiā, quia signatū est super nos lumen vultus tui Domine, in communi ergo & vniuersali ignorantia iniuicibilis cadere non potest circa hoc, quod mentiri sit malum.

In primo argumento art. 3. Sancti Thomae tangit difficultatem hanc, an Euangelistae aliquid quando mentiti sint, vel mendatium dixerint. Ad quod dicimus haereticum esse asserere, quod ex intentione & industria mendatium dixerint. Erasmus tamen inquit, q̄ lapsu linguae vel memoriae oblitū sepe mendatium dixerunt, vel saltem aliquando. Sed dicimus affectionem Erasmi erroneam & periculosam esse, nam si in aliquo sunt lapsi & mentiti, poterant ergo similiter in alijs labi & mentiri, & sic scriptura tota sacra & reuelata esset suspecta, quia nescimus si Euangelista fuit lapsus ad mendatium, vbi, vel quo loco lapsus fuerit, & mentitus. Item, quia Christus Dominus dixit, Iota vnū aut vnus apex non prateribit à lege. Et, Caelum & terra transibunt, verba autem mea non prateribunt. Tum etiā quia Euangelistae, sicut & Propheta ductu & instinctu Spiritus sancti locuti sunt, Spiritus vero sanctus non mouet ad fallum, neque ad mendatium: assertio ergo Erasmi tanquam erronea & periculosa, cauenda est.

Circa solutionem ad vltimum argumentū eiusdem articuli tertij est dubium, quomodo quis excusetur, vt non soluat quod promissit,

missit. Nam S. Thom. inquit, requirit q̄ omnia omnino immutata maneant: dubij ergo est, quomodo conditio haec intelligi debeat: verbi gratia, quis vxoratus liberis tamen orbatus promissit certam summā pecuniam, vel praedium aliquod Petro, post promissionem nati sunt ei liberi: an talis teneatur pecuniā promissam vel praedium ei, cui promissit, dare? Caietanus. 2. 2. q. 88. art. 1. inquit, quod quādo aliquis promissit se aliquid facturū, intelligitur nisi rerum mutatio fiat, & ponit exempla: sicuti si quis promissit pecuniam pro filia sua locada, postea tamen factus est pauper, non tenetur promissio: & in similibus verum est quod Caietanus inquit. Sed an omnis mutatio vel, quae postea casu euenit, quā si ante intellexissem, de facto nō promississem, an talis excuset ab impletione promissis, hoc est, an in casibus, in quibus promissū seruare possum, dato de facto rerum mutatio sit facta, an promissum seruare teneat. Dicimus ad hoc primo, q̄ affirmari posset, q̄ omnis euentus, qui si fuisset prauius promissio non fieret, tollit obligationem promissis. Probat, quia mutatio talis causat inuoluntarium, nam promissio fuit facta ex ignorantia: quod ex eo constat, quia qui promissit, postquā euentum audit, penitet ei se promississe, promissit ergo ex ignorantia, ignorantia autem causat inuoluntarium, ergo talis promissio non tenet. Item, ignorantia rerū presentium, ex qua promissio procedit, excusat à promissione adimpleta, ergo ignorantia rerū futurarum excusat: verbi gratia, diues aliquis existimat se in censu habere quatuor millia ducatorum, promittit filiae in nuptias duo millia ex illis, & diligentia adhibita reperit, quod totus eius cēsus nō adaequat duo millia, talis nō tenetur promissam adimplere, si ergo ignorantia illius incōmodi presentis excusat ab adimpletione talis promissis, quanto fortius ignorantia futuri euentus excusat à reddendo promissio. Quod si licentia haec nimis ampla videretur, dicimus secundo, quod post euentum illum videndum est, an opus illud quod promissit sit adeo bonū & honestū nunc, sicut tempore, quo promissit si opus ita bonum & honestum manet, si eut tempore, quo promissit, tenetur promissum adimplere, si vero promissio non ita bona manet, neque adeo honesta, excusatur ab adimpletione promissis. Tertio dicimus, quod de hoc certa regula assignari non potest, sed pensandum est ad arbitrium boni viri, quis euentus excuset, & quis non, post-

quam ille & similes promissiones ex honestate quadam obligant.

Pro Beato Augustino respondetur, quod ipse loco citato mentem suam explicat, cū inquit, Nunquam pro cuiusque temporali vita mentiendum est. Ex quo manifeste asserit mendatium, adeo intrinsece malum esse, vt propter nullam causam mentiri liceat: quod non sit esse de furto, nam in casu extremae necessitatis, si quis alienis bonis fruatur, vt vitam conferret, furtum non committit, neque talis fur dicendus est.

## SECVDNDVM QVAESITVM.

An mechetur, qui vxore in adulterio deprehensa, alteram duxerit.



Augustinus libro vnioco de fide & operibus cap. 19, dubitare videtur, an qui vxorem in adulterio deprehensam dimiserit, si alteram duxerit, mechetur. Sic enim ait, Quisquis vxorem in adulterio deprehensam dimiserit, & aliam duxerit, non enim videtur quoad eis, qui excepta causa adulterij, dimittunt & ducunt: & in ipsis diuinis sententijs ita obscurum est, virū & ille, cui quidem sine dubio adulterā licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alterā duxerit, vt quantum existimo venialiter ibi quifque fallatur. Sententiam hanc retractauit B. Augustinus libro octuaginta trium quaestionum quaestione vltima, his verbis, Verum si quisquam asserat, solam illam fornicationem Dominum admittere ad causam relinquendam coniugis, quae vulgo dicitur fornicatio, id est, quae concubitu illicito perpetratur, hic potest dicere, Dominum cū de hac re loqueretur, de vtroque fidelis dixisse, & marito & vxore, vt si ambo fideles sint, neutri liceat alterum relinquere, nisi causa fornicationis: vbi non potest Paganismus intelligi, quia vterque inde is est, sic enim & Apostolus distinguere videretur, cū ait, His autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego sed Dñs, vxore à viro nō discedere, quod si recesserit, manere innuptā, aut viro suo reconciliari. Vbi etiam intelligitur, q̄ si vna illa causa, quae violata relictio cōiugij permittit, mulier à viro

Qo recessit.

recesserit, inupta perseverare debet, aut si fe non continet, viro potius reconciliari vel correcto, vel certe tolerando, quā alteri nubere. Sequitur autem & dicit, Et vir uxorem non dimittit, breuiter eandem formam inu manū viro, quā praecepiat in femina, quibus ex precepto Domini inuauis, ita sequitur. Ceteris autem ego dico, non Dominus, si quis frater uxorem habet infidelem, & hic consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & mulier, si habet virum fidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Vbi datur intelligi, Dominū de his locutum, vt neuter alterum dimitteret, si fideles ambo essent. Ex quo constat priorem sententiam retractasse, & cum ecclesia & diffinitione Concilij Tridentini cōsensisse. De hac questione vide supra secundo tomo B. Chryostomi ad duodecimū questionem, & Beati Ambrosij ad vigesimum tertium.

TER TIVM QVAESITVM.

An fornicatio simplex sit in decalogo prohibita.

**A**ugustinus libro. 2. questionum super Exodum cap. 71. infinuare videtur, se ignorare an fornicatio simplex sit in decalogo prohibita: explicans enim locum hunc, *Quatenus dimissit uxorem suam excepta causa fornicationis, & sic ait, Hoc vitique fornicationē appellauit, si cum alio peccet, quē virum habet, quōd est mechia, id est, adulterium, omnis ergo mechia etiam fornicatio in scripturis dicitur. Sed vitrum etiam omnis fornicatio mechia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiā mechia dici potest, vbi sit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui uxores non habent, cū foeminis quē maritos nō habent, vitrum inueniri possit ignoro.*

Doctores scholastici de hac questione. 4. sent. dist. 33. & S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 7. quo quaerit, an praecepta decalogi recte tradantur? Et responder, quōd recte sunt tradita secundū summā Dei sapientiā, & in singulis argumentis explicat difficultates, quae occurrere possunt circa singula praecepta. Et circa sextum inquit, quōd nomine & prohi-

bitione mechia prohibemur omnes species luxurie, & omnis concubitus illicitus, tam inter solutam & solutam, quā inter masculos, si simul conueniant. In qua sententia conueniunt omnes Patres & Doctores scholastici.

Pro B. Augustino ipse eodem cap. citato pro se respondet inquires, quōd furti nomine intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienae (non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed vitique a parte totum intelligi volumus) quidquid illicite rerū proximi auferretur, profecto & nomine mechia omnis illicitus concubitus, atque illorū membrorum nō legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Vide supra B. Ambrosium, vbi amplē de adulterio disputauimus, ad septimum.

QVARTVM QVAESITVM.

An praeceptum Dei adimpleat, qui forinsecus tantum, & non corde facit.



Augustinus lib. 5. questionum super Deuteronomiū cap. 5. ait, q. quae Deus praecipit, extrinsecus tantū, & non corde adimplet, praecepto Dei non obtemperat. Exponens enim illud, Proprie est verbū hoc valde in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud: inquit deinde quod additum est hic, & in manibus tuis, non ait Apostolus, nisi in ore tuo & in corde tuo, & hoc vsque ad finem executus est dicens, Corde enim creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem: merito quod ex Hebræo translatus est, quantum à nobis inspicitur potuit, non habet in manibus tuis, ne frustra tamē hoc à septuaginta interpretibus additum existimo, nisi quia intelligi voluerūt etiā ipsas manus, quib⁹ significatur opera in corde accipi debere, vbi est fides, quae per dilectionē operatur, nā si forinsecus ea quae Deus iubet manibus fiant, & in corde nō fiant, nemo est tā insulsus, qui praecepta arbiuret impleri: porro si charitas, quae est plenitudo legis Dei, habitet in corde, etiam si manibus corporis quiscūq. non possit operari, pax illi est vitique cum hominibus bona voluntatis.

Do-

Doctores scholastici. 2. sent. dist. 27. & 28. S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 10 quo quaerit, an modus charitatis cadat sub praecepto Diuinae legis, ita vt eius iussu cōsiliij facere teneamur, vel ea per actum talem adimplere, quo eius siliij constituitur. Sanct. Tho. recitat duas opiniones contrarijs, eadē reco. cilians respōdet duabus conclusionib⁹, quae hac distinctione patēt. Actus charitatis bifariam consideratur: vno modo, vt est quidam singularis actus peculiaris virtutis amandi, sicut est alius actus sperandi, & alius credendi, nēpe, cuius contrarium est formaliter odisse, & iuxta hunc modū est prior conclusio. Actus charitatis cadit sub singulari praecepto, nēpe, sub hoc, Diliges Dominū Deum tuum, & proximum tuum, sicut teipsum. Altera vero ratione consideratur, nō vt est singularis obiecti, sed vt vniuersalis obiectio & modus omnium virtutum, nā nō habere deos alienos, nōit peccare, sabbatha sancti ficare, nihil aliud est, quā Deum diligere, sicuti honorare parentes, nō furari, nō occidere, &c. nihil aliud est, quā proximum diligere, licet non formaliter, sed materialiter. De hac ergo charitatis ratione est secunda conclusio. Modus talis charitatis nō cadit sub praecepto, quod est dicere, in hoc praecepto, Honora patrem & matrem, nō includitur vt parentes sint ex charitate honorandi, sed ipse exhibeatur eis exterior reuerentiā, quā licet quis in peccato mortali praestet, non ideo fit praecepti transgressor. Probat conclusio, Charitas Dei ideo est generalis modus omnium virtutum, quod est finis ad quem lex Diuina ordinat, iuxta illud 1. Tim. 3. Finis praecepti charitas. Et ad Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio, finis autē praecepti nō cadit sub praecepto legis, sed actiones, quibus in fine tenditur, & ideo ait S. Tho. intentione finis esse modū formale, qui nō includitur in substantia praeceptorum, & hoc pacto conciliat dictas opiniones, nēpe, vt quae affirmat modum charitatis cadere sub praecepto intelligenda sit de singulari praecepto dilectionis: negans vero interpretanda sit de alijs. Praeter has duas opiniones, quas Sanct. Thom. recitat, est tertia opinio, quae in concordiam harum adduci non potest. Sunt autem qui contra secundam conclusionem Sancti Thomae affirmant, singula decalogi praecepta, atque omnia Diuina includere modum charitatis, ita quōd, nisi in gratia fiant, non solum sunt meritoria, verum sunt peccata, vt potest eorundem praeceptorum

transgressiones. Et haec opinio est Dionysij Casserensis. 2. distinctione. 17. qui ex fallaci illa consequentia hallucinatus est, quibuscūque praeceptionibus Deus intendit nos ad ad amorem ipsius pertrahere, ergo ex eodem amore tenemur cuncta perficere: & adducit pro se illud Petri, Omnia opera vestra in charitate fiant: & aliud Bernardi, Omne quōd praecipitur in sola charitate solidatur: & locum citatum Augustini, & alia similia.

Haec autem opinio nō est falsa, verum & erronea Synodo Tridentina sels. 6. Can. 7. aduersus Lutheranos damnata, nēpe, cuncta opera, quae extra gratiam Dei fiant, esse peccata. Et contra Dionysium arguitur primo, nam omissis operibus, quae ex obiecto & circumstantijs sunt mala, cetera aut sunt praecepta, aut consilia, aut in differentia, si ergo cuncta obsequia praeceptorum, quae extra gratiam fiant, peccata sunt, illa etiam erunt peccata, quae sunt sub consilio, nam si Deus ex charitate nos obligat praecepta implere, pariter id de consilijs iussisse videtur, atque adeo de alijs operibus naturalibus, quae ad conferuationē vitae ordinantur, & ita omnia opera, quae in peccato fiant, peccata essent. Secundo si vniuersa madorum officia tenemur ex charitate adimplere, vel hoc esset ob cōmūnem illorū obligationē, vel propter singularem praeceptum charitatis: non ob generalem obligationē omnium, nā per illa non imperatur nobis aut prohibentur nisi opera, vt paternus honor, & ab iniurijs abstinere, quibus auaritia violatur, quod si in honore paternum charitas aliqua includatur, certe illa satis erit quae naturaliter inter homines inuenitur: singulare autē mandatum charitatis, cum sit affirmatiuū, non obligat pro se, sed certis temporibus, extra quae nō est cur obligemur cetera ex charitate adimplere. Tertio, si illud singulare praeceptum in cunctis alijs esset necessarium seruari, sequeretur quōd transgressio cuiuscūque praecepti esset dupliciter delictū, scilicet, & cōtra peculiare obiectum, verbi gratia, furari, & cōtra Diuinā charitatem. Quarto, sequeretur q. occurrente materia cuiuscūque praecepti teneremur conscientiam discutere, vt in Dei gratiā reciperemur. Quinto, quia sequeretur quōd nemo ad sacramentum confessionis digne accederet, nisi qui iam in gratia esset, quia illud etiam praeceptum confessionis teneremur in gratia adimplere: imō adulter nō posset ad baptismū accedere

Dionysius Casserensis.

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

recesserit, inupta perseverare debet, aut si se non continet, viro potius reconciliari vel correcto, vel certe tolerando, quā alteri nubere. Sequitur autem & dicit, Et vir uxorem non dimittat, breuiter eandem formam intumens viro, quam precipiebat in femina, quibus ex praecepto Domini insinuat, ita sequitur, Ceteris autem ego dico, non Dominus, si quis frater uxorem habet infidelem, & hic consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & mulier, si habet virum fidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Vbi datur intelligi, Dominū de his locutionibus, vt neuter alterum dimittat, si fideles ambo essent. Ex quo constat priorem sententiam retractasse, & cum ecclesiae & diffinitione Concilij Tridentini cōsensisse. De hac quaestione vide supra secundū tomo B. Chrysolomi ad duodecimū que situm, & Beati Ambrosij ad vigesimum tertium.

TER TIVM QVAESITVM.

An fornicatio simplex fit in decalogo prohibita.



Vgustinus libro. 2. quaestionum super Exodum cap. 71. insinuat videtur, se ignorare an fornicatio simplex fit in decalogo prohibita: explicans enim locum hunc, *Quicumque est in sepe uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam in sepe, sic ait, Hoc vitioque fornicationē appellauit, si cum alio peccet, que virum habet, quod est mechia, id est, adulterium, omnis ergo mechia etiam fornicatio in scripturis dicitur. Sed vitium etiam omnis fornicatio mechia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiā mechia dici potest, vbi sit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui uxores non habent, cū feminis que maritos nō habent, vitium inueniri possit ignorō.*

Doctores scholastici de hac quaestione. 4. sent. dist. 33. & S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 7. quo querit, an praecepta decalogi recte tradantur? Et respondet, quod recte sunt tradita secundū summā Dei sapientiā, & in singulis argumentis explicat difficultates, quae occurrere possunt circa singula praecepta. Et circa textum inquit, quod nomine & prohi-

bitione mechiae prohibentur omnes species luxurie, & omnis concubitus illicitus, tam inter solutum & solutam, quam inter masculos, si simul conueniant. In qua sententia conueniunt omnes Patres & Doctores scholastici.

Pro B. Augustino ipse eodem cap. citato pro se respondet inquires, quod sicut furti nomine intelligitur omnis illicita furcivoria rei alienae (non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed vitioque a parte totum intelligi volumus) quidquid illicitē rerū proximi auferretur, profectio & nomine mechiae omnis illicitus concubitus, atque illorū membrorum nō legitimus usus prohibitus debet intelligi. Vide supra B. Ambrosium, vbi amplē de adulterio disputauimus, ad septimum.

QVARTVM QVAESITVM.

An praeceptum Dei adimpleat, qui forinsecus tantum, & non corde facit.



Vgustinus lib. 5. quaestionum super Deuteronomiū cap. 54. ait, qd qui ea, quae Deus praecipit, extrinsecus tantū, & non corde adimplet, praecipit Dei non obtemperat. Exponens enim illud, Proprie est verbū hoc valde in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud: inquit deinde quod additum est hic, & in manibus tuis, non ait Apostolus, nisi in ore tuo & in corde tuo, & hoc vsque ad finem quaeque est dicens. Corde enim creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem: merito quod ex Hebræo translaturum est, quantum à nobis inspicere potuit, non habet in manibus tuis, ne frustra tamē hoc à septuaginta interpretibus additum existimo, nisi quia intelligi voluerūt etiā ipsas manus, quibus significatur opera in corde accipi debere, vbi est fides, que per dilectionē operatur, nā si forinsecus ea que Deus iubet manibus fiant, & in corde nō fiant, nemo est tā insulsus, qui praecepta arbitretur impleri: porro si charitas, que est plenitudo legis Dei, habitat in corde, etiam si manibus corporis quisquā non possit operari, pax illi est vitioque cum hominibus bonae voluntatis.

Do-

Doctores scholastici. 2. sent. dist. 27. & 28. S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 10. q. 10. querit, an modus charitatis cadat sub praecepto Diuinae legis, ita vt eius iussa cui filij facere teneantur, vel ea per actum talem adimplere, quō eius filij constituamur. Sanct. Tho. recitat duas opiniones contrarias, eandē reconcilians respondet duabus conclusionibus, quae hac distinctione patent. Actus charitatis bifariam consideratur: vno modo, vt est quidam singularis actus peculiaris virtutis amandi, sicut est alius actus sperandi, & aliis credendi, nempe, cuius contrarium est formaliter odisse: & iuxta hunc modū est prior conclusio. Actus charitatis cadit sub singulari praecepto, nempe, sub hoc, Diliges Dominū Deum tuum, & proximum tuum, sicut teipsum. Altera verō ratione consideratur, nō vt est singularis obiecti, sed vt vniuersalis cōditio & modus omnium virtutum, nā nō habere deos alienos, nōn peierare, sabbathū sancti ficare, nihil aliud est, quam Deum diligere, sicuti honorare parentes, nō furari, nō occidere, &c. nihil aliud est: quā proximum diligere, licet nōn formaliter, sed materialiter. De hac ergo charitatis ratione est secunda conclusio. Modus talis charitatis nō cadit sub praecepto, quod est dicere, in hoc praecepto, Honora patrem & matrem, nō includitur vt parentes sint ex charitate honorandi, sed vt exhibeatur eis exterior reuerentia, quā licet quis in peccato mortali praestet, non ideo fit praecipit transgressor. Probatur conclusio, Charitas Dei ideo est generalis modus omnium virtutum, quod est finis ad quem lex Diuina ordinat, iuxta illud 1. Tim. 5. Finis praecipit charitas. Et ad Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio, finis autē praecipit nō cadit sub praecepto legis, sed actiones, quibus in finē tenditur, & ideo ait S. Tho. intentionē finis esse modū formale, qui nō includitur in substantia praceptorum, & hoc pacto conciliat distas opiniones, nempe, vt quae affirmat modum charitatis cadere sub praecepto intelligendā sit de singulari praecepto dilectionis: negans verō interpretanda sit de alijs. Praeter has duas opiniones, quas Sanct. Thom. recitat, est tertia opinio, quae in concordiam harum adduci non potest. Sunt autem qui contra secundam conclusionem Sancti Thomae affirmant, singula decalogi praecepta, atque omnia Diuina includero modum charitatis, ita quōd, nisi in gratia fiant, non solum sunt meritoria, verum sunt peccata, vapore eorundem praceptorum

transgressiones. Et haec opinio est Dionysij Cisterciensis. 2. distinctione. 17. qui ex fallaci illa consequentia hallucinatus est, quibusque praceptionibus Deus intendit nos ad amorem ipsius pertrahere, ergo ex eodem amore tenemur cuncta perficere: & adducit pro se illud Petri, Omnia opera vestra in charitate fiant: & aliud Bernardi, Omne quōd praecipitur in sola charitate solidatur: & locum citatum Augustini, & alia similia.

Haec autem opinio nō est falsa, verum & erronea Synodo Tridentina sels. 6. Can. 7. aduersus Lutherianos damnata, nempe, cuncta opera, quae extra gratiam Dei sunt, esse peccata. Et contra Dionysium arguitur primo, nam omnis operibus, quae ex obiecto & circumstantijs sunt mala, cetera aut sunt praecipit, aut consilia, aut indifferentia, si ergo cuncta obsequia praceptorum, quae extra gratiam sunt, peccata sunt, illa etiam erunt peccata, quae sunt sub consilio, nam si Deus ex charitate nos obligat praecipit implere, pariter id de consilijs iussu videtur, atque adeo de alijs operibus naturalibus, quae ad conseruationē vitae ordinantur, & ita omnia opera, quae in peccato sunt, peccata essent. Secundo si vniuersa mandatorum officia tenemur ex charitate adimplere, vel hoc esset ob cōmuni nem illorū obligationē, vel propter singulare praecipit charitatis: non ob generalem obligationē omnium, nā per illa non imperatur nobis aut prohibentur nisi opera, vt paternus honor, & ab iniurijs abstinere, quibus amicitia violatur: quod si in honore paternam charitas aliqua includatur, certe illa satis erit quae naturaliter inter homines inuenitur: singulare autē mandatum charitatis, cum sit affirmatiuū, non obligat pro se, sed certis temporibus, extra quae nō est cur obligemur extra ex charitate adimplere. Tertio, si illud singulare praecipit in cunctis alijs esset necessarium seruari, sequeretur quōd transgressio cuiuscunq; praecipit esset duplicatum delictū, scilicet, & cōtra peculiare obiectum, verbi gratia, furari, & cōtra Diuinā charitatem. Quarto, seque retur qd occurrente materia cuiuscunq; praecipit teneremur conscientiam discutere, vt in Dei gratia recipere. Quinto, quia sequeretur quōd nemo ad sacramentum cōfessionis digne accedere posset, nisi qui iam in gratia esset, quia illud etiam praecipit cōfessionis teneremur in gratia adimplere, imō ad alit nō possit et ad huiusmodi accedere nisi

Dionysius Cisterciensis.

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

nisi iam factus esset membrum Christi, quare sacramenta non possent primam gratiam conferre.

Ideo distinguendum est cum Theologis, bifariam posse Dei praecepto satisfieri: uno modo quantum ad substantiam operis, quod est sic implere, ut peccatum transgressionis aut omissionis caueamus: altero vero modo quantum ad intentionem praeipientis, id est, cum sineam attingendo, quo intentio praeipientis dirigitur, quae est vita aeterna, illuc namque Deus per suas leges nos perducere intendit, secundum illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, ut ergo legi quantum ad substantiam satisfaciamus, charitas necessaria non est, sed vt aeternam vitam possideamus.

Ex quo fit, vt ad illum priorem implendi modum opus non sit relatio operis in Deum per speciem eius concursum, seu in finem supernaturalem, vt Gregorius Ariminensis, sententia dist. 26. & sequentibus sustinet, sed satis est in ipsum referri, tanquam in finem naturalem, in quem quocumque opus honestum naturam habet relationem, Deus namque naturae conditor ad se cuncta, dum condit, retulit, quocirca impletio huiusmodi mandati naturalis Dei influxu fieri potest, iuxta illud ad Rom. 2. Genes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, tametsi tota lex sine auxilio speciali gratiae ad impleri nequeat, vt longo tempore absque peccato viuamus.

De priori autem conclusione S. Thome, de singulari praecepto charitatis grauiora sunt dubia, tam de eius necessitate, quam de eius materia & modo. Dicitur enim, finem legis non cadere sub praecepto, cum ergo charitas & Dei amicitia finis sit Diuinae legis, non oportebat singulare institui praeceptum de illa, est enim scopus & brauium, quod per aliorum praeceptorum obseruantiam obtinetur. Secundo, charitas est donum supernaturale Dei, ergo praeceptum assequende illius nequit a nobis naturali facultate impleri, non enim naturaliter charitatem assequi valeamus, cum ergo fidelis Deus nihil nobis impossibile praeceptum, non debuit nobis tale mandatum iniungere, atque ideo cum nemo sciat an odio vel amore dignus sit, nullus certus esse possit, an illud impleuerit, quare neque conscientiam suam pacare. Tertio, quia cum sit affirmatiuum, signanda essent tempora, quibus obligat, quae tamen facile deprehendi nequeunt: nam si dixeris, fa-

tis esse semel in vita implere, nempe, in articulo mortis, longe a natura eiusdem praecepti aberras, nam cum praeceptum hoc ceterorum omnium sit praeanbulum, nam vt ait Apostolus, finis praecepti charitas, totum est implere, quod licet vitam iam transigere, antequam nos obliget. Et confirmatur, si enim ab humanis exemplum petamus, miles dum nomen suum in militia dat, tunc se in amicitiam principis addicit: praeceptum ergo, si vltimum est charitatis, statim ab initio vitae obligat. Quod si dicas obligare statim, cum primum quis ad usum rationis peruenit, certe instans hoc paucissimis notum est, unde nullus vnquam huiusmodi omissionis sacerdoti est confessus. Secundo confirmatur, quia S. Thome loco citato huc praecepto alia tempora consignat docens transgressionem eiusdem praecepti contingere posse vbi alia violantur.

Quod si dicas cum Scoto 3. dist. 27. tempus huius praecepti esse omnes dies festos, quibus homo tenetur se Deo commendare, & ei gratias agere, in contrarium est argumentum, quod hoc non exprimitur in praecepto sanctificandi sabbatha, sed tantum iubemur ab operibus seruilibus cessare, & quantum finis eius sit Deo vacare, iam tamen diximus, finem non cadere sub praecepto. In summa hoc in praesentia quaeritur, quidnam in tali praecepto nobis iubeatur, vtrum videlicet intrinseca sola dilectio, an vero forissecus opus. Solutio harum rationum a postrema incipienda est. Praeceptum dilectionis non praecessit ad internum affectum obligat, sed ad externum opus, affectus enim bonus propter bonum opus est: obligat enim primum omnium secundum Sanctum Thomam, lex charitatis, vt dum quis primum usum rationis attingit, se & sua in Deum referat, cum primum plene deliberare incipit, & vnum esse primum parentem rerum agnoscat, quod ratione non caeret, nam cum Deus ad hoc nos considerat, & ratio naturalis dicitur, vnam fuisse primam causam omnium, consonum est rationi, vt tunc homo amore ipsius primae causae proponat a malo recedere, & bonum agere, hoc enim est primum Deum super omnia diligere: quare tunc praesente eius speciali auxilio, homo fidem & gratiam reciperet, qua ab originali mundaretur. Quidquid autem de hoc sit, crediderim, vt cum homo rationis compos baptismo tingitur, vitam suam in Deum referre debeat, sicut enim tunc praecepto fidei

1. Confessio  
matio.

2. Confessio  
matio.

Scotus:

Ad postremum argu-  
mentum.

Quando  
praeceptio  
dilectionis  
Dei fit  
gt.

tenetur credere, ita & quae credit sperare, & a quo illa sperat diligere, instar illius, qui in militia nomen suum dat principi: ac subinde crediderim, quod si tunc non se ad gratiam disponeret, peculiariter contra charitatem delinqueret, veluti contra fidem, si non crediderit: neque in his tantum casibus, verum forte quoties opus aliquid egregium aggredimur, vel causa martyrii nobis offerretur, vel illustre aliquod beneficium a Deo suscipimus, vt dum nos ab eminenti mortis periculo eripuit, non esse temerarium affirmare, sed prudentia, vt eodem quoque praecepto teneamur Deum diligere, etiam quantum ad modum, hoc est, quantum in nobis est nos disponere ad incedam cum Deo gratiam.

Aduertendum tamen, quod vt reliqua, sic quoque singulare praeceptum charitatis potest quantum ad substantiam operis impleri absque eius modo: exempli gratia, arbitror praeceptum hoc hominem attingere, vt quoties nomen Dei blasphemari audierit, & eius honore pessundari, a parte ipsius stet, & pro eius honore respondeat: quo tamen articulo non tenetur suorum criminum penitere, vt Dei amicitiam sibi conciliet, quare neque hoc praeceptum in vniuersum obligat ad suum ipsius modum, sed quando currit articulus interne diligendi, nam in casuposito solum est necessitas protectionis exterioris.

Ad primum autem respondet Sanctus Thomas 2. 2. q. 44. quod et si charitas sit finis aliorum praeceptorum, atque adeo non cadat sub ipsorum obligatione, nihilominus decuit singulare eius praeceptum cunctis alijs praemitti, tanquam eorum praeanbulum, & ideo illud neque alterum dilectionis proximi non est in decalogo inclusum, sed extra in radice praefixum, in quod reducuntur praecepta primae tabulae, sicut in alterum praecepta secundae.

Ad secundum facile respondetur per illud Aristotelis axioma, Quae per amicos facimus per nos ipsos facere videmur, nam quantum per nos ipsos praeceptum & modum charitatis nequeamus implere, Deus tamen paratissimus est, nisi per nos itererit, opere ad id perficiendum ferre.

Verum praetereunda non est vltima clausula S. Thomae in responsione quaestionis, ait enim, quod qui patet ex Dei charitate non honorat, non est transgressor praecepti de honorandis parentibus, licet sit transgressor praecepti quod est de acta charitatis, propter quam transgressionem meretur poenam. Ex his verbis

Ad primū  
argumētū

Thomae aliqui inferunt, hanc esse mentem S. Thome, quod vbiunque occurrit materia aliorum praeceptorum, concurret pariter charitatis mandatum, contra quod subinde peccatur, si cetera non impleantur ex charitate. In electus autem iste contrarius est D. Thome, nam discernens modum quo charitas non includitur in alijs praeceptis, docet neque semper cum eis concurrere, sed cum sit affirmatiuum, habere sua tempora diffinita, vt in solutione secunda docet: mors ergo eius est, quod si illo tempore, quo praeceptum charitatis & eius modus obligat, accidat quodlibet aliorum concurrere, tunc illud aliud adimplendum sit ex charitate, non propter illius obligationem, sed propter huius vinculum.

Et hoc modo exponimus B. Augustinum, cum inquit, quod si quis forissecus adimpleat ea, quae Deus praecepit, si corde adimplere non intendat, praeceptum non adimplet, scilicet, charitatis. Et quod intelligat de praecepto speciali charitatis, tempore quo obligat, constat ex verbis, quae statim addidit, ait enim, Porro si charitas, quae est plenitudo legis Dei, habitet in corde, pax illi est cum hominibus, non voluntatis, licet manibus operari non possit.

QVINTVM QVAESITVM.

An heretici tolerandi sint vsq; ad ventilationem.



Vgustinus libro vnico quaestionum ex Matth. c. 12. subindicare videtur, toleranda esse zizaniam vsque ad messem. Sic enim scripsit, Hinc est quod serui dicunt, Visimus & collegimus ea, quibus veritas ipsa respondet, non ita hominibus constitutum esse in hac vita, vt certus esse possit, qualis quisque futurus sit postea, cuius in praesentia cernit errorem, vel quid etiam error eius conferat ad profectum bonorum, non esse tales auferendos de hac vita, ne cum malos conuaret interficere, & bonos interficiat, quod forte futuri sunt: aut bonis oblit, quibus & inuiti forte vitales sunt: sed tunc opponunt fieri, cum iam in fine non restat, vel tempus commutandae vitae, vel proficiendi ad veritatem ex occasione atque comparatione alieni erroris, tunc autem hoc non ab hominibus, sed ab Angelis fieri, Inde est quod respondet

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

pater familias, Non. ne forte colligentes zizaniam, eradiceris simul & triticum, sed in tempore metis dicam messoribus, &c. De hac quaestione vide supra secundo tomo Chrysostomi ad octauum quaesitum.

### SEXTVM QVAESITVM.

An corpora Angelica lucidissima sint & etherea.

**SE**xtus libro vnico octuaginta trium quaestionum. q. 46. expressit asserit, Angelica corpora lucidissima esse & etherea. Sic enim ait, Quae solet quomodo post resurrectionem, atque immutationem corporis, quae sanctis promittitur, cogitationes nostras videre possimus: coniectura itaque capienda est ex ea parte corporis nostri, quae plus habet lucis, & quoniam Angelica corpora, qualia nos habituros speramus, lucidissima atque etherea esse credendum est, & multi motus animi nostri nunc agnoscantur in oculis, probabile est, quod nullus motus animi latebit, cum motum fuerit corpus ethereum, in cuius comparatione illi oculi caro sunt. Vide de hac quaestione septimo tomo B. Hieronymi ad primum, & primo tomo B. Augustini ad quartum, quod retractavit lib. 1. retracta. cap. 26.

### SEPTIMVM QVAESITVM.

An solus Deus melior sit anima rationali.

**SE**ptimus libro vnico octuaginta trium quaestionum. q. 54. asserere videtur, quidquam non esse melius anima rationali, nisi Deo. Sic enim habet, Quod autem est omni anima melius, id Deum dicimus, cui, quisquis eum intelligit, iunctus est, intelligit autem rationalis anima Deum, nam intelligit, quod semper eiusmodi est, neque ullam patitur mutationem: at & corpus per tempus & locos, & anima ipsa rationalis, quod aliquando sapiens, aliquando stulta est, mutationem patitur, quod autem semper eodem modo est, melius profecto est, quae id quod non ita est, nec quicquam est melius ratio-

nali anima, nisi Deus.

Doctrina haec Augustini intelligenda est de substantijs corporeis: notum enim est apud omnes tam philosophos quam Theologos, naturam Angelicam altioris ordinis & gradus esse, quam est natura & substantia animae rationalis, nam natura Angeli est esse spirituslem & per se subsistentem, quod licet etiam animae conueniat, diuersa tamen ratione, vt Aristot. pluribus in locis insinuat, quibus ait, intellectum aut mentem separatam esse, quod tamen non intelligit actu tunc nulli inhaerere, sed quantum est de natura sua esse per se subsistentem, quod est dicere, per se natura sua per se solum generalem Dei concursum posse subsistere extra corpus, perinde atque in corpore: Angelus siquidem & anima sic differunt, quod ille est substantia spirituales per se perfecte subsistens, adeo vt neque ulli corpori possit tanquam actus & forma inherere, sed mouere corpus: anima vero non vsque adeo perfecte est substantia spiritualis, quin sit etiam actus & forma corporis, quo nihilominus consumptio, per se subsistit. Acumine etiam intellectus Angelus animam excedit: & quod bonus Angelus vnico actu beatifico meruit, homini datum est, vt per totum vitam discursum mereri possit, vt augmento gratiae ad Hierarchias Angelorum assumi & eleuari possit.

Pro quo est notandum, quod in politijs humanis ponuntur diuersi gradus & ordines, si militer & in politia Angelica: in politijs autem humanis specialiter sunt tres gradus, in primo gradu sunt optimates, sicuti diuites vel rectores, in infimo sunt viles & abiecti ex plebe, in medio sunt honorabiles de populo. Ad hunc modum Dionysius statuit tres Hierarchias Angelorum. Prima est superiorum. Secunda inferiorum Angelorum, qui sunt tanquam ministri & executores superiorum. In tertia Hierarchia ponuntur Angeli, qui se tanquam honorabiliores habent, & praesunt inferioribus. Quod vero isti diuersi ordines Angelorum constituendi sint, constat ex sacris literis, nam Paulus de Christo Domino ad Ephes. 1. inquit, quod Pater constituit eum super omnes Principatus & Potestates.

Aduertendum etiam ex Magistro sent. 2. dist. 9. quod ordo est multitudo celestium spirituum, qui aliquo mouere gratia congregantur, quia dono aliquo gratuito sunt similes. Ex qua doctrina Magistri communiter

rece

recepta colligit S. Tho. 1. parte. q. 103. art. 2. quod in quocunque ordine sunt multi Angeli, quo differunt moderni, quia tenent, quod omnes Angeli vnus ordinis sunt vnus & eiusdem speciei, secundum vero S. Th. licet omnes Angeli vnus ordinis ad idem ministerium assumantur, differunt tamen specie. Hierarchie autem coelestes hoc modo distinguuntur, quia secundum Dionysium, qui sunt de prima & suprema Hierarchia solum intendunt contemplationi, & secundum diuersos actus contemplationis in Hierarchia suprema distinguuntur tres ordines Angelorum: secunda Hierarchie tribuitur potentia, & secundum tres actus potentiae collocantur in ea tres ordines Angelorum: tertia vero Hierarchie attribuitur operatio vel executio, & secundum diuersos gradus executionis collocantur in ea tres ordines alij Angelorum, & ita sunt tres Hierarchie & nouem ordines Angelorum.

B. Gregorius & Bernardus, quos refert Magister dist. illa. 9. has Hierarchias distinguit secundum tres status hominum, scilicet, contemplatiuorum, & praetorum, & laborantium. Prima Hierarchia correspondet statui contemplatiuorum. Secunda statui praetorum. Tertia, statui laborantium. In prima collocantur tres ordines, scilicet, Seraphin, Cherubin, & Throni, qui contemplationi intendunt, ad contemplationem vero tria exiguntur, Primum, actus intellectus, nempe cognitio, a quo Cherubin, & primus ordo nomen sumpsit, idem enim est, quod plenitudo scientiae, quia perfectius alijs intelligunt. Secundus ordo est Seraphin, qui actu voluntatis ab alijs distinguuntur, qui est amor, unde Seraphin dicuntur, quasi amore ardentibus vel incensis, de quibus Propheta, Qui facit Angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis, scilicet vrentis. Tertium quod est in contemplatione, est tentio, vel consecutio eius, quod contemplatur, & sic est tertius ordo, scilicet, Thronorum, qui sedes Dei dicuntur, quia quasi quieti & sedentes contemplatione illa Diuina fruuntur. Neque imaginandum est, quod in quolibet ordine sit tantum vnus actus, scilicet, quod seraphin tantum intelligat, Cherubin solo amore ardeat, Throni soli contemplatione vacent, sed illi tres actus omnibus competunt, omnes enim intelligunt, amant, & sunt secuti, sed in suo actu speciali vnus alio videt, vel quia Doctores & Patres ita illis tribuunt.

In secunda Hierarchia collocantur Dominationes, Potestates, & Virtutes: dicitur Dominationes, quasi praesidentes, quia sua potentia alijs dominantur & praesunt: Potestates dicuntur, quia resistunt demonibus: Virtutes vero, quia operibus virtutem circa res inferiores exercent. Tertia Hierarchia est in qua, secundum Dionysium collocantur Principatus, Archangeli, & Angeli: Principatus dicuntur a custodia & exercitio quem habent circa custodiam magnatum, sicuti Principum & Regum: Archangeli a prouidentiarum, & ciuitatum: Angeli sunt per sonarum custodes. Et aduertendum, quod istum uem ordines remanebunt post diem iudicii, licet non in eisdem officijs, non enim officiare spectu inferiorum exercent, remanebit tamen in eadem natura & quoad gratiam & quoad gloriam.

Ad quaesitum principale, vtrum homines, qui natura inferiores sunt Angelis, assumuntur ad ordines Angelorum. S. Th. loco citato art. 8. respondet esse de fide, quod homines assumuntur ad ordinem Angelorum, nam sicut vnus ordo Angelorum alios excedit in gratia & gloria, ita homines in merito sunt inaequales, & habetur frequenter in Euangelio, sicuti Matth. 22. & Luc. 20. nempe, quod post resurrectionem erimus sicut Angeli Dei in caelo. Et Magister ait, quod contrarium asserere haereticum esset. Magister sent. & Durandus dist. 9. q. 2. inquit, dato homines communiter ad ordines Angelorum assumantur, aliqui tamen dicunt, quod ad alium ordinem, qui non est Angelorum, assumuntur. Probant de pueris cum sola gratia baptismali discedentibus sine vllis meritis, nam ordo qui libet Angelorum maiorem gratiam & gloriam habet quam paruuli illi: adulti enim omnes maiorem gratiam & gloriam habent, quam paruuli cum sola gratia baptismali discedentes, adulti autem assumuntur ad ordines Angelorum, ergo paruuli non assumuntur ad aliquem ordinem illorum. Haec tamen ratio non concludit, nam secundum Sancti Thomae 1. parte, quaestione. 109. articulo. 1. Angeli damnati in aliquo ordine Angelorum fuerunt, illi autem possent tam paruum gratiam habere, sicut paruuli baptizati ante usum rationis habent, nam ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia, illi tamen essent in aliquo ordine, eodem ergo modo dicendum est de pueris. Et ita dicimus, hoc quod est honorem ad aliquem ordinem assumi, non



ex eo esse, quod tantam vel tantam gratiam habet, sed quia proportionem aliquam & habitudinem habet ad ordinem, ad quem assumitur. Et de Beatissima Virgine constat, eleuatam esse & assumptam supra omnes choros & ordines Angelorum. Christus etiam Dominus, ut Paulus ait, constitutus est supra omnes Principatus & Potestates. Mentem Augustini in principio quaestionis explicamus.

OCTAVVM QVAESITVM.

An merita occultissima sint causa praedestinationis.



Vgustinus libro vnicō octuaginta trium quaestionū q. 68. asserere videtur, merita occultissima causā esse praedestinationis. Sic enim scripsit exponens illud ad Rom. 9. *Numquid dicit legemini et, qui se imitit, quare me ipse fecisti,* ait, *Hic fortasse conturbatur ad illā quaestione reddis, Cuius vult miseretur, & quem vult obdurat, sed haec voluntas Dei iniusta esse non potest, venit enim de occultissimis meritis, quia est peccatorum, cū propter generale peccatum vnam massam fecerit, non tamen nulla est inter eos diversitas, praecedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quantum nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione, & item praecedit in alijs peccatoribus, quod digni efficiantur oblatione. Vide supra quarto tomo Chrysostomi ad nonum quaesitum.*

NONVM QVAESITVM.

An Angeli omnes aequales sint creati.



Vgustinus quaestionum sexaginta quinque q. 16. asserere videtur, Angelos omnes aequales esse a Deo creatos. Quarens enim, an Angeli omnes aequales, vel inaequales creati sint, & si aequales, cur non omnes firmi, & stabiles fuerunt, si vero inaequales, quo merito alijs praesentia suae stabilitatem accipere

meruerunt, alij futurum suae ruinae casum minime praevidere potuerunt. Respondet, omnes quidem Angeli aequales creati sunt, sed ceteris illis per superbiam ceteri Domino pia obedientia cohaeserunt, accipientes certam scientiam suae stabilitatis, quia illi nunquam habuerunt, & sic sunt gratia Dei in omnibus cunctati, ut nunquam possint cadere a beata vita, qua fruuntur Domino cohaerentes.

Doctores scholastici. 2. sent. dist. 4. & S. Thom. 1. parte. q. 62. & priori articulo quaerit, an Angeli fuerint in sua creatione beati. Et supposito, quod beatitudo tam naturalis, de qua Arist. 10. Ethic. quam supernaturalis est ultimum quod Angelus attingere potest, respondet duabus conclusionibus. Prima conclusio, Angeli fuerunt creati in beatitudine naturali. Haec patet, quia habent cognitionem perfectissimam, in primo ergo instanti creationis contemplati sunt Deum, & maxime quia Angeli non discurrunt. Secunda conclusio, Angeli non fuerunt creati beati beatitudine supernaturali. Haec etiam constat, quia per moraliam aliquam fuerunt viatores. Tum etiam, quia peccare non potuissent, de ratione enim beatitudinis est firmitas & severitas perfecta. Doctores scholastici communiter conveniunt in hac doctrina Sancti Thomae. B. tamen Augustinus. 4. super Genes. ad literam. c. 22. & 2. de Civitate Dei cap. 14. & 11. de Civitate Dei. c. 9. & epistola ad Orosium expresse affirmare videtur, Angelos fuisse creatos in beatitudine supernaturali. Sancti Thomae. art. citato ad primū & tertium interpretatur Augustinum, quod intelligit de beatitudine naturali.

Supposito ergo cum communi Theologorum sententia, Angelos beatos non fuisse creatos beatitudine supernaturali, dubium est, quam cognitionem in primo instanti habuerunt de Deo. Sancti Thomae. 2. 2. q. 5. art. 1. inquit, cū fide creatos fuisse. Durandus tamen contra Sancti Thomae. 3. dist. 24. q. 9. tenet creatos fuisse cum evidentia articulorum. Probat, quia Deus non potest fallere, & Deus revelat, ergo est ita, Angelus evidenter scit consequentiam esse bonam, & evidenter assentitur maiori & minori, ergo & conclusioni: habuerunt ergo evidentiam articulorum. Caietanus inquit, argumentum solum probare, Angelos evidenter cognovisse verum esse, quod Deus trinus & vnus est, inde tamen non sequitur, quod haec propositio, Deus est trinus & vnus, esset illis evidens, quia

August.

quia inquit, Angeli in primo instanti non cognoverunt connexionem praedicti cum subiecto, hoc est, quod Deo conveniret esse trinum & vnum, sed probant quod si illis fuit evidens verum esse, quod Deus est trinus & vnus, fuit etiam illis evidens, propositionem illam esse veram: arguitur sic, Deum esse trinum & vnum est verum, ergo Deus est trinus & vnus: consequentia est evidens, & per Caietanus antecedens est etiam evidens, ergo & consequens: certe male potest fugere quin dicere cogatur, quod si est evidens, Deum esse trinum & vnum, & esse verum, quod etiam haec propositio, Deus est trinus & vnus, sit etiam evidens: ideo interpretandus est Caietanus, quod est evidens Deum esse trinum & vnum ex parte revelantis, ad hunc sensum, quod cuiusque fideli est evidens, quod est credendum Deo revelanti, & si revelet esse trinum & vnum, credendum est illi. Et quod ita sit probatur, quia omne illud ad quod est sufficiens ratio, ut credatur, est credendum, sed ad credendum articulum Trinitatis est sufficiens ratio, scilicet, Dei revelatio, ergo est credendum. Tunc sic, consequentia cuiusque fideli est evidens, maior item & minor, ergo & consequens, scilicet, credendum est articulum Trinitatis esse verum: & ita concedimus Caietano, quod asserit. Durandus tamen non intendit probare, quod sit evidens esse credendum Deo revelanti, sed quod ipse articulus tunc evidens Angelis. Respondemus tamen ad Durandum, maiorem sui argumenti, scilicet, Deus non potest fallere, non esse evidentem, neque Angelis nec mihi. Aliacensis enim fallit Deum posse fallere. Secundo dicimus, dato illa esset evidens, minor tamen argumenti illius, scilicet, Deus revelat se esse trinum & vnum, non erat evidens, quia Angelus in primo instanti non vidit Deum, ergo haec potuit evidentiam habere, quod Deus revelat, sed solum certitudinaliter scit: unde Angeli tunc certitudinaliter cognoverunt Deum esse trinum & vnum, non tamen habuerunt evidentiam articuli. Et contra Durandus est virgens argumentum, quia licet Propheta formet hanc consequentiam, Deus non potest fallere, & Deus mihi revelat hoc, ergo mihi hoc est evidens, quod a Deo prophetice revelatur. Secundo contra eundem arguitur, si Angeli in primo instanti habuerunt evidentiam articulorum, vel ergo ratione notitiae intuitivae, vel abstractivae non primum, ergo secundum: sed ipse prologo primi sent. q. 3.

inquit, quod viatori non est possibilis notitia abstractiva Dei, & assignat rationem, quia viator intuitus Deum videre non potest, Angeli autem tunc erant viatores, ergo. Ideo tenendum est cū S. Tho. quod Angeli fuerint creati solum cum cognitione fidei.

Dubium tamen est, an Angeli indigerint gratia ad convertendum se in Deum. S. Thomae. 2. respondet affirmative. Probat, quia converti in Deum est supernaturalis, non ergo habere potest proportionem cū potentia naturali Angeli, nisi a gratia & causa super naturali iuvetur. Item, quia Angelus ex suis naturalibus beatitudinem consequeretur, quod tamen est contra illud ad Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna. Advertendum quod gratia hic usurpatur pro auxilio Dei speciali, quo anima ad gratiam habitualemente disponitur.

Scotus quodlibet. 12. & Durandus. 2. dist. 28. q. 5. & ibidem communiter modernis tenent contra S. Tho. quod homo ex suis naturalibus sine aliquo speciali Dei auxilio potest se in Deum convertere. Probat primo, quia homo ex suis naturalibus potest esse factus, facienti autem quod in se est Deus dat gratiam, ergo. Secundo, ad conversionem in Deum factus est, Deum super omnia diligere, sed id potest ex naturalibus tam homo, quam Angelus, ergo: minor probatur, quia ex natura sua cognoscere potest Deum esse summum bonum, & summe diligendum, potest ergo illi cognitioni se conformare, & Deum super omnia diligere. Nihilominus Sancti Thomae. art. citato, & 1. 2. q. 109. art. 6. ait, quod neque homo, neque Angelus sine auxilio Dei speciali potest se in Deum convertere. Unde advertendum, quod ad conversionem in Deum non sufficit habere dilectionem Dei super omnia ex parte obiecti: dilectio enim Dei super omnia est duplex, scilicet, obiectiva, qualis est ista, volo Deo placere in omnibus & super omnia, in qua obiectum exprimitur, haec stat cū moralis, nam licet ego hunc actum habeam, volo Deo placere in omnibus & super omnia, possum tamen praceptorum ignorantia vincibilem habere. Confirmatur, quia probabile est, Sarracenos & Paganos habere actum illum, & tamen contra Dei praeccepta facti: alia est dilectio Dei super omnia perfecta & formata, quae obiectivialis dicitur, & haec non est vnus actus solus, sed in se includit adimpletionem omnium praceptorum, de qua Ioan. 14. habetur, Si quis diligit me, sermones meos servabit, haec autem morta-

li repugnat, & est sufficiens dispositio ad gratiam, & ex naturalibus non potest haberi. Hoc supposito probamus nullum ex naturalibus posse in Deum converteri, nam. 1. Ioā. 6. habetur, Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. 2. Threnorum ultimo, Converterte nos Domine, & convertertemur: necesse ergo est, quod Dei speciale auxilium praedat: & ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & non ex vobis, & ibi gratia auxilium Dei speciale sonat: & 1. Corinth. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, qualis ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et Augustinus in illud Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, & ait, cur illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare, converteris ergo opus est solius Dei. Et Concilio Milevitano contra Pelagium definitum est, quod ex naturalibus gratiam habere non possumus, nec gloriam mereri. Quod si Scotus & alij respondeant, Concilium solum diffinire, quod de condigno nullus potest mereri primam gratiam aut gloriam, contra illos est sententia S. Tho. 1. 2. q. vltima art. 8. vbi ait, quod neque de congruo, neque de condigno ex naturalibus possumus primam gratiam mereri, nam si ex operibus iam non est gratia: & Synodo Tridentina sessio. 6. Can. 1. diffinitum est, Si quis dixerit, hominem suis operibus, quae vel per humanam naturam, vel per legis doctrinam fiant, absque Diuina per Christum Iesum gratia, posse iustificari coram Deo, anathema sit. Ad rationes in contrarium dicimus. Primo, quod quid homo ex suis naturalibus faciat, non est sufficiens, ut se ad gratiam preparat. Secundo dicimus, quod de facto homo nunquam facit totum, quod potest, nisi gratia habitualis opera naturalia concomitetur, lex autem Dei est, quod illi communicet gratiam, qui fatigat se ad illam reparare.

Dubium aliud est, an Angeli omnes creati sint in gratia. Sancti Thom. art. 3. responderet, partem affirmatiuam probabiliorē esse. Probatur ex Augustino. 1. super Genesim ad litteram, vbi inquit, quod creaturae omnes creatae sunt cum rationibus feminalibus, homo autem & Angelus creati sunt ad gloriam, in sua ergo creatione habuerunt gratiam, quae est ratio feminalis beatitudinis. Et 1. de Citate Dei, ait, quod Deus erat simul condens naturam & largiens gratiam. Haec sententiam S. Tho. sequuntur Durandus. 2. dist. 4. q. 2. & Gabriel. eadem dist. q.

vnica inquit, vtrunque opinionem probabilem esse, & idem inquit Scotus dist. 5. quae sitio. 1.

Magister autem sent. 2. dist. 5. & Magistrus 2. q. 4. art. 2. & Bonauentura. 2. dist. 5. q. 1. art. 2. dicunt, Angelos non fuisse in gratia creatos. Probant primo, quia si Angeli habuerunt gratiam in primo instanti, rationabiliter ergo debuissent in illa consistere. Probatur, quia in primo instanti non habebant ignorantiam neque inclinationem malam appetit, & habebant gratiam, ergo nullo modo peccare possent, fuissent ergo in gratia confirmati. Secundo, quia sequeretur, quod Angeli non habuerunt gratiam ex aliquo merito de congruo, aut ex aliqua dispositione, sed absque vilo merito, quod inconueniens reputant, cum adulti omnes gratiam ex dispositione praua habeant. Nihilominus Sancti Thom. probabilius sustinet, Angelos in gratia creatos. Et probatur ultra rationes Sancti Tho. quia Angeli in primo instanti naturalia omnia habuerunt integra, & cognitione peregram, in primo ergo instanti conuerterunt se ad gratiam, & illam habuerunt. Quod si quis dicat, licet in primo instanti se disposuerint, in alio autem instanti gratiam habitalem habuerunt, hoc nihil est, nam ad sufficientem dispositionem semper sequitur gratia habitualis, sicuti forma semper est, cui primum materia est disposita ad illam.

Supposito ergo Angelos in gratia fuisse creatos, dubium est, an ad talem gratiam praecessit illis dispositio aliqua prius natura quam essent in gratia. Caietanus. 2. 2. q. 24. art. 5. ad tertium ait, probabilis sibi videri, praecessisse dispositionem aliquam ad gratiam prius saltem natura, quam illam habuerint. Cetera illud tamen facit primo, quia certum est, talem dispositionem fuisse meritoriam de condigno, ut Sancti Thom. inquit art. 4. sequenti, quia dispositio talis procedebat ex gratia, dicendum ergo dispositionem illam fuisse posteriorem natura. Secundo, supposito quod gratia concomitatur iustitiam originalem (ex quo inferitur, quod sicut primus parens fuit creatus in gratia, ita & Angelus) tunc sic, in primo homine non fuit dispositio, quae praecederet gratiam, ergo neque in Angelo. His non obstantibus, probabiliter sustineri potest sententia Caietani, nam S. Sancti Thom. 2. 2. q. 24. art. 3. ad tertium ait, Angelos gratiam habuisse secundum suam naturalia maiorem vel minorem iuxta vniuersumque conatum in quo inuit, quod Angelus,

opinio Magistri sent.

Dubium;

gelus, qui amplius conatus est, maiorem gratiam & gloriam habuit, ergo conatus dispositio praecessit gratiam. Et quaestione. 62. artic. 2. ad tertium inquit, non meruisse primam gratiam, sed quod sicuti homines ad illam se disposuerunt, gloriam tamen statim meruerunt. Ex quo patet Angelos primam gratiam habuisse ex dispositione. Et artic. 1. ad primum inquit, quod per aliquod tempus in formitas prius natura praecessit gratiam, prius ergo natura se disposuerunt ad gratiam, quam illam haberent. Et idem tenet. q. 63. art. 5. & Caietanus loco citato inquit, quod habere gratiam sine dispositione, solum anime Christi videtur concedendum. Et ratio illi suadet, quia adulti habent gratiam dispositione prius natura praecedente, idem ergo de Angelis iam quae perfectioribus est asserendum. Quod si offeras, Adam habuit gratiam sine dispositione, quia ad iustitiam originalem non fuit in eo dispositio, gratia vero iustitiam originalem concomitatur, primus ergo homo non se disposuit ad gratiam, ergo neque Angelus. Respondeo ad hoc argumentum, primo, negando collectionem vltimam, nam iustitia originalis confertur ratione status, gratia vero de lege solum confertur his, qui se disponunt ad illam. Secundo dicimus, Adam habuisse gratiam absque dispositione, id tamen concedimus ei ratione status, & ideo de Angelis ratio nihil concludit. Tertio dicimus, quod forte Adam non prius est in Deum conuersus, quam gratiam haberet, nam eius anima immerita erat corpori, & ab eo dependebat: quod in Angelis non habuit locum. Quod si arguas, Angelus per primum actum meruit gloriam de condigno, ergo ratione gratiae praecedentis. Pro solutione notandum, de mente S. Tho. 1. 2. q. vltima art. 8. quod dispositio semper praecedit gratiam in genere causae materialis, & gratia praecedit dispositionem in genere causae efficientis, & dispositio ad gratiam est meritoria gloriae, non autem est meritoria primae gratiae, quia gratia praecedit dispositionem in causae efficientis genere: & quia prima gratia non cadit sub merito, nam si ex operibus, iam non est gratia: ex hoc ad argumentum, quia primus actus Angeli fuit meritorius gloriae, ergo eliciebatur a gratia, id idem: & quando inferitur, ergo non fuit prior quam gratia: in genere causae efficientis concedimus, in genere vero causae materialis negamus.

Dubium aliud est, an Angelus suam beatitudinem meruerit. Respondeo affirmatiue.

Et probatur, quia soli Deo ex natura sua conuenit quod sit beatus, omnis ergo creatura beatitudinem acquirit, & non per actum naturalem, in quo non est meritum, ergo per liberum. Sit tamen secunda conclusio, Necessario est asserendum, Angelos antea habuisse gratiam quam gloriam. Patet, quia meruerunt gloriam, ergo praecessit illis gratia, non enim meruerunt gloriam postquam fuerunt beati, quia gloria est praemium, praecessit ergo meritum. Tum etiam, quia Angeli cum essent beati & perfecti, mereri non potuerunt. In doctrina haec Doctores scholastici conueniunt. Dubium tamen est, si anima aliqua absque merito Deum videret, an esset beata. Respondemus affirmatiue, quia talis habet omniam, quae essentialiter requiruntur ad beatitudinem, & ita essentialiter esset beata. Aduertendum, quod Magister sent. 2. dist. 5. in fine ait, quod videtur esse tenendum, Angelos suam beatitudinem meruisse per actus, quos habuerunt postquam fuerunt beati, hoc est, per ministeria, quae circa homines exercent. In quo à Doctores scholasticis non tenetur. Primo, quia sequitur, quod eorum merita & gloria dependet ab hominibus: vnde si homines non essent, neque Angeli mererentur, cum circa eos sua ministeria non exercent. Secundo sequeretur, quod homo posset primam gratiam mereri, quia si Angelus, cur non & homo?

Sed an Angeli habuerint beatitudinem statim per primum meritum? Sancti Thom. art. 5. responderet affirmatiue. Probatur, quia ordo gratiae debet esse vt ordo naturae, ordo autem naturalis Angelorum est, vt suas perfectiones naturales non habeant in tempore, ergo neque beatitudinem. Scotus. 2. dist. 5. q. 1. ponit tres morales in Angelis, primam in qua omnes habuerunt gratiam, secundam in qua habuerunt merita aut demerita, tertiam in qua receperunt meritorum mercedem. Ex qua doctrina habetur contra Sancti Thom. quod Angeli non habuerunt beatitudinem statim per primum meritum. Et moderni cum Scotio impugnant fundamentum S. Thom. nempe, quod Angeli perfectiones suas acquirerunt in instanti, & non in tempore. Pro explanatione tamen mentis S. Tho. notandum, quod ipse non loquitur de possibili, sed de facto: constat enim Deum disponere potuisse, quod Angelis non haberent meritum neque primum post centum annos ab eorum creatione. Secundo aduertendum,

tenendum, quod in hac materia Angelorū nihil vel parum certi habetur, nisi rationibus naturalibus & coniecturis agatur: unde ratio Sancti Thomae qua ex naturalibus ad supernaturalia procedit, est optima. Vltimo notandum, quod idem est dicere Angelos habuisse beatitudinem statim post primum meritum, & asserere, Angelos non habuisse longiorem viam, quam vsque ad meritum. Et quod ita fit probatur, quia ideo anima nostra vsque ad mortem durat, quia corruptibiles sumus, quod longe ab Angelis abest. Confirmatur, quia si Angelorum via durasset, verbi gratia, per diem, ergo & per duos & per tres, & ita sine termino, postquam non est maior ratio de opposito. Confirmatur secundo, quia sequeretur, quod Angeli post meritum possent peccare: quod si dicas, erant confirmati, contra quia erant viatores, ergo & mali post peccatum poterant se in Deum conuertere. Et ideo tenendum, quod statim post primum meritum vel demeritum finita est eius via, & ideo nulla est redemptio. Et ad illud, quia si angeli mali in primo instanti habuerant gratiam & dispositionem ad gloriam, prius ergo fuerunt beati quam nisi fieri, negamus collectionem, quia in secunda morula aut instanti obicem posuerunt. Et ad aliud, quia solum perseuerans vsque ad finem saluabitur, non ergo fuit conueniens, quod Angeli in primo instanti & statim post primum meritum beatificarentur. Respondet secundum morulam fuisse illis finem perseuerantiae.

Vltimo dubitatur, an Angeli habuerint gratiam secundum quantitatem naturalium. Respondet Sanctus Thomas. art. 6. affirmatiue. Probat duplici ratione. Primo, nam rationale est, quod gratuita conuenit naturalibus, sed hic est naturalis ordo, vt perfectio ra ordinatur ad altiore finem, ergo rationale est, vt qui magis conatur, maius primum recipiat, ergo Angeli perfectiores maiorem gratiam habuerunt, postquam secundum Doctores, omnes magis conati sunt. Dubium tamen insurgit contra Sanctum Thomam. quia. 2. q. 24. art. 4. inquit, hominibus gratiam non conferri secundum naturalia, sed secundum Diuinam voluntatem, vt constat ex illo Ioanne 3. Spiritus ubi vult spirat, & 2. Corinth. 11. Diuisiones gratiarum sunt idem autem spiritus, & Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Item, quia error est Pelagii, quod homo ex naturalibus gratiam aut

gloriam habere possit. Respondeo primo, quod gratia quidem datur ex Diuina voluntate, & non ex naturalibus, naturalia tamen vt inquit Caietanus isto articulo, sunt aliquo modo causa & occasio doni gratuiti. Secundo dicimus, quod ista duo bene stat, scilicet, quod datur gratia secundum naturalia, & tamen ex beneplacito Dei, naturalia enim ipsa ex Diuino beneplacito sunt. Vltimo dicimus, quod quando Sanctus Thomas ait, Angelis dari gratiam secundum naturalia, ly secundum non sonat causam, sed solum regulam & modum communem agendi & cognoscendi: quando vero dixit, quod hominibus non datur gratia secundum naturalia, ly solum dicit causam. Contra hoc tamen est virgens argumentum, quia Angeli secundum S. Thomae eiusdem ordinis & Hierarchiae differunt specie, naturalia ergo eorum non sunt comparabilia, & ex consequenti, si secundum naturalia eorum est illis collata gratia, ergo gratia Angelorum superioris ordinis esset infinita. Respondetur, quod licet in naturalibus vnus Angelus alium excedat, gratia tamen supremi Angeli infinita esse non potuit. Ratio est, quia conatus ipsi Angelorum finitè se excedunt.

Et ex hac doctrina constat, qualiter Augustinus intelligendus est, quando dixit, Angelos omnes equales creatos esse: quod intelligi habet secundum suam speciem, sicuti & omnes animae rationales equales sunt in sua creatione, qui autem secundum sua naturalia magis conati sunt, maius primum receperunt.

Pro Augustino

DE CIMVM QVAESTIVM.

An Angeli corpora moueant, dum descendunt de caelo, & ascendant in caelum.



Vgustinus dialogo sexaginta quinque questionum. q. 41. asserere videtur, Angelos in tempore & localiter moueri: quærit enim, quæ causa fecit, vt Deus non moueatur in tempore, aut spiritus creatus, qui mouetur in tempore, non moueatur etiã in loco. Respondet, Deus, quia instituit tempora, & est ante tempora, nihil habet præteritum

tum & futurum, nullum consilium nouum, nullaque noua cogitationem, quia scilicet, si noua, tunc etiam accidens, si vero aliquid accidit Deo, iam non immutabilis Deus est: nihil illi accidit, nulla noua cogitatio, nullum nouum consilium, ideo non mouetur in tempore, igitur immutabilis Deus est: spiritus vero conditi, sicut est Angelorum, quanquam sine tempore contemplantur Dei æternitatem, veritatem, charitatem, tamen quia ex tempore in inferioribus iussa Dei perficiunt, iure creduntur moueri in tempore, corpora vero sua in loco mouent, dum descendunt de caelo, & ascendunt in caelum: spiritus itaque hominum mouetur in tempore, reminiscendo præterita, & futura expectando, alia que noua discendo: neque enim cum recordor aliquam lectionem, aut aliquam ciuitatem, sicut motus est spiritus meus cogitando, vt hæc recordaretur ex tempore, ita motus est & loco: quod si loco mouetur, vt in caelo aut in terra mouetur, quod si ne caelo & terra nullus est locus, ubi autem fuit ipse spiritus, in caelo an in terra, vt videret ipsam lectionem, vel ipsam ciuitatem? ergo si in nullo loco vidit, vt recordaretur, in seipso vidit, & quia initium habet etiam cogitatio, & omne quod initium habet, etiam tempus habet, igitur secundum supradictam rationem spiritus creatus per tempus moueri potest, non per locum: spiritus creator sine tempore & loco: corpus autem & loco & tempore.

Doctores scholastici. 2. sent. dist. 2. & Sanctus Thomas. 1. parte. q. 53. & articulo priori quaerit, an Angelus possit moueri localiter. Respondet duabus conclusionibus. Prima, Angelus potest motu locali moueri. Probat, anima separata potest localiter moueri, ergo & Angelus: antecedens patet de anima Christi quæ in triduo ad lymbum descendit. Secunda conclusio, Non autem mouetur motu locali vniuocè cum corporibus. Probat, quia non est in loco sicut corpus, sed solum per sui applicationem, ergo: consequentia patet, quia motus localis est acquisitio noui loci. Addit tamen Sanctus Thomas, quod Angelus potest moueri motu discontinuo, corpus autem semper continuo, & paulatim mouetur, hoc est, per partes relinquit locum, & sic certo tempore mouetur, Angelus vero subito potest moueri, sine hoc quod relinquat partem post partem loci, sed potest totum locum simul relinquere, & simul acquirere: potest etiam motu continuo moueri, prout ipse velit, & motus ille erit cõtinuus,

propter hoc solum, quod pars loci post partem relinquitur.

Durandus. 1. sent. dist. 37. q. 3. asserit falsum esse, quod Angelus motu locali moueri possit. Probat, quia secundum illum Angelus semper est in omni loco, quia ad omnem habet potentiam, ergo Angelus omnino moueri nequit. Addit tamen, quod in sensu valde improprio concedi potest, Angelum moueri, in hoc sensu quod manifestat ordinem ad talem locum, quando in illo operatur: & sic ait, Angelus est in loco per manifestationem: & sic sunt interpretandæ autoritates, quæ sonant Angelum moueri. Et addit amplius, quod in sensu magis improprio concedi potest, quod Angelus mouet corpus in aliquo loco.

Caietanus.

Caietanus loco citato ait, quod Angelus improprie mouetur. Probat, quia Angelus secundum ipsum est in loco ratione operationis, mouetur ergo quando in alio & in alio loco operatur, licet non mouet aut acquirit locum. Et notat, quod ad hoc quod aliquis sit in loco, non sufficit eius presentia, sed eum hoc requiritur quod habeat vocationem, id est, relationem ad locum, quia ubi, & sex vltima prædicamenta dicunt relationem: & hæc est ratio secundum illam quare Angelus proprie non est in loco, quia non continetur à loco, quod idem est quod habere vocationem ad locum. Et assignat exemplum, quia ad vestitum esse non sufficit presentia vestis, sed requiritur relatio vestis ad vestitum: Deus enim, constat, quod est presens vesti mee, qua tamen non est vestitus: Angelus etiam quando est presens galetæ, & tamen non est galetæ. Ex hac doctrina Caietani sequitur, quod Deus non est in tempore, quod licet temporis sit presens, non tamen habet relationem extrinsecam aduenientem ad tempus, quia in eo non con-surgit relatio aliqua ex cõmensuratione ad tempus.

Doctrina tamen Sancti Thomae est verissima & propria: fatemur enim, quod Angelus non mouetur localiter ad sensum philosophi. 6. physico. text. 30. & 31. asserentis, quod indiuisibile moueri nequit, propriissime tamen est in loco per applicationem sue essentia, & virtutis ad opus, & ideo Angelus propriissime mouetur. Scotus. 2. dist. 2. q. 9. tenet sententiam Sancti Thomae: & probat eam sic: Id quod ex natura sua non determinatur ad hanc formam, potest illam relinquere, & acquirere aliam eiusdem generis, Angelus

S. Thom.

gelus autem non est determinatus ad hunc locum, potest ergo illam relinquere, & alium acquirere, quod est moueri. Et quod ita sit constat ex illo Luca. 1. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem: & ad Hebr. 1. de Angelis dicitur, quod sunt administratori spiritus in ministeria missis: & illud, Videbam Satanam de caelo cadentem. Et Damascenus 2. lib. c. 3. ait, quod Angelus quandoque est in terra, quandoque in caelo. Quod si dicatur, Angelum non moueri per se, sed in corporibus assumptis, contra hoc est ratio, quia Angeli quandoque descendunt sine corpore aliquo assumpto ad aliquid reuelandum, & aliquando interne loquuntur, vt Matth. 2. patet de Angelo qui in somnis apparuit Ioseph. Vnde aduertendum, quod Angelus mouetur de per se, & de per accidens, quando in corpore assumpto mouetur, sicuti anima mouens corpus mouetur ad motum ipius corporis informati.

Dubium tamen est, an Angelus instantaneus, id est, de toto vno loco ad alium in instanti moueri possit. Moderni vt respondeant quaestioni, distinguunt, quia vel Angelus in loco maximo vel in minori est: si in minori inquit, quod potest acquirere maximum, non deserens minorem: vt si modo sit Angelus in loco tripedale, potest id instanti acquirere quinquipedale. Probat, quia nihil ei resistit, est enim spiritus, corpus autem spiritui resistere nequit: si tamen sit in loco maximo, aiunt, quod non potest in instanti locum alium acquirere. Probat, quia si in instanti moueretur, signetur instans in quo fuit in priori loco, scilicet, A, & instans in quo est in secundo sit, B, tunc sic, vel illa instantia sunt idem, aut diuersa, non primum, ergo secundum: si secundum, quaximus, vel illa instantia sunt instantanea, vel momentanea: non primum, quia Sancti Thomae ait, quod indiuisibile non additur indiuisibili: si secundum, ergo mediat tempus inter illa duo instantia, scilicet, A, & B, & sic motus non est in instanti instantaneo, sed momentaneo. Sed certe si ratio ista aliquid concluderet, etiam probaret contra ipsos, quod Angelus non mouetur instantaneus ad locum maiorem acquirendum. Et ideo dicendum cum Sancti Thomae quod parum refert, quod locus, in quo est Angelus, sit maximus, vel a minor maximum, quia Angelus simpliciter instantaneus mouetur. Decepti autem sunt moderni exillimantes, quod Angelus mouetur momentaneus, non autem in instanti ad hunc sensum,

quod nunc est in hoc loco, & immediate post hoc erit in alio loco: & tamen Sancti Thomae asserit, quod Angelus potest moueri motu discontinuo. Pro quo notandum, quod motus continuus est in certo tempore, discontinuus vero caret tempore: & inter eos est haec differentia, quod in motu continuo datur in stans initiatium & terminatiuum, sed in motu discontinuo, quocumque tempore dato, est adhuc dabile minus. Vnde licet vera morus ille non sit in instanti, sed in tempore imperceptibili, non tamen est assignabile certum tempus, & inde neque certum instans initiatium & terminatiuum. Vnde uialem moderni dicunt, quod si Angelus mouetur momentaneus vel subito, signetur primum in stans, quia non est signabile, non enim Angelus incipit esse in priori loco nisi per vltimum non esse: nunc non est, sed in media parte post hoc erit in tali loco: Angelus enim cum subito moueatur, nihil ei resistit, ratio enim continuandi motum cum tempore est resistentia, cum enim mobile sit finis virtutis, fatigatur ratio etiam continui motus est, quia corpus, quod sic mouetur, habet partes quibus caret Angelus, cum sit purus spiritus, & ideo secundum se totum mouetur. Ex quibus patet, quod datur motus discontinuus, vt Sancti Thomae inquit, Quando vero motus est continuus, continuitas illius attendi potest ratione trium. Primo, ex parte temporis, quando scilicet motus sit in aliquo toto & certo tempore adequato. Secundo, ex parte loci, itaque prius acquiratur vna pars loci, deinde alia per successionem & non simul. Tertio, ratione partium moti & mobilis, scilicet, quia vna pars illius prius acquirat locum quam alia successiua & non simul: Angelus ergo, quia subito, & non in tempore, & simul relinquit vnum locum, & totum alium acquirat, & quia spiritualis est, & partibus caret, ideo motu discontinuo mouetur: quando autem Angelus mouetur motu continuo, continuitas attendenda est ex parte temporis, & ex parte partium loci solius.

Dubium est, an Angelus transeat per medium quando mouetur. Sancti Thomae tribus conclusionibus art. 2. absoluit quaestionem. Prima conclusio, Angelus mouetur per medium quando mouetur motu continuo. Probat, quia tempore motus neque est in termino a quo, neque est in termino ad quem, mouetur ergo per medium. Item, 6. Physic. tex. 46. ait philosophus, quod continuitas motus est continuitas ratione magnitudinis loci,

1. Conclusio loci. Secunda conclusio, quando autem Angelus mouetur motu discontinuo, potest moueri sine hoc quod transeat per medium: & ratio est, quia ex vno extremo ad alterum per medium transeat, cum inter quaecumque duo extrema loca sint infinita intermedia, erit ergo Angelus in infinitis locis, quae oportet vt inter duo loca extrema medient. Tertia conclusio, Nullum corpus moueri potest sine medio. Aduertendum, quod inter quaecumque loca extrema mediant infinita, non quidem actus, sed in potentia: sicut in continuo sunt infinitae partes, solum in potentia, & non in actu.

1. Conclusio Prima & tertia conclusio conceditur ab omnibus. Scotus. 2. dist. 2. q. 12. ait, quod secunda conclusio sancti Thomae nec est possibile, neque intelligibilis. Probat, quia ordo potentiae institutus a superiori causa mutari nequit ab inferiori, ordo autem a Deo institutus est, quod ens naturale, quod mouetur, per medium moueatur, ergo. Secundo, quia in quolibet motu est successio, & illa esse non potest sine successione ex partibus loci, acquiritur enim locus per omnes suas partes, ergo & per medias. Tertio, quia possibile non est aliquid transire a praeterito in futurum tempus nisi per praesens, ergo ita dicendum est de Angelo, quod transire non potest de vno loco ad alium quin per medium transeat. Eandem sententiam sequuntur moderni dist. 2.

Contra istos tamen arguitur primo sic, ipsi concedunt, quod Deus potest Angelum mouere sine medio, non ergo id repugnat Angelo, vel dicant vnde sibi constat, quod Deus talem virtutem & naturam non dedit Angelo. Confirmatur, quia secundum illos, naturale est omni corpori vt per medium moueatur, Angelus ergo cum spiritualis sit, amplius habet quam alia corpora corpora, hoc autem est sine medio moueri. Secundo, corpora quia continentur a loco, ideo sunt illi & partibus eius alligata, Angelus autem potest continere locum, potest ergo subito illum relinquere, & alium acquirere. Tertio, Angelus mouetur in instanti & transit per medium, ergo simul est in duobus locis: patet, nunc Angelus est in caelo, & immediate post hoc erit in terra, quae quado erit in locis intermediis, non immediate post hoc, quia immediate post hoc erit in terra, vel simul erit in terra, & in locis intermediis, ergo simul in duobus locis. Respondent moderni, quod immediate post hoc erit in locis intermediis, scilicet, in

igne & aere & in terra, tamen nunquam simul erit in duobus locis. Haec tamen solutio non satisfacit: & arguitur contra eam. Primo, nunc Angelus est in caelo, & tu asseris, quod immediate post hoc erit in igne, & in aere & in terra, & cum hoc asseris, quod non est signabile tempus aut instanti, in quo sit in medio, puta in igne vel in aere, quod tamen mirabile est. Confirmatur, nunc Angelus est in caelo, & immediate post hoc, puta tota hora futura, erit in terra, si ergo in aliqua parte horae sit in aere, simul ergo erit in terra & in aere: asserendum ergo est, quod Angelus mouetur de loco ad locum, sine hoc quod transeat per medium.

Gregorius. 2. sent. dist. 6. q. 3. inquit, impossibile esse Angelum sine medio moueri: addit tamen, quod siue moueatur subito, siue in instanti erit simul in omnibus locis intermediis, non est inconueniens, quod Angelus simul sit in duobus locis, transeunt tamen, id est, tantum per instans: & ita fatetur, quod Angelus in eodem instanti est in infinitis locis partialibus. Contra ipsum sic tamen arguitur: ipse concedit, quod Angelus est in loco maximo, qui sic tunc ex dicitis eius sequitur quod simul erit in loco maximo, & in minori maximo, aut cum minori faciet maiorem maximo, sed quia ipse per modum transeuntis, id est, per instans totum concedit: probatur quod etiam per modum permanentis, Angelus iam est in illis locis, & non est a quo ex illis pellatur, potest ergo in illis velle manere: & certe rectius est fateri, quod Angelus mouetur sine medio, quam quod sit tam impotens, vt in medijs permanere nequeat. Confirmatur, quia eundem respectum habet Angelus ad locum medium quem habet ad extremum, sed potest manere in medio, ergo & in extremo simul. Sequitur amplius, quod Angelus quando mouetur, non mutatur: patet, quia secundum Philosophum 3. Physic. motus est mutatio prioris vbi, sed secundum Gregorium Angelus non relinquit locum priorem, non ergo mouetur: & quod Angelus sine medio moueatur, probatur: ipsi dicunt quod Deus potest Angelum mouere sine medio, sit ita, & sit simul vnus alius Angelus, qui a se & secundum suam naturam moueatur, tunc sic, ambo eque cito perueniunt ad terram, patet enim quod Angeli sint coniuncti, ergo vterque sine medio.

Contra Sancti Thomae autem arguitur, quia ex dicitis illius sequitur, Angelum simul esse in duobus locis, & simul quiescere, & opera

Gregorius

Contra Scotum.

1. Conclusio

ripono enim, quòd Angelus nunc sit in cœlo, & immediatè post hoc sit in terra, & subito reuertatur in cœlum, tunc simul quiescat, & operabitur. Item, sequitur quòd simul moueatur & quiescat, quia nunc in cœlo mouetur, & in terra quiescit. Secundo, ex sententia Sancti Thomae, sequitur, quòd corpus mouetur sine medio. Probatur, sit enim Angelus, qui secum, portet lapidem à cœlo in terram, ut pote cui omnia ad nutum obediunt, poterit Angelus secum ferre lapidem & animam rationalem sine medio. Respondetur, quòd Angelus non potest lapidè ferre sine hoc quòd transeat per medium, quia lapis ex natura sua circumscriptiue dependet à loco & ab ordine naturali, & Angelus illum non potest pervertete. Et ad aliud, quia omnia obediunt Angelo quoad motum, respondetur hoc esse verum quòd ordo & natura rerum seruetur.

Ex vltima conclusione S. Thomae sequitur corollarium, quòd si corpus simplicissimum moueatur per vacuum, non mouetur subito. Probatur, quia alias sequeretur tale corpus simul esse in duobus locis: ponatur enim vacuum inter cœlum & terram, si moueatur Angelus subito à cœlo in terram, nunc est in cœlo, & immediatè post hoc erit in terra, non ergo dari potest quando erit in medio vacuo, non ergo subito mouetur & sine medio. Neque obstat philosophus. 4. physic. text. 71. vbi ait, quòd corpus graue, si mediū sit vacuum, mouetur infinite velociter: & probatur, quia si medium est minus subtile aliqua velocitate mouetur, & sic numerando, maiori velocitate mouebitur, si ergo sit vacuum, mouebitur infinite velociter, non inquam obstat, quia secundum S. Thomae, illic lectio 116. 13. Arist. repugnat dictis illorum, qui ponebant vacuum, ut graue moueretur, & non quia habet virtutem aliquam effectiuam. Quòd si arguas, ratio quare corpus quod mouetur, si per vacuum mouetur, finite velociter moueretur, est, quia est finite virtutis, si vero Angelus graue moueret, nihil ei resisteret infinite, ergo velociter moueret. Respondetur, quòd replica est nulla, posito enim, quod resisteret non haberet, non tamen lumen infinitum produceret. Ex quo sequitur, quòd si corpus moueretur per vacuum, moueretur magis ac magis velociter secundum eius virtutem motiuam, & non equè, & ita tenendum est. Aduertendum secundum argumentum Sancti Thomae, anima rationalis potest operari in locis distinctis, ergo & An-

gelus. Respondet, negando consequentiam, quia Angelus est in loco per suam essentiam, hoc est, non solum est in loco per operationem, ut anima, sed eius essentiam applicat rebus, quas cogitat: non sic anima, absentia enim cogitat sine hoc quòd suam essentiam illis applicet.

Vltimo dubitatur, an Angelus moueatur in instanti. Respondet quodam Sancti Thomae tribus conclusionibus. Prima conclusio, Non est possibile, quòd aliquid, quòd mouetur per totum vnum tempus, quiescat, & in instanti terminatio illius temporis moueatur. Probat supposito, quòd si aliquid mobile per totum vnum tempus adaequatè quiescit semper, omnino est in eodem loco, tunc sic, quiescere est habere eundem respectum ad eundem locum, ergo suppositio vera. Secundo, quia si corpus moueatur per aliquod totum tempus, in quocūque instanti habet suum locum, nam moueri est acquirere novum locum, quiescere vero per totum tempus est semper manere in eodem loco, non ergo est possibile, quòd in instanti terminatio illius temporis sit alibi. Secunda conclusio, Necesse est dicere, quòd Angelus mouetur in tempore certo aut imperceptibili, & nullo modo in instanti: addit tamen, quòd semper datur vltimum instans, in quo est Angelus in termino à quo, si mouetur, illud autem vltimum instans est vltimum non esse motus, id est, nunc non est motus, & immediatè post hoc erit motus: successiua enim incipiunt per vltimum non esse. Tertia conclusio, Tempus, in quo mouetur Angelus, est aliter rationis à nostro, quòd est mensura corruptibilium, tempus vero Angeli est mensura incorruptibilium, vnde 4. Phys. text. 1. habetur, quòd tempus est mensura motus, id est, rei mobilis.

Scotus 2. sent. dist. 2. q. 11. tenet oppositū primae conclusionis Sancti Thomae, & arguit contra eum, si Angelus non esset in toto tempore in termino à quo, & in instanti terminatio in termino ad quem, sequeretur, quod consecratione facta, adhuc forma panis esset in Eucharistia, ergo vel corrumpitur in instanti terminatio, vel omnino manet. Confirmatur, stat quòd per totam vnam horam medium sit tenebrosum, & quòd in instanti terminatio sit illuminatum, lumen ergo in instanti est factum, ergo sic dicendū de Angelo. Ad hoc argumentum respondet Sancti Thomae ad secundum, quòd illuminationem illam praecessit dispositio temporanea luminis

nostrum eiusdem. Replicat Scotus, ponamus quod luminosum non fuit antea, sed incipiat per primum sui esse in illo instanti terminatio temporis in instanti illuminabit. Secundo arguit Scotus, postquam Angelus quiescit per totam horam, potest postea incipere moueri, tunc sic, vel incipit moueri in instanti immediato & cōiuncto horae, & sic habetur intentū, vel incipit moueri tempore mediato, sed neque hoc est dicendū, quia si per totam horam quiescit, & nunc mouetur per totam horam, ergo incipit moueri in instanti terminatio horae secundae, sed illud idem est terminatio horae primae praecedentis, ergo idem instans est initiatum & terminatum.

Gregorius 2. dist. 6. q. 3. impugnat etiā primam conclusionem. Primo, quia si non mouetur Angelus illo modo, sequitur, quòd nullo modo possit moueri: sumo enim totum tempus in quo Angelus erit in termino à quo, & totum in quo est in termino ad quem, & quæro de illis, vel illa duo tempora sunt mediata vel immediata, si secundum, ergo instans initiatum secundi temporis est terminatum secundi, & sic Angelus non mouetur: si dicas tempora esse mediata, sumo tempus quòd mediat inter illa, & quæro tempore illo vbi sit Angelus, nam si in termino à quo, ergo toto illo tempore vsque ad instans terminatum ibi manet, & sic non mouebitur, vel instans initiatum erit simul terminatum. Secundo arguit, quia sequitur, quòd daretur vltimum instans rei permanentis contra Philosophum 8. Phys. text. 80. Probatur, nam S. Thomae ait, quòd si Angelus mouetur in toto hoc tempore, etiam in vltimo instanti illius temporis adhuc mouetur in eodem tempore, tunc sic, forma ligni introducenda ab igne fuit in ligno per horam, ergo per instans terminatum illius horae, & tamè postea forma est introducta in ligno, ergo ibi est forma ligni, & illud est vltimum instans rei permanentis, ergo. Pro solutione meminisse oportet quòd diximus, tempus Angelorum differre specie à tempore nostro, ut S. Th. ait art. 11. q. 3. ad primū. Quòd sic probatur, nā operatio Angeli non dependet à motu cœli & primi mobilis, à quo inferiora omnia dependet, & latioribus superiorum sunt subiecta, ut Meteororum habetur. Item, quia Angelus est incorruptibilis: tum etiam, quia modernissimi existimant quòd omnia mensurantur vel tempore aeterno, vel tempore corruptibili, & sic semper omnia tempore mensur-

rantur. Contra quòd est, quia licet non esset mundus aut motus cœlorum, Angelus bonus cognosceret suam durationem, similiter & malus, scilicet, an esset prius an posterius homine creatus, homo autem suam durationem sine motu cognoscere non posset, tempus ergo Angelorum specie differat à tempore nostro. Vnde notandum quantum differat inter tempus nostrum & Angelorum mensuram, nam in mensura Angelorum dantur instantia, aut rectius indiuisibilia immediata, non autem in nostro, ut probat Arist. 5. Physic. & quòd instantia immediata dentur in mensura Angelorum probatur, nam stat quòd Angelus velit duo opera facere, & singula durent per indiuisibile, tali erunt coniuncta & immediata, ergo. Quòd si asseras id non esse possibile, proba, quia hæc est perfectio Angeli, ut non dependeat à tempore, aut aliqua mensura cōtinua. Confirmatur, Deus posset duas operationes Angelicas immediate facere, & quòd vnaquæque duret per indiuisibile, hoc enim non repugnat, tunc sic operationes illæ cōmensurantur, & non tempore nostro, ergo Angelorum mensuratione, Gregorius libenter id concedit, sed addit, quòd illæ operationes non mensurantur instantibus, quæ sunt adaequata certa & signabilia, sed erunt immediata, aut adaequata ad hunc sensum, quòd quocunque instanti dato, ante illud fuit illa operatio. Sed contra, quia secundum illum datur instans praesens, in quo Angelus operatur operatione indiuisibili, tunc sic, Deus facere posset operationes illas, vnamquæque in certo & signabili loco, sicuti potest vnam in presenti & certo instanti facere, ergo. Item, quando Angelus operatur, cognoscit quando, & in quo instanti operatur, et si attentus sit, atque am operetur, intelliget an operationem suam aliquid praecedat: & videtur gratis dictum, quòd Angelus non cognoscat intellectionem suam futuram immediatè post hoc, in quo instanti illam facit, quæ cum non mensuretur mensura temporis nostri, cōmensuratur mensura, & instantibus immediatis indiuisibilibus Angelorum.

Quòd si quæras, quæ res sit mensura illa Angelorum. Respondet Dionysius in de Diuinis nominibus, quod Diuinis nihil aut parū scire possimus, nisi per negationem. Secundo dicimus, quòd mensura Angelorum dicitur tempus discretum, quia inter duo tempora illorum nihil mediat, sed in tempore non

Dubium.

semper mediat aliquid, scilicet, in-  
stantis esse dicitur, & ideo videtur tempus con-  
tinuum: & quod in tempore Angelorum  
dentur duo instantia indivisibilia immédia-  
ta est simile, nam philosophus in prædica-  
mento quantitatis ens successivum dicit  
quantum, sed ait, quod duplex est ens suc-  
cessivum, unum quod continuatur permuta-  
ta esse, ut tempus, aliud quod compo-  
nitur ex syllabis, & per illas continuatur,  
ut oratio: ex quo constat, quod tempus An-  
gelorum non est continuatum, ut nostrum,  
sed discretum, licet tempus nostrum & in-  
stantis correspondeat tempori & instanti An-  
gelico. Et in prima conclusione Sancti Tho-  
mæ semper loquitur de tempore Angelorum:  
& mens eius est, quod non est possibile,  
quod Angelus in vno tempore suo sit in ter-  
mino à quo, & quod in instanti suo termi-  
natio totius illius temporis, & proprio ip-  
sis Angelis sit in termino ad quem: quod  
ex eo constat, quia tempus, per quod An-  
gelus est in termino à quo, est adequatum  
& finitum, quod ab illo cognoscitur: su-  
mamus ergo instantis ultimum illius tempo-  
ris, tunc sic, si in illo instanti est Ange-  
lus in termino ad quem; ergo tempus per  
quod fuit in termino à quo non fuit adequa-  
tum, nam si in tempore nostro, & in bona  
Physica id eviderentur constaret, à fortiori er-  
go in tempore Angelorum: certum enim est  
ex 3. Physico. quod omnis noster motus in-  
cipit per ultimum non esse, non enim datur  
primum in istis motus esse, omne ergo quod  
incipit moveri, nunc non movetur, & imme-  
diatè post hoc movetur, tunc sic, si Petrus  
per totam horam moveri debet, & motus il-  
lius non habet primum mutatum esse, sed ul-  
timum instantis, ergo terminativum præce-  
dentis horæ est ultimum non esse. Consi-  
matur, quia ipsi dicunt, quod in instanti ter-  
minatio hore præcedentis est mobile in ter-  
mino ad quem, ergo motus incipit per pri-  
mum sui esse, & sic datur primum mutatum  
esse contra totam philosophiam.

Pro solutione argumentorum in opposi-  
tum dicimus, quod formæ substantiales vel  
accidentales, quæ sunt permanentia, inci-  
piunt esse per primum sui esse, unde forma  
ignis in ligno incipit esse per primum sui  
esse, forma tamen ipsius ligni non habet ul-  
timum esse, sed ultimum non esse est primum  
esse ultimum non formæ ligni, sed de primo  
esse formæ ignis unum & idem instans est  
ultimum non, & primum quod sic.

Pro Augustino respondemus, quando in-  
quit, quod Angeli creantur in tempore mo-  
veri, & quod corpora sua movent, dum de  
scendunt de celo, vel ascendunt, quod pro-  
cedit ex opinione speciali, qua tenuit, Ange-  
los esse corporeos, & eorum corpora esse lu-  
cida & ætherea, ideo consequenter est locu-  
tus, corporea enim omnia dissolviuntur in tẽ-  
pore moveri, et si de celo descendunt, vel as-  
cendant, necesse est, quod sua corpora, cum  
corporei sint, moveant. Tenenda tamen est  
doctrina, quam ex mente Sancti Thomæ cõ-  
stituiimus.

VNDECIMVM QVAE-  
SITVM.

An Christus dicendus sit ho-  
mo Dominicus.



Augustinus lib. 2. de  
sermone Domini in  
monte in verba illa,  
*Adveniat regnum tuum, etc.*  
Matthæi 6. scripsit,  
Christum esse homi-  
nem Dominicum, di-  
cens, vniuersum Dei

Filium in homine Dominico venturum ex  
celo ad iudicium.

Doctores scholastici 3. sentent. distinctio-  
ne. 7. Sancti Thomæ 3. parte. q. 6. articulo. 3.  
quo quaerit, an Christus fuerit homo Domi-  
nicus. Respondet conclusione negatiua. Ra-  
tio eius est, quia denominatiua non proprie  
dicuntur de aliquo, quando primitiua essen-  
tialiter prædicantur de illo, sed Dominus es-  
sentialiter dicitur de Christo, mere enim es-  
sentialiter & proprie dicitur de Domino,  
ut ipse per Ioannem ait, Vos vocatis me ma-  
gister & Domine, & bene dicitis, sum enim,  
ergo Dominus proprie de illo dicitur.  
Cõclusio S. Tho. non est de fide: oppositum  
enim hæresis non esset, quauis assertio sit  
destabilis & abominanda. Videtur tamen,  
quod ratio S. Thomæ non concludat: & præ-  
citur contra illam, homo proprie dicitur de  
Filio Dei, & humanatus, quod est denomi-  
natiuum, etiam proprie de illo dicitur, Da-  
mascenus enim illa assertit, ratio ergo Sancti  
Thomæ non conuenit. Respondemus ad  
hoc, quod Sancti Thomæ ait, quod homo  
proprie de Deo dicitur, non tamen essentialiter,  
maxima

maxima vero Sancti Thomæ intelligitur  
quando nomẽ primitiuum essentialiter præ-  
dicatur. Contra hoc tamen arguitur, primo,  
Deus essentialiter dicitur de qualibet perso-  
na Diuina, ergo etiam denominatiuum, hoc  
dominicus: consequentia probatur, quia pro-  
prie significat Diuinam essentialiter & perso-  
nam. Secundo, quia Deus de Filio Dei essen-  
tialiter & proprie dicitur, ut ex Dionysio  
patet, qui Filium Dei Diuinitissimum vocat,  
ergo. Tertio hæc est essentialis, cælum est  
sphæra, & hæc est propria, cælum est sphæ-  
ricum, similiter, statua est æs, & statua est  
ærea, ergo.

Pro solutione notandum, quod oportet  
Theologum terminis eo modo uti, quo Theo-  
logi & homines communiter videntur: in  
communi autem modo loquendi sunt de-  
nominatiua aliqua, quæ proprie de aliquo  
dicuntur, sicuti & sua primitiua, & substi-  
tialiter de illis prædicantur, sicuti Deus &  
Dominus: alia vero sunt, quæ proprie de  
illis non dicuntur, sicuti sua primitiua, sed  
improprie, cum tamen sua primitiua de il-  
lis essentialiter prædicantur: verbi gratia,  
Gabriel essentialiter est Angelus, non ta-  
men dicitur Angelicus: & huiusmodi sunt  
Deus & Dominicus, Deus enim essentiali-  
ter & proprie de Deo dicitur, Dominicus  
vero improprie, Dominicus enim idem im-  
portat sicut Dominum portans, vel quod  
ad Dominum pertinet, ideo de Deo acci-  
dentaliter & extrinsece dicitur, sicuti Crux  
Dominica dicitur, & oratio Dominica, quia  
ad Dominum pertinet: & quia prædica-  
tio hæc, Christus est homo Dominicus, im-  
portat quod pertinet ad Dominum, ideo  
est impropria. Item, homo Dominicus tan-  
tundem significat, sicuti homo Domini, ubi  
duo supposita denotantur, quod est hære-  
sis Nestorij. Hinc ad rationem contra Sancti  
Thomæ. respondemus, quod maxima eius in-  
telligitur de denominatiuis vltimi gene-  
ris, non autem de denominatiuis primi ge-  
neris.

Dubium tamen est, an propositio hæc,  
Christus est homo Dominicus, in sensu 4.  
aliquo sustineri possit. Respondemus, quod  
Bonauentura 3. sentent. distinct. 7. assi-  
gnat primum modum, quo sustineri possit,  
ut dominicus importet & accipiatur pro eo  
quod est dominium habens. Secundus mo-  
dus est, ut intelligatur Dominicus, hoc est,  
ad Dominum spectans, & in hoc sensu vide-  
tur quod possit concedi, Christus est homo

Dominicus, id est, spectans ad Dominum.  
Nihilominus tamen dicimus, quod propositio  
hæc simpliciter est neganda. Primo, quia  
sensus illi sunt improprij. Secundo ne hære-  
ticis fauamus assertentibus Christum per  
se non esse Dominum, sed per accidens, &  
ideo negabant Christum esse Dominum, &  
concedebant esse Dominicum, id est, habentem  
dominium, & quia est impropria, ideo  
simpliciter est neganda, & ut cum modo lo-  
quendi Nestorij non conueniamus, qui in  
Christo affirmabat esse duo supposita: Caie-  
tanus vero inquit, concedendam non esse  
propter abusum.

Pro Augustino respondemus, quod intel-  
ligens post propositionem hæc simpliciter  
esse negandam, ideo illam retractauit. 2. lib.  
retractatio. cap. 19. inquit, ubiunque  
hoc dixi, dixisse me nollem, cum enim Chri-  
stus Iesus sit natura Dominus, Dominicus  
homo dici non potest, nam cum vox hæc Do-  
minus dicatur de Filio Dei secundum natu-  
ram & essentialiter, non debet de eo secundum  
denominationem, ac veluti quidpiam acced-  
sorium enuntiari.

DVODECIMVM QVAE-  
SITVM.

Quis sit cibus & potus humanus.



Augustinus libro. 2. de ser-  
mone Domini in monte lo-  
cum hunc edisserens, *uffi-  
cis dicit multa sua,* Matth. 6.  
arbitratus est, Christum  
nomine malitiæ significare  
voluisse cibum & potum, quo indigent ho-  
mines, quia pœnales nobis sunt peritentes  
ad hanc fragilitatem & mortalitatem, quam  
peccando meruimus.

Sententiam hæc reuocauit. 1. libro re-  
tractati. cap. 19. tanquam incaute dictam,  
cum non attenderet etiam primis homi-  
nibus data fuisse in paradiso alimenta, an-  
tequam istam mortis pœnam peccando me-  
ruissent.

DECIMVM TERTIVM  
QVÆSITVM.

An in ecclesia sit peccatũ aliquod.



**A**ugustinus libro secundo de sermone Domini in monte hoc exponens, *Hypocrita ejet prim verbum de uoluntate, Matth. 7.* videtur confentire haereticis Lutheranis, qui docent in ecclesia Dei nullum esse peccatum, inquit, Deus elegit sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam, sed hoc idem declarat, r. retract. cap. 19. ostendens, eam sententiam intelligendam esse non de ecclesia hac militanti bonis & malis permixta, sed de Ecclesia gloriosa triumphante. *Vi de supra quaestione hanc tomo nono Beati Hieronymi ad vigesimum nonum quaesitum.*

DECIMUM QVARTVM QVAESITVM.

An ecclesia vera notis aliquibus dignosci possit.

**A**ugustinus notas vere ecclesiae paucioribus verbis coarctans, & ostendens eas in ecclesia Romana inueni in libro. 6. contra epistolam Manichei. c. 4. sic scribit, Multa sunt, quae nec in ecclesiae gremio iustissime tenent: tenet me consensus populorum atque gentium: tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, veritate firmata: tenet me ab ipsa sede Petri Apostoli cui pascendas oves suas post resurrectionem suam Dominus commendauit vsque ad praesentem episcopatum successio sacerdotum: tenet postremo ipsam Catholicam nomē, quod non sine causa inter tam multas haereseis sola obtinuit.

Doctores scholastici de hac quaestione. 4. sentent. distinctione. 18. Author operis imperfecti hom. 49. inquit, ecclesiam nō posse cognosci an vera sit, neque ex episcopis, neque ex miraculis, neque ex sacramentis, neque ex bonis moribus, sed ex Diuinis tantum scripturis. Eius verba sunt haec, Volentibus cognoscere quaerit vera ecclesia Christi non est alius modus quam per scripturas: quare? quia omnia haec, quae sunt proprie Christi in veritate habent, & haereseis illae in schismate similiter ecclesias, similiter & ipsas scripturas Diuinas,

similiter episcopos, ceterosque ordines clericorum, similiter baptismum, similiter Eucharistiam, & cetera omnia, deinde ipsum Christum: volens ergo quis cognoscere, quae sit vera ecclesia Christi, vnde cognoscat in tanta confusione similium dinis, nisi tantummodo per scripturas: Item, antea & per signa cognoscebantur qui erant veri Christiani, & qui falsi. Quomodo? Falsi quidem, aut non poterant facere sicut veri Christiani, aut talia non poterant, qualia veri Christiani, sed faciebant vacua admirationem quidem facientia, vtilitatem autem nullam habentia, & per haec cognoscebantur qui erant veri Christiani, qui falsi nunc autem signorum operatio omnino leuata est, magis autem & apud eos inuenitur, qui falsi sunt Christiani fieri facta: sicut autem Petrus apud Clementem exponit, Antichristiorum plenorum signorum faciendorum est danda potestas: item ex moribus ipsis prius intelligebatur ecclesia Christi, quando conuersatio Christianorum sancta erat, quae apud impios non erat, nunc autem, aut tales, aut peiores facti sunt Christiani, quales sunt haeretici aut Gentiles, adhuc autem & maior continentia apud illos inuenitur, quam apud Christianos. Qui ergo vult cognoscere, quae vera sit ecclesia Christi, vnde cognoscat, nisi tantummodo per scripturas? Hunc locum sub nomine Chrysostomi usurpant nouelli haeretici, qui contempto Patrum iudicio, & Conciliorum definitione, conuendunt Diuinitas duntaxat scripturis inueniendum, & ex his duntaxat petendam vere ecclesiae cognitionem.

Vincentius Lirinensis libello aureo aduersus haereseis, inter cetera quae de ratione discernendi veram ecclesiam ac fidem a falsa haereticorum ecclesia ac fide disputauit, tres post Diuinam scripturam attulit regulas, quibus certissime deprehendatur vtriusque ecclesiae discrimen: haec sunt, traditio vniuersalis ecclesiae, antiquitas, Patrum consensus. Verba sunt eius haec, saepe magno studio & summa attentione perquirens, a quam plurimis sanctitate & doctrina praestantibus viris, quoniam modo possim certam quadam & quasi generali ac regulari via Catholicae fidei veritatem ab haereticis prauitatis falsitate discernere, huius modi semper responsum ab omnibus fere retuli, quod sine ego, sine quis vellet exurgenti haereticorum fraudes deprehendere, saepeque

vitare, & in fide sana sanus, atque integer permanere, duplici modo mouere fidem suam Domino adiuvante deberet: primo, scilicet, Diuinae legis auctoritate, tum deinde ecclesiae Catholicae traditione.

Quod si quaeras, cum sit perfectus scripturarum canon, & ad dubia omnia solueda sufficiens, quid opus est vt ei Ecclesiae intelligentiae iungatur auctoritas: quia videlicet scripturam sacram pro ipsius profunditate & altitudine non vno & eodem sensu vniuersi accipiunt, sed eius eloquia aliter atque aliter alius & alius interpretatur, vt pene quot sunt homines, tot ex ea sententiae erui posse videantur: aliter nanque illa Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, & Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouenianus, Pelagius, Celestius, aliter Postremo Nestorius. Et idcirco valde necesse est, propter tantos tam vari erroris anfractus, vt linea Propheticae & Apostolicae interpretationis secundum normam Ecclesiasticae & Catholici sensus dirigatur. Ita, magnopere curandum est, vt id in ecclesia Catholica teneamus, quod vbiq; quod semper, quod ab omnibus creditum est, hoc est enim vere & proprie Catholicum: quod ipsa ratio nominis declarat, quae omnia vere & vniuersaliter comprehendit: quod fiet, si sequamur vniuersitatem, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum constituitur ecclesia: antiquitatem, si ab his sensibus non recedamus, quos sanctos ac maiores Patres nostros celebrasse manifestum est: consensionem, si in ipsa veritate omnium vel pene sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiasque sequeamur.

Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si se aliqua ecclesiae particula ab vniuersalis fidei communiōe praeciderit? quid ita que nisi vt pestifero corruptoque membro sanitate vniuersi corporis anteponat? Quid si nonnulla aliqua contagio ecclesiam commaculare conetur: tunc providebit, vt antiquitati inhæreat, quae non potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa veritate duorum aut trium hominum, vel ciuitatis vnius aut prouinciae error deprehendatur? tunc curauit, vt temeritati vel inscitiae paucorum si qua sunt antiqua vniuersalis Concilii decreta praeponat. Quod si tale aliquid emergat vbi nihil humumodi reperitur, tunc operam dabit vt sententias maiorum inter se collatas consulat, interrogetque sententias eorum, qui diuersis temporibus & locis in vniuersa tamen ecclesiae Catholicae communiōe & fide permanentes magistri probabiles extiterunt, & quidquid omnes pariter vno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter tenuisse scripsisse docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Haec Vincentius Lirinensis, qui ante mille ac ducentos fere annos in ecclesia Christi floruit.

Augustinus sententiam Catholicam tenet, & praecipuas notas, quibus ecclesia Catholica dignosci possit, assignauit, nempe, consensus vniuersalis ecclesiae, confirmatio miraculorum, successio traditionis ecclesiae a Petro vsque ad nos, simul cum Conciliorum definitione, quae praecipue nota sunt, vt Catholicam ecclesiam a synagoga haereticorum & Satanae discernamus. Consule de hac quaestione nonum tomo B. Hieronymi ad trigessimam quaesitum, quo quaeritur, an ecclesia sit visibilis vel invisibilis.

DECIMUM QVINTVM QVAESITVM.

An Beatissima Virgo in Christi morte fide defecerit.



Augustinus in libro quaestio vna veteris & noui Testamenti. q. 73. exponens locum hunc, *Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius, Luca. 2.* sententia videtur, Virginem Mariam in Christi morte fidei defectum passam fuisse. Eius verba haec sunt, Quod autem adiecit dicens, Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitationes hoc vti que significauit, quia etiam Maria, per quam gestum est mysterium incarnationis Saluatoris, in morte Domini dubitaret, ita tuum vt in resurrectione firmaretur. Quis enim non ambigeret, videns eam qui se Filium Dei dicebat, ita humilitatum vt vti que ad mortem descenderet? Vide de quaestione primo tomo Chrysostomi ad decimum quaesitum.



hæc intelligitur de creatura libera, nõ autem de non libera, quam Deus condere potest: sed de Anselmo constat, quod de omni creatura possibili loquitur. Quod si quis arguat ex Augustino. 2. super Genes. ad literã ubi inquit, quod Deus noluit, licet potuit creare hominem impeccabilem. Responderet nihil contra nos: mens enim eius est quod potuit creare hominem impeccabilem non per naturam, sed per gratiam: loquitur enim ibi de Adam: non ergo credendum est, quod senserit ex natura sua esse impeccabile: nec loquitur Augustinus ibi de creatura rationali à nobis specie distincta. Quod si adhuc arguas, si homo non posset per naturam fieri impeccabilis, maxime quia esset virtutis infinitæ: sed hoc non sequitur, quia licet infinita fieret tamen esset omnipotens. Respondemus, quod si de facto talis daretur, esset infinitæ virtutis, quia esset Deus, & ideo implicat dari creaturam rationalem, quæ non sit libera & sit peccabilis. Quod si arguas, posset Deus creaturam rationalem creare, quæ esset ab omni præcepto deobligata, talis esset impeccabilis, ergo. Respondemus primo, quod id non admitterimus, quia repugnat quod sit creatura rationalis, & sit ab omni præcepto superioris deobligata. Secundo, si talis esset impeccabilis, id esset ex sola gratia Dei non volentis eam ad præceptum obligare. Tertio dicimus, quod creatura illa adhuc esset peccabilis, quia licet præceptum non haberet, poterat tamen sibi imponi. Quod si adhuc insisteres, quia posset Deus creare creaturam rationalem, quæ ex natura sua videret Deum, ergo quæ ex natura sua esset beata. Confirmatur, quia posset creaturam rationalem condere, quæ ex sua essentia esset sua visio beatifica, sicuti Deus est suamet visio. Simile argumentum format Sanctus Thome loco citato, & arguit sic, posset Deus facere creaturam rationalem, quæ esset ipsa gratia, & nihil aliud, quinimo Deus efficere potest, quod non simus illi grati sine qualitate illa quæ est gratia. Respondet ipse dicens, quod non potest facere creaturam talem, quæ ex natura sua sit visio, & gratia: fatemur enim, quod Deus efficere potest creaturam, quæ sit gratia ipsa, sed talis nõ ex natura sua, sed ex gratuita Dei voluntate gratia esset, nempe, quia Deus voluit. Quod vero creatura ex natura sua gratia esse non possit probatur, quia quando operatio aut qualitas aliqua est ab agente extrinseco, non potest alii cui esse naturalis, nisi sit ipsum agens, gratia

autem est à Deo agente extrinseco, ergo nõ potest creaturæ alii cui esse naturalis, nisi ipsa met sit extrinseca agens, scilicet, ipse Deus: exemplum est, calefactio non potest esse naturalis aquæ, nisi aqua per essentiam fiat ignis aut sol.

Gabriel arguit contra Sanctum Thomam. Primo sic, Deus potest facere voluntatem creaturam talem, ut semper conformetur bono. Scilicet ipsi rationi: antecedens probat, Deus fecit appetitum sensitivum in bruto tale, ut semper sequatur sensum, aut id quod per sensum apparet, ergo à simili potest facere voluntatem creaturam, quæ semper conformetur rationi. Secundo, potuit Deus facere creaturam rationalem, quæ solum & semper sequatur id quod est sibi commodum, sicuti appetitus sensitivus, sepe sequitur id quod est, vel apparet bonum, talis esset impeccabilis, sicuti est appetitus sensitivus, ergo. Tertio, non implicat dari creaturam rationalem sine libero arbitrio, potest ergo Deus eam facere. Respondemus ad hæc omnia, supposito quod dari non potest creatura rationalis, quæ habeat liberum arbitrium, & non sit libera, quod ex natura ipsius nominis constat, nam ex hoc quod est rationalis habet quod sit conformis rationi, cum ergo intellectus & ratio habeant multa dictamina, ad hoc quod voluntas illis se conformet, oportet quod sit libera, nõ enim vni dictamini nunc alteri conformatur, quod si libera non esset, nõ posset cuilibet pro suo arbitrio conformari. Ex quo constat, quod dari non potest creatura rationalis, quæ non sit libera & habeat liberum arbitrium. Et per hæc ad argumenta omnia in oppositum.

Dubium tamen est, an saltem quantum ad præcepta solius iuris naturalis possit dari creatura rationalis ex natura sua impeccabilis. Durandus. 2. dist. 23. respondet duabus conclusionibus. Prima est affirmativa. Secunda conclusio est, quod quantum ad præcepta supernaturalia dari non potest creatura aliqua rationalis ex natura sua impeccabilis. Secunda hæc conclusio est vera, & ab omnibus recepta. Primam autem probat sic, non potest esse error in voluntate, quin præcedat in intellectu, omnis enim peccans est ignorans, intellectus autem Angelorum circa naturalia errare non potest, ergo, minorem probat, quia naturalia deducuntur ex principiis naturalibus, sed Angeli habent prædictam respectu omnium agibilibus, ergo. Confirmatur, quia intellectus Angelicus est perfectissimus, ergo quantum ad naturalia saltem

tem in particulari errare non potest, quia omnis peccans est ignorans. Secundo probat, omnis causa naturalis, quæ est perfecta, ut cælum, habet omnem apparentiam naturalem perfectam, à fortiori ergo hoc in Angelo habet locum, non ergo potest operatio nem erroneam elicere, neque actus intellectus eius errore potest esse implicatus. Capreolus. 2. dist. 22. q. 1. & Caietanus articulo isto subscribunt Durando, & ita intelligunt S. Thomam. Et quidem de malo. q. 16. art. 3. idem videtur innuere, & art. 1. citato in solutionibus argumentorum, nam ad secundum ait, quod ideo operatio solis est perfecta, quia est operatio naturalis causæ corporeæ perfectæ. Et ad secundum inquit, quod si Deus consideretur ut prima causa naturaliter cognoscibilis, Angelus non potest non amare illum, Deo vero considerato ut obiectum supernaturaliale & beatificabile potest cum non diligere. Et ad ultimum dicit, quod quantum ad ea, quæ de se sunt mala, id est, contra ius naturale, Angelus deficere non potest: & addit quod Angeli peccaverunt inordinate appetendo beatitudinem. Ecce quomodo S. Thomam teneat, quod Angeli quantum ad supernaturalia peccare possunt, non autem quantum ad naturalia. Quod si insurgas, contra, Angelus nõ est sua regula quoad naturalia, ergo circa illa potest errare & peccare. Respondetur antecedente concessio, & negamus consequentiam, nam Angelus necessario ad heret regulæ naturali præceptorum naturalium, sicut intellectus necessario ad heret primis principiis: naturalia enim præcepta sunt regula naturalis. Confirmatur, quia illud Propheta, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, omnia præcepta naturalia designat, quæ lumine naturali sunt cognita: & cum Angelus passione aliqua ex quibus nos afficimur, non afficiatur, ergo circa naturalia errare non potest. Secundo arguitur contra S. Thomam, & Durandum, quia licet Angelus positive circa naturalia errare nõ possit, poterit tamen negative se habendo peccare, ergo circa naturalia inconsideratione potest peccare, maxime quia inconsideratio præcessit peccatum primi Angeli. Respondetur, quod tempore quo voluntas Angeli eligitur circa naturalia intellectus necessario indicat, & ita Angelus circa naturalia non potest se habere negative. Secundo dicere possumus, quod licet regulariter & ut in plurimum Angeli circa naturalia peccare nõ possent, negative tamen & per inconsiderationem

nem non obstat quin aliquando circa naturalia peccare possint, cum quandoque confirmatio possit adesse, & quandoque de facto deesse: maxime quia quandoque est peccatum in voluntate & non in intellectu, loquendo de peccato positive: & illud, Omnis peccans est ignorans, intelligi debet regulariter: & quod Sanctus Thome asserit de impeccabilitate Angelorum idem intelligit de impeccabilitate hominum: unde mens eius est, quod licet quantum ad præcepta legis naturalis dari possit homo per aliquod tempus impeccabilis, per longum vero tempus & quantum ad supernaturalia sine Dei auxilio specialis talis dari nequit. Unde ad quæsitum propositum respondemus, quod homo de lege communi ad perfectionem impeccabilitatis pervenire non potest, nemo enim continens se potest (hoc est in bono perseverans) nisi Deus det: ex privilegio tamen speciali conveniunt Patres & Doctores scholastici, quod potest quis ad perfectionem illam pervenire, ut de Beatissima Virgine unanimiter Catholici omnes asserunt, & de Baptista sunt qui affirmant neque venialiter peccasse. Et non solum de sanctificatis in terra, sed etiam de Apostolis postquam in gratia fuerunt confirmati, de lege confirmationis mortaliter peccare non poterant, nam venialiter postquam Ioannes in gratia fuerat confirmatus dixit, Septies in die cadit iustus: & Iacobus, In multis offendimus omnes.

Pro B. Augustino respondemus, quod licet insinuaverit loco citato, hominem ad perfectionem impeccabilitatis pervenire posse, postea vero suam castigavit sententiam 3. lib. retracta. c. 19. sic scribens, In primo volumine propter id quod scriptum est, Beati pacifici, &c. dixi, sapientia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusque motus adversus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cum & ipse obtemperet Deo: quod merito movet, quomodo dixerim, non enim quique in hac vita provenire potest, ut lex repugnans legi mentis omnino non sit bimembris, quandoque etiam si sic resisteret spiritus hominis, ut nullum eius laberetur assensum, non ideo tamen illa non repugnaret: hoc ergo quod dictum est, nullum esse motum adversus rationem rebellem, recte accipi potest id nunc agentibus pacificis domando concupiscentias carnis ad illam pacem plenissimam quandoque veniatur. Proinde quod alio loco, cum eandem sententiam Evangelicam

ſepere dixiſſem, Beati paciſci, quoniam ipſi filij Dei vocabantur, adiunxi dicens, Et iſta quidem in hac vita compleri poſſunt, ſicut completa eſſe in Apoſtoliſ credimus, ſic accipiendum eſſe, non vt in Apoſtoliſ hic viuentibus nullum carnis motum arbitremur ſpiritu repugnare, ſed haec? hic iſta poſſint cõpleri, quatenus in Apoſtoliſ credimus eſſe completa ea meſura, ſcilicet, peiſe aionis humanæ, quanta in hac vita poteſt eſſe perfectio: non enim dictum eſt iſta in hac vita compleri poſſunt, nam cõpleta eſſe in Apoſtoliſ credimus, ſed iſta dictum eſt, ſicut completa eſſe in Apoſtoliſ credimus, vt iſta compleantur ſicut in illis completa ſunt, id eſt, quodam perfectione, cuius capax eſt iſta vita, non ſicut complenda ſunt illa, quæ ſperamus pace pleniffima, quando dicitur, Vbi eſt mors contentio tua.

DECIMUM NONVM  
QVAESITVM.

Gradus conſanguinitatis quouſq;  
ſe extendant.



Vguffinus libro. 1. de ſer-  
mone Domini in monte  
cap. 25. in hunc locum,  
*Quemque dimiſerit uxorem ſuam,  
ut ei libellum repudij,* Matth. 5.  
aſſerere videtur, qd ſi pec-  
catum primorum parentum nõ præceſſerit,  
nullæ eſſent cognationes neque aſſinitates,  
ſed genus humanum eo ordine & provide-  
ria, qua à Deo inſtitutum eſt, multiplicare-  
tur. Sic enim ſcripſit, Rurſum ſi interrogem  
vtrum vxorem ſuam poſt reſurrectione, ac-  
cepta Angelica immortalitate, quæ ſanctis  
promittitur, ſecum id viuere velit, tam ve-  
hementer ſe id velle quàm illud non reſpõ-  
debit. Et infra, Hoc de patre & de matre &  
cæteris vinculis ſanguinis intelligendũ eſt,  
vt in eis, oderimus; quod genus humanum  
naſcendo & moriendo ſortitum eſt, diliga-  
mus autem quod nobiſcum poteſt ad illa re-  
gna perducı, vbi nemo dicit, pater meus, ſed  
omnes omnino vno Deo, Pater noſter, nec  
mater mea, ſed omnes illi Hieruſalem, Ma-  
ter noſtra, nec frater meus, ſed omnes de om-  
nibus, frater noſter: coniugium vero cũ illo  
ſimul nobis in vnum redactis, quaſi vnus cõ-  
iugis erit, qui nos de prohibitione huius ſe-

culi ſui ſanguinis eſſoſione liberauit.  
Pro Auguſtino reſpondemus, quod retra-  
ctauit aſſertionem hanc. 1. lib. retract. c. 19.  
his verbis, Item quod dixi hoc & de patre,  
& de matre, & de cæteris vinculis ſanguinis  
intelligendum eſt, vt in eis oderimus quod  
genus humanum naſcendo & moriendo ſor-  
titum eſt, iſta ſonat quaſi nõ eſſent futuriſ  
neceſſitates, ſi nullo natura humanæ præce-  
dente peccato nemo moreretur, quem ſen-  
ſum iam ſuperius improbauit eſſent enim p-  
fecto cognatione & aſſinitate, etiam ſi ori-  
ginali nullo exiſtente peccato, ſine morte  
creſceret & multiplicaretur genus huma-  
num. Ac per hoc alter ſoluenda eſt qua-  
eſtio, cur Dominus præceperit diligere inimicos,  
cũ alio loco præcipiat odio habendos &  
parentes & filios: non ſicut hic ſoluta  
eſt, ſed ſicut eam poſterioribus ſapere ſoluim,  
id eſt, vt diligamus inimicos lucrandos re-  
gno Dei, & oderimus in propinquis ſi quæ  
impediunt à regno Dei.

VIGESIMVM QVAE-  
SITVM.

An diuortium hodie ſit licitum.



Vguffinus lib. 1. de ſermone Do-  
mini in monte cap. 26. perquirẽs  
quatenus hoc loco, *Omnia qui dimiſerit  
vtrũ vxorem, excepta fornicationis caufa, facit  
ſe in mechari,* Matth. 5. intelligenda ſit fornicatio,  
videtur eſſe in hac ſententia, vt exiſti-  
met, licere ob qualecunque peccatũ vel ma-  
riti vel vxoris fieri diuortium. Sic enim ait,  
Ex quo intelligitur, quod propter illicitas  
concupiſcẽtiã non tantum eas quæ in ſtu-  
pris cum alienis viris aut ſceminis cõmittun-  
tur, ſed omnino quaſi libet, quæ animam cor-  
pore male vtentem à lege Dei aberrare fa-  
ciant, & pernicioſe turpiterque corrũpant,  
poſſit ſine crimine & vir vxorem dimittere,  
& vxor virum: quia exemplum facit Domi-  
nus cauſam fornicationis quàm fornicatio-  
nem, ſicut ſupra memoratum eſt, generalem  
& vniuerſalem intelligere cogimur, hoc eſt,  
illam de qua dicitur, Perdidit omnes qui  
fornicantur abs te: item in libro de fide &  
operibus cap. 19. teſtatur non eſſe ex Diui-  
niſ ſcripturis ſatis manifeſtum. Nam ille qui  
poſt dimiſſam vxorem adulterat, duxerit  
alteram, ſit adulter. Verba eius ſunt hæc,  
Quisquis

Quisquis vxorem in adulterio deprehen-  
ſam dimiſerit, & aliam duxerit, nõ videtur  
equandus eis, qui excepta cauſa adulteri, di-  
mittunt, & ducunt. Et in ipſiſ Diuiniſ ſentẽ-  
tijs iſta eſt obſcurum, vtrum & iſte, cui quidẽ  
ſine dubio ad alteram licet dimittere, adul-  
ter tamen habeatur, ſi alteram duxerit, vt  
quantum exiſtimo, venialiter quiſque fal-  
ſitur.

P: o D. Auguſtino dicimus, quod 1. lib. re-  
tracta. c. 19. mentem ſuam explicat, remittẽs  
lectorem ad ea, quæ de hac quaſtione poſte-  
rius ſcripſit, præſertim in duobus libris de  
adulterinis coniugijs, in quibus determinat,  
non licere diuortium, niſi propter carnalem  
fornicationem, quæ in ſtupris eſt. Item in eo-  
dem libro & loco aſſertum, diuortium à toto  
in ſtupris carnalibus permiſſum eſſe, nõ iu-  
ſum: quod dictum in eodem libro & cap. re-  
tract. damnat, tanquam contrarium ſentẽtiæ  
Salomonis dicentis Prouerb. 18. Qui tenet  
adulteram ſultus eſt & impius. De hac qua-  
eſtione vide ſupra ſecundo tomo Chryſoſto-  
mi ad 10. quaſitum.

VIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An monachorum veſtitus de-  
cens ſit.



Vguffinus libro ſecundo de  
ſermone Domini in monte. c.  
19. in hunc locum, *Nolite fieri ſi-  
cut hypocriſites,* Matth. 6. non  
nulla ſcribit contra eos, qui  
ſpeciali veſtitu & ornatu ſunt induti. In hoc  
cap. maxime aduertendũ eſt, non in ſolo re-  
rum corporearum nitore atque pompa, ſed  
etiam in ipſiſ ſordibus luſtuofis eſſe poſſe  
iaſtantiam, & eo periculoſiorem, quo ſub no-  
mine ſeruitutis Dei decipit. Et Hierony-  
mus ad Nepotianum, ſic ſcripſit, Veſtes pul-  
las æquẽ vita vt candidas, ornatas & ſordes  
parimodo fugiendæ ſunt, quia alterum deli-  
cias, alterum gloriam redolet. Et Strabus in  
illud ex. 9. c. Apocalyp. Ecce equus pallidus,  
& c. videns, inquit, diabolus nec per apertas  
tribulationes, neque per apertas hæreſes ſe  
poſſe proficere, præmittit falſos fratres, qui  
ſub habitu religionis obtinent naturam ni-  
gri & ruſi equi, peruertendo fidem.  
Doctores ſcholæ ſic. 2. ſent. diſt. vltima, S.

Thom. 2. 2. q. 187. arti. 6. quo quarit vtrum  
liceat religioſis vilioribus veſtibus vii quã  
cæteri. Reſpondet conſeſione affirmatiua.  
Probat eam ex paulo ad Hebr. 11. Circue-  
runt in melloris & pellibus caprinis, vt He-  
lias & alij. Et. 11. q. 4. dicitur, ſi inuenti fue-  
rint deridentes eos, qui vilibus & religioſis  
veſtibus amicti ſunt, corrigantur. Et aſſer-  
natur ratio correctionis: priſtinus enim tempo-  
ribus omnis ſacratuſ vir cũ mediocri ac viſi  
veſti cõuerſabatur. Et ſicut Auguſtinus inquit  
in. 3. de doctrina Chriſtiana, in omnibus ex-  
terioribus rebus non vſus rerum, ſed libido  
vrentis in culpa eſt. Pro quo aduertendũ qd  
habitus vilis dupliciter conſiderari poteſt:  
vno modo, prout eſt ſignum quodam diſpo-  
ſitionis vel ſtatus humani, quia vt habetur Ec-  
cleſiaſt. 19. Amictus hominis de eo: & ſecun-  
dum hoc vilitas habitus quandoque eſt ſig-  
num triſtitiæ, vnde homines amari ſolent  
veſtibus vilioribus vti, ſicut e conuerſo in tẽ-  
pore ſolenntatis & gaudij vtuntur ſplendi-  
dis veſtimentis: vnde & penitentes veſtib<sup>9</sup>  
vilioribus induuntur, vt patet Iona. 3. de re-  
ge Ninive, qui indutus eſt ſacco: & 3. Regũ  
21. de Achab, qui carnem ſuam cilicio ope-  
runt: quandoque vero eſt ſignum contemp-  
tus diuitiarum & mundiſ ſtaſtus, vnde  
Hieronymus ad Ruſticum monachum ait,  
ſordes veſtium candidæ mentis indiciã ſunt,  
vilis autem tunica contemptum ſeculi pro-  
bat, ne animus tumeat, & ne habitus & ſer-  
mo diſſentiant. Et iſta eſt conſeſio, quod ſe-  
cundum vtrumque iſtorum religioſis conue-  
nit vilitas veſtium, quia ſtatus religionis eſt  
ſtatus penitentiar: & contemptus mundanæ  
gloriæ. Quod vero quis alijs velit hoc ſigni-  
ficare conuigit propter tria: vno modo ad  
ſui humiliationem, ſicut enim ex ſplendore  
veſtium animus hominum elenatur, ita ex  
humilitate veſtium humiliatur: vnde de A-  
chab, qui carnem ſuam cilicio induit, dixit  
Dominus ad Heliam, Nonne vididi Achab  
humiliatum coram me: vt habetur. 3. Regũ  
21. Alio modo propter exemplum aliorum.  
Vnde ſuper illud Matth. 3. Habebar veſti-  
mentum de pillis camelorum, ait gloſſa, qui  
penitentiam prædicat, habitum penitentiar  
præterdit. Tertio modo propter inanẽ glo-  
riam, nam ſicut Auguſtinus dicit in ipſiſ ſor-  
dibus & luſtuofis veſtibus poteſt eſſe iaſtan-  
tia. Duobus ergo priſiſ modis laudabile eſt  
abieciſ veſtibus vti. Tertio vero modo vi-  
tioſum eſt. Et idem dicendum ſi vilitas veſ-  
tium procedat ex auaritiã vel ex negligẽ-  
tia

tia notabili, hoc enim ad vitium pertinet. Pro defensione Augustini, Hieronymi, & Strabonis, respondentis, eos non improbare in opem cum, & demissum vestitendi institutum monachorum & aliorum piorum hominum, qui ad humilitatis & penitentiae exercitium, & ob contemptum mandatae gloriae, & quo ceteros exemplo suo avertant à seculari vanitate amictu abiecto vntur, sed hypocritam, factum, & iniquitatem eorum damnare, qui sordibus, & squalore vestium delectantur, velut in se oculos atque omnium ora conuertant, velut sub vestimentis ovium lupinam mentem operiant in perniciem eorum, quos decipere desiderant.

VIGESIMVM SECVNDVM  
QVAESITVM.

An Christiani suis principibus tribututa persolvere debeant.



Agustinus libro questionum Evangelicarum. q. 23. hunc locum, *ergo liberi sunt filii*, Matth. 17. sic exponit, Quod dixit, ergo liberi sunt filii, in omni regno intelligendum est liberos esse regni filios, id est, non esse veterales, multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno tereno filij regni illius, sub quo sunt omnia regna terrae: hoc loco & alijs scripturae aburuntur haeretici, & cum illis Erasmus annotationibus in hunc locum, qui asserunt nullum Christianum suis principibus vestigalia debere, eo quod omnes Christiani sint regni filij, & omnes regni filij sunt liberi.

Doctores scholastici. 4. dist. 18. Et primo videndum est de regno seu regio principatus, ubi proxime post rempublicam inveniuntur potestas publica. Et quidem non defuerunt nonnulli, qui etiam de numero Christianorum censori volunt, qui non solum negant regiam potestatem, aut aliquem principatum esse à Deo, sed omnes reges, principes & duces volunt esse tyrannos, & humanae libertatis predones. In confirmationem sui deliramentum rationes afferre conantur, scripturam ut solent torquentes. Primo inquit, hominem constat in libertate conditum, neque in illo felici statu innocentiae quis esset dominus & alius servus, quis ergo potuit hominem à Deo in libertate conditum in ser-

vitutem redigere. Secundo, nam homini à principio dictum est, Dominabere piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestijs terrae, & rursus, Fecit Deus hominem, ut praesertim piscibus maris, non autem dixit ut praesertim hominibus: quare violenter sibi quisque principatum in homines arrogavit. Tertio, in lege naturae inter cultores veri Dei nusquam legimus aliquem fuisse principem. Quarto, quia principatus ortum habet à tyrannide. Primus enim Nemrod tyrannide regnum arripuit, de quo Genes. 10. habetur, quod coepit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino: principium autem regni eius fuit Babylon, simili ergo iniuria cum Nemrod sequentes principes dominarum occuparunt. Neque hoc Doctores sancti sub silentio dissimularunt, Gregorius enim magnus contra naturam esse dicit, hominem velle alteri dominari, cum naturali iure omnes homines sint aequales: & Isidorus, Communis, inquit, omnium possessio & una libertas iuris naturalis est. Quinto, quia est ante legem Evangelicam regius principatus prohibitus non esset, saltem Christiani videntur à Christo libertate donati: quod videtur significasse loco illo Matth. 17. Si filius liberauit vos, vos liberi eritis: & apertius, cum Christus quaesivit, reges terrae à quibus accipiunt tributa vel censum, à suis an ab alienis? respondente Petro, ab alienis, subiungit Christus, ergo liberi sunt filij, sed ne scandalizemus eos, va de ad mare, &c. Ex quo inferunt certum esse Christianos tributum non debere, nisi ratione scandali. Quod etiam confirmatur ex Apostolo, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Et iterum, nolite fieri serui hominum, empti enim estis precio magno: & rursus ad Ephes. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma: non ergo licet Christianis sibi dominos superinducere.

Verum homines factiosi superbia & ambitione corrupti, nil mirum si aduersus principes seditiones moueant, quia Deo & ecclesiae eius prius discessionem fecerunt. Atque adeo predictorum hominum calumnias resistentes dicimus cum omnibus Patribus & sane sapientibus, monarchiam sine regii potestatem non solum iustam & legitimam esse, sed etiam reges à iure naturali & Diuino potestatem habere, & non proflus ab ipsa republica & hominibus. Quod ne quis in gratiam principum dictum arbitretur, probate contendam: & sane si nullum testimonium ex scripturis haberetur, ratio tamen sufficere deberet,

Opinio catholica.

Conclusio

deberet, si enim respublica potestatem habet à iure Diuino in partes respublicae, haec autem potestas per ipsam multitudinem administrari nulla ratione potest, necesse ergo est, ut verum administratio & gubernatio aliis quibus praesertim maderet, qui vices respublicae subeant, & publici boni curam gerant. Nihil autem refert an id munus paucis deferatur, ut est in aristocratico principatu, aut vni soli, ut est in regio: quare si respublice potestas non tyrannica, sed iusta est, neque regia quidem iniusta erit, quae certe alia non est quam respublice potestas per regem administrata: neque enim respublica per se potest, aut certe non commode potest leges condere, edicta proponere, lites dirimere, transgressores coercere, & denique ius suum unicuique dicere ac reddere: quare necessarium fuit ut hac sollicitudinem respublica alteri committeret. Sed ut adulteratis scripturis veras scripturas opponamus, id primo constat, regnum non esse contrarium iuri naturali, ut haeretici contendunt: ius enim naturale est immutabile, ut Aristoteles probat. s. Ethicorum, quare si regnum nunc esset contra ius naturale, nullo seculo aut aetate iustum esse potuit, cuius contrarium constat ex veteri Testamento, ubi laudatur Melchisedec rex Salen, & Ioseph, qui fuit gubernator regni Pharaonis, & tributorum exactor, & Iacob vir iustus regionem incolendam à Pharaone accepit, & Daniel cuius eius constitutus est à Nabachodonosor praefectus provinciae, ut in Daniele legitur: quod utique viri sancti non admisisserunt, si regnum principatum pro tyrannide reputassent. Et in Deuteronomio ponuntur leges & conditiones regis, qui apud filios Israel regnaturus esset, nec prohibentur reges institui, quin potius licentiam permittens Dominus tantum cauet, ne alterius gentis regem creent. Etiam ibi praecipitur, ut stetur sacerdotum decreto sub capitis etiam poena: nihil autem interest an praesit sacerdos vel rex, modo eandem habeat potestatem. Dominus etiam, ut patet in Deutero. & Levitico, constituit iudices, qui potestatem haberent vitae & mortis. Et in libris Regum alij ab ipso Deo reges sunt creati, alij eius precepto praepositi leguntur: quod utique neque tamen fecisset, si quoquo pacto contra ius naturale esset. Et Machabei viri fortissimi & sanctissimi ab omnibus existimantur, qui tamen suorum popularium principatum quod delectum susceperunt, aut iustis ex causis sibi vindicauerunt. Est verum proflus absurdum

existimare aliquid esse aduersum iuri naturali aut Diuino, quod rerum humanarum administrationi expediens sit, qualem potestatem regiam ex parte esse probauimus, & statim apertius constabit. Non itaque (ut sapienter ait Iob) Deus tanquam inuidus abiicit potestates, cum sit ipse potens, neque libertas Evangelica, ut feditiosi homines imperite plebeis auribus suggerunt, regie potestati in impedimento est. Ut enim alio loco ostenditur, nihil, quod lege naturali licitum sit, Evangelio prohibetur, atque in hoc maxime libertas Evangelica consistit. Quare si ante Evangelium prouincijs & ciuitatibus reges sibi constituere licebat, ne utique existimandum est, hoc post Evangelium non licere. Et certe, si reges legitimi principes non essent, nunquam Apostoli Christi nobis tam solliciti, ut illis pareremus, commendarent, cum tamen Paulus Roman. 13. nihil aliud agere videatur, omnis, inquit anima, potestatis sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi à Deo, ita qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Est statim, Dei enim minister est tibi in bonum, & vindex in eum qui male agit. Et concludit, Subditi ergo estote non solum propter iram conscientiam, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Et 1. ad Thimo. 3. Admonet illos principibus & potestatibus subditos esse. Et 2. ad Thimo. Obsecro autem primum omnium fieri obsecrationes, petitiones, postulationes pro regibus & principibus, & his, qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus. Et Petrus in sua prima canonica, Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, siue regum quasi praesertim excellenti, quia haec est voluntas Dei, non quasi liberi velamen habentes malitiae libertatis, sed sicut Dei serui omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum time, reges honorificate.

Nebulonibus tamē istibus ommissis, ad paulo ante proposita redeamus: diximus, potestatem regiam proflus non esse à republica, neque ab hominibus, sed ab ipso Deo, ut Patres & Catholici Doctores sentiunt: & ita videtur quod regia potestas sit à Deo, est à republica reges instituantur: respublica ergo creat regem, non tamen potestatem regiam, sed propriam auctoritatem in regem transfert: neque sunt duae potestates, vna regiam, alia communitatis, atque adeo sicut potestatem respublicae à Deo & iure naturali con-

Regia potestas à Deo est.

opinio haec rectorum

constitutam esse constat: idem profus de regia potestate dicimus necesse est. Quod satis consonum videtur sacrae scripturae consuetudinique, principes Dei non ministros reipublicae, sed principes & reges appellat. Et ipsa Divina sapientia apud Salomonem, per me, inquit, reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Et Dominus Pilato respondit, Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper de caelo. Errare ergo videtur aut theores, qui concedentes reipublice potestatem & iurisdictionem esse a iure Diuino, negant potestatem regum ab eodem non derivari, tamen conuenire regie potestati. Quod si homines vel reipublica non haberent potestatem a Deo, sed ex condito omnes conuenirent, & pro bono publico vellent potestatem supra se constituere, illa quidem esset ab hominibus, sicut & illa, quam religio tribuunt Abbati: non tamen ita est de facto constituta, nam omnibus inuitis est in reipublica potestas seipsam administrandi, & moderandi, & ciues suos ad pacem & tranquillum & conuenientem conuictum componendi. Et ita diffusum manet, reges licet a reipublica instituantur, iure tamen Diuino & naturali potestatem talem esse institutam.

Dubium tamen est, an sicut maior pars rei publice regem supra totam reipublicam constituitur alijs inuitis potest, ita maior pars Christianorum reliquis etiam renitentibus, vnum, monarchiam iure creare possint, cui omnes principes & prouintiae parere teneantur. Respondetur conclusionem affirmatiua. Prior pars ex dictis satis patet, si enim reipublica vni mandare potest, certum est non obstare dissentium vnius aut paucorum, quomni nus ceteri prouidere possint bono publico, alias non esset sufficiens consultum reipublice, si consensus omnium exigeretur, cum in multitudine aut vix aut nunquam contingat, satis ergo est, ut maior pars in vnum conueniat, ut iure id fiat. Item probatur, nam duabus partibus dissentientibus in administratione reipublice, oportet ut praualcat sententia alterius partis, nam postquam volunt duo contradictoria, non debet praualere sententia minoris partis, vt notu est, sequenda ergo est sententia maioris partis: nam si ad creandum regem requiritur consensus omnium, ergo etiam requiritur consensus omnium ad non creandum, quare enim potius requiritur consensus omnium ad

partem affirmatiua quam ad negatiua. Secunda pars assertionis est, quod huiusmodi rex est supra totam reipublicam. De qua re quauquam sint inter philosophos variae sententiae, multaeque disputentur, paucis tamen partem probamus: nam si reipublica esset supra reges, ergo est principatus diuocraticus seu popularis, nam popularis principatus est, vbi populus principatur: si autem reipublica tota est supra regem, non rex, sed ipsa, hoc est, populus dominaretur, & sic non est principatus vnius, nec monarchia. Et haec videtur sententia Aristot. 3. Politic. Item, reipublica potest dare potestatem alicui, non solum supra singulos, sed supra omnes simul, & ille habet potestatem regiam, esset enim principatus vnius, & non aristocraticus, neque democraticus, ergo rex est supra omnes. Item non appellatur a rege ad reipublicam, ergo reipublica non est supra regem. Tertia vero pars, nempe, quod maior pars Christianorum possit monarchiam instituire, probatur, nam tota ecclesia est quodammodo vna reipublica, & vni corpus, iuxta id Apostoli, Omnes vni corpus sumus in Christo, ergo habet potestatem se conseruandi, & tuendi, & curandi, rationeque optima constitutiendi, qua se defendere ab hostibus possit, si ergo constaret profus ex parte diuinitatis & reipublice fidelium, vnum principem habere, quo se melius possent a tyrannide & incurssione infidelium defendere, possent omnes Christiani vnum monarcham orbis Christiani eligere: & cum tamen vnum possit maior pars reipublice sicut omnes, possit ergo maior pars Christianorum talem monarchiam orbis eligere. Item cum finis temporalis sit sub spirituali, ad illum dirigitur si habere vnum monarcham esset expediens, tum ad defensionem, tum & ad propagationem religionis Christianae, non video cur non possent illi, ad quos spiritualiter bonum Christianorum spectat, cogere Christianos, ut vnum monarcham crearent, sicut in fidei fauore ecclesiastici principes haereticos priuant principatu alias legitimo, quare ergo ecclesia non possit in fauorem fidei, maxime vbi fides periclitatur, vni principem supra omnes constituere, esto aliqui contradicerent. Item, aliquando genus humanum habuit talem potestatem, scilicet, eligendi vnum monarcham, ut patet a principio antequam rerum fieret diuisio, ergo & nunc potest: cum enim illa potestas esset iuris naturalis, non videtur cessasse. Ex quo corollarium inferitur, quod

Corollarium

Quaestio

Syluester.

Quatuor tributorum genera. Censuum.

Tributum

quod in liberis ciuitatibus, vt Venetijs, & similibus possit maior pars eligere regem, alijs contradicentibus. Et hoc verum videtur non solum quando hoc manifeste expediret rei publice, sed dato etiam amplius expediret politia aristocratica aut democratica: nam postquam reipublica habet ius se administrandi, & quod facit maior pars facit tota reipublica, ergo potest accipere politiam, quam non habet, esto non sit optima, sicut nunc habet aristocraticam, quae forte non est bona, nedum optima. Constituto ergo, potestatem regiam consonam esse iuri naturali & Diuino, & quod maior pars reipublice potestatem regiam constituere potest, dubium est, vtrum ius habeat exigendi tributa & vectigalia a sibi subditis. Sanct. Thom. 2. 2. q. 63. articulo. 7. respondet ad quaestum, quo quaeritur, an in tributis exigendis peccare possit acceptio personarum. Pro solutione aduertendum, quod iuris prudentes quamplurima tributorum nomina multiplicanc, quae Syluester verbo, gabella, propemodum cum numerauit, vt pensio, quod dicitur a pendendo, hoc est, soluendo, guidagium, &c. Quatuor tamen ad rem spectantia in medium adducimus: primum est census, quod a censendo deciuatur, eo quod recenseri facultates debent, quo inde tributa pro earum ratione soluantur, vt habetur. l. forma de censu. At vero, vt peculiare nomen sit ab alijs distinctum, pensioem illam singulariter significat, quam ciues principi pro capite solum: hoc enim est de quo Iudei Christum interrogabant, cum quaererent, an liceret censum Cesari dare: tributa enim, quae pro defensione & gubernatione reipublice imperabantur tribuere non recusabant, sed illud quod iugum subiectionis designabat, a qua se liberos arbitrabantur, tanquam filij Abrahae: vnde ait ab eis, Nos filij Abrahae sumus, & nemi nisi seruimus inquam. Huiusmodi autem census inter Christianos principes non est vsui frequens, eo quod ad superbie tumoris potius & ad auaritia stimulum atque, quam ad publicorum sumptuum necessitatem: satis namque ciues subditos profiteantur, cum alijs iustis obediunt, vnum ergo ob causam Cesares describi orbem iubeant. Vnde David (vt. 2. Reg. 24. memoriae proditum est) inde tant acerbas dedit penas, quia populum Israel numerauit, & ad hoc referrebat, quod Christus interrogauit, cuius est imago haec & super scriptio, scilicet, numismatis, quasi solum in signum subiectionis & adorationis

Cesaris illud exolueretur. Tributum aureum (vt ipsum nomen sonat) a tribuendo seu contribuendo dicitur, eo quod quis stipem tribuat, & quoniam antiquitus illa stipem contributio non fiebat, nisi ad alendam publicam militem, inde etiam stipendium deriuatum est, vtrumque. l. ager. ff. de verbo. & rer. signi. Differt ergo tributum a censu tam ratione materiae, quam ratione finis: tributum enim de terra nascens in subsidium regis vel reipublice contribuitur, census vero de capite ad profitendam subiectionem.

Vectigal.

Tertium genus pensiois est vectigal, ab vito que diffrens sine & materia: soluitur enim de mercimonijs, quae vehuntur negotiationis gratia ad murorum, pontium, aliorumque id genus publicorum operum refectionem: dicitur ergo a vehendo vectigal & a portu portorium, quia portitori soluitur. Quare in oratione de consulibus consularibus vtrumque Cicero coniungit vectigal ac portorium, & inde Hispanie, portazgo.

Pedagium

Quartum tributum est pedagium, uariae idem cum vectigali, quia ex mercimonijs soluitur, sine tamen distans, quia custodiae viarum, quae latronibus aut hostibus sepiuntur institutum est. De his ergo cunctis sit prima conclusio, Haec omnia pensioem generant, si ob praedictas causas imponantur, iustae sunt, & debentur principibus a ciuibus in conscientia, iuxta verbum Pauli ad Rom. 13. Ideo necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, ideo enim & tributa praestatis, ministri enim Dei sunt, reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Et refertur extra de censu. 6. omnis: adiecit autem Paulus Dei esse ministros, vt intelligamus ab eius numine deriuari legem soluendi tributa ad alendos principes. At vero (vt Saet. adnotauit) nihil in praemium debent expetere, sed solum ad sustentationem status, & necessarios sumptus: nam (vt Aristot. 5. Ethic. c. 6.) proprium praemium principis est honor, quo qui non est contentus, tyrannus est, honorem aurem illum Christiani non ad humanum, qui vanus est, sed ad Diuinum, qui in caelis nos manet, referre debent.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

Secunda conclusio, Tributum omnia, si non pro ratione cuiusque facultatis & substantiae, aut pro ratione vecture, aut negotiationis, vel alterius legitima causa, sed intuitu eorum, quae ad rem non pertinet, exigantur, accepto est personarum: quod non tam

Conclusio.



crebro principi contigit, quam quæstoribus, & senatoribus ciuitatis. Qui si fraude aut vi vlla vianur, restituere tenentur, principi enim aliud periculum imminet, nempe auctiora exigendi: quam pro regni necessitate: hæc enim semper pensanda est, vt cessante tributi causa, cesset & tributum. Et vt speciem legitimum formæ tributorum exhibeamus sit tertia conclusio, Tributa facultatibus, potius possessi omnibus, ac negotiationibus imponenda sunt quam personis, nempe, vt quo quis bonis pluribus abundat, aut plus lucratur, plus soluat, non quo plus indiget. Genus hoc tributi Hispani alcauala vocant hæc autem tributi forma à centum & paucis amplius annis oritur apud Hispanos habuit, idque iuxta de causa, nimirum dum rex Alfonso vn-decimus regnum Granatae bello impugnat, quod, vt ex historia eius constat, in principio in modica quantitate soluebatur: quod nomen ipsam subindicat, nam, al, idem est quod aliquid, cauala, hoc est, alicuius momentum: post vero non modo durantibus verè ere-scentibus bellorum malis, factum est perpetuum, & quantitas huiusmodi tributi aucta, vt experientia docet, & habet nonnulla veltigalis imaginem, pro eo quod ex mercimonijs etiam soluitur: differt tamen latiori materia, quia non solum ex illis quæ à loco in locum transfachuntur, sed ex quibuscunque rebus veltitis soluitur: à cuius solutione nec nobiles eximuntur. Fine etiam differt, quoniam non tantum resciscendis muris ac pontibus ascriptum est, sed publicis regis sumptibus. Neque ideo condemnandum est, quod nouum sit, nam dum tributa alia facultatibus ciuim & negotiationibus imposita alendo regi & sustentandæ reipublicæ nõ sufficiunt, necesse est, alia via id prouidere. Neque ideo arguendum est iniustitiæ, quod nobiles comprehendat, nam cum plebs reliqua sufficiens non sit sumptus principis ferre, equitas possit, vt nobilitatem auxilio eleuetur. Hoc tamen iniustitiæ specimen præferret, quam l. vniuersi. C. de veltigal. cauere in tributis iubet, nempe, ne pro his rebus, quæ ad vsum proprium pertinent, exigatur, nam quod negotiatores, qui emunt, vt reuendat, cotam venditionis exoluant, rationi consonum est: illis enim idem est lucrû quod agricolis terræ fructus: sed tamen quod qui, vt proprie necessitati subueniat, domum suam aut agrum vendit, tributum soluat, lex citata & ratio reclamare videntur. Nam tunc non qui plus habet, plus nec lucratur, sed qui

plus eget, amplius soluit. Quod vero ciues ciuibus tributum soluant monstrum apparet, & subditi grauantur, quia ad rigorem illud exigunt, puta, vt decimum quening: nimum ad rigorem exposcant. Et profecto quantum decima regis sit confirmata, tamen nisi viges necessitas principis id postulet, graue esset tributum hoc ad rigorem exigere. Quod quidem Rex noster Philippus sancte animaduertens, remissionem notabilem prouintijs Hispaniæ cõcessit, & fecit. Quod tamen inferiores domini non faciunt: nec contra necessitatem regis os in cœlum ponimus, quæ legem non habet, sed rei tantum naturam explicamus, insinuantes quod puteus quotiescunq; opus fuerit, exhauriendus est, venas tamen fontium præscindere ius naturæ non sinit,

Quod si quæras, an hæc tributa sic in conscientia debeantur, vt quisque neque à quæstore, neque à partitore requisitus teneatur vltro ea offerre. Respondetur primo, nemini licere latenter exactorem eludere, nisi vbi patentissima esset veltigalis iniuria. Secundo dicimus, quod dum hæc magno cum rigore exiguntur, satis est, quod quisque dum tributum petitur, soluat obediens, maxime vbi debitum non est magni momentum.

Quarta conclusio, nulla est personarum acceptio, si nobiles & ingenitæ tributorum solutione eximantur, tum ob maiorum clara gestorum stemmata, tum quia reipublicæ tuendæ designati sunt. Quin vero addimus, quod potest rex de per se vigente regni necessitate huiusmodi honores vendere: si tamen hæc duo caueantur, primum, ne adiunctam habeat iustitiæ functionem, aut aliam administrationem, aut gubernationem, quia hoc esset magistratus secularis videri, quod Sanct. Thom. q. 63. art. 4. illicitum esse censet: secundum est, ne id fiat in aliorum iniuriam, potest ergo tali ingruente necessitate, humiliter natos precio tributorum libertate donare, nihil enim inde iniustitiæ contrahitur. Cauendum etiam est, ne tributum, quo vnus leuatur, reliqui oppidani onerentur, sed excipitur à summa, quam oppidum soluit: & quia hoc raro aut nunquam fit, ideo huiusmodi honores regulariter & ut in plurimum vendere non licet.

Pro Augustino respondemus, expositionem eius esse mysticam, & in ea agi de tributu carnalis & diabolice feruitutis (à quo filij regni in libertatem spiritus vocati vbi cū que viuunt liberi esse debent) non autem de

Dubium

4. Conclu-  
sio.

2. Conclu-  
sio

de externo ac politico tributo, quod iuxta Pauli & Christi præceptum principibus perfoluendum est, siquidem Christi libertas nõ liberat Enagelici regni filios ab externis debitis, sed ab illis inferioribus debitis, à quibus absque quotidie postulamus, dicentes, Dimitte nobis debita nostra.

VIGESIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An Christianum iam factum occidereliceat.



Vgustinus quæstionibus ex vtroque mixta. q. 104. asserere videtur, Christianos iam factos occidere non licere, explicans cur Dominus gladios iusserit parare, & occidi prohibuerit, qui sic enim ait, nunc illud ostendere superest, quare conticens factu Apostoli Petri, cum qui gladio vsus fuerit, gladio dixit perire, cum non iuste percussisse videatur, nam sic significatur in Luca, ipso Domino permittente, percussit, & sic prohibitus, hæc audiuit, ideo etenim permissum est, vt & vindicare se posse videretur, & tradens se voluntati eorum. Quare ergo sententia data est, vt qui gladium accipit, gladio pereat, nisi quod nulli licet, excepto iudice, quæquã gladio occidere: Apostolo autem Petro vsque ad hoc permissum est, vt dolorem faceret, non quod occideret, ob hoc enim audiuit, ne iterum percuteret, dicit propterea, quia Christianis iam factis occidere non licet in misericordia enim positus lege iuris mundo crediti vti non licet asperere.

Doctores scholastici. i. sentent. dist. 47. & Sanct. Thom. 2. 2. quæstione. 64. & arti. 2. diffinit iustum esse malefactores interficere. Ratio eius est, quia cum omnis pars à natura facta sit propter totum corpus, atque adeo vbi saluti hominis necessarium est, iustum putridum resecatur, ne contagione cetera ac demum totum perdat, singuli autem ciuium totius sint reipublicæ partes, consequens fit, vt vbi incolumitati reipublicæ

expediuerit, ius habeat ciuem morte resciscandi, ne totam inficiat, nam vt ait. i. Corinthi. Paulus, fermentum modicum totam massam corrumpit. Aduertendum circa hæc sententiam, quæ vera est & Catholica, Scõtum. 2. dist. 15. quæstione. 3. sustinere, nullam nocentium hominem priuata aut publicæ autoritate interficere licere, nisi in casibus vereri lege à Deo exceptis. Quæ sententia necum est falsa, sed temeraria & erronea, & ideo cauenda: & deceptus est Scõtus ex illius præceptum illud, Non occides, ea generalitate esse intelligendum, vt cõstas in vniuersum hominum occasiones comprehendat. Primo enim si præceptum illud, Non occides, adeo erat generale, nõ erat cur Deo in tot casibus super illud dispenseret. Secundo, quia cum præceptum esset decalogi, & negatiuum, neque Deus potuit in illo dispensare, vt Sanct. Thom. sustinet. Tertio, quia aut præcepta illa occidendi malefactores legalia erant, aut naturalia: si legalia, omnino cessarunt, quare neque liceret modo hominibus occidere, neque vllum aliorum, qui illic supplicio capitali subditur: si autem fuerit, vt vere fuerunt, naturalis iuris interpretamenta, ergo lumine ipso naturali illi casus excepti erant ab illo præcepto, Non occides, vel potius non erant illo comprehendit. Quarto, ante legem scriptam res publica gentium scelerata iure & merito capitalis supplicio puniebatur, cum ergo lex scripta tunc nondum esset, nec lege scripta tenebantur, nihilominus scelera auctoritate publica morte vindicabant, idque iustissime: ratio ergo quare id reipublicæ licet, non est exceptio scriptæ legis, sed ius ipsum natura. Quinto, quia tam naturalis est ut nocentes homines, & in reipublicam pestilentes resciscantur, quæ quod non occidantur innocentes, idque iure natura consonum: & contrarium est contra tenorem legis capitalium. Et de penis, vbi incendiarijs atque alijs poena capitis decernitur: & partitida in dolium occlusi sumergantur, & heretici exuruntur, & lesores maiestatis merito dilaniantur, & alij flagellis vapulati, & alij in exilium relegantur: quæ tamen poenæ vereri lege non erant exceptæ.

Præceptum ergo hoc, Non occides, præceptum est iuris naturalis, ex illo principio elicium, id ne facias alijs, & cetera. Quæ legitimè eius sensu ratio naturalis nos docet, atque adeo eo vsque generale est, quousque natura vitã vult humanã seruare. Calus autem, quo ratio

Q q natura

Luc. 22



efflet misericordiam illi parcere, iustitiam tamen nec caram hominibus, neque coram Deo violat. Et ratio est, quia si marito citra peccatum non liceret eam occidere, peccatum esset principi & iudici illam scilicet illi facere. Secundo, quia liceret cuilibet privatae personae illam a morte erueret. Patet ex illo Proverb. 24. Erue eum qui ducitur ad mortem. Quod si dicas, non illi permitti tunc vxorcidium, sed ut impune id faciat, quoniam illo privilegio iam fruebatur, etiamsi absque iudicio in flagranti delicto illam interficeret, cum ergo solenni forma iudicij damnata illi traditur, testimonium apertum est, fieri illi ius occidendi ceu ministro iustitiae: quod intelligitur de per se, & ex dispositione iuris, nisi aliunde circumstantiam aliquam malam apponatur: nam si ex odio & zelo vindictae illam interficiat, non dubium quin letaliter delinquat. Et quia in moralibus regule sumuntur ab his, quae ut in plurimum accidunt, & ut in plurimum vix est, qui vindictam non querat, & ex interiori odio adulteram non interficiat, ideo consulendi sunt, ut misericordia erga eas vrantur.

Dubium aliud est, an liceat in aliquo casu innocentem interficere. Titulus intelligitur de eo, qui non solum re vera est innocens, verum etiam legitime, quia non probatur nocens. Et de hoc est conclusio. Non licet hominem innocentem, cuius nulla habetur sinistra opinio, interficere. Probat, quia homo considerari potest secundum se, & in ordine ad bonum commune: si consideretur secundum se, quatenus est rationalis naturae, neminem licet interficere, nam iniquissimi peccatoris natura, quatenus argumentum Dei, diligenda est, ob solam ergo causam boni communis peccator occiditur, non est autem cur reipublicae fiat ius innocentem occidendi, cum sit praecipua pars reipublicae, & ad eius conservationem maxime conferens.

Quid autem iuris, si civitas a tyranno sit obsessa, cuius civis est innocens, & tyrannus caput illius petit, eo forsitan quod illi est adversus. Historia est Demosthene, cuius, dum Atheniensium civitas obsidione opprimeretur, dux ille hostis caput petebat, ut in columem relinqueret civitatem: tunc ille in fenatam fabulam illam luporum retulit, qui ab omnibus canes deposedebant basitricie illa, ut securi postea possent in-

inermem & panidum gregem irrucere. Dubium ergo est, an tunc pro salute totius rei publicae licuisset innocentem in manus hostis perendum tradere. Apparet enim fuisse licitum. Primum, quia reipublica ius habet exponendi civem periculo mortis patienti pro salute totius, ut patet in bello, sicur totum suas partes. Secundo, quod & ipse innocens, cuius morte salus totius civitatis agitur, tenetur se tradere hosti, potest ergo reipublica ipsum ad id cogere. Respondeo nihilominus, nequaquam id esse licitum. Conclusio enim posita generaliter est intelligenda. Et ad primum argumentum respondeo, quod tunc reipublica potest civem exponere, quando esse necessarius ad pugnandum, & resistendum hosti, quia tunc per se est medium necessarium, non autem quando tantum est necessarius ex malitia alterius: nam cum homicidium per se non sit bonum, nunquam sit licitum, nisi ex fine cuius est per se medium, & mors innocentis hoc modo nunquam est reipublicae necessaria: quare sicuti non licet tibi, iubente tyranno, erueret tibi ipsi unum oculum, ut alterum servares, ita neque tunc reipublicae innocentem morti tradere: reipublica enim non est absolute domina vitae civium, sicut Deus, & ideo in vitam innocentis solus Deus habet potestatem. Posset vero in casu posito innocentem non defendere, quia reipublica cum sui periculo non tenetur priuatum civem defendere.

Quod si arguas, si quis mihi mortem comminaretur, nisi manum aut linguam abscinderam illi offerrem, possem membrum tradere, ut vitam servarem, licet medium illud non sit necessarium nisi ex malitia alterius, similiter ergo posset reipublica civem suum tradere: negatur consequentia, quia membrum non habet esse distinctum ab esse totius, neque villo modo est propter se, sed propter totum, neque per se est capax iuris vel iniuriae: homo autem quantum sit pars reipublicae, est nihilominus & suppositum propter seipsum existens, atque adeo per se capax iniuriae, quam reipublica non potest illi irrogare: tum etiam, quia membrum separatum a corpore non est capax alicuius actionis, & totum bonum illius consistit in hoc, quod sit corpori unitum: homo vero extra illam reipublicam sui habet dominium, & idem quod ibi libi agere & operari potest.

Ad

Ad secundum argumentum supra obiectum respondeo, quod quantumvis ipse teneatur tunc proprio se offerre periculo, ut publicum caueat, non tamen ad id iure cogi potest, quoniam tenetur ex charitate, & non de iustitia: sicut, stat, me in gravi necessitate ad elemosynam teneri, ad qua cogi non possum.

Alius casus est in bello, & quidem in communi aggressu, ubi permixti sunt innocentes cum nocentibus, non dubium quin liceat hostes invadere cum periculo innocentium. Sed dubium est, in singulari certamine video militem in me irruentem, quem scio innocentem esse, puta quia certo credit, iniustum bellum contra me gerere, videtur quod tunc non possim illum occidere, quia bellum non potest esse iustum ex utraque parte, si ergo ille iuste contra me pugnat, non possum ego iuste me defendere. Respondeo nihilominus licere. Primum, quia iuste ambo pugnare possumus ex ignorantia, quando uterque putat se iustam defendere causam. Secundo, quia licet tunc in conflictu vni militum constaret iustitiam ab alterius parte stare, potest se defendere, quia non tenetur mortem illam pati. Tertio, quia non solum tunc ex falsa praesumptione (ut quidam aiunt) nempe, quia uterque putat alterum esse nocentem, sed etiam si sciat esse innocentem, licet tunc pugnat, at non posset alterum occidere, nisi in suam defensionem. Quod si queras, an miles possit alterum aggredi, quem scit esse innocentem. Respondeo, quod si bona fide credat iustum se gerere bellum, etiam si existimet alium esse innocentem, puta, quia vel idem ipse credit, vel iniustus in exercitu retinetur, potest illum aggredi, tum quod aggressus ipse in bello est defensio, tum etiam, quia vnus princeps ius habet aggrediendi alterum, miles vero, qui crederet se iniustum bellum gerere, aggredi non posset.

Vltimo dubitatur, an liceat vnicuique proprium inuasorem in sui defensionem occidere. Respondetur tribus conclusionibus. Prima, Nemini licet aggressorem occidere, nisi illi fuerit necessarium medium, nempe, si alia via non potest se defendere. Secunda, Vbi medium illud fuerit necessarium, licitum est vim vi secundum iura, repellendo cum moderamine inculpatae tutelae, illum occidere. Probat simul ambae conclusiones. Ad quarum probationem supponimus,

contingere posse, ut vnus actionis duo existant effectus, quorum alter procedat ex intentione agentis, alter vero accidat praeter eius intentionem: ut dum quis fodiens ut arborem plantet, thesaurum inuenit: cuius autem tem morales ex eo sortiuntur speciei, quod in intentione & proposito agentis existerat, ab eo autem quod accidentarium est, nihil laudis vel vituperij recipiunt: ut si venator sagittam in feram dirigens, hominem occidat, non est censendus homicida: sic ad propositum, ubi quis se defendit, duos est considerare effectus, scilicet, propter vitae conservationem, & alienae destructionem, quorum prior fuit intentus, posterior vero accidentarius: ille autem effectus, qui est per se, ex quo actio sortitur speciem, nullam habet rationem rei illicitae, cum sit ius naturale vnicuique proprium, inde ergo non vitatur actio, neque ex effectu accidentario, qui ex illo sine subsecutus est vitari potest, nisi ubi medium illud non habuit proportionem legitimam ad finem, hoc est, non fuit necessarium: ex quo constat, quod ubi medium illud non fuit necessarium, iniusta fuit occisio, ubi vero fuit, non fuerit nisi licita: nam cum quisque potius teneatur propriae vitae consulere, quam alienae, nemo tenetur iuri suo cedere, ut aliam vitam propriae anteferat. Tertia conclusio, Nemini priuata auctoritate licet ex intentione hominem occidere, ut propriam vitam seruet, sed illud tantum munus est publicae potestatis, quae talem occisionem in publicum bonum refert, ut patet in principe edicenti bellum alteri, & in ministro malefactoris puniente. Probat, quia occidere alium ex intentione non est nisi publicae potestatis ad conservandum bonum commune.

Aduertendum conclusionem secundam, quae princeps est huius quaestionis, esse de iure naturali, ubi distinctione, 1. Can. ius naturale, inter alia eiusdem iuris ponitur repulsio violentiae per vim, & cap. signifi. casti. 2. de homicid. vñ, inquit, vi repellere leges omniaque iura permittunt. ff. ad legem Aquilam. l. sed est, expresse habebatur, quod qui alium ferro se aggredientem occiderit, non videtur iniuria occidisse, adeo enim naturale est cuique rei existere, ut in id, quod sibi noceat, statim insulset.

Conclusiones posita sunt Sancti Thoma loco citato articulo septimo, & mens eius clara est: censet enim tunc damnata

Dubium

1. Conclusio.

2. Conclusio.

2. Conclusio.

xat homicidium ex intentione fieri propter defensionem, quando quis alterum aggreditur ipsum praeveniens, vel ad vindicandam propriam iniuriam, vel ad cavendam futuram, & ideo ait in tertia conclusione id tantum licere publica potestati vel per bellum respecta exteriorum bonorum, vel per executionem iustitiae respectu persistentium civium, per quorum punitionem respublica sese defendit, & hoc proprie censetur eligere medium ad illum finem, quod privatae personae non licet. Quando vero quis inauditur, tunc quomodocumque inuasorem occidat inculpata tutela, puta qui videt alter non posse vitam servare, etiam si directe sagita aut alio iaculo cor eius transigat, censetur id non intendere, sed solum sui defensionem: tunc enim occisio illa, licet non sit medium, est tamen conservationis effectus, tametsi consueto sermone recte etiam appellatur medium, & eo nomine videtur D. Thom. in prima & secunda conclusione. De moderamine vero tutelae quid requiratur ut sit inculpata dubitari etiam potest: nam sunt qui dicant, illum, qui inauditur, debere summum adhibere iudicium, an possit aliter quam per illam mortem se defendere, nempe, vel fugiendo, vel pacem deprecando, vel leuiter hostem cedendo, antequam ei liceat aggressorem occidere: at vero licet ita sit, quod haberi debet horum ratio, si modo potest, tamen quod in conflictu agonizans: em tanto negotio obligemus nulla iubet ratio: tum quod melior est conditio illius, qui inauditur postquam alter illi infert iniuriam, tum etiam, quod illo articulo temporis metus non sunt iudicium liberum. Haec diximus quantum ad forum conscientiae: de foro enim iudiciali iuris prudentes iudicent.

Circa tertiam conclusionem, ut amplius elucescat, est dubium, an liceat privatae personae inuasorem praevenire, ipsum aggrediendo: quod in conclusione tertia negatum est. Et quod in casu liceat inuasorem praevenire, suadet, primo, faciamus enim eum, qui per inimicitias ab altero vexatur, occultum esse in oppidulo aliquo, vel in eisdem caedibus, ubi est hostis, qui certissimus est hostem decessisse eum occidere, expectare tamen horam, vel focios, vel aliam instantem opportunitatem, apparet huiusmodi miserum posse alium praevenire, & dum securus est, eum occidere. Secundo demus mulierem in

noxiam eodem lecto cum marito iacentem euidenter scire, eundem sub cervicali abicisse gladium, quo ipsam dormientem iugulet, neque parere miserum refugium aliquod, videtur quod ei liceat eundem gladium furum arripere, & fabulam antevertere.

Hoc non obstante, sunt rationes suadentes in nullo casu licere inuasorem praevenire. Primo, quia fidelibus non licet vindictam ab hostibus quarere, unde Dominus Matth. 5. Diligite inimicos vestros. Secundo, quia si hoc liceret, esset occasio nempe ad perpetranda homicidia & delicta gravia. Tertio, quia leges civiles eos, qui inuasorem praeveniunt, puniunt, non autem punirent, nisi id delictum graue esset, ergo. Quarto, quia eadem ratione liceret pro defensione bonorum temporalium furem praevenire, & pro defensione proximi inuasorem, iuxta id Ecclesiast. 22. Vnicuique mandavit Deus de proximo suo: similiter etiam liceret falsum testem & iudicem iniquum praevenire, quod tamen vix est, qui id concedat, non ergo licet. Respondemus tamen per sequentes propositiones. Prima, Dum actus ille est aggressio, nullo modo est licitus, si vero sit defensus, non est cur damnetur. Verum autem sit non est lege aut scientia discernendum, sed arbitrio viri prudentis iudicandum: servit autem hoc ad pacandas conscientias post factum. Secunda, In moralibus raro aut nunquam casus iste continget: potest enim quis mortem alterius variis medijs vitare, vel fugiendo, vel per amicos, vel alijs medijs: unde esto in conscientia id liceret, talis tamen facultas non est in publico publicanda, ne rude vulgus quod discernere nescit, quando est aggressio, quando vero defensus, eam per abusum amplifiet. Tertia, Antequam quis inuasorem aggrediatur, teneat omnia media possibilia adhibere: quod si illis adhibitis, mortem evadere non potest, nisi inimicum praeveniendo, licet ei praevenire. Probat, quia naturali iure cuilibet convenit se defendere quantum potest, non autem potest vitam servare, nisi inimicum praeveniendo, ergo. Secundo, principi licet hostes praevenire, ergo & mihi inimicum. Consequenter patet, quia eodem iure mihi convenit conservatio vitae, sicuti illi conservatio reipublicae. Tertio, quia si inimicus ense evaginato me aggrediretur, liceret mihi, si haberem sagi-

Dubium

1. Propositio

2. Propositio

3. Propositio

Gerfon

sagitam paratam, cor eius transigere, hoc autem est praevenire, ergo.

Ad rationes in nontrarium respondemus. Ad primam, nempe, quod fidelibus non licet vindictam quarere, respondeo, hoc esse consilium, & oppositum consiliorum non cadit sub pracepto. Ad secundum, quia daretur occasio per petrandi delicta, respondeo, damna talia non esse de per se, sed de per accidens. Ad tertium, quia leges seculares tales puniunt, respondeo primo, hic nos agere in foro conscientiae, quod si foro exteriori puniantur, non attinet ad nos. Secundo dicimus, quod forum exterius immitur praesumptioni: & quia ius praesumit, quod talis media omnia necessaria non adhibuit, ideo punit, quod si ei constaret, non puniret, nisi in damnum rei publicae cederet. Ad quartum, quia eadem ratione liceret furem falsum testem, & iudicem iniquum praevenire, responderetur, negando consequentiam, quia strictiori pracepto tenetur quis ad conservationem vitae, quam rerum temporalium, nec licet fraudes praevenire, sed tantum vim vi repellere, non per viam aggressio-nis, sed solum per viam defensionis.

Contra secundam conclusionem Sancti Thomae est argumentum, necessarius ordo charitatis exigit vitam spirituales proximi propriae corporali praeferre, tum quia perfectior est, tum quia finis ad quem temporalis refertur: qui autem privata auctoritate alterum aggreditur est in mortali, quia id ei non licet, ergo alterum ordo charitatis stringit, ut mori se potius permitat, quam alterum in infernum damnet, & ideo nequitiam licet eum occidere. Argumentum est, quod non modo conclusio-nem Sancti Thomae multos negare coegit, verum & Gerfonem, qui tractat de Eucharistia quod argumentum convincit suffinet. At vero hoc esset non solum naturale ius pervertit, verum & Christi iugum, quod suave est & leve, graue & importabile facere. Quae enim iustitia esset in lege, quae subditos cogeret, ut vitam temeritati & audacitiae impiorum dono daretis me tyrannus ad malum cogeret, deberem pro virtute vitam ponere, sed si cuiusque volenti me impie occidere, id permittere cogar, intolerabilis res esset. Secundo, quia lex Evangelica legi naturali non repugnat, lege autem naturali quilibet ius habet servandi vitam, ergo pro conservatione vitae spiritualis alterius non

teneor vitam ponere. Tertio, quia Exod. 22. fur nocturnus occidi permittitur, quia praesumitur quod dominum rei, quam furari intendit, occidet, similiter ergo in praesenti casu.

Hugo opusculo de Eucharistia subscribit sententiam Gerfonis rationibus sequentibus. Primo ex Paulo ad Rom. 12. Non vos defendetes charissimi, sed date locum ire, tales autem delinquent contra praceptum Pauli, ergo peccant. Respondeo, hoc esse consilium, & ad consilium non tenemur. Secundo dicimus cum glossa, non vos defendetes, id est, non vos vindicantes. Secundo, quia praepcepta decalogi ad culpam obligant, qui autem occidit delinquit contra praepceptum illud, Non occides, ergo. Respondeo, praepceptum solum prohibere illud occidere, quod est contra ius naturale, occidere autem inuasorem in sui defensionem nedum contra, sed consonum est iuri naturae. Tertio, grauius delictum est homicidium quam mandatum, non autem licet pro conservanda vita mentiri, ergo neque alium occidere. Respondeo negando consequentiam, quia mentiri est intrinsece malum, occisio vero hominis non: ex circumstantiis enim potest bene fieri. Quarto, quia ex duobus malis minus est eligendum dist. 13. cap. Nervi testicularum, & cap. Duo mala, sed in casu concurrat amissio vitae propriae corporalis, proximi vero iactura vitae spiritualis & corporalis simul, ergo. Respondeo negando consequentiam, quia ego vitam spirituales ipsius neque animam eius non occido, sed ipse propria malitia se & animam occidit. Ex quo patet quod cum iactura propriae vitae corporalis non teneor vitam spirituales proximi servare. Secundo dicimus, quod non solum non cogor vitam illi dare, verum neque honorem, neque famam, neque bona mea: est, verbi gratia, impurus homo & impius, qui iurat nisi dederit ei pondus auri, se patrum graue aliquod scelus, nam ideo alitgor petitionem suam illi concedere nequitiam.

Ad argumentum concedimus ordine charitatis magis esse diligendam salutem spirituales proximi, quam temporalem nostram, haec autem lex charitatis solum obligat quando temporalis simpliciter est necessaria ad conservationem spirituales proximi: exempli gratia laborat civitas aliqua, vel persona ignorantia vincibili, quam ego solus possum tollere, teneor

Hugo

ordine charitatis cum periculo vitæ veritatem docere. Item si mihi incumbat ex officio, nam tempore pestis tenetur prælati & tempore belli principes non deserere populum: & hoc secundo casu charitas & iustitia concurrunt. Quando vero vita mea non est necessaria, sed ipsi sciunt se male agere, & possunt cessare, & sua culpa non cessant, ego non teneor, illis imputeretur, quandoque autem id ad charitatis perfectionem pertinet. Ad propositum ergo ut descēdamus, quæ me vi armata priuatim aggreditur, sua culpa id facit, quare mea vita non est illi necessaria, & ideo neque teneor succumbere, aliàs occasio daretur nefandis hominibus iustos inuadendi, nempe, dum scirent ab illis non esse occidendos. Simili enim audacia hostes Machabæorum sabbathis eos aggrediebantur, arbitrantur tunc eos non posse pugnare, quare, ut legitur. 1. Machab. 2. decreuerunt etiam diebus sanctis armis se defendere, non ergo valet, teneor diligere salutem proximi spirituales præ mea corporali, ergo teneor extra casum necessitatis plus illam seruate, nam vnicuique mandata est cura suæ vitæ & suorum bonorum, non autem alienorum, etiam si pretiosiora sint. Sicut pater magis tenetur filium suum seruare quam extraneum longe meliorem.

De necessitate autem defendendi se, vtrū quisque ad id teneatur, sunt qui id affirmant. Tenendum tamen est, posse inuafum permittere se occidi, ne occidat: quod ex eo patet, quia licitum est pro amico vitam ponere: & qui in carcere est, & videt hostium apertum potest non fugere, & mortem pati, similiter ergo inuafus, quin vero quandoque tenetur. Quare de hac re tres ordines sunt statuendi. Vnus quo inuafus tenetur potius mortem perire, quam inuaforem interficere, etiam vbi aggressio iniuriosa esset: etenim si aggressor esset rex vel princeps, inuafus autem esset persona vilis, cuius vita communitati nihil refert, crediderim tunc inuafum illum charitate cogi, ut mortem ferat potiusquam regem occidat. Ratio huius est, quia licet vim vi repellere liceat, charitas tamen aliquando contrarium poscit, licet de iniustitia ad id cogi non possit. Per alterum extremum contingere potest casus, quo inuafus sub poena peccati mortalis tenetur se defendere, ut si princeps aut quævis alia persona reipublicæ utilis ab impuro & nefario aliquo inuaderetur, prodigalitas esset vitæ se non defendere, et

si opus esset aggredientem occidere. Et ratio huius est, quia aliàs iniuriam communitati irrogaret: in reliquis vero medijs casibus inuafus ius habet se defendendi: liberum etiam est ei propter charitatem iuri suo renuntiare, iuxta id Matth. 5. Nolite resistere malo: & Rom. 12. Non vos defendentes charitati, sed date locum iræ: & exemplo Christi, quicum posset, non tamen se defendit.

Quid autem si quis me iniuria læceret, non armis, sed via alia aut fraude, ut si scirem iudicem decreuisse per iniquitatem me ad mortem adducere, aut testis iniquis testi monijs, & mihi certissimum esset rem iam esse in proximo, nunquid non possem illos occidere, sciens me aliter non posse mortem fugere: apparet enim idem ius esse, ac si me gladijs aggredierentur. Respondeo nequam licere, neque idem esse iuris, quia solum licet vim vi repellere, ius autem non est nisi in presenti aggressionem: aliàs si tu preuenires, tu esses aggressor, quare tunc alia iuris remedia exquirenda sunt. Si autem pretor, aut alij ministri iustitiæ vellet in me manus injicere, & mihi constaret per iniquitatem id facere, liceret mihi vim vi repellere, ac si essent personæ priuatae: secus, si id bona fide & lege tentarent, nempe, quia precesserunt iudicia vel aliqua legitima accusatio, tunc enim licet ego essem innocens, non mihi liceret, ut me eriperem, ministros vulnerare.

De bonis autem temporalibus dubium est, an in eorum defensionem liceat latronem occidere. Apparet enim hoc non licere, quia bona hæc temporalia lubrica & necessaria peritura non sunt tanti facienda, ut gratia eorum homo vita sit multatandus, et præcipue quod omnia hæc in vitæ humane subfidijs collata sunt mortalibus. Item est illud Exodi. 22. quod. c. 1. de homicidio citatur, de fure nocturno, adiuncta glossa Augustini, quæ citatur. c. si peridiens de homici. vbi significat Augustinus? solum metu mortis licere furem occidere, non autem metu amissionis bonorum. Dubium tamen sequentibus propositionibus absolutum. Prima, quando quis in rei veritate bona sua recuperare non potest, nisi furem occidendo, occidere illum licet. Probatur primo, quia oppositum esset iniquis viam aperire, ut innocentes grassarentur: consequens autem concedendum non est, ergo. Secundo sequeretur, quod si pestilens à me centum aureos peteret, aliàs me

1. Propositio

interfectur, quod teneret dare. Patet, quia teneor amplius vitam illius, quæ bona mea diligeret, si enim me occideret, priuandus esset vita: consequens autem est absurdum, ergo. Secunda propositio, quando ego aliàs bona mea recuperare possum, pro defensione illorum non licet aliquem occidere. Hæc patet, quia occidere tunc non est medium necessarium, vt bona mea non perdam. Tertia propositio, quando res est parui momenti, pro defensione bonorum interficere non licet. Patet, nam licet te & tua tuendi ius habeas, conferendum tamen est damnū, quod tibi caues, cum illo quod das, quamvis conditio innocenti sit melior. Et oppositum neque consonat rationi neque Christianæ pietati: quod intelligi quando talis non infert iniuriam, nam si pallium in foro publico ex humeris meis subripere velit, tunc quia iniuriam infert, forte occidere liceret. Quarta propositio, Laudabilius tamen est, tunicam & pallium potius dare quàm occidere. Patet, quia est consilium Christi Matth. 5. Si quis vult tecum in iudicio contendere, & petierit a te pallium, da illi & tunicam. Corollarium sequitur, quod puellæ, quæ aliter pudicitiam suam seruare non potest, licet inuaforem occidere. Patet, quia si id licet pro conseruatione bonorum temporalium, a fortiori pro conseruatione pudicitia.

2. Propositio

3. Propositio

4. Propositio

Dubium vltimum est, an ob defensionem honoris liceat aggressorem occidere. Est verbi gratia vir illustis, qui videns hostem ad se gladio appropinquare, fugiendo posset vitam liberare, an teneatur cum suo dedecore fugere, ne suam vel hostis vitam periculo mortis obijciat. Apparet enim ex dictis neutiquam expectare posse, cum moderamen inculcata: tutela requirat mortem hostis necessariam esse ad seruandam propriam vitam, quod in illo casu non est. Respondemus talem non teneri fugere, moderamen enim hoc adhibendum est circa detrimentum honoris, quod alicuius sit momenti. Quapropter sacerdotes, & monachi in tali casu fugere tenerentur, utpote quorum honor non est constitutum illum expectare: eos enim armorum usus, nisi in extrema necessitate, non decet. Et idem est de plebeio infame sortis, qui nullam profus iacturam honoris fugido faceret. Quod si inferas licere tunc etiam læcesito & in duellum provocato exire, quoniam si in iactura honoris aliud nequit facere, respondetur, negando sequelam, nam tunc nullavis infertur, sicuti dum præfens est ho-

stis, & ideo qui exit in duellum, non repellit vim vi, sed cooperatur ad iniustitiā, qua alter ipsum prouocauit: præsertim quod secundum rei veritatem & sapientium iudicium, non exire non est dedecus, quia vbi virtus non defenditur, nullus est honor, qui est eius præmium: ideo cū exire ad homicidium auctoritate priuata, sit virtus, sit vt neque verè sit honor: nisi secundum vulgus, qui de rebus secundum opinionem popularem iudicat.

Videri autem alicui potest nobili, qui in conflictu vulnus accepit, licere occidere volentem iam iterum repercutere, non in defensionem vitam, sed honoris, quem ei abstulit, nam si licet spoliato latroni fugienti bona sua vi eripere, cur non iusti honorem recuperare? Respondetur disparem esse rationem, nam latro tua ipsa bona ipsa portat, quæ ab illo eripis, in casu vero præfenti ille qui te dehonestauit, tuum honorem non secum portat, quare non potest illi iam vindicare, nisi per vindictam, quæ soli publicæ potestati licet. Ex his fit, quod si quispiam aliquem aggredieretur, vt eum fuste leuissimò percuteret, posset hostem etiam interimendo repellere, præsertim in Hispania, vbi atrox illa iniuria reputatur. An autem eadem sit ratio de clericis, quæ est de laicis respondetur, quantum ad ius nature idem esse profus, nisi quod de defensione honoris non est par ratio, utpote, qui illum non habent in armis.

Pro Beato Augustino respondemus, quod cum asseruit, quia Christianis iam factis occidere non liceret, ipse mentem suam explicauit subdens, in misericordia positis lege iuris mundo crediti vti non licet asperere. Ex quibus verbis constat, eum sensisse maleficos & pernitiosos reipublice licere vita priuare, & de medio tollere, vt reipublica in pace conseruetur. De cæteris vero, qui casu, vel motu iræ in delictum aliquid incidunt, inquit, non licere eos facile occidere, sed misericordia & moderamine iuris potius contra illos agendum quam seueritate legis.

VIGESIMVM QVARTVM QVAESITVM.

An Adam Spiritum sanctū habuit.

Vgustinus quaestionibus ex vitro que mixtis cap. 123. insinuat e videtur Adam Spiritum sanctum non habuisse. Proposita enim que

Dubium

stione, utrum Adam Spiritum sanctum habuerit, respondet ad illam negatiue. Sic enim scripsit, Factus Adam positus est in paradiso, ut operaretur ibi, & custodiret eum, hoc est, ut coleret terram & custodiret precepta Dei, per quae sciret, si se dominium cuiusdam accepisset, ut ipse tamen sub lege viueret creaturis, ne dominatio extolleret eum, & inflat? superbia in memor fieret sui creatoris, positus ergo est ut cibis sustentaretur vita eius, per Christum autem hoc concessum est, ut resurgens non egeat cibo vel potu: factus est Adam ut habitaret in terra, fides autem largiri dignata est ut in caelis sit habitatio nostra. Scriptura ista testatur, **1. Cor. 15.** Quia factus est, inquit, primus homo Adam in animam viuentem, secundus autem homo in spiritum viuificantem: primus autem homo de terra terrenus, secundus autem homo de caelo caelestis: qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes. Quid tam apertum quam quod Adam non habuit Spiritum sanctum, factus est enim in animam viuentem, per Christum autem in spiritum viuificantem, ut homo in aliquo si milis sit creatori, quem credit.

Doctores scholastici. 2. sent. dist. 29. Sancti Thomae. 1. parte. q. 95. & art. 1. quartum Adam fuerit creatus in gratia. Respondet primo referens sententiam quorundam, quia affirmabant hominem non fuisse in gratia creatum, sed quod per bona opera illam meruit: contra quos statuit conclusionem contrariam, affirmatiuam, hominem habuisse gratiam in primo instanti sui esse. Et addit, quod conclusio haec auctoritatibus sanctorum probari nequit, sed probat ex illo Ecclesiast. 7. Deus fecit hominem rectum. Modus, quem Sancti Thomae impugnat, est Magistri sent. 2. dist. 24. & subicitur ei Scotus. 2. dist. 29. q. 1. & illis adhuc refert Marfilus. 2. q. 16. artic. 2. Ratio fundamentalis ipsorum est, quia per iustitiam originalem erat homo rectus absque gratia, non ergo fuit in gratia creatus.

Pro sententia Sancti Thomae sunt rationes apparentes. Prima, constantissimum est, quod virtutes neque infunduntur neque acquiruntur sine gratia, in instanti ergo in quo Adam habuit iustitiam originalem, habuit & gratiam, tunc sic, certum est quod Adam in primo instanti sui esse habuit rectitudinem, haec autem rectitudo non fuit ad naturalem, ergo fuit ex aliquo dono, puta ex iustitia originali, iustitia autem originalis esse non potest sine gratia, ergo. Confirmatur,

in instanti, quo Adam peccauit amisit iustitiam, sed non est ratio, quare per peccatum iustitiam amisisset, nisi quia erat simul cum gratia, ergo gratia erat fundamentum iustitiae, & amissa gratia, etiam fuit amissa iustitia. Et hoc videtur insinuare quaestione. 100. art. 1. ubi ait, quod gratia in Adam fuit iustitia originalis. Secundo, Adam creatus est ad hoc, quod operaretur in paradiso, & beatitudinem mereretur, sine gratia autem non est meritum, rationale ergo videtur, quod in primo instanti gratia ei daretur. Tertio, quia sequitur quod si Adam peccasset, antequam gratiam habuisset, quod non contra heremus originale: per hoc enim originale contraximus, quia Adam per propriam culpam gratiam amisit, & nos in illo per te autem, nullam amisit gratiam, ergo non contraheremus originale, ergo. Quarto, quia Dei opera sunt perfecta, Deut. 2. non autem perfectus esset Adam nisi in gratia fuerit creatus, rationale ergo est quod Deus hominem in gratia condiderit.

Dubium tamen est, an Adam gratiam habuerit ex dispositione aliqua in illo praecedente, puta per aliquem bonum motum internum, vel opus externum. De Angelis diffinitiuus ex mente Sancti Thomae & Caietani, quod illis collata est gratia ex dispositione prius natura precedente, & potissime ne Angelos aequales Christo faciamus: de homine vero probabilis est, quod illi data est gratia absque ulla dispositione. Et quod ita sit probat, quia aliam sequeretur, quod homo in puris naturalibus fuisset creatus. Probat, quia si per te ex dispositione habuit gratiam, ergo in puris naturalibus fuit conditus. Quod si iustes dicens, Sancti Thomae. 1. 2. q. 7. art. 7. ad quintum, videtur asserere, creaturas non esse perfecte creatas, dicimus intelligendum esse, non esse omnino perfecte creatas. Quod si vergetas, quia natura semper de imperfecto ad perfectum procedit, dico hoc esse verum secundum ordinem naturae, & in his quae ordine naturali procedunt. Quod tamen non ita oportet in his, quae supernaturaliter a Deo fiunt, in quibus pro regula habetur, quod Dei opera sunt perfecta, hoc est, statim quod illa facit, ea perficit. Quod si arguas ex Hugone lib. 1. de sacramentis. par. 6. cap. 23. ubi ait, quod Adam non habuit gratiam in primo instanti, sed disposuit se ad illam, dicimus ad hoc, quod Hugo fuit illius opinionis cum Magistro sent. qui asserit quod prius Adā vltus est suis naturalibus, & postea data est ei gra-

Quaestio.

tia. Arguitur adhuc contra sententiam Sancti Thomae ex Augustino lib. 2. de Civitate Dei cap. 12. ubi ait, quod quantum ad ipsam futuram gloriae beatorum est quicumque iustus in hac vita quam Adam in illo statu, in quo insinuare videtur, quod quia nunc iustus habet gratiam, propter quam ius habet ad gloriam, Adam tamen in illo statu gratia caruit. Et quaestione noui & veteris Testamenti. q. 110. ait, dato quod Adam habuerit iustitiam originalem, non tamen habuit Spiritum sanctum, sicuti iusti habent, & idem asserit. Quaestio proposito respondemus ex S. Thomae. art. 1. citato ad secundum, quod mens Augustini est, quod et si Adam gratiam habuerit, cum qua ad lybnum descendit, non tamen habuit talem gratiam, qualem nos habemus, nam ubi abundauit delictum, superabundauit & Christi gratia: vnde nunc post Christi ascensionem in caelum, si quis in gratia descendit consequitur regnum, si non habet quod in purgatorio soluat, quod neque Adam neque patres ante Christi mortem consecuti sunt, cum ergo iustus in gratia statim consequatur gloriam, perfectior ergo est modo gratia quam quae fuit in Adam & in iustis. Et sic intelligendus est Augustinus.

Vrgens aliud argumentum est, si Adam fuit creatus in gratia, maxime quia gratia est radix iustitiae originalis & virtutum, Eva autem amisit gratiam sine amissione iustitiae originalis, ergo gratia non fuit radix & fundamentum iustitiae. Caietanus respondet ad argumentum, quod in illo paruo tempore antequam Adam peccaret, quantum ad aliquid Eva habuit iustitiam, & quantum ad aliquid non. Habuit iustitiam, quia nondum erubescerat: quantum ad aliquid amisit, quia decepta est, & deceptio non se compatitur cum iustitia. Dicimus tamen ad hoc, quod licet pro vtraque parte sit apparentia, probabilius tamen videtur, statim quod peccauit primum peccatum, amisit iustitiam, quia decepta est, & gratia est radix iustitiae. Item quia inconueniens reputamus, quod in illo statu essent dolores, maior autem inconueniens est in statu illo admittere superbiam, ergo. Quod si dicas non erubuit donec Adā peccauit. Respondet, ita esse quod post peccatum Adae ambo erubuerunt, erubescerent vero Eva tacuit scriptura. Diffinitio quod Adam fuit in gratia creatus, quaritur an Adam habuerit omnes virtutes. S. Thomae. quaestione citata artic. 3. supposito quod in illo statu erat rectitudo potentialis,

respondet duabus conclusionibus. Prima conclusio est, Certum est virtutes omnes fuisse in ipso Adam. Secunda conclusio, Virtutes quarum actus sunt imperfecti, vel non sunt de obiecto perfecto, attendendum est, an tales actus ratione imperfectionis repugnarent illi statui, & illi admittendi non sunt in illo statu, sicuti dolor de peccatis, misericordiam habere & compassionem tales actus & similes his in statu illo non essent. Alij actus sunt, qui licet sint imperfecti, compati tamen se possunt in illo statu, ut sunt actus fidei, & spei, & illi essent in illo statu. De poenitentia inquit, quod fuit in illo statu, quantum ad habitum, non tamen quantum ad actum. Doctores vero scholastici. 2. dist. 29. conueniunt in hac doctrina Sancti Thomae, Durandus eadem dist. q. 2. ait, Adam habuisset virtutes Theologicas simul & intellectuales virtutes, sicuti sapientiam prudentiam & artem. De moralibus distinguit, nam aliquae illarum sunt ad moderandas & reprimendas passiones, & illae in statu illo non fuerunt: temperantia enim non erat in Adam, quia non erat in eo passio contraria, neque fortitudo, quia pusillanimitas non esset in eo. Nos tamen cum Sancti Thomae defendimus, in Adam fuisse omnes virtutes tam morales quam intellectuales: temperantiam enim & fortitudo non solum habent passiones reprimere, sed assignatur etiam ad producendum perfectos actus, qui in illo statu essent. De poenitentia est dubium, quia Sancti Thomae asserit quod in illo statu non potuit esse peccatum, frustra ergo in eo fuisset habitus poenitentiae. Confirmatur, quia Doctores scholastici in Christo non ponunt poenitentiam, etiam quantum ad habitum, ergo neque fuit in Adam. Dicimus ad hoc, quod licet concedi posset in Adam non fuisse habitum poenitentiae, quia non poterat esse actus, rationalis tamen est, quod Sancti Thomae asserit. Probat, quia Adā erat viator, & potuit peccare, & de facto peccauit, ergo tanquam uiatori debuit eius potentia per habitum poenitentiae perfici. Quod si iustes, talis potentia esset in eo frustra, quia eo peccante, virtutes omnes amitterentur, ergo. Dicimus Doctores concedere in baptismo omnes virtutes infundi, ut habetur cap. maiores de baptismo & eius effectu. Fit simile argumentum fieri posset de puero, quo peccante, omnes virtutes infuse amittuntur: sicut ergo puero infunditur poenitentia, ita in Adam erat habitualiter, quia peccare poterat. Tum etiam, quia dato poenitentia in statu



statu illo non posset in actu exire, esset tamen ornatus maximus anima, ideo ponenda est in anima. Quod si iustus, in Christo non fuit poenitentia, ergo neque in Adā. Respondemus, Christum simul esse viatorem & comprahensorem, & peccare non poterat, & ideo in Christo non fuit poenitentia: bene tamen in Adam: exemplum est de puero, cui aena donatur, licet praleari non possit, dantur tamen ei, ut eis asuefiat, & exerceatur.

Dubitarum vltimo, an opera primi hominis minus efficaciter fuerint ad merendum, quā opera nostra. Sancti Thomae articulo 4. supposita distinctione respondet tribus conclusionibus. Distinctio est, efficaciter meriti considerari potest vel ex parte gratiae, vel ex parte obiecti comparati ad ipsum operans. Prima conclusio, Opera illius status magis meritoria essent ex parte gratiae & radicis, a qua procedebant, quā opera praesentis status. Secunda conclusio, Attendendo meritum ex parte operis, magis meritoria essent opera illius status, quā praesentis. Patet, quia homines operibus studiosius essent dediti. Tertia conclusio, Attendendo meritum ex parte obiecti, & comparando opus ad difficultatem obiecti, magis meritoria sunt opera huius status quā illius. Circa primam conclusionem, qua S. Thomae ait, ex parte radicis & gratiae esse magis meritoria, quā opera praesentis status, dubitatur an gratia sit radix meriti, quod sine ea meritum esse non possit. Gabriel. 2. di. 29. q. 1. articulo 2. inquit. Quod sine gratia mereri possumus. Probat, quia de potentia Dei absoluta sine gratia mereri possumus. Patet, quia Deus est Dominus gratiae & gloriae, potest ergo libere communicare gratiam & gloriam cui voluerit, pro quocunque opere sine bono sine malo. Ad id tamen, quod de lege necessaria est gratia ad meritum. Quantum ad hoc dicimus, quod non esse necessariam gratiam de potentia absoluta, hoc est, ista qualitas, quae est charitas vel gratia in hoc sensu verum esse, sine qualitate illa posse Deum quocunque opus acceptare ad gloriam. Si vero loquatur de gratia, in quantum gratia est, siue sit qualitas, siue non, dicimus gratiam necessariam esse ad meritum, ita ut sine illa homo acceptari non possit ad vitam aeternam, nam gratia in se includit, & dicit, quod homo sit Deo gratus, & si homo Deo non est gratus, stare non potest, quod sit in gratia. Non negamus, quod opera in mortali facta Deus acceptare non possit,

sed ibi iam est gratia: & ita intelligit S. Thomae, quod gratia est radix meriti.

Dubium tamen est, an maius vel minus meritum solum ex parte gratiae proveniat. S. Thomae conclusio prior ita asserere videtur. Quantum ad hoc tamē dicimus, primo, Stat quod duo sint in gratia aequali, tñ vnus potest amplius quā alter mereri. Patet, quia potest actum elicere maiori conatu. Secundo, ex parte obiecti potest vnus magis quā alter mereri. Patet, nam amor Dei magis meritorius est, quā amor proximi, licet ambo isti amores sint equalis intentionis. Tertio, potest vnus plurius alter mereri solum ex parte difficultatis operis. Patet, constat enim si pauper argentum vnum largiatur in elemosinam, & diues tantundem, maius meritum est pauperis quā diuites. Et hoc in Evangelio patet de vetula, quam minutum misit in gazophylatium, quae tamen a Domino fuit laudata, quia plus caritatis obtulit. Distinguendum tamen est de difficultate operis, quia potest ab extrinseco vel intrinseco procedere difficultas, quae est ab extrinseco & de se esse ex parte operis meritum auget: quae vero est ab intrinseco, si procedat ex habitu vitioso, meritum minuit, si vero ex conditione subiecti, ita quod in vno ut ieiunet est parua difficultas, in altero vero magna, quia vnus est robustus, alter non ita, tunc difficultas naturalis meritum auget, quia talis magis conatur, & maiorem difficultate patitur ut praecipuum ieiunij adimpleat quā alius robustus, qui non ita fatigatur. Si vero facilitas operis non ex naturalibus proveniat, sed ex libertate, quia vnus maiori promptitudine & affectu libertatis quā alter ieiunat, tunc facilitas auget meritum: quod ex eo patet, quia talis ex habitu studioso facile ieiunat, & praecipuum adimplet.

Dubitarum, absolute loquendo quā amplius mererentur, an homines status illius innocentiae, vel nos. Durandus dist. 29. q. 3. inquit, quod si capiamus collectionem totam status illius, maiorem gratiam non haberent, neque plures saluarentur, quā in hoc statu. Probat, nā dato status ille permaneret, tantum essent reparandae sedes Angelorum, & tot saluarentur, & non plures. Secundo ait, quod comparando singulos homines illius status ad singulos homines istius quod essent meliores homines illius status, quā huius. Dicimus tamen, id quod Durandus asserit, non esse certum, nam motuum eius de ruina Angelorum

lorum tantum probat, quod Angelorum sedes reparabuntur, non tamen probat, quod homines, qui sedes illas implere deberent, in statu innocentiae meliores essent, quā qui in hoc statu sunt: nam si ex parte ruinae solum habenda esset consideratio, sequitur quod nulli homines in gloria essent aequales Angelis, nam cū specie differant, species autem sint sicut numeri, fuerunt ergo omnes in gloria inaequales, quod non ita est de hominibus, qui in gloria aequales ita esse possunt. Item quia in hoc statu fuit Christus, & Beatissima Virgo, qui omnes Angelos antecesserunt, & omnibus illis praeposuerunt. Et de Beatissima Virgine ecclesia canit, Exaltata est super choros Angelorum. Ex quo sententia S. Thome videtur colligi, nempe, quod non solum comparatio personam personae huius status & illius, personae status illius essent meliores, quā homines status huius, sed comparando totam collectionem status illius ad istum, in illo esset maior gratia quā in isto includendo etiā gratiam, quā Christus sponsae suae communicauit. Ratio S. Thome est ex parte radicis gratiae, & ex parte ipsius operis, quia operibus studiosius dediti essent: & quia in statu illo non essent impedimenta, quae in statu isto sunt: ideo in collectione status illius maior gratia esset, quā in collectione huius status. Contra S. Thomae insurgunt moderni, quia si maior gratia esset in statu illo, quā in isto, sequitur, quod Christus non esset perfectus redemptor, patet, quia non reduxit nos ad statum aequale, a quo antea decidimus. Et confirmatur ex Paulo ad Rom. 5. Non sicut delictum ita & gratia, nam vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, de mente ergo Apostoli videtur esse, quod abundantior gratiam in hoc statu habemus, quā in illo innocentiae. Item quia dato in statu illo impedimenta non essent, quae homines ab operibus bonis retraherent, nos tamen in hoc statu plura subsidia & iuuamina habemus, quā in illo statu essent, nempe, sanguinem Christi, qui per sacramenta nobis applicatur, sacramentum Eucharistiae, in quo Deum praesentem habemus, precēs & orationes sanctorum, & plura alia his similia: & maxime, quia Christus ipse pro nobis continuo interpellat ad Patrem, in tota ergo collectione ecclesiae maior gratia est, quā in collectione illius status esset. Fatemur rationes istas quaestione ita reddere dubiam, ut nihil certi in ea habere possimus. Quod vero Sancti Thomae inquit quod ex parte radicis gratiae, & ex parte operis, maior gratia esset in illo sta-

tu, quā in isto, rationabilius videtur: & arguenda tantum probant, quod Christus quātum ad sufficientiam tantā gratiam nobis meruit sicut tunc, et si status innocentiae dura esset, habuisset: quoad efficaciam tamen excelsa nostra tantam gratiam non habemus.

Pro B. Augustino respondemus, S. Thomae loco citato explicare mentem eius, nā libro de quaestionibus veteris & noui Testamenti idem asseruit, quod in hoc loco, nempe, quod Adam non habuit Spiritum sanctum. Et respondet pro illo, quia in eodem libro dixit, Non negatur quin aliquo modo fuerit in Adam Spiritus sanctus, sicut & in alijs iustis: quicumque enim habet gratiam, habet Spiritum sanctum, sed quod inquit est, quod non sic fuerit in Adam, sicut nunc est in fidelibus, qui si in gratia discedant, statim post mortem admittuntur ad perfectionem hereditatis eter-nae. Secundo dicimus, mentem eius fuisse, Adam non habuisse Spiritum sanctum in plenitudine & perfectione gratiae, in qua nunc Christiani (ut Moderni asserunt) quia per usum sacramentorum eum communicant, & participant. Et quod ista fuerit eius mens, ex verbis quae subdit, constat, sunt autem haec. Quia mysterium fidei, quod ad salutem datum est, trinum est, sit corpore, anima, & Spiritu sancto, per quem dicitur filius Dei, quod minime Adam probatur, vocatus & terrenus enim factus est: filius autem Dei, non carnaliter, sed spiritaliter nati caelestes dicuntur esse. Ecce absolutum est, donum Dei multo plus gratiae concessisse homini tempore Saluatoris, quā acceperat Adam, quia non solum est instauratus, sed & melioratus: in co-instauratus est, in ceteris melioratus.

## VIGESIMVM QVINTVM QVAESITVM.

An liber Ecclesiasticus sit canonicus.

**E**ugustinus libro de cura pro mortuis agenda. c. 15. subindicare videtur librum Ecclesiasticum canonicum non esse: sic enim scripsit, Multi quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut & contrario, Paulus ex viuis in paradysum raptus est Diuina scriptura testante, nā Samuel Propheta defunctus viuo Sau-

li etiam regi futura prædixit: quanvis non nulli, non ipsum fuisse, qui poruisset magicis artibus euocari, sed aliquem tam malis operibus congruentem, illius existiment similitudinem haurisse, cumlibet Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquii nonnullam similitudinem Salomonis pronuntiatur, contineat in laude Patrum, quod Samuel etiam mortuus prophetauerit, sed si huic libro ex Hebræorum, quia in eo non est, canone contradicitur. Quid de Moysæ dicturi sumus, qui certe & in Deuteronomio mortuus, & in Euan gelio cū Helia, qui mortuus non est, legitur apparuisse uiuentibus? Vide supra tomo. 7. Hieronymi, ad vltimum quaesitum.

Ecl. 46.  
Deut. 34  
Math. 17

VIGESIMVM SEXTVM  
QVAESITVM.

An anima extrinsecus inducatur.

**A**ugustinus libro. 1. de incarnatione Verbi. c. 2. sub dubio relinquit, an anima à Deo creetur, vel extrinsecus corpori inducatur. Sic enim ait, De anima vero vtrum ex feminis traduce ducatur, ita vt ratio ipsius vel substantia inserta ipsis corporalibus feminibus habeatur, an vero aliud habeat initium, & hoc ipsum initium si est genitum, aut nō genitum, vel certe si extrinsecus corpori induitur necne, non satis manifesta prædicatione distinguitur. Vide de hac questione ne supra primo tomo Augustini ad primum quaesitum.

VIGESIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An ex scriptura cōstet Angelos bonos, quando, quales, & quomodo creati sint.

**A**ugustinus de incarnatione Verbi lib. 1. c. 6. sub dubio relinquit, quando, vel quales, aut quomodo Angeli boni creati sint. Cap. enim 3. de statu diaboli sic scripsit, De diabolo & Angelis cū contrarijsque virtutibus ecclesiastica prædicatione docuit, quoniam sint qui

dem: hæc quæ autem sint, aut quomodo sint, non satis clarè disposuit. Et de bonis Angelis cap. 6. subdit, Est etiam illud in ecclesiastica præsumptione, esse Angelos Dei quosdā, & virtutes bonas, quæ ei ministrant ad salutem hominum conservandam: sed quando isti creati sint, vel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto distinguitur. Habes quaestionem hanc disputatā nono tomo Hieronymi ad trigessimum tertium quaesitum, & in primo tomo beati Augustini ad decimum.

VIGESIMVM OCTAVVM  
QVAESITVM.

An poenitentia baptizandis sit necessaria.



ugustinus de vera & falsa poenitentia libro vnico. c. 7. asserere videtur, poenitentiam baptizandis non esse necessariam. Sic enim habet, Cum itaque poenitentia efficax est & fructifera, neminem relinquēs sine venia, mortuos resuscitans, de modo & varietate eius differamus aliqua: poenitentia enim baptizandis non est necessaria, sed baptizatis de maioribus & minoribus peccatis poenitendum est: per fidem enim ecclesie sola remittuntur peccata, quæ contraxit homo in origine, vt sicut à patre peccate damnationem accepit, ita per matris ecclesie fidē cōsequatur remissionem: sed qui per se peccauit, per dolorē propriū & fidē ecclesie indulgentiam acquisiuit: hæc per baptismū reddunt hominem mundum & nouum, vt nihil remaneat, quod Deo displiceat.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 14. & S. Tho. 3. parte. q. 69. art. 9. Et circa quaestionē propositam sunt diuersæ opiniones Doctorum. Et fere omnes cōueniunt, quod oportet præcedere dolorem de peccatis ante baptismum, vt quis iustificetur, & id affirmant ex sententia Augustini, quæ habetur de consec. dist. 4. c. omnis, qui suæ voluntatis arbitrio constitutus est: qui accedit ad sacramentum fidei (scilicet baptismi) non potest nouā inchoare vitā, nisi enim veteris poeniteat, ibi solos paruulos excipit. Et Marth. 3. & Actuum. 2. Poenitentia agere, & baptizetur vnusquisq; vestrum: requiritur ergo, quod præcedat

præcedat poenitentia de commissis ante baptismum, antequam quis baptizetur.

Vnus Caietanus singularis est circa quaestionem propositam. 3. parte. q. 86. art. 2. vbi inquit, quod non requiritur dolor aliquis formalis, vt quis gratiam recipiat in baptismō, sed sat est quod baptizari velit, & proponat in futurum non peccare. Probat ex Ambrosio de poeniten. dist. 4. c. sine poenitentia, vbi inquit, gratia Dei in baptismō nō requiritur genitum, non planctum, sed solum fidem; gratis enim omnia condonāt. Itē, quia Deus ex misericordia sua duo remedia inlicita ad remissionem peccatorum: vnum est dolor interior: de peccatis: secundum remedium est sacramentum baptismi. Ex quo videtur, quod si dolor necessarius esset ante baptismum, non solum Christus nouum remediū nobis dederit in baptismō, sed quod retrinxerit pristinum, nempe poenitentiam, ita vt sine baptismō peccata remittere non sit sufficiens. Tertio, quia si rusticus aliquis ad baptismum accedens, veniam peccatorū à Deo precetur, id illi sufficiens est: quicumque autem baptizari vult, hoc virtualiter facit, non ergo amplius requiritur. Quarto, quia martyrio danus quod sine alia poenitentia peccata remittat, debemus ergo idem baptismō concedere: cōsequenter patet, quia martyrium dicitur baptismus sanguinis in ordine ad baptismum aquæ. Quinto, quia in Euangelio habemus, Qui me confessus fuerit corā hominibus, confitebor ego eum corā Patre meo, hoc est, quod qui pro Christo & confessione fidei moritur, perueniat ad vitam. Similiter autem habemus, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, non ergo oportet poenitentiam necessariam ponere, cum ibi non habeatur. Sexto suadet opinio Caietani ex B. Hieronymo dicente, quod poenitentia est secunda tabula post naufragium: primum ergo remedium est baptismus, sicuti nauis; nequis naufragio peccat: secundum est poenitentia, non ergo requiritur quod poenitentia præcedat baptismum. Vltimo, quia moraliter nunquā quis accedit ad baptismum neutraliter se habēs, moraliter enim non stat, quod accedens ad baptismum sciens quid faciat, & deliberatē, & quod neque doleat de præteritis, neq; in illis complacat, ideo quicumque non complacet in peccatis præteritis, virtualiter sibi displicent. Ex his constat, qd non esset periculum sententiam Caietani sustinere.

Hoc non obstāte dico opinionem cōmu-

nem tenentem requiri dolorē de peccatis ante baptismum commissis esse rationē & probabilem. Et patet esse Augustini loco citato, nemo potest nouam vitam inchoare, nisi prout poeniteat. Caietanus ait verum esse quod Augustinus inquit, qui tamen accedit ad baptismum, virtualiter poenitet. Et dicit quod poenitentia illa est velle baptizari. Glossa tamen ista ad rem non facit: est enim dicere, qd nullus in baptismō potest gratiam recipere, nisi baptizari velit. Et similiter in eodē interpretari S. Tho. quando dicit, qd requiritur dolor, inquit, intelligit quod requiritur dolor virtualis, quem habet, quia vult baptizari. Glossa enim ista nulla est, quia in quaestione aliud querit S. Thom. quā vt requiratur quod velit baptizari. Secundo probatur, stando in iure naturali remediū ad remissionem peccatorum est poenitentia, ex iure ergo naturali tenetur quis poenitere: nō dico quod sit nouum præceptum, sed quod si vult remissionē peccatorum consequi, requiritur dolor & displicentia de peccatis, lex autem Euangelica non tollit remedia iuris naturalis, ergo. Tertio, si adultus se habeat negatiue, ita, scilicet, quod neque vult neque non vult baptizari, talis nō est baptizandus, quia qui formaliter non vult, virtualiter non vult: sic in presenti, si aliquid alicui semel placuit, si postea cōplacitum illi nō reuocet, virtua-liter complacet in illa: quia ergo peccatū si nul placuit, si postea in contrarium non displiceat, virtualiter in illo cōplacet, & ex cōsequenti ponit obicem baptismō: ad hoc ergo quod in baptismō remittatur, requiritur quod præcedat dolor. Quarto, quia baptismus est professio fidei, & antequā quis baptizetur, interrogatur ab renuntians Satanæ & operibus eius, in quo ab eo exigitur quod omnia peccata præterita detestetur, si ergo exterius tenetur ea detestari, à fortiori sunt detestanda corde. Suppositio ergo qd requiritur dolor de peccatis ante baptismum commissis, dubium est, quis dolor requiratur, an sufficiat quicumque dolor de peccatis, vel an requiratur contritio, quæ de per se sine baptismō ad remissionē peccatorum sufficit. Scotus dist. 4. q. 3. & dist. 14. q. 4. tenet, qd nō requiritur dolor qui sit contritio, sed quicumque dolor quantumcūq; paruulus sufficit ad gratiam in baptismō consequendam. Ratio eius est, quia baptismus est remediū sufficiens ad remissionē peccatorum, & dolor ille non requiritur nisi ad hoc quod tollat obicem, sufficit ergo quicumque dolor quantumcūq; paruulus.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Dubium

1. propositio  
 parvus. Subscribit illi Durandus dist. 4. q. 4. & Palude, & est communis opinio scholariorum. Et probatur ex illo Ambrosij, in baptismo nõ requiritur gemitus neq; plãctus, sufficit ergo quicunque dolor. Solus Gabriel dist. 4. q. 1. sustinet, requiri verã cõtritionẽ. Et quia res est dubia sic prima propositio. Si quis habeat solam attritionem, & bona fide ad baptismũ accedat, sufficit illa attritio ad effectũ am baptismi; declaro, quia non solum alij cogitationes meas possunt cognoscere, sed neque ego ipse eas bene intelligere possum; fingamus ergo quod quis dicat, ego nõ habere contritionem, sed solã attritionẽ: hoc raro aut nunquã contingit, bene tamen q; quis velit contritionem habere, tamen de facto solam attritionem habeat: asserit ergo cõclusio, quod si quis attritus bona fide accedat ad baptismũ, existimans sufficenter se esse cõtritum, ille dolor sufficit ad baptismũ. Probatur, quia hoc sufficit in alijs sacramentis ad hoc quod consequatur gratiam, à fortiori ergo sufficit in baptismo. Scrupulus tamen remanet, quia quod ille accedat attritõ & non cõtritus est de per accidens, nos autẽ querimus de per se, an seclusa ignorantia, de per se requiratur ad baptismum cõtritio necne. Scotus ait, quod etiã de per se nõ requiritur itaque si quis accedens ad baptismũ, sciat se non habere cõtritionem, sed solã attritionem, est secunda propositio, & valde probabilis, quod id sufficit. Probatur primo, nõ si de per se cõtritio esset requisita ad baptismũ, non esset remedium novum in remissionem peccatorũ. Patet, quia per cõtritionem semper erũt peccata remissa ante baptismũ, ergo baptismus non est novum remediũ ad remissionem peccatorũ. Et hoc videtur S. Tho. sentire asserens, quod baptismus & poenitentia cõuenienter dantur peccatoribus, quia datur in remissionem peccatorũ. Secũdo, quia si aliquis bona fide accederet ad Eucharistiam cũ sola attritione, consequeretur remissionẽ peccatorũ, si ergo de se requiritur cõtritio ante baptismũ, etiã esset necessaria ante Eucharistia, vnde baptismus nõ amplius esset in remissionẽ peccatorũ quã Eucharistia. Tertia propositio, Probabile est, quod dolor, qui debet baptismum præcedere, requiritur quod sit cõtritio. Probatur primo, quia cõtritio de iure naturalis, est remediũ in remissionẽ peccatorũ, gratia autẽ & remediũ baptismi nõ tollit id quod est de iure naturali, ergo. Secũdo, quia sicut habetur Matt. 3. Poenitentia agite, & appropinquabit regnũ cõlorũ, ita habetur Actũ 3. Poenitentia agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ, sed accedens ad poenitentiam de per se requiritur quod conteratur prius, similiter ergo de per se requiritur quod cõtritio præcedat baptismum.

De facto periculum non est, vnã vel aliam opinionem sequi de possibili videtur etiam stãdo in doctrina Scoti, quod sciri nequeat, an quis sit attritus vel cõtritus; tenet etiam quod attritio per cõtinuationem & intensiõnẽ sit cõtritio, cũ ergo quis scire non possit quanta intensio requiratur ad hoc quod sit cõtritio, impossibile est, quod aliquis sciat, an eius dolor attritio sit vel cõtritio: nam licet Petrus scire possit, quod habet magnum dolorem vel paruum de peccatis, scire tamen non potest quos gradus doloris habeat. Secundum etiam opinionem S. Tho. qui non procedit per viam cõtinuationis & intensio nis actus, sed tenet q; dolor de peccatis, si nõ est propter Deum, est attritio, si propter Deum est cõtritio, non stat q; aliquis sciat se esse cõtritum, nam licet scienter à dolore excludere nõ velit circumstantiam illã propter Deum, ex ignorantia tamen stat, quod existimet se propter Deum dolere, & non ita sit, sed propter alium finem doleat. Et ita refulorãrie dico, quod requiritur dolor de peccatis ante baptismum, & hoc est verius, & probabilius quã oppositum. Secundo dico sufficere quod dolor ille sit attritio, etiã si sit scita, quia dolor ille non requiritur ad remissionẽ peccatorũ, nam per baptismum tolluntur, sed solum ad tollendum obicem, scilicet, cõplacentiam in peccatis.

Pro Augustino respondemus, q; quãdo dixit, poenitentiam baptizandis non esse necessariam, sed baptizatis de maioribus & minoribus peccatis ponendum est, quod ipse eodem. c. citato mentem suam explicuit, nõ eũ dixit, poenitentia baptizandis non est necessaria, intelligit de pueris, quia anteaquã habeat vsum rationis, baptizatur: illis enim sufficit fides ecclesie per baptismum applicata absque dolore aliquo vel displicentia. De adultis vero, subdit, Sine poenitentia nulli profuit baptismus, qui peccauit spontaneus. Et addit, Si quis autẽ baptizaretur inuitus, & in falsitate cõfessus, cũ poeniterit, saluus erit, adiunãte fide, & charitate totius matris ecclesie per totum orbẽ diffusa: ob hoc sunt catechismi ab ecclesia instituti, vt dum catechumeni baptismum expectant vnde de re poenitentiam doceantur. De paruulis vero tunc

tam dixit, per fidem enim ecclesie sola remittuntur peccata, quæ contraxit homo in origine sine vilo dolore, & sine hoc quod ex peccent, vt doceantur, quæ credere debent, & de quibus poenitere tenentur.

VIGESIMVM NONVM QVÆSITVM.

An teneatur quis in absentia sacerdotis laico confiteri.



Augustinus de vera & falsa poenitentia libro vnico cap. 10. insinuare videtur, tantã esse vim confessionis, vt si desit sacerdos, laico confiteatur. Verba eius sũt hæc, Quare qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare & absolvere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit: ranta itaque vis confessionis est, vt si desit sacerdos, confiteatur proximo: sepe enim contingit, quod poenitens non potest confiteri corã sacerdote, quem desideranti neque locus, neq; tempus offert, et si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habet, sit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui officio confitetur turpitudinem criminis. Et cõcludit, Qui igitur omni cõfiteatur sacerdoti, meliori quã potest confiteatur.

Doctores scholastici. 4. dist. 17. & 18. quaerunt, an necessarius minister sacramenti poenitentia sit sacerdos, cui confiteri liceat apud Catholicos. Quæstio hæc disputatione non eget, nam decretis ecclesie & vsu inuolabili eius constat, solos sacerdotes esse ministros poenitentia. Hæretici tamen & potissimum Lutherani dignitatem sacerdotalem de medio ecclesie tollunt. Lutherus enim satanico illo libro de abroganda missa priuata inquit, in sacramento poenitentia & remissione culpæ nõ plus facit Papa vel episcopus quã infimus sacerdos, imò vbi nõ est sacerdos, æque tantum quilibet Christianus, etiam si mulier, vel puer sit: qui fuit articulus decimus tertius à Leone tanquã pestilentissima hæresis damnatus. Fuit etiam error Vvaldensium, & Ioannis Vuicleph damnatus Concilio Constantiensi, & Concilio Tridentino

non sessione. 15. Can. 6. deliramentum istorum his verbis est damnatum. Si quis negauerit confessionem sacramentalem vel iuramentam vel ad salutem necessariam esse iure Diuino, aut dixerit modum secretæ confitendi soli sacerdoti, quem ecclesia Catholica semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inuentum esse humanum, anathema sit.

Ad quaestionem ergo propositam respondetur tribus conclusionibus. Prima, solus sacerdos est sacramenti poenitentia minister, cui ideo necessario est facienda confessio. Probatur, sacramentum poenitentia est iudicium, quo homines virtute clauium ad regnum cõlorum admittuntur, aut excluduntur, eiusmodi clauis Apostolis & eorum successoribus sunt collata, ergo illi sunt soli ministri: minor probatur, quia Matthæi. 16. Petro singulariter dictum est, Tibi dabo clauis regni cõlorum, quodcunque ligaueris, &c. & Matth. 18. idem repetitum est, Quicunque solueris super terram, &c. Ioan. 20. Quorum remisistis peccata, remissa erũt. Secundo, quia gratia, quæ per sacramenta cõfertur, à Christi capite deriuatur, cõdecens ergo fuit vt soli illi, qui potestatem habent in corpus Christi verum, ministri essent sacramentorum, per quæ eadem gratia deriuatur in corpus Christi mysticum: illi autem sunt soli facti dotes, ergo soli illi sunt sacramentorum ministri, iuxta illud Pauli. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. & potissimum sacramenti poenitentia, per quod homo idoneus fit ad suscipiendum corpus Christi verũ in Eucharistia. Tertio, Christi instituit singulariter sacramenta, quæ instrumenta essent gratia nobis comunicanda, ergo & singulares ministros: cõsequencia tenet, nõ dum in republica ciuili iudicia publica sunt instituta, cõsequenter & ministri sũt cõstituti, quibus solis illa administratio incũbat, vt videre est in regibus, cõsulis, & in cõctis iudicibus, multo ergo efficacior ratio est, vt Diuina sapientia administrationẽ sacramentorum, quibus suam gratia hominibus impartitur, nõ quibuscunq; sed selectis ministris cõmitteret, quales sunt sacerdotes, iuxta illud Pauli ad Ephes. 4. Dedit quosdam Apostolos, alios prophetas, alios autẽ Pastores, quò nomine intelliguntur prelati.

Atqui hæc fuit hæreticorum precipitatio, quod cum negassent sacramenta habere aliquem effectũ gratia, inde precipites dixerunt,

Cõcilium Tridentinũ

1. Conclusio

R r

runt, nullos esse necessarios sacerdotes: si fundamentum eorum verum esset, consequentia erat bona, quia si sacramenta virtutem spiritualem non haberent, consequens esset, quod non esset aliorum virtus in nostris sacramentis quàm in Moisaicis: unde quia Lutherus dixit, ad remissionem nihil agere absolutionem sacerdotis, consequenter dixit, nihil amplius habere sacerdotes praesecularibus. Veritas vero Catholica habet, per sacramenta conferri gratiam, quare sanctio illorum solis sacerdotibus conuenit, vt Concilio Constantiensi per bullam Martini quinti decretum est. Unde ex interrogationibus, ad quas Ioannes Hus compellus est affirmanter respondere, vna fuit, vtrum crederet, quod Christianus vltra contritionem cordis, habita copia sacerdotis, soli sacerdoti de necessitate salutaris confiteri teneatur, & non laico seu laicis quantumcumque bonis seu deuotis. Ratio deceptionis hereticorum hæc est, quod cum potestas ligandi & soluendi data fuit Petro & Apostolis ob suam sanctitatem, ideo qui non succedunt eis in sanctitate, neque in potestate, & ideo rursus esse confiteri laicis probata vitæ, quàm sacerdotibus discipulis. Qui quidem error, vt refert Guido Carmelita, fuit hæretici Sagarelli de Parma, qui affirmabat, quod Papa neminem potest absolueri, nisi foret ita sanctus sicut B. Petrus, & in tanta paupertate & humilitate quanta ipse fuit. Contra primum errorem dicimus, quod potius videtur irrita potestatem negantis quàm vllam concedentis. Contra secundum errorem constat, quod ministri qui in bonum publicum & ad consulendum conscientijs singulorum instituti sunt, per eorum quodcumque peccatum sit, potestas illa publica non adimitur, alioquin omnia in ecclesia in dubio versarentur. Vltimo veritas hæc, quod solis sacerdotibus sit confitendum, habetur in multis Canonibus, de poenitentia. dist. 1. Canon. quem poenitet, & Agite poenitentiam, & Canon. quidam, & multis alijs.

Dubium tamen est, quannus sacerdotes sint ministri ordinarij sacramenti poenitentiae, an quispiam in absentia sacerdotis teneatur confiteri laico: quod si de mortalibus præceptum non sit, an saltem de venialibus: aut si nullum omnino sit, an huiusmodi confessio sit licita? & esto sit licita, an aliquando sit consilium confiteri laico, an potius nunquam talem confessio nem facere? Sit secunda conclusio, In nul-

lo prorsus euentu necessarium est confiteri laico. Probatur, quia cum laicus non habeat potestatem clauium, constat quod neminem potest sacramentaliter absolueri, sed tantum deprecatore, vt, Misereatur tui, &c. atque adeo confessio illa neque est pars sacramenti, neque gratiam potest conferre: unde cum præceptum tam Diuinum quàm humanum non sit nisi de confessione, quæ est pars sacramenti, ad obtinendam gratiam absolutionis, nullum est de confessione laico facièda: Canone enim, Omnis vtriusque sexus, fieret mentio huius confessionis, & tamen ibi non habetur, nisi vt vnusquisque proprio sacerdoti confiteatur. Tertia conclusio, quondam in ecclesia vsus viguit confitendi laicis in absentia sacerdotis, ingruente saltem necessitate. Hoc constat ex Augustino loco citato de vera & falsa poenitentia. Valde tamen probabile est, quod nunquam fuit in vsu laicis confiteri peccata occultissima & grauissima, quæ alicuius essent infamia: nam cum illic nullum esset sacramentum, neque absolutio à peccatis, nec collatio gratiae: & cum credibile sit, talem confessionem nunquam fuisse in præcepto, vix suaderi potest, quod homines sponte sua & sine aliquo fructu pudenda sua panderent: nam ratio Sancti Thomæ & Doctorum omnium, quæ ex similitudine baptismi ducitur, nihil concludit, nam baptismus est sacramentum necessitatis simpliciter potissimum infantilis, quibus ante vsum rationis nulla patet via nisi per ipsum: & ideo concedimus, quod in extrema necessitate potest quis à laico baptizari, cum vero sacramentum hoc non competat nisi adultis, quibus contritio sufficit: & si sint attriti per confessionem factam laico nequeat fieri contritio, ratio similitudinis non est efficax, vt laicus in necessitate perinde fiat minister poenitentiae sicut baptismi.

Quod si quispiam obieciat, Can. quæ poenitet de poenitentia. dist. 1. licet laicus, cui confessio sit, potest absoluendi non habeat, poenitens vero sit dignus venia, quia ex desiderio sacerdotis socio confitetur, posset quis decipi existimans desiderium illud idem valere, ac si sacerdoti confiteretur. Et S. Tho. dist. 17. q. 3. art. 3. ad primū ait, quod quauis laicus ille sacramentum non potest perficere vt sacerdos, quia non potest absolueri, tamē defectu sacerdotis summus sacerdos supplet. Caueat lector, vt sic intelligat, quod Deus tunc conferat eandem

Dubium

3. Conclusio.

Si quis autem dubitet, an nunc temporis consilium sit laicis confiteri. Scotus dist. 16. censet vtilius esse, vt non fiat: & dist. 14. durius ait dubiū esse an talis confessio esset in detrimentum salutis, moderatius tamen dicere possumus, iam non esse in vsu, neque esse consulendas, quia certe fructus ob verecundiam & humilitatem aut nullus est, aut perexiguus: & forsitan quia ore proferendo peccata loco contritionis cordis, in illis delectatur vel complacet. Nautis ingruente procella & morte fere præsentem in more est, alterutrum confiteri, apud infimum autem hominem & remigerum conscientiam suam aperire plus posset detrimenti & periculi fame & vitæ afferre, quàm spiritualis emolumentum.

Dubium

Dubium tamen est, an laicus ille, cui sit confessio, eodem vinculo quo sacerdos ad sigillum secreti teneatur. Respondet, quod maiori vinculo astringitur quàm si illud sub quocumque alio secreto audiret circa confessionem sacramentalem, & ideo si illud reuelaret, graue mortale committeret, & esset supplicio dignus, non tamen eodē prorsus quo sacerdos, quia cum illud non sit sacramentum, sit vt neque sit reuelatio sacrilega.

De venialibus autem nonnulla apparet dubitandi ratio, quia cum non sint de necessitate sacramenti, videtur eorum confessio sic posse fieri laico, vt valeat poenitentem ab eis absolueri, Respondet, quod neque à venialibus potest laicus sacramentaliter absolueri, quia licet non sint de essentia confessionis, absolutio tamen eorum est munus clauium, quæ laicis non sunt indultæ. Per modum vero sacramentalis caeremoniae posset dubitari, an absolutio deprecatória laici venialia remitteret, sicut aqua benedicta, &

absolutio generalis, quam sacerdos facit, in introitu missæ. Dico ad hoc, nullum esse fundamentum, vt tantum tribuamus absolutionem laici, cum nullibi reperiamus ab ecclesia ad id instituta.

Dubium aliud est, quam poenam incurret laicus, qui absolueri sacramentaliter tentaret. Respondet, quod grauissime peccaret, & esset maximo supplicio dignus tanquam sacrilegus. Sed an incurrat poenam irregularitatis disputari solet. nam ex vna parte, e, si quis, & cap. ex literis de clerico non ordinato in iungitur poena irregularitatis cuiuscumque non ordinato, qui sacramenta solenniter administret, scilicet, consecrando, aut solenniter baptizando, aut aliud Diuinum officium exercendo: ex altera vero parte est cap. is qui, de sentent. excom. lib. 6. vbi habetur, quod nullus poenam irregularitatis incurrat, nisi sit in iure expressa. Propter hoc Syluester verbo confessor. 1. & alij hoc loco tenent, quod laicus huiusmodi absolutus non incurrit poenam irregularitatis. Petrus de Palude dist. 17. q. 3. in hoc inclinat, quod esset irregularis: cui opinioni maxime fauet cap. si quis: tum quia ponit exemplum de baptizante solenniter, quod minus est quàm absolueri: tum quia subdit, aut aliquod Diuinum officium exercuerit non ordinatus, quo verbo omnia sacramenta comprehenduntur, & constat quod par ratio est de omnibus.

Pro B. Augustino respondemus, quado dixit, tanta itaque vis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo, S. Thom. loco citato eum exponit, dicens, nullum insinuare præceptum, sed solum commendationem virtutis confessionis, quæ tanta est, vt possit fieri laico. Et licet in solutione ad primum explicans mentem Augustini dicat, quod quando necessitas imminet, debet poenitens in absentia sacerdotis confiteri laico, verba, debet, non sonat præceptum, vt nonnulli ex Summis arbitrantur, sed decetiam, quæ à tempore Augustini vsque ad tempora Sancti Thom. erat frequentius in vsu.

TRIGESIMVM QVAESITVM.

An ex consensu viri liceat vxori in casu fornicari.

Rr 2 Augu.

2. Conclusio.



**A**ugustinus de sermone Domini in monte lib. 1. postquam c. 28. asseruit, Si autem vxor dimitatur à viro, cū quo esse cupiebat, mecharius quidem qui eam duxerit secundū dñi sententiā, sed virū ipsa tali crimine teneat, incertū est. Cap. sequenti 29. subindicare videtur, in casu vxorem licite posse fornicari, accedente consensu viri: explicans enim locum hunc, Mulier nō habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sic habet. Possit in tantum valere, vt permittente vxore, quæ maritalis potestatem habet, possit vir cū altera, quæ neque aliena vxor sit, neq; à viro disuncta cōcubere, sed non ita est ex illi vādum, ne hoc etiam femina, viro permittente, facere possit videatur, quōd omnium sensus excludit, quāquā nōnullæ causæ possent existerē, vbi & vxor mariti cōsensu pro ipso marito hoc facere debere videtur: sicut Antiochia: factū esse perhibetur ante quinquaginta ferme annos Constantij temporibus, nā Aendi mus tunc præfectus, qui etiam consul fuit, c. 7. quam libram auri: debitor sisci exegeret, nescio vnde commotus, quod ple. unq; in istis potestatis<sup>9</sup> permittissimum est, quibus quod liber licet, aut potius putatur licere, comminatus est iurans & vehementer affirmans quōd si certo die, quem constituerat, memoratum aurum non excoleret, occideretur: itaque cū ille teneretur in magna custodia, nec se posset debito illo expedire, dies metuendus imminere & propinquare cœpit, & forte habebat vxorem pulcherrimam, sed nullus pecuniæ, qua subuenire posset viro: cuius mulieris puichritudine cū quidam diues esset accensus, & cognouisset maritum eius in illo discrimine cōstiturum, misit ad eam pollicēs pro vna no. te, si ei miserari vellet, se auri libram darum: tunc illa, quæ se fecerat non habere sui corporis potestatem, sed virum suum, pertulit ad eum dicens, paratam se esse pro marito id facere, si tamen ipse coniugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquā de re sua pro vita sua vellet id fieri: egit ille gratus, & vt fieret imperauit, nullo modo iudicans adulterinum esse cōcubitu, quod & libido nulla, & magna mariti charitas, se volente & iubente, flagitaret. Cōcludit, Nihil hic in alteram partem disputo, liceat cuique estimare quod velit.

1. Cr. 7.

Doctores scholastici. 1. sentent. dist. 47. & Sancti Thom. 1. 2. quæstione. 100. qua agit de præceptis moralibus, & articulo. 7. quaerit an præcepta decalogi recte tradantur, hoc est, an recte aliqua ponantur affirmatiua, & alia negatiua, & in aliquibus recte assignentur ratio præcepti, in alijs autem non, & in aliquibus addatur præmium & poena, & non in omnibus: Et respondet recte esse tradita secundum Dei sapientiam: & sequēti articulo an præcepta decalogi sint dispensabilia? Et respondet, quōd omnia præcepta decalogi sunt indispensabilia. Cuius hęc quæstiones sunt duæ opinionēs extremae, & vna media. Prima opinio per vnum extremum est Ochan. 2. sentent. dist. 19. vbi ait, non modo omnia præcepta decalogi esse dispensabilia, verum & Deum posse contraria præcipere. Ratio fundamentalis eius est, quia quicquid non implicat cōtradictionem Deus potest facere, secundū illud Angeli Lucæ. 1. Nō erit impossibile apud Deū omne verbum, quōd vero Deus contraria præcepta nō præcipiat, nullam implicat cōtradictionem, ergo. Opinio autem hęc adeo aperte aduersatur rationi, vt facillime refellatur. In primis cōtra illam est articulus Parisiensis, Quia affirmauerit, posse quemquam pro odium Dei mereri, &c. Et neq; admittit potest glossa, vt intelligatur de potestate Dei ordinaria, nam de illa nulla vnquam potuit esse controuersia, articulus autem nō est definitus nisi ad aliquam dirimendam. Arguitur autem primo illud enim axioma nominalium. Quidquid non implicat cōtradictionem Deus potest facere, perperam à nonnullis illorum defenditur, nē si intelligatur, quōd quicquid non aperte ducit cōtradictionem inferat Deus potest facere, falsum est: negant enim ipsi inde duas cōtradictorias colligi, quōd homo sit equus, & tamen Deus id non potest facere, neque sensus Angelic<sup>9</sup> alius fuit, quā quicquid Deus pollicetur, seu quicquid factibile sit Deus potest facere. Secundo, re vera id dicitur implicare cōtradictionē, quōd supposita natura vnus partis cōtradictionis, ex concessis inferat alteram, & quia natura animalis rationalis est immutabilis, & illi à natura cōuenit nō esse inhibibilem, si concederetur Deum posse facere hominē esse equū, esset inhibibilis & non esset inhibibilis. Ad propositum ergo, Deum odio haberi tam intrinsece est malum, quā intrinsece hominē esse rationalem, ergo tam repugnat id esse licitum, quā hominem esse

Opinio Ochan.

Contra Ochan 1. Ratio

1. Ratio

3. Ratio

Opinio Scoti.

Opinio S. Thom.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

& eundem irrationalem: atque adeo repugnat Deum odium sui vel efficere, vel præcipere, quōd Ochan admittit. Confirmatur, fit verbi gratia vir iustus, qui iussu Dei ipsum odio habeat, sequeretur talem simul esse in eius gratia, & in eius inimicitia, quod tamen implicat. Quod maneat in eius amicitia palam est, postquam nihil aliud fecit quā obsequi voluntati eius: quod simul sit inimicus docet eius odium, quo Deum prosequitur. Tertio, Deus seipsum odisse non potest, quia intellectus contrarium capere non potest: ratio autem tota repugnantia est, quod odium Dei adeo habet innatam malitiam, vt nulla recta voluntas possit illud optari, similis ergo repugnantia est, vt Deus idem alteri præcipiat: esset enim præcipere vt faciat secundū suam regulam & voluntatem, & simul faciat contra, vnde negamus hoc non implicare cōtradictionem. Secunda opinio est Scoti. 3. dist. 37. medio modo incedens, ait enim, hisariam aliquid esse iuris naturæ, vno modo tanquā principium practicum ex terminis notum, vel tā quā conclusio, quæ inde necessario inferitur: in his ergo inquit, quæ strictissime sunt de lege naturæ nulla potest esse dispensatio: alia vero sunt, quæ neque sunt principia necessaria, neque conclusiones inde necessario illatae, neque necessariam habent connexionem ad consecutionem vltimi finis. Secundum assertum eius est, præcepta secundæ tabulæ sunt iustitiae secundæ ordinis, & ideo per Diuinam authoritatem sunt dispensabilia: præcepta vero primæ tabulæ sunt prioris ordinis, & ideo neque ab ipso Deo dispensari valent. Tertia opinio est Sancti Thomæ loco citato, quæ fuit Altisiodoren. libro. 3. tracta. 7. quæstione. 5. & antiquorum, secundum quam stanturunt duæ conclusiones, quibus soluitur quæstio. Prior est, vniuersa præcepta decalogi tam secundæ, quā primæ tabulæ sunt omnino indispensabilia vsque adeo, vt neque Deus possit super illa dispensare. Secunda conclusio, Alia præcepta, quæ sunt extra decalogum, neque in ipso implicite continentur, etiam si sint iuris naturæ, sunt dispensabilia: illa enim præcepta, quæ sunt primi aut secundæ aut tertij gradus, dispensationem vllam non admittunt, illa vero, quæ intrinsece non continent rationē iustitiæ, sed speciales modos ipsam seruandi, dispensabilia sunt, puta illa, quæ

in decalogo neque sunt explicitè, neque implicite. Quarta opinio est Durandi. 1. sent. dist. 47. quæstione. 4. qui tenet, quartum & quintum præceptum esse dispensabilia, cætera iudispensabilia, de qua statim. Probatur ergo sententia Sancti Thomæ ista bimembri ratione, In illis præceptis fieri potest dispensatio, per quæ, si tali casu ad litteram obseruarentur, obuiaretur intentioni legislatoris, sed per nullum præceptum decalogi vllō casu aut ratione potest obuiari intentioni Dei, quin vero si contrariū fieret, contradiceretur intentioni illius, ergo in nullo casu eorum dispensatio esse licita: maior de se est nota: minor probatur, de qua est controuersia, intentio legislatoris præcipere tanquam in finem fertur in bonum commune: deinde respicit ordinem iustitiæ & virtutis, quæ sunt media assequendi eundem finem, igitur quando præcepta per se intrinsece continent rationem & consecutionem boni communis, vel ordinem iustitiæ, ad idē bonum, eadem præcepta per se intrinsece, si continent intentionem legislatoris, ita vt nō sit ab ipsis separabilis, atque adeo nec sint dispensabilia, quia nunquam contingere potest, vt facere contra illa, non contrarietur intentioni legislatoris. Ex his id ostendimus, Si præceptum legis reipublicæ esset hoc, ne mo sit destructor reipublicæ, vel hoc, nullus iniuste agat, rationi intrinsece talium præceptorum repugnaret dispensatio, implicatio enim est cōtradictionis licere cuiquam iniuste agere, aut bonum commune destrueri, ad cuius custodiam omnes leges referuntur: si autem lex diceret, nemo fores vrbis aperiat, dum obfessa est, quia hoc non est falsus ipsa reipublicæ, sed modus illam seruandi, non esset repugnantia, vt aliqua de causa fieret dispensatio, puta, dum dux fugiēs vellet se illic recipere. Præcepta autem decalogi sunt primi ordinis, nam prioris tabulæ habent ordinem intrinsecum ad bonum commune, quod est Deus, secūde vero ad bonū cōmune hominum, vt scilicet, nemini fiat iniuria, sed cuique ius suum seruetur, quod licet nō sit tam perfectum, est nihilominus intrinsece bonum, nam cū rationem ipsam iustitiæ expresse cōtineat, in Deum ipsum iustitiam refertur: qui enim dicit, Nō furum facies, dicit quod non iniuste aut illicite aut male facies: sic enim ait S. Thom. intelligenda esse præcepta decalogi, & in hoc deceptus est Scotus, discrimē assignans inter præcepta

Opinio Durandi

R. 3. prima

1. Ratio

primæ ac secundæ tabulæ. Secunda ratio, hoc quod est adulterium facere, quod est in decalogo, & metiri, aut fornicari, quæ implicite illis continentur, in intrinsecè mala sunt, quæ est homini esse rationale, ergo natura suæ repugnat iustitiæ & bonitas, Deus autem dispensare nequit, nisi ubi est aliqua ratio æqui & boni, ergo in his dispensare non potest, perinde atque homo nõ est factibilis irrationalis: & hoc est quod Sanct. Thom. ait, præcepta per se continere rationem boni communis, atque ad eam intentionem legislatoris, nam naturale est Deo nihil velle nisi bonum. & huic quod est furari aut mentiri, esse malum.

Secunda conclusio S. Thomæ probatur, Illa præcepta, quæ per se non continent bonum commune, quod est legis finis, sed mediū aliquod, puta ordinem iustitiæ ad ipsius consecutionem, possunt quandoque deficere ab intentione eiusdem boni communis, ergo tunc eorum dispensatio finis non officeret, essent quæ subinde dispensabilia: exēpli gratiæ, lex ad seruandum bonum fidelitatis est vt reddatur depositum, nihilominus si domino furioso gladium denegas, eidem finis non aduersaris, sicuti diximus de aperiente fores visibilibus obesse contra verba legis: & pariter, si sit lex, vt ciues per vires ciuitati inuigilent, dispensare iusta de causa cum aliquo, non est contra bonum commune.

2. Ratio

Secundo, præcepta secundæ tabulæ omnia secundum Paulum includuntur in illo præcepto, Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: dilectio autem proximi sequitur ex præcepto dilectionis Dei, nam, vt ait Ioannes, si proximum, quem vides, non diligis, Deum, quem non vides, quomodo potest diligere? Præceptum autem dilectionis Dei, vt Scotus fatetur, est indispensabile, ergo & præceptum dilectionis proximi, atque adeo præcepta secundæ tabulæ. Ad hoc argumentum respondet Scotus distinguendo de dilectione proximi: hæc enim dilectio, qua tenemur velle proximo, vt Deum diligat, sequitur ex dilectione Dei, nam qui vere Deum diligit, omnes debet velle, vt cum diligant, hæc tamen dilectio, qua vult proximo vitæ temporalem, honorem, & temporalia bona, non sequitur necessario ex dilectione Dei, neque habet connexionem necessariam ad consecutionem vltimi finis, quapropter Deus dispensare necum potest, vt occidendo, furando, & cætera, non peccem, imo finem vltimum assequar.

Contra solutionem arguitur, Dilectio proximi, quæ est de iure natura, est illa, quæ ex dilectione Dei sequitur, qui est author naturæ, hæc autem non solum est illa, qua ei volumus vt Deum diligat, nam hæc pax habet dilectionis ipsius Dei, sed etiam illa, qua illi bona temporalia cupimus, quæ ad mutuum amorem pertinet. Quis enim dicat, Deum & naturam non aliud nobis præcipisse, quam vt Deum ipsum diligere-mus? imo cum omnes Dei factura simus, sic nos conglutinauit, vt inter ipsos collodiremus iustitiam ac fidem. Vnde Ioannes, Qui viderit fratrem suum necesse habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Respondemus ergo Scoto, quod dilectio hæc proximi habet inseparabilem & necessariam iustitiam, ac proinde, tanquam ex dilectione Dei necessario consequens, necessariam habet connexionem ad consecutionem vltimi finis: quare perinde esset Deum dispensare in homicidio aut furto, ac si dispensaret, vt iustitia ipsa iustè perturbaretur, quod est implicatio contradiccionis.

Ex quo soluitur aliud argumentum Scoti, nempe, quod si præcepta secundæ tabulæ nõ essent dispensabilia, sequeretur, quod Deus extra se aliquid necessarium veller, sic vt non posset contrarium velle, vt puta honorare parentes, & ne quis aliena bona furaretur. Respondetur, quod Deum extra se aliquid velle stat dupliciter: vno modo, vt velit existentiam illius rei, & hoc modo nihil necessarium extra se vult, quia vniuersa liberè sicut condidit, ita sustinet ac seruat: alio modo vt velit connexionem extremorum, vt hoc pacto necessarium fatendum philosophis est, aliqua necessario velle, puta cuncta illa, quæ sunt perpetuæ veritatis, vt hominem esse animal rationale: & vt Augustinus ait, quatuor & tria esse septem, quæ etiam si mundus non fuisset, neque res existerent, vera essent: hoc ergo pacto non est occidendum, non est furandum, &c. sunt obiecta necessaria Diuinæ voluntatis quia perpetuæ veritatis, quorum contraria neque præcipere potest, neque permittere vt iuste fiant. Scotus necessitate compulsus concedere tenetur de primis principijs naturæ, quæ ipse concedit, esse indispensabilia, vt id alij facias quod tibi vis fieri: & de dilectione, quia homines Deum diligit, quæ est res creata, ex qua sequatur præcepta primæ tabulæ,

Contra solutionem Scoti

Ad aliud argumentum Scoti,

Caletanus.

tabulæ, quæ ipse fatetur esse indispensabilia.

Ad argumenta alia, quæ cõtra sententiã S. Tho. formari solent, sicuti hoc, legislator humanus? sicut se habet ad suas leges, sic & Deus, princeps autem in suis legibus potest dispensare, ergo & Deus in suis legibus. Respondeo latam esse differentiam inter legislatorẽ humanum & Deum, nam leges humane nõ habent intrinsecam & natiuam iustitiã à natura, sed sunt bona, quia per legẽ polita, & mala quia prohibita, & ideo si in aliquo casu relegendur, non peruertitur finis, vt si die per ecclesiam prohibita non ieiunet, aut si fur iusta de causa non suspēdat: & pariter Deus in suis legis positus dispensare potest, potest enim à præceptis sacramentorum quælibet absolueret, ac perinde super cæremonia libus & iudicialibus antiquis dispensare: in præceptis tamen naturalibus, quæ innatam habent iustitiam, repugnat ex parte rei dispensatio, quia cum ipse sit ipsamet iustitia, si super ipsis dispensaret, seipsum negaret, eo quod ordinem iustitiæ subuerteret: & tamen vt. 2. Thimo. 2. ait Paulus, Deus fidelis est, quia seipsum negare non potest.

Argumentum aliud est, quod rem efficacius viget, Deus enim in homicidio dispensauit cum Abraham, vt charissimum filium immolaret, & cum Sampson, vt se cum Philisthis occideret, & cum Eleazaro similiter, & Osee præcepit, vt uxorem fornicariam acciperet, & filijs Israel, vt vasa Aegyptiorum surriperent, hæc autem in decalogo sunt prohibita, ergo præcepta decalogi sunt dispensabilia. Ad hæc Caletanus respondet distinguens, nempe, quod præcepta decalogi secundum ordinem iustitiæ, quem continent, sunt indispensabilia, secundum vero applicationem ad aliquem singularem actum, sunt per Deum dispensabilia: addit tamen, quod dispensatio illa non est præcepti relaxatio, sed est facere, quod iste actus non sit homicidium: verbi gratia, dum præcepit Abraham vt filium immolaret, non relaxauit ius naturæ, veluti cum Papa dispensat in ieiunio, relaxat suam legem in tali casu, sed facit vt ille actus non sit homicidium, eo quod à suprema autoritate iubetur, sine qua homicidium esset, nam homicidium non quancumq; occisionem significat, sed iniustam.

Solutio autem hæc non satisfacit, videtur enim principium petere: primum enim dicere, quod præceptum non est di-

spensabile in quantum includit ordinem iustitiæ, idem est ac si dicas, non est dispensabile, permanens contra iustitiam: sed quod ait loco citato Durandus, coniunctim, id est, non potest Deus præcipere aut permittere, vt mala iuste fiant, dum mala sunt, in sensu composito, quod cum nullatenus sit dubitabile, nihil ad rem attinet, nam dubitatio solum est, an hoc quod est alienum accipere, inuito domino, aut hominem occidere, qualiter id natura negat, permissione Dei potest licitum fieri: & respondere, quod est dispensabile per applicationem ad actum singularem est principium petere. Ideo respondeo, quod Deus duas habet potestates in vniuersum orbem, vnam, quod iure creationis est Dominus non solum bonorum exteriorum, sed corporis & vitæ & Angelorum, quos in nihilum redigere potest: altera vero est, quod est legislator, atque adeo vniuersalis iudex omnium, sit claritas causa oportet alteram ab altera seorsum considerare. Hoc supposito dicimus, quod si Deus non esset rerum Dominus, sed tantum legislator & iudex, non posset dispensare, vt quis rem alienam, inuito Domino, si innocens esset, licite usurparet, quia hoc adeo intrinsece est iniquum, vt iuste fieri nequeat: at vero quia est Dominus, potest rem cuiuscumque alteri tradere, ipso inuito, quod nullam habet dispensationis rationem. Cum enim tu rem tuam alteri tradis, non dispensas: capiens enim non furatur: & si pater vestem filij paruuli, eo inuito, traderet amico, non dispensat in furto, licet puer inuitus spoliatur, quia pater est verus Dominus: pari ergo modo licet Deus vasa Aegyptiorum, tanquam Dominus tradidisset Hebræis, & postea terram promissam, nequitiam dispensasset in furto, neque illud esset furum: idque inde confirmatur, quod licet per impossibile Deus non fuisset legislator, neque vlla potestate in leges fungeretur, legitima esset dispensatio illa, quod testimonium est nihil illic dispensationis interuenisse. Sub conditione locuti sumus, quoniam Deus in traditionibus illis nõ est vltus potestate absoluta Domini, sed legitima autoritate iudicis, nam quia de laboribus, quos Hebræi Aegyptijs impenderant, nullam receperant mercedem, ideo iusto iudicio illam eis Deus persoluit, & vt legitur Deut. 9. propter scelera exercenda Cananorum: eos suis sedibus expulsi, & Israelitas inuadunt:

Respondetur ad arguendum

Rr 4 potuit



Oleas.

potuit ergo Deus tanquam Dominus corpora primo do facultatem facere Oleeq meietricis, vt illa vteretur etiam inuita: nam licet iure ordinatio consensus requiratur ad matrimonium, tamen vbi Deus duos remittens co- iungeret, iam legitimus esset consensus, ino- magis quam si ipsi consentirent, tamen neq; cu Olea Deus credendus est potestate absolu- ta vltus, sed cu omnia disponat suauiter, for- san conciliavit amborum animos, vt in ma- trimoniū cōsentirent: & in hoc sensu iustus est Oleas facere filios fornicationis, q̄ illius nullus est suscipere prole, que tunc fornicaria non erat, nam etiā si nullus alius fuisset cō- sensus in matrimonium, concessio Dei, quia Dominus est corpus, fat esset, vt copula non fuisset fornicaria.

Similiter dicendum est de historia Abrahę, nam iubens ei Deus, vt filiu immolaret, neu- tiquā in homicidio dispensauit, quia si nō ef- set nisi legislator, id facere non potuisset, sed quia est Dominus vite, potuit illā tradere in potestate Abrahę, sicuti pecoris dñs potest eius vitam cui voluerit tradere: atq; hac ra- tione illic nō fuit homicidium, quia interditi- one homicidij solū illud phibetur, quod lex naturalis abhorret: quare cū iudex tra- dit eum carnifici, nō dispētat in homicidio; quia occisio illa nō contrariatur iuri natura- li, imo est cōsua illi, sicuti neque est dispen- satio, quod quisq; inculpata tutela, inuasore occidat, quia id natura nō prohibet. Vnde si homo esset dominus vite suę, sicut suę pecu- dis, citra dispensationē posset alteri facere sa- cilitatem vt se occideret: & quia isto modo Deus est Dñs, citra dispensationē potuit fi- lium iuguladum patri tradere. Quin vero vt S. Tho. ait, nō solum tanquā Dñs, sed tanquā iudex potest innocentē occidere, nā ratione præuaricationis Adæ omnes incurrimus pe- nam mortis, quā idcirco morbis & calib; for- tuitis indices a nobis poscit. Verum tamen & de hoc Diuina misericordia laudatur, quod nō sicut Haec innocentem occidit.

Dicitur autē ergo inter D. Tho. & Scotū hoc esse, quod Scorus existimat furtū permanens sub ratione furti posse dispensatione Diuina licite fieri, sed S. Tho. id negat: concedit ta- men, quod tanquā Dominus ficere potest ac- ceptionem rei alienę non esse furtum.

Ex quib; constat deceptio Duradi negantis dispensatione furti factā fuisse a Deo cū He- breis in spoliatione Aegyptiorū, aut cū O- sea in fornicatione, & cōcedens q̄ cū Abra- hā dispensauerit in homicidio filij: deceptus

inquā inde fuit, quod nō perspexerit, quē ad modum sicuti bona Aegyptiorum potuit tā- quā Dñs: tradere Hebreis, ita & patri tradi- re vitā filij, atq; adeo sicut illud nō erat fur- tum, ita neq; hoc homicidium a natura pro- hibitū, quod in malum sonat: nec min⁹ dece- ptus est, dum cōcessit in quartū præceptum posse cadere dispensationē, arbitratus nō in esse in illo mādato tam intrinsecā rationē ru- stitū, quā in ceteris, cū tñ cōtraferet veritas: est enim naturę intimū, vt ā quib; receperis esse, eisdē honorem debeas, cuius ideo cōtra- rium nō potest magis iuste fieri quā furtū.

De Sāphone vel dicendū est, q̄ tanquā vir fortis absq; vlla reuelatione seu dispensa- tione porat, vt hostes occideret, periculo codē se obijcere, vel, vt Augustin⁹ ait, id fecit ex dispensatione, & eius reuelatione: fortitudo enim naturalis esse non poterat, que in co- ma eius latebat, sed super naturalis, quā forti- tudinem eius historia refert in illo aggressū a Deo esse illi restitutam. De Eleazaro fa- temur, quod veluti strenuus miles elephātē est aggressus posthabita salute propria.

Arguitur adhuc, cōiugium inter fratres iure naturę est prohibitum, super quo in Te- stamēto veteri dispētarum legimus, vt inter Adę filios vsu venisse cerū est, & inter Abrahā & Sarā, de quibus est valde probabilē cū Cuietano & quibuldam alijs potius fuisse fratres quā fratruales. Primū quod non solū Gene. 12. verum & c. 20. marius appellauit cōiugem sororē, cū ad cauendum periculum foris fuisset ei persuadere, & dicere eam suā esse fratrualem, quin vero secundo loco lite- ra Hebrę habet, vere soror mea est, & quā- bus fratruales dicerentur etiā fratres, vt Iaco- bus frater Dñi, tamen vere soror maiorē ha- bet emphasin: illud autē potissimū est argu- mentū, quod si tātum significare voluisset ef- se filium fratris, nō tāta verbosū explicatio- ne vteretur, dicens filia patris mei, & nō fi- lia matris meę: filia enim patris durū est pro- ce vsu parare quod est nepcis aui mei, maxi- me cū subiungatur, & nō filia matris meę, quod totū positum esse videtur ad explican- dum rationē, qua esse soror, nā forte quādo- soror erat, nō vterina, sed paterna tantū, non- erat interdictum cōiugium. Iosephus, quia, forsitan hoc nō intellexit lib. 2. antiquitatum: c. 5. dixit: Sarā filiam fuisse Abā, sororē q; Loth, ac subinde fratrualem Abrahę, quę se- cundū est Augustin⁹ super Gen. ac deinceps alij: Quātum ergo ad rem præsentē attinet, satis est filios Adę inter se matrimonio con-

De Sāpho- ne.

De Elea- zaro.

Ad aliud argumētū

Iosephus

traxisse


traxisse atq; adeo in hoc iure naturę prohi- bitum dispētarum fuisse. Respōdeo, q̄ solus S. Th. negat in præceptis decalogi cadere di- spensationē, quia intrinsece in se includūt ra- tionē iustitię vel iustitię, prohibitio autem matrimonij inter fratres nō est propter ini- iustitiā aut iniuriā, quā alter eorū patereret, sed propter naturale indecentiam, in qua ra- tione finis etiā naturalis, puta propagādi hu- mani generis, qualis fuit in filijs Adę, aut p- pter alium, poterit absq; vlla absurditate dis- pensari, nā etiā secundus gradus cōsanguī- nitatis præferere naturale quandā indecētiā, siquidē propter hoc est ab ecclesia prohibi- tū, & tamen dispensationem admittit. Patrē autē filij, aut filiu matri copulari, vsq; adeo- fædum est, vt non sit dispensabile, quātū si cōtingere posset, vt totum humanum genus in patre & filia maneret, sunt qui dicant, ta- les posse cōnubio coniungi. Probabilis ta- men est, quod si ea, que in prophetis & in Euangelio continentur, completa essent, vo- luntas Dei tali facto significaretur, mūdū in- teritum iam venisse.

Pro B. Augustino respōdemus, quod quid secundum veritatē tenendū sit diffinitiuus, & ipse tātum proposuit quæstionē, an in ca- su vxor licite possit fornicari, accedente cō- sensu viri, in quo sensu Doctores scholastici quæstionem nō disputant. Certum enim est, & indubitātū apud omnes Doctores Theo- logos, nedum hominem priuatum, sed neque totā ecclesiam dispensare posse: cu ca p- acce- pta decalogi, ea ratione, qua iustitiā & bonū cōmune in se includunt: & si ecclesia faculta- tem hanc vxora & c. nup- cōcedere nō va- let, minime licet viro: verū est quod Papa dispensat in votis & in iuramento, id tñ ex eo est, quia humanum aliquid, voluntatē, sci- licet, vouētis & iurātis includunt, & quia vo- luntas hominis obliuiscibilis & defectibilis est, ideo regula superioris, quæ est voluntas Pa- pæ, regulatur, & sicuti modum, qui in lege in- cludunt, ratio naturalis explicat, vt exposui- mus, sic & Papa vota & iuramēta in particu- lari explicat, quod in materia matrimonij ra- ri & consummari locum nō habet, neq; in vl- lo casu ecclesia posset iure p- cōcedere. Secū- do dicim⁹ B. Augustinum casum nō diffinif- se, quod ex verbis eius cōstat: postquā enim casum proposuit, cōclūit sic asserens, Nihil hic in alterā partem dispuo, liceat cuique exultimare quod vult: non enim de Diuinis authoritatibus de prompta est historia, sed ta- men narrato hoc facto, non ita respuit hoc

sensus human⁹, quod in illa muliere, viro in- hente, cōmūsum est, quemadmodum antea, cō sine vilo exemplo res ipsa poneretur, hor- ruimus. Ex qua litera constat, quod cū di- cat, liceat cuiq; exultimare quod vult, quod diffinitio nihil asseruit, sed opinio, & iudicio aliorum exultimādum reliquit. Secūdo, cū dicat: historia de Diuinis authoritatib; non esse de p- optā, insinuat, quod si historia sacra esset factū interpretandum, esset sicuti fornicationem Oleeq, & alia, in quib; videtur Deum dispensasse, interpretati sum⁹. Tertio insinuat, quod mulier illa, quæ virum alterū admisit ex consensu proprij viri, cuius vita mortem propē intulabat, miciorī pena apud Deum & homines punienda venit, quā quęuis alia mulier adultera, quæ fidem ma- trimonij violat, iniuriam grauem viro irro- gat: neq; iudex humanus poena mortis eam vindicaret.

TRIGESIMVM PRIMVM QVAESITVM.

An Christianis litigare liceat.

 Vgustinus de sermone Domini in monte lib. 2. c. 13. asserere vide- tur, Christianis nō licere litigare. exponens enim petitionem quin- tam orationis Dñicę, nempe, Et dimitte nobis de- bita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Sic scripsit, Non hic ergo quisque vrgetur pecu- niam dimittere debitoribus, sed quicunque in eum alius peccauerit, illi parcat, nā pecu- niā dimittere, illo pot⁹ iubemur p- cepto, Siquis tibi tunica tollere voluerit, & iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. Ne que, sibi necesse est omni pecuniario debito- ri dimittere debitum, sed ei, qui reddere no- luerit in tātum, vt vellet etiā litigare, seruam autem Domini, vt ait Apostol⁹, non oportet litigare, qui ergo vel sponte conuentus pecu- niā debitā reddere noluerit, dimittenda illi est: duas enim ob res nō let reddere, vel qd nō habet, vel quod auarus sit, rei q; alienę cu- pidus, vtrunq; autem pertinet ad inopiā: nā illa inopia est res familiaris, hæc animi: quis- quis itaq; tali dimittit inopiā debitū, inopiā di- mittit, opusq; Christianum operatur, manen- te illa regula, vt in animo parat⁹ sit amittere quod sibi debetur: & ne omnino repetiti- onem debiti excludere videretur, subiunxit, nā si modeste & leniter omnimodo egerit, vt sibi restitatur, nō tam intendens fructū pe-

Matth. 5.

2. Thim. 2.

R r s cunias.

Duradi de- ceptio.

enitē quā vt hominem corrigat, cui sine dubio pernitiosum est habere vnde reddat, & nō reddere, nō solum nō peccauit, sed p̄derit ei etiam plurimum, ne ille dum alienā peccatiā suam facere vult, damnum fidei patiat, quo tāto est grauius, vt nulla sit cōparatio. De hac quēstione vide supra tertio tomo Augustini ad octauum quēsitum.

TRIGESIMVM SECVNDVM QVAESITVM.  
An velle & credere sit nostrum.

**A**ugustinus in expositione quarundam propositionū ex epistola ad Romanos. li. v. n. c. 61. asserere videtur nostrum esse credere & velle, Dei autem dare credentibus & volentibus facultatē bene operandi per Spiritum sanctū: nā postquā, c. 60. dixerat nō ergo elegit Deus opera cuiusquā in prēsentiā, quē ipse daturus est, sed fidem eligit in prēsentiā, vt quē sibi crediturū prēsentiū esse, ipsum elegerit, cui Spiritum sanctum daret, vt bona operando, etiam vitā eternā consequeretur. Dicit enim idem Apostolus, Idē Deus, qui operatur omnia in omnibus, est, ipse datus est, Deus credit omnia in omnibus, quod ergo credimus nostrum est, quod autē bonum operari, illius est, qui credentibus in se dat Spiritum sanctum. Et c. 61. sic scripsit, Nō ergo elegit Deus bene operantes, sed credentes prius vt ipse illos faciat bene operari: nostrum enim est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatē bene operandi per Spiritum sanctum, per quē charitas diffunditur in cordibus nostris, vt nos misericordes efficiat. Et c. 62. Sicut enim in his, quos elegit Deus, nō opera, sed fides inchoat meritum, vt per munus Dei bene operentur, sic & in his, quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pene meritum, vt per ipsam etiā male operentur, sicut idē dicit Apostolus, Et quoniam nō probauerant Deum habere in notitiā, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quē nō cōueniūt. Doctrinā hanc castigauit B. Augustinus lib. 1. retract. c. 23. vbi ait, Profecto nō dicerem (nēpe omnia hic cōtenta) si iam scire etiam ipsam fidem intrer Dei munera reperiri, quē dantur in eodem spiritu, vtrūq; ergo nostrū est propter arbitrium voluntatis, & vtrūq; datum est per Spiritum fidei & charitatis. Et quod paulō post dixi, Nostrum est enim ere-

dere & velle, &c. ait, verum est quidē, sed eadem regula & vtrūque ipse est, quia ipse preparat voluntatē, & vtrūq; nostrum, quia nō sit nisi volentibus nobis. De hac quēstione disputauimus supra, tomo. 2. Chrysolomi ad. 13. & eiusdem tomo. 4. ad nonum quēsitum.

TRIGESIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An aliquis tenebrarum locū vere nouerit.

**A**ugustinus lib. v. n. c. annotationū in Iob in expositione loci huius, in qua tertia aut tenebrarum locus, videtur, nullū hominū tenebrarū locum cognouisse: sic enim inquit, Hoc ille vtiq; docet, qui dicit, Accedite ad Deū, & illuminamini, hinc enim ostendit eos tenebre fecere, qui recedunt, dum nolunt esse in-fantes: initium enim superbiū hominis apostatare à Deo inquit, Qui nō glorificauerunt Deum, aut gratias egerunt, euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est in se ipso cor eorum, & facti sunt tenebrarū locus: nisi forte ille est tenebrarum locus, qui excipit perseuerantes in peccatis, vt ipsi sint tenebre, quarum ille est locus, quē vere nullus hominū nouit. Similiter & terra, in qua habitat lux, potest intelligi terra illa viuentium, id est, beatitudo exceptura perseuerantes in fide, spe, & charitate, qui fuerunt aliquādo tenebre, nunc autē lux in Dño. Lib. 12. de Gene. ad literam. c. 33. similiter sentire videtur inferos nō esse sub terra, quod retractauit. 2. lib. retract. c. 22. locus tñ prēsens interpretari potest, cum inquit, locum tenebrarum nullus hominum nouit, nēpe, scientia euidentia, nam ea quē de beatitudine & loco tenebrarum cognoscimus lumine fidei & scientia reuelata cognoscimus, quā neq; euidentia neq; scientiam causant: licet firmius & maiori adhesionē adhaeremus his, quē sūr fidei, quā his quē scientiam & demonstratiōē causant, vt experientia nos docet, nā martyres pro cōfessione fidei vitā ponunt, cuius iactū nō facerent pro defensione alicuius veritatis, quē euidentia causaret. Est sibi candē de lectōr quēstio hęc enodata supra tomo quarto Chrysolomi ad vndecimū quēsitum, & tomo quinto Hieronymi ad tertium quēsitum, & tomo tertio Augustini ad quartum quēsitum.

Pfal. 33  
Eccle. 10;

Rom. 1.

5. Cor. 12.

Rom. 1.

TRIGESIMVM QVARTVM QVAESITVM.

An ecclesia fūdāta sit super Petrū.

**A**ugustinus sermone de verbis Dñi secundū Matthæum sermone. 13. hunc locū exponens, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, Matr. 6. asserere videtur, ecclesiam nō esse fūdātā super petrā, id est Petrum, sed super petrā, quā Christus est. Sic enim ait, Tu es ergo inquit, Petrus, & super hanc petrā, quā cognouisti, dices, Tu es Christus filius Dei viui, & edificabo ecclesiam meā, super me edificabo te, nō me super te. Idē habet tractatu in Ioā nē. 12. 4. in hęc verba, Super hanc, inquit, petram edificabo ecclesiam meam: petra enim erat Christus, super quod fundamentū etiam ipse edificatus est Petrus, fundamentū quippe aliud nemo potest ponere, pręter id quod positum est, Christus Iesus.

1. Cor. 3.

Clemens.

Origenes.

Basilis.

Theophylactus.

Hyllarius

verbis interpretari voluit Hyllarium, quasi sentiret fidē esse fundamentū & petrā, nō autem Petrū. Hyllarius autem apertissime de Petro loquitur, vt legenti eius verba manifestū est. Quod clarius expressit in expositione psal. 103. his verbis, Cū Iesus quodam passione sua locutus ad discipulos fuisset, & Petrū tanquā indignū hoc de filio detestatus esset, Petrū, cui superius claus cęlorū dederat, super quē ecclesia edificaturus erat, aduersus quem portę inferi nihil valerent, qui quę in terris vel soluisset vel ligasset ea in cęlis vel soluta persisterent vel ligata, tūc tali cōuitio detestatum hoc sacramentū passio nis tali respōso excepit, Vade post me Sara na, scandalum mihi es, tanta enim ei religio fuit pro humani generis salute patiens, vt Petrum primum filij Dei cōfessorem ecclesie fundamentum cęlestis regni genitorem, & in terreno iudicio iudicem cęli Satanę conuictio nuncuparet.

Matth. 16.

Doctores scholastici. 4. c. 1. d. 8. quo loco cōcorditer cōueniūt, summā potestatis ecclesie siasticę Christi Dñm cōtulisse Petro, tāquā eius vicario, & ecclesie capiti, quod ipse cōstituit, quo & eius successores in eadem sede cū eadem iurisdictione in totā Hierarchiā ecclesiasticam deriuatur: quia vt patet Matr. 16. ei tanquā ecclesie fundamentum, qđ sibi Christus substituit, plenariā pollicitus est potestatem clauium, quā Ioan. ultimo cōtulit, dum ter publicē & iudicē interrogā, an se plus omnibus diligeret, quasi rogaret, an omnium esset dignissimus, qui omnū esset caput, dixit, P asce oues meas. Aduertendū quod dum dicimus à Petro deriuari omnem ecclesiasticā potestatem, nō intelligimus in reliquos Apostolos: supra enim distinimus, Apostolos immediate à Christo accepisse omnē iurisdictionem gubernandi orbem. Cauendū tñ ne hinc inferas, episcopos & presbyteros nō esse de iure positiuo, nam institutio illorum est de iure Diuino, quare Papa efficere nequit vt nulli sint episcopi in ecclesia aut sacerdotes, sed tamen dicitur iurisdictionē à Papa deriuari, quia per ipsum singuli episcopi suis diocęsibus mancipantur, & presbyteri suis parochijs.

Cōueniunt etiā cōcorditer Doctores scholastici, quod potestās clauū Christi reliquit in ecclesia, & quod eam supra Petrū vel supra eius cōfessionē fundauit, quod nedū blasphemū nō est asserere, vt heretici cōtendunt, sed eundem in gloria ipsius Christi: nā dum heretici quarunt, quid causā esse possit, vt Christus hanc

hac potestate in terris reliquerit, aperta est nostra respicio, quae antequam Deus esset homo, non decebat potestate hanc esse in hominibus, sed ut cum ipso solo de sua salute ageretur: postquam vero homo factus nos suo sanguine lauit, decessissimum fuit, ut deinceps humano generi per homines cõsuleret, & humanos haberemus iudices eius autoritate pollentes, ad quos causas peccatorum nostrorum deferremus, nosque tunc docerent, tunc iudicaret, atque ad hoc abfoluerent, vel ligarent, ut eorum iudicio & corregeremur, & salutis per eius sacramenta haberemus, ac Deum hac ratione coleremus.

Matth. 16


At vero, quia heretici nullam rationem admittunt, sed volunt verbis expressum scripturæ si bi assignari, licet aliud non esset, satis illis esse debet locus iste solennis Matth. 16. ad Petrum, Tibi dabo claves regni caelorum, quia si precedetia verba & subsequetia perpendatur, de fundamento ecclesiae & de potestate remittendi peccata planè intelliguntur, nam rem Christus ex illa confessione Petri ad Christum deduxit, Tu es filius Dei viui, hoc est, non adoptiuus, sed naturalis, quales homines per actum vite generant: quæ quidem confessio primum est fundamentum fidei, cui remissio peccatorum nititur. Et ideo ab illa fundamentum tali petra Petro nomen posuit, super quo, videlicet Petro, vel super eius confessione fundanda esset ecclesia, cuius perinde ipse futurus esset caput, vices Christi gerens: & quia capiti & principi reipublice in signum supremæ iurisdictionis claves regni traduntur, in figuram huius subiungit, Tibi dabo claves regni caelorum, claves, scilicet, quas ego in quantum Deus vna cum Patre & Spiritu sancto per virtutem naturalem habeo, & tanquam homo per excellentiam, easdem tibi tanquam meo vicario dabo, ut quoadmodum ego quidquid super terram soluo solutum est in caelo, & quidquid ligo, ligatum est, sic quidquid tu solueris aut ligaueris super terram, solutum erit aut ligatum in caelo. Cum ergo nulla fere caelorum claudatur nisi solo peccato, planissimum est, potestate remittendi peccata, illi esse promissam, nam si tantum Petro munus iudicandi ecclesiam secundum Diuinas regulas polliceretur, nihil noui ei promitteretur, nisi ipsum naturæ vniuersos iudices & ecclesiasticos, quæ quilibet admonet, ut nullam sententiam aut legem ferant, nisi quatenus intellexerint id esse conforme Diuinae voluntati & regulæ: Christus autem aliquid egregium & supernaturale, quod de caelo tulerat, significauit largiri Petro. Adde quod licet per praedicationes & iudicia hu-

mana mediate & remote aperiantur regnum caelorum, quatenus illa ratione virtutibus instituantur, quibus via caelestis communitur, nihilominus immediate non aperitur regnum, nisi per abfoluentionem peccatorum, neque clauditur nisi clauium iudicio, quo retinentur. Hanc ergo potestatem designauit Dominus dicens Petro, Tibi dabo claves regni caelorum: & fundamentum ecclesiae addens, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Accedit & in hanc veritatem allusio ad illam praedicationem Christi, Penitentiam agite, & appropinquabit regnum caelorum, ut enim per penitentiam regnum caelorum aperitur, ita & Petro commisit sunt claves abfoluendi peccantes: atqui quanquam verba non habeant nisi promissionis formam, tamen vel illic collata est potestas, vel omni procul dubio postea Ioann. vltimo cum illi dixit, Pasce oues meas, nam quod promissit, adimpleuit, Deus enim fidelis est, & seipsum in in promissis negare non potest.

Pro B. Augustino respondemus, nos eius expositionem toto pectore amplecti, & nostram etiam interpretationem, ut ab eodem Augustino acceptam firmiter retinere: in enim. 1. lib. retractat. cap. 21. vtrunque approbans, nec alteram alteri præferens his verbis docuit, Dixi in quodam loco de Apostolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata sit ecclesia, qui sensus cantatur ore multorum in verbis beatissimi Ambrosii, vbi de gallo gallinaceo ait, hoc, ipsa petra ecclesiae canente, culpam diluit: sed scio me postea sepius se ipse exposuisse, quod à Domino dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, ut super hanc, intellexeretur ille quæ confessus est Petrus dicens, Tu es Christus filius Dei viui. Harum autem duarum sententiarum, quæ sit probabilior eligat lector. Hæc Augustinus. Nec nos aliud ponimus fundamentum quam ipse primarius Christus: credimus enim, & certa fide fatemur, Christum esse primum ac potissimum totius ecclesiasticæ ædificij fundamentum, sed super hoc etiam fundamentum asserimus alias petras superimpositas, nempe, Petrum, tanquam vltimum & fundamentum ecclesiae, & ceteros Apostolos, quos Ioannes in Apocalypsi nominat duodecim fundamenta caelestis Hierusalem, quibus reliquas ecclesiasticæ structuræ partes superaedificatas esse non dubitamus.

Cautè

Cautè legenda circa commentaria Ludouici Viues in libros de Ciuitate Dei Diui Augustini.



ODOVICVS Viues in commentarijs, quæ scripsit in libros de Ciuitate Dei, secutus est magistrum suum Erasmi, eiusque discipula se fateatur, & tantum magistrum adeptum esse gloriatur, sed quemadmodum eius opera sub sanctissimo Paulo. 4. naufragium fecerunt, sic & commentaria eius, si penitus perissent, Christi ecclesia parum vel nihil ex eius ornamento decolorata esset: quod qui censuram egerit, quæ commentarijs eius addendam esse censuit, intelligit asserta eius censura indigere: quam ego, cum minimus sim Theologorum, assertis ipsius auctoritate, quæ sub iudicio censuræ Ecclesiae, & sanctissimi Papæ, & eorum, qui in Theologia versati, rectius quæ ego, senserim.

Et primo in præfatione inquit, Alij commentaria hæc reijcient, & damnabunt, ut proxime quidam Theologus licentatus, cum audisset me in libros de Ciuitate Dei scribere, magno fastidio operam meam tanquam inuitiles proflus vanamque aspernatus est: & quid, inquit, opus est illis illustratore plus satis ex se perspicuis & claris? Apostrophent ad Theologos faciens inquit, Tatum illa curanda & expendenda dicunt, an Deum possit suppositare hanc penam quæ scribo, an tueri possit odium sui, possit ne displicere Pontifici super vito perfectionis Romanae, aut Hierosolymitano, an pecuniis sacerdotij pensionem redmere, sit simonia? Verum enim uero isti cœsant quomodo uoluerint, cuique de opere. Neque eis scribo, neque eos curo me legere, neque eorum iudicium & censuramque nauicacio, neque eis placere studeo, & doctius putabo me scripsisse, si displicerent.

Assertio hæc merito damnanda, tanquam iniuriosa, parum aurium offensiuæ & scandalosa, sicut eius magister Erasmus cum altero eius discipulo nempe Luciano monacho Synodo Tridentina per Patres damnati sunt, quia Doctores scholasticos dēte canino fre-

quenter mordebant, sicut & hic Viues, qui quaestiones graues, quæ in scholis disputantur irridet: & necdum contra Doctores, sed os in caelum ponit, & potestatem supremam fere irridens, proponit, an possit in votis Romanæ Ecclesiae & Hierosolymitanæ dispensa re: quod scandalum dare infirmis, non est qui non iudicet.

Libro. 1. de Ciuitate Dei. c. 21. vbi Augustinus agit de interfectionibus hominum, quæ ab homicidij crimine excipiuntur, cõcludit, His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiae Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Ludouicus in verbis illud (quæ Deo auctore) ut Iudei, qui gesserunt quidem bella, sed iubente differis verbis Deo, quod si illi pij sunt habui, quod ut Deo parerent, contra humanitatem hominū bellum & eodem hostibus atulerunt, profecto non possumus nos non esse omnium maxime impij, qui tam multa millia etiam Christianorum, vetante Deo, contrucidemus. Assertio autem hæc Ludouici maxime propinqua est huic, Christianis non licet bella gerere, quæ formaliter est heretica, ergo ista quæ est proxima & maxime propinqua illi, profecto non possumus nos non esse omnium maxime impij, qui tam multa millia etiam Christianorum, vetante Deo, contrucidemus, sapit euidenter heresim: & forte ratione verbi illius, vetante Deo, est formaliter heretica: hoc enim est quod Lutherus asserit, quod contra Dei voluntatem & præceptum Christiani contra Christianos bella gerimus. De iustitia belli, & damnationem hereticorum contrarium asserentium vide supra secundo tomo Chrysostomi ad decimum cõtrauim quaesitum.

Libro. 1. de Ciuitate Dei. c. 27. an propter declinationem peccati mors spontanea appetenda sit, in locum illum, Quis igitur canis est, cur in eis exortationibus tempora con-

sumamus,

sumamus, quibus baptizati soli quando studeamus accedere siue ad virginalem integritatem, siue ad continentiam vidualem, siue ad ipsam thori coniugalium fidem. VIVÉS. Ne quis fallatur hoc loco, nemo olim sacro admovebatur baptisterio. Excipiuntur tamen hic parvuli, de quorum tinctione stat D. Augustini scriptum, Nati adulta iam ætate, & cū idem ipse & sciret quid sibi mystica illa vellet aqua, & se alui illa peteret, nec se mel peteret: cuius rei imaginem adhuc in nostris infantium baptismis videmus: nā rogatur etiam, num infans eo die natus vel prius vellet ne baptizari, idque ter, pro quo susceptores respondent, velle. Audio in quibusdam Italia vrbibus more veterum magna ex parte adhuc conservari: hæc dicta sunt mihi tātum, vt Augustini sensus fiat apertior. Assertio hæc sapit Lutheranismum, nam cum non reprobet morem adultos baptizandi, consentit Luthero, qui pueros asserit non esse baptizandos, donec vram perfectam rationem habeant, & ipsi respondeant se velle baptizari, & professionem Christiani susceptione baptismi facere. Et cū subiungit, hæc dicta sunt mihi tantum vt Augustini sensus fiat apertior, venenum latet sub cortice huius literæ, cū non reprobet morem Lutheranicum, quem in Italia servari auiduit.

Libro 2. de Civitate Dei. c. 13. ait debuisse intelligere Romanos, quod dii eorum, qui se turpibus ludis coli expectabant, indigni essent honore Divino, in verba illa, Proponat Græci, si dii tales colendi sunt: profecto eūtales honorandi sunt: assumunt Romani, sed nullo modo tales homines honorandi sunt: concludunt Christiani: nullo igitur modo dii tales colendi sunt. VIVÉS. Dialectici & eos secuti rhetores tres partes faciūt perfectę argumentationis, quæ Græcè dicitur syllogismus, Latine ratiocinatio: prima, qua exponitur summa argumentationis: hæc est expositio, siue propositio: altera cum propositione assumpta rem continet specialius, de qua aliquid volumus colligere: hæc est assumptio: tertia qua ratiocinationem claudat complexio. Neque refert, quibus hæc dii stincta sint locis: interim complexio est prima, sæpe assumptio secūda vel vltima. Pseudodialectici hæc omnia confundunt, vt sunt bonorum omnium arsum expertes & lucrum existimant naturas mutare rerum, ex seipsis omnia metientes, qui cū in scholis plus sint quàm viti, extra scholas in vita cō-

muni minus sunt quàm infantes.

Et eodem lib. 2. c. 14. in periodo illā, Cōferunt Platonis humanitatē ad ciuitibus decipiendū poetas vrbe pellentem, cum deorum Diuinitate honori suo ludos fœnicis expetente. Ille ne talia vel scriberentur, etiā si non persuasi, disputando tamen suasit leuitati lasciuig Græcorumq; VIVÉS. Miror vel ex hoc loco non admonitos esse nostros philosophos & Theologos, quid inter persuadere interesset, si illi quod à miraculo non procul abest, Latina sine Latinitate intelligunt, Gracitatis peritiores cū neq; legere quidem sciunt Græcè: apud hæc enim gentem vtrunque est & suadere & persuadere. Assertio hæc est blasphemā cū præcedēti & iniuriosa contra professores scholæ dialecticę & Theologicę: iniuria enim irrogatur illis cū ait, quod in scholis plus sunt quàm viri, extra scholas minus quàm infantes: & similiter cū philosophos & Theologos ad eō ignorantes facit, vt Latina sine Latinitate intelligant, & Græcè peritiores linguæ neque legere sciunt Græcè: & tam philosophi quàm Theologi ad eō sint imperiti, vt inter suadere & persuadere distinguere nec sciunt. Sapit etiam assertio hæc doctrinā vel potius loquacitatem magistri sui Erasmi, qui Theologos scholasticos cōfateuit mordere, & nimis irridere.

Lib. 2. de doctrina Christiana. c. 19. quo agit de corruptione Romanæ republicæ, priusquam cultum deorum Christianis auferret, in locum illum, Sed quia iste audit, ille contemnit, pluresque vitij male blandientibus quā vtili virtutum asperitati sunt amiciores, tolerare Christi famuli iubentur siue sint reges, siue principes, siue iudices, siue milites, siue provinciales, siue diuites, siue pauperes, siue liberi, siue serui, vtriuslibet sexus pessimam etiam, si ita necesse est, flagitiosissimamque rem publicam: & in illa Angelorū quadam sanctissima atque augustissima cūria cœlestique republica, vbi Dei voluntas lex est, clarissimum sibi locum etiam ista tolerantia comparare. VIVÉS (augustissima) certum est ita debere legi, & non angustissima. Sed prætermittendum nō est, quod annotauit frater, peno nomen mihi ore excēdit, angustam hic dicit cœlestem curiā, quod via sit ad illam arctā, & pauci eam ingrediantur, iuxta dictum Christi seruatoris. Et quæ rem possent auditores melius memoriæ mādare, vericulos sane quam festiuos lignatur. Arctā est via verē, que ducit ad gaudia vitę.

De

De ratione metri sollicitum se magnopere esse negabat, vbi bene tinniret. Assertio hæc est farina præcedentium, nempe, iniuriosa, nam ex contemptu fratrum, & nimia sui arrogantia ait, peno nomen fratris ex ore excēdit: nam cū illum corrigit & emendat, vix stat, quod nominis illius oblitus fuerit: conuincitur ergo quod ex nimia arrogantia maximo contemptu fratris nomen illius ne dum scribere, sed et nominare spreuit.

Eodem lib. 2. de doctrina Christiana. c. 21. in illud, Hæc Cicero fatebatur longe quidē post mortē Africanū, quæ in suis libris fecit de republica disputare, adhuc tamē ante aduentum Christi. Quæ si diffamata & præualescente religione Christiana sentirentur atque dicerentur, quis non istorum ea Christianis imputanda esse censeret? VIVÉS (diffamata) fama, extensa, divulgata in hoc sensu & alij videntur, Apuleius. 4. asini: & salutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum suam possideri. Illud est lepidum quod Remigius interpres epistolæ Pauli in epistola priorī ad Thelalouicenses, vbi interpres vteretur, à vobis diffamat? est sermo Domini, dicit pro manifestato & divulgato Pauli pacum de verborū proprietate sollicitum, diffamatum dixisse. Quid facias principibus istis scholarum, qui nondum sciunt Paulum non Latine, sed Græcè scripsisse? Tum etiam nimis est arrogans homines ignoratissimos totius rationis loquendi toties designationibus vocabulorum ineptè disputare: & ineptius dissinire: quod passim in dialecticæ & philosophiæ faciunt, cū nihil minus videri velint: quæ grammatici, & indignissime ferant, si quis paulo literior de vocabulis in hisce artibus vel meminert. Assertio hæc in eadem damnatione est cum præcedentibus: est enim iniuriosa & piarum aurium offensua, tum quia Remigium de ignorantia notat, & ex contemptu quodam ait, Quid facias principibus istis scholarum, qui ignorant Paulum non Latine, sed Græcè scripsisse: tum etiam quia eos asserit homines ignoratissimos & ineptos: quibus verbis non est qui iniuria non afficiatur. Et piæ aures offendit, Remigium audire ignorantem & rationis loquendi expertem. Et quod amplius est, quia addit de Remigio loquens, quod nimis est arrogans, qui cū patribus annumeretur: verius dixisset nimis est humilis, & idē arrogantia in ipsum conuertitur.

Lib. 3. de Civitate Dei. c. 10. in expositio-

ne illius periodi, Quod si in potestate non fuit: non ergo Romam pacem habuit, quādiū dii eorum, sed quādiū homines finitimi circūquaque voluerūt: qui eam nullo bello pro uocauerunt: nisi forte dii tales etiam id homini vendere audebāt, quod alius homo uoluit siue noluit. VIVÉS (Nisi forte dii tales vendere) nisi forte tam mali ac impudentes sint illi dei, vt pro beneficio id vendant hominibus, quod ex voluntate cuiusquā est profectum, & pro eo tanquā à se dato gratiā reposcant: cū sit potius munus alieni. Ita terpes nosser, quia figuram illam loquendi non intellexit, effatij quod ipsi primum venit in mentem, & super illo velut saxeo fundamentum construxit mirū de vendendo ædificium, & de potestate demonum, & de affectibus humanibus: ex similibus inijs maxima pars eorum, quæ philosophi & Theologi in scholis nugantur, est orta. Commentum sunt videlicet mira somnia super his locis vel Aristotelis vel sacrorum scriptorū, quæ non intelligebant: felices architecti, quorū structura ad cœlum vsque erecta elegantissima & fortissima creditur, cuius est sumus pro fundamento. Assertio hæc nedum iniuriosa, sed temeraria est & erronea. Primum, quia ea quæ in scholis philosophorum & Theologorum disputantur nugæ esse dicat: quod aduersatur communi sententiæ ecclesiæ Catholice & omnium Christianorū, qui recte de rebus sacris & Diuinis sentiunt. Est etiam merito tanquam erronea damnanda, ex eo quod asserit, fundamentum Theologicę scholasticę fumum esse, quod in re est & Theologiam scholasticam simpliciter negare, cūm fundata sit supra doctrinam, quā Deus Patribus & doctoribus ecclesiæ per Spiritum sanctum reuelauit. Et non est qui recte sentiens, audiens Theologiam Doctorum scholasticorum nugæ esse, & eius fundamentum esse fumum, statim non assentiat: assertionem hanc esse contra fidem, quia destruit doctrinam ab ecclesiā receptam, & ecclesiæ Diuinitus inspiratam.

Lib. 3. de Civitate Dei. c. 15. in expositione horum verborum, Quasi vero luctus ille solis fuisset, non ideo magis credi debet: oculos Romulus, ipsumque cœlus auerserunt. Neque etiam diurni luminis indicatum, siue vera factum est, cū in Dominus crucifixus est crudelitate ac impietate Iudeorum, quā solis obscuracionem non ex canonico siderum cursu accidisse satis ostendit, quod tunc erat pascha Iudeorum, nam plena luna pasche so-

lennita s

Iennras agit, regularis autem solis defectio non nisi luna sine contingit. VIVES (regularis) idem est regularis quod canonicus a canone Græco. Hinc quidam monasti Diui Augustini, ne non semel putentur regulares, vix hoc vocari gaudent. Assertio hæc est iniuriosa, & sapit contemptum religionis, & lac quod ex magistro suo Erasmo iuxit, qui contemptor & infectator fuit religionum. Et verbum illud, quidam monasti, id palam manifestat, cum non monachos, neque religiosos, sed monachos eos appellat.

Lib. 3. c. vltimo in expositione horum verborum, Omitto quippe illa, quæ magis fuerunt mira quæ noxia, boues locutos, infantes nondum natos de vteris matrum quædam verba clamasse, volasse serpentes, fœminas, & gallinas, & homines in masculinum sexum fuisse conuersas, & cætera huiusmodi, quæ in eorum libris non fabulosi, sed historici, seu vera, seu falsa sunt, non inferunt hominibus pernitentem, sed stuporem. VIVES (fœminas, & gallinas, & homines) sexus mutatos, ex fœminis hominibus, viros factos, ex gallinis gallos gallinacos, mendum nullum est in scriptura: admiror quandoquidẽ vim coniunctionis nostre interpres parum intellegens, parum recte sic legi putat, fœminas & gallinas & homines: tum etiam, quod fœminam ad alia nõ posse animalia pertinere existimat quam ad homines, & homines esse tãtummodo virilis sexus, ideo sic explicat, fœminas conuersas in homines, id est, in viros, inquit, En quales homines venerabatur seculum prius: quoniam sumebant sibi veteres auctores enarrantos, cum nondum scirent homines etiam ad mulieres pertinere, & fœminas de brutis quoque animalibus dici: & miramur tam corruptas nos artes omnes à patribus accepisse, miremur potius, cã tale hominum genus in illas inuaserit, nos aliquas omnino accepisse. Assertio hæc est iniuriosa, sicut & præcedentes, & nõ solum contra personam priuatam, sed & contra religionem, & religiosos sancti Dominici. Non erat enim Dominicanum esse, vt ipse sæpe fateretur, qui tantam vtilitatem ecclesie Christi attulit: & vt omnibus honor & reuerentia concedatur, sufficeret solus Sacerdos Thomæ. & tamen ipse miratur inquit, En quales homines venerabatur seculum prius: quoniam sumebat sibi veteres auctores enarrantos. Et concludit, miremur cum tale hominum genus, nempe, ordinis sancti Dominici, in illas artes inuaserit.

Lib. 4. cap. 2. in illud, Illa vero mala nõ dico patienter, sed libenter habet, quibus ipsi sunt mali, & quæ pauca dixi de illa solacitate atque eius imperio, nec inde omnia vltique ad Cæsarem Augustum quod si ita cõmemorare voluissim, & exagere illa mala, quæ non sibi inuicem homines faciunt, sicut sunt vastationes, euerisionesque bellantium, sed ex ipsius mundi elementis terrenis accidunt rebus, quæ vno loco Apuleius breuiter astringit in eo libro, quem de mundo scripsit, Terrena omnia, dicens, mutationes, conuersiones, & intentiones, & remissiones atque interitum habere, VIVES. (Conuersiones & intentiones & remissiones atque interitum habere) Perisset negator ille, nisi aliud admiscuisset Augustino de intentione & remissione formarum, de qua re maior est inter eos digladiatio, quã nunquã inter Græcos & Troianos fuit super formosa Helena, nimirum illas suas formas nihil forme huius debere cedere existimãt, Assertio hæc similiter est iniuriosa, cõtumelia enim patre venerandum afficit dicens, Perisset negator ille, nisi aliud admiscuisset Augustino de intentione & remissione formarum.

Lib. 4. de Ciuit. c. 4. in commento horum verborum, Remota itaque iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua regna? Manus enim ipsa hominum, cũ imperio principis regitur, pacto societatis attingitur, placidã lege præda diuiditur. VIVES (quia & ipsa latrocinia) hoc idem elegantissime Cyprianus ad Donatum, Mader, inquit, orbis mutuo sanguine: & homicidium, cui admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur, cũ publicè geritur, impunitatem sceleribus acquirunt, non innocentie est ratio, sed sequitur magnitudo. Et profectio omnino nõ est bonorum hominum bellare, sed neque latrocinium, ac ne hominum quidem bellarum est iste furor, vnde bellum nomen accepit, vt in officijs significat Cicero, & Festus aperte testatur. Assertio hæc (vt de superiori asseruimus simili huic) est temeraria, quia contra communem sententiam tam Patrum quãque Doctorem omnium scholasticorum, qui asserunt, quod stantibus causis, quæ bellum iustificans atque bellare licet. Sapit etiam hæresim Lutherianorum asserentium, quod necque cõtra Turcas bellare licet. Et hæc assertio, nõ est hominum hominum bellare, sed nec latrocinium, & ne hominum est iste furor, sed bellarum, maxime proxima est huic, Bellare

no. 1

non licet contra Turcas, ista autem est formaliter hæretica, ergo illa, quæ est maxime proxima & propinqua illi, Bellare non est hominum, sed latrocinium, & est furor bellarum, & non hominum, sapit hæresim.

Lib. 4. c. 21. in expositione huius clausule, Consideratus enim officijs deorum deorumque omnium, quæ sicut voluerunt, pro sua opinione finxerunt, inueniant si possunt aliquid, quod ab aliquo deo præstari possit homini habenti virtutem, habenti felicitatem: quid doctrinæ vel à Mercurio, vel à Minerva petendum esset, cũ in virtus omnia se cum habere? ars quippe ipsa bene recteque viuendi virtus à veteribus diffinita est. VIVES. (ars quippe ipsa bene) Antiqui omnes virtutes appellarunt artes, atque scientias bene agendi: tum etiam, quod idem est, prudentias, vt in Memnone Plato: nec minus est ars habitus, quo & recte bene viuendo sumas inbitus, & recte beneque viuimus, quam quo vel fidibus canimus, vel palæstram exercemus, vel gladium fabricamus, aut vestem facimus. Verum isti nihil intelligunt, nisi vocabulis illis dicitur, quibus in schola assueuerunt. Quod si alijs dicas, etiam si idem valentibus, iam ibi erant, nihil intelligunt, omnia absurda parumque recte putant esse dicta. Assertio hæc est iniuriosa: per cõtemptum enim inquit, Verũ isti nihil intelligunt, nisi vocabulis illis dicitur, quibus in schola assueuerunt, & ex præcedentibus constat, quod loquitur de philosophis & Theologis, qui in scholis versantur, quos pro nihilo facit.

Lib. 5. c. 9. locũ hunc exponens, Quod vero negat ordinẽ omnium causarum esse certissimũ, & Dei præscientiã notissimũ, plus eum quã Stoici, detestatur. Aut enim Deũ esse negat, quod quidẽ, inducta alterius persona, in libris de deorũ natura facere molitus est, aut si esse cõfiteatur Deum, quem negat præscium futurorũ, etiã sic dicit nihil aliud, quã quod ille dixit insipientes in corde suo, Non est Deus. Qui enim nõ est præscius omnium futurorũ, non est vtiq; Deus: quapropter & voluntates nostræ tantã valent, quãtum Deus eas valere voluit, atque præsciunt: ideo quid quid valent certissime valent, & quod facturũ sunt ipse, omnino facturũ sunt, quia voluntas atque facturas ille præsciuit, cuius præscientia falli nõ potest. VIVES. (quapropter & voluntates nostræ tantũ valent) Creauit Deus voluntates nostras liberas, quæ ideo libere sunt, quia ille voluit, & vtrunlibet possunt facere ex contrarijs: aliud facturũ non

sunt, quam quod Deus præsciuit, quia aliud haud dubie nõquã facient, tametsi possunt. Certum est enim fieri pleraque posse, quæ nunquã fiunt: ita non res futuræ ex scientia Dei manant, sed scientia potius Dei ex illis, quæ tamen futuræ non sunt Deo, in quo est error multorum, sed præscientes. Quocirca non recte dicitur præscire, nisi relatu ad actiones nostras dicẽdus est scire, videre, certnere. Quod si indignum videtur à fluxa caducaque rerum natura sempiternam scientiã generari, dicamus à prouidentia voluntateque Dei cognitionem eius proficisci: voluntatem statuere, quid futurum sit scientiam quid voluntas statuerit, nosse. Origenes super Genesim, Quod futurum est, ait, causam esse cur id euentum præuiderit Deus. Itaque nõ id fieri, quia præcitur: potius cõtra præscire, quia futurũ est. Assertio hæc est temeraria, quia contra communem sensum tam Patrum quã Doctorem scholasticorum, qui cõcorditer cõsentunt, quod scientia Dei est causa rerum, & res futuræ manant ex scientia Dei, non tamen scientia Dei ex illis, & ideo fieri quod Deus præsciuit, nõ tamen cõtra, quia futura sunt, ideo Deum præscire. Et est fere idem quod de iustificatione, cuius opera nostra assignare causam est erroneum.

Lib. 6. c. 4. in verba illa, Restat vt de nulla deorũ natura scripsisse intelligatur: neque hoc aperte dicere voluisse, sed inelligentibus reliquit. Nã vbi dicitur, Nõ omnis, vltimate intelligitur aliqua, sed potest intelligi & nulla: quoniã quæ nulla est, neque omnis, neque aliqua est. Nam vt ipse dicit, Si omnis esset natura deorũ de qua scriberet, scribẽdi ordine rebus humanis præponẽda esset. VIVES. (Nam vt ipse dicit si omnis esset) Augustinus sublato connexo, aufert & id cui est connexum: nostri dicunt reiecta cõclusionone conditionalis, reijci quod præcedit: sic si aliqua esset natura deorũ, de qua scribit, ea præponẽda esset rebus humanis, at nõ est præponẽda natura, de qua scribit, rebus humanis, non est ergo illa natura vlla Diuina: si enim aliter fieret, cõsecutio esset mala, cũ fieri posset, vt quod antecedit, esset verũ, falsũ vero quod sequitur: repugnã enim consequentis enũtiati verũ esset cũ antecedenti. Hęc quæ modo dixi dialiectica essent, si verbis dialiecticis scriberetur, hoc est, scholasticis fœtoris & scolaris plenis. Sed quia grãmaticis, hoc est, paulo latinioribus etiã si non exacte Latinis grãmatica sunt, non dialiectica. Assertio

Sf hæc

hæc est iniuriosa, & formaliter pijs aures of-  
fendens, asserens ea, quæ in scholis disputan-  
tu plena esse feroris & sceleris.

Lib. 8. c. 4. explicans hanc clausulam, Sed  
inter discipulos Socratis non quidem im-  
rito excellentissima gloria claruit, qui omni-  
no ceteros obsecrasset, Plato, Qui cum esset  
Atheniensis, &c. Et concludit fortassis enim,  
qui Platonem ceteris philosophis gentium  
longè lateque prælatum, acutus atque ve-  
ransas inter ex. Iste atque secuti esse fama ce-  
lebriore laudantur, aliquid tale de Deo  
sentiant, ut in illo inueniatur & causa sub-  
sistendi, & ratio intelligendi, & ordo vi-  
uendi. Quorum trium vnum ad naturalem,  
alterum ad rationalem, tertium ad mora-  
lem partem intelligitur pertinere: si enim  
homo ita creatus est, ut per id quod in eo  
præcellit, attingit illud, quod cuncta præ-  
cellit, id est, vnum verum optimū Deum,  
sive quo nulla natura subtili, nulla doctri-  
na intrinsecus, nullas usus excedit, ipse que-  
ratur, ubi nobis omnia sunt secuta, ipse cer-  
natur ubi nobis certa sunt omnia, ipse diliga-  
tur ubi nobis recta sunt omnia. VIVES.  
(Qui cum esset Atheniensis) Platonis pa-  
rentes fuisse Aristo. & Perictione; paternū  
genus in Codicum referebatur, qui vltimus  
regnum Athenis tenuit: matrem in Solo-  
nem vnum ex septem sapientibus. Natus est  
Plato Athenis Olymp. 88. huius viri vitam  
actusque præclaros multi literis mandarūt,  
multi illi supra humanum omne fastigiū de  
moribus & sapientia collocat, sed re vera tā-  
tū abest ut amore logi? iusto euctos credā,  
ut nisi scirem, additisissimos illi esse, qui hæc  
faciunt, subinuidisse laudibus illius suspica-  
ret. Fallitur mea sententia quisquis Platonē  
non aliquantulum plus quam hominem, aut  
certe non ex optima illa & rarissima homi-  
num nota fuisse putat. Assertio hæc fatua  
& stulta videtur: nam si qui non credūt Pla-  
tonem plusquam hominem fuisse, falluntur:  
credidit ergo ipse Platonem aliquanto plus  
quā hominem fuisse: aliquāto vero plusquā  
homo esse non potest, nisi Angelus, vel ergo  
bonus vel malus: si bonus, corpore ergo as-  
sumpto inter homines versabatur: quod si  
hoc detur, deceptus ergo Atheniensis, qui eū  
tantum hominem existimabant, & mirabi-  
lia quæ dixit & scripsit non ratione huma-  
na, sed intellectu Angelico ex fonte Di-  
uinitatis hausit: quod asserere stultum &  
fatuum est: Angelum vero malum transfi-  
guratum in formam hominis ipse non da-

bit, conuincitur ergo asserentem stultam  
& fatuam esse.

(Qua vero determinatur falsum) inquit  
eodem capite, Magnis & odiosis contentio-  
nibus nostris philosophi quarunt, sit ne dia-  
lectica scientia practica an speculatiuaque  
disputatio multis mea sententia, quales  
sunt penè omnes, qui hac tempestate in phi-  
losophia docentur, discutianturque, di-  
stincte studia iuuenum confictis miris so-  
mnijs de speculatione & praxi. Et infra sub-  
dit, Sed illi neque quid sit inspicere res na-  
turæ sciunt, neque quid agere vitam, aut  
quomodo sit agenda. Et eodem capite in-  
fra, Quid opus cum tam multis clamoribus  
disputare sit ne hoc intellectus an voluntas?  
cum satis, ut alios præteream, ab Aristote.  
in lib. Moralibus dictum sit, mentem esse  
in homine omnium optimam & præstantis-  
simam, in ea est & quem vocant intelle-  
ctum, & voluntas, & memoria: verum illa,  
quia sic dicuntur, ut neque vnquam fuer-  
int, neque intelliguntur, admirationis sunt.  
Assertiones istæ sunt stultæ & iniuriosæ:  
stultum enim & iniuriosum est asserere di-  
sputationes, quæ hac tempestate in philo-  
sophia docentur, inutiles esse: & similiter  
asserere, quod philosophi nesciunt inspi-  
cere, quid sint res nature, neque quid agere  
vitam, aut quomodo sit agenda. Similiter  
etiam & id quod inquit, Verum illa quæ sic  
dicuntur, ut neque vnquā fuerint, neque in-  
telligantur, admirationis sit.

Libro. 8. de Ciuitate Dei cap. 9. in com-  
mento horum verborum, Nunc satis sit  
commemorare Platonem determinasse fini-  
nem boni esse secundum virtutem viue-  
re: & ei soli euenire posse, qui notitiam  
Dei habeat & imitationem: neque esse a-  
liam ob causam beatum: ideoque non dubi-  
tat hoc esse philosophari, amare Deum,  
cuius natura incorporealis sit. VIVES.  
(Nunc satis commemorare Platonem de-  
terminasse) Homo venerabili, & sancta  
doctrina Plato, cum in alijs penè rebus  
ceteros omnes philosophos vicat, tum ve-  
ro in diffinendo summo hominis bono se-  
ipsum quoque superauit. Assertio hæc est  
male sonans. Doctrinam enim a Deo reue-  
lam sanctam dicimus, & credimus. Doctri-  
nam vero philosophorum, qui Gentiles fue-  
runt, veni & optimam dicimus & hone-  
stam, quæ bonos mores docet, & ut secun-  
dum virtutem viuamus. Inducit, Quod si  
quid sanctum Plato, & Socrates, vel ceteri phi-

philosophi scripserunt: Doctores omnes sa-  
cra concorditer cōueniant, quod Plato Di-  
uina & sancta quæ scripsit ab Israclitis mu-  
tuatus est, nā asserunt, quod in Aegypto per  
longum tempus cū illis est cōuerfatus, & ex  
doctrina, quæ Deus patribus reuelauit, mira  
quæ scripsit ex veteri Testamento sacundia  
& eloquentia sua occultauit: ac si ex mente  
ppria dixisset & scripsisset. Vnde non mirū,  
quod cū ea, quæ Deus reuelauit Patribus,  
sancta sint & Diuina, quod ea, quæ Plato scri-  
psit, eiusmodi hominibus talia videantur.

Lib. 8. c. 10. in expositione horum verbo-  
rum, Hæc itaque causa est, ut istos ceteris  
præferamus quia cū alij philosophi ingenia  
sua studiaque cōtrierint in requirendis re-  
rum causis, & quinā esset modus discendi atque  
viuendi, isti Deo cognito, repererūt ubi ef-  
ficeret causa cōstitutaque vniuersitatis, & lux per-  
cipiendæ veritatis, & fons bibēdi felicitatis: si-  
ue ergo isti Platonici, siue quicūque alij, qua-  
rūlibet gētrium philosophi de Deo ista sen-  
tiunt, nobiscū sentiunt. Sed ideo cū Platoni-  
cis magis placuit hæc causam agere, quia eo-  
rū sunt literæ notiores. VIVES. Sed ideo  
cū Platonici) A temporibus Platonis &  
Aristotelis vsq; ad Alexandrū Aphrodi-  
seum, Aristoteles nominabatur magis quā  
vel legebatur a doctis vel intelligebatur: pri-  
mus ille aggressus cum enarrare, & adiuuit  
studia multorum, & ad alia in eo philosopho  
querenda excitauit, mansit tamen crebrior  
in manibus hominum, & notior Plato, vsque  
ad scholas in Gallia & Italia publice consti-  
tutas. Et in calce commenti, Platone vero,  
& quod ab eis nō intelligeretur, quāuis mul-  
to minus Aristoteles, & quod artificium nō  
videretur docere, ne nominato quidem, non  
quodd minore ut in eruditorem putent  
Platonem Aristotelem, sed quod ferendum  
nō est, Platonem sanctissimū philosophum  
præteriti, & Aristotelem ita legi, ut meliore re-  
fecta parte, quæ retinetur, id cogatur loqui,  
quod ipse tubet stultitias meras, quales non  
dico Aristoteles, sed neque quisquā illi? tēpo-  
ris per furorē cogitarit. Assertio hæc, quod  
ferendum nō est Platonē sanctissimū philoso-  
phum, si fidē excludat, est heretica, nam post  
peccatū Adæ sine fide mediatoris nullus vn-  
quā fuit iustificatus, neque salutē cōsecutus. Si  
vero fidē nō excludat, est assertio scādaloſa  
& temeraria: scādaloſa, quia quilibet audiēs  
Socratem, Platonem, Aristotelem sanctos  
fuisse, merito scādalum accipiet, consideras,  
vnde philosophis, cum Gētilis essent (& vti

nā nō idololatres) sanctitas, & nedum sanctos,  
sed etiā sanctissimos. Quod vero sit temera-  
ria, ex eo cōstet, quod sine fundamento & ra-  
tione id asseritur: aduerfatur enim cōmuni  
sententiæ Patrum & Doctorum scholastico-  
rum. Quod aduerfetur sententiæ Patrum  
constat: aduerfatur Augustino, qui in epi-  
stola. 157. ad Optatum episcopum inquit, Il-  
la fides in nobis salua sit, qua credimus nul-  
lum hominum siue maioris, siue paruulæ  
quanlibet recentis ætatis liberari a conta-  
gione mortis antiquæ & obligatione pecca-  
ti, quod proxima nauitate contraxit, nisi  
per vnum mediatorem, Dei & hominum  
Christum Iesum, cuius hominis eiusdemque  
Dei saluberrima fide illi iusti facti sunt, qui  
priusquam veniret in carne, crediderunt in  
carne venturum: eadem namque fides est &  
nostra & illorum, quoniam hoc illi credide-  
runt futurum, quid nos credimus factum.  
Quod si quis dicat, philosophi fide impli-  
cita crediderunt Christum in carne ventu-  
rum: vtinam crediderint? sed credo Paulo,  
qui de omnibus gentibus, philosophis non  
exceptis, inquit ad Rom. 1. Quia cum cog-  
nouissent Deum, non sicut Deum glori-  
ficauerunt, aut gratias egerunt, sed euan-  
nuerunt in cogitationibus suis, & obscu-  
ratum est inspiens cor eorum, dicentes  
enim se esse sapientes, stulti facti sunt, &  
mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in  
similitudinem imaginis corruptibilis ho-  
minis, volucrum, & quadrupedum, & fer-  
pentium: si ergo Paulus expresse asserit,  
quod sapientes illorum, qui vtique non  
alij quā philosophi erant, in idololatriam  
declinauerunt, vnde ergo illis fides impli-  
cita, cum fides ita per idololatriam, si-  
cut per infidelitatem & hæresim corrup-  
patur? Et Paulus simpliciter & absolute  
de omnibus gentibus sapientibus & phi-  
losophis inquit, quod inexcusabiles sunt.  
Tum etiam Augustinus contra Iulianum  
Pelagianum, libro quarto, fol. 222. E. & de  
iugo graui, quod est super filios primi A-  
dam nemo liberat nisi secundus Adam:  
sed abist, ut sit in aliquo vera virtus, ni-  
si fuerit iustus: abist ut sit iustus vere, ni-  
si viuat ex fide. Iustus enim ex fide viu-  
it: quis porò eorum, qui se Christia-  
nos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut  
in ipsis eriam forte tu solus, iustum dix-  
erit infidelem, iustum dixerit impium, ius-  
tum dixerit diabolo mancipatum: sit licet  
ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio,  
St 2 fit



fit licet Regulus, quorū me nominib⁹ tāquā in antiqua Romana curia loqueremur putasti esse terendum, si ergo expresse Augustinus ait, qui iustam dixerit infidelem, iustus autem ex fide viuit, assentitur ergo expresse, in infidelibus & gētib⁹ fidem nō esse neque explicitam, neque implicitam. Et tomo 10. ad fratres in eremo sermone. 13. O quantus rigor fortitudinis fuit in Platone, o quot & quanti patiebatur cōtraria, sed quia fundamento fidei caruit, propterea spes cam fortitudinem non erexit, & charitati nō profecit, ideo virtutis meritum omnino omisit. O sanctissimum Platone, quem expresse affirmat Augustinus caruisse fundamentum fidei, sp̄ci & charitatis, & meritum virtutis omnino omisisse: si meritum virtutis a misit, unde sanctissimus? Et tomo. 8. supradicto super Psalm. 140. Aborti sunt iuxta petram iudices eorum, petra autem erat Christus, iuxta, id est, comparati iudices magni, potentes, docti (nempe ipsi philosophi) dicuntur iudices eorum, tanquā iudicantes de moribus, & sententiam proferetes. Dixit hoc Aristoteles, Ad iunge illā petra, & abortus est, qui est Aristoteles, audiunt. Dixit Christus, & apud inferos cōremisit. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato. Ad iuge illos petre, compara autoritatē illorum autoritatē Eūangelicā, cōpara inflata crucifixio: dicam⁹ eis, Vos literas vestras cōscripsistis in cordibus superbiorū, ille crucē suam fixit in cordibus regū. Qui ergo de Aristotele asseruit, quod apud inferos cōremisit, idem de Pythagora & Platone sensit. Chrysothomus homi. 7. in epistolā ad Corinth. h. c. 2. G. Et vt consuetudinis vires intelligas, illud cōsidera, siquidē ipsa Dei praecepta nō nunquā superauit. Et quid praecepta cōmemoror? num ne ipsa quoque beneficiā? nam & Iudae cū nianna haberent, alium quaerebant, & cū libertate fruerentur, seruitutis recordabantur, & Aegyptum sepenuero expectabant propter consuetudinem alia violēta res est. Quod si ab externis quātum possit cognoscere placeat, fertur Plato, quāuis certo eorum intelligeret errorem, qui deos colerent, solennitatibus tamen & alijs deorum cōgruētijs condescendisse, vtputa, qui cōsuetudini repugnare nō posset. Quod re ipsa a magistro (nempe Socrate) edidit, qui suspectus quāsdā circa religionem inno-uasse, tantum abfuit vt quod vellet assequeretur, & vt vita quāuis defensus excideret. Martyres, qui ne deos colerent, mortem

libenter susceperunt, sanctos dicimus, & appellamus. Platone vero, qui gentium errorem intelligens, deos plures colentes condescendens solennitatibus & cōgruētijs deorum, quos colebant, sanctissimum dicit, cū tamen teneretur potius mortem subire quā solennitatibus & cōgruētijs deorum condescendere.

Ambrosius de vocatione gentiū lib. 1. c. 2. sic de illis scribit. Cū enim quidem non solum ad instituta vtilissimarum artium, & doctrinas liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni, aciem mentis intendere: & inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt intellecta conspexerint, nō agentes gratias tamen Deo, neque confitentis illum sibi esse huius facultatis autorem, sed dicentes, se esse sapientes, hoc est, non in Deo, sed in seipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studijs atque rationibus propinquassent, euauerunt in cogitationibus suis, & quod illuminati Dei gratia inuenerant, obsecante superbia, perdidērūt, relapsi a superna luce ad tenebras suas, hoc est, ab incommutabili atque aeterno bono ad mutabilem corruptibilemque naturam. Ecce qualiter Ambrosius idem quod Paulus asserit, nempe, quod sapientes gentium euauerunt in cogitationibus suis, & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, superbia eorum obcaecare eos, & eorum sectatores: & maxime Platonicis, qui tanquā epulatores & conuiuia frequentantes circa alios philosophos non bene audiebant.

Hieronymus tomo. 2. ad Cresiphontem, Quae enim potest alia maior esse temeritas, quā sibi non dicam similitudinem, sed equitatem vendicare, & breui sententia omnium haereticorum venena complecti, quae de philosophorum, & maxime Pythagorae, & Zenonis principis Stoicorum fonte manant. Si ergo sententia Hieronymi venena haereticorum de fonte philosophorum manant, & haeretici a fide recesserunt, quomodo philosophi ita in ea permanserunt, vt nedum iusti & sancti, sed nomine sanctissimorum venerentur? Et tomo septimo in Ecclesiastem cap. 5. hunc locum exponens, Est languor pessimus, quem vidi sub sole, sic scripsit, De philosophis mihi videtur vel haereticis dicere, qui congregant diuitias dogmatum in malum suum, & nec reprobos vilitatem possunt aliquam consecqui, nec sectatoribus suis fructum relinquere perpetuū, sed & ipsi & discipuli reuertuntur in

in terram, & perdunt diuitias ab eo, qui dixit, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo: vbi sapiēs? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, & reliqua. Vere quippe sicut egressi sunt de vtero matris suae, ac sua peruersa videlicet ecclesia, eiusque contraria, de qua scriptum est, Quae autem sursum est Hierusalē libera est, quae est mater omnium nostrū, & de qua scribitur, Latere sterilis, quae non parit, erumpit & clama, quae non parturit, quia multi filij deserere magis quā eius quae habet virum sic nudi vadunt inuentum, & nihil laborantes doctrinae suae secum ferent, quia defecerunt scrutantes scrutatio, & feruntur omni vento doctrinae, nec habent lucem, sed in tenebris sua comedunt sacramenta semper in infirmitate, semper in iracundia sunt thesaurizantes sibi iram in die irae, neque habentes propitium Deum. Si ergo secundum Hieronymum philosophi sicut & haeretici non solum ipsi, sed & eorum sectatores perdunt diuitias aeternas, & nudi vadunt inuentum, & nihil laboris doctrinae secum ferunt, & thesaurizant sibi irā in die irae, neque Deum habebunt propitium, vbi ergo est illorum sanctitas, vt sanctissimi dicantur? Quod vero assertio haec, Sanctissimus philosophorum Plato, sit contra communem doctrinam & sensum Doctorum scholasticorum ex eo constat, quia licet in particulari de Socrate, Platone, Pythagora, & Aristotele, pie & verissimiliter aliqui opinentur, eos fidem implicitam Christi habuisse, & in gratia Dei fuisse, non tamen est auditum, quod aliquis eos sanctos aut sanctissimos dixerit, maxime quia qui eorum gesta scriperunt, eos notant vitijs specialibus: & in his, quae lumine naturali sunt nota, turpiter errant, quia malitia eorum excacauit eos, & qui ad idololatram declinauerunt vt Chrysothomus inquit, declinasse, ideo inexcusabiles sunt. An vero fidem implicitam de facto habuerunt, vide supra secundo tomo Chrysothomi ad septimū, & Ambrosium ad vigesimum octauū. Assertio vero illa vltima, Aristoteles, id cogatur loqui, quod ipsi iubent, stultitias meras, quales non dico Aristoteles, sed neque quisquam illius temporis per furorē cogitavit, iniuriōsa est assertio, tam cōtra philosophos quā etiam contra Theologos.

Libro. 8. cap. 13. exponens locum hunc, Sed de hoc habemus sententiam Platonis

dicentis, Omnes deos bonos esse, neque esse omnino vltum exprem malum (quae periodus damnat expresse assertionem praecedentem, nempe, Platone sanctissimū philosophorum fuisse.) VIVES. Porphirius philosophus in. 2. lib. de abstinentia animorum, ciuitatibus interdum esse opus subdicat malis demonibus sacra facere, ne frugibus, ne diuitijs, ne vbi ipsi nocent, nam rara est, inquit, apud omnes fides eos lesuros genus humanū, si irascatur, propter ea quod negligantur, neque cultum legitimum nanciscantur. Neque id solum docet ex vulgari esse opinione, sed Theologorum quoque, qui malis demonibus mactari permittunt victimam, gustari ea ca vetant. Assertio haec blasphemā est, & scandalosa, nisi scholasticus est, quid est in causa quod Porphirium non impugnet, cū euident sit, falso Theologis impositum, quod permittant victimas demonibus malis mactari. Quod sit blasphemā ex eo constat, quia in re est Theologos asserere ministros esse Satanae, scandalosa vero, quia simplicibus & infirmis occasionem praebet ruinae.

Libro. 8. cap. 16. hunc locum exponens, Breuiter autem demonis diffinitionis ait, esse genere animalia animo passiuā, mente rationalia, corpore aerea, tempore aeterna. Honorum vero quinquē tria priora illis esse nobiscum communia: quartum proprium, quintū eos cū dijs habere commune. Sed videtur trium superiorum quae nobiscum habent, duo etiam cū dijs habere. Animalia quippe esse dicit, & deos, qui sua cuique elementa distribuens in terrestribus animalibus homines posuit cum ceteris, quae in terra viuunt & sentiunt: in aquatilibus pisces, & alia natalia: in aereis daemones, in aethereis deos. Et infra, Melior est enim temporalis felicitas, quā misera aeternitas. VIVES. Plato in libris de legi. satis esse sentit, quā mininum tēpus viuere, quā totam immortalitatem maxima bonorum exteriorum, & corporis vbertate ac affluentia, sine iniuria tamen & ceteris virtutibus. Nescio quid philosophi nungunt, melius est esse, quā non esse. Assertio haec est iniuriōsa nedum contra philosophos, sed etiam contra plures Doctores scholasticos, qui simpliciter affirmat propositionem quā ipse dicit nugae esse, asserens quod nungantur.

Libro. 9. cap. 17. in commento horum verborum, Qui profecto incōtamabilis De⁹

absit vt contaminationē timeret ex homine quo inductus est, aut ex hominibus, inter quos in homine conuersus est. VIVES. (ex homine quo inductus est) Sic semper Augustinus & Hieronymus & ceteri Latini scriptores nostræ religionis, Christū hominē dicatū assumpsisse, nec fere norūt aliud loquendi genus, cū de assumpto à filio Dei homine loquuntur. Recentiores Theologi, vt ipsi soli de cælo cecidisse videantur, scrutata tota Christi Diuinitate & humanitate, inueniunt nō hominē assumpsisse illum, sed humanitatē. Et hoc dicunt esse aduersum hæreticos iustissimum, ceu vero parum tuti futuri essemus Augustini & Hieronymi dictis muniti. At illi inquit, humanitatem se fere re, cū hominem dixerunt. Loquantur ergo isti vt illi, & sic sentiant: sed isti linguarum peritiores, & totius rationis loquendi rudem illam vultustatem & incertam Latini Græciq; sermonis emendant & expoliunt. Verum omnium falsissimum est, quod cum nefas putent à verberibus nostræ pietatis scriptoribus dissentire, ipsi cūm dissentiant, acuti sibi videntur, alios si à se discedant, antiquis accedentes, hæreticos continuo clamant. Nam si quis in schola frequentibus Theologia candidatis, & præcipue, qui religiosiores videri & dici affectant, idque iam prope obtinuerunt, si quis ergo apud illos ait Christum assumpsisse hominem, pro hæretico maximis conutijs exceptus & consensu eieceretur. At inquit, homo nomen est suppositū, humanitas nomen est naturæ, quis hæreticus non se irridere nos putet si hinc vtatur? quis non irrideri si vtatur? Assertio hæc sapit hæresim, est enim hæresis Græcorum propinqua, & aduersatur fidei. Quod sit propinqua hæresi ex eo constat, quia Græci affirmarunt in Christo esse duas hypostasies vel suppositas: & quia in re hypostasies & persona idem omnino significant, ideo Concilia generalia, Constantinopolitanum quintum, & Ephesium & Calcedonense diffinierūt nullo modo esse admitendum quod in Christo sunt duæ hypostasies, nec duæ personæ, sed tantum vnica, quæ ratione naturæ Diuinæ est persona Diuina, & ratione naturæ humanæ est persona humana. Et ideo de fide est, quod vnio naturæ humanæ cū verbo fuit facta in persona, sic quod ex vnione ex duabus naturis vnica resultat persona. In rigore ergo asserere, quod Christus assumpsit hominē, sapit hæresim, quia cūm homo sit nomē sup-

positi euidenter colligitur, quod in Christo sunt duo supposita, & duæ personæ, quæ est formaliter hæretica. Quod vero aduersetur fidei ex diffinitionibus Conciliorum constat. Doctores autem scholasticī propter reuerentiam Patribus maxime Hieronymo & Augustino debitam diligant propositionem hanc, Christus assumpsit hominē, quæ, si homo sit nomen suppositū, est formaliter hæretica, si vero nomen naturæ, est Catholica. Quæ distinctione ipsi Doctores sacri pluribus in locis vtuntur, & Augustinus hoc libro. 9. c. 17. in fine capituli de Christo Domini non loquens sic ait, Hic est, sicut Deum prædicat sancta scriptura mediator Dei: & hominum homo Christus Iesus, de cuius Diuinitate, quia Patri est semper æqualis, & humanitate, quæ nobis factus est similis, nō hic est locus vt competenter pro nostra facultate dicamus. Palam asserit Augustinus, quod ex duabus naturis, Diuinitate nempe & humanitate, resultat vnicum suppositū, & vnica persona Diuina & humana.

Libro. 11. cap. 11. in horum verborum commento, Quæ cūm ita sint, nullo quidem modo secundum aliquod temporis spatium prius erant illi spiritus tenebræ, quos Angelos dicimus, sed simul vt facti sunt, lux facti sunt: non tamen ita tantum creati, vt quoquomodo essent, & quoquomodo viderent, fed etiā illuminati, vt sapienter beateque viderent: ab hac illuminatione auersi quidem Angelī non solum nō obtinuerunt excellentiam sapientis beateque virtus, quæ proculdubio nō nisi æterna gemitatisque lux est certa atque secura, sed & rationalē vitam licet insipientē sic habent, vt eam nō possint amittere, neque si velint. VIVES. (sed simul vt facti) Hic statim ne mirē videantur scholæ, instantibus & tricus, horrentes adsunt, magnisque clamoribus velut es suum efflagrant responderi sibi, poterint Angelī de Deo bene mereri in primo illo momento, quo sunt ab opifice rerum omnium progeniti: an poterunt, vt ipsi dicunt, demereri? Nam nisi improprie dicatur, non constabit Theologica proprietates, quod inflans fuerit creationis, quod in quā nāserunt, quod in quo ceciderūt alij, alij steterūt. Et hinc multa cœn in cōsilio fuerūt naturæ principij, cūm mundum hunc cōderet, magno supercilio diffiniunt, tanto, tam asseruerūt, vt iures illos serio dicere, & aliquid omnino dicere, nec nugas esse meras. Vix humana ipsa plene vt cognosceremus ingratia mortalibus permittit Deo. Nescim⁹ quid illud erat,

illud erat, quod habeat ante principē noxā homo ille hominum patris: & nescimus quā do peccatū, vbi, qua ratione torā illā humane genitæ tragediā inuixerit: initū & seminarium malorū omnium clarū est, quia scire non meretur: et iam istū, quasi humanis omnibus exploratis negotijs sese Angelorū ardentes immiscerent non quibuslibet, nec quæ vulgaris sapiētig magister iussit, sed quæ verisimile est, neq; Angelos quidē ipsos nosse. Nā origenes rerum, & quid in illis sit factū author nouit, nō id quod gignitur. Accedit his, quod cū de instātibz magna sit inter homunculos cōtrouersia, vtraque, factione rē totam permaluoose ad se suosque vindicāte: isti per hoc tanquā reu apertā iam & certā de incertissimis & altissima caligine meritis inquirunt. Assertio hæc à principio vsque ad finē est iniuriola, & cōiutis plena, cū Theologos omnes scholasticos irideat, & quæstiones, quæ de Angelis in scholis versantur, nu gas meras esse dicat, & Doctores sanctos, vt pote S. Thoma & ceteros qui de Angelis disputarūt, homunculos nominet: & inter magnas esse asserat de instantibus Angelorū cōtrouersias. Accedit his, quod pro se Originē citat, & ideo timendum est quod erroribus ipsius circa naturā & cōditionē Angelorū cōsenserit. Quod si de facto ita est, eius assertio nēdū erit iniuriola, sed etiam erronea.

Lib. 12. c. 17. explicās locum hūc, ego sicut Dñm Deum aliquādo Dām nō fuisse dicere nō audeo, ita hominē nō quā antea fuisse, & ex quodā tempore primum hominē creatum esse, dubitare nō debeo. VIVES. (ali quando Dñm non fuisse dicere non audeo) Nam seruos non habuit, quorum relatione Dñs dicitur, Est enim ex numero eorū, quæ sunt *propter*, vt Aristoteles inquit, nam Filius & Spiritus sancti Dñm vocare non cōuenit, (si enim de alio atque alio intelligatur) Si Augustinus legisset parua logica, non id dixisset, certē enim sunt suppositiones & distributiones, quas illi doctissimi magistrī in ea lingua sinxerunt, cuius erant ignarissimi. Satis ostendit hic Augustinus sermonem ad caipum esse populū attemperandum, quid nisi cū Dominus sit populus sermonis. Assertio hæc iniuriola est, sicut & præcedentes, per cōtemptum enim dicit, magistrī doctissimi in sua lingua sinxerunt suppositiones & distributiones. Et etiam iniuria est manifesta in verbis, quæ addit, cuius erant ignoratissimi: quod verbum esse iniuriolum euidentē est.

Lib. 13. cap. 11. in commento horum verbo

rum, Nunc iam delapsu primi hominis, imo primorum hominum: & de origine ac propagatione mortis humane disputationem à nobis institutam rerum ordo deposcit. Non enim eo modo quo Angelos cōsiderat Deus, ita condit & homines: vt etiam si peccassēt, morti omnino non possent, sed ita vt perfunctos obedientiæ munere sine interuētū mortis Angelica immortalitas & beata æternitas sequeretur: inobediētes autem mors pleteret damnationē iustissima. VIVES. (per functos obedientiæ munere sine interuētū mortis Angelica immortalitas & beata æternitas sequeretur: inobediētes autem mors pleteret damnationē iustissima) Hic multa quæ rantur, & ab Augustino primum, & ab auctore sententiarum lib. 2. de his que hominī, si nō deliquisset, euissent: sed modeste ab istis, & vt pudorem intelligas, quo inquirūt magis quā vt cōperisset se profiteantur. Recentiores, qui cōmentarios in sententias scripserunt, modo arbitrarijs coniecturis, modo rationibus ex hac natura rerū petitis, quidquid eis in mentem uenit, confidentissime diffiniunt. Audio illorum rationes, sed plane video in tenebris eos ingredi: nec pedetentim aut palpantes velle procedere, sed cursu se quo intendunt: proripere, nulla veritatis præcipitia. Equidem quid factum sit, magno nostro malo nemo ignorat: quid fuisse, nescio, an vel ipsi Adam ostensum fuit, quāto minus nobis misselis? Nā qui prodesset vti coniecturis, in re que cōiecturas omnes superat humanas, & miraculum est audientibus: ceu vero necesse sit eius rei progressus leges huius creatæ naturæ sequi, cui⁹ in iura hanc ipsam, si tunc fuisset, naturam stupescissent. Assertio hæc à principio vsq; ad finem est iniuriola, & cōiutis plena: nam inquit recentiores, qui cōmentarios in sententias scripserunt, quidquid eis in mentem uenit confidentissime diffiniunt: & eosdē Doctores scholasticos inquit se videre in tenebris ingredi, sed cursu quo intendunt proripere nulla veritas præcipitia in foueat cadunt: quod magno nostro malo nemo ignorat, quid vero fuisset inquit se ignorare, an vel ipsi Adam ostensum fuit, quāto minus nobis misselis. Quæ omnia verba contra Theologos inducta iniuriola sunt & cōtumeliosa.

Lib. 13. de Ciuit. Dei. c. 11. in expositione huius periodi, Si autē absurdū est, vt hominē antequā ad mortē perueniat, iam esse dicamus in morte: cui enim propinquat peragendo vitæ suæ tempora, si iam in illa est, maxime quia nimis est insolens, vt simul & viuēs esse dicatur & mortiens, cūm vigilans &

domiens simul esse non possit: quærendum est quādo erit moriens etenim antequā mors veniat, non est moriens, sed viuens: cū vero mors venerit, mortuus erit, non moriens. Illud ergo est adhuc ante mortem, hoc iam post mortem. Quādo ergo in morte? VIVES. (quia nimis est infelēs) Nimis insolitum, vocabulum est antiquum, quo vitur Salustius, vsurpator veterum vocabulorum, & Gellius gmulus. (Quando ergo in morte) Nimis es Augustine, quod sit dictum cū bona venia & ingenij & sanctitatis tuæ, nimis rudis es, & visu hebeti. Nulla hic tu vides instantia quæ boni dialectici & Theologi tradunt, primum esse, primum non esse: vltimū esse, & vltimum non esse. In morte est in primo instanti non esse: quia tunc desijt esse. Nondum intelligi? Expone sic: nunc non est, & immediate ante hoc fuit. Non intelligis quid sit immediate? Nimirum nō est vocabulum tui temporis: nostrum est: vt scias non solis Romanis licuisse in linguam Latinam. Rursus sic expone: Nullum est dabile intrans ante hoc, in quod & hoc nō fuit. Nondum capis? Redi ergo ad scholam, & doceat te ista pueri: nam melius hoc pueri tenent, quippe puerilia, quam senes. Sed alias de his rebus suauis ego & tu confabulabimur. Assertio hæc est iniuriosa, quia ea, quæ in scholis docentur, puerilia & fabulosa dicit: & eundem quæ de instantibus à dialecticis, sed etiam à Theologis traduntur. In expositione huius periodi, vnde iam apparet vicinque quales esse debent in hac peregrinatione ciues, ac ciuitatis Dei viuentes secundum spiritum, non secundum carnem, hoc est, secundum Deum, nō secundum hominem: & quales in illa contendunt in mortalitate futuri sint: ciuitas porrō, hoc est, societas impiorū non secundum Deum, sed secundum hominem viuentium, & in ipso cultu falsæ, contemptuque veræ Diuinitatis doctrinas hominum, demonum ve sectantium, hic affectibus prauis, tanquam morbis, & perturbationibus quaeritur. VIVES. (doctrinas hominum demonumque sectantium) sunt disciplinae, quas demones hominibus tradiderunt, vt magia, astronomia, & omne diuinationis genus, præter propheticum. Plato in Phædro demonem, cui erat nomē Theuth, inuenisse scribit literas, arithmeticas, geometricas, astronomiam aliam: & ad Thamū Aegypti regem detulisse dialecticam quoque; hanc contentiosam & pertinacem, non dubiam ab ingenio diabolico esse profectam;

quod in verū cōtra niti semper, & melius dicenti nunquā credere, & falso, verū gaudet vincere. Assertio hæc, nedū iniuriosa, sed temeraria est: quia sine fundamento & ratione asserta, & contra sententiam, nedum sapientium, sed euidenter aduersatur communi sententiæ omnium Doctorum scholasticorum, qui concorditer conueniunt, non à demonibus, neque ab ingenio diabolico esse profectam, sed à viris religiosis sapientiæ & veræ scientiæ amatoribus & sectatoribus, qui semper vero gaudent, & falso displicent, & rectus assentiunt credunt, & assentiuntur: quod cū ita sit, constat prædictam assertionē nedum iniuriosam, sed temerariam esse.

Lib. 15. c. 13. in hunc locum, Sed quomodo libet istud accipiatur, siue credatur ita esse factum, siue non credatur: siue postremo ita, siue non ita sit: recte fieri nullo modo dubi tauerim: vt cū diuersum aliquid in vtriusque codicibus inuenitur, quando quidem ad hūc rerum gestarum vtriusque: esse non potest verū, ei lingue potius credatur, vnde est in aliā per interpretes facta translatio. Nā in quibusdam etiam codicibus Græcis tribus, & vno Latino, & vno etiam Syro inter se consentientibus inuentus est Mathusale sex annis ante diluuium fuisse defunctus. VIVES. (ei lingue potius credatur vnde est in aliam facta translatio) Hoc ipsum Hieronymus clamat, hoc ipsa docet ratio, & nullus est sanior iudicio, qui repugnet: sed frustra consensus bonorum ingeniorum hoc censet: nā rigidus stupor velut moles opponitur: nō quia isti inscij sunt earum linguarum, nam nec Hebraicè sciebat Augustinus, & Græcè minas quā mediocriter, sed non est in his ea modestia animi, quæ in Augustino. Hic vndeunque paratus erat doceri, isti nusquam volunt doceri, vbi que docere quod ignorat. Assertio hæc cū præcedentibus est in Theologos iniuriosa: iniuria enim illis irrogatur, cū asserit, quod in eis non est modestia animi, & affirmans quod nusquā volunt doceri, vbi que docere quod ignorant.

Lib. 17. c. 23. in hūc locum, Vtrem possint Angeli, cū spiritibus sint, corporaliter coire cum foeminis: scriptum est enim, Qui facit Angelos suos spiritus, id est, eos, qui natura spiritus sunt, facit esse Angelos suos, inuigendo eis officium nuntiandi: qui enim Græce Angelus dicitur, Latina lingua Nuntius interpretatur. VIVES. (id est eos qui natura spiritus sunt) Augustinum sensisse Angelos & demones corporibus esse præditos, legentibus

legentibus opera, istud videlicet, & de natura demonum, & de Genesi ad literā, certius est, quā vt pluribus ostendi debeat: neque ex aliena sententiā tot locis locutus est, vt Petrus Lombardus dicit quosdam putare, sed ex sua ipsius, securus nimium nō pudendos auctores primum Platonicos omnes, deinde Origenem, Laëtantium, Basilium, & consensum fere suo tempore scribentium. Michael Psellus de demonibus, interprete Ficino, oportet enim, vt Diuinus asserit Paulus, spiritus ministros, qui mittuntur, corpus habere, quo moueantur, gradumque sistant, palamque appareant: Nouerunt enim hæc mysteria, non aliter quā corpus aliud perficere possit. Quod si ubi legas in scriptura, eos incorporeos appellari, respōdeo, & uolens, & ealios solere corpora quidem crassiora corpora nominare. Corpora vero tenuia, & quæ aspectum tactūque fugiunt, incorporea frequenter cognominare. Augustinus Angelis corpora tenuissima attribuit, quæ visum omnem frustrantur, ad agendum apta, nō ad patiendum: Talia etiam erant demonum corpora, cū adhuc starent: postea vero quæ ceci derunt, densiora effecta, & patibilia: quod idem Psellus opinatur. Assertio hæc est temeraria, nā licet Augustinus, Origenes, Laëtantius, & Basilium cū Platonis senserint, Angelos esse corporeos, & corpora eorum esse tenuia: communis tamen schola Theologorum tenet, Angelos esse spiritus, & corporum inexpertes: & sic tenet cōmunis sensus ecclesie: vnde licet tempore antiquorū Patrum veritas hæc manifesta nō esset, nūc tamen, quia contraria est communi sententiæ Doctorum scholasticorum, assertio hæc est temeraria. Et quod addit, quod demonū corpora, postquam ceciderūt, densiora facta sunt, & patibilia, stultum est & fatuum. Vnde hanc questionem late tractatam supra secundo tomo B. Chryostomi ad decimā questionem.

Lib. 16. c. 43. in hæc verba, Ante hunc ergo velut pueritia fuit huius generis populi Dei, à Noë uoque ad ipsum Abraham, & ideo prima lingua inuenta est, id est Hebræa. A pueritia nāque homo incipit loqui post infantiam, quia hinc appellata est, quia dari nō potest. Quā profecto artem primā demergit obliuio, sicut ætas prima generis humani deleta est diluuiō. Quotus enim quisque est, qui suam recordeat infantiam? VIVES. (dari vt potest, Quæ hinc appellata est) infantem enim dicuntur, quod dari nequeat, vn-

de etiam homines nato grandes interdum in fantes appellantur, quia loqui nesciunt, cū tamen plerumque balbutientissime garriant: sunt ij, qui quo sūt in omni sermone ineptiores & sordidiores, eo se magis tum philosophos, tum Theologos, aliarumque magnarum artium peritos arbitrantur, & iactant. Assertio hæc est iniuriosa: irrogat enim iniuriam & contumeliam philosophis, & Theologis, asserens eos ineptos & sordidos: & asserens, quod quo sunt ineptiores & sordidiores, eo se magis iactant.

Lib. 18. c. 18. cōmento huius loci, Nec sane demones naturas creant, si aliqui tale faciūt, de quibus factis ista veritur questio, sed specierentur quæ à vero Deo sunt creata commutant, vt videantur esse quod nō sunt. Nō ita solum animum, sed nec corpus quidē vlla ratione crediderint demonum arte vel potestate in membra & vel lineamenta bestialia veraciter posse conuerti: sed phantasticam hominis, quod etiam cogitando, siue somnians, per rerum innumerabilia genera variatur, & cū corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quod ineffabili modo figura corporea posse perducī: ita vt corpora ipsa hominum alicubi iaceant, videntur quidem, sed multo grauius atque vehementius quā somno suis sensibus obseratis. VIVES (nec sane demones naturas creant) Creare vocat aliquid de nihilo face re: hoc modo nihil aliud quā Deus potest creare, idque Theologi omnes magno consensu affirmant: disputant tamen an potentia hæc creandi possit communicari creaturæ: de quo multa Thomas, cuius argumenta nititur infirmare Scotus, vt sua confirmet: quæ labefactare conatur Ochan, vt sua figat, at ista quoque Petr' Aliacen. luxat, vsque adeo vel ludunt in re seria, vel affectibus & factionibus suis cogunt rem cœlestem subseruire: qui omnes possunt emendari, qui sedari & tolli prauis affectibus, qui fieri Diuini ex doctrina distidij agitata & tractata versaq; sursum & deorsum pro libito affectuum humanorum, concussa machinis tam pertinaciter litigantium? Assertio hæc blasphemia & iniuriosa est contra Theologos, quos in re seria adeo asserit ludere, vt factionibus suis cogant rem cœlestem subseruire. Irrogat etiā illis contumeliam asserens, quod ex doctrina distidij agitata, versaque sursum & deorsum, fieri Diuinos intendunt: quod constat,

contumeliosum & iniuriosum esse dignitati, quae Doctoribus Theologis debetur.

Lib. 18. c. 22. locum huc edisserens, Nā altissima tunc cōdita est ciuitas Roma, vel vt altera Babylon, & vt prioris filia Babylonis, per quā Deo placuit orbem debellare terrarum, & in vnā societatem reipublice legūq; perductum longe lateq; pacare. Erāt enim iam populi validi, & fortes, & armis gentes exercitate, quae non facile cederent, & quas opus esset ingentibus periculis & vastatione ytrinque non parua atque horrido labore superare. VIVES. (nam altissima tunc condita est ciuitas Roma) Poterō Petrus Apostolus Romanam Babylonem appellat, vt etiam Hieronymus in vita Marcij interpretatur, qui ad Maxellam scribens non aliam exilimat describi à Ioanne in Apocalypsi Babylonem, quā urbem Romanam. Nūc vero nomen tam odiosum exiit, nam nihil est in ea confusum & promiscuum, discretis adeo & redactis omnibus in certas leges, vt cū omnia propē illuc vendantur, & emanant, nihil tamen agas sine lege, ac formula, atque etiā sanctissimi iuris. Assertio hāc haereticum Lutheranorum sapit, qui in verecunde clamāt, Romae omnia esse venalia: & aggravat delictum huius assertionis id quod asserit, emptiones & venditiones beneficiorum ecclesiasticorum, quae Romae fiunt, esse cōformes legi ac formulē etiā sanctissimi iuris. Assertio autem hāc, Ius sanctissimū disponit Romae beneficia esse venalia, est formaliter heretica, ergo ista, Cū omnia propē Romae vendantur, & emanant, nihil tamen agas sine lege & formula, atque etiam sanctissimi iuris, quae est propinqua illi, sapit haereticum.

Lib. 18. c. 31. in hunc locum, Tres prophetae de minoribus, Abdias, Naum, & Abacuc, nec sua tempora dicunt ipsi, neque in chronicis Eusebij & Hieronymi quando prophetauerint, inueniunt. Abdias enim positus est quidem ab eis cum Michā, sed nō eo loco, vbi notantur tempora, quando Michā prophetae eius literis constat: quod errore negligenter describerent labores alienos, exilimo contigisse. VIVES. (Abacuc) Huius prophetae fit mentio Dani. 14. quod praedictum suum ex Iuda Babylonem tulcrit ad Daniele: quo testimonio ad probationem reponitur Augustinus non est vsus: quod ea Belli historia & totum. 14. c. cū historia Sufanę apocrypha sit, neque in Hebraeo habeantur, nec sint versa à 70. senibus. Assertio hāc est heretica, quia contra diffinitionē

Concilij Tridentini capite, quo recipit, & numerat libros sacros veteris & noui Testamenti inter prophetas maiores Daniele annumerat. Et haereticus hāc à fonte Manicheorum pullulauit. Cōtra quos est assertio de fide, Omnia ea, quae in libro Danielis ab ecclesia leguntur, verissima & Catholica sunt. Id ostendunt certissimi & infallibiles euentus earum rerum, quae in ipso multis ante seculis, quā euenirent, praedicta inueniuntur. Nam, vt inquit Iosephus, Daniel ex his, quae scripsit, reliquit, vnde eius prophetae integritas, & nulla mutatio variatioq; in his, quae praedixit agnosci possit: non enim solum futura praedixit, sed etiam quo tempore, & sub quibus regibus, numeratis vt ordinem annis, quibus ea euenire debuerant, certissime praedixit. Cuius prophetae tanta fides fuit, vt credulis hominibus non videatur futura dixisse, sed narraffe praeterita. Et in damnationem praedictae haereticus fat est, quod in omnibus, vbi fit mentio catholici Diuinorum librorum, per omnes ecclesiarum successiones, semper inter prophetas Danielis volumina annumerata sunt vnā cū huiusmodi triū puerorum, & historia Sufanę, Belis, & Abacuc in autoritate receptum. Et Hieronymus in praefatione commentariorū Danielis inquit, Ad intelligendum hūc librum multiplici Graecorum & Latinorum historia opus esse. Et Augustinus sermone de sanctis. 47. historiam Sufanę inducit, & Origenes hom. 1. super Leuiticum Sufanę historiam approbans inquit, Sed tempus est aduersus improbos vt Sufanę vocib; quas illi iam repudiantes, historiam de catholico Diuinorum voluminum defecerunt: nos autem & suscipimus, & opportune contra ipsos proferimus, quod ecclesia quorannis hauc historiam quadragesimā tempore in sancte missa mysterijs legit, ac simili honore historia Belis, Draconis, & Abacuc eodē tempore legens venerat. Ex quibus constat, praedictam assertionem hereticam esse.

Lib. 18. c. 47. in expositione huius loci, Neque ipsos Iudaeos exilimo audere contendere, neminem pertinuisse ad Deum praeter Israelitas, ex quo ppgagatio Israel cepit esse, reprobatō eius fratris maiore. Populus enim re vera, qui proprie populus Dei dicitur, nullus alius fuit. Homines autē quodam non terrena, sed caelesti societate adueisos Israelitas supernae ciues patriae pertinentes etiam in alijs gentibus fuisse negare non possunt: quia si negant, facillime conuincuntur

vincuntur de sancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec profelytus, id est, advena populi Israel fuit: sed ex gente Idumaea genitus ducens, ibi ortus, ibi dē mortuus est, qui digno sic laudatur eloquio, vt quod ad iustitiam pietatemq; attinet, nullus ei homo suorum temporum coguetur. VIVES. (neminem pertinuisse ad Deum praeter Israelitas) quod enim hi consecuti sunt per legem, illi consecuti essent sine lege: & qui tales fuerunt sine lege, eodem quo Iudaei peruenerūt, cū eodem contenderent: neque inter eos aliud discrimen fuit quā est, ceu quis viator mandatum gerat chartae itineris rationem ac veluti formam, alter memorie fidat aut iudicio. Idem etiam nostro tempore contigit ei, qui cū nihil de Christo audierit in remotissimis Oceani terris, duo illa maxima seruauit mandata, in quibus veritas ipsa legem totam, prophetasq; constitutos affirmat, de Deo, & proximo diligendis, huic sua conscientia est lex. Et Iuxta Psalmistā, memor est in nocte nominis Domini, & custodit legem eius. Hāc fit ei, quia iustificationes Domini exquirat: tantum est videlicet voluisse bonum esse, etiam si non habeas à quo virtutem edocere. Et in hoc hominum genere quid deest praeter aquam? cū Spiritum sanctum non secus quā Apostoli meruerint & acceperint. Testante Petro repleti etiam nonnullos Diuino afflatu, quos in illi ea nondum attingit aqua: ita gentes, quae legem non habent, & naturaliter ea quae legis sunt faciunt, ipsi tibi sunt lex: & ea lux ita viuendi donum Dei est, & à Filio proficiscitur: de quo scriptum est, Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Assertio hāc sicut & praecedēs de Platone, & ceteris philosophis, si fidem excludat, haeretica est: si vero fidem nō excludat, est scandalosa: quia simplicibus praebet occasionem ruinae, audientibus, quod gētes, qui nihil vnquam de Christo auerterunt, salutem aeternam consequuntur: & quod illis ad salutem sufficit, quod sua conscientia est illis lex: Est etiam assertio temeraria, nā licet iustitiam quod lumine interno Deus illuminet eos, & fidem habeant Christi implicitam: quod illis sufficit, ad hoc quod iustificentur, non tamen id sufficit ad hoc, quod regnum ingrediantur sine aliquo actu Christi mediatoris explicito. Et communis schola Theologorum scholasticorum docet, quod si talis aqua nō tingatur, nec doctorem ac magistrū habeat qui fidem Christi illum doceat, arguētum

est à posteriori, quod non fecit totum, quod requirebatur, vt saluam consequeretur, vt de Cornelio & Eunuchō regis Candatae, & alijs ex Actis Apostolorum constat.

Lib. 19. cap. 12. in hunc locum, Quod quis quis mecum res humanas naturarūq; cōmunem intuetur agnoscat: Sicut enim nemo est qui gaudere nō sit, ita nemo est qui pacē habere nolit. Quandoquidem & ipsi, qui bella volunt, nihil aliud quā vincere volunt: ad gloriosam ergo pacem bellādo cupiunt peruenire: nam quid est aliud victoria nisi subiectio repugnantium? Quod cū in factū fuerit, pax erit. VIVES. (naturarūq; cōmunem vicinque intuetur) Clamant isti, & magno tumultu negant, in re philosophica & Theologica curanda esse verba. At magnus quidam illorum iudicio vir, cū in Parisijs de naturis communibus specierum ac generū ageret, inter caetera argumenta, & hoc atū sit Augustini dictum ad confirmandas naturas communes ceptas Oceanitarum machinis labefactari. Vt multo quosdam Cicerō, Seneca, Hieronymus, Augustinus, Plinius, & alij loquuntur de sensu communi, de illo intelligi sensu iubent, quem Aristoteles in priori cerebri parte statuit iudicem, ac veluti praesidem quinque sensuum corporis humani: cū in fit sensus communis apud Latinos authores, id quod omnes fere sentiunt & indicant: vt matres diligere filios, Et natura communis, ratio atque inclinatio naturae, quae est in vniuersis hominibus eadem. Ex his prauis vocabulorum interpretationibus nata est omnium bonarū artium pestis, quae illas corripit primum, deinde perimit. Assertio hāc est iniuriosa scholis philosophorū, & Theologorum, & ipsi scientijs, quib; vt proprios conceptus explicant, in vnaquibet facultate necesse est proprijs vocabulis vt, quibus veritas palam fit: & si alijs vocabulis vterentur, veritas manifestari non posset: & ideo assertio hāc, Ex his prauis vocabulorum interpretationibus nata est omnium bonarū artium pestis, quae illas corripit primum, deinde perimit, constat, iniuriosam esse.

Lib. 20. cap. 6. in commento loci huius, Et vidi, inquit, caelum & terram nouā. Nam primum caelum & terra prima recesserūt, & mare iam non est. Isto fiat ordine, quod superius praecipiendo iam dixit: vidisse se super thronum sedentem, à cuius facie fugit caelum & terra. Iudicatis quippe his qui scripti non sunt in libro vitae, & in aeternū ignē missi:

missis: qui ignis cuiusmodi, & in qua mundi, vel rerum parte futurus sit, hominem scire auctor neminem, nisi forte cui spiritus Diuinus ostendit. VIVES. (hominem scire auctor neminem) Neminem vero? non in re: fuiti digladiationibus scholasticis: ibi nullus est, vel bachalarius, vel magistellus, qui ignoret ignem fore elementalem illum, cuius domicilium est inter aerem & lunam globum, decensuram eum, scilicet, & incendio suo reliqua tria purgaturum elementa. Quod si hoc parum probas, non deerit qui peisancte deierent, futurum ignem ex incendio radiorum solis in media plaga aeris excitato coeuntibus eo densissimis & ardentis simi radijs, velut in speculum cauum & calybeum. Sed non est mirum, tuo tempore nouitatus erat ignis vsus, quantus nunc, cum, vt Theologos omittam, philosophi, siue Decembri medio, siue medio Iulio nihil aliud ore, manibus pedibusque tractat & versant quam ignem. Ex philosophis fiunt Theologi, & hanc philosophandi rationem etiam in scholas sanctiores transferunt: propterea istis longe est de igne facilius diffinire quam tibi, & tui equalibus vel maioribus. Assertio hec iniuriosa est a principio vsque in finem. Verba enim illa, non interfuiti digladiationibus scholasticis, vbi nullus est vel bachalarius vel magistellus, &c. constat iniuriosa esse similitur & illa, Ex philosophis fiunt Theologi, &c.

Libro. 20. cap. 26. in commento huius periodi, Quapropter exponere nos oportet, quomodo sit accipiendum quod dictum est, Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Fortassis enim tempus illud commemorat, quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc enim puri atque integri ab omni sordide ac labe peccati seipso Deo mundissimas hostias offerebant. Ceterum ex quo commissa prauaricationis causa inde dimissi sunt, atque humana in eis natura damnata est, excepto vno mediatore, & post lauacrum regenerationis quibusque adhuc paruulis, nemo mundus a sordide, sicut scriptum est, neque infans cuius est vita vnus diei super terram. VIVES (nemo mundus a sordide) de Diua Virgine venit posteriore etate in contentionem, quam auxerunt incideruntque duo hominum ordines, qui se in certamen transuersi propter antesignanos vehementer coniecerunt impetu, Dominicani ductore Thoma Aquinate, & Franciscani, ductore

Ioanne Scotto: diffiniunt Concilium Basiliense, nulla vnquam macula Sanctissimum Virginem vel leuiter atactam fuisse. Id Concilium cum parum legitime coisset Dominicani causerent, peristerentque in sententia: contra Minoritum sacrosanctum affirmarunt, ac illos impietatis arcefferent, quod contra ecclesiam Dei niterentur: res magnis animis exitura videbatur in rabiem, ni decreto suo Sixtus Pontifex Romanus maturè subuenisset, quo alterutram in partem ea de re vetabatur disputari. Itaque illa demum eis videtur edita & Concilia, quae in rem suam faciunt, reliqua non pluris estimanda, quam conuentum muliercularum in textrina vel thermis. Assertio haec nedom scadalosa est, cum simplicibus & infirmis occasione ruine praebet, sed etiam iniuriosa, & temeraria: iniuriosa, eo quod asserit, Concilia, quae in rem suam faciunt, ea recipiunt, reliqua non pluris estimanda iudicant, quam conuentum muliercularum in textrina vel thermis. Quae contumelia religiones, sicut a suo magistro Erasmo didicit, iniuria maxima afficit. Temeraria vero est, quia sine fundamento & ratione contra quorundam sententiam totius ecclesiae Christianae falsum hoc, Concilia quae in rem suam faciunt approbat, reliqua autem contemnunt, his duabus sanctissimis religionibus Beati Dominici, & Beati Francisci imponit.

Lib. 21. cap. 7. exponens hunc locum, Cur itaque facere non possit Deus, vt & resurgant corpora mortuorum, & igne eterno crucientur corpora damnatorum, qui fecit mundum in caelo, in terra, in aere, in aquis, innumerabilibus miraculis plenus: cum sit omnibus quibus plenus est proculdubio maius & excellentius, etiam ipse mundus miraculosus.

VIVES (cur itaque facere non potest Deus) Cum hic totus locus de resurrectione, de iudicio, de supplicijs in priorum, & beatitudine piorum, terminos capiumque huius naturae excedat, miror scholasticos Theologos, Thomam, Scotum, Ochamum, Henricum Gandensem, Durandum, Paludanum, de his omnibus ex dogmatis Aristotelicis disserere, & definire; & ita inter se pertinaciter concurrerentur, tantum argumētis armatos, vt cum quarerunt, an corpora resurrectura sint, an in fine mundi, an materia, quae aliquando humana forma decorata est, appetat semper illam eandem formam, an pati possint animae felicitum, an motus caelorum quieturus, & qua positione celorum quieturus,

turus: an illustrabuntur elementa, sit ne felicitas in actu voluntatis an intellectus, an ignis possit agere in animas: quem admodum ignis ille sit sempiternus futurus, & quibus fomentis sustentabitur, vbi inferi, & alia sexcenta: quae omnia tam philosophice disputant, vt putes eos Athenis ethaicis esse, non Parisijs Christianis. Assertio haec nedom est iniuriosa, vt ex his vltimis verbis constat, nepe, Quae omnia tam philosophice disputat,

vt putes eos Athenis ethaicis esse, non Parisijs Christianis, sed etiam est assertio facta, & stulta ex ignorantia finis scientiarum procedens: nam cum Theologia sacra supra sit omnium scientiarum, & a Deo reuelata, ille ceterae omnes scientiae illi famulantur, vt nisi dialectica, physica, & ceteris artibus liberalibus quis sit praeditus, & in scholis in eis versatus, vix eruditus Theologus euadet.

## TOMVS QVINTVS Beati Augustini.

- I AN Angeli mali cum filiabus hominum concubuerint.
- 2 An in Romanis fuerint verae virtutes.
- 3 An flamma, quae inter Diuinas victimas Abrahae praecurrit, miraculosa fuerit.
- 4 An desertores Angeli doloribus post diem Iudicij carebunt.
- 5 An Samuel de filijs Aaron fuerit.
- 6 An filij Dei, de quibus Genes. 6. homines an Angeli fuerint.
- 7 Spiritus omnes an sint corporei.
- 8 An tantum tres libri sapientiales recepti sint auctoritate Canonica.
- 9 An Romanorum virtutes vitia potius fuerint quam Virtutes.
- 10 Demonem corpora an dolore sensitivo crucientur.
- 11 An aborti factus resurgant.

### PRIMUM QVAESITVM.

An Angeli mali cum filiabus hominum concubuerint.



Vgustinus lib. 3. de Ciuita. Dei. c. 40. quaestione haec, Vtrum prauaricatores Angeli cum filiabus hominum concubuerint, vnde nati sunt gigantes, indiffinitam

relinquit. Proposita enim sententia Varro nis, qua vtile esse dixit, vt se homines ex dijs genitos mentiantur, sic scribit, Sed vtile esse ciuitatibus dicit, vt se viri fortes, etiam si falsum sit, ex dijs genitos esse credat, vt eo modo animus humanus velut Diuinae stirpis fiduciam gerens, res magnas aggredientas praesumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate felicium. Quae Varronis sententia expressa, vt potui, meis verbis, cernis quam latum locum aperiat fallitati: vbi intelligamus plura iam sacra & quasi religiosa potuisse cōfingi: vbi putata sunt ciuibus etiam de ipsis dijs prodesse mendacia.

ta. Sed vtrum poterit Venus ex concubitu Anchise Aeneae parere, vel Mars ex Illie concubitu filie Numitoris Romulū gignere in medio reliquauius, nepe talis quaestio etiam de scripturis nostris oboritur, qua quæritur vtrum præuicarios Angeli cum si-  
habas hominum concubuerint, vnde natis gigantibus, id est, nimium grandibus ac fortibus viris, tunc terra completa est. Vide supra primo tomo B. Chrysostomi ad quartum, & secundo tomo eiusdem Chrysostomi ad decimum, & in B. Ambrosio ad quintum quaesitum.

SECVNDVM QVAESITVM.

An in Romanis fuerint verae virtutes.

**A**ugustinus libro. 5. de Ciuit. Dei cap. 19. insinuat videtur, in Romanis, & in cæteris gentibus sine vera pietate & vero Dei cultu non posse esse veram virtutem. Cuius verba haec sunt, locum hunc exponens, *Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Et rursum, Qui regna se facit hominum hypocrisis propter peruersitatem populi.* Quamobrem, quantum ut potui, satis exposui enim, qua causa Deus vnus verus & iustus Romanos secundum quandam formam terræ ciuitatis bonos adiuuerit ad tantam imperij gloriam consequendam. potest tamen & alia causa esse latentior, propter diuersam in terra generis humani, Deo magis nota quam nobis: dum illud conillet inter omnes veraciter pios, neminem sine vera pietate, id est, veri Dei vero cultu veram posse habere virtutem: neque eam veram esse, quando gloriae erit humana. Eos tamen, qui ciues non sunt ciuitatis æternæ, quæ in sacris literis nostris dicitur ciuitas Dei, viliores esse terræ ciuitati, quando habent virtutem, vel ipsam, quam si nec ipsam. Illi autem, qui vera pietate præditi, bene viuunt, si hac scientiam regendi populos consecrati sunt, nihil est felicitius rebus humanis, quam si Deo miserante habeant potestatem. Tales autem homines, virtutes suas quantascunq; in hac vita possunt habere, non tribuunt nisi gratia Dei: quod eas volentibus, credentibus, perentibus, quæ dederit: simulq; intelligunt, quantum sibi desit ad perfectionem iustitiæ:

qualis est illorum sanctorum Angelorum societate, cui se nituntur aptare: quantalibet autem laudetur atque prædicetur virtus, quæ sine vera pietate feruit hominū gloriae, nequaquam sanctorum exequis initijs comparanda est, quorum spes posita est in gratia & misericordia veri Dei. Vide supra tomo secundo B. Augustini ad duodecimum, & tomo tertio eiusdem Augustini ad decimum octauum quaesitum.

TERTIVM QVAESITVM.

An flamma, quæ inter Diuinas virtutes Abrahamæ præcurrit, miraculosa fuerit.

**A**ugustinus lib. 10. de Ciuit. Dei c. 8. proponens miracula, quæ Deo ad corroborandam fidem priorū, insinuat, flammam cælestem factam Abrahamæ sacrificio cucurrisse inter diuinas virtutes miraculosam fuisse, si cuiusmodi, Nā nimis vetera si commemorare, longius quæ sit est reuolueri videbor, quæ miracula facta sunt ad testantia promissis Dei, quibus antea annorum millia prædixit Abrahamæ, quod in femine eius omnes gentes benedictionem ferant habitura. Quis enim non miretur eidem Abrahamæ filium peperisse coniugem sterilem, eo tempore senectutis, quo neque parere, nec esse secunda iam posset. Atque in eiusdem Abrahamæ sacrificio flammam cælestem factam inter diuinas virtutes cucurrisse eidemque Abrahamæ prædictum ab Angelis cæleste incendium Sodomorum, quos Angelos hominibus similes hospitiū susceperat, & per eos de prole ventura Dei promissa tenuerat, ipsosq; imminente iam incendio, miram de Sodomis per eosdem Angelos liberationem Loth filij fratres eius: cuius vxor in via retro respiciens atque in sale repente conuersa, magno admonuit sacramento, neminem in via liberationis suæ præterita desiderare debere?

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 14. & S. Thom. 3. parte. q. 43. de miraculis Christi, & art. 1. quærit vtrum Christus debuit miracula facere. Respondetur conclusionē affirmatiuam: circa quam est dubium. Videtur enim quod Christus frustra miracula fecerit: fuit enim ad confirmationem veritatis: Iudei autem,

autem, quibus Christus prædicauit, ei non crederunt, non ergo debuit in gratiam ipsorum miracula facere: neque propter nos, quia non illa non vidimus. Quod si dicas Apostolos ea vidisse, qui ea nobis tradiderunt: contra est ratio, quia si Euangelistis miracula narrantibus credimus, non ergo indigemus miraculis: nam si quis paratus sit credere, sat illi est, quod Euangelista illi dicit, Christum esse filium Dei. Ad hoc dico primum, quod conueniens fuit Christum Dominum miracula facere. Probo, quia etiam ipsis Iudeis fuerunt vitia, quia licet non omnes crederent, multi tamen, vt Apostoli, & alij, crederent. Secundo, fuerunt vitia ad hoc quod illi, qui ei non crederunt, excusationem non haberent: vnde Dominus, Si non venissem, & opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, excusationem haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo, nempe incredularis. Secundo dico, quod Christi miracula nobis etiam fuerunt vitia: dato enim non viderimus, audiuius tamen illa in Euangelio referri, quod maxime condecit ad hoc vt maiorem fidem adhibeamus Euangelio: credimus enim & assentimur, quod Euangelistæ nec errare, nec nos decipere poterunt. Tum etiam, quia de miraculis Christi prophetatum erat Isaiæ. 35. Dominus veniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, &c. Oportebat ergo quod prophetiæ, quæ erant de Christo, in ipso adimplerentur.

Dubium

Dubium est circa rationem, quæ assignat S. Tho. vt quis miracula operetur: ait enim miracula esse signa sanctitatis. Oppositum enim videtur verum: stat enim quod quis miracula faciat, & tamen neq; sit in gratia, neque in amicitia Dei: quia illa non propria, sed Diuina virtute operatur. Et quod ita sit, ex dono prophetiæ patet, quod cum mortali sit, vt de Captha, Balan, & Saule legimus: similiter ergo & donum miraculorum: non ergo miracula signa sunt sanctitatis, vt S. Thom. inquit. Pro solutione notandum ex S. Thom. 2. 2. q. 178. artic. 2. quo quaerit, an gratia miraculorum sit cum peccato mortali, quod duobus modis potest quis miracula facere. Primo modo, ad ostendendum alterius sanctitatem, aut doctrinæ veritatem. Exemplum est in primitiua ecclesia, tunc enim Apostoli miracula operabantur ad manifestandam Dei potentiam & eius bonitatem: & isthæc miracula absque sanctitate illorum, qui ea operabantur, fieri possunt: vnde Hiero-

nymus in illud Math. 17. Domine Domine nonne in nomine tuo prophetauiimus, & daemona multa eiecimus? Quibus Dominus respondit, Non noui vos: inquit Hieronymus, miracula non esse signa sanctitatis eorum, qui ea operantur, neque illorum, in quorum præsentia sunt. Secundo modo possunt miracula fieri ad ostendendam sanctitatem illius, ad cuius imprecationem sunt: & hoc modo signa sunt certa sanctitatis: & hoc modo ecclesia vtitur ad sanctum aliquem canonizandum, quod ex illo Actuum. 19. patet, vbi habetur, quod Paulus multitudinem infirmorum curauit. Hoc ergo secundo modo intelligi S. Thom. miracula esse signa sanctitatis, vnde licet donum prophetiæ & miraculorum certum signum sanctitatis non sit, est tamen argumentum maximum probationis vitæ, maxime in Christo, qui virtutem habitalem operandi miracula habebat, & sæpe infirmos sanabat: nam, vt Euangelista ait, vtus de illo exibat, & sanabat egros.

Dubium

Sed an Christi miracula videntibus essent certa, itaque firmiter assentientur vera & certa esse possent enim apparerent & per illusiones fieri, vt magici faciunt vt bigratia, quando Lazarum suscitauit, an cernentes illum resurrexisse, certi & firmi essent, quod verè fuit mortuus, & resurrexit, vel id illis appareret: sicuti ea, quæ magici Pharaonis arte magica faciebant: Ad hoc dico primo, quod Angeli tam boni quam mali cognoscunt miracula Christi esse vera. Quod ex eo constat, quia manifeste nouerant, quod Lazarus verè fuit mortuus, & resurrexit: & hoc est, quod Iacobus cap. 1. suæ canonice ait, Demones credunt, & contremiscunt, non pe, signis & miraculis conuicti. Sed quid de cæteris hominibus? Dico secundo, via humana & moraliter videntibus miracula, constat, quod essent vera. Dissimiliter tamen Christus operabatur miracula ab alijs sanctis, nam ipse potestate authoritatis, sancti virtute deprecatoris, & vi orationis & supplicationis: magi vero Pharaonis non miracula, sed mirabilia, & apparitiones faciebant, applicando actiua passiuus. Item sancti ad invocationem nominis virtuti miracula faciebant: Christus vero virtute propria, & solo verbo. Itè Christus precipiendo, tanquam Dominus vitæ & mortis & author naturæ: creaturæ vero tanquam illi obtemperantes, quia sunt in potentia obedientiali, & à voluntate & dispositione ipsius dependentes.

Dubium tamen est, an Christus miracula Diu

Prover. 2.  
Iob 31

Genes. 22.

Genes. 21.

Genes. 15.

Genes. 18.



Divina virtute fecerit. Conclusio est affirmatiua Doctorum scholasticorum: natura tamen humana instrumentum fuit miraculorum, nam illa viebatur ad miracula facienda, vt ex illo Ioann. 10. constat, Pater in me manens ipse facit opera.

Durandus.

Dubium tamen est, an ita sit, quod natura humana Christi ad facienda miracula concurrebat. Et ratio huius est propter Durandum, qui 2. dist. 14. q. vltima tenet oppositum S. Thom. Ratio ipsius est, quia natura humana est pura creatura, nullo ergo modo ad opera supernaturalia & miraculosa potest concurrere. Probat, quia pura creatura non potest ad creationem nec ad anihilationem concurrere, ergo neque ad miracula facienda. Statuimus tamen conclusionem contrariam de mente S. Tho. loco citato art. 2. quod natura humana de facto concurrebat, tanquam instrumentum Diuinitatis, ad miracula facienda. Probo, quia 3. parte. q. 13. art. 2. ait, quod in Christo fuit omnipotentia ad omnia opera praequam ad creationem & anihilationem: ibi tantum excipit duas has operationes: ad omnia ergo alia opera Christi humana, tanquam instrumentum, concurrebat.

Conclusio S. Thom.

Neque obstat quod dicitur 3. dist. 13. q. 1. art. 3. ait, scilicet, quod nullus homo potest miracula facere: primo, quia hic retractauit sententiam. Secundo dico, quod ibi loquebatur de puro homine, non de Christo, qui Deus & homo est. Et quod vt tale suppositum ponit miracula facere, probo primo, quia ex sententia Patrum & Doctorum scholasticorum affirmamus, quod in Christo simul fuerunt omnes gratiae gratis datae, ergo in quantum homo potuit miracula operari. Secundo, quia si Christus propria virtute miracula non fecisset, asserendum esset, secundum Durandum, Deum ad praesentiam Christi miracula fecisse: consequens autem est absurdum, quia ex hoc sequitur, quod Christus miracula non faciebat perfectiori modo, quam ceteri sancti, ergo. Tertio, quia ex hoc constat nobis tanquam a signo, quod sancti miracula non virtute propria, sed Diuina faciebant, quia in illis oratio praecedebat miracula: & dato Christus aliquando orabit, vt Ioann. 11. quando Lazarum suscitauit, ex verbis tamen ipsius constat, quod propria virtute faciebat. Confirmatur, quia reliquiae sanctorum saepe miracula faciunt, imo Petri vmbra ergo sanabat, humanitas ergo Christi multo melius ad miracula instrumentaliter concurrebat. Vltimo probo, quia

Sancti Thom. Caietanus, & Theologi multi concedunt, quod sacramenta instrumentaliter concurrunt ad gratiam conferendam, ergo & humanitas Christi, tanquam Diuinitatis instrumentum.

Quod vero virtus ista in humanitate Christi sit pōnda, ex illo Luc. 6. cōstet, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes egros: aliqua ergo virtus supernaturalis erat in Christi humanitate. Et ita dico primo, quod Christi humanitas simpliciter faciebat miracula. Patet, quia si reliquiae humanitatis miracula faciebant, ergo & eius humanitas. Secundo dico, quod non est necessarium ponere in Christo virtutem aliquam, aut qualitatem supernaturaliter illi additam, & humanitati inherentes, ad hoc quod miracula faceret. Probo, quia talis sine necessitate ponitur, ergo superflua. Secundo, quia talis qualitas miraculorum productiua dari nequit, quia miracula supernaturalia sunt, talis autem qualitas est creatura, ad miracula ergo nequit attingere, nec ad illa concurrere. Et idem de sacramentis dicendum, quod superfluum tale qualitatem distinctam, & eis inhaerentem necesse est fati quod Deus sacramentis virtutem ad gratiam conferendam.

Caietanus

Caietanus tamen contra hoc arguit, quia ex hoc sequitur, quod Christi humanitas non perfectiori modo esset causa miraculorum, quam sanctorum reliquiae. Probat, quia reliquiae etiam sunt instrumentum, & ad miraculum concurrunt: consequens autem est absurdum, ergo. Respondetur negando collectionem, quia humanitas Christi superexcellenti modo, quam reliquiae sanctorum concurrebat, quia erat instrumentum Diuinitati coniunctum, & ideo vbi libet, & quando volebat miracula faciebat: quod non sic erat in ceteris sanctis, sed tantum oratione praeuia, & pro loco, & tempore.

Dubium

Sed an Christi humanitas ad omnia miracula concurrebat. Dico primo, quod si vellet, poterat ad omnia concurrere. Secundo dico, quod de facto non ad omnia concurrebat, sed solum ad illa, quae ipse Christus specialiter operabatur. Dubium tamen est, quia S. Thom. inquit, quod nullum miraculum fieri potuit, nisi virtute Diuina principaliter concurrente: contra hoc arguitur, quia miracula aliqua fiunt ab Angelis bonis, & alia a demonibus: potest enim daemō obfessum ab alio daemone liberare: quod tamen via naturali fieri nequit, non ergo sola virtute Diuina miracula fiunt. Item, saepe ab infirmis aliqua

aliqua sanari est miraculum, nōpe, quando medicinis naturalibus ei mederi nequit: & tū demō saepe infirmos sanat. Strādum tamē est in doctrina S. Th. Et pro solutione argumenti suppono, quod non inconuenit, quod id quod est miraculū vni, non sit alteri: verbi gratia, per aera volare miraculum esset hominōi, volueribus tamen miraculum non est. Item, si ego in ciuitate Lucenti manēs, quae Romae sunt scirem, miraculum esset in me, non tamen in Angelo neque in daemone: sic ergo quod vnus daemō possit alium a corpore obfesso expellere, ipsi non est miraculum, sed naturale. Et idē de curationibus, quae a daemōnibus fiunt, medianibus causis naturalibus, applicando actiua passiuīs, quia cognoscunt proprietates & virtutes herbarū, ideo illis non miraculum, sed naturale est. Et aduertendum, quod licet daemō liberare possit corpus obfessum a daemone inferiore, non tamen potest animam a daemone posse sanare. Ita Patres super illud Matth. 12. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.

Quia Doctores omnes conueniunt, quod Christus cepit miracula facere in nuptijs, dubium est, an hoc ex Euangelio cōstet. Videtur enim quod non, quia Euangelista non dicit fuisse primum absolute, sed in Chana Galilee, vel primum in praesentia Apostolorum. Respondeo, quod licet locus sic possit exponi, sectada est communis sententia Doctorū: pro qua sunt rationes apparet. Prima, quia asserendum non est, quod Euangelistae in scribendis miraculis Christi fuerint diminuti, nullus autem illorum miraculum aliquod narrat ante hoc, hoc ergo fuit primum. Confirmatur, quia eodem. c. Ioānis. 2. Euangelista verba aliqua scripsit, quae hoc videtur sonare, scilicet: Tūc manifestauit gloriam suam, si ergo tunc seipsum, & gloriam suam discipulis manifestauit, absolute ergo fuit primum. Quod si arguas, multa alia miracula antea fuerunt, vt de adoratione Magorum, & de apparitione colūbae in baptismo, & de multis alijs constat, respondeo, quod primum miraculū a Christo factū fuit hoc, nā alia inducta nō fuerunt facta ab ipso, sed super ipsum. Secūdo dico, quod hoc fuit primum miraculum, quod Christus fecit in cōfirmationē suae doctrinae: & si alia antea fecit, authoritatē scripturae non habemus: & si illa fecerit, secreto & non publicē fecit: & hinc damnatur libellus de infantia Saluatoris.

Dubium tū est, quia ecclesia eodē die cele

brat adorationē Magorū, baptisimū Christi, & cōuersionem aq̄e in vinū dabium ergo est, qualiter stat, quod eadē die, qua fuit baptizatus, aquā in vinū cōuertentis enim reuolutione tēporis vnus annus petrastruit, per vñ ergo annū praedicationis nullū miraculū fecit. Itē, quia Euangelista baptisimū narrās, & postea miraculum assignans, dicit, Altera autem die, ex quo videtur, quod die immediato sequenti post baptisimū miraculū fecerit, & nō post annum. Respondeo tamen, quod anno reuoluto a die, qua fuit baptizatus, eodē tamen die miraculū nuptiarum fecit, nā ecclesia vtrūq; miraculum celebrat. Et ita dico, quod post baptisimū toto illo anno praedicationē non incepit, sed anno illo contentus fuit Apostolos docere: mortuo vero Baptista, incepit publicē praedicare. Et ad argumentū, quia Euangelista dicit, altera die, re spōdeo, quod intelligi debet a die, qua Ioānes dixit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Dubium

Circa verba Ioann. 2. vbi deficiente vino, mater dixit filio, Vinū nō habent, cui Christus respōdit, Quid mihi & tibi mulier? dubiū est, quomodo locus iste intelligatur. Videtur enim, quod Christus cū indignatione matri respōderit. Difficultas etiā est in illis verbis, Nōdum venit hora mea: ex quibus videtur, quod miraculi inuestigatiue, & non seruata circumstantia tēporis fecerit. Prioris loci est duplex expositio. Prima Augustini, quod Christus matri non respōdit cum indignatione, quia in omnibus erat subditus illi Luc. 2. quia tamen miraculum in quātum Deus & secundum Diuinitatem erat facturus, & non in quantum homo, & quantum ad hoc mater cum illo nō communicabat, ideo illi respōdit, Quid mihi & tibi mulier? ac si diceret, Diuinitas hoc operari debet, non humanitas. Et ad aliud, Nōdum venit hora mea, ait Augustinus, quod intelligi debet de hora passionis, quae in scriptura hora Christi dicitur, quia in illa finem redemptionis generis humani impleuit: sicut apud nos, hora mortis patris vocatur hora illius. Vocatur etiam hora Christi, quia tunc maxime fuit glorificatus, quia sacrum fecit, quod nos in mysterijs sacrificij altaris facimus, Patri in ara Crucis se offerens: & ista hora nōdum venerat, nempe, quando matrem Beato Ioanni commendauit, non sub nomine matris, sed sub nomine mulieris. Secunda expositio est Chrysostomi, qui prius expositionē aliorū ponit.

T t quā

qui exultabant, Christum horam aliquam astrologiam expectare. Quia exclusa, inquit, quod verus sensus est, Nondum venit hora mea, id est, nondum erat cognitum, quod vinum defecit, & ideo nodum venerat horam, qua miraculum fuit perficiendum, sed quando vino deficiente, indigentia fuit manifestata, tunc accessit hora, & miraculum fecit. Et hic sensus videtur literalis propter verba, quae sequuntur, scilicet, quia Virgo Beata dixit ministris, Quodcumque dixerit vobis facite.

Dubium est, an Angelis & demonibus, ac similiter hominibus miracula Christi causarent evidentiam. Respondeo conclusionem negativam: & probatur primo, quia illis non collabatur, qua virtute fuerint facta, vel propria, vel aliena. Secundo, quia licet certum sit, quod Deus mentiri non potest, etiam de potestate Dei absoluta, alias de contentis in Evangelio non essemus certi, quia tamen de hoc eundem non habemus, sed tantum certitudinem fidei in hoc habet, et alij cum eo tenent, quod Deus saltem per tertiam personam mentiri potest, miracula ergo Christi suae Diuinitatis non causabant evidentiam. Item, hominibus non collabatur, quod Christi miracula fuerint in confirmationem huius veritatis. Ego sum Deus & homo, & ad ostendendum se esse Deum: vnde cum illis non constaret evidentem, non ostendebant eius Diuinitatem, sed solum erant certi certitudine fidei. Quod si arguas Iacobi. 2. habetur, demones credunt & contremiscunt, necessitabantur ergo ad assentiendum Christum esse Deum. Respondeo, ita esse, quod ex prophetis, & ex doctrina eius, & miraculis, & modo faciendi necessitabantur ad assentiendum Christum esse Deum, non tamen assensu & certitudine evidentiae, sed solum certitudine fidei: quilibet enim non prae affectus, Christi miraculis visis, firmiter assentiretur eum esse Deum: dico non prae affectus, quia Luderum non crederet esse Deum, quia malitia eorum excruciat eos, & ideo eum morti tradiderunt: imo homine dato, qui neque prae nam neque prae affectionem haberet ad Christum, ex eius doctrina & miraculis visis assensu fidei assentiretur, eum esse Deum.

Dubium tamen est, an miraculis Christi factis, doctrina prophetis, quae de Christo sunt, coniuncta sufficerent eius Diuinitatem ostendere. Videtur quod sic, quia omnes prophetae, quae Christum venturum prophetabant, in ipso sunt adimpletae: ad-

iuncta ergo doctrinae eius, eius Diuinitatem sufficienter ostendebant: vnde Luca ultimo increpauit discipulos illos duos, qui ibant Emmaus, dicens, O stulti & tardi ad credendum his, quae dicta sunt per Prophetas: si ergo reprehensibiles fuerunt, quia non crediderunt prophetis, sufficienter ergo prophetiae eius Diuinitatem ostendebant. Item Ioann. 5. Iudaeus dixit, Si credidissetis Moysi, & mihi credidissetis, quia ipse dixit, & scripsit de me. Ponderandum quod ait, nempe, quod si Moysi credidisset, & ipsi credidissent, quia de illo ipse scripsit, ex solis ergo prophetis cognosci poterat. Ita eodem capite eosdem phariseos reprehendit dicens, Scrutamini scripturas, quoniam illae sunt, quae testimonium perhibent de me, illis ergo cognitis, intellexissent Christum esse Deum: maxime si prophetias omnes quae de ipso erant, debite perferrentur, cognouisset utique, in Christo esse adimpletas, & ita quod erat Deus. His tamen non oblatibus, si conclusio in contrarium, Sola doctrina Christi, nec prophetiae, neque verus lex non ostendebant sufficienter Christum esse Deum, & Messiam in lege promissum, miraculis factis, taliter, quod omnes qui non crederent essent infideles. Probo ex illo Ioann. 14. Si non venissem, & opera non fecissem, quae nemo alius fecit, peccatum non haberem. Notandum est, quod Christus ibi copulatiue loquitur, scilicet, quod venit, & praedicaui, & opera fecit, quae nemo alius fecit: quod proprie & stricte accipiendum est, nisi ad hoc quod quis peccet, duo requiratur, si alterum illorum deficiat, non delinquet, sed ita est in presenti, ergo. Secundo, quia licet certum sit, quod prophetiae omnes in Christo sunt impletae, vna tamen illarum erat, quod miracula facere deberet, ut habetur Esai. 35. Dominus veniet, & saluauit nos, &c. Quo loco miracula, quae Mathaeus. c. 11. ponit ad litteram, sunt prophetata, Caeci vident, claudi ambulant, &c. Quo loco ait Augustinus, Ecce prophetiam Esaiam impletam, miracula ergo requirebantur. Tertio, facit glossa interlinealis Ioann. 14. vbi textus ait, Peccatum non haberent, id est, peccatum in fidelitatis, quo deliquerunt, quia miraculis Christi non crediderunt. Et ita loci omnes adducti, qui sonare videntur, quod prophetiae sufficienter Diuinitatem Christi ostendere, intelligi debent, miraculis ipsius confirmata.

Aduertendum, quod dato sancti multi miracula fecerint, Christi tamen miracula doctrinae & prophetis coniuncta de se ostendebant Christum

Christum esse Deum. Et hinc respondetur ad argumentum, quod Gentiles in primitiua ecclesia fidelibus opponerent, scilicet, quod alij sancti etiam fecerunt miracula: & Apollonium Tiamum afferebant fecisse omnia miracula, quae Christus fecit, non ergo tanta fides miraculis Christi est tribuenda. Augustinus & Hieronymus super illud Ioan. 14. Si non venissem, & opera non fecissem, &c. respondent, quod ex tribus ostenditur Christum esse verum Deum, quae nemo alius nisi solus Christus fecit: primum, quia seipsum suscitauit, quod nullus alius fecit: secundum, quia ascendit in caelum corpore & anima, & virtute propria, quod nemo nisi solus Christus fecit: tertium, quia in confirmatione suae Diuinitatis, & se esse verum Deum & hominem, & doctrinam suam esse veram, miracula fecit, qualia nemo alius fecit: quantum ad addere possunt, quod Christi miracula lege veteri fuerunt prophetata, quod miracula aliorum non fuerunt. Ex quibus conuincitur miracula Christi coniuncta virtus, doctrinae, & prophetis, sufficienter ostendere Christum esse verum Deum & hominem.

Pro B. Augustino respondemus, quod re tractauit sententiam propositam lib. 2. retractat. cap. 43. his verbis, Ita omnes viginti & duo libri cum sint de vtraque ciuitate conscripti, titulum tamen a meliore acceperunt, ut de Ciuitate Dei potius vocarentur, in quorum decimo libro non debuit pro miraculo ponitur in Abrahamae sacrificio flammam caelitus factam inter diuisas victimas concurrere: & assignat rationem dicens, quoniam hoc illi in visione monstratum est.

QVARTVM QVAE SITVM.

An Angeli desertores doloribus post diem iudicij carebunt.

Augustinus de Ciuitate Dei libro 14. cap. 24. asserere videtur, Angelos desertores post diem iudicij non carere dolore sensitivo, quia sensu sunt puniendi: quod his verbis asseruit, Corpus igitur animale, in quo primum hominem Adam factum esse dicit Apostolus, sic erat factum, non ut mori omnino non posset, sed ut non moreretur nisi homo peccasset, nam illud quod spiritu viuificantem spirituale erit & immortale, mori omnino

non poterit, sicut anima creata est immortalis, quae licet peccato mortua peribatur, carens quadam vita sua, hoc est Dei spiritu, quo etiam sapienter & beate viuere poterat, tamen propria quadam, licet misera vita sua, non desinit viuere, quia immortalis est creata: sicut etiam desertores Angeli licet secundum modum quandam mortui sunt peccando, quia fontem vitae deseruerunt, qui Deus est, qui non peccando sapienter beate que poterant viuere, tamen non sic mori poterunt, ut omnino desisterent viuere atque sentire, quia immortales creati sunt: atque, ita in secundam mortem post vltimum praecipitabitur iudicium, ut neque illis vita careat, quandoquidem etiam sensu, cum in doloribus futuri sunt, non carebunt.

Sententia haec Augustini procedit ex opinionione speciali, quam supra tenuit, nempe, Angelos esse corporeos, & lucidissima corpora habere, sicuti homo primo ad quartum quaesturum, & homo. 2. ad octauum, & homo. 4. ad sextum sustinuit quaesturum. De hac quaestione vide supra. 7. tomo Hieronymi ad primum quaesturum.

QVINTVM QVAE SITVM.

An Samuel fuerit de filiis Aaron.



Augustinus de Ciuitate Dei lib. 17. c. 5. asserere videtur, Samuelem non fuisse de filiis Aaron, cuius progenies deputata fuerat, ut inde fuerint sacerdotes, his verbis, Suscita bo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quae in corde meo & quae in anima faciat mea: edificabo ei domum fidelis, & transiit coram Christo meo omnibus diebus, & erit qui supererit in domo tua, veniet adorare ei obolo argenti dices, Laeta me in vna parte sacerdotij tui nunc ducare panem: non est, ait Augustinus, ut dicatur ista prophetia, vbi sacerdotij veteris tanta manifestatione praenunciata mutatio est, in Samuele fuisse completa: quantum enim non esset de alia tribu Samuel, quam quae constituta fuerat a Domino, ut seruiret altari, si non erat, de filiis Aaron, cuius progenies fuerat deputata, ut inde fieret sacerdotis, ac per hoc in ea quoque re gesta eadem mutatio, quae per Christum Iesum futura fuerat, adhibita est: & ad veterem Testamentum proprie, figurate vero pertinebat

ad nouum prophetiae tam facti etiam ipso quā uerbo: id, scilicet factio significās, quod uerbo ad Heli sacerdotem. 2. Reg. 15. dictū est per Prophetam: nam fuerunt postea sacerdotēs ex genere Aaron, sicut Sadoch, & Auiathar, regnante Dauid, & alij deinceps, anteaquā tempus ueniret, quo ista quae de sacerdotio mutādo tāto ante praedicta sunt, effici per Christum oportebat. Quis autem nunc fideli oculo haec intuens, nō uideat esse completa, quandoquidem nullum tabernaculum, nullum templum, nullū altare, nullum sacrificium, & ideo neque ullus sacerdos mansit in Iudaeis, quibus ut de semine Aaron ordinaretur, & Dei fuerat lege mandatum.

Libro retractionum. 2. cap. 45. quod tangit Samuelis successione in his uerbis retractauit in 17. lib. Quod dictum est de Samuele, non erat de filijs Aaron, dicendum potius fuit, non erat filius sacerdotis: filijs quoque sacerdotum, defunctis sacerdotibus, succedere magis legitimi moris fuit, nam in filijs Aaron reperitur pater Samuelis, sed sacerdos non fuit, neque ita in filijs, ut cū ipse genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicuntur filij Israel.

SEXTVM QVAESITVM.

An filij Dei, de quibus Gene. 6. homines an Angeli fuerint.



Vgustinus de Ciuitate Dei, lib. 15. cap. 22. & 23. subindicare uidetur, cap. 22. aliquos sensisse fuisse Angelos: cap. tamē 23. dissimulare uidetur, non Angelos, sed homines fuisse, cap. 22. in locum hunc, Ordinat in me charitatem, ait, Huius igitur charitatis, hoc est, dilectionis & amoris, ordine perturbato, Deum filij Dei neglexerunt, & filias hominum dilexerunt: quibus duobus nominibus fatis ciuitas uitaque discernitur, neque enim illi non erant filij hominum per naturam, sed aliud nomen habere exeperant per gratiam: nam in eadem scriptura, ubi dicti sunt dilexisse filias hominum filij Dei, idem dicti sunt etiam Angeli Dei: unde illos multi putant non homines fuisse, sed Angelos: quorum sententiam impugnans cap. 23. inquit, Et quoniam creberrima fama est, multique se ex-

peritos, uel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Syllanos & Faunos, quos uulgo in cubos uocant, improbos saepe exstitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregrisse concubinum: & quosdam daemones, quos Dufios Galli nuncupant, hanc alsidue immunditiam & tentare, & efficere, plures talesque asseuerant, ut hoc negare impudentiae uideatur. Non hic aliquid audeo temere dissimulare, utrum aliqui spiritus elementa aereo corporati (nam hoc elementum etiam eum agitur flabello, sensu corporis tactuque sentitur) possint etiam hanc pati libidinem, ut quomodo possunt sententibus feminis miscantur. Dei tamen Angelos sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse crediderim, sed potius de illis, qui astantes à Deo cū diabolo principe suo ceciderunt, Angelos autē fuisse etiam Dei homines nūcupatos scriptura sancta testis est, nam de Ioanne scriptum est, Ecce mitto Angelum meū ante faciem tuam, qui preparauit uiam tuam. Et Malachias propheta propria quadā, id est, sibi proprie impertita gratia dictus est Angelus. Et ad obsecrationem, quod ex illis, qui dicti sūt Angeli Dei, & ex mulieribus, quas amauerunt, nō quasi homines generis nostri, sed gigantes legim⁹ esse uarios, respondet, quasi nō etiam nostris temporibus similes illis nati sint? Nōne ante paucos annos, cū Romana urbis, quod à Gothis factum est, appropinquaret excidium, Romae fuit femina cū suo patre & sua matre, & quae corpore quodammodo gigantes longe caeteris praemineret: ad quā uideādam mirabilis fiebat utque quaque concursus: & hoc erat maxime admirationi, quod ambo pariter eius nec tam longe homines erant, quā longissimos uiderere consueuimus. Potuerūt ergo gigantes nasci, & priuquam filij Dei & Angeli Dei dicti sunt, filii uisus hominum, hoc est, secundā hominum uisum uisum miscerentur: filij scilicet Seth filius Cain. Et tandem concludit, Nō autem illos ita fuisse Angelos Dei, ut homines non essent, sicut quidam putant, sed homines proculdubio fuisse scriptura ipsa sine ulla ambiguitate declarat. Cum enim praemissum esset, quod uidentes Angeli Dei filias hominum, quia bonae sunt, sumperūt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant: mox adiunctum est, Et dixit Dominus Deus, non permanebit spiritus meus in hominibus: hic interpretatur, propter quod caro sunt spiritus Dei quippe fuerat facti Angeli Dei & filij Dei,

Matth. 17.  
Matth. 3

OCTAVVM QVAESITVM.

An tantū tres libri sapientiales recipiantur in auctoritatem Canoniam.

Vgustinus lib. 17. de Ciuita. Dei inlinuare uidetur, tres tantum libros ex sapientialibus auctoritate Canonica receptos esse, sic scribens, Post Dauid regnauit idem populo uersus Salomon eius filius, qui patre suo ueniente, regnare coepit: hinc bonis initijs malos exirus habuit: quippe secundae res, quae sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quā profuit ipsa sapientia etiā nūc, & deinceps memorabilis, & tunc longe lateque laudata: prophetae etiam ipse reperitur in suis libris, qui tres recepti sunt in auctoritatem Canoniam, Prouerbia, Ecclesiastes, & Canticum canticorum: alij uero duo, quorum vnus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem, ut Salomonis dicantur, obtinuit consuetudinem autem esse ipsius non dubitant Doctores: eos tamen in auctoritatem maxime Occidentalis antiquitatis recepit ecclesiarum in vno, qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi aperitissimae prophetatur: impij quippe interfectores eius commemorantur, dicentes, Circumueniamus iustum, quoniam in suauis est nobis, & contrarius operibus nostris, &c. In Ecclesiastico autem fides gentium futura praedicitur isto modo, Miserere nostri Dominator Deus omnium, & immitte timorem tuū super omnes gentes, extolle manum tuam super gentes alienas, & uideant potentiam tuam: ut sit coram illis sanctificatus es in nobis, ita coram nobis magnificeris in illis, & agnoscant te, secundum quod & nos agnouimus, quia non est Deus praeter te Domine. Ait Augustinus, hanc sub optandi & precandi specie prophetā per Iesum Christum uidemus impletam. De hac quaestione uide supra septimo tomo B. Hieronymi ad quartum quaesitum.

Sapientia.

Eccles. 39

NONVM QVAESITVM.

An uirtutes Romanorum uicia fuerint potius quā uirtutes.

Tr 3 Aus

Dei, sed declinando ad inferiora homines dicantur nomine naturae, nō gratiae: dicantur & caro desertores spiritus, & deserendo deserti. Et in fine capituli reddit ratio, quare gigantes à Deo genti, inquit, Quos propterea creare placuit creatori, ut eū hinc ostenderetur non solū prolixitudines, uerū etiam magnitudines, & fortitudines corporum nō magnipendendas esse sapienti, qui spiritualibus, atq; immortalibus longe melioribus atq; firmitioribus & bonorū proprijs nō bonorum malorumque cōmunibus beatificatur bonis. Quam rem alius propheta commendans ait, Ibi fuerunt gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt staturosi scientes praerium: non hos elegit Dñs, neque uiam scientiae dedit illis, sed interierunt, quia non habuerunt sapientiam, perierūt propter inconsiderantiam. De hac quaestione uide supra tomo. 1. Chrysostomi ad quartum, & secundo tomo ad decimum quaesitum.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An spiritus omnes sint corporei.



Vgustinus in initio capituli. 23. lib. 15. de Ciuita. Dei inlinuare uidetur, spiritus omnes corporeos esse. Sic enim inquit, Quaestione, quam non transeunter commemoratā in tertio huius operis libro reliquimus insolutam, utrum possint Angeli, cū spiritus sint, corporaliter coire cū foeminis, scriptum est enim, Qui facit Angelos suos spiritus, id est, eos, qui natura spiritus sunt, facit Angelos suos esse, ingerendo eis officium nunciandi: quod enim Graecè dicitur Angelus, Latina lingua Nūcius interpretatur. Sed uerū eorum corpora consequenter adixerit dicendo, Et ministros suos ignem ardētē: an quod charitate tanquā igne spiritali feruere debeant ministri eius, ambigū est. Apparuisse tamen hominibus Angelos in talibus corporibus, ut nō solum uideri, uerū etiam tangi possent, eadē uerissima scriptura testatur. Uide de hac quaestione. 7. tomo Hieronymi ad primū, & primo tomo Augustini ad quartum quaesitum.

Phil. 103



Augustinus lib. 19. de Ciuit. Dei. c. 25. asserere videtur, non posse esse veras virtutes, vbi nō est vera religio, sic scribens, Quālibet enim videtur animus corpori, & ratio vitijs laudabiliter imperare, si tamen Deo animus & ratio ipsa non seruit, sicut si bi seruendum esse ipse Deus praecipit, nullo modo corpori vitijsque recte imperat: nā qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina veri Dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed vitiosissimis demonibus corruptentibus profluita: proinde virtutes, quas sibi habere videtur, per quas imperat corpori, & vitijs, ad quodlibet adipiscendum vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiam ipsa vitia sunt potius quam virtutes: nam licet à quibusdam tūc verē honesta putentur esse virtutes, cum ad se ipsas referuntur, neque propter aliud expetuntur, etiam tunc inflare ac superbere sinit, & ideo non virtutes, sed vitia iudicāda sunt. Sicut enim nō est à carne, sed super carnē, quod carnē facit viuere: sic nō est ab homine, sed super hominē, quod hominē facit beate viuere: nec solū hominem, sed etiā quālibet potestātē virtutumq; celestem. De hac quaestione vide supra B. Ambrosium ad 11. quaesitum.

DE CIMVM QVAESITVM.

An corpora demonum dolore sentitio cruciuntur.



Vgustinus lib. 21. de Ciuit. Dei. c. 3. insinuare videtur, demonū corpora sensitio dolore cruciari, sic scribens, Sed nullū est, inquam, corpus, quod dolere possit, neque possit mori, & hoc vnde scimus? nā de corporib⁹ quis certus est demonum, vtrum in eis doleant, quādo fe affligi magnis cruciatibus consistunt? Quod si responderetur, terrenū corpus solida scilicet atq; conspiciuum nullū esse, atq; vt vno potius nomine id explicem, nullam esse carnem, quā dolere possit, morique nō possit: quid aliud dicit, nisi quod sensu corporis homines & experientia collegerunt? Nullam hanc carnem nisi mortalem, sciunt. Et haec est eorum tota ratio, vt quod experiri non sunt, nequaquam esse posse arbitrentur. Vt autem dolor aliquis possit occidere,

illa causa est, quoniam sic est anima conuexa huic corpori, vt summis doloribus cedat atque discedat: quoniam & ipsa compago membrorum, atque vitalium sic infirma est, vt eam vim, quā magnum vel summum dolorem facit, non valeat sustinere. Et infra, Prima mors animam nolentem pellit de corpore: secunda mors animam nolentem tenet in corpore. Attendunt autem isti contra dictores, nullam esse nunc carnem, quā dolorem pati possit, mortemque non possit: non attendunt, esse tamen aliquid tale quod corpore maius sit: ipse quippe animus, cuius praesentia, corpus viuunt & regitur, dolorē pati potest, & mori non potest: hoc igitur tunc erit in cordibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium. Dolere itaque anima cū corpore in eo loco eius vbi aliquid contingit, vt doleat: dolet & sola, quāuis sit in corpore cum aliqua causa: etiam in insensibiliter tristis est ipsa corpore incolunt: dolet etiam non in corpore constituta, nam vtiq; doleat, diues ille apud inferos, quando dicebat, Crucior in hac flamma: corpus autem neque exanime dolet, neque animatū sine anima dolet. Si ergo à dolore argumentum recte sumeretur ad mortē, vt ideo mors posset accidere, quia potuit accidere & dolor, magis ad animam pertinet mori, ad quā magis pertinet & dolere: cū vero illa, quāuis magis dolere potest, non possit mori, quid momenti afferit, cur illa corpora, quoniam futura sunt in doloribus, ideo etiam moritura esse credamus. De hac quaestione vide supra tomo nono Chrysostomi ad decimū nonum quaesitum, & in Beato Ambrosio ad nonum quaesitum, & tertio tomo Beati Augustini ad secundum quaesitum.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An foetus abortiuū die iudicij resurgunt.



Vgustinus lib. 22. de Ciuitate Dei. c. 15. agens de resurrectione, neque audent affirmare, neque negare, an abortiuū factus die iudicij vniuersalis resurgēt: sic enim scripsit, Ad haec ergo, quae ab eorum parte contraria, me differēte, mihi videtur opposita, misere-

Luc. 16

1. Conclu  
sio.

miserordia Dei meis nixibus opem ferente, respondeam, abortiuos fetus, qui cū iam vixissent in vtero, ibi sūt mortui, resurrecturos, vt affirmare, ita negare nō audeo: quāuis non videam, quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si nō eximantur de numero mortuorū: aut enim nō omnes mortui resurgēt, & erunt aliqui humanę animae sine corporibus in eternum, quę corpora humana quāuis intra viscera materna gestarūt: aut si omnes animę humanae recipiant resurrectionem non pertinere mortuorum quocunq; mortuos, etiam in vteris matrum: sed vtrunlibet de his quilibet sentiat, quod iam natis infantibus dixerimus, hoc etiam de illis intelligendum est, si resurgent.

Doctores scholastici de hac quaestione. 4. sentent. dist. 44. & primo quaeritur, vtrum vniuersi mortales sint resurrecturi. Circa quam quaestionem sunt diuersae sententiae Doctorum. Sunt enim qui dicant, illos, qui articulo aduentus Domini viui reperientur, non mortuos, saltem iustos, sed in aera viuentis rapiendos obuiam Christo. Alij tenent, quod omnes tam probi, quā reprobi morientur, & subito suscitabuntur. Primus locus, qui ansam controversiae Doctoribus dedit, est ille. 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Enimvero, vt Hieronymus in epistola ad Minerium & Alexandrum, quā de hac re scripsit, & Augustinus in epistola ad Isichium, & 20. de Ciuitate Dei cap. 30. fatentur, varia est lectio illius loci apud Graecos & Latinos: nam vbi nos legimus, resurgemus, codices Graeci habent, dormiemus, hoc est, moriemur: qui enim spem resurrectionis habent, mortem somnium dicunt: & vbi nos legimus, omnes quidem resurgemus, sed nō omnes immutabimur, quidā illorū cōuersam legunt, omnes quidem non resurgemus, sed omnes immutabimur. S. Th. in eundē locū ait, quātum ad verbū nihil refert, seu legamus, resurgemus, seu dormiemus, quoniam quotquot morituri sunt, resurgent, & nulli sunt, nisi qui morientur, resurrecturi: sed tū negatio sensum omnino cōtrarium facit, nā si legatur, omnes nō resurgemus, aut nō dormiemus, cōstat q̄ illi, qui tunc viuui fuerint, vel aliqui eorum, mortem non experientur. Pro solutione vero quaestiois sit prima cōclusio, Vniuersi, qui tunc viuui fuerint re-

periti, morientur, vt protinus cum ceteris resurgant. Sententia est Hieronymi ad Minerium & Alexandrum: quoniam precibus rem diffinit affirmas, huc ecclesiam acquiescere: magis quā veritati consonum est, vt nemine excepto praeter Enoch & Noam, quos scriptura sacra viuos raptos commemorat, omnes sint morituri. Et haec sententia fuit antea venerabilis Didimi, & Origenis, qui ambo fuerunt Graeci peritissimī. Eiusdem sententiae est Augustinus loco citato, & de fide ad Petrum cap. 3. & Sanctus Thomas, & Ricardus, & Scotus distin. 43. quaestione. 5. & Durandus, & Paludanus, & est communis Theologorum scholasticorum. Augustinus tamen libro de Ecclesiastici dogmatibus cap. septimo censet, paternos alterius opinionis Catholicos & eruditos, nec ob id cedendos esse hereticos. Quod licet ita sit, nunc tamen temporis contraria assertio temeraria esset, cum Hieronymus dicit, ecclesiam huic sententiae magis acquiescere, & magis esse veritati consonam: & omnes Latini ita legant, omnes quidem resurgemus, & nōnulli ex Graecis: quin etiam à tempore Synodi Tridētū, vbi editio vulgata inter omnes est solēnter suscepta: maxime quod tū rationes, tum oracula sacra huic editioni vulgate amplius patrocinantur.

Primum, quia cū ex anima & corpore constemus, in eadem partes resoluendi sumus: & nullus ab hac lege excipiendus est, nisi Diuino privilegio constitutis. Vniuersalis enim sententia est illa Gen. 2. Terra es, & in terram ibis: vbi Augustinus interpretatur hunc locū de Ciui. Dei citato, ait, in terram ibis, amissa vita: nullum autē stat privilegium in contrarium. Assendū ergo est, omnes esse morituros. Secundū, cū motib⁹ caelorum fiant sublunares generationes & corruptiones, consequens fit, vt cessante motu coeli, cesserit actio calidi & humidī, quo nostra vita consistit: quare sicut, extincta cordis palpitatio, extinguitur homo, sic quiescente motu coeli, subitanea morte cuncti moriuntur. Tertio, id ex natura culpae originalis colligitur. Per primum enim hominem, vt ait Paulus, intrauit peccatum in mundū, & per peccatum mors, iuxta Diuinam illā sententiam Gen. 2. In quacūque hora come deris ex eo, morte morieris, cū ergo sententia illa vniuersos mortales cōprehenderit, nulla est ratio, quare vlli inde extuantur, imo Diuinae iustitiae consonum, iuxta verbum Pauli ad Hebr. 9. Statutum est hominibus

Synodus  
Triden.

1. Ratio;

2. Ratio;

3. Ratio;

4. Ratio.

semel mori, & iuxta illud psal. Quis est homo, qui vivit, & non videbit mortem? Si enim Christus mortuus est semel, & resurrexit, exemplo ergo illius omnes morientur, & resurgent. Quarto, accedit collectio facta Pauli, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur: & postquam deduxit exemplum accommodatissimū a natura subditi, Seminatur in corruptione, surgit in corruptione, & quotidie per corporis macerationem corruptibile corpus feminamus: sed tandem per mortem absimitur, vt resurgat.

5. Ratio.

Nemo illorum qui legunt, Non omnes reprobemus, seu dormiemus, negat quin omnes reprobi, qui tunc reperientur vivi, sint morituri: fatentur enim Paulum hic loqui de solis iustis, qui non omnes morientur, sed omnes immutabuntur. Et 1. ad Thesa. 4. ait, Nos qui vivimus, rapiemur in nubibus obuiam Domino in aera, & semper cū Domino erimus: miserī autem damnandi non rapiemur in aera. Greci ergo illi antiqui de solis iustis aiebant forte non esse morituros. Hinc ergo sumitur argumentum, si iniusti, qui tunc vivi reperientur, subito moriētur, non est cur iusti etiam non simul moriātur, nam si propterea essent immunes a morte, maxime propter suam iustitiam: & tamen multi sanctiores illis mortui sunt, vt B. Virgo, & Apostoli, nō ergo est cur negetur vniuersos tunc esse morituros.

Quapropter Origenes illam aliorum lectionem negatiuam, nō omnes dormiemus, non potuit sibi persuadere, intelligendā fore de vera moriendo interpretabatur locū de dormitione spiritali, hoc est, de morte peccati. Interpretatio tamen haec aliquatulum violata est, adeo vt rextus vix eam admittat.

Ad alium vero locum Pauli. 1. ad Thes. 4. quo ait, ipse Dominus in iusta & in voce Archangelī, & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos, qui vivimus, qui reliquimus, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aera. Non desuerunt, qui superbie horum verborum seducti arbitrati sunt. A postolum Syllaunum, & Timotheum deceptos fuisse, existimantes aduentū Domini tam propinquū esse, vt in sua etate esset futurus: sicuti Erasmus sub opinione id reliquit. Hieronymus vero ad Minerium & Alexandrum hunc errorem legentibus aduertit: ait enim Thesalonicensibus, errorem hunc ex verbis Apostoli irrepsisse: ad quem

explodendum scripsit eis Apostolus secundā edistolam, vbi ait, Rogamus vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, vt nō cito moueamini a vestro sensu, neque; terraemini per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolā, quasi per nos missam, quasi instet dies Domini, &c. Qui ad Thimo. scribens dixerat, Ego iam delibor, & tēpus meae resolutionis instat, non dubitabat ante Christi aduentum se moriturum. Igitur vbi Paulus ait, nos qui vivimus, qui reliquimus, &c. nihil aliud admonet, quā quod viuentes in lege Euangelica non praeuenient iustos antiquae legis, qui mortui sunt in fide Christi, sed simul omnes rapiemur in nubibus obuiam Christo. Ideo in se & suis confortibus representat alios, qui tunc erunt in vita residui: nihilominus non negat se cū ceteris moriturū, quin vero id anxie cupiebat inquit Rom. 7. Quis me liberauit de corpore mortis huius? &c. 2. Corinth. 5. Habitantes in corpore peregrinamur a Dño, magis autē volumus exire de corpore, & esse cū Christo.

Videtur tamē prima facie insinuare, quōd qui tunc fuerint vivi, non morientur, sed vivi rapiemur obuiam Domino. At si locus alius non esset apertior resurrectionis vniuersalis, neque rationes adductae illam suadeant: sed tamen neque locis & rationibus indubitis contradicit: non enim hic Paulus de vniuersali morte omnium loquitur, sed solū conferbat iustos, qui tunc essent vivi, cum alijs iustis, qui erant vita defuncti, docens, quod propterea quod tunc erant vivi, nō occurrerent citius obuiam Christo, quā alij, qui sunt in sepulchris: sed illi resurgent primi, & statim omnes iusti simul rapiemur in nubibus obuiam Christo: non tamen negat tūc viuentes non esse morituros. Ideo Augustinus loco citato de Ciuit. Dei ait, quōd vivi in rapu illo morientur & reuiuifcent.

Dubium tamen aliud hinc insurgit, an scilicet, esto superstitēs sunt morituri, prius alij quā ipsi sunt resurrecturi. Apparet enim sic futurum ex verbis Pauli, Mortui resurgent primi, deinde nos, qui vivimus. Et ex Augustino qui ait, In rapu, quo vivi rapiemur in aera, morituros, cū: ergo antequā iusti rapiantur, alij resurrexerint, sit vt post alios sint resurrecturi.

Tres sunt opiniones arbitrantium non omnes simul suscitandos. Antiquus Papias, & de Lactantius existimauerunt, in fine sexti millennarij Christum venturum, & tunc iustos resurrecturos, cū quibus erat mille annis in-

Dubium.

1. Opinio.

summis delicijs conuersaturus: & post in fine septimi millennarij erant reprobi suscitandi. Et sic exponebant illud Pauli, Mortui, qui in Christo sunt, hoc est iusti, resurgent primi, id est, per mille annos antea. Hieronymus epistola ad Minerium & Alexandrum dicit, hanc sententiā esse fabulam, cū 1. Corinth. 15. idem Paulus dicat, quōd in momento & in ictu oculi, tuba canente, mortui resurgent, & nos, scilicet iusti, immutabimur.

2. Opinio.

Secunda opinio est Scoti & Durandi, qui tenent, quōd defuncti resurgent prius, & qui reperientur, vivi rapiemur in aera, & in ipso rapu morientur, ac subinde post alios resurgent.

3. Opinio.

Tertia opinio est Theophilacti, & aliorū asserentium, electos prius quā reprobos excitandos, Deo sic disponente, miseros naq; quibus ingratus & horrendus erit ille aduentus, opinabuntur in vitam esse redituros.

4. Conclusio.

His non obstantibus statuitur secunda conclusio. Vniuersi, scilicet, probi & improbi, & qui tunc reperientur vivi, & qui defuncti fuerunt simul eodem momento tēporis resurgent. Sententia haec est Ricardi, & Augustini lib. de Ecclesiasti. dogmati. c. 6. vbi sic scripsit, Erit resurrectio mortuorum omnium hominum, sed vna, & in simul, & semel, non prima iustorum, & secunda peccatorum, vt fabula est somniorum, sed vna omnium, cūm Paulus dicat, Omnes in momento & in ictu oculi esse resurrecturos, eodē ergo momento omnes resurgent. Secundo, cū resurrectio illa sit conuocatio ad vniuersale iudicium, & fiat virtute Dei, cui omnis creatura ad nutum pareat, & cui nemo resistere valet, sit vt eodem momento omnes resurgant. Et per hoc respondetur illis, qui putant improbos postea resurrecturos, nam si sponte sua resurgere deberent, apparet esset sententia, attamen cū virtute Diuina sint suscitandi, non dabitur eis tardandi locus. Tertio, quia cūm omnes sono vocis & tubae Dei, vt ait Paulus, sint veluti ex somno excitandi, eodem sonitu atque eodem momento omnes resurgent.

Cōtra argumentum.

Quod vero Augustinus ait, quōd qui vivi reperientur in aere sunt morituri & resurrecturi, licet possibile sit, est tamen virgens argumentum in cōtrarium, quōd reprobi, qui vivi reperientur non in aere, sed in terra interibunt, antea quā iusti rapiantur in aera, nō ergo cur iusti non simul moriantur etiam in terra, & post cū vniuersis alijs iustis rapiantur in aera: praesertim quōd in illo rapu nō

est credibile, tantam moram futuram, vt illic moriantur, & purgentur, & resurgant: nam si quid sordidum purgandum habent, antea quā resurgant expiandum est. Tenuid ergo est, quōd in illo momento imperceptibilis temporis, quo Angeli cineres sunt collecturi, morientur: & si qui vivi reperientur, in instanti terminatio extrinseco. Illius tēporis, vt exposuimus, fiet generalis resurrectio omnium.

T. argumētum.

Ad maiorem autem huius intelligentiam arguitur primo: & supponimus mortē, quā ex originale contraximus, de qua dictū est, In quacunque die comederis ex eo, morte morieris, non esse violentē inflatam, sicuti qua malefactorēs plectuntur, aut alij per iniuriam interficiuntur, sed est naturalis, sicuti est originale non fuisse, quia ex corpore & anima compacti sumus, mortales fuisse mus. At quia dono inflitae originalis datum est nobis, vt mori non possemus, dum illā in Adam amisimus, in nostra moriendi natura relictī sumus: & hac ratione mors dicitur poena originalis peccati. Ex hoc ergo sumitur argumentū, illi qui vivi reperientur propter aduentum illius diei nō sunt digni morte violenta, ergo qui tunc morbo letali non laborauerit, non est cur morti debeat occubere. Ad hoc respondetur primo, quōd cum ex locis scripturae, & rationibus probabilibus colligatur, omnes fore morituros, non oportet perferuari, quomodo, vel quali morte morientur: Deus enim, qui pro originali nobis decreuit mortem, potest aliam quam voluerit infligere, vt quod statutum est omnibus hominibus semel mori, impleatur. Secūdo respondetur, quōd omnes praenimio terrore naturaliter incuso exanimēs cōciderunt: nam vt Luc. 21. legitur, tunc erit tanta praesura gentium praesconfusione sonitus maris, & fluctuum, & praesportentis, quae in luminarijs coeli apparebunt, vt homines terrore & expectatione, quae superueniet vniuerso tibi, percussis, arefcent, ignis etiam, qui faciem iudicis antecederet, homines cum ceteris mixtis comburent: & sic omnes morientur praeter illos, qui privilegio Dei excepti sunt: quo Enoch & Helias hodie gaudent: illis ergo solis exceptis, vt Hieronymus ad Minerium ait, nullo alio contingeret.

Locus ergo Pauli non sic legendus est, vt constitatur ordo prioris & posterioris inter resurrectionem eorum, qui tunc fuerint defuncti, & eorum qui tunc morientur: sed inter resurrectionem iustorum, qui tunc erunt defuncti,

fuit, & omnium simul iustorum, qui rapiuntur in aera: nam licet qui tunc inuenerunt viui, prius rapiuntur in aera, quā alij iusti, qui erant defuncti, sed omnes prius moriuntur, & simul resurgunt, & rapiuntur simul in aera. Ex quo colligitur, quod resurrectio generalis omnium eorum instanti extrinseco terminanti totum mundi tempus, quo, scilicet, caeli motus per primum non esse moueri de sinent. Nam illa, quae deinceps in iudicio subsequuntur, non temporis mensura fiunt, sed in aeternitate, quae absque vlla mensura remanebit. De hac quaestione vide supra quartum tomo Chrysostomi ad decimū quartum quaeritum.

Dubium vltimum est, an cuncta hominis membra, ac perinde humores debeant homini resurgenti restitui. Pro cuius solutione distinguendum est inter membranam alia sunt, quae homines absque vilo defectu naturae sortiti sunt, quae in vita conseruauerunt: alia vero quibus vel defectu naturae truncati geniti sunt, vel morbo aliquo aut casu viuentes orbatii sunt, etiam quae inter electos & reprobos hac parte differant. Respondetur igitur duabus conclusionibus. Prima conclusio, Electi cum omnibus suis membris, quae ad integritatem naturae spectant, vitae sunt restituti. Probatur, Dei perfecta sunt opera, resurrectio erit opus Diuinum, ergo perfectum, non enim esset perfectum opus nisi homo, qualis natura sua gignitur, resurgeret, natura autem ad sui perfectionem exigit omnia membra & organa, ergo cum illis resurget. Probatur haec vltima praemissa, quia anima non solum est forma corporis, verum etiam & finis, propter quam homo creatur: & propterea causa efficiens, quae illum gubernat. Vnde philosophus, 14. de animalibus habitudinem corporis ad animam censet, vt artificij ad artem: quemadmodum ergo res per artem fabricata non esset perfecta, nisi omnem virtutem, quae continetur in arte demonstraret, ita neque esset perfectus homo, nisi omnes virtutes animae in corpore emicerent: neque corpus esset perfectum, nisi integritate omnium membrorum consummaretur. Intelligitur autem conclusio de omnibus membris, siue illa habuerint, siue illis orbatii fuerint: itaque tam qui nati fuerunt seu caeci, seu claudi, seu quocunque alio membro mutili, quam qui integri in lucē prodierunt, etiam si postmodum aliqua amiserint membra, integri & perfecti resurgunt. Secundo probatur conclusio, si ruina aliqua corpo-

ris & effectus esset in resurrectione, illud prouenerit aut ex defectu virtutis agentis, quam ob causam solent monstrari procreari, aut ex defectu obedientiae materiae, sed neuter illorum defectuum erit illic, quia virtus illic efficiens erit supernaturalis Dei, cui nihil resistere potest, in materia vero nihil erit requisitum, quod ex causis naturalibus pendeat, ergo omnia membra resurgent perfecta. Tertio, resurrectio erit opus peculiare Dei, sicut prima rerum creatio, sed non solum hominem, verum cuncta, quae Deus de nihilo condidit, in sua perfectione creauit, illa ergo naturae reparatio ex pulueribus per fecitissima erit secundum naturam. Quarto, quia omnes defectus & iacturas, quas in Adā fecimus, Christus reparauit, iuxta verbum Pauli ad Philippenses. 3. Configurauit Christus corpus humilitatis nostrae: configuratum corpori claritatis suae: corpus autem Christi integrum resurrexit, ergo & electorum integra resurgent. Quinto, quia si hominem, qui in hoc terrene saeculo victurum erat, iam pulchrum Deus in prima creatione formauit, illos, quos velut cineres caelorum est reseruit, & dotibus gloriae insignire proposuit, vt vna secum, seu eius domestici perpetuo eius conspectu fruere, dubitare non licet, quomodo sit vniversos perfectissimos secundum naturam in vitam reuocaturus.

Contra hoc tamen arguitur: vsu saepe venit, vt alicui propter furum, aut propter aliam quam illam iniuriam aures, manus, vel aliud membrum abscedatur, illud ergo membrum illi non restituetur, quia propter malum quod patrauit non est ei restituendum bonum. Respondeo, quod merita aut demerita non sunt membrorum, sed suppositi, cui, si poenitentiam egerit, restituetur ad praemium, si minus ad supplicium. Sententia praeterea est Augustini, 22. de Ciuit. cap. 19. & in Enchiridion. c. 87. vbi ait, quod nulla vitiosa corpora sunt sanctorum resurrectura, sed correctae emendataeque natura: vnde inquit monstrum illud, nempe, bi membrum homo, quem Hieronymus in Oriente natū refert, quia duplex erat, duoque coniuncti, non vnus resurget, sed duo seorsim: vni autē non fuisset perfecti duo, sed vnus, cum vna anima non resurget, nisi vnus.

Quid autem de martyribus, qui membris truncati sunt, an sint absque illis resurrecturi, vt amputatio illa sit eis stigma gloriae, & aureola sui triumphi? Augustinus, 22. de Ciuitate cap. 20. respondet, quod non erit absque illis

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

De reprobis

Durandus.

Monasterium

De martyribus.

illis membris, nam mutilata illa vitium esset corporis, alioquin qui capite truncati sunt, deberent sine capite resurgere: verum tamē in membris eorum erunt cicatrices fulgentes super omne aurum & lapidē pretiosum, sicuti cicatrices vulnerum Christi.

De reprobis autem, an membris integris resurgēt. Augustinus in Enchiridion. c. 92. distinxit non est ausus: ait enim, Sed verū cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant, quicunque in eis vitiosa & deformia membra gestarunt, inquirendo laborare quid opus est: neque enim fatigare nos debet eorum incerta habitudo & pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Durandus distinxit. 4. q. 2. respondet, distinguens: ait enim in homine esse quaedam partes de essentia, sine quibus homo esse non potest, & cum istis certum est, damnatos resurgeturos: alia vero sunt de integritate, quae non sunt simpliciter de essentia, vt manus, pes, oculus, sine quibus homo viuere potest: de istis ait, quod si damnati cum omnibus suis membris nati sunt, neque in vita illa casu, aut morbo aliquo perdidissent, resurgēt eodem quo de hac vita migrarunt: si vero absque aliquo membro, vel cum aliqua deformitate nati vel defuncti sunt, non liberabuntur ab illa, sed resurgent truncati, vt vitium illud perpetuo patiantur. Ratio eius est, quia reparatio illa naturae in resurrectione ad illum finem refertur, vt diuersam retributionem recipiant: boni vitam aeternam: mali supplicium aeternum, vt habetur Ioannis. 5. Reprobi autem nullam retributionem felicitatis accipient, non ergo est cur eorum natura in melius reparetur, quam ceciderat. Secundo, quia sicut iustus nihil deerit, quod ad felicitatem aeternam pertinet, ita neque miseris quicquam deficiet, quod ad eorum miseriam in vita praesenti atinebat: quare vitia illa non sanabuntur. Tertio, resurrectio illa futura est per gratiam Christi, quae antidotum fuit peccati Adae, ergo sicut Adam per mortem animae lapsus est in miseriam corporis, ita Christus nullis vitia corporis sanauit, nisi quibus vitam animae restituit.

Ad hoc autem vt clarius respondeamus distinguendum est de vitijs corporum: quae in triplici sunt differentia: prima est membrorum priuatio: secunda, turpis & inepta eorum compositio, & habitudo deformis corporis, vt sunt gibosi, & alijs membris tortuosis compositi: tertia, morbositas, vt lepra, febres, podagra, &c. Sancti Thomae Ricardus, &

alii primam vitiositatem affirmant non esse in damnatis futurā, imo omnes integri suis membris resurgunt: neque Augustinus hoc in dubium reuocauit, sed de alijs deformitatibus aliorum generum ambiguit. Et quod reprobi cum omnibus membris debeant resurgere, probatur, quia resurrectio erit quaedam naturae reparatio per virtutem supernaturalem Dei, tanquam auctoris naturae, cum ergo Dei perfecta sint opera, naturam quā integram creauit, integram reparauit sine respectu ad culpam: si vero membro aliquo careret, non esset integra. Secundo, resurrectio Christi bisariam fuit causa resurrectio nis nostrae: vno modo quantum ad instauratorem naturae: & altero, quantum ad dotes gratiae: in reparatione naturae respectus dū taxat ille habendus est, quod quemadmodum ipse naturam, quam assumpsit in vitam restituit, ita & vniverso humano generi sua corpora integra tribuet. Absurdum enim esset affirmare, quod damnati debent cum tanta deformitate resurgere, quanta in monstris esse solet.

De alijs vero generibus vitiorum, de quibus Augustinus dubitauit, sunt qui affirmant, improbos cum illis fuscitatis propter rationes Durandi. At vero Sancti Thomae contrarium affirmat: quod verius & probabilius est, quia in reparatione corporis resurgētis potius consideratur naturae terminus & perfectio, quam conditio quae praefuit: vnde etiam reprobi illi, qui ad perfectam gratiam in vita nondum peruenerunt, in illa etate sunt resuscitandi, in qua iusti. Gratia tamen claritatis sic arguitur pro Sancti Thomae. Si vnuer si absque vilo vitio naturae & defectu essent instaurandi, defectus illi redirent in poenam peccati, sed non redibunt in poenam suorum delictorum, ergo resurgēt sine vilo defectu, vt iustis minor probatur, poena secundum mensuram & quantitatem culpae est insignenda: vsu tamen saepe venit, vt qui in hac vita minora crimina commiserunt, plures morbos & calamitates corporis sint perpeffi: & vnuer so, qui grauissimis sceleribus fuerunt implicati, nulla vitia corporum fuerint experti: tūc ergo, si damnati deberent cum vitijs corporum, quae habuerunt, resurgere, illi defectus non tam responderent quantitati culpae, quam poenae, quam in vita fuerant perpeffi, atque adeo poena non infingeretur pro culpa, sed pro alia poena: quod est contra rationem aequitatis Diuinae: si ergo illi defectus redituri non sunt in poenam culpae, sequitur quod

1. Ratio.

2. Ratio.



quod nullatenus sunt redituri. Resurgēt tamen reprobi illi cum illis defectibus, qui ex naturalibus principijs humanis corporibus insunt; nempe, eā passibilitate, & opacitate, & pondere, & ignobilitate, & obscuritate, atq; alijs, quae in beatis per dotes gloriae sunt excludenda.

Et per hanc ad primum argumentum Durandi respondeo: damnus enim resurrectionē illuc referri, ut unusquisque retributionem accipiat, nihilominus damnati nō recipient defectus corporum, tanquā supplicia suorum delictorum, imo ob hoc omnia membra recipiant, ut in omnibus puniantur, licet aliquibus in vita caruerint, quia supplicia non debentur mēbris, sed toti supposito: & ideo restitutio illa membrorum nō pertinebit ad eorum felicitatem, sed ad eorum miseria. Et hoc est quod Paulus ait 1. Corinth. 15. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Etenim qua ratione damnati resurgent in incorruptione, ut perpetuo puniantur, resurgent suis membris integri ut in omnibus crucientur.

Ad vltimum respondeo, quod illa resurrectio vniuersalis corporum in suam integrā naturam non fiet per gratiam gratum facientem, per quam Christus collatus est gloria iustis, sed per gratiam quasi gratis datā non singulis personis ob sua merita, sed toti naturae, ut iter ante tribunal Dei. Quare sicut illi etiam, qui non fuerunt mandati ab originali, resurgent, ita omnes resurgēt integri.

De intestinis videtur serupulus emergere: non enim vacua restituentur, quia vacuū abhorret natura: quod autem plena immunis & turpibus egest. omnibus resurgant, felicem illum statum non decet, ergo non restituentur. Respondetur, quod in beatis restituentur plena, non illis turpibus egestionibus, sed decentibus alijs humiditatibus. Vnde Augustinus inquit, in interioribus visceribus, quae nullam decus modo videntur habere, ita pulchritudo rationis delectauit, ut omni formae apparent, quae oculis placet, secundum mentis iudicium referatur. In damnatis vero non mirum si fetidis egestionibus opleta redeant, cum naturales sint.

Contra distinctionem positam est vigen argumentum: quia amoto sine, remouetur medium, quod ad illum refertur, post resurrectionem autem cessauit vsus multorum membrorum, ut quae sunt virtuti generatiuae & nutritiuae deputata: quia illic neque nubent, neque vilia erit indigentia eius, ergo

membra illa non restituentur. Respondet, quod corpus ad animam bifariam refertur: vno modo tanquam materia & forma, & tunc finis corporis & membrorum non est operatio, sed esse perfectum speciei, qua ratione quantum nulla futura esset operatio, necessaria nihilominus erat integra membrorum compago ad complementum speciei: secundum modo refertur tanquam instrumentum ad agens: & hoc pacto quantum finis eius sit operatio, nihilominus compositio membrorum sine operatione non est frustra: seruit enim ad ostendendum virtutem ipsius agentis, nempe animae, quae vim habet cūcta mouendi: eluii ars instrumentum musicum: & ideo quantum illic neque vllus nubet, neque nuptui tradetur, erunt nihilominus vtriusque sexus instrumenta: atque adeo organa virtutum nutritiuae & augmentatiuae.

De humoribus sit secunda conclusio, Humores omnes, & humiditates, quae ad vitam etiam mortalis necessitatem & integritatem spectant, erunt in resurgentibus, quoniam licet vita illa deinceps supernaturalis sit, nihilominus erunt veri homines, quales natura producit. Et pro clariori expositione distinguendum est, sicuti physici inter humores & humiditates distinguunt. Auicena lib. 10. de animalibus cap. de humoribus & humiditatibus ait, humoris nomine censentur illi, qui in praecipuis venis sunt inclusi, habetque determinatam formam, secundum quam licet disgregati sunt, connumerantur tamen cum partibus corporis, ut sanguis, cholera, melancholia, flegma, qui ad hominis veritatem & integritatem spectant: & ideo insinuantur in illa mensura, quae ad optimam valetudinem corporis conferunt. Humiditates vero sunt, quae per minores venas & arterias defluunt, quae in triplici sit differentia. Quaedam sunt in recessu a perfectione, quas natura sana pellit, quales sunt vrina, sudor, sanies, & alia huiusmodi: & istae non resurgent, quia ad veritatem naturae potius eorum expulsiō attinet, quam retentio. Aliae sunt, quae quantum in individuo abundant, tendunt tamen ad conseruationem speciei, ut semen, seu ad nutritionem ut lac: & nec iste redibunt, quia nō spectant ad perfectionem individuorum. Tertij generis humiditas est in transitu & via ad aliam formam, quae ex nutrimento in substantiam aliter transit. Quae sunt etiam in triplici gradu, nam substantia quae ex alimento gignitur in principio vix vocatur ros, qui per venas capillares dispergitur in medio vero cū

2. Conclu  
no.

albescit,

albescit, vocatur cambium: in fine dum iam est versa in substantiam aliti vocatur glacies. Cum igitur sola veritas naturae debeat resurgere, sola humiditates in tertio gradu resurgēt, quia est pars corporis: duae vero priores minime, quoniam deinceps nulla opus erit nutritione, neque illius virtutis officio, sed partes erunt constantes & firmę: quare neque in stomacho erit nutrimentum, sed erit plenus vel aere, vel alia incorruptibili substantia, ut de intestinis dictum est.

Pro B. Augustino respondemus, quod nō discordat à communi sententia Patrum & Doctorum scholasticorum, quia licet in principio capitis de foetibus abortis, an resurrectioni essent, dixerit, ut affirmare ita negare nō audeo: statim tamen inquit, quod si nō existuntur de numero mortuorum, ad eos etiam spectat resurrectio mortuorum, alias non omnes mortui resurgent: quod est contra id quod diffinitiuus de mente eiusdem Augustini. Et ratio, quam colligit, nempe, quod ali

quae animae humanae erunt sine corporibus: in aeternum conuincit, omnes foetus abortiuos esse resurrectionis. Et ita concludit, Non inuenio quem ad modum dicam ad resurrectionem non pertinere mortuorum quoscūque mortuos, etiam in vteris matrum. Et Magister sentent. 4. dist. 44. c. vltimo, quo agit de abortiuis foetibus, & monstris, diffinit ex sententia Augustini, quod hi, qui in vteris matrum formati sunt, licet in lucem nō prodeant, sicut infantes iam nati, resurgent, etiam si corpora mortua in vteris matrum relinquatur, vel quis ea occidat. Negare tales foetus abortiuos non debere resurgere, ait enim, nisi impudentia videtur. Et ratio eius est, quia ex quo incipit homo viuere, ex illo vixit que iam mori potest: mortuus vero vbi canique illi potuit mors euenire, et si mortuus est, quomodo ad resurrectionem non pertineat reperire nequeo. Subscribit Magister sentent. communis sententia Doctorum scholasticorum.

ADVERTENTIAE IN sextum tomum.

- 1 **A**lc comprehendit omnino possit quid faciat hereticum.
- 2 An stultum sit miraculis vti ad credendum.
- 3 An cum Christus dixit, Hoc est corpus meum, signi sui corporis dederit.
- 4 An coniugia propter solos filios copulanda sint.
- 5 An altaria in memoriam martyrum sint constituenda.
- 6 An Hebraei tantum sint permisi thesauros Aegyptiorum auferre, vel iussu.
- 7 An matrimonium, quod secundum veniam Apostolus concedit, sine peccato fiat.
- 8 An creata sit, ex eo quod iam erat ordinando aliquid constituere.
- 9 An solus Deus sit maior natura hominis.
- 10 An conugalit concubitus concupiscentiae causa, culpa sit venialis.
- 11 An Dominus prohibeat uxorem fidelem ab infideli discedere.
- 12 An liceat Christiano adulteram coniugem occidere.

PRIMVM QVAESITVM.

An comprehendi omnino possit quid faciat haereticum.



Vgustinus in praefatione libri de haeresibus ad Quodvult deum asserere videtur, quid faciat haereticum comprehendere omnino non posse, aut difficillime posse. Sic enim illi respondit, Petis quod

tug indicant literas, quas ad me dedisti, ut exponam breuiter, perstrictè, atque summatim, ex quo Christiana religio promissè hereditatis nomè accepit, quae hereses fuerint, sint, quos errores intulerint, inferant, quid aduersus Catholicam ecclesiam senserint, sentiant de fide, de Trinitate, de baptismo, de poenitentia, de homine Christo, de Deo Christo, de resurrectione, de nouo & veteri Testamento: istas autem inquisitiones tuas in immensum procedere cum videres, putasti cuiusdam generalitatis adhibendum esse eò pendium, atque dixisti, sed breuiter perstrictè, atque summatim. Et opiniones rogo cuiuslibet haeresis ponit: & quid contra teneat ecclesia Catholica: quantum instructionis factis est subdij, inquit, illi respondens, Tu naq; quauis breuiter, perstrictè, atque summatim, tamen vis etiam responderi, commemoratis haeresibus, quod ille non fecit, ego vero hoc magis volo facere, si & Deus velit, vnde pos sit omnis haeresis, & quae nota & quae in nota vitari: & vnde recte possit quaecunque innotuerit iudicari: non enim omnis error haeresis est, quantum omnis haeresis, quae in vitio ponitur, nisi errore aliquo haeresis esse non possit. Quid ergo faciat haereticum regulari quadam diffinitione comprehendere, si cut ego ex istimo, aut omnino non potest, aut difficillime potest. Et concludit, Cum ergo Dominus ascendit in caelum, hi haeretici exorti sunt.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 13. & S. Thom. 2. 2. q. 11. & conueniunt Doctores scholastici in hac diffinitione haeresis: quae est, haeresis est error Catholicae veritati manifeste contrarius, cuius pertinacia assertus ab eo, qui Catholicam fidem generaliter profertur. Prima conditio est, quod sit error. Se-

cunda, quod sit contrarius veritati Catholicae. Tertia, quod sit manifestus error contra fidem. Quarta, pertinacia. Quinta in Christiano, scilicet, secundum generale fidei professionem. Haec sunt, quae haereticum faciunt, & ex quibus haereticus quidem dignosci potest. Contra primam tamen conditionem sunt tria argumenta. Primum, quia ex solo facto condemnatur aliquis, tanquam haereticus, quod intra se continet, non ergo exigitur error in intellectu: an ecedens patet, ex hoc enim quod aliquis Iudaicam ceremoniam fecit, damnatur tanquam haereticus. Et confirmatur ex cap. quisquis. 1. q. 1. vbi ex simonia homo iudicatur haereticus: & qui adoratur idolum, damnatur ut haereticus, cap. Accusatus de haereticis lib. 6. Vnde Inquisitiones haereticae prauitatis conueniunt eos qui faciunt pactum cum demone, contulentes ipsum, vel ei sacrificantes, ut ibidem traditur. Secundum argumentum est, quia Hieronymus inquit, quod ex verbis inordinate prolatis incurritur haeresis, ergo sine errore intellectus est haeresis. Tertium est, quod datus in fide est haereticus de haeretico. 1. dubius in fide infidelis est, ergo si antea erat Christianus, postea dubitans erit haereticus: & tamen dubius non habet assensum nec diffensum, ergo ad haesim non exigitur error. His tamen non obstantibus dicimus, quod prima conditio est certa & vera, quia fides est in intellectu, ergo & infidelitas. Secundo, quia veritati nihil est contrarium, nisi error, cum ergo haeresis veritati fidei aduersetur, consequens sit, ut sit error. Ad argumenta. Ad primum, Syluest. haeresi. 1. q. 1. q. 2. ait, quod iura non loquuntur ibi proprie: vocat enim eos haereticos in quantum ita operantur, ac si male de fide sentirent. Et haec est solutio Sancti Thomae. 4. dist. 13. Secundo respondet, quod tales non sunt haeretici nisi iuris praesumptione. Vnde licet possent inquit sitores procedere ad inquirendum per coniecturas, an re vera ita sentiant accusati, ut praesumuntur sentiret vero cum constiterit non ex errore, sed ex cupiditate, aut alia animi perturbatione, eiusmodi opera fieri, non sunt damnandi, tanquam haeretici. Ita tenet etiam Archiepiscopus Florentinus. 2. parte Summe, titu. 12. c. 4. & Petrus de Palude. 4. dist. 13. q. 3. & Caietanus. & Turrescremata lib. 4. parte. 2. c. 1. & 11. & doctor Palacios Rubios in opusculo de haereticis. vbi notat, ex sententia multorum doctorum iurisperitorum, quod cum Inquisitores aliquem damnant

damnant ex praesumptione, debent leuiori poena animaduertere, & punire, quam cum procedunt ex ipsa rei veritate. De hac quaestione vide supra tomo secundo Chryostomi ad octauum quaesitum.

Pro B. Augustino respondemus, quod priori epistola, qua respondet ad Quodvult deum, exigens ut haeresion catalogam scribat, inquit. Re vera hoc omnino diffinire difficile est: & ideo cauendum, cum omnes in numerum redigere conamur, ne praetermittamus aliquas, quantum haereses sint: aut annuere mus aliquas, cum haereses non sint. Et praefatione ad eundem ait, Nam si hoc comprehendere poterit, quis non videat vtilitas quanta sit: erunt ergo prima partis operis huius de haeresibus, quae post Christi aduentum atque ascensum aduersum doctrinam ipsius extiterunt, & vtenque nobis innotescere poterunt: in posterioribus autem partibus quid faciat haereticum disputabitur. Ex cuius doctrina Doctores tam scholastici, quam iurisque iuris consulti, diffinitionem haeresis, & quid faciat haereticum, collegerunt. Ex humilitate tamen & modestia illi sicut & ceteris sanctis innotuit, quid faciat haereticum comprehendere non potest, aut difficillime potest.

SECUNDVM QVAESITVM.

An stultum sit miraculis uti ad credendum.



Vgustinus libro vnicò contra Manicheos de vtilitate credendi ad Honoratum. c. 15. subindicare videtur, stultum esse miraculis commoveri ad credendum. Sic enim Honorato scribit, Deum deprecere, ut te ab erroris malo liberet, si tibi beata vita cordi est. Quod facillius fiet, si praecipis eius, quae tanta ecclesiae Catholicae auctoritate firmata esse voluit, libens obtemperes. Cum enim sapiens sit Deo ita mente coniunctus, ut nihil interponatur quod separet, Deus enim est veritas: neque vilo pacto sapiens quisquam est, si non veritatem mente contingat: negare non possumus inter stultitiam hominis, & syncerissimam Dei veritatem medium quoddam interpositam esse hominis sapientiam. Sapiens enim, quantum datum est, imitatur

Deum: homini autem stulto ad imitandum salubriter, nihil est homine sapiente propinquius: quem, quoniam, intelligere ratione non facile est, oportebat quaedam miracula ipsis oculis admoeri, quibus vtuntur stulti multo quam mente comòdius, ut comotorum auctoritate hominum prius vita moresque purgarentur, & ita rationi accipienda habiles fierent. Cum igitur & homo esset imitandus, & non in homine spes ponenda, quid potuit indulgentius & liberalius Diuinitas fieri, quam ut ipsa Dei syncera aeterna incommutabilisque sapientia, cui nos haerere oportet, suscipere hominem dignaretur: qui non modo illa faceret, quibus ad sequendum Deum inuitaretur, sed etiam illa pateretur, quibus ad sequendum Deum deterrebatur: nam cum adipisci certissimum ac summum bonum nemo possit, nisi id plene perfectèque dilexerit, quod nullo pacto fiet, quando mala corporis atque fortuita formidantur, ille nascendo mirabiliter & operando conciliavit charitatem, moriendo autem, & resurgendo ex elusit timorem.

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 24. & S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 10. quo quaerit, an ratio adducta ad ea quae sunt fidei, minuat meritum. Et respondet duabus conclusionibus. Prior est, Ratio antecedens actum fidei minuit meritum, & aliquando totum meritum tollit. Secunda conclusio est, Ratio consequens actum fidei nedom meritum minuit, sed aliquando illud auget. Circa primam conclusionem est dubium: quia concionatorem, qui infidelibus praedicat, oportet & decet, quod fides auctoritatibus & rationibus corroboret: rationes autem ille non solam minuat, sed fidem auget, ergo. Item, quia S. Th. 3. dist. 23. q. 3. art. 2. ad secundum, inquit, quod is, qui concionatur, oportet quod rationes adducat, quae sufficientes sint, ad inclinandum voluntatem, ut ea quae sunt fidei credat. Respondet, disparem rationem esse, nam de illo, qui primo incipit fidem recipere, necessarium est, quod ratio praecedat: postquam vero semel credidit, iam non propter rationes, sed propter Deum reuelatam credere debet. S. autem Th. de illo, qui iam fidem recepit, loquitur. Quod si arguas de B. Th. Apostolo, ex illo Ioann. 20. Qui iam crediderat Christum esse, verum Deum & hominem: & tamen motiua quaerebat ad credendum, dicens, Nisi mittam digitum meum, in fixuras clauorum, &c. non credam. Respondet, quod ideo merito reprehenditur propter duo: primum,

imum, quia determinatum motuum quæ-  
bar ad credendum: secundo, quia postquam  
semet crederat, motua noua ad credendū  
volebat: vt patet Math. 26. & Marc. 14. Pro  
quo aduertendum, quod ratio præcedens ac-  
tum fidei potest dupliciter adduci: vno mo-  
do, ad probandum aliquid esse à Deo reucla-  
tum, & credendum: & talis ratio nedū meri-  
tum minuit, sed actum illum studiosum red-  
dit: alia enim credere argumentum esset le-  
uitatis, nam qui cito credit, leuis est corde:  
alio modo potest ratio adduci ad ostenden-  
dum illud esse verum, & talis ratio meritū  
minuit, & aliquando totaliter euacuat, vt S.  
Thom. dicit. Et idem est de miraculis: nam  
si quis ita prauè disposuit, sit, quod nullo mo-  
do crederet nisi miraculis visis, talis praua di-  
spositio euacuat rationē meriti, licet miracu-  
lis visis paratus & dispositus sit credere. Et  
hoc est quod Dominus Regulo reprehendit  
Ioann. 14. dicens, Nisi videritis signa & pro-  
digia, non credetis. Si tamen postquam lau-  
cro baptismi tactus est, & fidem suscepit,  
miracula quærat, non vt credat, sed vt magis  
in fide firmetur, dum tamen moderate & si-  
ne solitudine ea desideret, talis meritum si-  
dei non perdit.

Dubium aliud est circa secundā conclusionē  
S. Tho. nam ex illa sequitur quod Theolo-  
gus minus sibi meritum acquireret credendo,  
quā rusticus. Probo, quia minorem diffi-  
cultatem habet ad credendum quā rusti-  
cus, min⁹ ergo meretur: difficultas enim me-  
ritum auget. Sanct. Thom. loco citato ad  
secundum ait, quod si adducantur rationes  
demonstratiuæ, ratio fidei minuitur, non ta-  
men meritum, quia fides est de non visis: cū  
vero meritum sit in voluntate, & Theologus  
est id demonstratiuè non videret, quia pa-  
ratus est credere, ideo in illo meritum non  
minuitur. Quod si infles, quia salte Theolo-  
gus facilius credit quā rusticus. Propter  
hoc argumentum Germani asserunt, quod  
non multum conducit, imo obest ad ea quæ  
sunt fidei rationes inquirere: & hinc Theo-  
logiam scholasticam damnant. Nos tamen  
dicimus, quod licet ex difficultate obiecti  
rusticus amplius mereatur Theologo, tamē  
ex multis alijs auctius accrescit meritum.  
Pro quo notandum, quod actus aliquis po-  
test esse difficilis dupliciter: vno modo ex  
parte obiecti, sicut in pane & aqua ieiuna-  
re difficilis est, quā vt communiter ieiuna-  
mus: alio modo ex parte subiecti, quia ta-  
lis est male assuetus. Difficultas ergo, quæ

ex parte subiecti se tenet, nedum nō auget,  
sed meritum minuit, ex parte tamen obiecti  
auget: & quia difficultas rustici se tenet ex  
parte & indispotione subiecti, hinc nega-  
mus, quod rusticus magis mereatur quā  
Theologus. Vnde cū Theologus ex amo-  
re fidei & affectionis piæ, quā ad eam ha-  
bet, ad inquirendas rationes mouetur, quia  
ad maiorem dilectionem Dei adiuuat, hinc  
plus meretur. Item, quia sæpe illi se offerit  
rationes apparentes in oppositum articuli,  
quibus dum non acquiescit, captiuans intel-  
lectum in obsequium fidei, valde meretur.  
Nam sæpe quanto Theologus articulos al-  
tius rimatur, tanto difficiliōres sibi apparēt.  
Vltimo, quia nullæ rationes adductæ ad pro-  
bandum articulum citra demonstrationem  
tollunt rationem fidei, & ex consequenti ne-  
que meritum, quia obiectum semper manet  
non visum: & licet sit demonstratio, quæ ra-  
tionem fidei euacuet, merito tamen nō pri-  
uat propter præparationem animi, quā ha-  
bet ad credendum.

Aduertendum tamen quod Sanct. Tho.  
in solutione terij argumenti ait, impedimē-  
ta, quæ occurrunt circa articulos fidei, siue  
sint exteriora, siue interiora auget meritū.  
Circa quod Caietanus notat, quod impedi-  
menta, quæ se offerunt circa actus virtutum,  
auget meritum, ex parte voluntatis: verbi  
gratia, sunt Petrus & Paulus: Petrus marty-  
rium patitur: Paulus voluntatem habent pa-  
tiendi: tunc merito essentiali ambo equali-  
ter merentur. Ratio est, quia actus exterior  
non auget nouum meritum supra interiorē.  
Difficultas tamen est, an sicut meritū essen-  
tiale æquale est in istis, similiter illis remit-  
tatur omnis culpa & pœna. De eo, qui mar-  
tyrium patitur, dubium non est: est tamē du-  
bium de illo, qui paratus est martyrium pa-  
ti, & tamen non patitur. Magister vero Vi-  
ctoria ait, quod etiam huic remittitur omnis  
culpa & pœna, quia de isto verum est, dice-  
re id Ioann. 14. Maiorem charitatem nemo  
habet, quā vt animā suam ponat: quis pro  
amicis suis, sed talis quantum ex se est, suffi-  
cienter animam suam ponit pro Christo, er-  
go. Probabilis tamen videtur oppositum,  
nempe, quod quantum est ex natura & con-  
ditione voluntatis, voluntas patiendi marty-  
rium respectu remissionis pœnæ non tantū-  
dem operatur, sicut ipsa actualis perperisio  
martyrii. Et quod voluntas talis non suffi-  
ciat totam pœnam remittere, ratio est, quia  
ad beatitudinem remissio pœnæ est quid ac-  
cidentalē,

cidentalē, sicuti martyrium aureolā: hanc au-  
tem non habet nisi qui de facto martyriū pa-  
tatur, ergo neq; remissionē totalem pœnæ, ni-  
si qui actualiter pro Christo moritur.

Pro Augustinus respondemus, quod primo  
libro retract. c. 14. mentem suam explicauit  
in duob⁹, quæ loco adducto dixerat, inquiēs,  
Item quod dixi nemini dubium est, omnes  
homines aut stultos esse aut sapiētes, potest  
videri contrarium esse quod legitur in lib.  
3. de libero arbitrio, quāsi verum natura hu-  
mana propter stultitiam & sapientiam nul-  
lam mediam recipiat affectionem, sed illud  
ibi dictum est, vbi de primo homine quære-  
batur, vtrum sapiens fuerit factus an stultus,  
an neutrum: quoniam nullo modo stultum  
dicere poteramus, qui sine vitio factus est,  
cū sit stultitia magnum vitium: & sapientem  
quomodo diceremus, qui potuit seduci non  
satis apparebat. Ideoque ad cōpendium di-  
cere volui, quāsi vero natura humana pro-  
pter stultitiam & sapientiam nullam mediā  
reciperet affectionem. Intuebar quippe &  
paruulos, quos licet consueuerat trahere ori-  
ginale peccatum, tamen nec sapiētes,  
neque stultos possumus proprie dicere non  
dum vterque libero arbitrio seu bene seu  
male. Nunc autem aut sapiētes aut stul-  
tos esse omnes homines dixi eos volens in-  
telligi, qui iam ratione vtrantur, qua di-  
scernuntur à pecoribus, vt homines sint: si-  
cut dicimus beatos esse omnes homines  
velle. Nunquid enim in hac sententia tam  
vera atque manifesta meruimus, ne intelli-  
gantur & paruuli, qui hoc adhuc velle  
non possunt. Statim explicat, Quod de miracu-  
lis dixi stultum esse ad credendum illis inni-  
ti, quia cū miracula nunc non fiant, vix adu-  
lus esset, qui fidem susceperet: dicens, alio lo-  
co cū miracula cōmemorassem, quæ Dñs Ie-  
sus fecit, cū hic esset in carne adiunxi dicēs,  
Cur, inquietis, ista modo nō fiunt: atq; respō-  
di, quia non mouerēt, nisi mira essent: si autē  
solita essent, mira nō essent: hoc autem dixi,  
quia nō tanta, neq; omnia modo, nō quia nul-  
la fiunt etiā modo. De hac quæstione vobis  
supra tomo. 5. Augustini ad 3. quæsitum.

TERTIVM QVAESITVM.

An cū Christus dixit, Hoc est  
est corpus meum, signum sui  
corporis dedit.



Vgultinus libro vñico cōtra A. di-  
mitum Manichæi discipulum. c.  
12. insinuare videtur, verba conse-  
crationis corporis Domini in fi-  
gnum esse dicta, interpretari posse. Dispu-  
tans enim contra Manichæum, qui ex loco  
illo Deutero. 12. Non esse manducandū san-  
guinem, eo quod anima sit carnis sanguis,  
abutens illo loco, eo quod Dominus in Euā-  
gelio dicit, nō esse timendos eos, qui occidūt  
corpus, animæ autem nocere non possunt:  
argumētatur dicens, Si sanguis anima est,  
quomodo homines potestatem in ea non ha-  
bent, cū de sanguine multa faciūt, siue ex-  
cipientes & canibus volucrisque in escā  
proponentes, siue effundentes, aut ceno lu-  
toque miscentes: hæc enim, & alia innume-  
rabilia sine difficultate homines de sangui-  
ne possunt facere, inquit Augustinus, ideo  
isti quæruunt insulantes, Quomodo si san-  
guis est anima, non possit homines interfe-  
ctor nocere animæ, cū tantam in eius san-  
guinē habeat potestatem? Addit etiam quod  
ait Apostol⁹, quia caro & sanguis regnū Dei  
nō possidebunt: & dicit, Si sanguis est ani-  
ma, sicut Moyses dicit, nulla inuenietur ani-  
ma posse regnū Dei adipisci. Cui calumniæ  
respōdet primo, eos arguendos esse, vbi scri-  
ptū sit in libris veteris legis, q anima huma-  
na sanguis sit: nullquā enim in scriptura hoc  
inueniēt. Quod si de anima pecoris loc⁹ Mo-  
ses intelligitur, cū anime hominū sint ratio-  
nales, vnde eas in pecora reuolūt exilitiāe  
Et subdit, Quid autē ipse Adimāus faciet so-  
cundū optiōnē suā, qua credidit, etiā ratio-  
nales, id est, hominū animas in beluina cor-  
pora posse cōtrudī? Et cōcludit, Vbi. n. termi-  
nū cōstitutū nō inueniūt, nā ex eo quod scri-  
ptū est, sanguis pecoris animā esse, præter id  
quod dixi nō ad me pertinere quid agatur de  
pecoris anima, nā si in multa potest cōuer-  
ti, cur nō in murē? & si in murē, cur nō in ste-  
lionē? cur nō in locustā? deinde in muscā: de-  
inde in cinisem: atq; inde vsq; in pulicē? Er-  
si quid est aliud multominutius peruenire.  
Possum etiā interpretari præceptū illud in fi-  
gno esse positum, nō enim Dñs dubitauit di-  
cere, Hoc est corp⁹ meū, cū signū daret cor-  
poris sui. Hoc loco abutuntur Lutherani, vt  
affirmāt Dñici corpus in Eucharistia nō ve-  
re & realiter cōtineri, sed tāquā in signo. In  
quorū damnationē vstra cōmunem consen-  
sum ecclesie, Conciliorū, & Patrū, sicut sit diffi-  
nitiō Cōcilij Tridentini sess. 23. Can. 1. sic dif-  
finit, Si quis dixerit in missa nō offerri Deo,

Math. 10.

1. Cor. 15.

verum & proprium sacrificium: & quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit. Et Can. 2. Si quis dixerit verbis illis, Hoc facite in meâ commemorationem, Christum non instituisse Apollolos facerdoes, aut non ordinasse, ut ipsi, alijque sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum, anathema sit. De hac quaestione vide supra. 2. tomo Chryostomi ad tertium quaesitum, & ad decimū quintum, & decimū sextū eiusdem tomi.

**QVARTVM QVAE-SITVM.**  
An cōiugia propter solos filios copulāda sint.

**A**ugustinus lib. 15. contra Faustum Manichæum. c. 7. affirmare videtur, coniugia solū esse copulanda propter filios suscipiendos. Offensens enim qualiter Manichæi omnia præcepta legis violant, inquit contra Manichæum Faustum, Tu autem doctrina dæmoniaca didicisti inimicos deputare parietes tuos, quod te per concubitum in carne ligauerūt. Hinc etiam considerandum est, quia consequens præceptum, quod est, Non mechaberis, ita violaris, ut hoc maxime in coniugio deteste mini, quod filij procreantur, ac si auditores vestros, dum cauent, ne fornicent, quibus miscerentur, concipiant, etiam vxorum adulteros faciat: ducunt enim eas ex lege matrimonij, tauris proclamantibus, liberorum procreandorum causa ex vestra lege metuetes ne particulam Dei sui sordibus carnis afficiant, ad explendam tantum libidinem fornicis impudica coniunctione miscerentur, filios autem inuiti suscipiunt, propter quod solū coniugia copulanda sunt.

Et eandem sententiam repetit lib. 22. contra Faustū Manichæum. c. 30. Sic enim scripsit, Aeterna ergo lege consulta, quæ ordinē naturālē cōseruari iubet, perturbari verat: videamus quid peccauerit pater Abraham in his, quæ velut magna crimina Faustus obiecit. Habēde, inquit, prolis insana flagrans cupidine, & Deo, qui id iam sibi de Sara cōiuge promisserat, minime credens, cū pellice volutus sit. Insana vero iste Faustus criminā di cupiditate cecatus, & huiusmodi nefas perdidit, & Abraham concubitū necētiē errāsq̄ e laudauit. Sicut enim lex illa æterna, id est,

volūtas Dei creaturā omnium cōditoris, cōseruando naturali ordini consulens, nō ut fatiandę libidini seruiatur, sed vt salutis generis prospiciatur, ad prolem tantūmodo propagandam mortalis carnis delectationē dominatu rationis in concubitu relaxari sinit. Et concludit, Nō igitur Abraham prolis habēde insana cupiditate flagrabat, sed Manichæus prolis deuitandę insana vanitate delirabat.

Pro B. Augustino respondemus, mentem eius his locis, & alijs his similibus esse manifestam, nēpe, si coniugia copulentur propter libidinem explendam, non debito fine contrahuntur: postquā vero sunt contracta, si coniungantur causa prolis suscipiendę, in tali coniunctione nulla est macula: si vero causa libidinis explendę, culpę saltem veniali talis cōiunctio non caret. Concubitus Abraham cum Agar excusatione uon eget, cū probabile sit speciali Dei instinctu id cōnubium celebrasse. De hac quaestione vide supra. 1. tomo B. Chryostomi ad sextum quaesitū, & 2. tomo B. Augustini ad duodecimum quaesitum.

**QVINTVM QVAE-SITVM.**

An altaria in memoriam martyrum sint constituenda.

**A**ugustinus lib. 21. contra Faustū Manichæum. c. 21. asserere videtur, martyribus Christianis non constituere altaria, sed soli Deo. Respondens enim Faustū, quod calumniatur Christianis, eo quod memorias martyrum memoramus, inquit, Populus autem Christianus memorias martyrum religiosā solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum confortetur, atque orationibus adiuuetur, ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quāuis in memoriam martyrum constituamus altaria. Quis enim Assistitum in locis sanctorum corporum assistens, altari aliquando dixit, Offerunt tibi Petre, aut Paulę, aut Cypriane, sed quod essent, Deo offerunt, qui martyres coronant apud memorias eorum quos coronauit, ut ex ipsorum locorum ad monitione maior affectus exurgat ad quādam charitatē & in illos, quos imitari possumus, & in illi quo adiuuare possumus. Colimus ergo martyres

martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro. Evangelica veritate passionem paratum esse sentimus, sed illos tanto deuotius quāto securius post incerta omnia superata, quāto etiam fidentiori laude prædicamus iam in vita feliciori, victores quā in ista adhuc vsq; pugnantes.

Sanct. Thom. 2. 2. q. 85. disputat de sacrificio in genere, & art. 2. quaerit, an soli Deo sit sacrificium offerendum. Et respondet vnicuique conclusionem negatiuam. Nemini præterquā soli Deo fas est sacrificia offerre. Probat illam ex illo Exod. 22. Qui immolat dijs, occidetur, præterquam Domino soli. Ratione probatur primo, quia sacrificium exterius offerendum est in testimonium interni, quod est in anima, nam religio exterior in hoc potissimum seruit, anima vero illi se in sacrificium offert, penes quem cognoscit situm esse suum subsidium, ille autem est solus Deus, ergo illi soli sacrificia debentur. Postrema præmissa probatur, homo sicut & vnaqueque res. ab aliquo principio se emanare cognoscit, & in aliquem vitium finem tendere, qui est suprema felicitas, solus autem Deus est hic, a quo veluti a primo fonte, quidquid habemus, recepimus, & ad id quo tendimus adiuuamur, ergo soli ipsi licet sacrificia offerre. Secundo, illatum licitum est sacrificare, apud quem licitum est orationibus nostris ac precationibus accipere, tanquam ad illam, unde nos & salus nostra pendet, hac autem ratione solum Deum oramus, ut nostri misereatur, nobis que opem ferat, ergo. Tertio, ad idem facit exemplum, quod inter homines cernimus. Regi enim summo reipublicę capitū dediti sunt honores, quos alteri inferiori deferri crimē esset lese maiestatis: debet enim præ cunctis ciuibus in ea esse excellentia, ut ei quempiam equare citra eius iniuriā fieri nequeat.

Ex hac conclusioe docemur, sacrificare, officium esse cultus laicis, hoc est, seruitutis & subiectionis, quæ soli Deo debentur: cuius nos Paulus ad Rom. 1. admonuit, vbi idololatram gentium & eorum sacrificia nefaria adominatur, quæ cum soli Deo essent debita, vilibus creaturis impendebant. Est etiam conclusio Diui Augustini. 10. de Ciuit. Dei. c. 4. & subsequentiibus, vbi rationes D. Th. insinuat: Deus nōq; sacrificia nostra non ideo quod illis indigeat a nobis expositis: teste enim David, bonorum nostrorum non eget, sed significationis gratia: primum, ut rebus exterioribus vera sacrificia cordis exprimamus: sacrificium enim visibile inuisibilis sacrificij sacramentum est, hoc est, sacrum signum: interna autem sacrificia protestationes esse debent, quibus profitemur Deum esse vnamque quæ salus nostra & suprema nostra felicitas pendet. Quare dū peccamus, confitentis cum Propheta, ei soli peccasse, corda nostra conterimus, & cōrationes veluti incensam suauissimam, sacrificamus: cuius sacrificij signa erant illa, quæ sub antiqua lege in victimis & incenso offeriebantur: vbi versutus ille David, Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, vitæque holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies: Admonet nos Deum nolle sacrificia ea ratione, quæ vulgus eum velle arbitrabatur, scilicet, quod in peccandū occasione delectetur, aut quod illis cibis indigeat: Quas demeritum cogitationes in alio psalmo reprehendit dicens, Si esurio; non dicam tibi, meus enim orbis terræ & plenitudo eius: nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguines hircorum potabo: Quasi diceret, Ego quidem esurire non possum, & ideo tauris tuis & hircis in cibum non ego nec si esurire possem, tuo indigere pasta, nam meus est orbis terræ & plenitudo eius: non ergo hac ratione vult sacrificia: Et quia non omnino ea despicit, sed grata habet, tanquam signa spirituales sacrificij: subdit, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Per hæc ergo ratio antiquorum sacrificiorum elucidatur, nēpe, in imitationis animalium, carumque hirci emissarii, & ceterorum. Ratio inquit erat, quod non offerretur tanquam res simplices, sed tanquam signa.

1. Ratio.

1. Ratio.

3. Ratio.

Auguſt.

Ex his duo sunt dubia: Prus de sacrosancto sacrificio altaris, quod a nobis non tantum vt signum offeratur, sed veluti res nullo estimabilis pretio, cum Deo Deum ipsam suā pretium debitorum nostrorum deferamus. Respondetur, rationem huius immensę honestię longe esse a reliquis diuersam, nam est cōmemoratio precij humana redemptionis, licet etiam sit signum seruitutis nostre, quæ profitemur totum nostrum genus tum præuocatione in Deum, cecidisse, tum eius beneficio seruari, & aique ad eum eiusmodi cōpensatione in eius gratiam reuocatum. Alterum dubium est, quod dicitur magis Christianorum videntur cōclusionem statum cōtradictorem: videntur cōclusionem statum cōtradictorem: videntur cōclusionem statum cōtradictorem.

Dubium

Dubium

nam & beatissima Virgini & ceteris sanctis in more nobis est munera offerre, & loca & altaria habere designata, quorum deuotione diuersis sanctis nos ipsos & nostra ferimus, atque id etiam sub forma sacrificij: nam & sanctis thura adolemus, & cereos incendimus, & reliqua facimus, quae imaginem praefereunt sacrificij. Respondetur primum, illa omnia sacrificia non esse, sed mere oblationes: etenim verum sacrificium altaris soli Deo offerri licet. Vnde Augustinus de Ciuitate Dei lib. 3. Non constituimus martyribus templa sacerdotalia, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde sacerdos non dicit, offero tibi sacrificium Petre vel Paule: sed Deo dicimus, accipe oblationem, quam tibi offerimus. Secundo dico, quod memoria sanctorum fit in missa. Primum, quia de eorum victorijs Deo gratias referimus. Secundo, quia eos oratores atque intercessores nostros apud Deum constituimus. Tertio, quia munuscula, quae sanctis offerimus, in Dei laudem & honorem referimus, qui amat in sanctis laudari, quatenus eius sunt filij ad hereditatem aeternam iam recepti: quem admodum quoque famulos regis honoras, regem ipsum colis. Quarto, quia sanctos sola adoratione dulciter colimus, non laudare, & oratione pulsamus, non ut nostri misereantur, sed ut pro nobis orent: eodem ergo modo, & eadem causa & ratione, oblationes illis offerimus, non sacrificia.

Hinc fit absurde eos errare, qui negant licite eleemosynas in honorem Virginis & sanctorum aut petere aut porrigere: nam primum nihil aliud est, quam gratitudinis virtus, si sanctorum ipsorum amore eleemosynas conferamus, quod nostri sunt intercessores apud Deum, ut sua charitatis officio par rependamus: & propterea eleemosynas, quas in honorem sancti offerimus, perinde ac de alijs oblationibus dictum est, in Dei honorem cedunt.

Dubium tamen est, an oblatio sacrificiorum sit specialis actus veritatis. Dubium mouet ne propter Lutheranos, qui impudenter negant aliquod esse sacrificium singulare Christianae familiae ad certam virtutem & cultum pertinens: sed dicunt omnia officia virtutum nihil aliud esse, quam sacrificia quaedam, atque in Christianismo nullum singularem ordinem sacerdotij dignoscunt, sed aiunt, vniuersos Christianos vtriusque sexus promiscue esse sacerdotes, iuxta ver-

bum Petri in sua prima Canonica, vniuersos appellantis regale sacerdotium. Ad dubium ergo respondemus tribus conclusionibus. Prima, Sacrificiorum oblatio secundum suam propriam rationem est actus specialis virtutis, nempe, religionis, suam laudem inde trahens, quod in Diuinam fit reuerentiam, nam in hoc propria ratio religionis consistit. Secunda conclusio, Cuncta officia vniuersarum virtutum participatiue & ab extrinseco, quatenus per virtutem religionis in Diuinum honorem & cultum referuntur, sunt quaedam sacrificia. Exemplo ostenduntur ambrae coelationes. Singulae virtutes ex suis proprijs obiectis sortiuntur speciem, ut alia sit fortitudo, & alia iustitia, & sic cetera: dum vero per charitatem in Deum referuntur, participant speciem quandam charitatis, licet charitas habeat suum proprium obiectum & actum, qui est Deum sub ratione bonitatis eius diligere, & proximum propter Deum. Similiter in vitijs, furtum per se est peccatum, dum tamen fit propter meechiam, inde maculam quandam eiusdem vitij contrahit, ut quinto Ethicorum ait Aristoteles: part ergo modo obiectum proprium religionis est Dei excellentia, & omnis potentia, qua nobis subuenit: & sacrificijs & hostijs protestamur significantes nos illi esse subditos, & tanquam Domino tales debere honores. Quapropter corda nostra altaria ei constituimus, in quibus per poenitentiam eruentas peccatorum victimas ei offerimus: & per fortitudinem pro eius veritate martyrio nos consecramus: & per feruorem charitatis incensum ei adolemus, & per misericordiam eius amore pauperibus subuenimus: & per temperantiam corpora maceramus: Cum ergo haec omnia in Dei cultum & honorem virtute religionis referimus, rationem sacrificiorum participatiue: Et hoc pacto intelligendus est Augustinus libro decimo de Ciuitate cap. 4. & illud Osee, Vltimum omnem auferit iniquitatem: & reddimus tibi vitulos laborum nostrorum: & ad Hebraeos vltimo, Per ipsum (scilicet Christum) offeramus hostiam laudis semper Deo, hoc est, fructibus laborum, nomen eius celebrantes.

Tertia conclusio, Sunt tamen actiones quaedam & officia, quae nullam habent aliam laudem, quam quod in Diuinam reuerentiam significanti gratia exhibentur: & haec maxime proprie dicuntur sacrificia: & ex-

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

exempli gratia, eleemosynas erogare, temperate & fortiter agere, etiam si non per virtutem religionis sacrificia fierent, essent nihilominus per se virtutes. Attamen animalium illa vetus occisio, sanguinis aspersio, & pinguedinum incensio, si ab eis rationem significationis semoueas, per se nullam habent rationem virtutis. Et ideo haec peculiariter dicuntur sacrificia, quasi non alia promerentia, quam religionis laudem.

Pro Augustino respondemus, quod quando asseruit populum Christianum memorias martyrum celebrare ad excitandum imitacionem, & ut meritis eorum confortentur, & orationibus eorum adiuuentur, ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quauis in memorias martyrum constituantur altaria: Catholice, ut exposuimus, locus est: & doctrinam, quam Sancti Th. q. 85. ar. 2. tradit, ab illo mutatus est. Nam tertio sic argumentatur, Temples & altaria instituantur Angelis & sanctis, ergo etiam sacrificia possunt eis offerri. Et respondet, quod sacrificia proprie dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit: sicut quod animalia occidebantur, comburebantur: quod panis frangitur, & comeditur, & benedicitur: quod ipsum nomen sonat, nam sacrificium dicitur ex hoc quod homo facit aliquid sacrum: oblatio autem directe dicitur, cum Deo aliquid offertur, etiam si nihil circa ipsum fiat: sicut denarii vel panes dicuntur offerri in altari, circa quos nihil fit. Vnde omne sacrificium est oblatio, sed non coevertitur. Primitiae autem oblationes sunt, quia Deo offerebantur, ut legitur Deutero. 29. non autem sunt sacrificia, quia nihil sacrum circa eas fiebat. De cetero neque proprie loquendo, non sunt sacrificia, neque oblationes, quia non immediate Deo, sed ministris Diuini cultus exhibentur. Ex qua doctrina constat, quod templa & altaria, quae sanctis instituantur, habent rationem oblationis, & non sacrificij, sancte & laudabiliter a fidelibus instituantur, propter rationes, quas B. Augustinus adducit.



Vgustinus lib. 22. contra Faustum Manicheum. c. 71. asserere videtur, tantum iussisse permittos, non autem iussos Aegyptios spoliare, sic scribens Fausto respondens,

Quid ergo iam de spoliatis Aegyptijs Faustus obijcit, nesciens quid loquatur, quod faciendi Moyses vsque adeo non peccauit, ut non faciendi peccaret: Deus enim iusserat, qui vtique nouit non solum secundum facta, verum etiam secundum cor hominis quid vnusquisque, vel per quem perpeti debeat: carnalis itaque adhuc ille populus erat, & reuerti terrenarum cupiditate occupatus: Aegyptij vero sacrilegi & iniqui, nam & auro illo, hoc est, Dei creatura male vtentes, ad creatoris iniuriam suis idolis seruiebant, & homines peregrinos labore gratuito iniuste ac vehementer afflixerant: digni ergo erant & isti quibus talia iuberentur, & illi qui talia patebantur, & forte secundum suas voluntates, & cogitationes Hebraei magis permitti sunt facere ista, quam iussi, sed eis Deus permisionem suam per famulum suum Moysen innotescere voluit, quando mandauit, vt diceret fieri autem potest, vt sint aliae causae occultissimae, cur hoc illi populo Diuinitus dictum sit, sed Diuinitus imperijs cedendum obtemperando, non resistendum esse disputando. Apostolus dixit, quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? siue ergo sit causa, quam dixi, siue aliqua quae libet in secreta & abdita dispositione Dei lateat, cur hoc per Moysen illi populo dixerit, vt ab Aegyptijs sibi commodanda peterent, quae auferret. Hoc tamen confirmo, neque frustra, neque inique dictum esse, neque licuisse, Moysen, aliter quam Deus dixerat, facere, vt penes Dominum esset consilium iubentis, penes famulum autem obsequium peragendi.

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 37. & 12. q. 5. capite Dixit: & S. Th. 1. 2. q. 100. art. 8. quo quaeritur, an praecipua decalogi sint dispensabilia. Et tenet partem negatiuam. Et ad argumentum, quod Deus dispensauit cum Hebraeis in furto, quia iussit eis, vt bona Aegyptiorum spoliarentur, respondemus supra, quod Deus habet duas potestates in vniuersum orbem vnam, quae iure creationis est Dominus, non solum bonorum omnium externorum, verum corporis & vitae: altera vero est, quod est legislator, atque adeo iudex vniuersalis omnium. Quae potestates inter se diuersae sunt. Hoc supposito dicimus, quod

Rom. 12.

SEXTVM QVAESTI-  
TVM.

An Hebraei tantum sint permitti thesauros Aegyptiorum auferre, vel etiam iussi.

Luthera-  
norum er-  
ror


si Deus non esset Dominus rerum, sed tantum legislator & iudex, non posset dispensare, ut quis rem alienam, inuito Domino, si innocens esset, usurparet: quia hoc adeo est intrinsece malum, ut iuste fieri nequeat: at vero quia est Dominus, potest rem cuiuscumque ipso inuito, alteri tradere: quod nullam habet dispensationis rationem. Sicuti si pater vestrem filij parvuli, eo inuito, alteri traderet, non dispensat in furto, quia pater est verus dominus vestris. Pari ergo modo licet Deus vasa Aegyptiorum tanquam Dominus tradidisset Hebraeis, sicuti eis postea tradidit terram promissionis, non dispensavit in furto, quia furum non esset, cum à supremo Domino facta esset traditio. Sub conditione vero locuti sumus, quia Deus in traditionibus illis non potestate absoluta Domini usus est, sed legitima iudicis auctoritate: nam quoniam de laboribus, quos Hebraei Aegyptijs impenderant, nullam recepissent mercedem, iusto iudicio illam eis Deus persoluit. Et ut legitur Deut. 9. propter scelera execranda Cananzorum eos Deus ex suis sedibus exclusit, in quas Israelitas induxit. Et quando iudex criminisum suis bonis priuat, ipso inuito, neutiquam in furto dispensat: prohibent enim illa furandi solum in terdecitur furtum illud, quod iuri naturali est contrarium.

Pro Augustino respondemus, quod nedum contrariatur huic doctrinae, sed eam confirmat: quod ex rigore verborum eius constat, nam inquit in fine capituli eiat, nec licuisse Moisen, aliter quam Deus dixerat, facere, ut penes quem dominum esset consilium iubentis, penes famulum obsequium peragendi. Allequit ergo expresse, quod tanquam Dominus potuit Aegyptios bonis suis externis priuare, & illa Hebraeis tradere: & quod necdum tanquam Dominus, sed tanquam iudex & legislator, iusta fuerit illa punitio explicat manifeste his verbis, Aegyptij sacrilegi & iniqui erant, nam & auro illo, hoc est, Dei creatura male videntes, ad creatoris iniuriam suis idolis seruiebant, & homines peregrinos labore gratuito iniuste ac vehementer afflixerant: digni ergo erant & isti, quibus talia iuberentur, & illi, qui talia paterentur: si ergo digni erant tali poena, iuste ergo Hebraei vasa sibi commodata abstulerunt, quia pretium illorum sibi erat debitum, maxime quia id auctoritate supremi iudicis executi sunt. Ex quo constat, quod necdum permisi, sed etiam iussi precepto Domini mercedem si-

bi debitam & tyrannice usurpatam recuperauerunt. De hac quaestione vide supra. 4. tomo Augustini ad trigessimum quaesitum.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An matrimonium, quod secundum veniam Apostolus concedit, sine peccato fiat.

ugustinus lib. 30. contra Faustū Manichaeum cap. 5. insinuare videtur, concubitum coniugale causa etiam generandae proles culpa non carere. Sic enim respondet Fausto, Auditoribus autem vestrīs, quos tanquam distinctos à genere sacerdotum dixisti, secundum veniam haec edenda concessisti, nempe, ipsam creaturam negantes bonam, & immundam affirmantes: sicut quibusdam concedit Apostolus secundum veniam non omnem concubitum coniugalem, etiam qui fit sola causa generationis, sed eum qui fit per incontinentiam: sed tamen cum coniuge neque enim conceditur secundum veniam nisi peccatum. Et capite sequenti ait, Denique vos eum praecipue concubitum detestamini, qui solus honestus & coniugalis est, & quae nuptiales quoque tabulae praeserunt liberorum procreandorum causa: unde virro non tam concubere, quam nubere prohibetis. Et concludit, Videtis ergo multum interesse inter hortantes ad virginitatem, bono minori bonum amplius proponendo, & prohibentes nubere, concubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est, vehementius accusando: multum interesse inter abstinentes à cibis propter sacramentum significationem, vel propter corporis castigationem, & abstinentes à cibis, quos Deus creauit, dicendo, quod Deus non creauit: qua in re creatoris eorum sine dubio blasphematis, quod ad doctrinam demoniorum pertinet: proinde illa doctrina & prophetarum & Apostolorum, haec demoniorum mendacii locorum.


Pro Augustino respondemus, eius doctrinam esse sanctam & Catholicam contra Manichaeos, qui nuptias & honestos etiam concubitus coniugatorum damnabant. Contra quos explicat sententiam Apostoli, qui cum dixisset, Nolite fraudare iniuce, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum reuert-

1. Cor. 7.

revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanus propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Et explicat, quod licet actus coniugalis de se possit esse meritorius, quia est opus obedientis, iuxta illud Genes. 1. Crescite & multiplicamini, imò non solum est actus obedientis, sed etiam iustitiae, si fiat ad reddendum debitum coniugii, iuxta verbum Pauli, Vxoriri vir debitum reddat. Potest etiam esse virtus religionis, si fiat ad procreandos liberos in cultum Dei. Ait tamen Augustinus, quod si miscantur per incontinentiam, culpa non caret: non enim conceditur secundum veniam, nisi peccatum. Potest autem actui coniugali peccatum accedere. Primo, si ociose concupiat, hoc est, absque ullo fine formali vel virtuali. Secundo si vir sola libidine moueatur, infra bona tamen matrimonij sic affectus, ut ad aliam non accederet: & hoc est quod Magister sentit. & Doctores scholastici fere sequuntur, asserentes, hoc esse quod Paulus concedit secundum indulgentiam, quia est de minoribus malis: quia si per incontinentiam fiat, culpa saltem veniali non caret. Tertio, si vir extra bona matrimonij efferratur, ut, scilicet, cum quacunque muliere proponeret concubere, peccatum mortale est: si enim accedere ad alienam est mortale, ergo & tale propositum, quod specimen fornicationis inducit. Vide infra in hunc tomum ad decimum quaesitum.

OCTAVVM QVAESITVM.

An creare sit ex eo quod iam erat ordinado aliquid constituit.

ugustinus lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarum. c. 23. assignans differentiam inter hoc, quod est creare & facere, asserere videtur, quod facere sit quod omnino non erat, creare vero ex eo quod iam erat ordinado aliquid constituit. Exponens enim illud Esaias, Ego sum Deus faciens bona, & creans mala, inquit, Si ullam voluisset propheticus spiritus hic esse distantiam, multo ac commodatius sic accepit: haec verba, ut intelligeremus id fieri, quod si non fieret, omnino non esset: creati autem ex eo quod erat cõdi aliquid vel constituit: sicut diximus creati magistratus atque vrbes, nam & illi ex his

Est. 45

qui iam homines erant constituuntur in honoribus, cum magistratus creantur: & ligna & lapides, quibus constituitur vrbes, utique iam erant, sed nondum in illam rem faciem, quam videmus in vrbeb, quodam ordine & compositione venerant: quod cum sit, creari vrbes dicitur. Quod enim Graeci appellat *κτίσιν*, hoc nostri aliquando creare, aliquando construere, aliquando condere interpretantur: quod sapissimè eadem significat in illis literis quod est facere, nam & fecit Deus hominẽ ad imaginem Dei, & Deus creat hominẽ in exterminabilem, legimus. Et si aliquando cum aliqua differentia dicitur, hoc rectius potest interesse quod dixi, ut facere sit omnino quod non erat: creare autem, ex eo quod iam erat ordinado aliquid constituit. Ideoque hoc loco dicitur est Deus creans mala, quoniam peccatibus ea cõuerit in malũ dispositione seruitutis suae, quae bonitatis eius largitate bona facta sunt. Vnde dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus in omni loco, & in his, qui salui sunt, & in iis, qui perierunt: quibusdam quidem odor vitae in vita: quibusdam vero odor mortis in mortem. Et subdit, Quatus quippe constitit aduersus Arrianos fuerit exciatus, ne vnigenitũ Filium dicerent esse creaturam, idẽ putantes creaturam esse, quod genitum. Et cõcludit, Magis ergo indifferenter id positum debemus accipere, creare, & facere.

1. Cor. 12.

Doctores scholastici, 2. sent. dist. 1. Sancti Tho. 1. parte. q. 45. tractant de modo emanationis creaturam à primo principio. Et prior articulo quaerit, an creare sit de nihilo aliquid facere. Et respondet conclusionem affirmatiua. Creare est ex nihilo aliquid facere: & aliquid creari est, quod totum suum esse à creatore suo emanet. Circa hanc conclusionem dubitatur primo de nomine ipso, creatio, an de, & ex sua primaria impositione significet aliquid ex nihilo facere. Et videtur, quod non ex sententia Augustini, nam dicimus magistratus & vrbes creati: & verbum illud, creare, notum erat priusquam res ipsa pro qua supponit de facto nota esset, scilicet, quod sit ex nihilo aliquid facere: per multum enim tempus ignotum fuit mundo ex nihilo aliquid fieri: sicut apud omnes philosophos patet, qui non creationis iam habebat ad aliquid significandum impositum. Ideo respondemus, verbum, creare, proprie & striete non significare aliquid ex nihilo fieri: nam apud Ciceronẽ, & rhetores, creare idẽ est, quod aliquid quomodocumque, adducere, siue ex nihilo, siue ex aliquo. Vnde Cicero & multi

Vv 4 Latini



Latini irriden: Theologos audientes, quod creare sit aliquid ex nihilo facere. Secundo dico, quod ex appropriatione Theologoru omnium, quin potius Christianoru, qui creationem faterentur, nomen hoc usurpatu est in significatione illa, vt accipiatur pro eo quod est ex nihilo facere aliquid. Philosophi tamen nunquam huius nominis in significatione illa meminere, sed solum disputabatur, an ex nihilo aliquid posset fieri. Et conformiter concludunt, vt significaret, ex nihilo aliquid fieri, vt S. Tho. ait articulo citato ad primum, & citat Augustinum, qui creare non in hac significatione accepit, vt ex loco citato constat, vbi creare accepit pro eo quod est consistere, aliquando pro eo quod est cedere: & nos etiam creare saepe usurpamus pro eo quod est producere, vel germinare: dicitur enim quod terra nobis creat alimenta, & q homo pediculos & sordēs alias creat. Hoc de nomine creationis supposito, dubiu maius est de re ipsa, quid sit creatio, & in quo a generatione & alia quacunque productione differat? an ab istis differat per hoc quod illud quod creatur, sit extra subiectum, quod autem generatur vel producitur sit intra subiectum? Videtur enim quod differentia hac sit sufficiens. Nam si ignis extra subiectum ignem produceret, crearet, quia tamen in subiecto producit, non crearet, sed producere dicitur: in hoc ergo creare consistit, nepe, quod productio sit extra subiectum. Respondemus tamen, differentiam inter creationem & productiones alias non consistere in hoc, quod extra vel intra subiectum aliquod producat: nam id quod creatur in subiecto producitur, vt anima rationalis in homine, & gratia in anima: non ergo est de ratione creationis quod fiat extra subiectum. Secundo dico omne illud quod extra subiectum producitur, creari. Et licet hoc ad rationem creationis sufficiat, id tamen non requiritur. Et quod ita sit probatur, quia quicquid extra subiectum producitur, ex nihilo producitur, ergo creatur.

Dubium

Dubium

Dubium tamen est, quomodo duae illae productiones differant, scilicet, quando aliquid in subiecto producitur a Deo, & similiter ab aliqua causa secunda, quare productio illa, quae est a Deo, in subiecto est creatio, non tamen quae est a causa secunda. Du-

bium hoc petit differentiam inter generationem, & alias productiones creaturarum, & inter creationem. In generatione enim id quod generatur de potentia materiae: deducitur, quod non sic est in creatione: ignis enim calefacit aquam, & etiam Deus: differentia tamen est inter duas istas calefactiones, aliquid ignis calorem, per quem calefacit, de potentia subiecti, hoc est, de potentia aquae educit: Deus autem non sic, sed calorem creat in aqua, ideo productio caloris in subiecto, quae est a Deo, est creatio, non autem quae est ab igne. Quod si quaeras, quid est ignem de potentia materiae in aqua producere ignem? Gabriel. 2. sentent. dist. 1. q. 1. secutus Occam quodlibet. 2. q. 8. respondet, quod educi de potentia materiae nihil aliud est, quam quod agens ad agendum requirit subiectum: & e contrario producere aliquid ex nihilo est, quod principale agens subiecto non indiget ad agendum. Et hanc illi dicunt esse differentiam inter generationem & creationem, quod creans non indiget subiecto, & si aliquando agat in subiecto, habet se tamen tanquam si extra subiectum ageret, generans vero indiget subiecto, vel quodlibet aliud quomodo libet producens: sol enim non potest lunam producere, nisi in subiecto, aut ignis calorem, & idem de alijs, bene tamen Deus non si ignis potestatem haberet agendi extra subiectum, quando calefacit aquam, crearet vtiq; non tamen id sibi est datum: quinimo quando calorem producit necesseario agit in passivo debite sibi approximato: Deus vero licet possit extra subiectum producere, vt quando creat Angelos facit, aliquando tamen etiam producit in subiecto, quia tamen illud non requirit, ideo creare dicitur. Ex quo Gabriel infert, primum, id quod generatur a causa secunda, creatur a prima, vt ignis, qui ab igne in stupa generatur, a Deo creatur, respectu tamen diuersorum: nam ab agenti naturali generatur, a Deo autem creatur. Probat, quia generatio subiecto indiget, creatio vero non: nam ad productionem cuiuscunque effectus naturalis concurrat agēs naturale, quod subiecto indiget, & Deus, qui eo non indiget: agens naturale tanquam causa immediata tota sua virtute naturali, Deus autem solo cursu generali. Secundum corollarium est, quod quicquid producitur, quomodo cunq; producat, ex nihilo producitur. Probat, quia omne quod generatur, vel producitur, quomodo libet producat, creatur: & omne quod creatur, ex nihilo producitur, ergo.

Gabriel

Si

Si haec, quae moderni isti dicunt, sunt vera, facile intelliguntur, & clara sunt. Dubiu tamen vrgens est, an vera sint. Nam quod inquit, generare & creare in hoc differant, quod primum requirit subiectum, non videtur verum: & in eodermum arguitur, primo, quia verba ipsa nihil horum profecto videtur significare: nam productio ex nihilo vel ex aliquo non est conditio effectus, sed potius causa. Secundo, quia apud doctores in dubium reuocatur, an Deus accidentia producere possit extra subiectum. Et Scotus asserit, Deum non posse relationem creare extra subiectum. Et plures alij dicunt, q Deus non potest passionem propriam a subiecto separare, non ergo est illa clarum, quod isti dicunt: non enim in dubium reuocatur an Deus creare possit: dubitatur tamen, an extra subiectum possit creare. Tertio, non videtur sufficienter dictum, quod educere formam de potentia materiae sit requirere subiectu ad agendum, nam Deus ferē semper agit in subiecto, & tamen non educit formam de potentia materiae: deo probo, quod hoc non requiritur, nam Deus posset producere calorem in aqua, sicut ignis, non creando, sed generando, & de potentia materiae educendo. Quo ad misso, arguitur sic, ille calor producitur per generationem ab agente, quod non requirit subiectum ad agendum, totum ergo, quod isti asserunt, est falsum. Ideo imaginatione istorum dimissa, assero, dici posse, hanc esse differentiam inter generationem & creationem, quod in generatione concurrat subiectum, in creatione vero non. Explico sic, non est sensus, concurrat subiectum, id est, est subiectu, quia in creatione hoc etiam est, sed quod in generatione ad esse formae & conseruatione illius non solu concurrat causa effectiua, sed etiam materialis: vt verbi gratia, si lumen est in aere, ad conseruationem illius non solum concurrat sol effectiue, sed etiam aer, qui est causa materialis, & ita lumen dependet a causa efficienti & materiali. Similiter dico in generatione effectus quod dependet semper a subiecto, tam in fieri, quam in conseruari, non autem in creatione. Anima enim rationalis non dependet a subiecto, sed a solo Deo in productione, & eius conseruatione, licet producat in subiecto: anima tamen equi de potentia materiae educitur, & a subiecto dependet: ita quod si subiectum non esset, forma illa desineret esse, quod non sic est in anima rationali: & inde prouenit, quod deficit re subiecto, adhuc manet. Idē est de gratia,

& de alijs creaturis immediate a Deo productis, quae ad sui conseruationem subiecto non indigent: & modus iste est clarus & planus. Ex quo sequitur eōra istos modernos, quod Deus potest producere calorem in aqua: & quod ille calor, quoad eius conseruationem dependeat ab aqua, si Deus vicem ignis suppleat: & hoc non est dubium. Et isto modo saluatur, quod creare est ex nihilo aliquid facere, id est, non concurrente subiecto: vel clarius, quod forma illa per creationem producta pro instanti illo, quo producitur, non dependet a subiecto, sicuti in generatione accidit.

Marsilius. 2. sentent. q. 12. assignat alia differentiam inter generationem & creationem, scilicet, quod creatio immediate terminatur ad formam rei per creationem productae, mediate autem ad subiectum: sicuti in creatione animae rationalis creatio illa immediate terminatur ad animam, ad subiectum vero mediate. In generatione autem e contrario contingit, quia generatio immediate terminatur ad subiectum, mediate autem ad formam: equus enim principaliter & immediate inquit generare equum, id est, suppositum, mediate vero formam equam: quia ad esse suppositi, sequitur quod habet formam: & iuxta hoc ait, quod educi de potentia materiae est, quod actio immediate terminetur ad subiectum, & mediate ad formam. Et per oppositum de creatione est bonus modus dicendi, qui etiam est Gregorij Ariminen. 2. dist. 1. q. 2.

Dubium tamē est, an Deus possit aliquid creare. Conueniunt omnes, nedum Doctores, sed etiam Catholici, quod Deus, nedum potest ex nihilo aliquid facere, sed facit de facto: & potest quando cunq; uoluerit efficere. Quod, cum sit articulus fidei, facile ab omnibus Christianae religionis & professionis cultoribus conceditur. Et licet ad id ostendendum testimonia scripturae non essent, sufficere deberet traditio ecclesiae, etiam si hoc naturali ratione assequi non possemus. Et ideo tota difficultas questionis propositae in hoc stat, an lumine naturali probari, vel cognosci possit, quod Deus potest creare. Fit quidem Gregorius Ariminen. loco citato contra philosophos probare contentid, q fido in lumine naturali, concedendum sit, Deum posse ex nihilo aliquid facere. Prima ratio illius est maxima illa, quae auribus Theologoru fertur, nepe, omne quod non implicat contradictionem Deus potest facere, hoc autem non implicat contradictionem, ergo. Secunda

Marsilius

Gregorius Ariminen.

1. Ratio

2. Ratio

ratio illius est, quia de facto ita est, quod forma ignis producitur ex nihilo, quare ergo non poterit etiam Deus materiam, quae est minoris entitatis, producere taliam mirum est. Quod de Deo negaremus, quod agentis naturali concedimus: nam si secundum rei veritatem agens naturale, quantum est ex parte sua, potest producere formam extra subiectum: quod si non fit, non est ex defectu virtutis formae productae, quare ergo Deus non posset ex nihilo aliquid producere. Argumentum hoc apud philosophos nullius esset roboris. Primum, quia quod supponit, vel putat se probare, est falsum, videlicet, quod agentia naturalia propter hoc solum non creant, quia forma ab ipso producta per se non valet subsistere: non enim haec est ratio, sed quare vera illis deest virtus ex parte sui: neque defectus provenit ex parte formae productae, nam apud philosophos ratio haec nihil valet.

Alij idem probant: dicunt enim, quod Deus est omnipotens, potest ergo omne quod vult, & quomodo vult facere: quo dato, nullum omnino sequitur inconueniens. Argumentum etiam hoc nihil conuenit: nos enim concedimus omnipotentiam Dei, & tamen negamus, quod possit producere infinitum a theogeneratice, & nulla alia, dato contradictionem non implicent. Et ideo omnis quae in hanc partem adduci possent, asserendum est cum S. Tho. loco citato artic. 2. & multis alijs Doctoribus, qui de hoc recte senserunt, non posse lumine naturali agnosci, quod Deus potest creare: & si nos cognoscimus, est per lumen fidei: & illo supposito suaderetur, & probatur optimè rationibus Theologicis, quibus Doctores scholastici articulum confirmant.

Vitio dubitatur, an solius Dei sit creare. S. Thom. loco citato artic. 5. responderi duabus conclusionibus. Prima, Soli Deo conuenit creare, tanquam agentis principali. Secunda, Creatio non potest creaturae communicari, non solum tanquam causa principali, sed neque tanquam instrumentali, neque alio quocunque modo. Et quantum ad primam conclusionem Doctores omnes conueniunt, quod nulla profus creatura ex natura sua habet, quod possit creare. Differunt tamen in probatione: S. Thom. Nam Scotus, Ochan, & Gabriel, soluant rationem S. Tho. Et dicunt, solum rationem esse, quia Deus noluisset creaturae alicui virtutem illam communicare, sed eam sibi referuauit. Ratio autem

S. Thom. est, quia esse est a solo Deo, ergo non potest creaturae communicari. Contra rationem istam arguit Scotus: cum enim dicit per creationem creatura accipit esse, esse autem est a solo Deo, ergo soli Deo conuenit creare, arguit, quia esse bouis vel arctis, & etiam esse hominis est a suo patre, non ergo est a solo Deo. Secundo arguit contra probationem S. Thom. quae est, quia esse est vniuersalissimum in quolibet ente, ergo debet reduci ad vniuersalissimam causam, scilicet, Deum. Contra arguit Scotus, quia effectus vniuersalissimus potest dici vel secundum simplex esse, vel secundum virtutem vel praedicationem: & infert, quod effectus vniuersalissimus deduci debet in causam vniuersalissimam secundum praedicationem, non autem secundum perfectionem vel efficientiam. Tertio arguit quarens, quomodo intelligat, quod esse est a solo Deo: nunquid quod nullum aliud ad esse concurrat? hoc autem est falsum: si vero intelligat, quod per se & principaliter soli Deo conueniat dare esse, debet ergo in conclusione inferri, ergo per se & principaliter conuenit Deo dare esse, per accidens vero creaturae.

Pro solutione istorum argumentorum, & expositione mentis S. Thom. est notandum quod Aristot. ait. 1. Physico. cum ex albo fit nigrum, fit de per se, coloratum autem de per accidens. Ratio est, quia in qualibet actione illud per se dicitur fieri, quod intenditur ab agente, illud autem per accidens quod rei accidit praeter vel contra intentionem agentis: verbi gratia, equus intendit generare sibi similem equum, hoc per se conuenit effectui generationis, quod autem animal fiat claudum vel caecum per accidens est. Et multis alijs exemplis hoc manifeste patet: sicuti ego volo currere: quando curro, hoc per se facio: quod autem mouear quando curro, id est per accidens. Hoc statuo dico mentem S. Tho. esse, quod esse per se soli Deo conuenit, & per se a solo Deo causatur. Probatur, quia nulla creatura per se intendit dare esse alicui, quod antea non erat: ignis enim ligno non dat esse, sed tale esse, scilicet, calidum. Esse tamen simpliciter ex non esse a nullo alio datur nisi a creatore & solo Deo, qui per se non intendit facere de non tali tale, sed de non esse esse: quod est notandum. Et per hoc soluantur omnia argumenta, quae moderni contra S. Tho. conculcant: nam in sola creatione esse est effectus de per se, non autem in generatione vel quavis alia productione.

ctione, quia creatura omnis semper supponit ens aliquid, in quo agit. Et ista est potissima ratio S. Tho. quia in creatione acquiritur esse de per se & simpliciter, nulla autem creatura potest dare esse simpliciter, ergo creatio debet reduci in solum Deum, tanquam in creatorem.

Ad Scoti vero rationes solutio patet ex dictis, quia bos per se non intendit dare esse boui generi, sed tantum intendit quod semet boui det esse. Ad aliud, quia S. Thom. equiuocare viderit in sua ratione. Respondeo, quod ipse non bene rationem Sancti Thomae inspexit, sed superficite tenus, nam ipse S. Thom. explicat de quibus effectibus, & de quibus causis loquitur: inquit enim clare, quod loquitur de causis vniuersalioribus & superioribus, ut literam intuenti patet. Ad aliud, quia vel intelligit quod esse est proprius effectus Dei, & quod solus Deus conuenit ad illud, &c. Respondeo quod Sancti Thomae intelligit quod per se & primo conuenit Deo, non tamen negat quod minus principaliter conuenire possit creaturae: cum enim dare non possit esse simpliciter, & per se, ideo creatura creare non potest. Ad aliam vero rationem S. Tho. quam assignat in solutione ad tertium, nempe, quia ad creationem requiritur potentia infinita, creatura autem potentiam infinitam habere non potest, ergo non potest creare: maior probatur, quia quanto effectus est maior, tanto maiorem potentiam requirit, sed respectu creationis in creatura nulla est potentia, quia eius virtus ad id quod non est, attingere non valet, ergo. Rationem hanc impugnat Scotus alijs tamen terminis disposita, isto scilicet modo, inter ens & non ens est distantia infinita, ad hoc ergo quod non enti deur esse, requiritur potentia infinita, haec autem creaturae conuenire non potest, ergo creatura non potest creare. Dico quod ratio S. Tho. non est, quam Scotus format, nam. 4. dist. 5. q. 1. art. 3. ait, quod ratio quare creatura non potest creare, non est propter infinitam distantiam inter ens & non ens, sed ratio est qua quaestione. 45. art. 5. ad tertium assignat, scilicet, quia ubi minor est potentia ad aliquem effectum, maior potentia requiritur ad illum effectum producendum, ubi autem nulla est potentia ad illum effectum, requiritur infinita potentia: sed in creatione nulla est potentia passiva ut ens non sit, ad hoc ergo, quod ens simpliciter sit, requiritur infinita potentia.

Cajetan. art. 5. citato inquit, quod ratio

ista S. Tho. fundatur in illa ratione Arist. 8. Physic. ubi probat, vacuum dari non posse: vel si daretur, quod daretur motus in instanti: ait enim, quanto est minor resistentia, tanto est maior velocitas, si ergo nulla est resistentia, motus erit infinite velox: dato autem vacuo, nulla esset resistentia, esset ergo motus infinite velox. Quam etiam rationem moderni impugnant, sine vlla tamen apparentia veritatis. Et confirmatur ratio S. Thomae, quia si ad creationem non requiritur infinita potentia, sit ergo verbi gratia potentia, quae requiritur ut centum: tunc sic, potest esse ita parua potentia passiva, quod ad agendum cum illa requiratur potentia actiua ut centum ad producendum, ergo ad effectum ex nulla potentia maior potentia quam ut centum requiritur. Et eodem modo arguetur, si ponatur potentia actiua minor quam infinita, ut aliquid ex nihilo producat. Ex quo concluditur intentum Sancti Thomae. Pro quo sunt etiam aliae rationes, quia creatura non potest conservare effectum, quem producit, ergo neque creare: antecedens patet, quia creatura non potest seipsam conservare, ergo neque eius effectum: in id nec Deus creaturae potest dare virtutem, ut seipsam conservet, ergo neque aliquid, ergo neque potest creare. Et lat nobis sit quod in conclusione omnes conueniunt cum S. Tho. dato in probatione discordent.

Dubitatur tamen principaliter, an quod creatura creare non possit, sit ex parte ipsius agentis, id est, creaturae, vel ex parte effectus, qui est creatio? Moderni dicunt, id non esse ex defectu agentis, sed ex defectu ipsius effectus, qui est impossibilis creaturae, quia creatura materiam non potest producere, ideo semper indiget subiecto ad agendum. Capreolus. 2. dist. 1. q. 3. asserit contrarium, nempe, quod id provenit ex defectu agentis, & non ex defectu effectus: ita quod dato, forma ignis per se subsistere posset, ignis creare non posset, quia semper producti formae de potentia materiae, & similiter quodlibet aliud agens. Idem asserit Marsilius. 4. q. 1. art. 3. & probat eleganter sententiam Capreoli contra omnes alios modernos. Ex quo sequitur contra omnes illos, quod Deus se solo potest aliquid producere in subiecto, non per creationem, sed eo modo quo agens naturale, supplendo solum vicem agentis naturalis. Si libet de hac quaestione, vide. 4. sent. iuxta quaestionem, an sacramenta sint causa gratiae, & quomodo illam causent.

**Durandus** Circa secundam partem articuli restat dubium aliud, an scilicet, Deus per suam omnipotentiam possit creaturam potentiam creandi communicare? Durandus. 2. dist. 4. q. 4. respondet, quod Deus nunc de nouo possit creaturam aliquam producere, quae tanquam agens principale crearet. Idem tenet Gabriel. 4. dist. 1. q. 1. Probat Durandus, quia si Deus non possit creaturam huiusmodi potentiam communicare, maxime quia ad creationem potentia requiritur infinita, hoc autem est falsum, quia adhuc ab aliquo nodum est probatum, ergo. Quod ita sit probat, quia si probatio aliqua esset, maxime quia inter ens & non ens est distantia infinita, hoc autem est falsum, ergo: & quia id non implicat contradictionem, ergo. Marfilus. q. 1. quart. art. 3. & Scotus. 4. dist. 1. q. 1. tenent assertionem contrariam. Quod probant innumeris autoritatibus sanctorum, & ratione, quia si Deus potentiam creandi potest creaturae communicare, communicet ergo soli, vel Angelo, quia si potest vni, poterit cuiquamque voluerit communicare: si ergo sol potentiam istam haberet, possit ergo aliquot Angelos creare, quare, quot & illis signatis, sequitur quod possit infinitos Angelos creare, quia potentia illius determinata non esset, constat autem quod sol nunc non potest infinita luminaria producere propter indispositionem subiecti, in quo lumen producit: si tamen esset tanta potentia, quod creare possit infinita luminaria, & infinitos Angelos producere possit, vel saltem omnes posibles, cum sit agens naturale, & secundum totam suam virtutem agat. Si autem potentia haec soli communicari non potest, ergo neque alicui alteri creaturae. Secundo probatur, quia nullum agens producit nisi sibi simile: nemo enim dat quod non habet, ideo nos arguimus, quod Deus continet aurum, quia producit aurum: creatura ergo non potest creaturam aliterius speciei creare, potentia ergo creandi non potest illi communicari. Et ideo dicimus, quod Deus nullo modo potentiam creandi potest communicare creaturae, tanquam agenti principali, per omnem suam omnipotentiam non enim est imaginabile, quod aliquid possit esse creator, nisi sola prima causa omnium entium, quae est Deus. Et hoc factis elare elicitur ex litera Sancti Tho. art. 5. citato.

Dubium vltimum est, an saltem potentia creandi possit communicari creaturae, tanquam causa instrumentali? De quo dubio vi-

de. 4. sent. dist. 5. ubi Magister sententiae & ibi Doctores scholastici disputant, an sacramenta sint causa gratiae, saltem instrumentalis. De quo sunt variae sententiae Doctorem scholasticorum. Tenendum tamen omnino est cum Sancto Tho. art. 5. citato, quod etiam tanquam causa instrumentali non potest creaturae communicari potentia creandi. Sed contra diffinitionem virtusque dubij arguitur. Primo, creatura potest annihilare, ergo potest creare, etiam tanquam agens principale: antecedens probatur, quia quando ego animal aliquod occido, forma illius ita annihilatur, ac si Deus illam annihilaret: & si non annihilatum animal, est ex conditione materiae, quae annihilari nequit, quia semper alia & alia forma informat, & non ex defectu agentis. Secus ad hoc responderet, quod ad annihilationem non requiritur potentia infinita: & ex consequenti ait, quod potentia annihilandi potest creaturae communicari, non autem ut creet, quia creatio requirit potentiam in finitam. Verius tamen dici potest, quod potentia annihilandi non potest creaturae communicari, quia creatura extra subiectum nullo modo agere potest. Secundo arguitur ad idem, quia species in sacramento altaris naturaliter comburi possunt, & si ignis illis applicaretur, esset miraculum quod non comburerentur: tunc arguitur, quod ignis ibi creet: probatur, quia ibi ignis ex nihilo producit ignem cum materia & forma de nouo creatis, quia species non erant cum substantia panis, nec materia desumpta est alio igne, ergo est creata. Et idem argumentum est, quando vermis vel quodlibet aliud ex hostia consecrata generatur. Creatio ergo est possibilis creaturae. Ad hoc (quod non est de bile argumentum) responderet S. Tho. in. 4. dist. 12. q. 1. art. 2. ad secundum, quod materia ibi non creatur, sed quaeritur, quae est subiectum accidentium conuertitur in materiam. Secundo dicit, quod in tali casu necesse fariunt est dicere, esse ibi aliquid, quod a solo Deo fit, nempe, quia ibi Deus creat materiam: & producta a Deo materia, agens naturale, scilicet, sol, vel quodlibet aliud informat materiam illam forma vermis, vel ignis, vel alterius compositi. Et ita est tenendum. Tertio arguitur, sacramenta secundum S. Thom. concurrunt effectiue ad gratiam, ergo sacramenta creant gratiam. Ad hoc dicitur antecedens, & negamus collectionem, nam tunc gratia non creatur, sed concipitur, quia illa, quae producuntur in subiecto, vt

S. Th.

S. Tho. quaestione ista inquit, non creantur: & ad concreationem non inconuenit, quod sacramenta instrumentaliter concurrant. Et hoc est verum stando in doctrina Sancti Thomae,

Pro B. Augustino responderet, quod cum dixit, facere est quod omnino non erat, creare autem est, ex eo, quod iam erat, ordinando aliquid constitutere, locutus est, secundum rigorem Ciceronianum & rhetoricorum, qui creare vsurpat in propria significatione, pro eo quod est, aliquid quomodo cuncte producere, siue ex nihilo, siue ex aliquo. Quod ex litera & exemplis Augustini constat, ait enim, Nam & illi ex his, qui iam homines erant, constituuntur in honoribus, cum Magistratus creantur, vrbes etiam creati dicuntur, cum ligna & lapides in alium ordinem & faciem rerum veniunt, quam antea habebat. Ex appropriatione vero Theologorum nomen, creatio, vsurparum est in ista significatione, scilicet, ex nihilo aliquid facere: & in hac significatione inquit idem Augustinus, quod fuit maximus confictus aduersus Arrianos concitatus, ex eo quod Filii Dei vni genitum dicerent esse creaturam, putantes idem esse, creatum esse, quod genitum esse, contra diffinitionem ecclesiae, & symbolum Athanasij, quo asseritur, Pater a nullo est factus, neque creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Et tandem inquit, indifferenter accipi debere creare & facere: quod intelligi debet, salua semper veritate articuli Trinitatis, & traditionis Ecclesiae.

NONVM QVAESITVM.

An solus Deus sit maior natura hominis.

**A**ugustinus libro. 3. contra Maximum Arrianorum episcoporum insinuate videtur, solum Deum maiorem esse homine, qui mente rationali & intellectuall creaturas ceteras antecedit. Respondens enim Maximo, sic scripsit, Putas non recte a me dictum esse, quod propter formam serui, quam suscepit Filius, maior sit Pater? quod autem ibi videtur nihil magnum de Deo Patre dici, si forma serui maior est, quam maiores videntur & Angeli, non recte cogitas, quae locum in rebus ha-

beat humana natura, quae condita est ad imaginem Dei: maiores Angeli dici possunt homine, quia maioris hominis sunt corpore maiores sunt & animo, sed infirmo, quem peccati originalis merito corruptibile agrauat corpus: natura vero humana, qualem naturam Christus humane mentis assumpsit, quae nullo peccato potuit depruari, solus maior est Deus. Denique propter quid dictum sit, Minorasti eum paulominus ab Angelis, aperuit scriptura, ubi legitur, Eum autem modico minus quam Angelos minoratum vidimus Iesum propter passionem mortis, non ergo propter naturam hominis, sed propter passionem mortis. Natura vero hominis, quae mente rationali & intellectuall creaturas ceteras antecedit, Deus solus est maior: cui vti quae iniuria facta non est, ubi scriptum est, Maior est Deus corde nostro. Filius ergo Dei susceptum hominem leuaturus ad Patrem, quando dicebat, Si diligeretis me, gauderetis vti quae, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est, non carni suae solum, sed etiam menti, quam gerebat humanam, Deum Patrem vti quae praeferebat: quae tota sine dubio forma agnoscitur serui, quando tota seruit creatura creatori. Hactenus Augustinus.

Pro Augustino respondeamus, quod ipse explicat mentem suam eodem capite. Afferit enim expresse, se de Christo, secundum quod homo est, loqui: & vti sic, & vti tale suppositum Diuinum & humanum antecedere Angelos: quod ex his verbis constat, Sed dicis (nempe tu Maxime) non esse Dei Patris magnam gloriam, si ea forma serui maior est qua forma maiores sunt & Angeli. Vide si aliud conaris, nisi ad vniuersum Patris gloriae per vniuersi Filij contumeliam peruenire, vti, scilicet, non augeatur Pater in gloria, nisi minuat Filius in natura: non se vult Deus ita laudari Patrem, vt Filium dicatur de seipso generasse degenerem. In cuius confirmatio nem inducit locum Pauli, vt respondeat Maximo, nam si fuit minoratus paulominus ab Angelis, id tantum fuit secundum existimationem eorum qui ei non crediderunt, & per modicum illud tempus, quo pependit in ligno: postquam tamen surrexit, ait idem Propheta, Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super omnia opera manuum tuarum. De hac quaestione vide supra quarto tomo

B. Augustini ad septimum quaesitum.

Pal. 8.

Hebr. 1.

r. Ioann. 3.

Ioann. 14.

DECIMVM QVAESITVM.

An coniugalis concubitus concupiscentiae causa culpa sit venialis.



Augustinus lib. vnico de bono coniugali. c. 6. asserere videtur, concubitu coniugale causa concupiscentie satiate propter fidem thori, culpa habere venialem. Sic enim habet, Nuptie ab adulterio seu fornicatione defenduntur: neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur: debeat ergo coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem, liberorum procreandorum causa, quae prima est humani generis in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis iniucem excipiendam, ad illicitos concubitus evitandos mutuam quodammodo servitutem: ut etiam alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu, non possit. Et ad hoc enim vxor non habet potestatem sui corporis, sed vir: et vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: ut & quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis & incontinentiae causa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa de marito, non sibi alterutrum egent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, tentante Satana, propter incontinentiam, vel amorum, vel cuiusque eorum: coniugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentiae vero satiantiae, sed tamen cum coniuge propter fidem thori, venialem habet culpam. Adulterium vero siue fornicatio lethalem habet culpam, ac per hoc melior est quidem ab omni concubitu continentia, quam vel ipse matrimonialis concubitus, qui sit causa generandi.

Circa vium matrimonij, an sit licitus, & pot sit esse meritorius, ne dum inter haereticos, sed inter Catholicos olim fuit maxima contentio. Augustinus libro de haeresibus. c. 33. Tacianus, & Eucharitas facit auctores huius dogmatis, nempe, matrimonium esse illicitum. Et Manichaei absolute nuptias damnarunt: licet aliqui illorum permissas dixerint ad vitandas alias peiores absurditates, iuxta verbum Pauli, Propter fornicationem vnusquisque suam habeat vxorem: me

lius enim est nubere quam vri. Hieronymus lib. i. contra Iouenianum, Marione, & Manicheum imitatores eiusdem erroris refert: & Tertulianus aduersus Maitionem de eodem errore eum reuincit. Guido etiam Carmelita Armenijs etiam eundem ascribit. Aiebant enim, quod si primi nostri patres non peccassent, nunquam ad generandum coisissent: sed genus humanum aliter multiplicaretur, scilicet, per creationem singulorum hominum: sed propter peccatum, aiebant, mutaram fuisse formam propagationis per generationem: qua vtiq; ratione appellati sunt Adamiani. Eorum haeresim refert Augustinus libro de bono coniugali cap. 2. quae ibidem reprobat. Occasionem errandi inde nacti sunt, quod primus parens obscenum tum carnis, non nisi post peccatum, sensit. Hanc haeresim suscitauit post, tempore Innocentij tertij, Almaricus quidam Doctor Parisiensis. Et hic est error, quem idem summus Pontifex. c. damnatus de summa Trinitate. & fide Catho, insinuat, dicens, Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almaritij, cuius mentem sic pater mendatij excecauit, ut eius doctrina non tam haeretica, quam ipsa sua sit censenda.

Contra hos ergo vesanos errores late statimus conclusionem. Negare complexum coniugalem licitum esse, & in statu naturae integrae necessarium fuisse, non modo est impietas contra scripturam sacram, verum demencia ipsa aduersus lumen naturae. Probatur primo ex verbo Domini Gene. 2. Non est bonum hominim esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. In quem locum Augustinus lib. 9. super Genesim ad literam. c. 7. inquit, Non video ad quod aliud adiutorium mulier facta sit viro, si generandi causa subtrahatur. Imo vero Dominus Matth. 19. & Marcij. 10. interrogans ihs pharisaeis, an liceret vxorem dimittere, respondit, Non legitis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & foeminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret vxori suae, & erunt duo in carne vna: vbi indissolubilem matrimonij illic fuisse constitutam declarat. & cum verba illa ante peccatum fuerint prolata, in statu innocentiae eadem fuisse generatio. Item dicitur, ut Armenij dicunt, quod propter Adae alij homines essent creaturi, est contra illud Ecclesiastici. 8. Qui vixit in aeternum creauit omnia simul, quasi dixisset, non alia amplius creatur, praeter animas rationales, quae

Conclusio

1. Tim. 4.

1. Cor. 7.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An Dominus prohibuerit vxorem fidelem ab infideli discedere.



Augustinus lib. 1. de adult. 1. de vnico coniugij ad Polentiu cap. 18. asserere videtur, fidelem ab infideli discedere, neque Dominum prohibere, neque iuberi esse scribens, Recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis, fideles viri vel foeminae non prohibentur a Domino, ut neque iubeantur, nam si dimittere tales coniuges iuberentur, nullus esset locus consilio monentis Apostoli ne hoc fieret: nullo enim modo quod Dominus iubet, seruis bonis fieri prohiberetur, naeque hoc Dominus per Eldram prophetam fieri iussit, & factum est, dimiserunt Israel te vxores alienigenas, per quas fiebat ut & ipsi ad alienos seducerentur deos, non ut ille per maritos vero acquirerentur Deo: merito ergo quas duxerant Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt: cum vero cepissent gentilibus Euangelium praedicari, iam cunctos Gentiles Gentilibus commiserit coniuges, ex quibus si non ambo crederent, sed vnus, aut vna infidelis cum fideli coesentiret habitare, neque prohiberi a Domino debuit fidelis infidelem dimittere, neque iuberi: ideo non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere: & infidelis hominis fornicatio est maior in corde, neque vera eius pudicitia cum coniuge dici potest, quia omne, quod non est ex fide, peccatum est, quauis veram fidelis habeat pudicitiam etiam cum infideli coniuge, quae non habet veram: ideo autem neque iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem Domini Gentiles fuerant ambo coniugati, quoniam ergo ab infideli fidelem discedere, nec prohibet, nec iubet Dominus, ideo ut non discedat, Apostolus dicit, Non Dominus habens vtiq; spiritum sanctum, in quo dare posset vtile & fidele consilium: & concludit, secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait, Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.

1. Eldr. 10.

Rom. 14.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 39. qua Magister sentent. de disparitate cultus agit, dubitatur, an modo liceat fidelibus cum infidelibus

per generationem de materia educi nequeat. Secundo, quia natura per peccatum in officijs naturalibus non est mutata, ut patet in nutritione & in alijs, si ergo nunc species nostra veluti alij vniuersorum animalium per commixtionem masculi & foeminae propagatur, constat hoc esse naturale opus: & simile in statu naturae integrae fuisse.

Contra alios haereticos dicentes nunc, illic esse generationem, est argumentum quod Deus naturam nostram creauit in suis naturalibus bonam, & ad suam felicitatem aptam, ergo multiplicatio eius non solum naturae maxime consona, verum & Dei propositum implet, qui eam ad reparandas Angelorum ruinas condidit: quinimo quauis Angeli non occidissent, eam in illum finem creasset. Multa de hoc tum Hieronymus, tum etiam Augustinus adnotarunt, & extant decreta plurima Pontificum, & Conciliorum ut apud Leonem in epistola ad Termillum cap. 7. & in Concilio Bracharen. & Toletano. 1. atque multis alijs: quinimo Paulus spiritu prophético haereses has damnauit scribens Timotheo, Spiritus enim inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, quidam enim discedent a fide in spiritu demoniorum prohibentium habere, & iubentium abstinere a cibis, quos Deus creauit, vbi duo officia naturae coniungit ab haereticis reprobara, scilicet, cibos sumere ad conseruationem indiuidui, & nuptias celebrare ad conseruationem speciei, quocirca sicut cibatio modo & mensura temperata est actus virtutis, ita & generatio: ex quo sit praefatas haereses nulli potuisse habere fundamentum praeter blasphemiam Manichaeorum dicentium, corpoream naturam non a bono, sed a malo deo pullulasse: aduersus quos sufficiens est sententia Pauli, qui nedum nuptias damnat, sed pro vxore approbat admonens, ut vnusquisq; suam vxorem habeat, nec se defraudent. Ex qua doctrina sequitur, actum coniugalem apud Deum posse meritorium esse, si debite ad sint circumstantiae, quod, si aliqua defuerit, non mirum si culpa aliqua induatur: & ideo Augustinus ait, quod si conueniant causa concupiscentiae satiantiae, venialem habet culpam. De hac quaestione vide supra tomo secundo Beati Augustini ad decimum quaesitum, & tomo sexto ad quartum & septimum quaesitum.

7. Conclu  
sio.

delibus coniugia inire. Quæsitio vero duabus conclusionibus respondeo. Prima, matrimonium inter fidelem & infidelem peccatum est graue sacrilegij, quo religio sacra cõmactatur, & profus est nullã: hæc enim propriè est cultus disparitas, nam cum Christiani verum Deum colat, infideles vero nõ nisi falsos, ob id disparitas cultus cõmuneratur inter impedimenta dirimentia matrimonium.

Dubium tamen est, an dispositio hæc sit de iure naturali, aut Diuino, an solo Põsificio. Arguitur quòd sit de iure naturali, finis enim naturalis matrimonij non solum est generatio, sed etiam filiorum debita educatio, quæ simul vtrique parenti incumbit, vt cordi proposito liberis religione & debitis moribus inbuant, in hoc autem negotio infidelis fidei concors esse nequit, quia cum non eadem profiteantur religionem, neque eadem sacramenta, & sacrificia, & ceteronias colant, vterque prolem ad suam religionem trahet, atque ideo eius debita educatio impediretur: aduectatur etiam huiusmodi disparitas cultus secundo fini matrimonij, qui est tranquilla cohabitatio in eadem domo, nam qui religione & instituto vitæ non conueniunt, vera pax & mutuus amor constare non potest.

a. Cor. 6.

Secunda conclusio videtur iure Diuino præcepta, vt patet ex illo Pauli, vbi cõmercium fidelium cum infidelibus prohibet inquitens, Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, quæ autem conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli, quis autem cõsensu templum Dei viui. Et 1. Corint. 7. Mulier, si dormierit vir eius, liberata est à lege viri: qui autem vult nubat tantum in Domino: quod verbum Polentius contra quæ scriptis Augustinus, de adulterinis cõiugijs, glossabat, id est, tantum Christiano: vnde colligebat inter Christianos solum constare matrimonia, & Apostolum contra præceptum Domini permittere, vt fidelis maneat cum infideli, si vult cohabitare sine contumelia Saluatoris. Augustinus vero per distinctionem ei respondebat concedens, verbum illud intelligi de matrimonio contrahendo inter fidelem & infidelem, contra præceptum noui & veteris Testamenti: aliud vero, quòd fidelis manere possit cum infideli, intelligi de matrimonio in infidelitate contracto. Quæ

expositio fuit antiqui Tertuliani lib. 2. ad uxorem, & Ambrosij in commentarijs eiusdem epistolæ, & Hieronymi aduersus Iouinianum lib. 1. Item id constat ex exëplo veteris legis, in qua nuptiæ inter fideles, & gentes illas terræ promissionis præcepto Dei prohibite erant. Et ratione arguitur, quòd huiusmodi matrimonia imminens secum afferant periculum peruersionis fidelis coniugis, vt exemplo Salomonis. 3. Regum. 11. constat, vbi legitur, alienigenas uxores cor eius deprauasse, & in illarum idololatram incidisse. Et 1. Efdraz. 10. idem documentum habetur, & coniugium Sampsonis cum Dalida eius fuit interitus. Cuius exemplum inducit Ambrosius lib. 9. epistololarum epistola prima, cù alio de Phinees, qui gladio Hebræum & Madianitem transfixit, vbi multis rationibus probat, esse contra ius naturale & Diuinum, vt fidelis cum infideli cõtrahat, nam cum ipsum inquit, coniugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificatione oporteat, quomodo potest coniugium dici, vbi non est fidei concordia, cum oratio communis esse debeat? quomodo inter dispares deuotione potest esse coniugij cõmunis charitasti iure ergo Diuino, & naturali, disparitas cultus videtur matrimonium impedire.

Opinio est  
munis.

His non obstantibus communis opinio Theologorum & iurisprudentum est, quòd non sit impedimentum dirimens nisi tantum iure Põsificio, quòd ex eo patet, quòd in tota lege Evangelica non habetur tale impedimentum matrimonium dirimens: imò vero Christus nihil iuris naturæ in matrimonio immutauit, præterquam quòd fecit, quòd esset sacramentum gratiam cõferens, quin cuius dens argumentum est, eiusmodi prohibicionem non esse de iure Diuino, alioquin per hoc, quòd alter infidelium cõuerteretur ad fidem, matrimonium dirineretur. Quare Paulus consulere non potuisset, quòd si infidelis velit sine contumelia Saluatoris cum fidele manere, eum fidelis nõ desereret: neque vero veteri lege matrimonium erat fidelibus interdictum cum omnibus infidelibus, sed solum cum septem illis gentibus terræ promissionis propter periculum imminens idololatrandi, quòd Christus familiaris suæ nõ timuit, sed rem ecclesiæ suæ concedidit, vt de huiusmodi matrimonijs disponeret. Et quidquid de illa, lege fuerit legalia eius iam cessauit, & verbum illud Pauli, Nubat tantum in Domino, Calixtus in epistola ad vniuersos

1. Conclu  
sio.

uerfos Galliarum episcopos, atque alij non exponunt nisi quòd nubat tantum regulariter, id est, secundum leges coniugij, admonet enim, vt matrimonium fiat ad gloriam Dei, sed licet in peccato fiat, non ideo dirimitur, maxime quia neque omnia præcepta Pauli sunt de iure Diuino, neque illud, quia pars fidelis cum infideli matrimoniale cõmercium, expresse prohibet: quin adde, quòd si ius positiuum nõ obstarat, enire posset, vt cõsiliu esset fidei cù infideli cõtrahere, scilicet, quòd certus esset sibi nõ imminere periculum, & spes ei esset, quòd posset infidelẽ Christum lucruriturẽ enim cõsult Paulus, ne fidelis infidelem deserat, quare & posset illam ducere.

Apparet ergo quòd distinctione moderata respondendum: aliud enim est de impedimento loqui, ne tale matrimonium fiat: aliud vero de impedimento illud dirimente, nõ iure Pontificio secluso, stando in mero iure naturali, & Diuino, si fidelis cum infideli contraheret, illud genere suo esset mortale, nisi aliqua vrgens vel expediens causa culpam excusaret: & hoc est, quòd ait Augustinus, esse contra præcepta veteris & noui Testamenti: præceptum noui Testamenti appellat illud Pauli de filijs Belial cù filijs lucis, & illud, nubat tantum in Domino, quæ proprie est traditio Apostolica, & non præceptam Diuinum: licet rationes inductæ maximam vim habeant, vix enim absque periculo imminente fidei tale matrimonium iniri posset, quin in magnam iniuriam fidei resularet, & religio Christiana inde maxime de turbaretur, si filij Belial legibus matrimonij cù filijs lucis cõmiserentur, & vix fieri posset quominus liberi versarentur in periculo rededi ad infidelitatem, vt patet, si modo Christiana femina Iudæo vel Sarraceno nuberet.

2. Conclu  
sio.

Secunda cõclusio, matrimonium per disparitatem cultus dirimi, ius est mere positiuu & ecclesiasticum, licet in iure expressum nõ habeatur, nam Canones omnes, qui citantur, sunt sanctorum Patrũ, vt Ambrosij, Augustini, Cypriani, aut Conciliorum provincialiu: asserta vero sanctorũ, nisi accedat auctoritas publica vniuersalis ecclesiæ, nempe Põsificis aut occumenici Concilij, nõ habet vim, aut articuli fidei, aut legis ecclesiæ obligantis, nec Synodi provinciales sine vniuersali talem habent auctoritatem. Item Can. caue. 28. q. 1. Ambrosius nõ solum iubet cauere cõnubia cum Gentili, aut Iudæo, sed etiã cum heretico: & similiter Cõcilium Agathense, & alia Cõcilia, vt Tolentanum tertium

tantu de Iudæis loquuntur: Concilio vero Calcedonense, vt ait Gregorius, fidelia nuptia cù infidelibus iniri prohibentur, & simili liter cù hereticis: in nullo ergo citatorũ Canonum expresse prohibetur, quòd matrimonium, si inter fidelem & infidelem cõtrahatur, sit dirimendum, sed solum præcipitur ne fiat. Cyprianus sermone de lapsis insinuat, tunc talia cõnubia in more fuisse, & tamen nõ iubet ea dissoluere, sed ait, illud esse profluere gentibus membra Christi: quam Cypriani sententiam referens Augustinus lib. 1. de fide & operibus. c. 19. ait (quasi cõsuetudinem deplorando) nostris temporibus iam non putantur esse peccata, quoniam vera in nouo Testamento nihil inde præceptu est: & ideo aut licere creditum est, aut vclut dubium derelictum est. Ex quo colligitur, illo seculo more viguisse, vt fideles cù infidelibus nuptias ducerent.

Cõcilium  
Calcedo.

Cyprianus

August.

Conclusionem ergo statutam mos receptifimus vniuersalis ecclesiæ confirmat, neque Catholicis alia est exploranda ratio: sed vt hereticis respondemus, dicimus ecclesiã testimonij sanctorũ, & rationibus præfatis edoctam, & traditione Apostolorũ instructam, & Sancto spiritui irradiatã, hæc sustinere veritatem, vt si matrimonium inter fidelem & infidelem cõtrahatur, sit nullum: neque opus est, vt omnes traditiones ecclesiæ scriptis sint madata dicente Apostolo. 2. ad Thes. 2. Tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolã nostram: neque vero institutio hæc cepit prope ætatem Cypriani aut Hieronymi, sed certe ab Apostolis: tempore enim illorũ cù primum quis fidẽ susciperet, cõiugem deserere, cui mori Paulus se obsecit cõsulens, vt si coniux infidelis cù fidele vellet sine iniuria Saluatoris manere, non repelleretur, sed potius fidelis cum lucrifacere curaret.

Hinc fit, quòd si fidelis cù catechumena contrahat, antequam baptismum suscipiat, licet in gratia esse credatur, matrimonium est nullum: & iste est sensus Ambrosij loco citato, nempe, quòd si catechumena fit, non satis est, nisi ambo vnda baptismi fide loti: & ratio est, quia cù matrimoniu sit sacramentũ, & baptisma sit ianuã omnium sacramentorũ per quẽ homo peccatis moriens, & ad inuocãtium resurgens. eum virgo, vt ait Paulus, Christo nubit, sit vt legitima materia matrimonij carnalis cõtrahedi nõ sit nisi Christiana: cù Christiana, neque, vt spiritualo matrimonij carnali antecedit: quocirca legibus

## ADVERTENTIAE IN SEXTVM TOMVM

ciuilibus, qui talia matrimonia sacrilega inueniant, decreta sunt supplicia, vt. Inquis Christianam. C. de Iudaeis, vt, scilicet, tãquã adulteri puniantur.

Vnde verbum Concilij Calcedonenſis ſupra citati, quo Chriſtiani non permittitur Iudæo vel Pagano coniungi, niſi forte ſpondenderit, ſe velle ad orthodoxam fidem vere conuerti, intelligitur de ſponſalibus ſub conditione ſuſcipiendæ fidei, nam ſi intelligatur de matrimonio de præſenti, nullũ erit, antequã ille fidem per baptiſmũ ſuſcipiat. Ex hac ſecunda concluſione reſponſum colligitur, ſiquis ſciſcitetur, an Papa poſſit diſpenſare, vt fidelis cum infideli contrahat: etenim cã ſuper omne ius poſitiuum Papa ex rationabili cauſa diſpenſare valeat, ſi, vt ſuper huiusmodi matrimoniũ id ipſũ queat: imò quãuis abſq; vlla cauſa diſpenſaret, vt cõtraherent, matrimoniũ teneret, licet abſque vrgentiſſima cauſa id facere fas non eſſet.

Quod ſi arguas, populo Iſraelitico licebat cã aliquibus eihnicorum matrimonium cõtrahere, non ergo eſt cur etiam nũc in eccleſia non liceat, quo tanta erat tunc diſparitas cultus inter populum illum & idololatras, quanta modo inter nos & ipſum: reſpondeatur, quod Iudæis cum nullis infidelibus fas erat matrimonia contrahere, niſi legem circunciſionis ſuſciperent, vt lex Deuterio. 21. diſponebat, de contrahendo fornicis cã captiuis intelligeretur, ſi vellent legem Iudæiſmũ ſuſcipere. Quæ ratio de omnibus idololatris militare videtur, quæ de Cananæis propter diſparitatem cultus, & propter periculum idololatrandi cum vxoribus. Secundo reſpondeatur, quod non erat tunc tãta diſparitas cultus inter Iudæos, & Gentes, quanta modo inter nos & infideles: & ratio eſt, quia lex illa non obligabat vniuerſum orbẽ, ſed peculiarem illum populum: quo circa in lege naturæ poterant homines ſaluari, & ideo ratio fidei ſynagoga non excludebat naturalem ius matrimonij cum alijs gentibus, quantum cum illis contrahere delictum eſſet, ſi Iudæo periculum immineret idololatrandi: & ideo ſolum fuit illis interdictum matrimonium cum idololatris terræ promiſſionis: lex vero Euangelica vniuerſo orbĩ poſita eſt, extra quam nemini patet falus: & ideo fidelibus cum omnibus infidelibus prohibita ſunt nuptiæ. Tum etiam, quia matrimonium tunc non erat ſacramentum vti modo eſt, quare ex natura eius nõ repugnabat cã infidelibus copulari, modo autem carna-

les nuptiæ ſpiritali matrimonio, quale in eccleſia celebratur, repugnãt.

Quod ſi inſurgas, inter duos Chriſtianos poteſt eſſe diſparitas cultus, vt ſi vnus eſſet hæreticus vel apoſtata, & alter Catholicus, ſed matrimonium inter iſtos eſt validum, neque dirimitur, ergo ſimiliter inter fidelẽ & infidelẽ: reſpondetur, quod cum matrimonio ſit vnũ ex ſeptem ſacramentis præciſe vt neceſſariam eam exigit paritatem cultus, quæ pertinet ad ſacramentum fidei, hoc eſt, ad ſacramentũ baptiſmũ, quo ſit profeſſio fidei, quantum ad neceſſitatem, tamẽ non exigit paritatem fidei interioris: quam obrem impedimentum de quo agimus non dicitur diſparitas fidei, quia illa poteſt eſſe corrupta in cõiugibus, ſed diſparitas cultus, qui ad externum ſeruitium in operibus religionis ſpectat: cum ergo hæretici ſint Chriſtiani, & ſimiliter apoſtata ratione characteris, ideo ſi cum illis matrimonium contrahatur, non eſt irritum, ſed validum, eſt tamen mortale cã huiusmodi cõtrahere propter periculum: & hoc ſignificãt Canonẽ ſupra citatũ. Nã cũ Paulus admoneret, hæreticũ per tinacẽ euitare, & Ioãnes prohibeat peruerſis & corruptorib; fidei Aue dicere, plane colligitur multo minus licere cõſuetudinẽ, quanta eſt inter cõiuges, cã illis contrahere.

Pro B. Auguſtino reſpondemus, quod cũ dixit, Quoniã ergo ab infideli fidelẽ diſcedere, nec prohibet, nec iubet Dominus, idẽ re aſſerit, quod nos diſtintuimus: non enim prohibet, quia iuſtitia permittit à fornicatẽ diſcedere: nec iubet, quia Apoſtol; cõſilium dat fidelẽ, quod ſi cõſentiat cã fideli habitare, nõ dimittat. Quia poteſt animã illius ſaluã facere, vt in ſine capitis citatũ explicat dicẽs, Tunc nõ expedit id quod licitũ eſt, quãdo permittitur, ſed vſus ipſius poteſt alijs aſſerit impedimentũ ſalutis, ſicut eſt diſceſſio fidelis cõiugis ab infideli, quã nõ phibet Dñi præcepto legis, quia corã illo iniuſta nõ eſt, ſed prohibet Apoſtol; cõſilio charitatis, quia infidelibus aſſerit impedimentũ ſalutis, non ſolum quia pernicioſiſſime ſcandalizatur offenſi, verum etiam quia in alia cõiugia cum ceciderint, viuẽtibus eis, à quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati difficillime reſoluuntur. Et cap. 19. ſequenti ait, hoc autem, vbi de dimittendo, vel non dimittendo infideli cõiugio quaeritur: vtrumque quidem pãtiter licitum eſt per iuſtitiam, quæ corã Dõmino eſt: & ideo nihil horum Dominus prohibet, ſed nõ vtrumque

Argumentum.

vtu nõ expedit propter infirmitates hominum, & ideo id, quod non expedit, Apoſtolus prohibet dante ſibi Dõmino liberum prohibendi locum, quia neque id, quod non tenet Apoſtolus, prohibet Dominus, neque id quod prohibet Apoſtolus, iubet Dominus, quod niſi ita eſſet, neque contra prohibitionem Dõmini Apoſtolus aliquid moneret, neque contra inſionem eius aliquid prohiberet, neque vetaret Apoſtolus.

## DVODECIMVM QVAESITVM.

An liceat Chriſtiano coniugem adulteram occidere.

Auguſtinus lib. 2. de adulterinis coniugijs ad Potentium affirmare videtur, nõ licere homini Chriſtiano adulteram coniugem occidere, ſed tantum dimittere: enim ſcripſit, Poſtremo quaero abſte vtrum marito Chriſtiano liceat, vel ſecundum veterem Dei legem, vel Romanas, adulteram occidere, ſcilicet, melius eſt, vt ab vtroque ſibi tẽperet, id eſt, à licito illa peccante ſupplicio, & ab illicito illa viuente coniugio: quod ſi alterutrum eligere perſeuerat, ſatius eſt ei facere, quod licet, vt adultera puniatur, quã id quod non licet, vt ipſa viuã, ille mechetur, ſi autem quod verius dicitur, non licet homini Chriſtiano adulteram coniugem occidere, ſed tantum dimittere, quis eſt tam demẽs, qui ei dicat, fac quod non licet, vt tibi liceat, quod nõ liceat: cum enim vtrumque ſecũdum legem Chriſti illicitum ſit, ſine adulteram occidere, ſiue illa viuente, alteram ducere, ab vtroque abſtinendo eſt: non illicitum pro illicito faciendum: ſi enim facturus eſt quod nõ licet, iam faciat adulteriũ, & nõ faciat homicidium, vt viuente vxore ſua, alterã ducat,

& nõ humanũ ſanguinem fundat, quod ſi eſt vtrũq; nefarium, nõ debet alterũ pro altero perpetrare, ſed vtrumque vitare.

Diſtintuimus ſupra quaſtionem hãc, vtrũ adulteri occidens peccet, nam inter aliquos ambigitur, imò non deſunt, qui aſſerunt occidendo moraliter delinquere. Apparet enim eis ob id delictũ, quod in ſua voluntate eſt ignoſcere, at vero proculdubio nullus criminis incontinentiã eſt reus apud Deũ, quanuis ipſam occidat, quia ſi peccaret, neſas inter Chriſtianos eſſet publica & ſolẽni authoritate illam ei in manus tradere, vt apud Deum delinqueret, neque eccleſia id vtrũquã fieri permittit, neque reſponſio dicẽtium, ſolum ei permitti, vt impune eam occidat, quia huiusmodi permiſſiones non ſunt, niſi in delictis quæ priuata authoritate cõmittuntur, quemadmodum in fornicationibus, vt ſi vir vxorem priuatim adulterantem occideret, cum ergo eam criminis damnatam publicẽ & ſolẽniter iudex ei in manus tradat, & ſi quis eam ſurripere veller, iudex ipſe id deſederet, ſignum eſt manifeſtũ quod traditur ei tanquam miniſtro iuſtitie, non quidem neceſſario, vt liſtor, ſed ſpontaneo, vt faciat quod vult.

Pro Auguſtino reſpondemus, quod cum inquit, non licere homini Chriſtiano adulteram coniugem occidere, ſed tantum dimittere, loquitur de occiſione, quæ priuata authoritate facit, nam de publica non negat licitum eſſe eam accuſare, & vſque ad mortẽ perſequi. Aduertendum, quod ſi vir priuatim deprehenſam in adulterio interimit, ius retinendẽ dotis amittit: cum vero publica authoritate eam occidit, dotem iure ſibi acquirat, & arras, vt Doctores ſuper. l. penultima. ſ. ſoluto matrimonio denotant, & Hiſpanis Taurina lege. 82. ſancitum eſt. De hac quaſtione vide ſupra quarto tomo Beati Auguſtini ad vigefimum tertium quaſtium: ubi inter dubia quæ conſtituimus diſputatum eſt.

## ADVERTENTIAE IN septimum tomum.

AN ſanctius iuſtificetur, qui baptizatur ab occultis malis, quã qui baptizatur à manifeſtis bonis.

Xx. 21

2. An



- 2 *An qui non est suis criminibus reus alterum facit innocentem.*
- 3 *An ad hoc quod quis sit verus sacerdos oportet quod iustitia induatur.*
- 4 *An ad ecclesiam pertineat, qui in eius vnitatem corporaliter mixti, per vitam pessimam separantur.*
- 5 *An qui seculo verbis & non facto renuntiant, sint membra ecclesiae.*
- 6 *An avarus & hereticus membris columbae vterq; habeatur alienus.*
- 7 *An baptisimus Ioannis peccata remitteret.*
- 8 *An Primatus solum sit in sancta conuersatione & vita bona.*
- 9 *Peccatores an pertineant ad sanctam ecclesiam.*
- 10 *An extra ecclesiam sint omnes, qui audiunt verba Christi, & non faciunt.*
- 11 *An paruuli tanquam peccatores baptizentur.*
- 12 *An paruuli peccatum proprium habeant.*
- 13 *An paruuli sine corpore & sanguine Christi vitam habere possint.*
- 14 *An adultus per naturam & liberum arbitrium iustificari possit.*
- 15 *An vere dicendus sit pudicus, qui vere fidei non est mancipatus.*
- 16 *An Paulus nuptias solum secundum indulgentiam permisisset.*
- 17 *An Eucharistia paruulus necessaria.*
- 18 *An sine fide opera, quae videntur bona, in peccatum vertantur.*
- 19 *An vera virtus sit in illo, qui iustus non est.*
- 20 *An praefer Christum fuerit aliquis, qui peccata non habuerit.*
- 21 *An iudicio finali futura sit remissio peccatorum.*

PRIMUM QVAESITVM.

An sanctius iustificetur, qui baptizatur ab occultis malis, quam qui baptizatur a manifestis bonis.



Vgustinus lib. 1. contra literas Pelliciani Donatistae. c. 8. asserere videtur sancti iustificari, qui ab occultis malis baptizantur, quam qui baptizantur a manifestis bonis, sic

inquiens, Cum audierit, arbor bona bonos fructus facit, arbor mala malos fructus facit, nunc quid colligat de spinis vuis, & omnis bonus homo de thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de thesauro cordis sui pro-

fert mala, responderit. Hoc ergo bonus fructus est ut arbor bona sit, hoc est, bonus homo, ut praebant fructum bonum, hoc est, opera bona, hoc autem non qui plantat, & qui rigat, mihi dabit, sed qui incrementum dat Deus, nam si arbor bona bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille, quem baptizauerit: quisquis ab homine malo etiam non manifestus fuerit baptizatus, bonus esse non poterit, de mala quippe arbore exortus est: aliud est enim arbor bona: aliud arbor occulta, sed tamen mala, aut si cum occulta est arbor mala, quicunque fuerit ab illa baptizatus, non de illa, sed de Christo nascitur, sanctius iustificatur, qui baptizantur ab occultis malis, quam qui baptizantur a manifestis bonis.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 1. S. Th. 3. parte. q. 64. & art. 5. quae sit, an per malos ministros sacramenta conferri possint, & respondet hac vnicuique conclusione. Ministri ecclesiae possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali: probatur ex sententia

1. Corin. 3

Augu-

Augustini tractat. 5. super Ioan. dicentis, non uisse Ioannem potestatem baptisimi Christi habiturum, & sibi retenturum, sed ministerium transfurum in bonos & malos: & subdit, Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est Dominus? ratio autem est manifesta, ministri enim ecclesiae instrumentaliter operantur, eadem autem est ratio, ut 1. Physicorum doctor est Aristoteles, ministri & instrumenti, instrumentum autem non agit secundum propriam formam & virtutem, sed virtute eius accommodatur, & ob id accidens instrumentum in quantum instrumentum est, qualecunque habeat formam praeter illam, quae instrumentalis est: sicut accidit corpori medici infirmum esse aut sanum, si modo arte medica polleat: & subinde fistulae, per quam aqua trahitur, argentea ne sit an plumbea. Quaestio haec, quamquam non temporis nullius sit ambiguitatis, eo quod receptissima sit ab ecclesia, fuit tamen olim propter hereticos molestissima, Ministrorum enim qui mali sunt, multi sunt gradus: alij enim sunt abiectissimi, ut infideles, qui fidem nostram nunquam susceperunt: post illos sunt apostatae, qui fidem, quam susceperant, abnegarunt: deinde heretici, & schismatici: praeterea & illi qui per ecclesiasticam censuram sunt suspensi, & irregulares: & in infimo gradu sunt Christiani ministri peccato mortali irretiti.

Conclusio ergo Sancti Thomae de vniuersis intelligitur in suo cuiusque gradu itaque laicus infidelis baptizans vere baptizat, & sacerdotes heretici, schismatici, & apostatae vere consecrant, & episcopi vere ordinant: malus enim minister sacramenti, si faciam in teligitur, videlicet, ut cui deest id, quod est de essentia sacramenti, & hic est illegitimus, ut si non sacerdos consecrare, aut absolueret praesumeret, aut sine vera forma & materia baptizare tentaret: & hunc constat sacramentum non perficere: alia vero est malitia extra essentiam sacramenti ad mores pertinet, & haec non impedit ei quominus sacramentum perficiat: ait enim philosophus, 2. Ethico, quempiam esse posse bonum artificem, utpote pictorem, aut argentarium, licet non sit bonus homo: unde si minister habeat illa quae sunt de essentia sacramenti, quatenus est instrumentum satis habet quoad integritatem instrumenti, nam bonitas morum in ministro non est de essentia sacramenti, sed ad decetiam eius pertinens, ut Augustinus ait verba Ioannis interpretans, cum enim Christus

ipse sit qui baptizat in Spiritu sancto interenam gratiam infundendo, sic, ut charitas ministeri per quam sacramentum applicatur, accidentaria sit, sicuti quod aqua horrorum, per lapides transeat, non obstat quominus eodem fructus proferat, quos si per canales aureos transeat: Deus enim est, qui tanquam principale agens ad gratiam sacramentorum concurrat, deuotio vero ministeri iusti ad eandem effectum, qui virtute sacramenti confertur, nihil attinet, & ideo melior baptisimi effectus per meliorem ministrum non datur, & haec est communis sententia Doctorum scholasticorum.

De deuotione autem & precibus ministeri, & circumstantibus, an baptizato maior accrescat effectus gratiae. Aliqui Theologorum teneant, quod paruulus baptizatus vberior fructum gratiae recipit. Ita Caietanus. q. 64. art. 5. abq; distinctione, siue paruulus sit aut reclus rationis, qui recepit sacramentum, siue adultus.

At vero de paruulo ante usum rationis sententia Caietani sustineri non potest, nemo enim alteri de condigno gradum aliquae gratiae gratum facientis mereri valet: hoc enim soli Christo tanquam capiti ecclesiae competit, sed solum de congruo, dum tamen in gratia sit cum Deo: differunt enim haec merita, quae meritum de condigno, quo qui est in gratia per officia charitatis, meretur sibi augmentum gratiae ex lege certa & infallibili, eo quod sepe iure effectum obtinet, meritum autem de congruo, quo existens in gratia meretur bona temporalia, vel alteri gratia, non habet eandem certitudinem, imo Deo prout sibi visum fuerit expediat, aliquando concedit, aliquando vero negat, quod sibi petitur.

Paruulo ergo carere usu rationis mereri primam gratiam, & eius augmentum id fieri nequit, nisi aut merendo ei, ut bonum motum animi habeat, aut bonum opus exerceat, quod paruulus non est possibile: nam sequitur primo, quod talis in gloria non reciperet secundum opera sua, & prout existit in corpore, quod est contra Dei iustitiam distributiuam. Secundo sequeretur, quod posset ei dormienti etiam extra sacramentum iam primam gratiam, quam eius augmentum mereri, quod concedi nequit. Tertio sequeretur, quod quilibet adulto, ab omni opere cessanti, posset alius gratiam mereri, quod tamen iustitiae distributivae repugnat, nemini enim Deo nisi secundum opera sua reddunt: & ita vera, hoc est quod Augustinus videtur ad Cresconium distinxit, ubi ait, baptisimus propter meliorem ministrum non dari meliorem

Xx 3 neque

Augustinus  
exemplum

Caietanus

Cetera  
causa

Math. 12.

neque glossa Caietani textui quadrat, videlicet, illud intelligi de effectu qui praecisse sacramento conuenit, illud autem adiectum provenire ex impetratione ministri: nam cum D. Thom. expresse illic loquatur de deuotione viri iusti, & dicat effectum sacramenti ab illa non provenire, dicere videtur neque virtute talis deuotionis quidpiam gratia baptizato accrescere.

Corollarium.

Hinc fit non obitare quominus adulto alius possit tam dum baptizatur, quam extra baptismum, primam gratiam mereri, & eius augmentum, nam potest illi mereri ut in Deum conuertatur, & post conuersionem in operibus bonis se exerceat, & hoc pacto mater Augustini meruit conuersionem ipsius, sicuti Stephanus conuersionem Pauli, & fortasse postmodum Ananias dum eum baptizauit, ut feruentius ac dignius sacramentum suscipere: & idem sentire licet de Petro dum Cornelium baptizauit.

Vnde sic intelligendus est locus ille Matt. 19. de paralitico, cui, videns Iesus fidem illorum, dixit, Conside filij, remittuntur tibi peccata tua: vbi ait glossa, quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valet aliena, vt intus, & extra sanaret hominem fides aliorum valet ad salutem corporalem paralitici: sed ad salutem spiritualem, non nisi fides propria. Eodem modo intelligenda sunt merita illa praeceptorum Patrum, quae Deus in eorum sobole praetabatur, iuxta illud Moisi Exodi. 32. Recordare Abraham & Iacob, &c. & Danie. 3. Ne auferas a nobis Domine misericordiam tuam propter Abraham dilectum tuum, &c. illa enim merita ad bonum temporale referebantur, sicuti Gene. 18. legitur, quod Deus liberauit Loth propter Abraham.

Ad aliud autem quod de Nicolao asserri solet, quod ante usum rationis ieiunabat, quod apparet iudicium maioris gratiae, quam in baptismo receperat, negatur illud inde prouenisse, nam multi adulti sunt in maiori gratia, quam ille tunc erat, qui tamen illud non faciunt, sed fuit gratia gratis data, tanquam praesagium sanctitatis, ad quam per opera egregia promouendus erat.

Error Donatistarum.

At quibus doctrina haec Catholica sit, duo tamen praecesserunt errores contrarii eius: prior Donatistarum, qui aiebant, baptismum ab haereticis datum non esse legitimum, sed iterandum. Ratio erroris fuit, quod non discerniebant inter duos effectus baptismi, qui sunt character & gratia, potest enim ba-

ptismus in peccatore, qui baptizatur, characterem absque gratia imprimere, ac subinde fidem mortuam infundere: status ergo litis erat, quod Donatistae aiebant, quod cum haeretici in peccato existerent, eorum baptismus non conferebat gratiam, & ideo nullius esse valoris. Augustinus vero & Catholici ostendebant satis esse per characterem vere facere Christianos, ut non denuo iterare tur, sed dum ecclesiae reconciliarentur, tunc virtute sacramenti suscepti renissionem susceperent delictorum, iuxta illud Augustini de consecratione dist. 4. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum fictio veraci confessione recesserit. De qua re Augustinus septē contra Donatistas cōscripsit libros.

Cyprianus

Quo errore cōmaculatus fuit Cyprianus Carthagen. episcopus, & postmodum martyr. Extat eius epistola ad Iouenianum, vnde eundem errorem cōpluribus sacrorum oraculis roborare contendit, vt per illud, Ite baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et per illud, Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionem peccata, &c. & alia, quae omnia per ea quae dicta sunt soluntur: qui enim baptizatur in nomine Trinitatis, in illo nomine gratiam sacramenti confert & fidem, licet ipsa careat. Baptizatur enim autoritate Spiritus sancti, quem Christus etiam in hunc effectum eis contulit, qui eo carent. An vero Cyprianus viuens errorem hunc retractauerit, dubitat Augustinus lib. 2. contra Donatistas cap. 4. & cap. 5. affirmare videtur quod vsque ad mortem in illo errore persistit, sed tamen vberitate charitatis, vt dixerat libro secundo cap. 18. error ille compensatus ab illo est, & passionis falce compurgatus. Post obitum autem Cypriani coactum est Concilium Carthagenense primum, vbi decretum est, haeticorum baptismum si fiat intentione & forma ecclesiae, esse omnino validum: ab ista tamen vt villo tempore Cyprianus fuerit ceu haeticorum existimatus, nam sua etate non erat ille error: ab ecclesia cōdemnatus: post vero, quod baptismus a Pagano collatus sit validus, habetur ex Iuliano cap. Romana; & quod collatus a Iudaeo, habetur ex Nicolao Can. a quodam, & quod haeretici vere baptizent, si formam seruent Trinitatis, habetur Can. si qui, & multis alijs.

Concilium Carthag.

Has verumtamen sacrosanctas sanctiones non nullum reuertitur Erasmus, haec verba in praefatione super Cyprianum ausus est scribere. Porrò qui diuersam, inquit, sententiam (scholasticā aduersus Cyprianum) sequi maluerunt, mihi quidem non tam argumētis videtur commoti, quam fuisse ei parti, quae magis abhorreret a schismate: & infra, quod si res ab argumētis humanis pederet, & nisi cōcordia fauorē vbiq; mereretur, potius haberi poterat, quod sequitur Cyprianus, quā quod est receptum. Erasmo naque Anabaptistae nunquā satis displicerunt.

Can. no. 5a. na.

Sunt tamen nonnulli Canones, qui prima facie videntur huic sententię Catholice aduersi, vt r. q. 1. Can. non sanatur, qui est Ambrosij de catechizandis rudibus. vbi ait, Non sanatur baptismus perfidorum, non mundatur, sed pollutus: quod Scotus. 4. di. 5. q. 2. arbitratur intelligi, quādo quis extra ecclesiam baptismum susceperit, vt fiat discipulus haereticus baptizantis: at re vera si legitima seruetur intentio ecclesiae, tam in conferente, quā in suscipiente baptismus valet, licet baptizatus vellet esse haereticus: & ideo rectius intelligitur secundum Gratianum in Can. statim proximo, hi qui de baptismum, quem per fidem seruantes formam ecclesiae, administrant. Et planius glossari potest textus, quod non sanatur baptismus receptus in haereli, vel in peccato mortali, quia non confert gratiam. Et ad auctoritatem Pauli, quae illic subiicitur ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est, respondetur posse tam collationem sacramenti, quā susceptionem esse peccatum seruata substantia sacramenti, iuxta verbum Augustini. 1. quaestione. 1. Can. separatur, vbi ait, quod iniqui formam ecclesiae habere possunt in baptizando, virtus tamen in eis esse non potest, licet per illos in alios transeat.

Can. qui per sectione

Maiorem autem difficultatem habere videtur Can. qui perfectionem, eadem causa & quaestione, vbi ait Innocentius, Qui per sectionem Spiritus sancti, quam acceperat, perdidit, non dare alijs plenitudinem possunt, hoc tamen intelligitur de plenitudine quoad executionem sacramenti suscepti, vnde bene ait illic glossa, quod episcopus quantumcumque haereticus & schismaticus & apostata sit, tamen vere ordinatur, ordinatus tamen irregularis est, ne possit ordines exercere: & hoc pacto intelliguntur plures Canones eiusdem causae & quaestionis, de his qui per simoniam ordinantur, sunt enim omnes ab administratione sacramentorum suspensi: & in hoc sensu dicuntur sacramenta conferre non posse, verumtamen si ea administrant, legitima sunt, praeter sacramentum poenitentiae: qui enim a iurisdictione

Erasmus

suspensus quocumque modo eos, qui non sunt ei subditi, absoluit, non pericit sacramentum.

Post errorem Donatistarum fuit etiam error Pauperum de Lugduno, quem Ioannes Hus, & Ioannes Vaicelph complexi sunt, videlicet, quod Deus quocumque praelati vel viatorum suspendit a suo officio vel ministerio, quando incidit in mortale. Impugnatur hunc errorem Thomas Vualden. tomo secundo de sacramentis cap. 3. & sequentibus, quem etiam D. Tho. absurdum ostendit 4. lib. contra Gentes. c. 77. nam secundum istos haeticos non solum sacramentum ab haereticis collatum, verum & a quocumq; in mortali existenti nullū esset. Simile dogma huic tenet Armachanus lib. 10. c. 4. nepe quod temporale dominium per quocumque mortale delictum perditur, siue regnū sit, siue quocumque infernus.

1. Ratio

Deliramentum hoc sequentibus rationibus destruitur. Prima, si similitudinem naturalem, vt Basilij in Hexameron, spectes, Deus soli virtutem fulgendi tribuit, & caelis mouendi, terrae & animalibus generandi, quae perpetuo in illis permaneret, quam virtutē ob nulla scelera & flagitia a rebus naturalibus admittit, sed solum intum orri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: debuit autem multo certius nobis in rebus spiritualibus prospicere firmiter: ergo ratione ministris ecclesiae perpetuam contulit potestatem, quae quantumuis mutatis eorum moribus nunquam mutaretur, quare & characteres ordinis, qui facultates sunt ad ministrandi sacramenta, indelebiles sunt.

2. Ratio

Secundo, dona Spiritus sancti, quae non in utilitatem eorum quibus conferuntur, sed in commodum publicum suae reipublicae Deus donat, ea propter perditos mores eorum non subtrahit, vt patet de donis prophetiae & sanitatis: nam vt Matth. 7. legitur multi iniqui in die Iudicij dicent, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Quibus Christus respondet, Nescio vos. Potestas autem ad ministrandi sacramenta in utilitatem communem reipublicae Christianae ministris tribuitur, ergo ex moribus possidentium non pendet. Tertio, effectus sacramentorum sunt supernaturalis, ad quos producidos nulla bonitas ministris sufficit, ergo nulla malitia, quae bonitatis est contraria, potest illos impedire quominus a Deo

3. Ratio

produ-

producantur: maledictus enim homo, vt hic. 17. legitur, qui confidit in homine: si autem salus nostra ex bonitate ministrorum dependeret, nullum fiducia nostrae in illis esset, quod Deo iniuriosum esset, in quo nostra salutem salutem collocanda. Quarto, quia characteres non imprimuntur vt habitus virtutum & vitiorum, qui potentias ad bene vel male agendum determinant, sed per modum potentiarum, quae sunt ad vtrunq; in-differentes, quare sicut character baptismalis potentia est suscipiendi sacramenta siue bene siue male, ita & character ordinis potestas est vtrolibet modo administrandi.

5. Ratio. Quinto, sacramentum virtute operis operatur gratiam conferens, ergo hoc fit virtute Diuina, quae a bonitate ministri nullatenus dependet. Sexto, effectus non debet assimilari instrumento, sed principali agenti, vt domus non dolabræ aut ferræ, sed arti, quæ est in mæne artificis, assimilatur ergo quauis minister gratia carcat, nihilominus Deus per sacramentum illam confert, per quam suscipiens est fit similis, & non ministro. Septimo Augustinus eodem tractatu. 5. super Ioannem adducit illud Apostoli. 1. Corin. 7. Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, ex quo loco analogia sumitur, quod si malitia morum nihil officit naturalibus fructibus, ita neque supernaturalibus, quos Deus generat: legitur enim Ioan. 4. discipulos Christi baptizandi munus exercere: inter quos non dubium quin Iudas ministerium idem exereretur. Quapropter, ait Augustinus aduersus Donatistas (quod refertur. 1. q. 1. Can. dedit) Dedit baptismum Iudas, & non baptizatum est, post Iudam dedit Ioannes, & baptizatum est, post Ioannem, quia qui datus est a Iuda, baptismus est Christi, qui a Ioanne Ioannis erat, non Iudam Ioanni, sed baptismum Christi etiam per Iudæ manus datum baptismum Ioannis recte preponimus. Octauo, nemini iurisdictione ob peccatum morale subtrahitur, vt ex illo. 1. Petri. 2. cõstat, Filij obedite prepositis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Fit Dominus Matth. 23. Super cathedram, inquit, Moysi sederunt scribae & pharisæi, omnia ergo, quæcunque dixerim vobis, seruare & facite, secundum autem opera eorum nolite facere: vrgentiori ergo ratione in peccatoribus noui Testamenti manet iurisdictione & potestas. Nono, consecrationes Basilicarum,

altarum, & vaforum ecclesie sunt perpetue, tandiu enim permanent, quadiu res ipse durant: cum ergo hæc in ministerium facerdotum sint consecrata, congruentius & eorum consecrationes sunt indelebiles. Vltimo, si vera esset istorum vesania, cuncta spiritualia in ancipiti & ambiguo essent: peccata namque mortalia non modo secretissimè cõmittuntur, verum & interno actu cordis, de quo homines iudicare nequeunt: si ergo quouis mortali crimine potestas ecclesiastica in ministris deperiret, nemo esset certus, an vere a suo prelato absolueretur, aliæ sacramenta legitime reciperet: quæ cum sint causa gratiæ, maxima conturbatione & confusione fideles vexarentur. Ideo meritisimè huiusmodi hæresis Concilio Constantiensis. 8. contra prædictos hæreticos fuit anathemate condemnata.

Pro B. Augustino respondemus, quod ipse mentem suam explicauit. Et pro le respondit lib. 3. contra literas Petilian. c. 47. sic scribens, Sed ne diceret siue ille, siue aliquis vestrum, cum quis occultus malus est, qui baptizatur, tunc non esse fructum eius illum quem baptizat, sed fructum Christi, continuo subiicit, quauis vesanus error etiam istam sententiam consequatur: & repetiui illud, licet alijs verbis, quod paulo ante dixeram, Si cum occulta est arbor mala, quæcumque fuerit ab illa baptizatus, non de illa sed de Christo nascitur: sanctius iustificatur, qui baptizatur ab occultis malis, quam qui baptizatur a manifestis bonis. Petilianus ergo his tam vehementibus coarctatus angustijs, tacuit superiora, ex quibus illa pendebant, & hæc absurdæ, quæ illius consequuntur errorem, ita commemorauit in responsione sua, quasi hæc ego ex mea sententia dixerim: quæ ideo dicta sunt, vt attendere, quantum mali sequeretur quæ scripsimus, cepit in me grauiter & petulanter inueni, tanquam ego sensissem optandum esse omnibus, qui baptizantur, vt baptizatores perfidos habeant, & ignorant eos: quoniam quauislibet bonos habuerint, Christus est incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Item tanquam si ego sensissem sanctius iustificari eos, qui baptizantur ab occultis malis, quam qui baptizantur a manifestis bonis, cum hæc mirabilis insania ideo a me commemorata sit, quia illos necessario sequitur

10. Ratio

sequitur, qui cum Petiliano sentiunt, sic esse hominem baptizatum ab baptizatorem suum, quemadmodum est fructus ad arborem, de qua nascitur, bonus de bono, malus de malo. Quibus cum dixerimus, vt respondeant, cuius arbitrentur fructus esse hominem baptizatum, quando ab occulto malo baptizatur, quoniam non audent eum rebaptizare, coguntur respondere tunc eum non esse fructum occultis illius mali, sed esse fructum Christi: ac per hoc sequitur eos quod voluit, & quod sentire dementius est, quia si homo tunc est fructus hominis baptizatoris sui, quando a manifesto bono baptizatur, cum vero baptizatur ab occulto malo, tunc non ipsius fructus, sed Christi est sanctius iustificatur, qui baptizatur ab occultis malis, quæ qui baptizantur a manifestis bonis.

SECUNDVM QVAESITVM.

An qui non est suis criminibus reus alterum faciat innocentem.



Augustinus lib. 2. contra literas Petiliani, c. 6. afferere videtur, quod homo etiam si non sit alicuius criminis reus, alterum non efficit innocentem, nam cum Petilianus dixisset, Quæ potest esse peruersitas, vt qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem, dicente Domino Iesu Christo, Arbor bona bonos fructus facit, arbor mala malos fructus facit, nunquid colligant de spinis vvas: & iterum, Omnis homo bonus de thesauro cordis sui proferit bona: & omnis homo malus de thesauro cordis sui proferit mala. Augustinus respondit, omnis homo etiam si non sit suis criminibus reus, alterum non facit innocentem, quia non est Deus: alioquin si ex innocentia baptizantis expectatur, vt fiat innocentia baptizati, ratio erit quisque innocenter, quanto innocentiam a quo baptizatur inuenit: & tanto ipse minus erit innocens, quanto & ille a quo baptizatur: & si forte contra aliquem tenet odium qui baptizat, hoc & illi, qui baptizabitur, imparabitur: vt quid ergo miser currit ad baptismum, vt ei dimittantur peccata sua, an vt imponatur aliena: an sicut nauis mercatoris alia ponat, alia suscipiat: & concludit,

nam si ita est, vt dicit, id est fructus baptizantium ipsi baptizato assignantur, magnum Africæ denuntiat, sit tot Optati puilla lauerant, quotquot baptizari optant.

Doctores scholastici. 4. dist. 1. S. Thom. 3. parte. q. 64. & artic. 1. querit, an solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti, & supposita hac distinctione: bifariam cõtingit aliquid fieri ab aliquo: vno modo tanquam a principali agente, alio tanquam ab instrumento, respondet duabus conclusionibus. Prima, solus Deus tanquam principale agens operatur internum effectum sacramenti: probatur primo, quia nihil operatur vbi non est, solus autem Deus potest intus in animam illabi, vbi infunditur effectus sacramenti, ergo solus ipse illic immediate operatur, hoc est, tã quæ causa, quæ non ab alia dependet. Secundo, quia gratia est a solo Deo, iuxta illud psalmi, Gratiam & gloriam dabit Dominus: & ad Rom. 8. Deus est qui iustificat, ac subinde character, qui res est etiam spiritualis animæ inhaerens, a solo Deo produci potest. Secunda conclusio, secundo modo, id est, inmaterialiter homo potest ad eosdem internos effectus gratiæ & characteris pervenire applicando sacramenta, nam cadem ferme est ratio sacramenti & ministri, quapropter vt sacramentum, ita & minister virtutem suam a Deo principali agente recipit.

Notandum circa primam conclusionem, auctoritatem Dei in conferenda gratia sacramentorum, quam D. Tho. causam principalem appellat, in hoc consistit, quod sit naturalis a nulla alia profus dependens, vt possit siue per modum meriti, siue per modum sacramenti, siue absque ulla causa creata illam infundere, sicuti primo Angelo, & primo parenti, & sanctificatis in vtero illa, contulit, ad modum quo mundum creauit: conuenit enim hoc Deo, sicut soli lucere, & signi calefacere, quare potest hominem gratiæ facere, siue intus cõmouendo, siue absque vilo motu, vt paruulis baptizatis illam infundit. Quæ auctoritas puræ creaturæ non est cõmunicabilis, esset enim alium Deum facere. Circa secundam conclusionem aduertendū, quod minister non est verum instrumentum, quod nullatenus mouetur nisi motu ab alio, est enim vitens quod se mouet, quauis a Deo sit institutus, & ad eius ministerium moueatur: & in hoc habet similitudinem cum instrumento. Quod autem minister gratiæ conferat, non solum est assertio Doctorum, & ecclesie, non solum ex sacris literis aperire

colligitur. Habetur enim Ioann. 20. Quorū remiseritis peccata remissa erunt: peccata autem nisi per gratiam remitti nequeunt, ergo sacerdotes per eadem sacramenta ad infusionem gratiae concurrunt, & ita diffinitum est Concilio Constantien. & Florentino, ubi habetur, quod sacramenta tribus perficiuntur, scilicet, materia, forma, & ministro: & Concilio Tridentino sels. 15. Can. 5. sic diffinitur, Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris, Accipite Spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata remittentur eis, & quorum remiseritis, retentis sunt, non esse intellegenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento poenitentiae, sicut ecclesia Catholica ab initio semper intellexit, detorsit autem contra institutionem huius sacramenti ad auctoritatem praedicandi Evangelium, anathema sit. Pater etiam eade veritas ex forma sacramenti poenitentiae, Ego te absolvo a peccatis tuis, quae colligitur ex illis verbis Matth. 18. Quaecunque ligaveris super terram, erunt ligata & in caelo, & quaecunque solaveris super terram, erunt soluta & in caelo. Et verus sensus est, non quem Magister fingit, Ego ostendo te absolutum, sed ego te absolvo tanquam Dei minister: si ergo minister absoluit, concurrat ad gratiam sacramenti, per quam fit absolutio. Et confirmatur ex forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sensus enim non est praefatus, ego te corporaliter abluo, sed certe spiritualiter in anima, alias non opus esset addere, in nomine Patris & Filii, &c. hoc est in eiu: potestate, nam ad abluendum tantum corpus Divina illa potestate non opus erat: haereticum ergo est negare, ministrum ad internum effectum sacramenti concurrere.

Quod si quis huic sententiae obijciat, quia sequeretur, non solum ministros administrantis sacramentis deputatos, verū & illos, quibus ex officio non incumbit, ad gratiae effectum concurrere, ut dum laicus puerum baptizat, nam pari modo sacramentum applicat, & formam profert, consequens autem in de apparet falsum, quod nomine ministri solum illi comprehendi videntur, qui Divina institutione ad id sunt deputati: sicuti sacramenta ad eundem effectum sunt instituta. Pro solutione notandum, quinque sacramenta non nisi a propriis ministris, qui characterē ordinis ad id sunt deputati, administrari posse: baptismus vero, quoniam sacramentum est, potest tempore necessitatis à laico admini-

strari: ob id quod eadem vitur forma, qua sacerdos vitur, scilicet, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quae forma falsa esset, si animam non ablueret. Et ad argumentum in contrarium respondetur, quod quavis laicus non sic dicatur institutus, quod sit ad id muneris consecratus: est tamen quatenus delegatus, ut in necessitate possit eodem munere fungi. Sacramentū vero matrimonij quantum ad necessitatem sacramenti, licet ante diffinitionem Concilij Tridentini haberet alium ministrum, quam ipsos contrahentes, Concilium tamen diffinit, eius ministrum esse sacerdotem, qui eos sub hac forma copulet: ego vos coniungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: quod si ministerio sacerdotis non coniungantur, matrimonium est irritum, ut constat ex sels. 8. sub Pio. 4. decreto. 1. de reformatione matrimonij, & sels. 24. c. 1.

Secundo arguitur, contrahentes matrimonium sine alio tertio ministro, vere cōficiunt sacramentum, ergo recipiunt gratiam, & non nisi suo ipsorum ministerio, ergo ministri non consecrati gratiam conferunt. Quod si quis dicat tunc matrimonium non esse verum sacramentum gratiam conferens, eo quod Concilio Florentino tribus asserit perfici sacramentum, scilicet, materia, forma, & ministro, quorum si aliquod defuerit, non est sacramentum. Et Concilio Tridentino idē est confirmatum: unde licet minister ad gratiam non concurrat nisi applicando materiam & formam sacramenti, ut in baptismo, ego te baptizo: & in cōfirmatione, ego te chrismo, &c. vel solum formam, ut in sacramento poenitentiae, ego te absolvo: vel saltem sacramenti virtutem, ut cū sacerdos bucellam consecratam porrigit: minister vero matrimonij, neque formam applicat, neque materiam, & ideo videtur, quod neque virtutem. Respondetur, quod Concilium Florentinum non affirmat requiri consecratum ministrum ad sacramentum, sed ministrum: unde sicut in baptismo laicus, qui applicat formam & materiam est minister, sic & in matrimonio ipsi contrahentes. Solutio videtur convincere, quod minister non consecratus ad gratiae collationem concurrat. Contra hoc tamen est argumentum, quia sequeretur inde, quod infidelis possit ad conferendam gratiam cū Deo concurrere: patet, si cū intentione ecclesiae baptizaret. Respondetur tamen, nihil absurdum sequi, nam si veram profert formam cū intentione ecclesiae, neque baptizatur: has tamen omnes

2. argumētum

omnes captiones Concilium Tridentinum loco citato absoluit diffiniens, ministrū matrimonij esse proprium sacerdotem, & formam determinatam, sicuti est in ceteris alijs sacramentis.

Dubium

Maius dubium esset, si quisquam secularium etiam infidelium, qui consecrare nequeunt, hostiam consecratam temere Christiano porrigeret: apparet enim illum non conferre gratiam, nam & puer ante usum rationis eandem posset porrige, responderetur talem ministrum gratiam non efficere, quia non applicat formam, sicut in baptismo, sed solum corpus, quod per se est virtus gratiae conferenda, quod quidem corpus eam conferret, etiam si qui porrigit, intentionem non haberet ministrandi sacramentum, dummodo suscipiens legitimam haberet intentionem: fecus de sacerdote, qui cum virtutem habeat consecrandi, quando sacramentū administrat, ad gratiam concurrat.

Questio

Haec questio aliam suscitatur, inde enim cōsequens fieri videtur, ut in quocunque ministro, etiam non consecrato deberet esse virtus conferendi gratiam, si quidem ob id, quod omne sacramentum gratiam conferat, in quo libet inest virtus eam cōferendi, cōsequens autem apparet falsum, quoniam in solis consecratis inest character, qui est potestas administrandi sacramenta. Paluda. 4. dist. 1. q. 1. cui eadem dist. & questione Capreolus subscribit, ait, virtutem conferendi gratiam existerē in ministris consecratis, non autem in illis, qui non sunt consecrati. Alij id ridiculum existimant dicentes, quod isti ex eo id fingunt, quod censent, ministros attingere productionem illius qualratis, quae est gratia per modū causae naturalis, sicut ignis attingit ignem, quem producit in ligno, at vero quavis non illa ratione qualitatis illius productionis attingant, nihilominus negari non debet, quin in ministris consecratis sit virtus permanens conferendae gratiae formaliter, id est, faciēdi hominem Deo gratum. Character enim ordinis constat, esse potestatem administrandi sacramenti, sicuti character baptismalis est potestas eadē suscipiendi, cum ergo per sacramenta gratia conferatur, id est, homo fiat Deo gratus, consequitur, ut idem character sacerdotalis sit potestas conferendi gratiam, sicut & character baptismalis est potestas eiusdem suscipiendi. Et hoc est quod ait D. Thom. ministrum sortiri interiorē effectum est virtute principalis agentis, quod est Deus: ne-

Paludanz.

que displicet ministrum causam esse (ut qui dam opinantur) morali similem, hoc est, familiaris: quemadmodum enim quis facit potestatem seruo redimendi captivum dando illi redemptionis precium, sic quodammodo se habet minister sacramenti conferens, sacramentum, quod Christus in hoc remediū constituit, quavis sacramento eadem similitudo nequeat tam proprie coaptari, quia non est instrumentum vinum cui negotium cōmittatur, sicuti ministri, sed est merum instrumentum instar instrumenti artificis, quod ab agente nihil recipit nisi motum, & applicationem ad opus. Sed non obstante illa similitudine negandum non est, quin in sacerdote ad hoc munus exequendum vera virtus existat, neque character, iam enim discernimus constitutum inter illum, qui ab humano principe ad aliquod deputatur officium, & sacerdotem, nam in illo nulla à principe creatur virtus ad agendum: in hoc vero dum minister sacramentorum instituitur, character imprimitur, in quo quando sacramentum applicat cum intentione Dei, illa etiam applicatio virtus est instrumentalis Dei, ut pote, motus sacramenti, & haec solā à Deo recepit minister ille, qui per consecrationē non est deputatus, ut laicus, dum necessitate baptizatur: & eo pacto subintelligi etiam potest verbum D. Thomae, quod etiam isti ministri fortuntur interiorē effectum est virtute Dei, quia eius intentione & nomine sacramenta administrant.

Pro B. Augustino, ipse pro se respondet lib. 3. contra literas Petilian. c. 43. inquit, quapropter siue à fidelis, siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit, ne sit male dictus omnis, qui spem suam ponit in homine: hoc ergo in epistola priorī, cū Petiliano responderem, puto quia & dilucide, & veraciter posui. Hoc etiam nunc commemoratum, illud insinuans, atque commendans, ut omnino spes nostra non sit in homine: Deū quē Christum, mundatorem, iustificatorem hominum esse credamus credentium in eum, qui iustificat impium, ut deputetur fides: eorum ad iustitiam, siue ille homo sit sanctus, qui ministrat baptismum, siue impius & factus, quem fugiat Spiritus sanctus: tunc deinde subdidi: Si aliter esset, quanta cōsequeretur absurditas, & dixi: quod & nunc dico alioquin si talis quisque in gratia spiritali renascitur, qualis est ille, a quo baptizatur, & cū manifestus est, qui baptizat homo bonus, ipse

Hiero. 17.

Conciliū Tridentinū

Obiectio.

ipse dat fidem, ipse origo, & radix, caputque nascentis est, cum autem latet perfidus baptizator, tunc quodque à Christo perficitur fide, tunc à Christo ducit originem, tunc à Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur: opus enim est ab omnibus, qui baptizantur, ut baptizatores peridos habeat, & ignorent eos: quamlibet enim bonos habuerint, Christus est vniue incorporabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator, quod si dementissimum est credere, semper enim Christus iustificat impiū faciēdo ex impio Christianum: semper à Christo perficitur fides, semper Christus est origo regeneratorum, & caput ecclesie, quid habent ponderis verba illa, quae vani lectores non attendunt, quid iatus habeant, & duntaxat quemadmodum sonent. Hæc tunc dixi, hæc in illa mea epistola scripta sunt.

**TERTIVM QVAESITVM.**  
An ad hoc quod quis sit verus sacerdos, oportet quod induatur iustitia.

**A**ugustinus lib. 2. contra literas Pelliciani partem affirmatiuam asserere videtur cap. 30. quo Pellicianus dixit, Aut si quisquam carmina sacerdotis memoriter teneat, nunquid inde sacerdos est, quod ore sacrilego carmen publicat sacerdotis. Augustinus respondit, Ita istud dicis quasi modo queramus, quid sit verus sacerdos, & non quid sit verum baptisma: ut enim sit quisque verus sacerdos, oportet ut non solo sacramento, sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitia: qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit Pontifex Caiphas persecutor vniuersi & verissimi sacerdotis, quauis ipse non sit verax, quod dat tamen, verum est, si non det suum, sed Dei: sicut de ipso Caiphas dictum est, Hoc autem non à se dixit, sed cum esset Pontifex prophetauit. Et tamen ut eo quoque simili utar, quo ipse posuisti, si audias ab aliquo vel profano preceem sacerdotis, verbis & mysterijs Euangelicis confirmatam, nunquid eis potes dicere, non est vera: quauis ipse non solus verus non sit, sed etiam nullus sacerdos sit: cum Apostolus Paulus quodam testimonium verum esse dixerit. Cerere sis cuiusdam propheta, qui inter prophetas

Dei non computabatur. Air enim, Dixit Christus deus semper mendaces, male bellie, ventres pigri: testimonium hoc verum est. Si ergo Apostolus nescio cuius alienigeni testimonio, quia verum comperij, ipse etiam attestatus est, cur nos apud quemlibet inuenimus, quod Christi est, & verum est, etiam si ille apud quem inuenitur peruersus & fallax est, non discernimus vitium, quod homo habet? & veritatem, quam non suam, sed Dei habet? & dicimus, sacramentum hoc verum est, sicut ille ait, testimonium hoc verum est. Similiter idem Apostolus, cum apud Athenas esset, inter aras demum animaduertit aram quandam in qua scriptum erat, Ignoro Deo, & hoc testimonium ad illos in Christo edificandos assumpsit: ita ut hoc commemoraret in sermone suo, arg. subiungeret, Quos vos ignorantes colitis, hanc vobis nos annuntiamus. Et postea subiungit, Et quidem non longe positum ab vnoquoque nostrum, in illo enim viuimus, mouemur, & sumus: sicut & quidam secundum vos dixerunt, Nunquid quia inuenit apud sacrilegos testimonia veritatis, aut propter ista illos approbavit, aut propter ista illos damnauit? Vos autem necesse est, ut semper erretis, quandiu propter hominum vitia Dei sacramenta violatis: aut nos propter Dei sacramenta, quae in nobis violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Doctores scholastici. 4. sent. dist. 13. & Sæd. Thom. 3. parte. q. 2. & art. 1. querit, an malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit, & respondet hac conclusione: sacerdotes etiam si non sint iusti, sed peccatores possunt Eucharistiam consecrare. Probat per primo autoritate Augustini in libro de corpore Domini dicentis, Intra ecclesiam Catholicam in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono minus, nihil à malo minus perficitur sacerdotem, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti. 1. q. 1. Can. intra Catholicam. Secundo probatur ratione, sacerdos consecrat non virtute propria, sed tantquam Dei minister in eius persona, malitia vero non priuat ministerium Domini potestate, sane qui bonos & malos ministros & seruos habet, ut patet Matth. 24. si dixerit malus seruus ille in corde suo: & 1. Cori. 4. postquam dixerat, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, subiungit, Nihil mihi conscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum,

Actuus

sum: potest ergo certum esse, aliquem esse ministrum absque certitudine probitatis eius. Quod si obijcias, hoc derogare dignitati Christi, ut ministris iniquis utatur, responderetur, id potius excellentiae eius congruere, cui sicut vero Deo seruum: non solum bonum, sed etiam malum, quae per ipsius prouidentiam in eius gloriam ordinantur.

Conclusio hæc ab omnibus Catholicis est recepta: hæretici soli contrarium docent, ut Vuicleph apud Vualdensem tomo. 2. de sacramentis. c. 7. qui sic argumentatur, Si Spiritus sanctus cum laico sanctissimo, quem inhabitat, non concurret ad consecrandum, à fortiori neque cum pessimo sacerdote, in quo non est Spiritus sanctus. Collectio autem hæc hæretica est, sicut si quis colligeret: non concurret cum optimo Naehaele, ut esset Apostolus, ergo neque ad id muneris concurret cum pessimo Iuda: potestates enim Diuinitus collatae non in bonum singulari personarum, sed in bonum commune totius ecclesiae conferuntur: neque ex moribus ministrorum dependunt, aliis cum criminosa hominum oculis sima sint, vix nunquam certi esse possumus, an minister publicae ecclesiae potestatem habeat, ut acta eorum iudicet, & sacramenta solida sint, & valeant, ut de semper in ecclesia confusio & conturbatio oriretur, quam huiusmodi perturbatores moliantur. Secundo, ratio potissimum in sacerdotibus viget, character enim, ut diximus, non imprimitur ad modum habitus tanquam virtus ad bene operandum, sed est mera potentia, & indelebilis facultas, ad operandum, siue bene, siue male. Tertio, secundum istos nunquam essemus certi, an verum sacramentum adoremus, an vero idololatremus. De hac autem quaestione testimonijs Augustini, & aliorum sanctorum, aduersus Donatistas hanc veritatem offendimus quae sero primo huiusmodi septimi, quod mali ministri quantumvis hæretici vera ministrant sacramenta, vbi & errorem Arimachani impugnamus dicentis, quod per quodcumque mortale delictum quantumcumque potestatem publicam delinquentis perire: & ideo de hac quaestione sufficiant hæc.

Pro B. Augustino responderetur, quod cum asseruit, quod ad hoc quod quis sit verus sacerdos, oportet, ut non solum sacramento, sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitia, non intelligit, quod sicut per peccatum mortale gratia amittitur, simul & fides amittatur, nam id

esset contra diffinitionem Concilij Tridentini sessione. 6. Can. 28. quo sic habetur, Si quis dixerit amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem, quae remanet, non esse veram fidem, licet non sit viuia, aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Non ergo negat peccatores verum esse faciendo tem: & ideo addit, Oportet, quod verbum est de scientia & experientia, ut sacerdos quisque non sit contentus eo quod charactere sacerdotali sit insignitus, sed oportet, ut iustitia quoque induatur iuxta Propheticum dictum, Sacerdotes tui induantur iustitia, vbi iustitiam non pro virtute specialit & particulari vsurpat, sed pro iustitia & virtute in communi. Ad hoc enim quod sacerdos sit iustus oportet, quod velle virtutum omnium induatur: & quod hæc fuerit mens B. Augustini constat ex lib. 4. contra Cresconium grammaticum cap. 20. vbi sic scripsit, Parua itaque inter nos in hac re, aut fortasse nulla dissensio est, nam & ego dico, melius per bonum ministrum, quam per malum dispensari sacramenta Diuina: verum hoc, propter ipsum ministrum, melius est ut eis rebus, quas ministrat, vita & moribus congruar, non propter illum, qui etiam si incurrit in ministrum malum dispensantem, veritatem securitate accipit à Domino suo monente ac dicente, Quae dicant facite, quae autem faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Adde etiam ad hoc esse melius, ut ille cui ministratur, ministri boni probitatem ac sanctitatem diligendo facilius imitetur, sed non ideo ueriora & sanctiora sunt quae ministrantur, quia per meliorem ministrantur: illa namque per se ipsa vera & sancta sunt propter Deum verum, & sanctum, cuius sunt, & ideo fieri potest, ut accedes ad facultatem populi Dei aliam inueniat, à quo facili baptizetur, alij eligat, quae salubriter imitetur: certus est enim, sanctum esse sacramentum Christi, etiam si per minus sanctum, vel non sanctum hominem ministratum est, se autem eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puniri, si indigne acceperit, si male vltus fuerit, si ei non conuenienter & congrue vixerit.

**QVARTVM QVAESITVM.**  
An ad ecclesiam pertineant, qui in eius vnitatem corporaliter mixti, per vitium pessimam separantur.

Cod. Inu. Tridentina

Math. 23.

Augu-

Rom. 4. Sapientia

Psal. 131.

Ioan. 11

1. Tim. 1



**A**ugustinus lib. 1. de baptis-  
mo contra Donatistas cap.  
10. affirmare videtur, nedū  
sacrilogos, sed qui pessime  
operantur, & viuunt, ad ec-  
clesiam non pertinere: sic  
inquiens, Itaque vna est ecclesia, quae sola  
Catholica nominatur, & quidquid suum ha-  
bet in cōmunionibus diuersorum à sua vni-  
tate separatis, per hoc quod suum in eis ha-  
bet, ipsa vtiq; generat, non ille, neq; enim  
separatio eorum generat, sed quod secum  
de ista tenuerunt, quod si & hoc dimittant,  
omnino non generant. Hæc itaque in omni-  
bus generat, cuius sacramenta reuētur, vn-  
de possit tale aliquid vbiunque generari,  
quauis nō omnes, quos generat, ad eius per-  
tineant vnitatem, quæ vtiq; in finem perse-  
uerantes saluat. Neque enim hi soli ad eam  
non pertinent, qui separationis aperto sacri-  
legio manifesti sunt, sed etiam illi, qui in ei-  
us vnitatem corporaliter mixti per vitam pessimam  
separantur. Etenim Simonem Magū  
per baptismum ipsa pepererat: cui tamen di-  
ctum est, quod non haberet partem in hæ-  
reditate Christi. Nunquid ei baptismus? Nū-  
quid Euangelium? nunquid sacramenta de-  
fuerunt? sed quia charitas defuit, frustra na-  
tus est, & ei expediebat fortasse non nasci.  
De hac quæstione vide supra B. Hieronymum  
9. tomo ad trigessimam quæstionem.

Actor. 3

Pro Augustino: pro seipso respōdet lib. 5.  
de baptismo contra Donatistas. c. 18. sic scri-  
bēs, Vnde nosidem copiosissime admonet,  
multos in delictis suis & peccatis mortuos,  
quauis ad Christi societatem, & ad illi-  
columbe vnicę innocētis & simplicis mēbra  
non pertinentes: quæ si sola baptizaret, illi  
vitiq; non baptizarent, specie tamen intus  
videri & baptizari & baptizare, & in eis quā-  
uis mortuis, illius tamē baptismū viuere qui  
nō moritur, nec mors illi vltra nō dominabi-  
tur. Cū ergo & intus sint mortui, neq; latē-  
tes, nam non de illis tanta diceret Cyprianus,  
qui vel non pertineant, vel nondum perti-  
neant, & foris sunt mortui, qui manifestius  
ad eam vel non pertineant, vel nondum per-  
tineant: verumque sit non posse ab eo viuifi-  
cari alterum, qui ipse non viuuit, manifestum  
est eos, qui intus à talibus baptizantur, si ve-  
ra conuersione cordis accedunt, ab eo viuifi-  
cari, cuius est baptismus. Si autem seculo  
verbis solis, & non factis renunciant, quales  
Cyprianus & intus esse testatur, nec ipsos vi-  
uificari nisi conuertantur, & tamen verū ha-

Rom. 6

bere baptismum, etiam si non conuertantur:  
vnde & exteriores mortuos, quauis neque  
viuant, neque viuificant, habere tamen ba-  
ptismum viuum, qui eis tunc prodest ad vitā,  
si conuertantur ad pacem, similiter manife-  
stum est.

QVINTVM QVAESITVM.

An qui seculo verbis, & non factis  
renunciant, membra sint  
Ecclesiæ.



**A**ugustinus lib. 4. de baptismo cō-  
tra Donatistas. c. 3. asserere vide-  
tur, eos, qui seculo verbis & non  
factis renunciant, nō esse membra  
ecclesiæ: sic enim scripsit, cui (nempe eccle-  
siæ) si obtemperassent, & recte iam viuere,  
non vt pseudochristiani, sed vt vere Chri-  
stiani cepissent, nunquid eos iuberet denuo  
baptizari? non vtiq; et, sed hoc eis presta-  
ret vera conuersio, vt sacramentū, quod non  
mutatis valebat ad penitentiam, mutatis inci-  
peret ad salutem: quia neque isti ecclesię de-  
uoti sunt, qui videntur esse intus, & contra  
Christum viuunt, id est, contra Christi mā-  
data faciunt: neque omnino ad illam eccle-  
siam pertinere iudicandi sunt, quā si ipse  
mundat lauacro aquæ in verbo, vt exhibeat  
sibi gloriosam ecclesiam, non habentem ma-  
culam, nec rugam, aut aliquid huiusmodi:  
quod si in ista ecclesia non sunt, ad cuius mē-  
bra non pertinent, non sunt in ecclesia, de  
qua dicitur, Vna est columba mea, vna est  
matris suæ, ipsa est enim sine macula & ru-  
ga, aut asserat qui potest, huius columbę  
membra, membra esse, qui seculo verbis nō  
factis renunciant. De hac quæstione vide su-  
pra tomo. 9. B. Hieronymi ad 30. quæstionem.

Eph. 4

SEXTVM QVAESITVM.

An avarus & hæreticus à mēbris  
columbæ vterq; habeatur  
alienis.



**A**ugustinus lib. 4. de baptismo cō-  
tra Donatistas. partem affirmati-  
uam asserere videtur, cap. enim  
20. sic scripsit, Quis enim ebrius,

ius, non & contentiosus, & animosus, & ini-  
dus, & à preceptorum sanitate dissentiens,  
& arguentibus se grauius inimicus, tam ve-  
ro vt & fornicator & adulter non sit, diffi-  
cile est: sed non consequitur, potest enim  
ebrius esse, & non hæreticus: sicut potest hæ-  
reticus esse, & non esse ebriosus, neq; adul-  
ter, aut fornicator, vel luxuriosus, aut ama-  
tor pecunie, aut veneficus, & simul hæc om-  
nia potest non esse: neque enim vnum ali-  
quod vitium omnia cetera consequuntur.  
Propositis itaque duobus: vno Catholico, cū  
his omnibus vitijs: alio hæretico sine ijs, quę  
possunt non esse in hæretico, quauis cōtra  
fidem non vterque disputet, & tamen cōtra  
fidem vterque viuat, & spe vana vterq; falla-  
tur, & à charitate spiritali vterq; dissentiat:  
& ob hoc vterque ab illius vnicę columbæ  
corpore alienus sit. Et subdit, Et si hominū,  
qui hoc habent, alius est alio deterior, non  
ideo illud, quod habet, deterius est in illo,  
quā in isto, quia neque in duobus Catho-  
licis malis, si vnus sit alio deterior, deterius  
baptismus erit, neque si vnus eorum sit bo-  
nus, alius malus, in malo malus est baptismus,  
& in bono bonus, sed in vtroque bonus: si-  
cut lumen solis vel etiam lucernæ non vtriq;  
deterius est in oculis deterioribus quā in  
melioribus, sed idem in vtriusque, quāuis eos  
diuersè pro illorum diuersitate vel letificet,  
vel excruciet. Vide supra tomo. 9. B. Hiero-  
nymi ad trigessimam quæstionem.

SEPTIMUM QVAESITVM.

An baptismus Ioannis peccata re-  
mitteret.



**A**ugustinus lib. 5. de baptis-  
mo contra Donatistas cap.  
10. insinuare videtur, ba-  
ptismo Ioannis peccata di-  
mitti, sic inquiens, Quapro-  
pter quamquam ita credam  
baptizasse Ioannem in aqua penitentiae in  
remissionem peccatorum, vt ab eo baptiza-  
tis in spe remitterentur peccata, re ipsa ve-  
ro in Domini baptismum id fieret: sicut resur-  
rectio, quæ expectatur in finem, spe in no-  
bis facta est, sicut dicit idem Apostolus, quia  
simul nos exciuit, & simul se de re fecit in  
celestibus: & idem dicit, Spe enim salui fa-

Eph. 2.  
Rom. 8.  
Matth. 3

cti sumus: nam & ipse Ioannes cū dicit,  
Ego quidem baptizo vos in aqua peniten-  
tiæ in remissionem peccatorum, Dominum  
videns ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit  
peccata mundi. Tamen ne quisquam cōten-  
dat, etiam in baptismum Ioannis dimissa esse  
peccata, sed aliquam ampliorem sanctifica-  
tionem eis, quos iussit Paulus Apostolus de  
novo baptizari, per baptismum Christi esse col-  
latam, non ago pugnaciter.

Ioan. 1

Chrysostrōmū homi. 10. in Matth. expli-  
canti hæc verba, Venit Ioannes Baptista  
prædicans, & dicens, Penitentiam agite  
Matth. 3. Ioannes Caluinus cap. 17. suarum  
institutionū accusat, quod de baptismum Ioan-  
nis tractans affirmauerit, illud non cōtulisse  
remissionem peccatorum contra authorita-  
tem Lucæ scribentis, Ioannem prædicasse  
baptismum penitentiae in remissionem pec-  
catorum. Sed mirū sane, cur temerarius hic  
eiusdem criminis non insimulet etiam Pau-  
lum Apostolum, & ipsum Baptistam eadem  
plane prædicantes, quæ Chrysostrōmus ex  
eorum sententia docuit. Paulus enim, cū  
apud Ephesum rebaptizari iussit eos qui  
Ioannis baptismum susceperant, ostendit laua-  
crum illud non cōtulisse Spiritus sancti gra-  
tiam, sed preparatorum fuisse ad cōsequen-  
dam gratiam in Christi baptismate. Et ob id  
occurrentes ijs, qui sibi Ioannis baptismum  
tam susceptum sufficere putabant, dixit, In quo  
ergo baptizati estis, Ioannes baptizauit ba-  
ptismo penitentiae populum, dicens, In eum  
qui venturus est: ac si dixisset, Ioannis ba-  
ptismus nihil aliud fuit, quā preparatio que  
dam penitentes ad Christi baptismum dedu-  
cens, & ob id vos iterum in Christi nomine  
baptizari necesse est. Hoc & ipse Baptista  
agnoscens, clamabat, Ego quidem baptizo  
in aqua, in penitentia, qui autem post me  
venturus est, fortior me est, ipse vos baptiza-  
uit in Spiritu sancto, & igne, hoc est, ego nō  
in Spiritu viuificante, & remissionem pec-  
catorum exhibente baptizo, sed in aqua mi-  
mirū, vt hoc ablutionis simbolo admoneā  
vos, vt itinere penitentiae arrepto, propere-  
tis ad baptismum Christi, qui vos aqua gra-  
tiæ suæ enundatos, & igne Spiritus sui puri-  
ficatos ad æternam felicitatem ducat. Vnde  
Chrysostrōmus palam ostendit, neq; Lucam  
à Paulo & Ioanne discrepare, neque secum  
Lucam pugnare, vt improbe mentitur Cal-  
uinus.

Actor. 19

Matth. 3

Doctores scholastici. 4. dist. 2. de hac quæ-  
stione, S. Thom. 3. part. q. 38. & arri. priori  
quart,



quā tota doctrina eius & operatio prae-  
parata erat ad Christum, sicut inferioris mini-  
stri est preparare materiam ad formā, quam  
inducturus est principalis artifex: gratia au-  
tem conferenda erat hominibus per Chri-  
stum, secundum illum Ioannis. 1. Gratia &  
veritas per Iesum Christum Dominum fa-  
cta est. Quod si quis infulgat dicens, ratio-  
nem hanc tantum probare, quod Ioānes nō  
per propriam auctoritatem conferret gra-  
tiam, non autē quod neque tanquā minister  
Dei eam cōferret, quandoquidē eius baptis-  
mus Diuinitus erat institutus. At vero ratio  
si bene intelligatur, bona est: non enim tan-  
tum huic nihil in fundamento, quod Ioānes  
non erat nisi minister Christi, nam & eius  
ministri postea per sacramenta cōferrebat  
gratiam: sed in hoc fundatur quod non erat  
minister, nisi tanquam preparans materiam,  
eo quod antecessit Christū, & baptis-  
mū eius institutionem: quare baptis-  
mus eius non erat ad gratiam conferendam  
institutus. Et est quidem ratio duntaxat cōclusionis exposi-  
toria, nā conclusio non indiget ratione, qua  
probetur, cum sit de fide loco citato Matth.  
3. Ego quidem baptizo vos in aqua, in poen-  
itentia: qui post me venturus est, ipse vos ba-  
ptizabit in Spiritu sancto & igne: quasi dix-  
isset, virtus mea aqua materiali ad corpus  
tantum pertingit, sed virtus Christi, quae for-  
tior est spiritu & igne, vsque ad animā pene-  
trauit. Et Ioā. 2. vbi idem Baptista cū negas-  
set, se Messiam esse, interrogatus, cur in  
aqua baptizaret, respondit, Ego baptizo in  
aqua: quasi dicat, nō in spiritu: sed qui misit  
me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super  
quem videris Spiritum sanctum descenden-  
tem, & super eum manentem, hic est qui ba-  
ptizat in Spiritu sancto. Vnde Augustinus  
in Enchiridio, non regenerabantur, inquit,  
vel renascebantur, qui baptizabantur ba-  
ptismo Ioannis, sed praeparabat viam Do-  
mino Christo, in quo solo renasci poterant  
qui parabantur.

2. Conclusio. Effectus baptis-  
mi Ioānis erat preparare ad gratiam per Christum  
conferendam. Hęc supra probata est, vbi dixi-  
mus, baptismum illum fuisse quodammodo  
sacramentale baptismi Christi. Quare Beda  
comparat illum doctrinā catechumenorū:  
nam sicut catechumeni ante baptismū prius  
per catechismum quantum ad intellectum,  
erudiuntur de fide, quam professuri sunt, ac  
deinde quantum ad affectum, peccatorum  
redarguuntur, admonenturque renuntiare

diabolo, ac demum remissio peccatorum il-  
lis promittitur: sic & Ioānes adponebat, vt  
in Christum crederent, & peccatorum po-  
pulum redarguens, remissionem illis per ba-  
ptismum Christi pollicebatur, & affuefacie-  
bat populum illo lauandi ritu, vt paratior  
ad baptismum Christi fieret. Et ideo sicut ca-  
techismi & exorcismi sūt dispositiones pro-  
ximae, & quodammodo intrinsecus baptis-  
mus, sic baptismus Ioannis erat dispositio remotior,  
& quodammodo extrinseca.

Dubium est ex illo Marcij. 1. Fuit Ioānes  
in deserto baptizans, & predicans baptismū  
poenitentiae in remissionem peccatorum re-  
missio autem huiusmodi non nisi per gratiā  
fit. Dicimus locum hunc bifariam legi pos-  
se: vno modo, quod baptizaret baptismum  
suo, predicando eundem esse baptismū poe-  
nitentiae: non quod esset sacramentum poe-  
nitentiae, sed quod inducebat ad poeniten-  
tiam, eo quod qui illum suscipiebant, profi-  
tebantur se poenitentiam acturos, ad quam  
baptismus ipse alliciebat: per hoc quod lo-  
tio illa corporalis mundiciem animae signifi-  
cabat, quae sit per poenitentiam. Vnde Hiero-  
nymus illic ait, Gratia, quae per baptismū  
Christi danda erat, quodammodo per para-  
nymphum initiabatur. Secunda autē lectio  
esse potest, quod erat baptizans baptismate  
suo, predicans autem baptismum Christi, qui  
est baptismus poenitentiae in remissionem pec-  
catorum: praedicabat enim dicens, Ille vos  
baptizabit in Spiritu sancto.

Secundus autē locus apud Mattheum am-  
plius difficultatis habet: quomodo scilicet il-  
li ad baptismum Ioannis confluentes, cōfite-  
bantur peccata. Sancti. Tho. arti. citato nihil  
aliud ait, quā quod confessio illa peccatorū  
nō fiebat ad eorum remissionem: statim per  
baptismum Ioannis exhibendam, sed conse-  
quendam postea per poenitentiam, & bap-  
tismū Christi, ad quem poenitentia preparabat.  
Cōcedit ergo aliquā illic fieri cōfessionem:  
quā vero facerent, nō explicat. Et questione  
68. art. 6. ait, quod accedentes ad baptismū Ioā-  
nis, confitebantur peccata, vt secundū quali-  
tatem peccatorū, eis poenitentia determina-  
retur. Vbi in superficie sentire videtur, quod  
cōfessio illa esset sacramentalis. Quod vero  
id non senserit art. hoc. 3. citato manifestum  
fit, vbi ait, quod in baptismum Ioannis nulla  
recipiebatur gratia: quod si baptismus sacra-  
mentum non erat, fit vt neque confessio sa-  
cramentalis esset.

Ideo Caetani in expositione illi loci sup  
Matth.

Matth. 3. ait, quod non cōfitebantur vocali-  
ter, sed per id ipsum quod abluebatur, cōfite-  
bantur se esse peccatores: itaque ablutio illa  
erat confessio. Interpretatio tamē haec non  
videtur consona textui, cū tanquā duo illic  
cōnumerentur baptizari, & peccata confite-  
ri: & est praeterea contraria Diuo Tho. dicē-  
ti, quod secundū qualitatem peccatorū impone-  
batur eis poenitentia.

Abulensis super eundē locum dicit, quod  
cōfitebantur vocaliter, non tamē exprimen-  
do peccata, sicut nos. Attamen praeterquam  
quod in hoc contradicit S. Tho. qui ait, qua-  
litates peccatorum illos tunc exprimere, ad-  
uersatur verbo confessionis: nā confessio ge-  
neralis, puta cū quis dicit, ego sum peccator,  
nō est proprie confessio peccatorū, nam haec  
sonat expressionem aliquam, vt iudex de il-  
lis iudicet.

Thom. V. v. valdensis tomo. 2. de sacramentis  
cap. 136. ostendere nititur in lege veteri apud  
Iudeos in more fuisse cōfessionem expres-  
sam peccatorum: nam cōfitebantur grauiora  
peccata, potissimum tria, adulterium, homi-  
cidium, & blasphemiam, non tamen peccata  
cordis. Testimonia tamen, quae adfert, id nō  
conuincant, nam maxime illud Leuit. 16.  
vbi legitur, quod ablato hircō emissario, sa-  
cerdos imponens ei manus, orat pro peccatis  
populi. Vnde colligit V. valdensis, tam  
tunc sacerdoti per confessionem secreta  
fuisse narrata. At re vera collectio nulla est,  
nam confessio illa non erat nisi generalis, si-  
cut nunc sacerdos in ecclesia orat pro pec-  
catis populi.

De hac ergo re vnum est certum, nempe,  
quod in lege antiqua nō fuit confessio sacra-  
mentalis, in qua conferretur gratia: sola  
enim circumcisio erat signum gratiae ad de-  
scendum originale: aliud autem sacramentum  
ad remissionem actualium error esset con-  
cedere fuisse in illa lege. Ratio est, quia Le-  
uitici sacerdotes clauēs spirituales non ha-  
bebant, quibus a Deo dictum esset, Quorū  
remiseritis peccata, remissa erunt: quare in  
illis sacramentis nihil spirituale recōditum  
latabat praeter cultum religionis, & corporis  
ablutiones in figuram spiritualium, quae in le-  
ge Christi erant futurae, iuxta illud Pauli ad  
Hebr. 9. Sanguis hircorum & taurorum, &  
cinis vitulae aspersus inquinatos sanctifi-  
cat ad emundationem carnis, hoc est, ad  
tollendas irregularitates, quae ex peccatis  
contrahebant. Obligare autem Israelitas ad  
detegenda crimina sua occultissima sacer-

doti minori, praemio quod nobis propo-  
sitū est, vt scilicet per eundem sacerdotem vi-  
ce Dei fungentis omnia remitterentur, da-  
rissima lex esset.

Secundo addimus, quod forte illi gēti mor-  
tis erat, confiteri sacerdotibus in templo pec-  
cata publica, vt faceretur pro delinquentē ora-  
ret: & forsitan secreto aliqua etiam cōfitebā-  
tur, non vt gratiam tanquam per sacramen-  
tum suscipere, sed vt salutare monitum &  
consilium a sacerdote audiret, & illis for-  
san poenitentias aliquas particulares impo-  
nerent, vt ait D. Thom. nam erant tunc quā  
plurimae oblationes legales animalium pro  
expiatione diuersorum peccatorum consti-  
tuta: quod ex dictis verbis Matth. confir-  
mari videtur: cum enim ait Euāgelista, eos,  
qui baptizabantur à Ioanne, cōfiteri pecca-  
ta sua, hoc non dicit solum propterea quod  
Ioannes poenitentiam praedicabat prepara-  
toriā baptismi Christi, sed quod forsitan mos  
ille solennis erat illis, quoties ad rem aliquā  
sacram accederent. Eadem autem confessio  
ex verbis Lucae, 3. innoscit: ait enim, quod  
homines diuersae cōditionis & status diuer-  
sū documenta à Ioanne tunc suscipiebant  
diuites enim querebant, quid facerent: & re-  
spondebat, quod qui habet vnae tunicas, det  
vna non habens publicanos vero idē quere-  
res cōmonebat, vt nihil aliud reciperet, quā  
cōstitutū eis esset: nulliibus etiā imperabat,  
ne quēpiam concuterent, neque calumniam  
facerent. Et hoc est quod ait Euāgelista, Ioā-  
nem praedicasse penitentiam: & D.  
Tho. eis fuisse penitentias determinatas.

Pro B. Augustino respondemus, quod cum  
dixit, tamen ne quisquā cogitaret etiam in  
baptismo Ioannis dimissa esse peccata, sed  
aliquam ampliorē sanctificationem eis, quos  
iussit Paulus Apostolus denuo baptizari, per  
baptismū Christi esse collatā, nō ago pugna-  
citer, non sensisse baptismum Ioannis pec-  
cata dimittere, & gratiam conferre: esset  
enim tunc verē & proprie sacramentum:  
sed tantum sentit gratia disputationis sus-  
tineri posse, baptismum Ioannis fructum  
aliquem spiritualem efficere & causare: non  
tamen qui attingeret ad fructum & effe-  
ctum baptismi Christi: & ideo inquit, quod  
ampliorē sanctificationem accipiebāt, qui  
denuo baptismum Christi baptizabantur: haec  
autem amplior sanctificatio baptismi Chri-  
sti alia esse non poterat, nisi remissio culpa-  
& collatio gratiae, ad quam Ioannis bap-  
tismus pertingere non valet. Et hoc consonat

ADVERTENTIAE IN SEPTIMVM TOMVM

sententia, quam tenuit in Enchiridio. quae refertur de conse. dist. 4. ubi inquit, non regenerabatur, vel renascebatur, qui baptizabatur baptismo Iohannis, sed praeparabat viam Domino Christo, in quo solo renasci poterat, qui parabantur.

OCTAVVM QVAESITVM.

An primatus solū sit in sancta conuersatione & vita bona.

**A**ugustinus lib. 5. de baptismo contra Donatistas insinuare videtur, quod mali primatus non tenentur in ecclesia: nam cap. 16. sic scripsit, Quamobrem, quia manifestum in baptizato esse baptismum, cum baptizatus in ecclesia separatur, baptismus qui in illo est, cum illo vitique separatur, & ideo non omnes, qui tenent baptismum, tenent ecclesiam: sicut non omnes qui tenent ecclesiam, tenent & vitam aeternam: aut si ecclesia tenere non dicimus nisi eos qui Diuina mandata custodiunt, multos iam esse concedimus baptismum tenentes, & ecclesiam non tenentes: quamobrem non praecipit haereticus baptismum, cum eum ab ecclesia sumpserit, neque potuit amittere, cum recederet, quae iam non habere ecclesiam dicitur, & tamen habere baptismum concedimus: nec primatum quisquam sibi derogat, & haeretico tribuit, quia cum dicit seculo abstulisse, quod non legitime daret, sed tamen legitimum daret, nec iam legitime haberet, sed legitimum haberet: primatus autem non est nisi in sancta conuersatione & vita bona, quo pertinent omnes: ex quibus, tanquam membris consistat illa sponsa non habens maculam neque rugam, & illa columba inter multorum coruorum improbitatem gemens. Sententiam hanc retractauit B. Augustinus lib. 2. retractatio. c. 18. ubi inquit, Vbi cumque in his libris, quos contra Donatistas scripsi, commemorauit ecclesiam non habentem maculam aut rugam, non sic accipiendum est, quasi iam sit, sed quae praeparatur, ut sit, quando apparebit etiam gloriola: nunc etiam propter quasdam ignorantias & infirmitates membrorum suorum habet, unde quod die tota dicat, dimitte nobis debita nostra. Quod vero per peccatum mortale primatus omnis tam ecclesiasticus, quam secularis amittatur, est error Armachani, quem impugnauimus quaestio. 1. huius tomi. 7.

NONVM QVAESITVM.

An peccatores ad sanctam ecclesiam pertineant.



Augustinus lib. 6. de baptismo contra Donatistas partem affirmatua sententiae videtur: nam. c. 3. sic habet, Habere autem baptismum, & tradere, & accipere malos nequaquam in melius commutatos, & de scripturis canonicis, & de ipsius Cypriani literis satis, ut arbitror, demonstrauimus, quos non pertinere ad sanctam ecclesiam Dei, quauis intus esse videantur, ex hoc aperteissime apparet. quia illi sunt auari, raptores, generatores, inuidi, maleuoli, & cetera huiusmodi. Illa autem columba vnica, pudica, & casta sponsa sine macula & ruga, hortus coelusus, fons signatus, paradysus cum fructu pomorum, & cetera, quae de illa similiter dicta sunt: quod non intelligitur, nisi in bonis, & sanctis, & iustis, id est, non tantum secundum operationes munerum Dei bonis malisque communes, sed etiam secundum intimam, & supereminantem Spiritus sancti gratiam habentibus. Quibus Dominus dicit, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei, & si cui tenebitis, tenebuntur. Sententiam hanc retractauit B. Augustinus. 2. lib. retracta. cap. 18. vt ex quaesito huic superiori constat.

DECIMVM QVAESITVM.

An omnes, qui verba Dei audiunt & non faciunt, sint extra ecclesiam.

**A**ugustinus lib. 6. de baptismo contra Donatistas partem affirmatua sententiam asserit: nam cap. 30. sic scripsit, Alius Ianuarius a vico Casaris dixit, si non obtemperat errori veritati, multo magis veritas non consentit errori: & ideo nos ecclesiae assisimus, in qua praesidimus, ut baptismus eius ipsi soli vendicantes, eos, quos ecclesia non baptizauit, baptizemus. Respondetur, quos ecclesia baptizat, utique: petra illa baptizat, extra quam sunt omnes, qui audiunt verba Christi, & non faciunt: baptizentur ergo quicumque, à talibus baptizari

baptizati sunt: quod si non sit sicuti in istis, ita in haereticis baptismus Christi coram iniquitate & perueritate damnata siue correcta agnoscendus & approbandus est. De hac quaestione vide supra tomo. 9. B. Hieronymi ad trigessimum quaesitum.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An paruuli tanquam peccatores baptizentur.



Augustinus lib. 7. de peccatorum meritis & remissione subindicare videtur, quod paruuli non sicut peccatores baptizantur, nam cap. 19. sic scripsit, Ac ne quis existimet ideo paruulos ad baptismum afferri oportere, quia sicut peccatores non sunt, ita neque iusti sunt, quomodo ergo quidam meritum huius aetatis à Domino laudatum esse commemorant, quando ait, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum caelorum: si enim hoc non propter humilitatis similitudinem, quod humilitas paruulos faciat, sed puerorum vitam laudabilem, dictum est, profecto & iusti sunt: non enim recte aliter dici potuit, talium est regnum caelorum, cum esse non possit nisi iustorum. Sed forte hoc quidem non congruenter dicitur, quod paruulorum vitam laudauerit Dominus, dicens, talium esse regnum caelorum, cum verax sit ille intellectus, quod humilitatis similitudinem in parua aetate posuerit. Verum tamen forsitan hoc tenendum est, quod dixi, propterea paruulos baptizari debere, quia sicut peccatores non sunt, ita neque iusti sunt: sed quod dicit, Non veni vocare iustos, quasi ei responderetur, Quos ergo vocare venisti? cotinuo subiugit, sed peccatores in penitentiam. Et ideo quia super vitae proprie peccatis nullis adhuc tenerent obnoxii, originalis in eis egritudo sanatur, in eius gratia, qui saluos facit per lauacrum regenerationis. De hac quaestione vide supra tomo. 4. Chrysostomi ad. 20. quaesitum.

Pro B. Augustino respondemus, quod ex litera eius constat, eum loqui de peccato actuali, de quo inquit, quod paruuli non sunt: implicata peccata actualibus, & ideo non tanquam peccatores paruuli baptizantur, sed ratione

originalis, quod in eis verè & proprie peccatum est: & ideo inquit, quod originalis egritudo in eis sanatur in eius gratiam, qui saluos fecit, per lauacrum regenerationis.

DVO DECIMVM QVAESITVM.

An paruuli peccata propria habuerint.



Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis & promissione asserere videtur, paruulos peccata propria non habere: c. enim 20. sic nobis scriptum reliquit, Porro si isti, qui baptizantur propter virtutem celebrationemque tanti sacramenti, quantum suo corde atque ore non agant, quod ad credendum consistendumque pertinet, tamen in numero credentium computantur: profecto illi, quibus sacramentum defuerit in eis habendum sunt, quomodo ergo quidam licet: adeo si huius inanes gratiae de corpore exierint, sequetur eos, quod dictum est, Non habebunt vitam, sed ira Dei manet super eos: & vnde hoc, quando eos clarum est, peccata propria non habere, si nec originali peccato tenentur obnoxii: bene autem non ait, ira Dei veniet super eum, sed manet super eum. Mentem suam explicat Augustinus c. 23. eiusdem libri inquit, Quonia qui non madauerit carnem eius, & qui incredulus fuerit Filio, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum, ab hoc peccato, ab hac egritudine, ab hac ira Dei, cuius naturaliter filij sunt, qui etiam si per e ratem non habent propriam (nempe actualem) trahunt tamen originale peccatum, non liberat nisi agnus Dei, qui tollit peccata mundi: non nisi medicus, qui non venit propter sanos, sed propter egrotos: non nisi Saluator, de quo dictum est generi humano, Natus est vobis hodie Saluator: non nisi Redemptor, cuius sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere, non esse Christum infantum Saluatorem, nec redemptorem: vnde autem saluos facit, si nulla in eis est originalis egritudo peccati: vnde redimit, si non sunt per originem primorum parentum veniunt dati sub peccato? Nulla igitur, ex nostro arbitrio, praeter baptismum Christi, salus aeterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura Diuinae humanis hominibus in genij praeferenda.



etiam ille concubitus, quo seruitur concupiscentiæ, sic agitur, ut impediatur foetus, quem postulat nuptia. De hac quaestione vide supra tomo sexto B. Augustini ad octauum quaesitum.

**Decimum septimū quaesitum.**

¶ An Eucharistia paruulis sit necessaria. Quā quaestionem, quia superius latè disputata est, prætermittendā hoc loco duximus.

**DECIMUM OCTAVVM QVAESITVM.**

**An sine fide opera quæ vidētur bona, in peccatum vertantur.**

**A**ugustinus lib. 3. ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagiano rum asserere videtur, quod opera quæ bona videntur, sine fide, in peccatum vertuntur: nam. c. 3. sic scripsit, Neque iste, qui moribus illo videtur inferior propter rectam fidem, quæ illi est in Deū, ex qua uiuit, & secundum quam in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus Deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atque ab ipso sumens & indulgentiam peccatorum, & dilectionē re & factorum, de hac vita liberandus, & in cōsortium cum Christo regnatio recipiendus emigrat: quare nisi propter fidem, quæ licet sine operibus neminem saluat: ipsa enim est non reprobata fides, quæ per dilectionem operatur, tamen per ipsam etiam peccata soluantur, quia iustus ex fide uiuit, sine ipsa vero etiam quæ videntur bona opera, in peccata vertuntur. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Vide supra B. Ambrosium ad. 22. quaesitum: & in D. Augustino ad 24. tomi tertij: & in quinto eiusdem ad octauum quaesitum.

**DECIMUM NONVM QVAESITVM.**

**An vera virtus sit in illo qui iustus non est.**

**A**ugustinus lib. 4. contra Iulianū Pelagianū affirmare videtur, verā virtutem non esse in aliquo, nisi iustus fuerit. c. enim. 3. sic ait, De

iugo graui, quod est supra filios primi Adā nemo liberat, nisi secundus Adam: quāto ergo tolerabilis illas, quas dices in impio esse virtutes, Diuino muneri potius quā corum tribuere tantummodo voluit, licet hoc nec sciāt, donec si ex illo sunt prædestinatorū numero, accipiant spiritum, qui ex Deo est, ut sciāt quæ à Deo donata sunt eis. Sed absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus. Absit autem ut sit iustus vere, nisi uiuat ex fide, iustus enim ex fide uiuit. Quis porro eorum, qui se Christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam forte tu solus, iustus dixerit infidelem, iustum dixerit impium, iustum dixerit diabolo mācipatum: sit licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus, quorum me nominibus tanquā si in antiqua Romana curia loqueremur, putasti esse terrendum. Et infra, Quomodo sunt verè iusti, quibus vilis est humilitas: quo enim propinquauerit intelligentia, inde superbia recesserunt, quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est inspiēs cor eorū, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Quomodo est in eis vera iustitia, in quibus non est vera sapientia: quam si eis tribuimus, nihil erit causæ, cur eos non ad aliud regnum peruenire dicamus, de quo scriptum est, Concupiscentia sapientiaē deducit ad regnū, ac per hoc Christus mortuus est, si homines sine fide Christi ad fidem veram; ad virtutem veram, ad iustitiam veram, ad sapientiam veram, quacunque re alia, quacunque ratione perueniunt: profus sicut de lege verissime ait Apostolus, si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, ita verissime dicitur, si per naturam voluntate enque iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: si per doctrinas hominum qualiscunque iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: per quod enim vera iustitia, per hoc etiam regnum Dei. De hac quaestione vide locis citatis quaesito præcedenti.

**VIGESIMUM QVAESITVM.**

**An præter Christum fuerit aliquis, qui peccatum non habuerit.**

Augu.



Augustinus libro. 5. contra Iulianum Pelagianum partem affirmatiuam asserere videtur, nā. c. 9. sic scripsit, Verumtamen natura hominis Christi nostræ naturæ dissimilis non fuit, sed vitio nostro dissimilis fuit, ille quippe sine vitio natus est homo, quod hominum nemo, quantum autē ad vitam pertinet, qua Christum debemus imitari, hoc quoque ad distantiam plurimum valet, quod vnusquisque nostrū homo est, ille autem etiam Deus: neque enim tantum potest iustus homo esse, qui homo est, quantum homo qui Deus est: illud sane magnum verum quæ dixisti, cū posuisses testimonium Apostoli Petri dicentis, Qui peccatum nō fecit, notandum esse, quod iudicauerit Apostolus sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit, nullum eum fecisse peccatum, ut doceret impijs, quia qui non fecit, habere non potuit, omnino verisimile est: profecto enim peccatum maior fecisset, si paruulus habuisset, nam propterea nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non habuerit infantulis ætatis exortu.

Doctores scholastici de hac quaestione. 3. sentent. dist. 2. Sancti Thom. 3. parte. q. 15. & art. priori quaerit, utrū in Christo fuerit peccatum. Et respondet conclusionē negatiuam. Probat, quia peccatum est contra omnem finem redemptionis, non ergo debuit peccatum aliquod assumere. Probat, quia miserræ omnes, quas assumpsit ad redemptionē generis humani ordinabantur: antecedēs patet, tres enim fines Christus habuit in redemptione: primus, ut pro peccatis generis humani satisfaceret: secundus, ut veritatē naturæ humanæ comprobaret: tertius, ut nobis exemplum virtutis sectandæ relinqueret, ut eius vestigia sequamur: tunc sic, peccatum his finibus cōtrauenit. Primo, quia eneruat virtutē satisfactionis, iuxta illud Ecclesiast. 34. Dona iniquorum nō probat altissimus: & Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & munera eius, non tamen ad Cain, neque ad eius munera, quia persona ei nō erat grata. Est etiam contra secundum finem, peccatum enim potius est contra naturam, quā quod eam perficiat. Vide Sancti Tho. 1. 2. q. 71. art. 1. ostendit, peccata omnia esse contra naturam, si ergo Christi peccatum assumeret,

veritatem suæ naturæ non ostenderet, neque comprobaret. Est etiam contra tertium finem, qui erat ut nobis exemplum virtutis sectandæ relinqueret: si autem peccatum assumeret: hoc exemplum nobis non relinqueret, non ergo assumpsit peccatum. Explicat S. Thom. veritatem huius conclusionis in solutione ad primum & quartū. Arguitur enim contra illum, primo ex illo Propheta, Longè à salute mea verba dilectorum meorum: quæ in persona Christi dicuntur. Respondeo, quod hominum peccata ex eo delicta Christi dicuntur, quia pro illis, ac si propria essent, satisfecit. Tum etiam, quia sunt corporis mystici delicta, cuius ipse caput est. Et hæc est expositio Damasceni. Secundo contra S. Thom. arguitur, quia omnes in Adam peccauerunt, quia in illo fuerunt originaliter, Christus autem originaliter fuit in illo, ergo: minorem probo, quia carnē assumpsit ex Virgine, Virginis autem caro fuit in Adam, ergo. Respondetur negando minorem. Ratio est, quia Christus actiue nō assumpsit carnem ab Adam, sed ab Spiritu sancto, ab Adam vero tantū materialiter, sicuti & ipse Adam materialiter corpus assumpsit à terra, actiue vero à Deo: unde catio Christi in Adam solum fuit secundum corpulentā substantiam, non autem secundum seminalem rationem: Adam vero in nos carnem transfudit actiue per virtutem seminalem, quod non sic fuit in Christo. Tertio arguitur contra S. Thom. quia Paulus. 2. Corin. 5. inquit, cum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Respondetur, quod peccatum hoc loco sicuti & in alijs sumitur pro hostia & sacrificio pro peccatis, iuxta illud Osee. 4. Sacerdotes comedunt peccata populi, hoc est, oblata, & quæ offeruntur pro populi peccatis. Secūda expositio est, quod Christus in scriptura dicitur peccatum, & peccator, quia venit in similitudinem carnis peccati.

Hoc supposito conclusio Sancti Tho. duplicem parit sensum, in quorum quodlibet interpretari potest. Alter est de facto, alter vero de possibili. Primus est, an à parte rei, & in veritate in Christi anima fuerit peccatum: alter sensus est, an Christi de potentia logica peccare potuit. Quantum ad primum sensum, conclusio Sancti Tho. est de fide, nec cadit sub opinione. De facto enim ita est, quod in Christo nullum fuit peccatum: & contrarium asserere est hæreticū: nam 1. Petri. 2. habetur, Qui peccatum non

Yy 5 fecit,

Galat. 5. Abac. 2

Rom. 14

Abac. 2

1. Petri. 2.

Rom. 2

Sapient. 6.

fecit, neque inuicta est iniquitas in ore eius: & Ioann. 2. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & Ioann. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? Ad huc ergo sensum respondet S. Tho. Alter sensus est de possibili, in quo est maior difficultas, an Christus de possibili potuerit peccare. Et circa hanc quaestionem sunt duae opiniones: altera Durandi. 3. dist. 12. q. 2. cui subscribit Scotus eadem dist. quaestione vnica, & dist. 2. q. 2. & Gabriel dist. 1. q. 6. & Marcellus. 3. q. 9. arti. 5. qui omnes in hanc sententiam iurarunt: quae duplici conclusione explicatur: supposito, quod humanitas Christi potest dupliciter considerari: vno modo, secundum quod erat beata ab instanti suae conceptionis: secundo modo, vt in puris naturalibus, omni gratia & gloria spoliata: hoc supposito, est prima conclusio istorum, Si consideretur humanitas Christi primo modo, secundum quod erat beata, non potuit peccare. Probatur, quia statui & conditioni beatitudinis reputatur peccatum: eo enim ipso quod quis est beatus, in sensu composito, est confirmatus in gratia, non ergo potest peccare. Secunda conclusio, Humanitas Christi considerata secundo modo, potuit peccare etiam verbo vnitate. Probat Durandus, si enim naturam ignis affumeret, poterat domum pauperis incendere, & deualtare, cum ergo assumpserit naturam rationalem, si illam in puris naturalibus assumeret, poterat eadem facere, & sic operando peccare. Haec est sententia horum Doctorum.

Doctores tamen alterius classis oppositam sententiam sustinent, nempe, quod Christus nectum ratione gratiae & gloriae sibi communicata, sed etiam ratione vnionis hypostaticae, quia humanitas erat vnita verbo, peccare non potuit. Ita tenet Magister sen. 5. dist. 12. Alexander. 3. parte. q. 14. membro. 3. & 4. Bonaventura, Ricardus, Palude, Capreolus, & communis Doctorum scholasticorum. Dionysius Cartusianus ait, contrariam opinionem flammis, & non verbis impugnanda esse. Et Capreolus inquit, illorum assertionem plusquam temerariam esse, ergo erroneam. Pro cuius expeditione supponendum est, quod quaestio procedit supposito, quod Christi humanitas erat vnita verbo, quae si a verbo Diuino separaretur, licet esset plena gratia, peccare poterat: & in hoc non est dubium: ideo tota concertatio est, secundum quod erat verbo Diuino vnita: & ratio est aperta, quia peccare est Deum offendere, &

a ratione recta deniare, hoc autem repugnat humanitati verbo vnitate, ergo & contra Deum peccare. Ideo pro hac sententia tres conclusiones statuo. Prima conclusio, Humanitas Christi verbo Diuino vnita peccare non potuit, quin Christus peccaret. Probatur, nullam operationem Christi humanitas exequi potuit, quam Christus non exequeretur & committeret, ergo Christi humanitas verbo Diuino vnita peccare non potuit, quin Christus peccaret: antecedens probatur, quia actiones sunt suppositorum, ergo actiones omnes humanitatis verbi erant: consequentia est nota, par enim ratio & iudicium est de peccato & alijs operationibus, non ergo potuit humanitas Christi verbo vnita peccare, quin Christus peccaret. Secunda conclusio, Impossibile erat Christum peccare, quin Deus peccaret, & peccatum tribueretur Deo. Probatur primo, quia omnis operatio supposito est tribuenda, suppositum autem erat verbum Diuinum: si ergo humanitas peccaret, Deus peccaret: humanitas enim in Christo per se non subsistebat, sed subsistentia verbi, vnde humanitas esset principium quo, Diuinitas vero esset principium, quod scilicet peccaret. Secundo arguitur, actio omnis potius tribuitur principali agenti, quam instrumentum, ergo peccatum potius verbo esset tribuendum, quam humanitati: antecedens est euidentius, nam si Petrus scribat, actus scribendi Petro tribuitur, & non calamo, ergo & peccatum potius verbo Diuino, tanquam principali agenti: consequentia patet, quia humanitas instrumentum erat Diuinitatis, quod Athanasius insinuare voluit dicens, Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus, hoc est, sicuti corpus est instrumentum animae, ita & humanitas instrumentum Diuinitatis. Tertio probatur, nam si Angelus assumeret naturam humanam, si humanitas peccaret, Angelus peccaret, ergo & simili, si verbum assumat humanitatem, sicut de facto assumpsit, si humanitas peccaret, & verbum peccaret. Nam ex opposito sequitur in Christo esse duo supposita: consequens autem haereticum est, & sequelam probatur, quia tunc in Christo essent duae distinctae operationes, quarum vna non tribueretur alteri, ergo & duo supposita distincta, a quibus operationes ille procederent. Probo, tunc enim Christus peccabat, & Deus non peccabat, ergo duo supposita distincta, alterum humanum, quod peccabat, & alterum Diuinum, quod peccare

3. Conclusio.

peccare non poterat. Tertia conclusio, Christi humanitas, esse neque gratiam neque gloriam haberet, si tamen verbo Diuino esset vnita, etiam de possibili erat impeccabilis. Haec est omnium sanctorum Patrum, Anselmi lib. 2. cur. Deo homo, potuit peccare, quia purus homo peccare potuit, secundus verus homo Christus peccare non potuit, quia Deus addit: notate, quia Deus. Augustinus libro. 2. de peccatorum meritis & remissione cap. 11. inquit, gratia ita erat naturalis Christo, vt nullo modo peccare posset. Ratione probatur, primo, quia conclusio haec ex duabus precedentibus sequitur, nam si humanitas peccaret, Christus peccaret, et si Christus peccaret, Deus peccaret, vt probauimus: impossibile autem est Deum peccare, ergo. Secundo, quia vnio beatifica in patria per visionem & fruitionem reddit beatum impeccabilem, manente ipsa vnione, a fortiori ergo vnio hypostatica humanitatem reddet impeccabilem, cum praestantior sit vnione beatifica, quae est per visionem. Probatur, quia si gratia confirmationis reddidit hominem impeccabilem, ergo & gratia vnionis. Tertio, quia si operationes meritoriae, quae effectiuae sunt ab humanitate, tribuuntur Christo, quare ergo & demeritoriae ei tribuuntur? Confirmatur, nam si natura humana ex charitate proximum diligeret, dilectio talis Christo tribueretur, ergo si demeritoriae similiter ei tribueretur. Vltimo, quia si Christus peccare potest, ergo & Deum offendere, ipse autem met est Deus, ergo & se ipsum offendere. Ratio autem quare Deus peccare non potest est, quia est prima regula, quae a se ipsa deficere nequaquam potest.

1. argumentum.

Duo argumenta sunt praecipua aduersus hanc doctrinam. Primum aduersus conclusionem illam, quod si Christus peccaret, Deus peccaret: arguit sic Durandus, quia vel peccatum Diuinitati tribuitur, quia non impedit illud, cum posset, vel quia Diuinitas concurbat ad illud: nullum autem istorum, ergo peccatum non potest Diuinitati tribui: consequentia est nota: minor probatur, non enim primum, nam eodem modo sequeretur peccata nostra debere Diuinitati tribui, eo quod cum posset, illa non impedit: neque secundum assignari potest, inde enim sequeretur, Patrem in Diuinitate peccare, quia ipse cum Spiritu sancto ad actionem illam humanitatis concurrat: nam cum sit opera Trinitatis ad extra, si Christus peccat, igitur & Pater & Spiritus sanctus: quod tamen absurdum

est. Confirmat Durandus, quia sicut aqua calefaciēte, calefactio calori tribuitur, & non aequae, sic & humanitate peccante, peccatum humanitati & non Diuinitati tribuitur. Respondetur tamen, quod licet Filius ad illam actum priuatiuē concurrat, non ideo Pater & Spiritus sanctus peccant, quia est opus ad extra. Et ad illud concurrunt, negamus collectionem, quia aliter Filius quam Pater & Spiritus sanctus concurrat, nam Filio tribuitur actio illa tanquam principali agenti, & per suam humanitatem efficiēti, Pater vero & Spiritus sanctus ad actionem illam non concurrunt tanquam causa principalis, sed tanquam generalis, cui peccatum non imputatur: vt sic enim permissiue ad peccata nostra concurrat, sicuti & sol, & cause vniuersales cum omnibus causis secundis. Ad confirmationem vero respondetur, quod calefactio aequae tribuitur: actiones enim suppositorum sunt, aqua enim est quae calefacit, sed mediante calore.

2. argumentum.

Secundum argumentum est probare intendens, quod humanitas peccare posset, absque eo quod Deus peccare posset, tantam enim libertatem habet humanitas post vnionem sicut ante illam, antea autem peccare poterat, ergo & post illam. Respondetur negando consequentiam cum maioris: non enim tantam libertatem habet humanitas post vnionem, sicut ante illam, quia post vnionem libertatem peccandi non habuit: sicuti de Virgine beata asserimus, quod post confirmationem in gratia peccare non poterat, licet libertatem haberet: sic ergo in Christo, licet impeccabilitas illa non ex defectu libertatis, sed ex vnione cum verbo Diuino procedebat. Vnde est notandus Canon, nempe, quod eodem modo sicuti loquimur de verbo Diuino in propria natura, eodē etiam modo debemus de eo in aliena natura loqui, & sic cum impropria natura peccare non possit, neque in aliena peccare poterit.

3. argumentum.

Tertium argumentum est vrgens, sicut repugnat Deo peccatum, quia est summum bonum, ita & mors, quia secundum suam essentiam est immortalis, sicut ergo potuit mori non obstante ratione vnionis hypostaticae, quia vere pro nobis mortuus est, ergo & peccare. Respondetur negando, quod ita repugnat Deo mori, sicuti peccare, quia mors est malum poenae, nec vitium dicitur aliquid inde tractabile, vel Deo indecens, peccatum vero est malū culpe, & ideo amplius repugnat Deo quam malum poenae.

Quarto

4. argumē  
tum. Quarto arguitur, res, quæ non habet per-  
fectius esse, non habet perfectius operari,  
natura autem humana verbi sine gratia &  
gloria perfectius esse non habet, quàm alia  
natura, ergo neque operationem perfectio-  
rem, ergo & peccare possit. Respondetur ad  
antecedens, quod de esse essentia concedi-  
mus quod non habet perfectius esse, quâ  
nostra natura, de esse vero existentia id ne-  
gamus, quia perfectius in verbo quàm in se  
ipsa existit, & ideo vt sic peccare non pos-  
set.

5. argumē  
tum. Ultimo arguitur, verbum potuit assu-  
mere naturam humanam, ipsa ignorante, tunc  
operaretur sicuti antea, posset ergo peccare.  
Respondetur negando collectionem, quia  
id sibi repugnat ratione vnionis, & quia ver-  
bo vnita. Et in hoc decepti sunt Durandus  
& Marfilus, qui existimant quod natura huma-  
na & Christus haberent se ac si essent duo  
distincta supposita.

Dubium tamen est. Vtrum in Christo fue-  
rit fomes peccati. Pro solutione supponen-  
dum est, quid sit fomes. Sancti Thomæ 1. 2. q. 1.  
fr. ait, quod fomes habet duplicem significa-  
tionem, alteram quidem propriam & priua-  
tam, alteram vero metaphorice, quæ Theo-  
logi videntur: prima significatione fomes di-  
citur nutrimentum ignis, & secundaria & me-  
taphorica significat omne id quod fouet &  
nutrit peccatum, & inde concupiscentia, ty-  
rannus carnis, & rebellio aduersus spiritum  
à Theologis appellatur fomes: & in hoc sen-  
su querimus, an in Christo fuerit fomes pec-  
cati, hoc est, rebellio aliqua, & concupiscentia  
sensualitatis aduersus rationem. Et respō-  
det S. Thom. 3. parte. q. 15. art. 2. conclusio-  
ne negatiua: quæ licet non sit de fide, contra-  
rium tamen asserere, licet hæreticum non ef-  
fet, est tamen erroneum. Probat conclusio-  
nem triplici ratione. Prima, Christi corpus  
fuit formatum virtute Spiritus sancti, ergo  
in eo non fuit fomes peccati. Probatur con-  
sequentiâ, quia inclinatio hominis ad malum  
non est à Deo. Secundo, quia Christus ha-  
bebat virtutes in gradu heroico & perfectis-  
simas, ergo caruit fomite: antecedens est de  
fide, consequentiam probō, quia virtus om-  
nis fomitem minuit, quanto enim virtutes  
sunt perfectiores, eo amplius fomitem debi-  
litant: qui ergo virtutes in gradu heroico ha-  
bet, in membris suis fomitem neque tyran-  
nidem aliquam sentit: in Christo autem erat  
summa gratia, & virtutes, & dona in summo  
gradu, quia datus est ei spiritus non ad men-

Conclu-  
sio.

suram, ergo caruit fomite. Tertia ratio, quia  
talis fomes esset contrarius fini redemptionis  
generis humani, Christus enim solos de-  
fectus assumpsit, qui necessarij erant huma-  
næ redemptionis, fomes autem peccati non  
dum erat necessarius, sed & contrarius redē-  
ptioni humanæ, sequitur ergo manifeste in  
Christo non fuisse fomitem peccati. Conclusio  
hæc est certissima, neque licet de ea dubi-  
tare, quidquid hæretici gantian. Consultus  
est S. Tho. 1. 2. quæstione finali in ma-  
teria de merito, & 2. 2. in materia de tem-  
perantia.

Dubium est circa hanc doctrinam, nam  
communis ratio Doctorum scholasticorum  
est, quod quia Christus fuit conceptus vir-  
tute Spiritus sancti, ideo non habuit fomitem:  
& eadem enim ratione sequitur, quod  
nullus homo haberet fomitem, quia quilibet  
homo virtute Diuina est conditus. Respon-  
detur, quod licet in Adam appetitus sensitiu-  
s post peccatum inclinet ad malum, Deus  
tamen non fuit author inclinationis mali: ne  
que inclinatio totius hominis est ad malum,  
appetitus enim rationalis semper est propē-  
sus, & inclinatus ad bonum, nam Deus crea-  
uit hominem rectum, quia in gratia & in iu-  
stitia originali: vnde pronitas illa ad malum  
non fuit à Deo, nisi solum de peraccidens,  
quia dedit homini naturalia, quæ peccato  
vitiosa ad malum inclinant: & homo, si in pu-  
ris naturalibus esset conditus, & rebellionem  
hanc in se experiretur, quia vero Christus  
Dominus specialiter virtute Spiritus san-  
cti fuit conceptus, ideo si fomitem contra-  
xisset, Spiritus sanctus esset author mali:  
quod non sic est in nobis, quia fomitem à pro-  
prij & immediatis parentibus trahimus.

Dubium tamen est, an si præter legem in  
Christo non essent perfectissimæ virtutes, ef-  
set in eo fomes & inclinatio ad malum. Res-  
pondeo, quod in illo originale non esset, ne-  
que fomes peccati, neque inclinatio ad ma-  
lum. Quod si arguas, quia Baptista virtutes  
habuit perfectissimas, nihilominus in se ex-  
pertus est fomitem peccati, quod vt euita-  
ret ad eremum aufugit: similiter etiã & Pau-  
lus, postquam raptus esset in tertium cœlum,  
legem carnis in se sentiebat. Respondet ad  
hæc Cateranus, quod esto Baptista & Pru-  
lus virtutes haberent perfectissimas, quia ta-  
men habebant naturalia læsa, ideo mitigare  
fomitem non sufficiebat: quia vero in Chri-  
sto naturalia læsa non fuerunt, ideo fomitem  
nō habuit: & ita inquit, quod anima Christi  
longe

longe fuit elōgata à peccato, sicuti & anima  
in statu innocentia: animus vero cæterorum  
hominum, quantumcumque sanctificatorum,  
habent se sicuti anima hominis illius, qui in  
latrones incidit, qui spoliatus est non solum  
gratuitis, sed in naturalibus vulneratus: vnde  
in Christo naturalis erat inclinatio partis  
sensitiuæ in bonum, in alijs vero non sic, sed  
opus erat gratia speciali sic inante, vt fomes  
peccati omnino extrinsecus esset: quod soli  
Virgini cōcessum credimus: vnde perfectio  
virtutis licet inferat, in Christo nō fuisse fo-  
mitem, in alijs tamen regulariter id nō sequi-  
tur. Pro quo est notandum, quod naturalia ho-  
minis ex peccato fuerunt læsa: quod ex eo  
patet, quia experimur sæpe quod parietum  
passiones redundant in filios: & tunc fit, quod  
sæpe filij quantumcumque sancti contrahunt pas-  
siones & defectus parietum, quia vero in pa-  
rentibus Christi nullæ fuerunt passiones, ideo  
in ipso non fuit fomes peccati. Secundo, quia  
in nullo hominum virtutes fuerunt ita intē-  
se & in eo gradu heroico, sicuti in Christo,  
& ideo in nullo homine quantumcumque san-  
ctissimo virtutes sufficientes erant, vt fomi-  
tem tollerent, quia quantumuis perfectissimæ  
essent, nō tamen erant in gradu ita heroico,  
sicuti in Christo. Tū etiam, quia dicere pos-  
sumus, quod in Christo nō solum ratione virtutis,  
sed etiam propter speciale assistentiam Spi-  
ritus sancti in eo non erat fomes.

2. Ratio S.  
Th. dicitur.

Hoc supposito, rationes S. Tho. restant exa-  
minandæ: nam circa primam apud Doctores  
magna excitatur trægedia, quia inquit, quod  
fomes non est à Deo. Est ergo quæstio, an  
Deus sit causa fomitis: Ratio dubitandi est,  
quia potentia nostra sensitua, vt de se patet,  
est propensa ad malum, si ergo Deus est cau-  
sa fomitis, est causa mali, nam qui dat formam,  
dat & consequentia ad illam, qui ergo dedit po-  
tentiam sensitiuam, dedit & inclinationem  
eius, quæ est ad malum. Deo ergo est author  
mali. Circa hoc sunt duæ conclusiones. Prima  
de lege Euangelij supposita, & ordinatio-  
ne Diuina stante, Deus homini conferre nō  
potuit inclinationem ad malum. Probatur cō-  
clusio, Deus de lege conferre non potest ha-  
bitum aliquem inclinatum ad falsum, ergo  
neque conferre potest habitum aliquem incli-  
natum ad malum: antecedens probatur, quia  
aliam Deum positum aliquem deciperet, quod  
est hæreticum: cōsequentiã probatur, quia  
si talem habitum conferret, peccaret: quod  
falsum esse cōstat ex illo Augustini, Deo au-  
thore nemo sit deterior, & ex illo Iacobi, 1.

1. Conclu-  
sio

Nemo cū tentatur, dicat, quoniam à Deo ten-  
tatur, Deus enim neminem tentat, intētorum  
enim malorum est, sed vnusquisque tentatur  
à sua propria concupiscentia abstracta &  
illectus. Ex quo loco si arguitur, vnusquisque  
tentatur à sua propria concupiscentia, & nō  
à Deo, ergo cōcupiscentia illa nō est à Deo,  
quia si à Deo esset, ab eo tentaretur, cū esset  
ab illo producta. Secunda conclusio sit tan-  
tum gratia disputationis, quod si Deus de po-  
tentia absoluta inclinationem illam inferret,  
Deus tamen non peccaret, quia si de facto  
talem deformitatem daret, tribueret quid-  
dem & virtutes, quæ habentem deformita-  
tem illam defenderent, ne tali fomite & in-  
clinatione mala peccaret.

2. Conclu-  
sio.

Ad argumenta in oppositum responderetur  
vnicō fundamento præmissō, nēpe, quod homo  
duplicem habet propensionem & inclinatio-  
nem, vnã rationalem, quatenus homo est,  
quæ in vita rationali cōsistit, à qua homo ca-  
dit, quando peccat, & iumentū efficitur, iux-  
ta illud Psal. Homo cum in honore esset, nō  
intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus,  
& similis factus est illis: & Paulus ad  
Rom. 1. Propter quod Deus tradidit illos in  
reprobum sensum, &c. Vbi ponderandū, pu-  
nitio ista quæ grauis sit, siquidem pro tor ac-  
tantis peccatis hec poena infligitur, hæc autē  
inclinatio rationis semper est à Deo: altera  
est inclinatio feralis, & bestialis ad peccatum,  
& hæc ab originali pullulat: inclinatio enim  
appetitus sensitui de se non est ad malum, si-  
cuti neque inclinatio peccatoris aut alterius  
animalis: & tamen sensitius appetitus ad ma-  
lum propensus peraccidens, in quantum obie-  
ctum eius est bonum delectabile, quod con-  
trarium est rationi recte: inclinatio vero ra-  
tionalis hominis semper est ad bonum: feralis  
vero & bestialis peraccidens est ad ma-  
lum.

Circa secundam rationem S. Thomæ: quæ  
est, Christus habuit virtutes in gradu herōico,  
ergo caruit fomite, est quæstio, an virtutes  
habebat fomitem minuire, vel potius il-  
lum extinguere. Ratio S. Tho. videtur pari  
affirmatiuæ sapere. In oppositum tamē est  
illud Pauli ad Rom. 7. Video aliam legem  
in membris meis repugnantem legi men-  
tis meæ. Et rursum, Datus est mihi stimulus  
carnis meæ angelus Satanae, qui me colaphi-  
cet: & tamen habebat virtutes in esse perfe-  
ctissimo. Circa hoc statuimus sententiã Ca-  
terani: nos tamen respondemus duabus con-  
clusionibus. Prima conclusio, Virtutes ex se

Virtutes  
an fomitem  
minuant.



se habent fomitem extinguere, & possunt in gradu adeo heroico esse, vt fomitem omnino tollant. Alerio haec est S. Tho. loco citato in corpore articuli secundi. Nihilominus est secunda conclusio probabilissima, qd virtutes in quocunque gradu sint, etiam si in heroico, non valent fomitem profus extinguere. Probatur, quia institutio naturalis in nata & congenita non valet a natura auferri per quocunque habitus, inclinatio autem illa ad malum est naturae congenita, nō ergo potest per virtutes omnino tolli. Secundo, quia inclinatio ad bonum non potest a natura auferri per habitum quantumcumque perfectum & vitiosum, ergo neq; inclinatio ad malum antecedens est de fide, quia in homine quantūvis in peccatis, obstinato semper manet synderesis rationis: consequentia vero probatur, quia naturalis inclinatio ita propria est in malum sicuti in bonum, peccata autem & vitia tollere non possunt inclinationem ad bonum, ergo neque virtutes fomitem & propensionem in malū. Tertio, quia in statu innocentiae Deus vltra virtutes concessit homini originale iustitiam, quod est signum & argumētum, quod virtutes nō erāt insufficientes fomitem extinguere, sed requirebatur donum iustitiae originalis, per quod fomes extingueretur. Vnde quando S. Th. inquit, quod in Christo fuerunt virtutes & gratia, gratiam appellat donū illud, per quod fomes extinguebatur. Ex quo inferitur in Christo non fuisse iustitiam originale, quia illa non indigebat, cū fomite careret.

Circa tertiam rationem S. Thom. nempe, quod fomes erat cōterarius redemptioni generis humani, notandum, quod est latissimū discrimen inter nos & Christum, nam in nobis, inclinationes ad malum de se non sunt peccatum, quia sunt naturales, naturaliter enim allicimur ad bonum delectabile, quod de se malum non est, sed quando contrariatur rationi: in Christo vero propensiones, quia ab eius libera voluntate pendebant: tristitia enim quando, & vbi, & quantum volebat.

Pro Augustino respondemus, quod doctrina eius est vera & Catholica, vt ex mēte S. Tho. diffinitimus: peccatum enim redemptioni generis humani concedens non erat, neque ex peccato veritas naturae humanae cōprobanda erat, neq; in exemplum relinqui

oportebat, vt Christi vestigia sequeremur. Ex quibus comprobatur Christum peccatum non assumpsisse, & quia homo ex primo parente originem trahit, ideo nullus hominum est, qui nisi priuilegio speciali originale nō contrahat, quod aduale consequitur, sicut umbra corpus. Et hoc est quod Augustinus ait, nullus est hominum praeter Christū, qui peccatum non fecerit grandioris aetatis accessu: quod non de mortalibus, sed de venialibus intelligi debet, nam in vtero sanctificati mortaliter non peccauerunt. Et haec est ratio maxime suadens, quod Beatissima Virgo non fuit in originali concepta, quia originale de se & ex natura sua cōsequitur actus culpa, nisi priuilegio speciali ab ea quis exceptus fuerit.

VIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An in Iudicio finali futura sit remissio peccatorum.



Augustinus lib. 6. contra Iulianum Pelagianum cap. 5. sub dubio relinquit, an die Iudicii finalis futura sit remissio peccatorū. Sic enim scripsit contra dictum Iulianum, Quam porro diligenter & congruenter exponas Apostolicum testimonium, ibi ait, spe salui facti sumus, & cetera vsque ad redemptionem corporis nostri opere pretium est intueri. Dicit enim quod illa resurrectio non peccata dimittat aliquorum, sed expurget merita singulorum: redit enim vnicuique, inquit, secundum opera sua, nec tamen dicit secundum opera sua regnum Dei paruulis reddat: & peccata quidem nulla remittuntur in regno, sed si nulla remitterentur in Iudicio illo nouissimo, puto quod Dominus non dixisset de quodam peccato, non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro, quando sibi renitri sperabat latro ille, qui dicebat, Memento mei cum veneris in regnum tuum. De qua re, quoniam profundissima questio est, non est modo praecipitanda sententia. De hac quaestione vide supra nono tomo Beati Hieronymi ad decimum quintū questum, & ad decimum nonū eiusdem toni.

ADVER-

ADVERTENTIAE IN  
OCTAUM TOMVM B. Augustini.

- 1 AN Christus vere timuerit ante passionem, ac doluerit.
- 2 An fortibus vti liceat.
- 3 An omnia infidelium opera sint peccata.
- 4 An anima sanctorum ante resurrectionem in caelo sint.
- 5 An sciri possit quomodo Deus cognoscat.
- 6 An Christus a Pilato occisus sit.
- 7 An quando Christus passus est, discipuli omnes desperauerint.
- 8 An sint duo inferna.
- 9 An Christus sublatus est in manibus Angelorum, quando assumptus est in caelum.
- 10 An Apostolis, qui ceciderunt, restituta sit fides.
- 11 An Christus realiter in Eucharistia sit.
- 12 An caeli igne perituri sint, an non.
- 13 An opera bona sint meritoria.
- 14 An sit firmitas aliqua occulta nobis, quae terram contineat.
- 15 An Deus Israelitis permisisset vasa Aegyptiorū vsurpare, an iusserit.
- 16 An damnatis poena aeterna aliquantulum mitigetur.
- 17 An mortui damna filiorum sentiant.

PRIMUM QVAESITVM.

An Christus vere timuerit ante passionem, ac doluerit.



Augustinus in cōmentarijs psalmoꝝ enarratione secunda psalmi 22. in versiculum hunc, *Longe à salute mea verba delictorum meorum,* sentire videtur, Christum nō vere timuisse, nec veram habuisse tristitiam, Magister sent. dist. 15. refert eius explanationem transpositis aliquot verbis ad lucidiorē intelligentiam sensus, hoc modo, Quomodo hoc

dicit, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius? de nobis corpore suo hoc dicit: corporis enim sui, id est, ecclesiae gerebat personam: sicut & alibi cū dixit, *Transcat a me calix iste,* pro nobis loquitur, nisi forte putetur timuisse pro nobis, sed non veretimebat Dominus pati tertia die resurrecturus: arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo: non enim fortior est miles, quā imperator: miles enim coronādas gaudet mori, & Dominus coronaturus timet mortem? sed infirmitatem nostram representans pro suis infirmis, qui timent mori, haec dixit, vox enim illorum erat. Cōsimilem sententiam habet in enarratione psalmi centesimi in versiculum hunc, Non adhaesit mihi cor prauum, inquit, Rectū cor dicitur hominis, quia omnia, quae vult, Deus ipse vult. Et exponens locum illum Match. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem, ait, ostendens

1. Petr. 3.  
Match. 26.

1. Thim. 4

Math. 10.

Philip. 1

dens infirmitatem nostram in se quādo pas-  
surus erat hoc dixit: nō enim vere ille tunc  
bat mori, quā in potestate habebat ponē-  
di animam suam, & in potestate habebat, ite-  
ram sumendi eam. Et Paulus Apostolus mi-  
les ipsius, seruus ipsius, clauat, Bonum cer-  
tamen certavi, cursum consummavi, fidem ser-  
uavi, de cetero reposita est mihi corona ius-  
titia, quam reddet mihi Dominus in illa  
die iustus iudex: exultat quia moriturus est:  
& Dominus eius, & imperator eius tristis est,  
quia moriturus est: ergo melior seruus quā  
Dominus. Et ubi est quod ait ipse Dominus?  
Sufficit seruo, vt sit sicut Dominus eius, suffi-  
citur discipulo vt sit sicut magister eius. Ecce  
fortior est Paulus, ventura morte, inquit,  
optabam dissolui, & esse cum Christo: gau-  
det qui dissoluitur, vt sit cū Christo, & ipse  
Christus tristis est, cū quo iste faturus esse  
laturus? Et concludit. Sed quid erat illa vox  
nisi sonus infirmitatis nostrae. Et eidem sen-  
tentia subseribit in enarratione psalmi. 103.  
& in epistola ad Probam de gratia noui Te-  
stamenti cap. 6. & 7.

Doctores scholastici de hac quaestione  
3. sentent. dist. 15. & S. Tho. 3. parte. q. 46. &  
artic. 6. querit, an dolor passionis Christi fue-  
rit maior omnibus doloribus. Et respondet  
conclusiua affirmatiua: quae est communis  
Patrum & Doctorum scholasticorum. Sed  
dubium est, an dolor Christi dolores omnium  
simul conuincit superauerit. Dico quod  
fuit maior quā dolor cuiuscunque homi-  
nis priuati & particularis: neque equari po-  
tuit dolori Christi, non tamen fuit maior o-  
mnibus doloribus simul congregatis. Sed ar-  
guitur contra hoc: & probo, quod potuit ef-  
ficari in aliquo dolor maior quā in Christo,  
quia possunt illi tormenta adeo atrocissima  
infligi, quod subito cauescit mortem: tūc do-  
lores illi Christi dolores excederent, qui  
per tres horas durarunt, ergo. Quod si dica-  
tur, quod miraculose conseruatus est, ne sub-  
ito moreretur. Hoc nihil est, quia morte  
naturali est mortuus, neque quantū ad hoc  
aliquod fuit miraculum. Pro solutione notā-  
dum, quod sunt tormenta aliqua, quae licet  
dolorem minorem inferant, citius tamē quā  
alia occidunt: sicuti de abscissione capitis  
patet, si gladio acutissimo praescindatur. Sūt  
etiam genera aliqua tormentorum, quae sub-  
ito occidunt, sicuti vulnus in corde infligū.  
Hinc ad argumentum respondetur, quod Chri-  
sti tormenta fuerunt nimis atrocia: & si eum  
subito non occiderunt, ex eo fuit, quia non

fuerunt infligta in partibus mortem subi-  
to inferentibus: & ideo optime prouisum  
est, quod vulnus lanceae post mortem infli-  
geretur. Secundo dicimus, quod licet Chri-  
sti tormenta atrocissima fuerint, non tamen  
fuerunt simul illata, sed paulatim, nā si simul  
illata fuissent, de facto vitā Christi breuias-  
sent. Tertio dicere possumus, quod licet Chri-  
sti tormenta fuerint atrocissima, & si puro  
homini infererentur sufficientia essent eum  
subito occidere, Christus tamen non ita ve-  
lociter mortuus est propter eius fortitudi-  
nem: erat enim vir fortissimus: tum etiā  
propter eius optimam complexionem.

Contra vltimam rationem Sācti Thomae,  
scilicet, quod dolor Christi dolores hominū  
superauerit, quia non fuit in eo cogitatio, ne-  
que consolatio aliqua ipsam alleuans, argui-  
tur, quia spes praemij valde tormenta alle-  
uat, sed in membris Christi, hoc est, in mar-  
tyribus haec praemij spes tormenta alleua-  
bat, ergo & in Christo. Respondetur, quod  
si Christus consideretur in quātum beatus,  
visio illa beatifica ex natura sua subleuabat  
ab omnibus doloribus: fruitio enim & con-  
templatio Diuina est adeo sublimis, quod  
manens illa dolorem vllum experiri non po-  
test: & ita in Christo ex parte visionis beati-  
ficę non fuit dolor, impediebatur tamen a  
Deo, ne visio illa doloribus obfisteret. Sed  
quid de cognitione naturali, de qua Sanctus  
Thom. loquitur? Arguitur enim sic quia Chri-  
stus habebat naturalia digniora aliis, cogno-  
scebat ergo omnia, quae possunt sub delibe-  
ratione cadere, & ita talis cognitio dolorem  
ipsius subleuabat, scilicet, patior pro generis  
humani liberatione. Respondetur, quod conce-  
dere possumus huiusmodi naturales confide-  
rationes aliquantum dolorem subleuare.  
Et ad Sanctum Thom. dicimus, quod loquitur  
de cogitationibus beatificis in Verbo, quae  
dolores non subleuant, quia miraculose im-  
pediebantur. Et hoc forte fuit Diuina pro-  
uidentia, vt tormenta atrocissima pro nobis  
sustineret: hoc enim est quod ipse in Cruce  
clamat, Deus Deus meus, vt quid dereliqui  
sti me: quare ista est humanitas, quia a viso-  
ne beatifica impediebatur, ne gloria animae  
redundaret in corpus, vt omni consolatione  
humana priuaretur, vt copiosa esset apud  
eum redemptio.

Dubium tamen est, an nobis sit dolendum  
de doloribus Christi, quia atrocissimi fue-  
runt: & an concionatores laudabiliter fa-  
ciant audientes ad lachrymas inducentes  
Erasmi

Erasmi

Erasmi vs super Lucam. c. 22. v. 16. id laudabile  
non esse, imo esse malebre: & adducit pro-  
se illud Luc. 23. Filiae Hierusalem nolite  
 flere super me, sed super vos ipsas flere.  
 Quis loco inquit, Christi fletus muliebres  
 prohibuisse. Verum est quod postea in cen-  
 saris asserat, quod ipse nō intendit dolen-  
 dum non esse de doloribus Christi, sed quod  
 Christi id prohibuit. Subseribit Erasmo Fa-  
 ber Stapulensis super eundem locum, Nolite  
 flere super me, &c. Et inquit esse stolidū,  
 nac dignū pietate Christiana pro morte  
 Christi flere, quā potius esse gaudendum.  
 Ad hoc dico, quod circa hoc vitādi sūt duo  
 extremi errores. Primus, quod nō sicut aise-  
 ctus vulgares, sicut muliercaie faciant: scē-  
 dus est, asserere quod non est flenda passio  
 Christiana, pie & religiose passionē & dolores  
 Christi flere, laudabile est. Et probo primo,  
 ex traditione ecclesie, quae singularis annis  
 morte & passionem Christi celebrat, vt fide-  
 les inducat ad dolendū: & ideo tunc, nō alle-  
 luia, sed Ieremie lamentationes canit: quod si  
 gnū est, ecclesiam intendere, vt de passione  
 Christi doleamus. Secūdo, quia Christus de  
 facto doluit, & in morte tristatus est, &  
 ideo dixit, Tristis est anima mea vsq; ad mor-  
 tē: exēplo ergo ipsius, & nos tritari & dolo-  
 re debem. Tertio, quia Paulus. 2. ad Thim.  
 2. ait: Si cōpatimur, & coregnauimus. Et rur-  
 si, Si facimus loci passionē, erimus & cōso-  
 lationū. Quarto, quia Apostoli maxime do-  
 lebant de morte & passione Christi, ergo &  
 nobis tristādum est cū illis. Vnde Math. 5.  
 Beati qui lugent. Vltimo, sol in suo genere  
 doluit, terra tremuit, velū scissum est, sepul-  
 chra aperta sunt, & petrae scissae sunt, & tamē  
 Christus pro eis nō est passus, nec humo affi-  
 xus, fortiori ergo vinculo homo teneret de  
 doloribus Christi dolore. Vnde qui cū Chri-  
 sto ad crucē non dolent, nec lugent, in casum  
 eorum negotium agitur. Et adductū ab Era-  
 mo nēdū obstat, sed pro nobis facit, quia ibi  
 Dñs praedixit, & praefigurare voluit destru-  
 ctionē Hierusalē, ac si diceret, nō tantum su-  
 per me, sed etiam super vos flere, quia multa  
 flenda in vobis sunt.

Dubium

De B. autē Virgine est dubium, an in mor-  
 te Christi doluit & lacrymata fuit. Respon-  
 detur affirmatiua: & probo, quia miracula  
 sine necessitate non sunt ponenda, naturalis  
 finem autem est, quod mater pro morte filij do-  
 leat, & lacrymetur, miraculum ergo esset quod  
 Virgo filium videret crucifixum, & non do-  
 leret. Secūdo, quia eam Luc. 2. Chri-

stum puerum perdidit. cū lacrymis eum  
 querebat, mirabile ergo esset, quod tunc la-  
 crymaretur, & tamen iuxta crucē non dolo-  
 ret. Tertio, quia Luc. 2. Simeon illi prae-  
 dixit, Tuam ipsius animā pertransiuit gladiū  
 doloris. Vnde Augustinus, Dolores, quos in  
 partu non sentit, tempore passionis exple-  
 uit, cū in filium vidit in cruce sine culpa pen-  
 dentem. Et ideo tenendam est, quod Virgo in  
 morte Christi doluit, & lacrymata fuit. Et  
 ita habent Patres, Origenes in Genes. hom. 82.  
& Chrysostomus in eundem homil. 7. &  
 S. Tho. 2. q. 82. art. 4. ad primum, ubi ait,  
 quod amplius dolendū est de morte Christi,  
 quā de morte parentis. Et addit, quod duob;  
 modis passionē Christi cōsiderare possumus:  
 primo modo, in quātum est mors innocētis:  
 secundo modo, in quātum est salus nostra, &  
 nostrae salutis causa. Primo modo, inquit, do-  
 lendū est de passione Christi, sicut de morte  
 patris, imo amplius: si vero consideretur in  
 quātum fuit causa nostrae salutis gaudere de  
 ea possumus, hoc est, tritari nō debemus, eo  
 quod sanguine Christi redempti sumus. Et  
 ita in solutione ad quintum citat illud Esaię  
 57. Iustus periit, & nō est qui recogitet in  
 corde suo, hoc est, nō est qui doleat de mor-  
 te Christi iusti. Neq; argumentū istorū est vt  
 filius pōderis, scilicet, Deus voluit quod Chri-  
 stus pareretur, ergo tenemur cōformari vo-  
 luntati Diuinae, & sic neque dolere nec trista-  
 ri. Respondetur, quod voluntati etiam bene  
 placiti nō tenemur voluntati Diuinae cōfor-  
 mari: multa enim vult Deus fieri, quae nos nō  
 tenemur velle: bene tamen tenemur volun-  
 tati praecipitū conformari: verbi gratia,  
 Deus vult quod modo sit pestis & fames in  
 regno hoc Galetiae, nobis tamen non licet  
 id velle: quando enim Deus vult quod  
 aliquid velimus, ipse id praecipit: & bo-  
 nus filius non vult mortem patris, & tamen  
 Deus vult. Et ideo dicimus, quod est me-  
 ritorium, & maxime vile passionem Christi  
 sēpe flere: neque assentiendum est istis no-  
 uis Theologis.

S. Thom.

Dubium

In solutione ad tertium dubitabat S. Tho-  
 an dolor Christi fuerit maior doloribus in-  
 ferni. Et respondet negatiua, quia tantum cō-  
 parat eius dolorem ad dolorem praesentis vi-  
 tae, & nō ad dolores damnatorū. Gabriel. 3.  
 dist. 15. q. 1. ait, quod dolor Christi in passio-  
 ne fuit maior, quā dolor cuiuscūq; in purga-  
 torio, & addit: licet S. Tho. cōtrarium vidē-  
 tur sentire. Dubium hoc disputat S. Thom.  
 3. dist. 15. quaestio. 2. & ibi id nō expressit

¶ 22 verum

verum est quod articulo citato ad tertium insinuare videtur, quod dolor purgatorij est maior quam dolor Christi. Et Augustinus lib. 1. de vera & falsa poenitentia. c. 18. inquit, quod non fuit maior dolore inferni, neque doloribus purgatorij. Et cap. 22. ait, quod dolor animarum existentium in purgatorio licet non sit aeternus, est tamen maior quocumque dolore praesentis vitae: & non comparat ad Christum, sed quia generaliter loquitur, ideo Gabriel hoc reputat probabilius: quia ex hac sententia Augustini sequi videtur, quod dolor Christi non fuit equalis doloribus purgatorij.

Dubium tamen est, an Christus passus fuerit secundum totam animam. S. Tho. loco citato artic. 7. per quatuor distinctiones respondet quatuor conclusionibus. Prima conclusio, Si animam capiamus pro eius essentia, patiebatur secundum totam animam. Patet, quia est indelebilis. Secunda conclusio, Si animam capiamus pro potentia, non patiebatur secundum portionem superiorem. Patet, quia ut sic Christus fruabatur Deo. Tertia conclusio, Si loquamur de potentibus inferioribus, patiebatur secundum portionem inferiorem, hoc est, patiebatur ratione subiecti secundum regulas humanas. Quarta conclusio, Secundum potentias exteriores, scilicet, visum, tactum, & gustum patiebatur, quia gloria animae non redoundabat in corpus.

Circa secundam conclusionem, qua inquit, quod anima non tristabatur secundum portionem superiorem, est dubium. Scotus enim, 3. dist. 14. q. 1. arguit, quod tristabatur. Primo, quia S. Tho. ait, quod ratio superior dicitur secundum considerationem Divinorum: inferior vero secundum considerationem inferiorum: ut nolo inebriari, quia est infamia: haec est consideratio secundum inferiora & humana: sed nolo inebriari, quia Paulus reprehendit, est consideratio secundum regulas Divinas. Ex hoc arguit Scotus, tunc Christus considerabat, quod eius passio erat paucis profutura, quia pauci electi, & ex hoc tristabatur: illa autem consideratio erat secundum rationem superiorem, ergo secundum illam tristabatur.

Tertio, quia per eandem potentiam, per quam Divina cognoscebat, per eandem tristabatur, & de morte propria dolebat, ergo Respondetur ad hoc ex mente S. Tho. quod ipse non negat, quod secundum illam potentiam, per quam non respiciebat ad Divina, non tristabatur secundum portionem superiorem, sed mens eius est, quod anima Christi, in quam beata non tristabatur, quia beatitudinem repugnat tristitia, sed in anima eius erat tristitia, in quantum viatrix erat. Secundo dico, quod mens S. Tho. est, quod anima Christi non tristabatur in proprio obiecto, quia Deus erat, sed sic patiebatur, hoc erat ab obiecto extrinsecum, scilicet, a peccatis, & propter peccata hominum, sicut quando oculus pugitur, non dicitur visus pati, quia non patitur a visibili, scilicet, a colore, vel lumine. Et ideo in re S. Tho. ab Scoto non differt, non enim negat quod Scotus affirmat. Ultimo dico, quod potentia omnes exteriores in Christo patiebatur, quia gloria animae impediebatur ne rediret in corpus, & ita simul habebat summam laetitiam, & summam tristitiam, neque id inconuenienter respectu diuersorum, ut de se notum est. Quod si arguas, Dolor est in appetitu sensitivo, ergo non in essentia animae, ut S. Tho. ait, Respondet, quod S. Tho. non dicit Christum dolere secundum essentiam animae, sed quod tristitia erat in essentia animae. Secundo, dato id assereret, verum diceret, quia tristitia ipsa in essentia animae erat, & dolor etiam in anima erat: dolere enim licet sit sensus, est etiam animae: deumones etiam ratione tristitiae, qua in inferno tristatur, dolere dicuntur. Ex quibus constat, Christum veram habuisse tristitiam suam mortis & passionis: & nedom vere doluisse, sed eius dolorem fuisse maiorem doloribus omnium viatorum.

Aduertendum, quod Hyllarius in eorum pluribus suarum disputationum, duo haec verba contraria disseruit: unum, quod nihil incorporeum creatum dixit aliud, quod nihil doloris Christus in passione sentierit. Iustinianus Augustinus vir in ceteris Catholicus in dogmatibus Hyllariano adhaesit, ut ipsum imperiale edicto praecipit sacerdotibus publice in ecclesia doceri, & ab omni plebe recipi, & firmiter credi. Testis huius rei est Etagnius libro 4. Ecclesiasticae historiae cap. 39. haec scribens, Iustinianus Imperator edictum proposuit, in quo corpus Domini incorruptibile sanxit, naturaliumque & inculpatarum passionum haud quaquam capax fuisse dixit, sed Dominum ante passionem comedit, quae admodum post resurrectionem manducant, neque sacrosanctum illius corporis aliquam mutationem aut alterationem inde ab eo, quo in vero formatum est, negat, in voluntariis, neque in naturalibus passionibus, neque post resurrectionem quidem accepisse, aduersus

Cui

Cui opinioni sacerdotes passim assentire conegit. Contra quem scripsit Anastasius Antiochiae episcopus, illique ostendit quod Diuini Apostoli & sancti Patres corpus Christi naturalibus & inculpatis passionibus corruptibile fuisse, & cognouerint, & tradiderint. Haec Euagrius.

Ioannes Damascenus in libro de centum haeresibus. c. 84. hunc errorem peculiarem fuisse Eucharodocitae haeretici, refert, his verbis, Eucharodocite, qui & Galantrae dicti sunt, corpus Domini ex ipsa plasmatione in corruptibile venerant, & passionem quidem sustinuisse Dominum consentunt, sed ritem dico sanam, & sitim, & laborem, et non secundum eum, qui nobis est modum sustinuisse, neque naturae legibus seruientem dicunt. Damascenus cognomen hoc Eucharodocitae haeretici istis indidit, quia insensibilem atque impassibilem quandam carnis duritiam Christo ascribebant, quae istis & vulneribus quantumlibet conuulsa, nihil doloris pateretur. Vnde Eucharodocite, Graece idem sonat, quod durus & impassibilis carnis approbator.

Pro B. Augustino respondemus, non sensisse contrarium his, quae diffinimus, ut constat ex his, quae in enarratione psalm. 93. inquit, his verbis, Nolite putare non fuisse triste Dominum: enim hoc dixerimus, quia non erat tristis cum Euagelii dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem, ergo quando dicit Euagelium, Dormiuit Iesus, non dormiuit Iesus: manducauit Iesus, non manducauit: & ita nihil sanum relinquunt, ut dicatur, & ita corpus non erat verum, & carnem veram non habuit. Quidquid ergo de illo scriptum est, factum est, verum est, ergo tristis fuit, proflus, tristis, sed voluntate suscipiens tristitiam, quomodo volutate suscipiens carnem. Et ita Magister interpretatur Augustinum, quod quando dixit, Christus non timuisse, interpretandus est, secundum passionem, secundum enim pro passionem vero timuit, ut psal. citato. 93. inquit,

SECUNDVM QVAESI- TVM.

An fortibus uti liceat.

Augustinus concione. 2. in psal. 50. hic versiculum, In manibus tuis fortiter meo, &c. differens, visus est apud probare vim fortium, inquit, Sors

non est aliquid mali, sed res in humana datione Diuinam indicans voluntatem, & fortes misserunt Apostoli, quando Iudas, tradito Domino, perijt, & cecidit super Matthiam. Eisdem sententiae subscribit in epistola ad Honoratum, sic inquit, Si inter Dei iustitias sit disceptatio, qui coram persecutionis tempore maneat, ne fuga fiat omnium, & qui coram fugiat, ne morte eorum defecerit ecclesia: si haec disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneat & qui fugiant, forte sunt eligendi: & 1. libro de Doctrina Christiana id ipsum confirmans ait, Si cui abundaret aliquid, quod oporteret dari eis, qui non haberent, nec duobus dari potuisset, si tibi occurrant duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel urgente aliqua necessitate superaret, nihil iustius faceres, quam ut forte eligeres, cui dandum esset, quod dari utrique non posset. Sunt qui putent his Augustini dictis aduersari decretum Leonis Papae epistola quarta ad episcopos Britanniae, quod habetur, 26. quaestione octaua, his verbis, Sors, quibus cuncta vos vestris discriminationis prouincijs, quas Patres damnauerunt, nihil aliud quam diuinationes, & maleficia decernimus, quamobrem volumus omnino illas damnari, & ultra inter Christiana nos volumus noninari: & ne exerceantur anathematis interdictione prohibemus.

Quaestione hanc disputat Sanctus Thomas, 2. 2. q. 95. art. 8. quo quaeritur, an diuinitio per fortes licita sit. Et respondet hoc supposito, quod fortes dicuntur, quando per factum exterius iudicamus de aliquo occulto. Et fortes sunt multiplices: aliae enim sunt diuinitio: aliae vero consultatione. Hoc supposito inquit, quod fortes varijs intentionibus possunt mitti. Primo, quod per casum sortis, tanquam ex casu, de eo quod intendimus iudicemus: & est prima conclusio. Qui fortes mittit ad hoc, quod in iudicio, tanquam id quod intendit ex casu, proueniat, licet de se non sit peccatum, est tamen vanum. Secunda conclusio, Qui fortes mittit, ut iudicio soli eneniat ex influenza caeli, & astrorum, est superfluum. Tertia conclusio, Qui mittit fortes, ut una vel alia fors eneniat ex demonis indultia, id est superstitione, & damnatum. 22. q. 8. c. fortes. Quarta conclusio, Mittere fortes ea intentione, ut Diuino iudicio id quod speramus succedat, licitum est omnibus, quinq; conditionibus seruatis, quas Caietanus assignat art. 8. citato de quibus: Ita tamen in defensione Augustini notat Caietanus,

Actus 2

Scotus.

Respondetur

ex dictis S. Tho. quod sicut in dubijs euentibus vti fortibus non licet, nisi conditionibus, quas S. Tho. in litera assignat seruatis, sic nec licet vti duello ad dirimendum furum euentum: qui enim tali medio vtitur, Deum tentare videtur. Liranus super. 1. Regum. c. 17. hanc tangit difficultatē, & inquit duo. Primum, quod nō est licitum alium in duellum prouocare. Secundo, quod si speretur periculum magnum, & strages magna, aut, quod prouocatus ad duellum potest illud acceptare: Scaddit, quod princeps id precipere non debet, esto fiat ad euitandum periculum aliquod magnum: permittere tamē id postea ad maius malum vitandum, nisi definitione Concilij Tridentini id esset prohibitum: absolute enim duellum damnauit. Caietanus inquit, non licere duellum acceptare: & assignatis pluribus casibus, in quibus non licet, tandem ponit duos casus, in quibus ait, licere duellum acceptare. Primus est, quando dux cognoscit, quod contrarius exercitus fortitudine suam excedit, tunc dux potest duellum acceptare. Addit tamē, quod si negotium est arduum, cōmitti non debet duello duorum tantum. Secundo addit, quod duellum est licitum in defensionem sui, qui alius insidiatur ei, & timet, ne insidijs eum occidat, tunc licitum est duellum. Sententia hæc Caietani, licet ante definitionem Concilij Tridentini sessione vltima. c. 19. reformationis generalis, esset probabilis, nunc tamen standum est definitioni Concilij. Et aduertendum, quod cap. 1. de purgatione vulgari expressè prohibetur, quod letigium arduum, etiam quando non sunt probationes, non relingatur definitioni duelli, quia id est Deū tentare.

Pro defensione Augustini responderi Sæc. Thom. loco citato, & ait decreto Leonis nō interdici fortis ab Augustino approbatas, eas videlicet, quæ pie & religiose tractantur, sed eas, quæ superstitiose & impie exerceri solent, spiritus quique conditionibus, quas pia sortium exercitatio requirit. Harū prima est, vt diuisio rei proposita, vel consultatio vel prænotio à solo Deo directore sortiu expectetur. Secūda, vt nō nisi cōpellentē necessitate sortes exquirantur. Tertia, vt nō nisi præmissis precibus ad Deū, tēntur. Quarta, si Diuini oraculis ad inquisitionē sortium abutatur. Quinta, ne sortibus in electionibus ecclesiasticis vtatur, quæ sola Spiritus sancti inspiratione fieri debet, nā

licet olim Mathias fortibus fuerit electus, nunc tamē plenitudine Spiritus sancti effusa, permitti non debet, quod ante Spiritus sancti effusionem, nondum corrumpente spūdo re legis Euangelicæ, permillum est.

TERTIVM QVAESITVM.

An omnia infidelium opera sint peccata.



Vgustinus in præfatione huius psalmi. 31. Beati quoniam remissa sunt iniquitates, fauere videtur. Lutheranis asserentibus, omnia opera præcedentia fidem esse mala, & omnes infidelium actiones & cogitationes esse peccata. Sic enim ait, Nemo computet bona opera sua ante fidem, quia ubi fides nō erat, bonum non erat: bonum enim opus in cōfessio facit, intentionem fides dirigit. Et infra subdit, Crede in eum, quia iustificat impium, vt possint bona opera tua esse opera bona: nā neque bona illa appellarim, quæ non de radice bonā procedunt. Et rursus post pauca subiungit, Ante gratiam fidei nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum, antequam dantur opera tua, & inueniuntur omnia mala, si quod deberetur illis operibus, Deus daret, vtique damnares: stipendium enim peccati mors est: tu autem in ualis operibus inuenus es. Et in fine præfationis concludit, Et si bona videaris facere, quia facis sine fide, nec bona quidem vocanda sunt. Verba hæc à Ioanne Caluino. 10. cap. institutionum ad probationem suę doctrinæ sunt induceta, qua docet, omnia opera, quantumlibet bona, esse peccata. Magister sentent. 2. distinctione. 11. respondet pro Augustino loco citato, malū opus appellasse quod ad meritū vitę eternę est inualidum & inutile: nam licet omnes virtutes infidelium ante fidem ordinatę sint regulę rectę rationis bonę ad recte viuendum in præsentī vita, ad cōsequendum tamē beatitudinem sine fide, quæ intentionem dirigit, adeo sunt inualide, vt mala potius quā bona dici debeant. De hac questione vide supra in B. Ambrosio ad. 22.

Dubium tamen est, an ita sit, quod ante fidem opus aliquod bonū esse nō possit: nam B. Augustinus in præfatione eiusdē psalmi. 31.

Rom. 6

Gen. 15

Rom. 4

Gal. 5

Iacobi. 3.

Rom. 4

Gen. 15

insinuare videtur, ante fidem nullum opus esse bonū. Sic enim scripsit, Quid enim scriptura dicit, vnde iustificatum Abraham, cre didit autem Abraham Deo, & reputatū est illi ad iustitiam, ergo ex fide iustificatus est Abraham, iam qui audit non ex operibus, sed ex fide: vides ergo, quia ex fide non ex operibus iustificatus est Abraham. Faciam ergo quidquid volo, quia et si bona opera non habuerō, & tantum credidero in Deum, deputabitur mihi ad iustitiam. Si dixit & decreuit lapsus demeruit est, si adhuc cogitat, & fluctuat, periclitatur: scriptura autem Dei, verusque intellectus non solum periclitantem a periculo liberat, sed & demersum a profundo eleuat. Respondeo ergo, tanquā cōtra Apostolum: & dico de ipso Abraham, quod inuenimus etiā in epistola alteri? Apostoli, qui volebat corrigere homines, qui male intellexerant istū Apostolum. Iacobus enim epistola sua cōtra eos qui nolebāt bene operari, de sola fide presumentes, ipsius Abraham opera cōmendauit, cuius Paulus fidem. Et non sunt sibi aduersi Apostoli: dicit autem Abraham opus omnibus notum, Abraham filium suum immolatum Deo obtulit: magnum opus: sed ex fide laudo super e dilectionē operis, sed vides fidei fundamentum: laudo fructū boni operis, sed in fide agnosco radicē. Si enim hoc præter fidem rectā faceret Abraham, nihil illi prodesset, qualecunque illud opus esset. Contra ergo eos, qui operari contemnebant, ait Iacobus, Fides sine operibus mortua est, tanquam radix sine fructu sterilis atque arida remaneret. Quid ergo debemus, nulla opera preponere fidei, id est, vt ante fidem quicquā dicatur bene operari. Ea enim ipsa opera, quæ dicuntur ante fidem, quāuis videantur hominibus laudabilia, inania sunt: ita mihi videntur esse vt magne vires, & cursus celeritimus, præter viam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem, ibi fides non erat, bonum opus non erat: bonum enim opus intentioni facit, intentionem fides dirigit. Non valde attēdas, quid homo faciat, sed quid, cum faciat, aspiciat: quo laceros optime gubernationis dirigat: Fac enim hominem optimē gubernare nauim, & perdidisse, quo tendit, quid valet, qui antenam optime tenet, optime mouet, dat proram fluctibus, cauet ne latera insiliat, tantis est viribus, vt detorqueat nauim quo velit, atque vnde velit, & dicatur ei, Vique quo is: & dicat, Nescio, aut non dicat, Nescio, sed dicat, Ad illum portum eo, nec du

cat in portum, sed in saxa festinet? nōne iste quanto sibi videtur in nauī gubernāda agillior & efficacior, tanto periculosior eam sic gubernat, vt ad naufragium properado perdat carnalis est, qui optime currit præter viam. Et concludit, Ergo fratres ex fide iustificatus est Abraham, sed si fidem opera non præcesserunt, tamen secuta sunt. Nūquid enim fides tua sterilis est, si sterilis non est, sterilis non est ipsa, aliquid mali credidisti, & igne malitig tuæ radicem tuæ fidei concremasti. Tene ergo fidem operaturus, sed dicit, Non hoc ait Apostolus Paulus, imō hoc ait fides, inquit, quæ per dilectionē operatur. Et alio loco, Plenitudo ergo legis est dilectio. Et alio loco, Omnis lex in vno sermone impletur: in eo quod scriptum est, Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Vide si non vult te operari quæ dicit, non adulterabis, nō homicidium facies, non concupisces: Sæp quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, diliges proximum tuum, tanquam teipsum: dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Nunquid charitas permittit aliquid mali te facere ei, quē diligis? Hæc tenus Augustinus. Ex cuius doctrina patet, quod cum inquit, Nemo ergo cōputet bona opera sua ante fidem, intelligit ad hoc, vt sint meritoria vitæ eternæ: nam ad hoc quod sint dispositio ad gratiam cōstitat, quod id nō negat. Et ita in re cōuenit cum cōmuni sensu ecclesiæ, & cum doctrina Doctorum scholasticorum.

Gal. 5

Rom. 13

Galat. 5

QVARTVM QVAESITVM.

An animæ sanctorum ante resurrectionem in celo sint.



Vgustinus in enarratione versiculi huius, Adhuc postulat, non est peccator, Psalm. 36. Declinare videtur ad errorem Arnenorum Græcorum, & Anabaptistarum asserentium, animas sanctorum vsque ad diem Iudicij in occultis receptaculis longe à Diuine visionis intuitu cōcereri: sic scribens, Post vitam istam nondum eris vbi erunt sancti, quibus dicitur, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Nondum ibi eris, quis nescit, sed iam poteris ibi esse, vbi illum quondam

Matth. 25





sequelam, quia obiectum immediatum Dei est ipsemet Deus, & eius essentia, & per hoc quod se & suam essentiam respicit, omnia alia à se intelligit. Tertio arguitur ex Arist. 12. Metaph. vbi inquit, quod quodam dignius est non intelligere, si ergo Deus omnia intelligit, aliquid ergo indignum est in Deo: quod concedendum non est. Respondetur concedendo antecedens, in seipsis esse indignius intelligere aliqua, si tamen illa intelligantur in obiecto tam perfecto sicut est Deus, est perfectio maxima. Quartum argumentum est Gregorij, quia si Deus intelligit aliquid extra se, ergo intelligit omnia: consequens autem est falsum, ergo minor probatur, quia sequitur, quod distincte intelligeret omnes partes continui, & ita intellectio in intellectu Diuino esset euacuata. Patet, quia in illo partes omnes inter se essent distincte, quod tamen contradictionem implicat, quia continuum in omnem suam partem diuidi non potest, etiam secundum rationem, ergo illa distinctio in intellectu Diuino esse non potest. Quia vel est facta diuisio in partes diuisibiles, vel indiuisibiles: si in diuisibiles, ergo continuū non est totaliter diuisum, si in indiuisibiles, hoc implicat, etiam secundum rationem, ergo intentum. Ad argumentum hoc Gregorius in relectione quadam concedit, quod Deus potest continuū in suam omnem partem diuidere. Et ait, id se publice in scholis sustinuisse. Sed ait Maior, dato sustinuerit, sed audientes non responderunt se esse contentos. Ideo aliter respondetur concedendo, quod in Deo omnes partes continui sunt distincta, & sufficienter diuisa. Et ad argumentum, quia vel sunt diuisibiles vel indiuisibiles, responderetur, quod facta diuisione sunt indiuisibiles: contra, quia adhuc iterum essent diuisibiles. Dico quod omnia ista Deus cognoscit & intelligit. Quintum argumentum est Marfilij, quia Deus non cognoscit omnes numeros posibles, ergo antecedens probatur, quia si omnes posibles cognoscit, & ponatur in esse, sequitur, quod non posset postea alium numerum facere, quod omnipotentia Dei repugnat. Confirmatur, quia si omnes numeros cognoscit, aggregatur ex illis erit infinitum quodam, quod si conceditur, chimericum est. Marfilius ab hoc argumento euadit, concedendo, quod Deus singulos numeros diuisiue intelligit, sed non collectiue. Sed dicimus, quod etiam collectiue Deus omnes numeros intelligit: & isti sunt illi, quos Deus intelligit, nec pre-

ter illos sunt aliqui alij: & idem dico de continuo. Et ad argumentum, quia esset infinitum quodam, dico, quod nec possunt in esse poni, nec possunt fuisse: quia mere signentum est, quod Deus creet omnia creabilia. Ideo opinio ista Auerrois mere fabula est. Gregorius vbi supra ait, quod Aristoteles fuit eiusdem sententia cum Auerro. Marfilius inquit, quod sit iniuria Aristoteli, ei opinionem hanc imponendo, & quod non fuit istius sententia. Nam ipse loco citato ait, quod secundum intellectum operans, id est agens, in tali est optima dispositio, & est Deo amantissimus, id est, quod qui operantur secundum intellectum, intelliguntur à Deo. Et libro de bona fortuna dicit, quod aliqui homines sunt, qui patiuntur spiritus quosdam ad eligendum ea, quae meliora sunt sine deliberatione, quod esse non posset sine eo quod id à Deo fieret. Et ibidem Aristot. asserit, quod Deus refertur in aliquod principium nobilissimum hominis, & supra rationem hominis, quod non est aliud nisi ipse Deus. Et commentator. 1. de celo cap. quoniam autem non est circulationi contraria alia latio, & dicitur, Ego autem longo tempore explanationem huius loci non intellexi, sed Deus induxit me in expositionem eius, in quo sibi ipsi contradixit. Nam de celo in libello quodam de somno & vigilia dicit, quod negare diuinationes per somnia est negare sensationem. Probat, quia multi experti sunt quod eueniunt illa, quae per somnia ei sunt nunciata: huiusmodi autem à casu fieri nequeunt, ergo sunt à Deo, intelligit ergo Deus alia à se: & ideo dubium non est, quin sibi contradixerit.

Dubium tamen est, an Deus alia à se cognitione distincta & propria cognoscit. Et est conclusio communis Patrum & Doctorum scholasticorum affirmatiua. Et pro probatione notandum, quod commentator vbi supra ait, quod Aristoteles argumentabatur contra Empedocle, quia si Deus alia à se distincte non cognosceret, esset insipiens, & ideo de mente Aristotelis est, quod Deus se & omnia distincte cognoscit, quia continet omnia, sed non proprie, sed aliquo modo casualiter, quod mirum videtur. Et addebat, quod intelligit omnia intelligendo eas, & quod non est causa rerum, nisi solum quantum ad esse illarum. Et solum quantum ad hoc omnia à Deo dependent. Probat tamen conclusio posita, quia cognitio confusa est cognitio imperfecta, quae in Deo esse non potest. Secundo, quia proprietates rerum sunt ve-

Dubium

ra perfectiones, ergo continentur in Deo. Illas autem perfecte in se cognoscit, ergo cognoscit omnes proprietates rerum. Tertio, quia ex hoc quod Aristoteles & Auerroes concesserunt, Deum esse primum mouens, manifeste inferitur illum omnia intelligere, quia nisi intelligeret, mouere non posset. Ex quibus constat ad quæsitum propositum, qualiter Deus se, & alia à se, seipsum, & propria essentiam cognoscens, alia cognoscit, & sicut se in seipso perfectissime cognoscit, sic & omnia alia distincta à se.

Pro B. Augustino respondemus, quod ipse exponit qualiter dicere non est ausus, quomodo Deus alia à se cognoscit, quia ita omnia cognoscit sicuti sunt, fuerunt, & erunt. Et quia ineffabili modo anteaquam fierent, erant in Deo, ideo ait, dicere se non audere, quomodo Deus alia à se cognoscit, quia sicut ineffabili modo erant in Deo, ita ineffabili modo omnia cognoscit. Et quod hæc sit mens eius constat ex his verbis, Tanta est ergo notitia Dei, ut apud ipsum omnia essent quodam ineffabili modo anteaquam creata essent.

SEXTVM QVAESTIVM.

An Christus à Pilato occisus sit.



Vgustinus in enarratione plalmi. 36. insinuare videtur, Christum non fuisse occisum à Pilato, sed à Iudeis. Nam in expositione versicali huius, Dormiui turbatus, quærit, quis autem Dominum occidit: qui audito celsit, an qui clamando, ut occideretur, extorsit, ipse Dominus dicat testimonia, à quibus occisus est, vtrum ab illo Pilato, qui nolens eum occidit: vnde etiam eum flagellauit, & veste ignominiosa circumdedit, & flagellatum ad eorum oculos produxit, ut saltem poena flagellorum eius faciat, eum occidi non extorquerent: præterea etiam cum videret eos perseuerare, sicut legimus, lauit manus suas, & dixit, Innocens ego sum à sanguine iusti huius, videritis vtrum ille innocens, qui vel celsit clamantibus, multo magis tamen illi nocentes, qui clamando, eum occidere voluerunt. Sed nos interrogemus, & audiamus Dominum, quibus tribuat mor-

Math. 27.

tem suam, quia dixit, Dormiui turbatus. Interrogemus eum, & dicamus, quoniam dormiui turbatus, qui te persecuti sunt? qui te occiderunt? nunquid forte Pilatus, qui militibus dedit in lignum suspendendum, clavis transfundendum? audite qui filij hominum, illos utique dicit, quos persecutores passus est. Sed quomodo ipsi occiderunt, qui ferrum non ferebant, qui gladium non strinxerunt, qui impetum in eum non fecerunt ad occidendum? vnde occiderunt? Dentem eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Noli attendere inermes manus, sed os armatum, inde gladius processit, quo Christus occideretur.

Doctores scholastici de hac questione. 3. senten. dist. 16. S. Thom. 3. parte. q. 47. & art. priori quærit, an Christus fuerit ab alio occisus, an à seipso? Et supposita distinctione, respondet duabus conclusionibus. Distinctio est, Duobus modis aliquid potest dici causa alicuius effectus: directe, vel indirecte. Prima conclusio, Christus directe non est à seipso occisus, sed à Iudeis. Patet quia Iudæi suæ mortis fuerunt causa effectiua. Secunda conclusio, Christus indirecte aliquo modo fuit causa suæ mortis, quia cum posset impedire, non impediuit. His addimus tertiam conclusionem, ut de quæsito proposito constet, Pilatus indirecte fuit causa mortis Christi. Probat, quia potuit, cum iudex esset, Iudæis resistere, & tenebatur ex officio iustitiæ, quæ iuste tenebatur exequi, & intelligens quod Christus erat innocens, nec reus mortis, & non impediuit, ergo indirecte fuit causa mortis eius.

Dubium circa secundam conclusionem S. Thom. in quo consistat potestas ista, dico, quod in quantum Deus, constat, quod potuit suam mortem impedire, sed an in quantum homo talem potestatem habuerit, Scotus, 3. dist. 16. q. 1. partem tenet affirmatiua. Probat, quia anima Christi erat beata, poterat ergo facere quod eius corpus esset gloriosum, nam si possibile erat, ad erat per miraculum: verum tamen est gloriam animæ non redundare in corpus, non esse ex potentia & virtute animæ, sed ex virtute Diuina. Et ita in hoc tenendum est contra Scotum, & videtur esse de mente Sancti Thomam licet quæstione 13. art. 1. diffinierat, animam Christi habere omnipotentiam, hoc tamen non erat ex virtute humana, sed Diuina. Et ita Christi anima ut instrumentum est verbi, non dubium quin potuit se à Iudæis defendere:

Scotus.



quia ut sic, potestatem habebat transmutandi  
possibilia omnia, quae ei conveniant, crea-  
tione & anihilatione demptis: ut pura vero  
creatura suam ipsius mortem impedire non  
valebat: ut sic enim facere non poterat, q̄  
gloria animae in corpus redundaret.

Ad argumenta autem Scoti, quia Christus  
potestatiue se defendere poterat, & volitione  
humana id exequi valuit, male ergo fecit  
se non defendendo, quia vitam conserua  
re tenebatur. Respondeo, quod potuit iuri  
suo cedere: & vitam ponere pro salute & cō  
seruatione reipublice aliquando cadit sub  
p̄cepto. Secundo arguitur, quia quaecunq;  
anima gloriosa corpus suum gloriosum effi-  
cere valet, efficiendo autem gloriosum facit  
illud immortale & impassibile, ergo, Respō  
deo, q̄ anima naturae suae relicta gloriam in  
corpus non potest trāsfundere. Ita tenet S.  
Tho. q. 13. art. 3. nempe, quod anima non ha-  
bet potestatem proprium corpus transmu-  
tandi, etiamsi cum gloria sua relinquatur, nam  
licet sit lex, q̄ cū primum anima est beata, si  
corpori vniatur, corpus sit gloriosum, nō ta-  
men est lex, q̄ anima talem potestatem ha-  
beat, neque anima Christi hanc potestatem  
habuit. Vnde si corpus suum immortale &  
impassibile fecisset, non virtuti animae, sed  
Diuinitati tribuendum esset.

Ad argu-  
mēta Sco-  
ti.

Dubium.

Supposito ergo, q̄ Christus in quantum  
Deus potestatem habuit, ut se à morte eripe-  
ret, dubium est, an tempore aliquo potesta-  
te hac faerit usus. Communis sententia Theo-  
logorum cum Sancto Thom. loco citato. ad  
secundum, partem tenet affirmatiuam: nam  
ait duo de morte Christi: primum, q̄ Chri-  
stus citissime mortuus est, ut Ioann. 19. habe-  
tur, quia milites latronum crura fregerunt,  
non autem Christi, quia iam obierat. Et Pila-  
tus miratus est, quod tam cito obiisset: mira-  
culose ergo mortuus est: secundum miracu-  
lum fuit, quod Christus morte instante, voce  
adeo valida clamaui, quod Centurio mira-  
retur, & diceret, Vere Filius Dei erat iste.  
Et ita mors eius miraculose breuiata est. Ex  
quo videtur, quod in multis virtute Diuina  
usus est. Gabriel. 3. dist. 16. q. 1. ait, q̄ vitam  
breuiare est miraculū. Et hoc est quod Do-  
minus Ioann. 19. ait, potestatem habeo po-  
nendi animam meam, id est, ponendi spiritus,  
quam ponenda esset. Et Caietanus inquit, q̄  
miraculum, quod Christi morte cōtigit, stat  
in hoc, quod non abrenouit vitam: magnū  
enim miraculum fuit se præsruare, ne dolo-  
res & tormenta vires animae minuerent, Et

ideo clamauit, Deus Deus meus, ut quid de  
reliquisti me? Secuidum tamen S Tho. nec  
vitam abrenouit, ut Gabriel ait, neque pro-  
lōgauit, ut Caietanus asserit, sed mortuus est  
eo tempore, quo tormenta illū occidere fue-  
runt sufficientia: fuerunt enim atrocissima,  
quod naturaliter de facto eius vitam breuia-  
runt. Neque auctoritates in contrarium aī  
quid suadent, nam ad illud de Pilato, quod  
miratus est, quia tam cito obiisset, respōde-  
o q̄ Christus ante crucem tormenta multa est  
passus, & illorum ratione anteaquam latro-  
nes est mortuus, & ideo non fuit miraculū,  
sed mirum & mirabile, q̄ anteaquam latro-  
nes, mortuus fuerit. Secundo respondeo, q̄  
forte Pilatus tormenta, quae Christus est pas-  
sus, nō vidit. Ad alia dico, quod est ita, quod  
voce magna clamauit, sed non humana vir-  
tute, quia ut sic tantas vires non habebat, &  
ita miraculum fuit, q̄ tam valida voce clama-  
ret, sed postquam vires animae fuerunt atte-  
nuate, naturaliter est mortuus.

Dubium.

Dubium tamē est, an Christus passus fue-  
rit à Iudeis, vel à gentibus. Sanct. Tho. loco  
citato arti. 4. responder, q̄ primo passus est  
à Iudeis: effectus tamen passionis executus  
est à gentibus. Primo enim passio Christi ef-  
fectum habuit in Iudeis, quorum plurimi in  
morte Christi baptizati sunt, ut patet Acto.  
2. & 3. Secundo vero effectus passionis Chri-  
sti translatus est ad gentes, ut constat, ex illo  
Matth. 20. Tradent eum gentibus ad illudē  
dum, flagellandum, & crucifigendum: ideo  
conueniens fuit ut Christus à Iudaeis pari-  
nciperet: & postea, Iudaeis tradentibus, per  
manus Gentilium eius passio finiretur. Et  
ita ex modo passionis Christi praefiguratus  
est effectus, ipsius. De proposito quaelito cō-  
corditer conueniunt tam Patres, quam Do-  
ctores scholastici, q̄ Christus ita occisus est  
à Pilato, sicut à Iudaeis, & à Gentilibus.

Luc. 13

Pro Augustino dicimus, q̄ ipse pro se re-  
spondet in enarratione psalmi. 62. versiculū  
hunc exponens. Partes vulpium erunt, in-  
quiens, Vulpes dicit reges seculi, qui tūc fue-  
runt, quando debellata est Iudaea, audite, ut  
noueritis, & intelligatis, quia ipsos dicit vul-  
pes, Herodem regem, ipse Dominus vulpem  
appellauit, Ite, inquit, & dicite vulpi illi, vi-  
dete & attendite fratris mei, Christum, regē  
habere noluerunt, & partes vulpium facti  
sunt. Quando enim Pilatus praeses in Iudaea  
legatus occidit Christum ex vocibus Iudaeo-  
rum (pondera, Pilatus occidit Christum) di-  
xit ipse Iudaeis, Regem vestrum crucifigat  
quia

Ioann. 19.

quia dicebatur Rex Iudaeorum, & verus Rex  
ipse. Et illi repellentes Christum dixerunt,  
Nos non habemus Regem, nisi Caesarem: re-  
pulerunt agnum, elegerunt vulpem: merito  
partes vulpium facti sunt. Pondera etiam, q̄  
ita Pilatum, sicut Herodem vulpem dicit,  
Rex vero ita positum est, quia illi vulpē ele-  
gerunt, regem vero noluerunt: Rex vero, id  
est, verus Rex, cui titulus inscriptus est, quā-  
do passus est, nam Pilatus hunc titulum su-  
per caput eius inscriptum posuit, Rex Iu-  
daeorum, Hebraeae lingua, Graeca, & Latina,  
ut omnes qui transirent, legerent gloriam re-  
gis, & ignominiam ipsorum Iudaeorum, qui  
reijcientes verum regem, elegerunt vulpem  
Caesarem.

SEPTIMVM QVAESI-  
TVM.

An quando Christus passus est, di-  
scipuli omnes desperauerint,  
quod esset Christus.



Augustinus enarratione in  
psalmum. 62. in expositio-  
ne versiculi huius, Defecerunt  
oculi mei ab sperando in Deum meum,  
declinare videtur in hanc  
sententiam, quod quando  
passus & mortuus est Christus, omnes disci-  
puli desperauerunt, quod ipse esset Christus.  
Sic enim exponit, Absit ut hoc de persona  
capitis accipiat: nō enim ipsius capitis no-  
stri oculi defecerunt ab sperando in Deum  
eius, sed defecerunt oculi eius in corpore  
eius, id est, in membris eius: haec vox mem-  
brorum est, haec vox corporis est, non capi-  
tis: quomodo ergo eam in eius corpore me-  
brisque inuenimus? quid aliud dicam, quid  
aliud commemorem, quando passus est, quā-  
do mortuus est: omnes discipuli desperaue-  
runt, quod ipse esset Christus à latrone Apo-  
stoli victi sunt, qui tunc credidit, quando illi  
defecerunt. Vide membra eius desperantia,  
attēde duos illos, quos post resurrectionem  
inuenit in via colloquentes secum, quorum  
vnus erat Cleophas, quando detinebantur  
oculi eorum, ne eum agnoscerent: quomo-  
do enim oculis agnoscerent, à quo mente ti-  
tabant. Et ideo dixerunt, & nos speraba-  
mus, quod esset redempturus Israel: spera-  
bant, & non sperabant: defecerunt oculi eo-

Luc. 23  
Luc. 24

rum ab sperando in Deum ipsorum, ipsos er-  
go in se transfigurauit dicendo, Defecerunt  
oculi mei ab sperando in Deum meum.

Doctores scholastici de passione Christi  
3. sent. dist. 19. & Sanct. Thom. 3. parte. q. 46.  
Et pro diffinitione quaesiti propositi expli-  
care oportet, an tempore Domine passionis  
Apostoli omnes Christi fidē amiserint,  
& an haeretici fuerint. Sunt enim quoad pri-  
mum Theologi plures, qui affirmant Apo-  
stolos omnes tunc fidem amisisse. Ex quo in-  
ferunt, quod episcopi omnes Apostolis suc-  
cedentes possunt Christi fidem amittere. Et  
quod eo temporis in sola Virgine fides per-  
manserit. Candela, inquit, illa significat,  
quae in officijs eorum dierum sola non ex-  
tinguitur. Sed quia haec ratio infirma vide-  
tur, testimonijs scripturae id confirmat. Do-  
minus enim dixit, Omnes vos scandalū pa-  
tiemini in me in ista nocte: scriptum est eni-  
m, Percutiam Pastorem, & dispergentur  
oues gregis. Glossa interlinealis, id est, Ab  
vnitate fidei soluentur. Et apud Lucam ver-  
ba mulierum nuntiantium Apostolis Chri-  
sti resurrectionem, visa sunt illis quasi deli-  
ramenta. Et Christus Apostolis omnibus ex-  
probrauit incredulitatem, & duritiam cor-  
dis. Item ex Augustino loco citato, quod as-  
firmat discipulos omnes desperasse. Et Tur-  
recremata in eandem sententiam refert Hie-  
ronymum, Gregorium, Isidorum.

Matth. 26

Luc. 24

Marcij. 16

Lib. 3. ff-  
ma. c. 61

Matth. 26

Opinio autem haec non modo non certa,  
sed neque probabilis quidem est. Et suade-  
tur. i. ex Matth. Qui, inquit, discipuli abie-  
runt in Galileam in montem, vbi constitue-  
rat illis Iesus. Et videntes eum, adorauerunt  
eum: quidam autem dubitauerunt: quidam  
ait, non omnes. Tum etiam, quia licet Mar-  
cus recapitulando ea quae alij Apostoli scri-  
pserunt, asserat, quod Christus increpauit  
duritiam Apostolorum, quia ijs, qui viderāt  
eum surrexisse, non crediderant, constat ex  
alijs Euangelistis non ad omnes Apostolos  
pertinere, nam Petrus & Ioannes, audito  
nuncio, cucurrerunt ad monumentū. Et Ia-  
cobus iuxta Hebraeorum Euangelium ab ho-  
ra, qua biberat Domini calicem, iurauit se  
non comesturum panem, donec Christum  
videret resurgentem, non ergo omnes Apo-  
stoli fidei iacturam fecerunt. Fides enim nō  
nisi per infidelitatem tollitur. Et qui Apo-  
stolos asserunt, nedum fuisse infideles, sed etiā  
haeticos, iniuriosi sunt, non solum illis, sed  
Christo & ecclesiae. Ad adducta in contra-  
rium respondemus, quod si aliquid probam,

Turrecre-  
mata lib.  
sum. c. 61.

id

ADVERTENTIAE IN OCTAVVM TOMVM

id solum est, Apostolos in confessione fidei defecisse, aut etiam in fide viva, quae per dilectionem operatur. Et ad hoc referri potest consuetudo illa ecclesiastica extinguendi omnes cereos, praeter unum. Item, quia, ut Augustinus admonuit, tunc Apostoli de fecerunt, cum nondum erant duces ecclesiae, nec impletum fuerat illud, Ego confirmaui columnas eius: postea vero quae a Christo patres constituti sunt, sine controversia semper fidem Catholicam tenuerunt. Et quod haeretici calumniantur, Pastores ecclesiae homines esse, ac perinde fallere ac falli posse, argumentum est exiguum: aliud enim est de imbecillitate naturae humanae disputare, aliud de Diuina gratia & providentia, quae homines in veritate fidei continentur, tota haec & simul fidelium concio homines sunt, Prophetarum, etiam Apostolorum, & Euangelistarum homines erant, sed quia spiritum veritatis acceperant, errare non poterant: sic & vniuersi Doctores ecclesiae homines quidem sunt, sed quoniam Diuino spiritu gubernantur, & ab eo aguntur, circa fidei dogmata, & mores ecclesiae errare non possunt.

In PG. 114

Apostoli an haeretici fuerint

Luc. 18.

Conditio

quae cum certa ecclesiae regula pugnet. Quinto, ut error is sit post susceptam professionem fidei in illo, qui Christo se credere confitetur. Ex quibus conditionibus constat, quae sit propositio haeretica: ea enim dicitur, quae haeresim interiorum enuntiat, illiusque est omnino signum. Et quia Deus solus nouit corda, & cogitationes filiorum hominum, ipse est clare cognoscere, quis verus sit haeticus: nam cum voces & signa externa fallacia aliquando sint, non est facile certas & infallibiles formulas fidei constituere, ut recte & ex ordine de haeresibus quis valeat iudicare: nam Theologi cum compertum habuerint, propositionem aliquam fidei Catholicae esse manifeste contrariam, forte subscribent illam esse haeticam: discussis tamen circumstantiis omnibus, contrarium formant iudicium. Ex quo constat non satis esse consultum multorum infirmitati & innocentiae, nisi fidei censores iterum atque iterum admonerentur, ut iudicium errantium ingenium & animum diligentissime studiant indagare: & potissimum, an eam pertinaciam habeant, quam diffinimus. Nec satis est ad sententiam de haeresi rite iustaeque ferendam haeresim esse suspicari, sed talem esse cognoscere & intelligere, ut sine errore de erroribus iudicetur. Nam si in causa sanguinis leges civiles id prescribere, ut probationes essent luce meridiana clariores: & quid fieri oportet ab ecclesiae iudicibus in eis causis discernendis, in quibus non solum res, honor, fama, vita hominis periclitatur, sed torius etiam generis ac familiae praecleara & sempiterna existimatio?

Pro B. Augustino: ipse pro se respondet in enarratione eiusdem psalmi in expositione neversiculi huius, Consolantem me quaesui, & non inueni, inquiens, intendamus diligentius & videbimus eum sustinuisse, qui simul contristaretur, & non fuisse: contristabatur enim illi carnaliter de vita mortali, quae mutanda fuerat morte, & reparanda resurrectione. Hinc erat illa tristitia: de illis enim esse debuit tristitia, qui caeci medicum occiderunt, qui tanquam pernicioso febricitante haeretici faciebant iniuriam ei, a quo fuerat illi salus illata, ille volebat curare, illi sequere: hinc tristitia medico: quare vtrum inuenit huius tristitiae comitem, non enim ait, sustinui qui contristaretur, & non fuit, sed qui simul contristaretur, id est, ex ea re, quae ego contristabar, & non inueni. Petrus certe in de plurimum amavit, ut in suetus, calcados

se

se sine dubitatione proiecit, & ad vocem Domini liberatus est: & eum ductum ad passio nem amoris audacia consecutus: tamen turbatus ter negauit, unde, nisi quia malum illi videbatur mori: id enim deuitabat, quod malum putabat: si ergo de Petro, de quo maior apparentia est, quod fidem non amiserit, neque de Domino desperauerit, expresse affirmat hoc loco Augustinus, quod turbatus & animi perturbatione ter Dominum negauit: idem ergo de ceteris Apostolis asserendum est, nempe, quod nec fidem amiserunt, nec tempore Dominicae passionis de eo desperauerunt.

riturum, sed mortuum est adhuc habet vitam: comparatum tamen corpori illi, quod futurum est, qualia sunt Angelorum corpora, inuenitur corpus hominis mortuum, quamuis adhuc habes animam. Sed rursus ab hoc inferno est aliud inferius, quo eunt mortui, unde voluit Deus eruere animas, etiam illuc mittendo Filium suum: ad hoc infernum missus est nascendo, ad aliud moriendo, propterea vox eius est in illo psalmo, Quoniam non dereliquisti animam meam in inferno. Qui ideo peruenit usque ad infernum, ne nos remaneamus in inferno.

Psal. 119

Aliam etiam opinionem dicam: Fortassis enim apud ipsos inferos est aliqua pars inferior, quo trudentur impij, qui plurimum peccauerunt: etenim apud inferos vtrum in locis quibusdam fuisset iam Abrahami, non satis possum diffinire, sed cum Euangelium asserat, inter nos & vos magnum chaos firmatum est, ut nec nos possimus venire ad vos, nec inde aliquis venire ad nos, ergo inter ista fortasse duo inferna, quorum in veno quieuerunt animae iustorum, in altero torquentur animae impiorum, attendens quidam orans hic, iam in corpore Christi positus dixit, quia liberavit se a talibus peccatis, per quae posset deduci ad tormenta inferioris, quoniam misericordia tua magna est super me, & eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Quemadmodum si medicus videat tibi imminentem egritudinem, forte ex aliquo labore, & dicat parce tibi, sic tracta, requiesce, his tibi vtere, nam si non feceris egrorabis, tu autem si feceris, & saluus eris: recte dicitur medico, liberaisti me ab egritudine, non iniqua iam eras, sed in qua futurus eras. Nescio quis habes causam molestam mittendus erat in carcerem, venit alius defendit eum, gratias agens, quid dicit? Eruiisti animam meam de carcere, suspensus erat debitor, solutum est pro eo, liberatus dicitur de suspendio. In istis omnibus non errant: sed quia talibus meritis agebantur, ut nisi subuenient esset, ibi essent, unde se recte dicunt liberari, quo per liberatores suos non sunt permisi perducere. Et concludit, Ergo fratres siue illud, siue istud sit, hic me scrutatorem verbi Dei non temerarium affirmatorem teneatis. Habes questionem hanc candido lectore dissolutam quarto

Luc. 16

OCTAVVM QVAESITVM.

An sint duo inferna.

Augustinus in enarratione psalmi 85. in explanatione versiculi huius, *non est misericordia tua magna est super me, eruiisti animam meam ex inferno inferiori*, duas opiniones adfert, quibus propositis re non diffinit, ne reudabit & incerte temerarius assertor videatur, sic inquit, Quod dicimus fratres, hoc si non vobis tanquam certus exposuero, ne succenseatis, homo enim sum, & quantum conceditur de scripturis sanctis, tantum audeo dicere, nihil ex me: infernum neque ego expertus sum adhuc, nec vos, & fortassis alia via erit, & non per infernum erit incerta sunt enim haec. Verum quia dicit scriptura, cui contradici non potest, Eruiisti animam meam ex inferno inferiori, intellegimus tanquam duo inferna esse, superius, & inferius: nam unde infernum inferius, nisi quia est infernum superius? Videtur ergo fratres esse quaedam habitatio coelestis Angelorum, ubi immortalitas & incorruptio, ibi omnia secundum Dei donum ad gratiam permanentia, illa pars rerum superna est, ergo superius est haec terrena, ubi caro & sanguis, ubi timores & horrores, laetitiae incertae, spes fragilis: quae si illi parti comparatur, illa superna est, haec inferna: & post mortem quo hinc nisi sit infernum inferius hoc inferno in quo sumus in carne. & in ista mortalitate: corpus enim mortuum est, ait Apostolus, propter peccatum, ergo & hic fuit mortuus, ut non mireris, quia infernum dicitur, si mortuus abundat: non enim corpore mo

Rom. 8

tomo Beati Chrysostomi ad vii. decimum quaest. tum.

NONVM

NONVM QVAESITVM.

An Christus sublatus est in manibus Angelorum, quando in caelum assumptus est.



Vgustinus in enarratione psalm. 90. in explicatione versiculi huius, *Quonia Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Declinat in hanc sententiam, quod Dominus, quando assumptus est in caelum, in manibus Angelorum est sublatus, sic exponens, Sublatus est Christus in manibus Angelorum, quando assumptus est in caelum: non quia si non portarent Angeli, ruiturus erat, sed quia obsequabantur Regi: ne forte dicaris, meliores sunt qui portabant, quam ille, qui portabatur, ergo meliora sunt iumenta quam homines: sed quia infirmitatem hominum portant iumenta, nec hoc debemus dicere: etenim iumenta, si se subtrahant, cadunt qui sedent, sed quomodo debemus dicere, nam de Deo dictum est, Coelum mihi sedes est, quia ergo coelum portat, & Deus sedet, ideo melius est coelum? Sic ergo & de obsequio Angelorum in hoc psalmo intelligere poterimus: nam non ad infirmitatem Domini pertinet, sed ad illius honorificationem, ad illorum servitutem.

Esai. 66.  
Acte. 7

Doctores scholastici de ascensione Christi in caelum. 3. sentent. dist. 22. Sanct. Tho. 3. parte. q. 57. & art. 1. querit, an fuerit concucniens, Christum ascendere. Et respondet conclusione affirmativa. Et est articulus fidei: Sed in ascensione Christus, donum aliud quod corporis vel animae acquisierit: neque, ad quod impassibilis, & immortalis, & iudee vivorum & mortuorum esset, responderetur, quod omnia ista antea habebat: ex convenientiam tamen loci gloriam & gaudium accidentale de re iam accepta & adepta acquisit.

Dubium tamen est, a quo loco ascenderit: Respondetur, quod a monte Oliueti. Quod si arguas, quia Matth. ultimo habetur, quod misit discipulos ad praedicandum & docendum: quae missio fuit in monte Galilee: ibi enim illis dixit, Itc docete omnes gentes, ut Marcij ultimo patet: & inde ascendit in caelum, non ergo ex monte Oliueti. Argumentum est Hieronymi. Sed respondetur cum Caietano, quod post locutionem illam statim assumptus est in caelum, ut Actuum. 1. constat: alia tamen die cum discipulis in monte Oliueti verba illa habuit, ut Lucae ultimo habetur, loquebatur enim eis in Betania, & sermone finito, assumptus est in caelum. Betania iuxta montem Oliueti est sita. Sed dubium est, quid est id quod conuolvens praecipit eis, ne ab Hierosolymis discederent. Erasmus cum caeteris grammaticis, quibus consentit Caietanus, dicunt, quod in Graeco non habetur, conuolvens, sed conuersans praecipit eis, &c. Dicimus tamen quod re vera conuoluebatur illis. Ita Origenes, Chrysostomus, Hieronymus, Theophilactus, Cyrillus, & communiter Patres omnes.

Sed dubium est de benedictione Lucae ultimo, quomodo eis benedixit. Valdensis libro de sacramentis respondet, quod signo crucis: & existimat, quod ecclesia in suis benedictionibus ex hac Christi benedictione habet fundamentum: sicut multa sunt in ecclesia, quae ad nos per traditionem Christi & Apostolorum ex aere in aurem perueniunt: sed quia hoc expresse in sacris literis non reperitur, ideo stricte non est de fide. Sufficit tamen quod ex coniecturis id habemus, tanquam a Christo & Apostolis traditum. Secundo dicimus cum Caietano, quod benedictio illa fuit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: tunc enim in consuetudine erat saluatio haec, Pax huic domui, in pace manete, quae maxime in Euangelio commendatur: ex hac enim vnitas religionis Christianae pender.

Dubium

Dubium tamen est, an Christus propria virtute ascenderit. Sanct. Thom. loco citato art. 3. respondet sequentibus conclusionibus. Prima conclusio, Si loquamur de Diuinitate, propria virtute ascendit. Secunda conclusio, Si vero loquamur de eius humanitate, secundum se, non ascendit virtute propria. Tertia conclusio, si consideretur virtus animae & corporis, quia corpus erat gloriosum, propria virtute ascendit. Ex hac doctrina S. Tho. inferimus, duo voluisse significare primum, quod anima rationalis extra corpus motu locale non habet, nisi ab alio moueatur. Ita tenet. 1. par. q. 116. art. 4. Secundum, quod corpora gloriosa, eo quod gloriosa sunt, animae obediunt ad nutum: neque imaginandum est cum Durando, quod corpus ex eo quod gloriosum est, grauitatem non habet: nam licet illam

illam habeat, non tamen impedit conditionem & proprietatem dotis agilitatis. Et aduertit Caietanus, quod quemadmodum concedimus, quod Deus patitur & moritur ratione communicationis idiomatum, ita & quod Deus ascendit: sicut de facto communis sententia Patrum tenet, quod Christus, quatenus suppositum Diuinum & humanum erat, propria virtute ascendit. Et haec est differentia, quam assignant inter Christi ascensionem & Beatissimae Virginis Mariae assumptionem, quia Christus Deus & homo erat, virtute propria ascendit: Beatissima vero Virgo ab Angelis assumpta in caelum ascendit: propria enim virtute ascendere non valuit.

Pro Augustino.

Ad argumenta respondemus, quod huic doctrinae non repugnat: nam quando ait, quod Christus sublatus est in manibus Angelorum, quando assumptus est in caelum, non negat, quod propria virtute ascenderit, ut ex verbis eius constat: ait enim, manibus Angelorum sic portati: non quia si non portarent Angeli, ruiturus erat: & tamen si propria virtute non ascenderet, si Angeli in manibus eum non portarent, in terram rueret: ideo explicat quid sit Angelos in manibus eum portare, & inquit, quod est ei obsequi, quia obsequabantur Regi: & ita non ad infirmitatem Domini, sed ad illius honorificationem, & illorum seruitutem pertinet.

DECIMUM QVAESITVM.

An Apostolis, qui ceciderunt, restituta sit fides & spes.



Vgustinus in enarratione huius praefationis, *Iste David cum terra riuere hinc est*, Psal. 96. adhuc videtur sententiam, quam supra tenuit in Psal. 68. nempe, quod tempore passionis discipuli fidem & spem amiserunt, & post resurrectionem illis sunt restituta, sic enim praefationem Psalmit exponit. Quid est ergo & quomodo accipitur in Christum, cum terra eius restituta est. Et respondet, David Christum praesignabat, quia & interpretatur manu fortis: & quis tam manu fortis, quam qui de cruce mundum vicit? nam post resurrectionem & ascensionem eius, accepto Spiritu sancto, loquentibus Apostolis varijs linguis, comota multitudo eorum, qui eum crucifixum, consilium quaesuit salutis, ac

cepit, credidit, ignotum est, datus est reatus sanguinis Christi, & facti sunt fideles eius, & ita restituta est terra eius, quod habet titulus Psalmit, Terra enim eius Iudaea, & perierat omnis Iudaea, quando crucifixum Dominum suum, ignorantes frenetici, sequebantur in medicum, & salutem inania repellentes: tanquam ergo perierat Iudaea tota, cum qua tota etiam Apostoli trepidauerunt: Petrus, qui audaci dilectione sequebatur, timida trepidatione ter negavit: resurgens in via quosdam loquentes secum de se tales inuenit, ut dicerent illi quarenti, unde colloquerentur, Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti, quae facta sunt in illa his diebus, quibus ille dixit, Quae? Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheeta potens in opere & sermone coram Deo & omni populo, & quomodo ei tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixum eum: nos autem sperabam? quia esset ipse redempturus Israel: iam spem Christi perdidit: non enim dixerunt, Speramus eum redempturum, sed sperabamus quod esset redempturus Israel: ipse cum eis erat, & spes illius in illis non erat: ostendit se illis, manifestatus est etiam caeteris discipulis, visus, correctatus, & inuentus illis, quibus iam perisse videbatur: reuocata est fides eorum, qui ceciderant, restituta est terra: Et concludit, alius enim intellectus tamen a Christo non recedens sic potest nobis occurrere, terra restituta, caro resuscitata. De hac quaestione vide supra tom. isto. 8. ad septimum quaesitum.

Luc. 24

VNDECIMUM QVAESITVM.

An Christus realiter sit in Eucharistia.



Vgustini verba huius versiculi, *Aduerte scabellum pedum tuorum*, Psal. 98. exponentia vsurpant Sacramentarij nostrorum temporum, & olim vsurparunt haeretici, qui Christi corpus a Sacramento Eucharistiae excluderant. Verba Augustini haec sunt, Cum adoras scabellum pedum eius, ne cogitatione remaneas in carne, & a spiritu non viuificeris: spiritus enim viuificat, caro autem nihil prodest. Tunc autem quando Dominus hoc commendauit, de carne



Ioann. 1. carne sua locutus erat, & dixerat, Nisi quis manducaverit carnem meam, non habebit in se vitam æternam. Scandalizati quidam discipuli, & dixerunt, Durus est hic sermo: acceperant illud stulte, carnaliter illud cogitauerunt, & purauerunt, quod præcissurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt, Durus est hic sermo: ipsi erant duri, non sermo: ille autem instruxit eos, & ait illis, Spiritus est qui viuificat, caro autem nihil prodest: verba, quæ locutus sum vobis spiritus sunt & vita: spiritualiter intelligite quod locutus sum: non hoc corpus, quod videtis manducaturi estis, & bibituri estis illum sanguinẽ, quẽ futurum estis qui me crucifigent: sacramentum aliud quod vobis commendauit, spiritualiter intellectum viuificauit vos, & si necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi. De hac questione vide supra 2. tomo Chrysostomi ad tertium quaesitum, & ad decimum quintum.

DE VODE CIMVM QVAESITVM.

An cœli igne perituri sint.



Augustinus enarratione psal. 101. in expositione versiculi huius, *Et opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes*, indiffinitam hæc quaestionem relinquit, an cœli igne sint perituri, sic exponens, opera manuum tuarum sunt cœli: opera, ecce quæ verbo fecit, utique etiam manibus fecit, quia virtute sua fecit, quia potestate sua fecit: at tunc potius quid fecerit, & noli quaerere quomodo fecerit: multum est enim te comprehendere quomodo fecerit, ut prius sis seruus obediens, & postea fortasse amicus intelligens, ergo opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes: aperte dixit hoc Apostolus Petrus, cœli erant olim de aqua, & per aquam constituti Dei verbo, per quod factus est mundus ab aqua mundatus deperijt: terra autem & cœli, qui nunc sunt, eodem verbo depositi sunt igni seruandis: iam ergo dixit, perijt cœlos per diluuium: perijt autem cœlos nouimus secundum quantitatem, & spatia aeris huius, excreuit enim aqua, & totam istam capacitatem,

vbi aues volitant, occupauit, ac si utique cœli perierunt propinqui terris: cœli secundum quod dicuntur aues cœli, sunt autem & cœli cœlorum superiores in firmamento. Sed utrum & ipsi perituri sint igne, an hi soli cœli, qui etiam diluuium perierunt, disceptatio est aliquando scrupulosior inter doctos, nec facile maxime in angustia temporis explicari potest. Dimittamus ergo eam vel differamus: nouerimus tamen perire ista, Deum manere.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 48. & S. Tho. ibidem quaerunt, an ignis, qui diem Iudicij præcedet, cœlos & omnia elementa purgabit: Et respondent concorditer, quod cœli die Iudicij perituri non sunt, & quod ab igne non attingentur, neque per ipsum purgabuntur. Duplex enim futura est corporaliu reru purgatio, videlicet, & ab extranea permixta natura, & a focibus & contagione delictorum: priori autem purgatione cœli per ignem non indigent. Probatur, quia in ipsis nihil est extraneæ naturæ admixtum, neque quidquam contrarium habent, quod ipsis nocere possit, sed solo motu locali nobis seruiunt, & influentijs quæ ad eundem motum consequuntur: nulla ergo purgatione indigent, sed sola motus cessatione, ut requiescant: cessatio autem illa motus non fiet per aliquam agentis applicationem, sed Dei nutu cessantis orbis illos moueri, & ideo quies cœlorum supernaturalis eis erit. Ex quo sequitur, quod a contagione & infectione peccati non sunt expiandi, quia in illis non peccamus, sicut in loco, quem admodum in terra, aere, & mari. Et si in cœlo empyreo: Angeli deliquerunt, purgatione non eget, eo quod protinus inde fuerunt deiecti, præterquam quod ubi Deus se beatus ostendit, nulla est alia opus lustratione. De hac questione vide supra quinto tomo B. Hieronymi ad 6. quaesitum.

DECIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An opera bona sint meritoria.



Augustini sententiam enarratione huius versiculi, *Qui coronat te in misericordia & miserationibus*, Psalm. 102. Hermannus Bodinus in collectaneis recessit inter eas, quibus Lutherani bonorum merita oppugnant. Ea est hæc, *Qui in nobis victi sumus, in illo vicimus, ergo coronat*

1. Cor. 15.

ronat te, quia dona sua coronat, non merita tua. Plus omnibus laboraui, ait Apostolus, sed vide quid adiungit, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et in expositione psal. 98. super illud, *Exaltate Dominum Deum nostrum*, ait, Deus, qui in nobis est, coronaturus est non merita nostra, sed dona sua, quantum debet à nobis exaltari. Exaltate ergo Dominum Deum nostrum. Et in enarratione psal. 88. ait, cum viderit homo quidquid boni habet, non se habere ex se, sed à Deo suo, videt id totum quod in eo laudatur non de suis meritis, sed de misericordia Dei. Et in psalm. 139. Meritis, inquit, suis nihil tribuunt sancti, totum non nisi misericordiam tuam tribuunt ó Deus. Et psalm. 144. exponens ea verba, *Miserere & miserator Dominus*, &c. inquit, Gratia salui facti estis, ubi audis gratiam, gratis intellige, si ergo gratis nihil tu attulisti, nihil meruisti: nam si meritis aliquid redditum est, merces est non gratia. Et paulò post, *Totum de misericordia est*, merita tua nusquam iactes, quia & ipsa tua merita sunt illius dona. Et epistola. 105. ad Sixtum presbyterum, cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quam munera sua. Et in Ioann. tractatu. 3. Cum ergo Deus præmium immortalitatis tribuit, dona sua coronat, non merita tua. Et in libro. 50. homiliarum homilia. 14. Propterea tua à te tibi parata non nouimus nisi mala, cum ergo Deus coronat merita tua, nihil coronat, nisi dona sua. Et hanc eandem sententiam innumeris penè locis repetit, quos ne lectori molestus sum, prudens omitto.

Ephas. 2

Doctores scholastici de merito disputant 2. sent. dist. 27. & 28. & S. Tho. 1. 2. q. 114. & priori articulo quaerit, an homo aliquid possit mereri à Deo. Et titulus articuli intelligendus est de gratia cooperante & habituali: an illa media homo mereri potest aliquid à Deo, & non de ipso speciali Dei auxilio. Et respondet duabus conclusionibus. Prima conclusio, *Hominis ad Deum non potest esse meritum simpliciter*, quia ut sic requiritur æqualitas, Deus tamen in infinitum hominem excedit. Secunda conclusio, *Secundum proportionem, & ex ordinatione Diuina hominis ad Deum esse potest ratio meriti*. Probat, quia Deus ordinauit quod homo ex dispositione debita & Dei auxilio proportionem aliquam & iustitiam & meritum haberet, ut Deus mere liberè ei præmium reddat. Ex quo habetur, quod ratio meriti in hoc consistit, quod opus hominis sit bonum

& iustum & liberum ex ordinatione ad alterum, & principaliter ex ordinatione Diuina, sic enim Deus disposuit & ordinauit.

Dubium.

Dubium tamen est, an ratio debiti & iustitiae esse debeat secundum iustitiam commutatiuam, an secundum distributiua. Durandus. 2. dist. 27. q. 2. tenet, quod debet esse debitum secundum iustitiam commutatiuam, quæ valorẽ rei respicit, & quia Deus in præmiandis operibus nostris non personam, sed valorem rei respicit, iustitia autem Dei distributiua respicit qualitates personarum, non ergo secundum rationem iustitiæ distributiua, sed commutatiua opera nostra præmiat. S. Tho. loco citato contrariam sententiam tenet. Et ita tenendum est, ut constat ex illo Iacobi, *Beatus vir qui suffert temptationem*, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Et Apostolus, *De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ*, quam reddet mihi Dominus iustus iudex: si ergo secundum merita præmium est redditurus, ergo secundum rationem iustitiæ distributiua: si enim Deus præmiat secundum merita, & secundum quod unusquisque in corpore gessit, ergo secundum iustitiam distributiua. Tum etiam, quia in commutatiua uterque aliquid accipit, quod prius non habebat, quod tamen in Deo contingere non potest: nihil enim homo ei reddere potest, quod ipse antea non haberet. Item, quia Deus quidquid dat, ex sua liberalitate donat, non ergo est commutatio, quæ est secundum debitum. Itæ, quia quidquid Deo reddimus (sicuti actus meritorios) prius ab eo recepimus. Itæ, quia si aliquid distribueretur ad utilitatem communitatis, si non esset respectus qualitatis personarum, non esset iustitia distributiua, quia solum respicitur ad valorem rei: hoc autem est falsum, ergo. Et sententiam Durandi falsam esse, non dubium est.

Dubium.

Dubium etiam est circa aliud, quod S. Tho. inquit, scilicet, quod gratia meriti consistit in hoc, quod actus sit liber: nam Oichot. 1. senten. q. 1. tenet, quod fides naturaliter producit, & ita quod per actus naturales mereri possim, quia meritum in acceptatione diuina consistit: si ergo actus naturales potest acceptare, ergo & per illos mereri. Hæc tamen sententia similiter est falsa, ut S. Th. probat. 1. parte. q. 1. art. 8. falsitas vero illius constat, ex Augustino iniquiente, quod peccatum in ratum est peccatum, in quantum voluntarium, debet ergo esse liberum & in potestate nostra: & tamen

s. Petr. 3

secundum Olchot, sicut Deus potest acceptare actus naturales, potest & non acceptare: & sic possemus puniri pro aliquo, quod in potestate nostra non est. Item, quia philosophus. 1. Polit. ait, propter ea, quae nobis in sunt à natura, nec laudamur, nec vituperamur, ergo ratio laudis vel vituperij in nostra est potestate. Quod ex eo constat, quia cum laus sit praemium virtutis, nulli datur, nisi pro opere, quod in eius libera facultate consistit: debet ergo opus meritorium esse liberum. Et ita tenendum est, quod ad meritum requiritur libertas. An vero ultra gratiam requiratur alia acceptatio, statim diffiniemus.

Dubium tamen est, an quis mereri possit gloriam sine gratia, S. Tho. art. 2. respondet, quod siue homo sit in statu naturae integre sine corrupte sine gratia vitam aeternam mereri non potest. Probat ex Paulo ad Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna: & ratione, quia gloria est quid supernaturale, non ergo attingi potest sine aliquo supernaturali, alias aliquid ultra gradum suae perfectionis ageret. Supposito quod questio intelligitur de lege, & non de potentia absoluta, est dubium, an detur meritum de congruo respectu primae gratiae: ita quod si quis se ad illam disponat, dicatur de congruo mereri, ita ut sit congruitas quaedam ad hoc quod Deus gratiam illi communit. S. Tho. questione citata art. 5. absolute negat meritum de congruo. Et quod tale non sit, probatur ex illo Apostoli, Reliquiae Israel convertentur in fine, non tamen ex operibus, sed ex gratia, quia si ex operibus, iam non est gratia. Et idem habetur ad Rom. 10. quod gratia non ex operibus, alias non esset gratia. Et ad Rom. 4. habetur, ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam. Et ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: ergo fides ad omne meritum praesupponitur: talis autem non est ex operibus, ut constat ex illo. 1. Cor. 7. Misericordiam consecutus sum, ut sim fidelis, & ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: & idem asserit Apostolus locus omnibus, in quibus de fide loquitur: & est donum Dei, ergo non est ex merito, & per consequens nec ipsa gratia, cum fides praesupponatur ad illam. Item, quia opus ante gratiam est opus inimici, quia existentis in peccato, ergo non est meritorium. Item, quia vel gratia datur propter illud opus, & sic non est gratia, si ergo non propter illud, non ergo est meritum. Ita Augustinus super illud ad Rom. 9. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. 1. lib. retracta. c. 21. se retractat, ex eo quod

dixerat, quod fidem ex nobis habere possumus. Est etiam incidere in opinionem Pelagij, qui asserit, quod ex puris naturalibus mereri possumus. Sequitur etiam ex hac sententia, quod istae propositiones essent concedendae, scilicet, quod in potestate impij est sua iustificatio, & quod in potestate ipsius esset mereri, & in Deum converti ex proprijs. Quae tamen contra Pelagium sunt damnatae. Damnatur etiam meritum congrui Concilio Milevitano Can. 5. & Arauxicano Can. 25. & Synodo Tridentina sess. 5. Ca. confessionis. 5. ubi ait, quod exordium iustificationis est à Deo, nullis praecedentibus hominis meritis: ratione cuius tenet S. Tho. quod illud dici non potest meritum de congruo, quia is, qui operatur, est inimicus, bene tamen dicitur congruitas quaedam: congruum enim est, quod quando homo operatur se disponendo eo modo quo potest, Deus suam gratiam ei communicet.

Dubium aliud est, an homo in gratia constitutus de condigno possit mereri gloriam, hoc est, an si pro opere ex gratia elicit gloria ei non daretur, Deus iniuste faceret. Sicut Th. art. 3. respondet tribus conclusionibus. Prima, Si consideremus opera prout sunt ex libero arbitrio, ut sic non est condignitas, quia est maxima inaequalitas. Secunda conclusio, Bene tamen est congruitas. In his omnes Doctores scholastici conveniunt. Tertia conclusio, actus procedens ex gratia de condigno est meritorium gloriae, quia ibi est aequalitas, quia Spiritus sanctus movens per gratiam simul cum ordinatione Divina, equatur gloriae: per gratiam enim filij sumus & haeredes, ut Paulus ait, sicut ergo filijs haeredibus & obedientibus de iure debetur haereditas, ergo & nobis per gratiam operantibus iure debetur gloria: quod ex Paulo constat iniquante. Reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi iustus iudex: si ergo, corona ex iustitia est debita, ergo ex condigno.

Dubium est circa hanc conclusionem tertiam S. Tho. quia Scotus negat meritum de condigno: & tenet, quod ultra gratiam tale opus acceptetur ad gloriam, & similiter Durandus, idem Marsilius. 2. q. 27. qui tenet, quod respectu gloriae nulla est condignitas in nostris operibus, taliter quod si illa non praemiaret, iniuste non faceret: concedit tamen, quod bene est congruitas & dignitas, id est, dignum est, quod Deus facienti & operanti in gratia gloria sua praemiet: & in hoc omnes convenire habent, ut ex multis locis scripturae constat: Lucae enim. 10. habetur, Dignus

Cōcilium  
Tridentinū

Dubium

1. Thim. 4

An sit me-  
ritū de cō-  
gruo.

Dignus est operarius mercede sua, & Apocalyp. 2. Ambulabunt mecum in vestibus albis, qui digni sunt, & Sapient. 3. Probavit eos, & invenit dignos se, & 1. Thimo. 4. De reliquo reposita est mihi corona iustitiae, & multa alia similia his. Non ergo negari debet, quod sit dignitas. Probat tamen Doctores praedicti contra S. Tho. quod in operibus nostris non sit condignitas. Probat primo ex Apostolo ad Rom. 8. Non sunt condignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam, qui tamen loquebatur de passionibus sanctorum martyrum, quae sunt maxime meritoriae. Quod si dicatur (ut S. Tho. dicit) quod Apostolus loquitur de passionibus secundum carum substantiam, & secundum quod procedunt ex nostro libero arbitrio, non tamen ut sunt ex gratia, hoc non satisfacit, quia ut sic nec digna sunt. Secundo, quia nos non possumus Deum debitorem constituere, ut Augustinus de libero arbitrio inquit, quod Deus quidquid dat, mere gratis dat, si autem meritum de condigno esset, constitueremus eum vitam aeternam debitorem. Tertio, quia ad condignitatem requiritur aequalitas, Deo autem aequalens reddere non valemus, quia quidquid reddiderimus, totum ei debemus, ex eo quod nobis esse dedit, & nos conservat, ergo non est condignitas. Quarto sequitur quod si opera nostra bona non praemiaret, iniuste faceret, quod tamen concedi non debet, quia necessitaretur ad gloriam dandam. Quinto, quia gratia ipsa gloriam non valet, quia gloria est perfectior illa, non ergo est aequalitas, ergo neque condignitas. Sexto arguit Durandus, quia vel illa condignitas & meritum esset per hoc quod Deus obligaretur: & hoc non, quia Deus non esset obligabilis: & asserere quod Deus iniuste facit, blasphemum esset, quia cuilibet dicere potest illud Evangelij, Amice non facio tibi iniuriam, &c. Et esto Deus ex sua ordinatione condignitatem talem constituisset, tunc meritum illud non esset de condigno, sicuti si rex vel aliquis alius pro parvo labore praemium magnum promitteret, tunc rationem meriti non haberet, sic ergo in proposito. Septimo, quia sequitur quod adeo stricte sicuti Christus meretur, quod tamen falsum est, nam tunc passio Christi superflua esset, cum homo de condigno mereri posset, & pro delictis satisfacere: sequela patet, quia si de iustitia quis potest mereri, ergo adeo stricte sicuti Christus. Octavo sequitur quod iuste ita stricte mereretur gloria, sicut peccator est reus poenae aeternae:

Contra S.  
Tho.

Scotus.

Durandus

hoc autem est contra anxiosa illud commune, quod Deus praemiat ultra condignam, & punit citra: maior ergo condignitas est ad poenam quam ad gloriam: & tamen si de condigno quis mereretur, non esset maior, ergo. Ultimo, quia Augustinus in de correctione & gratia. c. 13. super illud Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, per gratiam intelligit gloriam, ergo ad illa non est condignitas, alias gratia non daretur, ut illam mereremur.

Haec argumenta sunt, quae sententiam S. Tho. oppugnare videtur, quomodoque explicetur, siue secundum Caietanum, qui ait, quod est condignitas & aequalitas gratiae in ordine ad beatitudinem formalem, quae est quid creaturae. Et fortius impugnat Capreolus, qui sic intelligit S. Tho. quod est condignitas ad gloriam ratione meriti, in quo includitur motio specialis Spiritus sancti simul cum gratia & actu liberi arbitrii, & totum hoc sicuti unica causa, & quia Spiritus sanctus est infinitus, ideo meritum equatur praemio.

Potest nihilominus ad haec argumenta utrumque responderi. Et ad primum respondemus, ut in principio diximus. Et ad replicam damus illatum, quia nec S. Tho. oppositum intendit, itaque nec sit dignitas neque condignitas. Ad secundum & tertium respondetur, quod est ita, quod non possumus Deum debitorem reddere, neque aequales acceptis ratione operum nostrorum reddere, bene tamen ex ordinatione sua, qua disposuit & se constituit debitorem: quod specialiter concurrente Spiritu sancto & gratia in operibus nostris esset ratio iustitiae & debiti. Ad quartum respondet Caietanus, quod si Deus necessitaretur, est necessitas consequentiae & non consequentis, & ex sua ordinatione: & ita non sequitur, quod iniuste faceret non dando, sed solum propter hoc quod seipsum negat, & non tamen ex debito ratione operis. Ad quintum, quando infertur, quod gratia non aequivaleret gloriae, respondetur, quod considerando illa omnia in bono opere & meritorio, nempe, Spiritum sanctum auxilio speciali concurrentem, illi aequivaleret. Quod si dicas, quod tunc praemium deberet esse infinitum, si in ratione meriti Spiritus sanctus computetur. Ad hoc secundum Capreolus, id est concedendum, quia defacto beatitudo obiectiva est praemium infinitum illi correspondens. Ad sextum ex Durando respondetur, quod Deus ex promissione sua bene est obligabilis. Et ad aliud fortius dicimus, quod ex eo ibi est condignitas, quia Deus sic disposuit. Et hoc est esse meritum de condigno, Deum sic ordinasse, pro tali actu gratuito informato dare gloriam

Defecto S.  
Tho.

Ad Duran-  
dum.

gloriam. Ad aliud dicimus, quod non est eadem ratio, quia actui nostro malo ex natura sua poena debetur aeterna, opus autem nostrum absolute gloriam non meretur, nisi ex praerogatione & gratia aliqua Diuina & supernaturali supposita. Ad aliud de Christo dicimus, quod non est eadem ratio, quia meritum nostrum est ex merito Christi: eius enim meritum fuit, quia genus humanum redemit, nostrum vero est particulare. Tum etiam, quia Christus stricte amplius meruit ratione circumstantiae personae, quia infinita, & ex natura sua praemium ei debebatur, quia persona erat infinita, & Patri equalis, & ita in ordine ad primum erat equalitas meriti. Ita Caietanus. 3. parte. q. 1. artic. 2. ad loquum probat, quod Christus de condigno magis meruit quam omnes aliae creature. Ad aliud ex Augustino, qui gloriam vocat gratiam, responderetur, quod loquebatur in comparatione ad actus nostros: vel quod per gratiam intelligit gratiam vnionis, respectu cuius non fuit meritum.

Caietanus

Caietanus in fine articuli tertij assignat condignitatem & equalitatem meriti inter actum ex gratia elicatum, & beatitudinem formalem, quae est quid creatum, non tamen in ordine ad Deum. Contra hunc tamen modum militat argumentum illud tactum: tunc enim non esset equalitas, tum quia beatitudo perfectior est ipsa gratia, tum etiam quia per actum bonum gratia informatum Deum ipsum meremur, quia visionem eius, & consecutionem actualem & retentionem illius meremur, & tamen Deus per aliquid creatum haberi non potest. Item, quia etiam meremur effectiue, & ut retributorem se habentem, quod est contra ipsum Caietanum: sequela patet, quia Deo obiectiue se habete, sine hoc quod effectiue se habeat, illum videre non possumus, quia ad nostram beatitudinem simul obiectiue & effectiue concurrunt, quod negari non potest, cum dicat perfectionem. Quod si Caietanus dicat, quod licet ita sit, beatitudinem tamen meremur de peraccidens, quia beatitudo haberi & consequi non potest sine illis medijs, contra hoc tamen est argumentum, quia non esset equalitas meriti ad praemium, & ex consequenti neque dignitas, quia praemium excedit meritum. Verum tamen est, quod Caietanus. 3. parte. q. 1. artic. 2. totam condignitatem actuum nostrorum tribuit ordinationi Diuinae: quod est cum opinione Capreoli coincidere: consulendus est ibidem Caietanus, quia ibi optime

tractat condignitatem operum nostrorum & Christi.

Haeretici nouelli doctrinam hanc oppugnant contendunt. Verum est, quod Calvinus, & omnes protestantes palam in hoc a doctrina sui magistri Lutheri recesserunt: qui audiebant apud omnes tam Patres quam Doctores scholasticos receptum esse verbum meriti: & aperte asseruerunt aliqua opera nostra esse meritoria. Philippus in Apologia confesit. Augustinus in hoc inclinatur, quod opera bona iustorum merentur gloriam & incrementum gratiae, negat tamen ea esse meritoria vitae aeternae de condigno. Calvinus tamen absolute negat opera bona iustorum meritoria esse vitae aeternae. Buzerus cauens illa verba Pauli, Qui reddet unicuique iuxta opera sua, admonet verbum illud, iuxta opera, nullam dicere causam, aut meritum operum nostrorum, sed tantum compensationem.

Quod vero bona opera iustorum meritoria sint beatitudinis, ultra adducta, sequentibus suadetur. Primo, vita ipsa aeterna vocatur merces operum bonorum, aliqua ergo praecedunt in iustis merita illius, nam merces correlatiua est meriti. Quod vero vita aeterna sit bonorum operum, constat ex illo Esaiæ, Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo: ut eum de se esse ostenderet, quem Esaias praedixerat, per Ioannem dicit, Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique iuxta opera sua. Et haec est merces, quam Patres expectabant cum Davide iugiter diceret, Quid mihi est in caelo, aut a te quid volui super terram? Et aduertendum, quod desiderium Patrum erat Deum videre, ut eo fruerebatur: omnia enim alia bona, quae fingi poterunt praemia esse bonorum operum, sicut sunt aureae martyrum, virginum, & Doctorum, & alia gaudia accidentalia a beatitudine ipsa desunt: & ideo necesse est, eam dicere mercedem, nam si ipsa merces non esset, nec ratio mercedis illis conueniret, quae ex ea ut quodam corollarium consequuntur. Cum ista sint tam aperta testimonia, quid est quod haeretici isti non verentur inuertere, obumbrare, adulterare, & torquere contra sensum ecclesiae, & Patrum scripturam sacram? Et querimus ab istis, cum Christus dicebat Apostolis, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis, quis credat vel intelligat de alia mercede cum locutum, quam de vita aeterna: quam enim aliam mercedem ipse praedicabat bonorum operum, quam vitam aeternam & regnum caelorum? nam cum dixisset, Beati

Rom. 2

Opera bona iustorum merentur beatitudinem. 1. Ratio.

Esai. 4

Apo. 12

Psal. 72

Math. 5

qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum, nonne adiecit, Ecce enim merces vestra copiosa est in caelis, insinuans, quod merces bonis operibus iustorum correspondet? Et hac ratione cum explicuisset per obseruationem mandatorum, vitam aeternam esse possidendam, roganti Petro, quod praemium maneret eos, qui omnia propter ipsum reliquerant, respondit, Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Ac ut sciremus ipsam vitam aeternam fore mercedem bonorum operum, adiecit, Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Et haec est merces, quam propheta & Apostoli vno ore praedicauerunt.

Math. 19.

2. Ratio.

Eccles. 18

Hebr. 13

Luc. 6

2. Thim. 4

3. Ratio.

Math. 25

Luc. 16

Secundo loco, possumus hoc idem euincere ex locis, quibus passim in scripturis vita aeterna dicitur retributio, sicuti est illud Apostoli, Reddet unicuique secundum opera sua, & Ecclesias. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, & Apostolus, Beneficentiae autem & communiois nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Haeretici, quia locus Ecclesiae fidei eos reuincit, librum illum Canonicum esse negant, contra diffinitionem Concilij Florentini, & Carthaginensis. 3. approbato in sexta Synodo generali, & a Gelasio cum concilio 70. episcoporum. Et Egesippus & Ireneus Apostolorum vicini hunc librum Ecclesiae fidei, ut propheticum citant. Sed de hoc alias latius diximus. Et Dominus nisi merces uestris esset debita, non dixisset Christus, in eam furam bonam & coagitatam & superfluentem dadam esse misericordibus: non de illa dixisset, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Et Paulus, non tantum fidei, sed & operibus bonis asseruit, coronam iustitiae esse debitam, & brauium seu palmam bene operantibus repositam. Tertio, Christus in sententia ferenda in die iudicij explicuit opera bona se allaturum pro causa remunerationis bonorum operum, sicuti igitur illa causa & merita ipsius: tunc enim dicit his, qui a dextris eius erunt, Venite benedicte Patri mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Et rursus, seruo fidei dixit, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa

te constitutam, intra in gaudium Domini tuis ac nisi iusti sibi & alijs possent beatitudinem promereri, non dixisset, Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiam vos in tabernacula: & Paulus, Tribulationes patienter toleratas causam esse vitae aeternae consequendae ostendit, dicens eas operari nobis insigniter, & supra modum eternum gloriae pondus. Et rursus, Qui seminatur in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Et scriptura passim de operibus bonis respectu vitae aeternae loquitur, ac de malis respectu damnationis aeternae. Si ergo de malis non dubitatur quin sint causa damnationis, ergo nec de bonis ambigi debet, quin sint beatitudinis causa. Quarto, Deus promissit iustis beatitudinem propter bona opera, & illi sunt digni tanto praemio, nihil ergo operibus illis deest, quominus censeantur illius meritoria: aut enim nullum potest esse opus, quod meritorium sit alicuius praemij: aut ad id sat est praemium illud promissum esse ei operi, & facientem ea remuneratione esse dignum. Et quidem de vtroque sunt clara testimonia scripturae: nam Paulus ait, Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est, & futurae. Et rursus, Fidelis sermo: nam si dormitui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & coregnabimus. Et concludit, Si nos credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Ex quibus verbis Bernardus, securitatem & gloriam ecclesiae colligit de promissa beatitudine. Et Petrus expectatione huius praemij Pastores ecclesiae exhortatur ad pascedum gregem Domini, Cum apparuerit, inquit, princeps pastorum, percipietis immarcescibilem coronam gloriae. Et omnibus loquens inquit, Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Et hoc est quod Christus bene operantibus pollicetur dicens, Qui credit in Filium Dei, habet vitam aeternam: & qui diligit me, diligitur a Patre meo. Et in coena ad Apostolos dixit, Vos estis, qui permanistis mecum, &c. Et istam tam magnificam promissionem Dauid iam olim expressit, nam querens, quis habiturus esset in tabernaculo Domini, &c. respondit, qui operatur iustitiam. Et Origenes, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Gregorius in parabola illa de conuentione cum mercenarijs facta ex denario diurno, omnes concorditer asserunt, beatitudinem esse denarium diurnum, ex cuius promissione & conuentione Dominus

Luc. 16

Galat. 4.

4. Ratio.

1. Thim. 4

2. Thim. 2

Bernardus 99 sermo. 69 in Cant. 2. Petr. 3

Math. 7

Luc. 22.

Psal. 74 Psal. 23

Math. 20



vult, vt quisquā pro sua virili in hac vita laboraret. Ex quibus colligitur, Doctores & maxime S. Tho. non immerito posuisse meritum de condigno respectu beatitudinis: quia ex hac promissione opera bona iustorum equalitatem aliquam habent ad primum vitam æternam. Et hinc intrepide mori sunt, vt affererent, iustis beatitudinem debere: debetur enim quod promissum est, & hoc est, quod Christus insinuavit dicens, Poenitentiam agite, & appropinquabit regnū cœlorum. Tāta enim erga homines est bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona: & pro his, quæ largitus est præmia, sit donaturus æterna. Et Augustinus epistola 105. ad Sixtū quærit, Nulla ne igitur sūt merita iustorum? Et sibi respondēs ait, Sūt plane, quia iusti sunt, sed vt iusti fierent, merita nō fuerunt. Et de prædestinatione sanctorū. c. 12. Pro bonis meritis in resurrectione nouissima, inquit, recipiēda esse præmia, & pro malis horrenda supplicia. Et 14. de Trinit. c. 15. ait, Vitā æternā pro meritis præcedētibus reddi, & merito iustitiæ tanquā stipendium, sicut mortē reddi merito peccati. Et alio loco, quid animā faciet beatam, nisi meritum suum, & præmium Domini sui? Et si patres aliqui alicubi negasse videantur bonis operibus beatitudinem non esse meritā, aduertat pius lector, illos nō negare meritū aut debitū ex gratia & promissione Diuina, sed ex libertate, & viribus nostris intelligunt nō esse debita, iuxta illud Pauli, Non sunt cōdignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriā. Et hæc sunt merita, quæ Augustinus vult nos obliuisci, vt dona Christi ropectore amplectamur. Et ad omnia, quæ Lutherani pro se adducunt, nempe, beatitudinem non deberi propter bona opera, sed tantum est cōpensatio quædā laborum & afflictionum huius vitæ, respōdetur, quod perspicuum est, scripturam vitam æternā appellare hæreditatē: non tamen inconuenit, quod id, quod iure hæreditario debetur bonis operibus, fiat etiā debitum: nam & in humanis filiis obedientes sua pietate & obsequiis in patrem promereri possunt hæreditatem filiationis iure sibi debitam. Et Christus doctes corporis, & exaltationem sui nominis, & potestatem iudicariam ac dominium orbis suis præcellentibus operibus meruit, etiam si gloria corporis sibi esset debita iure primogenituræ. Vnde scriptura hæreditati coniungit retributionem, & cōuerfo: nam Paulus seruis ait, Quodcunque

facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Ecce quomodo hæreditatem tribuit iure bonæ & fidelis seruitutis hominibus exhibet. Et ad Hebr. ait, Non senes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabant promissiones: vbi iure fidei & patientiæ ait iustis hæreditatem promissam obuenturam. Et vt intelligeremus hæreditatem huiusmodi regnum esse cœlorum bonis operibus promissum, vbi Paulus dixit, Si filij, ergo hæredes, statim subiungit, Si tamen cōpatimur vt conglorificemur: & hinc ecclesia didicisse videtur, quod de martyribus canit, Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, vt hæredes fierent in domo Domini. Nec dubitari potest, admirabilem eorum virtutem & patientiam cōdignam esse præmij beatitudinis pro tam horrendis tormentis equanimiter, alacriter, & lætanter toleratis, quod ecclesia eui denter manifestat diffiniens, iniuriam facere martyri, qui orat pro martyre. Et tandem in damnationem Lutheri, & omnium protestantium sancta Synodus Tridentina sess. 6. Can. 26. sic diffiniuit, Si quis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi meritū, si bene agendo, & Diuina mandata custodiendo, vsque in finem perseuerauerit, anathema sit.

Pro Augustino respondemus, quod ex verbis eius conuinci non potest, vt Lutherani falso mentiuntur, eum damnare merita fidelium, ac bonorum operum. Vbiq; enim docet, ac defendit, id quod sermone de tēpore. 162. affirmat. inquit, Deus pro meritis fidei atque bonorum operū dabit fidelibus suis regnū cœlorum. Quibus assertionibus factum Pelagianorum deicit, qui se iactabant proprijs viribus & laboribus etiam absque Diuinae gratiæ auxilio promereri & cōsequi posse coronā æternam felicitatis. Aduersus hanc tā insolentem arrogantiam Augustinus pronuntiat, Deus in nobis non coronare merita nostra, sed dona sua, insinuans, hæc forma loquendi humana merita bifariam esse consideranda: vel quatenus oriuntur à viribus distitutis nostris, nullo præcedente nec comitate Diuinae gratiæ auxilio. Et hæc nec digna sūt corona, neq; à Deo coronantur in nobis, sed inani dūtaxat nomine meriti

Hebr. 6

C. cū Martine de cœlebr. mis.

Cōcilium Tridentinū

Beatitudo bonis operibus debetur Math. 3.

Aug. 11.

Respondeatur hæreticis.

Vita æterna retributio hæreditatis. Colof. 3.

meriti gaudet: vel quatenus oriuntur ex Diuina bonitate fauore gratiæ præuenientis, nobis cōsentientibus & cooperantibus, vt fiat & augetur: & hæc sunt præmij æterni cōdigna, & quæ Deus in nobis coronat. Et quod hæc fuerit Augustini sententiā ex adductis & cōsequentibus cōstat: nam epistola. 105. ad Sixtum presbyterū sic scribit, Nullū est meritum hominis ante gratiā, quo percipiat gratiam, cū omne meritum nostrū non faciat in nobis nisi gratiā: & cū Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quā dona sua. Sicut enim ab initio fidei misericordiā consecuti sumus, nō quia fideles eramus, sed vt essemus, sic in fine, qui erit in vita æterna, coronabit nos, sicut scriptum est, in misericordia & miserationibus. Nō itaq; frustra Deo cōratur, & misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me. Vnde & ipsa vita æterna, quæ vtiq; in fine sine fine habebitur: & ideo meritis præcedentibus redditur, quia eadē merita, quibus redditur, nō à nobis parata sunt per nostram sufficiency, sed in nobis facta per gratiā: etiā ipsa gratia nūcupatur non ob aliud, nisi quia gratia datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Et in lib. de gratia & libero arbitrio. c. 6. & 7. inquit, Cū dicunt Pelagianū hanc esse solā non secundum merita nostra gratiā, qua homini peccata dimittuntur, illam vero, quæ datur in fine, id est, æternā vitam meritis nostris præcedentibus reddi, respondendum est eis, Si enim merita nostra sic intelligerent, vt etiā ipsa dona Dei esse cognosceret, nō esset reprobāda ista sententiā: quoniam vero merita humana sic prædicant, vt ea ex semetipso habere hominē dicat, proorsus rectissime respōdet Apostolus, Quis enim te discernet, quid autem habes, quod nō accepisti? proorsus talia cogitanti verissime dicitur, dona sua coronat Deus, nō merita tua, si tibi à teipso sunt merita tua: si autem Dei dona sunt bona merita tua, non Deus coronat merita tua, tanquam merita, sed tanquam dona sua.

Psal. 24

1. Cor. 4.

DECIMUM QVARTVM QVAESITVM.

An sit firmitas aliqua nobis occulta, quæ terram continet.

Augustinus enarratione in Psalm. 103. in expositione versiculi huius, Firmavit terram super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi, affirmare videtur esse firmitatem nobis occultā, quæ terram continet, sic explicans, De terra ista hoc accipere nescio, virum habet illum exitum, vtrum recte dicatur, Nō inclinabitur in seculum seculi, de qua dictum est, Cælum & terra transient. Laboratur hic, si ad litteram quæras accipere: nā quod ait, Fundauit terrā super firmamentum eius, fortasse quædam est firmitas occulta nobis, quæ continet terram, & hoc dixit, fundauit: super quid fundauit? super firmitatem ipsius terre, quæ ei supponit, vt contineretur, quæ latet forte oculis tuis: sint ista occulta in creatura, non de obscuritate creaturæ creator latebit. Quæ possumus videamus, ex his, quæ videmus, illum laudemus, & amemus. Conuertamus nos ad quærendum aliquid hic in figura possumus. Firmavit terram, intelligo ecclesiam, Domini est terra & plenitudo eius, intelligo ecclesiam, terram: ipsa est terra sitiens, ipsa est quæ dicit in psalmis, Vna enim, dicit, ex omnibus anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sicut terra sine aqua tibi, quid est? sitiens sitiuit anima mea ad te, tanquā terra sine aqua: nisi enim siciat, nō recte irrigabitur. Animæ ebricitatio pluuiā diluuiū est, sicut oportet, Beati enim qui esuriūt, & sitiunt iustitiam. Et dicat anima mea, tanquā terra sine aqua tibi, quia dicit alibi, Sitiuit anima mea ad Deū fontem viuum: errā ergo intelligo ecclesiam. Quæ est firmitas eius, super quam fundata est nisi fundamentum eius? Quod sit illud fundamentum, Paulus responder, fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, ibi ergo firmati sumus, merito ibi firmati, non inclinabitur in seculum seculi: nihil enim firmius isto fundamento. Infimus tu eras, sed firmum fundamentum te portat: in te firmus esse non poteris, firmus eris semper si ab illo firmo fundamento non recedas. Non inclinabitur in seculum seculi, ipsa est prædestinata columna, & firmamentum veritatis.

Psal. 24

Psal. 142

Matth. 5

Psal. 62

1. Cor. 13.

Doctores scholastici de hac questione. 2. sentent. dist. 14. & Sancti Thom. 1. parte. q. 71. & concorditer tenent sententiam contrariam huic Augustini: nam tenent cum Philosopho. 2. Cæli & mundi, cœlū esse sphericè figurè, & suo motū terrā omnē circuire: Aaa 4 mouetur

mouetur enim ab Oriente in Occidentem. rediens in Orientē: qui motus possibilis nō esset, si firmitas aliqua esset, quæ terram cōtineret. Quod vero ita sit, quod cælū sit spherica figuræ, & ab Oriente in Occidentē rediens in Orientē moueatur, vt ex motu istorum apparet, probatur primo, quia prima figura debetur primo corpori, sed inter omnes figuras solidas prima est spherica, cælū autem est primum corpus, ergo: minor probatur, quia naturaliter vnum est prius multitudinē, & simplex cōpositis, sed sola figura spherica inter figuras solidas cōtinetur vna superficie, sicut inter figuras superficiales solus circulus continetur vna linea, cæteræ autem pluribus, ergo. Secundo, quia figura capacissima congruit cælo, quod cōtinet omnia, sed figura circularis syderum & spherica plus cōtinet, quā quæcunq; alia figuræ ex certis lineis & superficiebus, ergo verū est, quod hæc ratio solum cōcludit, quod cælū spherica figuræ secundum suum cōcauum, secundum quod cōtinet omnia infra se posita, & non secundum suum cōnexum. Tertio, quia si cælum esset alterius figuræ quàm spherice, contingeret quandoq; corpus esse sine loco, & locum sine corpore, quia cū extra cælum nihil sit, nec corpus, nec locus, & cælum cōtinuè moueatur, si esset figuræ angularis, & anguli præmincant cæteris partibus, contingeret per motum cœli partes planas venire ad locum angulorum, & tunc remaneret aliquid vacuum: & iterū anguli venientes ad loca planarum partium vltra procederent in vacuum. Hæc etiam ratio stādo in sententia cōmuni Theologorū non cōuincit: cōcorditer enim cōueniunt, cælū empyreum non moueri. Cæteræ autē rationes sunt pbabiles, licet nō necessarię. De firmitate autē terrę cōcorditer cōueniunt, esse illi naturalē, quā habet à natura sua: & ideo firmitate alia, quæ eam contineat, nō indiget.

Pro B. Augustino respōdemus, q̄ absolute nō affirmavit firmitatē aliquā esse nobis occulta, quæ terrā cōtineret, sed fort. ille dixit, Sed an ita sit, vel non sit, Deo reliquit, dicēs, quæ possumus videamus, & ex his, quæ videmus, illum laudemus & amemus.

DECIMUM QVINTVM  
QVAESITVM.

An Deus Israelitis permiserit vasa Aegyptiorum vsurpare, an iusserit.



Augustinus in enarratione psal. 104. versiculum hūc exponens, *Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum*, asserere videtur, Israelitas permisos esse à Domino vasa Aegyptiorum accipere, non autem iussos, sic explicans, Hæc plaga nouissima est, excepta morte in mari rubro, primitias vero laborum propter primogenita pecorum dictum arbitror: quæ plaga, cū sint decem, nec omnes cōmemoratae sunt, neque eodem ordine, quo ibi factę sunt, leguntur: libera enim est laudatio à lege narratis & legentis historiam, cuius laudationis author & dictor, cū sit per Prophetam Spiritū sanctus, eadē autoritate, qua per eum egit hominē, qui illum scripsit historiam, & cōmemorat aliquid factum, quod ibi non legitur, & quod ibi legitur, præterijt. Adiungit autem etiam hoc laudabilis Dei, quod argento & auro ditatos Israelitas eduxit de Aegypto, quia & ipsi tales erant, qui nōdum possunt cōtemnere laborum suorum licet tēporalem, tamen debitam, iustamq; mercedem: neq; in eo quod Aegyptios deceperūt, à quibus sibi cōmōdaretur aurum argentumque petierunt, putandus est Deus huiusmodi dolos, eis, qui fursum eos habēt, vel iubere, vel si fecerint, approbare: magis enim per illa Dei verba vtique ab illo, qui cor eorum videbat, & cupiditates examinabat, permisi sunt facere ista quæ iussi, non tamen sine aliquo profectu animę carnalis: quod ex his fecerunt qui talia iure passi sunt: & quannis per dolum ab iniquis hominibus, tamē quod sibi credi debuit, abstulerūt: sicut enim Aegyptiorum iniquitate, sic istorum infirmitate ad id quod opus erat illis factis figurandū & prænutiandum Diuinē vsus est Deus.

De hac quæstione supra disputauimus, & diffiniuimus, Deum duas habere potestates in vniuersum orbē: vnā, q̄ à iure creationis est Dominus, non solum bonorum exteriorum, verum & corporum, & ipsius etiā humanę vitæ, & Angelorum: qua omnia si vult, potest in nihilum redigere: altera potestas est, qua est legislator & iudex vniuersalis omnium. Et claritatis causa oportet alterā ab altera seorsum considerare. Quō supposito, dicimus, quod si Deus non esset Dominus reum, sed tantum legislator & iudex, dispensare non posset, vt quis rem alienam, inuito Domino, si innocens esset, licite vsurparet: quia adeo est intrinsicē malum, vt iuste fieri nequeat.

Exod. 12

Psal. 77.

nequeat. At vero quia est Dominus, potest rem cuiuscunq; alteri tradere, ipso inuito: quod rationem dispensationis non habet: si cut prælatus non dispensat in furto, si alteri monacho facultatem faceret, vt rem alterius monachi vsurparet. Sic ergo licet Deus aurum & argentum & vasa Aegyptiorum tanquā Dominus tradidisset Hebræis, ne utiquā dispensasset in furto, quia furtum non esset: nam licet domini particulares priuati fuissent thesauris suis, à supremo tamen Domino facta est illis condonatio: quoniam vero Deus in traditionibus illis vsus non est potestate absoluta dominij, sed legitima iudicis autoritate, ideo tanquā iudex vasa Aegyptiorum Hebræis tradidit. Nam quoniam de laboribus, quos Aegyptijs Hebræi impederant, nullam receperunt mercedem, iusto iudicio Deus eis illam persoluit. Et quando iudex criminofum, licet inuitum, suis bonis priuat, iniuriam ei non irrogat: præcepto enim illo, Non furtum facies, solum interdicit id, quod ius naturæ vetat, nempe, innocētē inuitum autoritate priuata suis bonis spoliare.

Nec Augustinus ab hac doctrina & sententia discordat: asserit enim, quod quāuis per dolum aurum, & argentum, & vasa Aegyptiorum vsurpauerint, ab iniquis tamen hominibus id quod sibi reddi debuit, abstulerunt: qui tamen Aegyptios autoritate priuata non inuaserunt, sed Dei præcepto & iussu. Et si addidit, permisos esse, illa tamen permissio, cū Dei instinctu agerentur, à culpa excusatur. Vide supra. 4. tomo B. Augustini ad. 30. quæsitum.

DECIMUM SEXTVM  
QVAESITVM.

An damnatis poena æterna aliquatenus mitigetur.



Augustinus enarratione in psalm. 105. in expositione versiculi huius, *Confitemini Dño, quoniam in seculum misericordia eius*, asserere videtur, misericordiam Dei damnatis non defuturam, nō quia in damnatione, in qua ij sunt, liberentur: sed vt poena æterna aliquatenus eis mitigetur. In expositione enim sic inquit, Potest hic sic intelligi confessio peccatorum: nam & post paucos versus sequitur, Peccauimus cū

patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatē fecimus: sed in eo quod dicit, Quoniam bonus, quoniam in seculū misericordia eius, laus vtique Dei est, atque in eius laude confessio: quanquā etiam cum sua quisque confitetur peccata, cū Dei laude confiteri debet: nec aliter pia est confessio peccatorum, nisi non desperans & poscens misericordiā Dei: nam & Publicanus, cū verba illa dixit, Dominus propitius esto mihi peccatori, & si non dixit, Quoniam bonus & misericors es, vel aliquid huiusmodi, non tamen illud diceret, nisi hoc crederet, quoniam cum spē orauit, quæ sine illa fides esse nō potest: potest ergo esse laus Dei vera & pia, vbi nō sit confessio peccatorum. Quæ laus multo crebrius in scripturis confessio vocatur: nulla est autem peccatorū confessio pia & vtilis, vbi non laudatur Deus, siue corde, siue etiam ore, atque sermone: & subdit, Si autē illa est misericordia, quæ miseris exhibetur, vt vel consolentur in miseria, vel ab illa etiā liberentur, melius sic exponitur vsq; in finē secuti, in quō non deerunt miseri, quibus misericordia præbeatur. Nisi forte quis audeat dicere, etiam in his, qui damnabuntur cum diabolo & angelis eius, aliquam misericordiam Dei minime defuturam: non quia ex illa damnatione liberentur, sed vt eis aliquatenus mitigetur: atque ita æternā posse intelligi Dei misericordiam super illorum æternam miseriam, sed tolerabiliorem quodā excepturos damnationem, in quorūdam comparatione legimus: alicuius vero mitigari eam, cui est traditus, poenam, vel quibusdam interuallis habere aliquam pausam, quis audeat dixerit: quandoquidem vnā stillam diues ille non meruit? De hoc argumento supra contra Origenem diffiniuimus, damnatorum poenam esse æternam, neque capaces esse misericordię Diuinæ, ratione status, in quo sunt: & quia Dei inimici in obstinatione & eius odio semper permanent. Neque Augustinus inquit, quod Scotus asseruit, in inferno esse remissionem poenæ pro venialibus debita, & suffragijs viuorum poenam venialibus debitam aliquatenus mitigari posse: quod ex verbis eius constat, dicentis, Nisi forte quis audeat dicere, insinuans, eum huic sententiæ non consentire. De hac quæstione vide supra nono tomo Beati Hieronymi ad decimum quintum quæsitum, & ad decimum nonum eiusdem tomi.

Luca. 18.

DECIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An defuncti damna filiorum  
sentiant.



Vgustin<sup>9</sup> enarratione psal.  
10. 8. in expositione versicu-  
li huius, *Disperat de terra memo-  
ria eorum*, dubius esse vide-  
tur, an mortui damna viuo-  
rum sentiant, sic exponēs,

Patris, scilicet, & matris eius. Memoriam, di-  
cit, eorū quæ in propagine generationis cu-  
stoditur. Hanc prophetauit de terra peritu-  
ram, quia & ipse Iudas & filij eius, qui erāt  
tanquā memoria patrum, & matris eius sine  
successione prolis in breuitate vnus gener-  
ationis extincti sunt. Dicit aliquis etiā, ne  
hoc ad pœnam Iudæ pertinere, credendum  
est, quod post eius mortem ad medicitatem  
vxoꝝ eius & filij eius peruenerunt: & trāsla-  
ti sunt, & eieci de habitationibus suis, scru-  
tante feneratorē omnem substantiam eius,  
& diripientibus alienis omnes labores eius,  
nemine adiuuante neque miserate. pupillos  
eius, & quod cito sunt sine posteris mortui.  
Nunquid etiam de his, quæ in suis post mor-  
tem cuiusque contingunt vilius mortuos tan-  
git dolor aut hec saltem scire putandi sunt,  
quorum sensus alibi est promeritis seu bene-  
ficio male? Cui respondeo magnam quidem  
esse quæstionem, neque in præsentia disere-  
dam, quod sit operis prolixioris, vtrum, vel  
quatenus, vel quomodo, ea quæ circa nos a-  
guntur, nouerint spiritus mortuorum. Verū  
tamen quod breuiter dici potest, si nulla il-  
lis esset cura de nobis, nō diceret Dominus,  
dixisse illum diuitem, qui tormenta apud in-  
feros patiebatur, Habeo ibi quinque fratres,  
ne & ipsi veniant in locum hunc tormento-  
rum. Sed quomodo libet intelligant, qui hoc  
aliter intelligere conantur. Et quia fatēdum  
est, non esse cōsequens, vt si sciunt mortui  
suos viuere, quia nec in locis pœnarum eos  
vident, vbi diues ille erat: neque in requie  
beatorum, vbi Lazarus & Abraham, quan-  
uis à longe agnoscebat. Ideo eos etiam illa,  
quæ circa eorum charos aguntur, vel læta,  
vel tristia scire charos sit. Hoc dico pau-  
cos esse eius animi homines, qui post mor-  
tem suam quid suis boni mali ve contingat,  
saltem dum viuunt, negligant atq; omnino

contemnant: multos autem (quod indicat  
etiam tanta cura cōmendanda: vltimæ volū-  
tatis, & qualiumcunque testamentorum) sat  
agere, vt cū defuncti fuerint, suis bene sit:  
permanfionem vero posteritatis suæ per  
successiones generationum soli laudabili-  
ter spernunt, qui seipfos abscondūt propter  
regnum cœlorum, & filios suos hoc facere  
cupiunt, vel exoptant, vel martyrio corona-  
ri, ita vt nullus eorum in terra remaneat. Cę-  
teri autē omnes, aut penē omnes felices vo-  
lunt suos esse in hac vita post mortē suam,  
& suum genus interire nolunt: quia ppter  
quod Iuda tam infeliciter mortuo, ita vxor  
eius vidua & filij eius orphani remāserunt,  
vt feneratorē scrutante omnem substantiam  
eius, & diripientibus alienis omnes labores  
eius, de suis habitationibus eijcerentur, nec  
aliquem pupilli eius miserentem inuenirēt,  
& in vna generatione sine posteris interirēt.  
Si hæc sentiunt mortui, cumulus malorum  
est: si hæc non sentiunt, formido viuorum  
est.

Doctores scholastici de hac quæstione. 4.  
sent. dist. 50. & S. Tho. ibidem, qua quærit,  
vtrum damnati gloriam beatorum videant,  
& beati ipsorum miseriam. Et respondetur  
ad quæstionem tribus conclusionibus. Et cir-  
ca primum membrum, an damnati gloriam  
beatorum videant, aliquid est certū, & aliud  
dubium. Ex sacra scriptura cōstat, qd damna-  
ti nonnunquā vident beatos. Habetur enim  
Sapient. 3. quod stabant iusti in magna con-  
stantia aduersus eos qui se angustiauerunt:  
illi autem iniqui videntes turbabuntur timore  
horribili: & mirabuntur in subita mū-  
tatione in speratę salutis. Fides etiam Catho-  
lica est Matth. 25. quod in die Iudicij, cū  
venerit Filius hominis, congregabūt ante  
eum omnes gentes, & tūc damnati Chri-  
stum & beatos videbunt, iuxta illud Ioā. 19.  
Videbunt in quem translexerunt: & die illa  
verificabitur illud citatum Sapient. 3. & illud  
Psal. 20. Lætabitur iustus, cū viderit vindic-  
tam peccatorū. Quod vero in inferno clau-  
si inde videant existentes in cœlo, nullibi in  
scriptura sacra affirmatur. Et in primis ani-  
mæ nunc oculis corporeis non possunt bea-  
tos videre, quia oculos non habent. Quod  
vero per mentis intelligentiam animas bea-  
tas videant, nulla apparet repugnantia, quia  
animæ separatę possunt alias animas separa-  
tas, sicuti & Angelos intueri: verumtamen  
cū sint finitę & limitatę potentię, natu-  
raliter videtur, quod non possint ad tantam  
distan-

Matth. 19

Quæstio

Responde-  
tur quæ-  
stioni

Luc. 16

1. Conclu-  
sio.

distantiā mentis aciem extendere. Imo quā-  
uis animas felices cerneret, eorum gloriam  
videre non valeret: quippe quæ superna-  
turalis est, & ideo nemo illam nouit, nisi qui  
possidet, iuxta illud Apocal. 2. Vincenti da-  
bo manna absconditum, & nomen nouum:  
quod nemo scit, nisi qui accipit. Et Paulus,  
Oculus non vidit, nec auris audiuit quę præ-  
parasti diligentibus te. Sunt autem qui di-  
cant, Deum damnatis sanctorum gloriam re-  
uelare, vt acrius crucietur, eo quod illa amif-  
serint: sed quod reuelatio aliqua supernatu-  
ralis damnatis fiat, dubium est. Augustinus  
enim, quem Magister sent. præsentis distin-  
ctione citat, fuit, qui huic opinioni ansam  
dedit, affirmans, damnatorum animas in tē-  
nebris exterioribus esse, nihil videntes eo-  
rum: quæ sunt in gloria beatorum. Et oppo-  
nens de diuite illo epulone Luc. 16. qui ele-  
uans oculos in suum, vidit Abraham & La-  
zarum, respondet, quod illud factum legitur  
ante Iudicium, sed post Iudicium in profū-  
dioribus tenebris erunt impij, vbi nullam  
Dei lucem videbunt. Cui subscribens Gre-  
gorius homi. 40. super Lucam, inquit, Infi-  
deles in imo positi ante diem Iudicij fideles  
super se in requie attendunt, quorū gaudia  
post contemplari non poterunt.

Ob auctoritatem ergo horum sanctorum  
Patrum sit primā conclusio, Damnati reue-  
latione Diuina seclusi, quauis ex inferno  
intuitiue non videant sanctorum gloriam,  
imò forte nec sanctos ipsos in singulari, eate-  
nus tamen felicitatem eorum videre censentur,  
vt in genere & in confuso intelligat, esse  
maximam, quod ad eorum afflictionem &  
intimum dolorem satis est. Prior pars pro-  
bata est, quia naturaliter illuc videndo atin-  
gere non possunt: neque reuelatione sunt di-  
gni, neque ad eorum tormentum est neces-  
saria. Secunda pars probatur, quia dæmones  
& Christiani bene norunt, licet non intuiti-  
ue, quanta sit illa gloria, & qui in lumine na-  
turali obierunt, videntes in inferno non de-  
tineri, nisi qui corruptis moribus Deum of-  
fenderunt, ex magnitudine tormentorum in-  
telligunt, quanta claritate glorię & magni-  
tudine gaudiorum in regno cœlorum potia-  
tur, imò quauis aliud non intelligerēt, quā  
esse præfentes Deo, sat esset ad reliqua con-  
ijcienda.

Adductum de epulone non conuincit, qd  
beatos videant. Primum, quia parabolā non  
est necesse ad literam esse veram. Secundo,  
quia Abraham & Lazarus nondū erant bea-

ti, sed in limbo existebant, vbi poterant ab  
epulone videri. Vnde non sequitur, vt pos-  
sint videre eos, qui sunt in cœlo: poterat et-  
iam illud singulari priuilegio accidere.

Discrimen autem, quod Augustinus ponit  
inter ante, & post diem Iudicij, vix intelligi  
potest, nisi in damnatis Diuina reuelatio ad-  
mittatur, nam tenebræ tunc in inferno non  
erant maioris cecitatis, quā post diem Iu-  
dicij: & idem ignis erit, quauis auctius per  
accessionem conflagrationis ignis. Quare si  
modo non impedit quin animæ damnatorū  
beatas animas videant, non est, quod impē-  
diat, ne postea videant: nisi dicamus, qd post  
diem Iudicij in damnatis solum durabit me-  
moriam eiusdem diei, in qua vniuersam glo-  
riam beatorum videbunt: quæ memoria ad  
eorum tormentum sufficere. Sed quia ante  
illum diem necesse est, vt etiam contempla-  
tione illius glorię torqueantur, nūc animę  
miserę habent aliquam illius glorię reuela-  
tionem, quæ deinde tanquam non necessa-  
ria cessauit. Et in hoc sensu sententia Augu-  
stini & Gregorij defendi potest.

Quod si arguas, id quod sanctus in hac vita  
tanquā singularē priuilegiū conceditur, non  
est affirmandum concedi damnatis: Paulo  
vero, vt 2. Corin. 12. legitur, tanquam admi-  
rabile priuilegium indultum est, vt arcana  
verba audiret, quæ non licebat homini lo-  
qui, non ergo est hoc de damnatis conceden-  
dum. Respondetur, latum esse discrimē, quia  
Paulus ad illam gloriam raptus est, vt spes  
eius perpetuo possidēdi roboraretur, & pri-  
uilegio illo, tanquam initio futuri præmij, do-  
naretur: damnatis vero reuelatur, vt acrius  
crucientur.

Secunda conclusio, Beati damnatorum pe-  
nas vident: quia nihil eis negandum est, quod  
ad eorum felicitatem spectat: conducit autē  
eis, vt cruce damnatorum intueantur, tum  
vt plus gaudeant inde esse liberatos, tum vt  
cumulatiores gratias de eo referant. Possūt  
autem illas non solum in Verbo, verum &  
in proprio genere intueri. Nec oportet vt  
semper illas intueantur, sed sufficit, vt quan-  
do voluerint illo reserentur solatio. Conclu-  
sio probatur ex illo Esaie ultimo, Egredien-  
tur & videbunt cadauera eorum, qui præ-  
uaricati sūt in me. Vbi ait Glossa, qd egredie-  
tur beati ad videndum damnatos, intelligen-  
tia, vel visione manifesta. Et ex illo Grego-  
rij. 12. lib. Mora. super illud Iob, Siue nobi-  
les fuerint filij eius, siue ignobiles, nescient,  
& c. Vbi inquit, qui intus habent Dei clarita-  
tem,

2. Conclu-  
sio.



rem, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid quod ignorent, nempe, ad suum pertuens statum.

3 Conclasio

Tertia conclusio, Beati damnatorum miseriam videntes ad misericordiam non commouentur, imo latantur. Prior pars probatur, quia misereri quandam participationem miseriam designat, quae in beatis esse non potest. Ad cuius pleniorum intellectum notandum, quod misericordia duo dicitur: nimirum, passionem: compatitur enim ille, qui alterius miseretur: & haec in beatis esse nequit, sicut neque in Deo. Sed praeterea dicit electionem voluntatis ad tollendum miseriam alterius: & isto modo tam Deus quam beati miserentur nobis, dum hic viuimus, quia potest miseriam nostras subleuare: damnatorum vero minime. Et ideo isto modo nec Deus, neque beati damnatorum possunt misereri. Secunda pars conclusionis sic probatur, supplicia damnatorum bifariam considerantur: vno modo per se, in quantum habent rationem mali, nempe, damni: & isto modo de illis latari est inditium odij: & ideo sub hac ratione non delectantur beati, sed per accidens ratione adiuncti, videlicet, quate-

nus sunt vindicta Diuinæ iustitiae, iuxta illud Psal. 57. Laetabitur iustus, cum viderit vindictam, & manus suas lauauit in sanguine peccatoris, quia Deus ab statu talis miseriam & tormentis horribilibus, quae patiuntur, cum liberabit.

Pro B. Augustino respondemus, quod iam explicuimus mentem eius, cum dixit, eos, nempe, mortuos illa quae circa eorum charos aguntur, vel laeta, vel tristia scire necesse sit: nam si de animabus beatis intelligatur, conclusionem tertiam diffiniuimus, eas nedom in Verbo, sed in proprio genere cognoscere omnia, quae ad earum statum pertinent: si vero de animabus damnatis, arguitur tantum cognoscere possunt non esse in inferno, neque in limbo, sed in hac vita: sicuti epulo de fratribus suis inferebat in hac vita esse, & non interiisse: quia conspiciebat non esse in inferno, neque in limbo, ergo erant in hac vita: in qua illatione, si fratres eius fideles erant, decipi potuit: poterant enim interiisse, & beatitudine frui, & hoc ipsum ignorare. Et ad hoc tendit quod inquit, Si haec sentiunt mortui, cum mulus malorum est: si haec non sentiunt, formido viuorum est.

NONVS TOMVS BEATI Augustini.

- 1 **A**n peccatum sit nihil.
- 2 **A**n corpus Christi prius in vtero formatum sit quam à Diuinitate assumptum.
- 3 **A**n minuta plura peccata, si negligantur, occidant.
- 4 **A**n esse Patrem aliud sit ab eius demonstratione.
- 5 **A**n fides sit ex nobis.
- 6 **A**n venialia Eucharistia effectum sumentibus impediunt.
- 7 **A**n Eucharistia verum Christi corpus contineat.
- 8 **A**n Magdalena soror Lazari sit quae pedes Domini lauit.
- 9 **A**n Petrus claues in persona propria acceperit.
- 10 **A**n Christus mediator fuerit in quantum Deus, vel in quantum homo.
- 11 **A**n ista sit concedenda, Christus incepit esse.
- 12 **A**n quando Christus comprehensus est, Apostoli mente eum fide reliquerint.

13 **A**n

- 13 **A**n Christi praedestinatio probetur ex illo Rom. I. qui praedestinatus est filius Dei.
- 14 **A**n legendum sit, sic eum volo manere, vel si eum volo manere.
- 15 **A**n perfecte beati omnia videant in Verbo.
- 16 **A**n Christianus recte dicatur, qui moribus Christo non coequatur.
- 17 **A**n Angeli cuncta à nobis occulta patenter agnoscant.
- 18 **A**n infernus sit incorporeus.
- 19 **A**n detur certus modus & mensura peccatorum.
- 20 **A**n clerici possint proprium possidere.
- 21 **A**n anima, cum è corpore euelitur, statim in caelo collocetur, aut in infernum precipitetur.
- 22 **A**n oues ab haedibus ante diem Iudicij sint separanda.
- 23 **A**n Moyses Deum viderit oculis corporeis, vel solum mentis.

PRIMVM QVAESITVM.

An peccatum sit nihil.



Augustinus tract. 1. in Ioannem exponens locum hunc, Et sine ipso factum est nihil, Ioan. 1. asserit per nihil intelligi posse malitiam & peccatum, similiter & hominem peccatorem,

1. Cor. 8.

& idolum, & diabolum, quae quidem à Deo facta non sunt. Sic enim explicat, Videte ne sic cogitetis, quia nihil aliquid est: solent enim aliqui male intelligentes sine ipso factum est nihil, putare aliquid esse nihil: peccatum quidem non per seipsum factum est, quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant: & idolum per verbum factum est: habet quidem formam quandam humanam, sed ipse homo per verbum factus est: nam forma hominis in idolo non per verbum facta est: & scriptum est, Scimus quia idolum nihil est, ergo ista non sunt facta per verbum.

Hieronymus, c. 2. in Michaeam explicans illud, Propter immunditiam corrupti corruptione fagistis, nullo persequente, &c. videtur quodammodo hanc expositionem ut violentam explodere: inquit, Scio me in cuiusdam commentarijs legisse exponentis

Ioannis Euangelistae principium, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hoc quod dicitur, nihil, ad malitiam retulisse. Rursumque ipsam malitiam interpretatum esse diabolum: scito quasi gradu ipsum, quod factum est sine Christo nihil, diabolum intellexisse. Si igitur malitia vel diabolus nihil est, & fugerunt qui corruptione corrupti sunt, nullo, id est, nihil persequente, diabolus est eos persecutus in nihilo. Quod si cui videtur nimis coactum, & contra scripturam simplicitatem artificio potius eloquij, quam vera interpretatione disertum, aliam expositionem sequatur. Haec Hieronymus.

Pro Augustino respondemus, cum mentem Hieronymi cognouisse. Et ideo locum hunc aliter exposuit lib. de natura boni contra Manichaeos, c. 25. ubi omnia tropologica intelligentia, quam hic secutus est, & germanum litterae sensum amplectens, interpretatur, Sine ipso factum est nihil, tantumdem valere, ac si dicas, quidquid factum est, non absque eo factum est: vel quidquid subsistit in rebus cognitis, ab eo factum est. Vide supra tertio tomo Chrysostomi ad secundum quaesitum.

SECVNDVM QVAESITVM.

An corpus Christi prius in vtero formatum quam à Diuinitate assumptum.

Augu-



Augustinus locum hunc, *Quadragesima & sex anni edificati sunt templum hoc*, Ioann. 2. edificans in lib. 83. q. 56. affirmare videtur, corpus Christi ante fuisse in utero matris conceptum, quā à Diuinitate assumptū, sic inquit, Dicitur conceptio humana sic procedere, & perfici ut primis sex diebus solideretur, reliquis decem & octo diebus formetur vsque ad perfecta lineamenta omnium membrorum: quadragesima ergo quinq; diebus, addito vno, quod significat summā, quia sex & nouem, & duodecim, & decē & octo in vnum coactis, fiunt quadragesima quinq;. Addito ergo vno, ut dictū est, fiunt quadragesima sex anni, quibus dicitur fabricatū esse templum, quod corpus eius significat: ut quor anni fuerunt in fabricacione templi, tot dies fuerint in corporis Domini perfectione.

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 3. Sancti Thom. 3. parte. q. 33. & arti. priori querit, an formatio corporis Christi facta fuerit in instanti. Et fundamento supposito, respondet tribus conclusionibus. Prima conclusio, Sanguis, ex quo formatū est corpus Christi, non potuit moueri in instanti conceptionis, sed in tempore. Secunda conclusio, Corpus Christi in tempore est vegetatum, nutritum, & organatum in utero Virginis. Tertia conclusio, Corpus Christi in instanti est perfecte organatum & formatum. Probat, quia Spiritus sanctus est agens infinitæ virtutis, ergo potest materiam in instanti disponere. Secundo probatur ex parte Filij, quia nō erat congruum, nec expedire, quod corpus humanum assumeret, nisi formatum: alias conceptio non tribueretur illi, non enim illi tribueretur nisi solum secundum assumptionem: & in hoc Christi conceptio à cōceptione aliorum non differt.

Dubium

Dubium est circa primam quæstionē, quæ assertit, quod attractio sanguinis vsq; ad matricem non potest in instanti fieri. Et probat, quia generatio in instanti esse non potest, & attractio sanguinis ad matricem fit per motum localem, motus autem localis non fit in instanti, sed in tempore, ergo. Contra hoc tamen arguitur, Videretur enim quod attractio talis non in tempore, sed in instanti debuit fieri. Probo, quia facta est virtute Spiritus sancti, sed Spiritus sanctus est infinitæ virtutis, ergo. Pro decisione quæstionis videndū est, an attractio sanguinis fiat à semine viri-

li, vel à matrice, & à virtute feminis mulieris. Et tenendum est, quod fit à matrice, & à virtute feminis mulieris. Et hinc fit quod semper requiritur decisio feminis mulieris, ad hoc quod fiat attractio sanguinis, quæ in Virgine fuit successiue, & non in instanti, quia facta est ab ipsa Virgine, non ab Spiritu sancto. Contra hoc tamen arguitur, quia cū in Virgine non fuerit semen viri, quod est instrumentum attractionis, quomodo ergo potuit ex alijs membris sanguinē ad matricem attrahere? Respondent aliqui, quod attractio illa facta fuit virtute aliqua, vel qualitate supernaturali: sed tamē, quia quod talis qualitas supernaturalis fuerit ei cōmunicata, non constat, ideo dico, quod attractio illa sanguinis facta fuit ab Spiritu sancto. Quod si roges, quare ergo non fuit facta in instanti. Respondetur, quod vt seruaretur ordo naturæ: miraculū enim esset, si attractio talis in instanti fieret: & ideo attraxit sicuti & alię mulieres. Et pie credi potest, quod attractio illa sanguinis facta fuit in fine saluationis Angeli, & quod tūc iam sanguis erat in utero Virginis attractus, vt post conceptio subito fieret. Contra hoc tamē arguitur, quia B. Virgo fuit vera mater: alię autē matres virtute propria sanguinem attrahunt ad matricem, id autem non fecit Virgo, non ergo fuit vera mater. Respondetur, quod attractio illa sanguinis non est pars conceptionis, sed quid præuium ad conceptionem: & ideo ad hoc quod sit virgo, & vera & perfecta mater, sat est, qd fecerit ea, quæ cōceptioni conueniunt. Et sic conclusio remanet vera.

Dubium tamen est, qualiter formatio corporis Christi potuit in instanti fieri. Ad quod respondetur per sequentes conclusiones. Prima conclusio, Ratio prima, quam S. Tho. assignat, solum probat, quod Spiritus sanctus potuit in instanti formare, non tamen quod de facto formauit. Secunda tamen ratio illius est sufficiens. Secunda conclusio, Sententia Mantuani in libello illo de cōceptione Christi, qui inconueniens non reputat, quod Christi corpus successiue fuit formatum, non videtur pia nec satis tuta. Probo, quia est cōtra doctrinam sanctorum Patrum, & communem traditionem ecclesie. Tertia conclusio, Doctores scholastici. 4. dist. 43. vbi de resurrectione corporum agunt, modum specialem assignat, quo imaginari possumus corpus in instanti posse formari: inquit enim, quod in resurrectione pulueres in instanti congregabuntur: congregatis vero pulueribus

Durandus

ribus, corpora humana in instanti formabuntur: similiter ergo affirmant de conceptione Christi, sanguine ad matricem Virginis attracto. Durandus eadem distinctione. q. 4. alium modum assignat, nēpe, quod per anihilationem formatio corporis potest in instanti fieri. Deus enim in instanti potest corpus annihilare, & reproducere: eodem ergo modo ait, quod formatio corporis Christi in utero Virginis facta fuit in instanti per illorum sanguinum anihilationem. Hęc assignare est miraculum ponere, non ergo est admittenda. Secundo, quia ad conceptionē nō sufficit anihilatio, sed aliquarum partium condensatio requiritur, quæ necessario debet in tempore fieri. Et quia hic modus Durandi, qui etiam est Paludani, sufficiens non videtur, ideo est quarta conclusio, Imaginabilis est animatio corporis Christi instantanea, vt si verbi gratia intra sanguinis massam corpus Christi formaretur. Sed quia manet difficultas de condensatione partium, ideo est quinta conclusio. Probabilis est imaginatio Magistri de Victoria, scilicet, quod condensatio illa & sanguinis attractio non potuit in instanti nec subito fieri, sed necessario fuit in tempore facta. Probat, quia motus localis non potest subito fieri: oporteret enim tunc, quod mobile simul in duobus locis esset, quia nunc est in coelo, & immediate post hoc erit in terra: vel ergo erit in coelo & in terra simul, vel non transiit per medium de vno loco ad alium, quod est inconueniens. Et ideo tenet, quod attractio & cōdensatio nō possunt subito nec in instanti fieri, sed in tempore. Et ad Aristotelem, qui ait, quod si mobile moueretur per vacuum, moueretur in instanti, quia non est resistentia medij, respondet, quod Arist. loquitur ex principijs aliorum asserentium, quod tota successio motus prouenit ex parte resistentiæ medij: sed secundum veritatem, non solum ex hoc, sed etiam ex maiori vel minori grauitate mobilis puenit. Et ita inquit, quod graue vt octo velocius mouetur per vacuum, quā graue vt sex. Et ad argumentum, quod spiritus est infinitæ actiuitatis & virtutis, ergo motus ab illo factus infinitæ velocitatis, ergo in instanti, respondent, quod si Spiritus sanctus esset agens naturale, verum est, sed quia est agens liberum, ideo totam suam virtutem non applicat. Et ideo attractio illa facta fuit in tempore illo, scilicet, quando Virgo cum Angelo loquebatur, vt sanguis pro instanti conceptionis dispositus esset. Hoc tamen non ob-

stante, sit vltima conclusio, Modernorū modus, quem Scotus & Nominales assignant, scilicet, quod organizatio illa non fuit facta in instanti, sed subito, est probabilis. Pro quo suppono, quod aliquid fieri in instanti est, quando nunquam ante hoc instans fiebat, sed modo fit: quod asserere de organizatione corporis Christi, inconueniens videtur: operationem vero subito fieri est dicere quod corpus verum Christi nunc est formatum, & immediate ante hoc fuit sanguis, & non verum neque proprium corpus Christi. Et secundum hunc modum dicendi condensatio & attractio non fuit facta in instanti, sed subito. Et forte hoc idem intelligit S. Tho. Et ita ego credo Doctores intelligere, quando dicunt, Christi conceptionem in instanti fuisse factam, hoc est, subito, & tempore imperceptibili.

Dubium tamen est, an dato quod concedamus Christi corpus fuisse subito formatum, an hoc sit de fide. Videtur enim de fide non esse, quia contrarium non est contra ali quod testimonium scripturæ: & rationes inductæ, licet id suadeant, non tamen euidenter concludunt. Dicimus tamen, quod erroneum esset affirmare, quod corpus Christi formatum est quadragesima sex diebus, sicuti corpora aliorum hominum formantur. Est enim contra Augustinum de fide ad Petrum cap. firmiter, & contra omnes Patres, qui cōcorditer affirmant, corpus Christi subito & tempore imperceptibili fuisse formatum. Et potest deduci ex illo Lucæ. 1. vbi habetur, qd Virgo cum festinatione visitauit Elisabeth: quæ tamen eam Virginem & matrem vocauit, inquit, Vnde hoc mihi, vt veniat mater Dni mei ad me: cū ergo post salutationē Angeli quadragesima dies non transierint, ergo conceptio facta fuit ante tempus quadragesime dierum. Secundo dico, nedum erroneum esse, sed hæreticum, asserere, corpus Christi fuisse formatum quadragesima diebus, quia contra definitionem ecclesie: nam. 6. Syno. Constantinopoli. sessione. 2. diffinitur, in incarnatione Verbi non fuit Deitas copulata carni prius animanti, nec prius subsistēti, sed simul cū ipsa uatione verbi, & anima, & caro subsisterunt.

Dubium tamen est, an corpus Christi fuit animatum in primo instanti conceptionis. Conclusio est affirmatiua, quæ est communis Patrum & Doctorum scholasticorū. Difficultas tamen est, Christi corpus in conceptione quantā habuerit quantitatem. Abulena Paradoxa

Paradoxa. i. tenet, q̄ in illo primo instāti mi-  
nimam habuit quantitatem, hoc est, q̄ nul-  
lus puer quando primo concipitur, potest  
tam minimam quantitatem habere, sicuti cor-  
pus Christi habuit. Probat, quia pueri an-  
tequam illis anima infundatur, per quadra-  
ginta dies illorum corpus organizatur: cor-  
pus autem Christi in instanti suæ cōceptio-  
nis fuit animatum, & nullus citius eo potuit  
cōcipi, ergo fuit minimus in specie humana.  
Hoc tamen non obstante, cōtrarium est pro-  
babilius. Et quod ita sit probo, quia derogat  
dignitati Christi, asserere, quod fuit minimū  
naturale: & ita indecens ei videtur, vt Sāct.  
quæstione citata art. 2. in solutione ad secū-  
dum inquit de mente Augustin. 4. de Trini-  
tate exponēte illud Ioann. 20. Quadragin-  
ta sex diebus ædificatum est templum, vbi  
inquit, negandum non esse, animam rationa-  
lem in instanti posse corpus informare. Sec-  
undo ait, quod quando corpora quadragin-  
ta & sex diebus animātur in vtero, omnia  
sunt æqualia: & assignat hanc regulā, quod  
secundum quantitatem quam habiturus est  
homo in ætate perfecta, secundum eam qua  
draginta sex diebus cōcipitur, & animatur:  
& hoc regulariter loquendo. Iuxta quod di-  
cimus, quod Christi corpus quadraginta sex  
diebus habuit quantitatem mediocrem, quā  
alij pueri in principio sui esse habēt. Patet,  
quia sicut cæteri pueri quadraginta sex die-  
bus cōcipiuntur, Christi in instanti suæ cō-  
ceptionis accepit, ergo habuit quod alij habēt.  
Secundo, quia alias sequeretur, q̄ Virgo debe-  
ret maiorem quantitatem sanguinis ministrare  
quā alia mulieres. Patet, quia quod alia mu-  
lieres quadraginta sex diebus administrant,  
Virgo debuit in instanti administrare, cū cō-  
ceptio in instanti fuerit facta: & sic corpus ei  
maneret ex angue. Verū est, quod pie credi  
potest, quod Virgo amplius administravit  
de sanguine quā alia mulieres: quia quod  
alia successiuē administrant, Virgo subito  
administravit: post quadraginta vero dies  
Christi corpus ad quantitatem corporū alio-  
rum puerorum peruenit.

Dubium

Dubium tamen est, an post animationem  
Christi corpus per nouem menses in vtero  
Virginis manserit. Ratio dubij est, quia cete-  
ri homines post animationem non sunt in  
vtero nisi per octo menses. Respondetur, q̄  
forte natura expectauit per quadraginta  
dies, vt quantitas corporis Christi equalis ef-  
fet cum cæteris aliorum puerorum. Tū etiā  
quia mulieres aliquæ naturaliter decimo, &

alia vndecimo mense pariunt, sicuti medici  
tradunt: & ita post animationem naturali-  
ter Christi corpus potuit manere in vtero  
Virginis per nouem menses.

Dubium

Sed an Christus fuerit pulcherrimus? cō-  
munis consensus Patrum & Doctorum est,  
quod fuit pulcherrimus. Et ita, inquit il-  
lud, Speciosus forma præ filiis hominum, in-  
telligi de forma speciali Christi. Tertulia-  
nus libro de incarnatione Christi & Caieta-  
nus tenent in expositione illius versiculi,  
Speciosus forma præ filij hominum, quod  
habuit formam contemptibilem. Probat  
primo ex illo ad Philip. 2. Exinaniuit semet  
ipsum, formam serui accipiens, ergo habuit  
formam seruilem, & contemptibilem. Secū-  
do, quia hoc est nobis maioris humilitatis  
exemplum. Tertio, quia ipse de seipso asse-  
rit, Vermis sum & non homo, opprobrium  
hominum & abiectio plebis. Et Esai. 53. Nō  
erat ei species nec decor. Hoc non obstāte,  
assertio hæc est temeraria. Probo primo,  
quia versiculus ille, Speciosus forma præ fi-  
lij hominum, de pulchritudine corporali in-  
telligitur, & non de spirituali, vt ipse glossat:  
iuxta nominis enim significationem species  
& forma non pulchritudinem spirituales, sed  
corporalem important, iuxta illud, Species  
Priami digna est imperio. Secundo, primus  
Adam fuit pulcherrimus, ergo & secundus.  
Tertio, Christus virtute Spiritus sancti fuit  
formatus, ergo ita fuit decorus corpore si-  
cut & anima. Quarto, proles vt in plurimū  
matrem imitatur, Virgo autem fuit pulcher-  
rima, ergo & Christus. Quinto, Christus ha-  
buit perfectissimam complexionem: & op-  
positum esset error: sed inde oriuntur perfe-  
ctissimi colores hominem decorantes, ergo.  
Vltimo, id ita expediebat, vt eius miracula  
maiorē causarent admirationem. Neq; ad-  
ducta in contrariū obstant, imo nobis fauēt,  
quia loci omnes inducti ad literam intelligū-  
tur de tempore passionis, & tunc nō erat ei  
species neque decor, ergo ante passionē spe-  
ciosus erat & decorus. Et hoc est quod pro-  
pheta deplorat. Chrysostomus ponderans il-  
la verba Ioann. 8. Quinquaginta annos nō-  
dum habes, & Abraham vidisti, inquit, quod  
videbatur maioris ætatis propter cōtinuam  
abstinentiā & poenitentiam. Et ita tenendum  
est, quod Christus habuit optimam formā,  
& decentem statum & dispositionem.

Vltimo dubitatur, an corpus Christi in  
primo instanti fuit assumptum à Verbo? Cō-  
clusio est affirmatiua cōmunis Patrum & Do-  
ctorum

ctorum scholasticorum. Dubium tamen est,  
an sit de fide. Videtur enim q̄ nō, quia neq;  
scripturæ authoritas, neq; cōcilium aliquod  
id asserit. Itē, quia fieri potuit q̄ humanitas  
prius fuerit cōcepta quā assumpta. Nihilo-  
minus respōdetur, q̄ cōclusio est de fide. Et  
oppositū est hereticū, nēpe, asserere, q̄ Chri-  
sti caro prius fuit cōcepta quā assumpta. Et  
quod ita sit probo, quia oppositū repugnat  
scripturæ. Lucę enim. i. habetur, Ecce concipi-  
es: & in symbolo, Qui cōceptus est de Spi-  
ritu sancto. Si autē Christi caro prius esset  
cōcepta quā assumpta, Filius Dei nō dicere-  
tur cōceptus in Virginis vtero. Patet, quia  
cōceptio nō est nisi quando formatio sit in  
vtero, vel quādo fœtus animatur, post vero  
cōcipi nō dicitur, & ita Filius Dei nō fuisset  
de Virgine cōceptus, qui cū sit articulus fidei,  
cōtraria ergo assertio est heretica. Secundo,  
de fide est q̄ Virgo cōcepit Deum, ergo in  
primo instāti conceptionis natura humana  
fuit vnita verbo: alias sequeretur, q̄ Virgo  
esset mater puri hominis, quod est hereticū.  
Tertio, quia dicitur mater Dei, nō solū quia  
Christū peperit, sed etiā quia materiā admi-  
strauit: si ergo materia illa prius fuit anima-  
ta, quā à verbo sumeretur, concepit ergo pu-  
rum hominē: cōsequens autē est cōtra articu-  
lū fidei, Qui cōceptus est de Spiritu sancto,  
ergo. Vltimo, quia postquā puer est cōceptus  
in vtero, cōcipi nō dicitur, sed augeri, ergo si  
post animationē Verbū naturā humanā as-  
sumpserit, nō diceretur cōceptus de Spiritu  
sancto, sed solū auctus. Et ita tenendum est, q̄  
fœtus, quādo animatur, tunc cōcipitur. Et est  
cōclusio de fide, & cōmunis Doctorū. 3. sen-  
dit. 3. & 4. quod intelligūt de facto, quia de  
possibili fieri potuit, quod prius contingeret  
tur, & postea post mensem assumeretur à Ver-  
bo. De facto tamē non ita fuit, sed in eodem  
instāti natura fuit concepta & assumpta.

Pro August. respōdet primo Magister sen-  
dit. 3. his verbis, Horū occasione verborum  
quidā dicere, presumpserūt, Dñici corporis  
formā tot diebus ad modum aliorū corporum  
perfectā, & membrorum lineamentis distinctā,  
& mox verborū dicitur sibi vnisse carnē &  
animā. Et hoc modo dicunt, illū numerū per-  
fectionis Dñice corporis conuenire, sed alia  
ratio illi dicitur extitit ex qua sana oritur in-  
telligentia verbi: non enim ideo illud dixit  
Augustin⁹, quin mox vt caro illa opere Spi-  
ritus sancti sanctificata, & à reliqua separata  
fuit, verbo Dei cū anima vniretur, vt perfe-  
ctus & verus Deus esset, perfectus & verus

homo, sed quia membrorum illius Dñici cor-  
poris distinctio in ipso mōmento conceptio-  
nis & vnionis Dei & hominis adeo tenuis  
erat, & parua, vt humano visui vix posset  
subijci: diebus autē illis, quos Augustin⁹ me-  
morat, perfecta & notabilis est facta. Secun-  
do respōdet S. Tho. loco citato art. 1. ad pri-  
mū argumētum, q̄ Augustin⁹ nō loquebatur  
de formatione, quæ fuit ante animationē, sed  
de augmentatione & pfectione corporis Chri-  
sti. Et ita q̄ mēs eius fuerit, Christi corpus in  
cōceptione nō fuisse ita magnū, sicut corpo-  
ra aliorum puerorum, cū concipiuntur, triā  
factis vero quadraginta sex diebus, ad quāti-  
tatem illorum esse auctum.

TERTIVM QVAESITVM.  
An minuta plura peccata, si negli-  
gantur, occidunt.

Augustinus tract. 12. in Euang. Ioā-  
nis. c. 3. in expositione huius pe-  
riodi, Qui autem facit veritatem, venit ad  
lucem vt manifestentur opera eius, quæ in Deo  
sunt facta, asserere videtur, plura minuta pecca-  
ta, si negligantur, animā occidere, sic inquit,  
Frates mei euigilate ad salutē vestrā, euigi-  
late dum tēpus est, nullus retardaretur a tē-  
plo Dei, nullus retardetur ab opere Dñi, nul-  
lus auocetur ab orationē cōtinua, nullus a so-  
lita deuotione fraudetur. Euigilate cū dies  
est. In dilectione Christi ambulat. Etiā libe-  
ratus à fatalibus & grātib; peccatis, qualia  
sunt facinora, homicidia, furta, adulteria, præ-  
ter illa, quæ minuta vidētur esse peccata. lin-  
guę aut cogitationū, aut immoderationis in  
rebus cōcessis, facit veritatē confessionis, &  
venit ad lucē in operibus bonis. Quoniā mi-  
nuta plura peccata, si negligantur, occidunt: mi-  
nuta sūt guttę, quę flumina implent: minuta  
sunt grana arenę, sed si multa arena impona-  
tur, premit atq; opprimit. Hoc facit sentina  
neglecta, quæ facit fluctus irruēs, paulatim per  
sentinā intrat, sed diu intrādo & non exhau-  
riēdo, mergit nauē. Quid est autem exhauri-  
re, nisi bonis operibus agere, vt nō obruant  
peccata, gemendo, ieiunādo, tribuēdo, igno-  
scendo: iter autē huius seculi molestum est,  
plenum est tērationibus, in rebus prosperis  
ne extollat, in rebus aduersis ne frangat. Qui  
tibi dedit felicitatē huius seculi, ad cōsolatio-  
nē tuā dedit, nō ad cōruptionē. Rursus, qui  
re flagellat in isto seculo, ad emēdationem,  
non ad damnationem facit. Fertō Patrem  
erudientem, nescientis iudicem punientem.

Bbb Hæc



Hæc quotidie dicimus vobis, & sæpe dicen-  
da sunt, quia bona & salutaria sunt.

Hanc eandem sententiam repetit tracta. 1.  
expositionis in epistola B. Iohannis, hæc verba  
declarat, Quod si cõfessi fuerimus delicta  
nostra, fidelis est & iustus vt dimittat nobis  
delicta nostra, & purget ex omni iniquitate;  
inquit nõ tatum ppter ista, sed et si quia for-  
te cõtraximus ex hac vita, quia non potest  
homo, quãdiu carnẽ portat, nõ habere, vel le-  
uia peccata, sed ista leuia, quæ dicimus, nolĩ  
cõtemnere: si cõtemnis quando appedis, ex  
pauesce quando numeras: leuia multa faciunt  
vnum grande: multa guttẽ implent flumen:  
multa grana faciunt massam.

Doctores scholastici. 1. s. di. 17. S. Th. 2. 2. q.  
24. & art. 10. querit, an charitas possit minui.  
Et respõdet, qd veniale neq; minuit, nec cha-  
ritatẽ corrumpit. Quẽ est cõclusio cõmunis  
Patrum & Doctõrũ scholasticõrũ. Dubium  
tñ est, an venialia remittant charitatem vel  
feruorẽ eius. Quod dubium mouetur occa-  
sione Altisiodorensis, qui lib. 3. tract. 5. q. 5. c.  
5. tenet, venialia charitatẽ & eius feruorem  
remittere. Probat primo ex illo Prouer. 24.  
Septies in die cadit iustus, & resurgit: tunc  
sic, iustus cadit, nõ autẽ per totalem amisio-  
nem charitatis, ergo per eius diminutionẽ.  
Secundo, quia experientia cõstat, qd si quis  
pluries venialiter peccauit, nõ ita prompte  
operatur circa charitatem, sicut antea opera-  
batur, ergo habitus est perditus vel salte dimi-  
nuitur: sicut in amicitia humana patet. Cõ-  
firmatur, quia humana amicitia, si in summo  
gradu sit, nõ secum cõpatitur offensas leues:  
vnde Augustin⁹, Qui amat, nihil negligit: si  
ergo nõ ita amat, diminuta & remissa est cha-  
ritas. Tertio, quia dubitari nequit, quia ven-  
iale feruorẽ charitatis minuatur, nã qui perfe-  
ctã habet charitatem, crucifixus est mundo,  
& nec veniale admittit, aliquid ergo venia-  
le tollit de perfectione & feruore charita-  
tis, & hoc nõ nisi remittẽdo, ergo eius feruo-  
rem remittit. Quarto, quia perfecta charitas  
habitum venialiter peccãdi nõ secũ admit-  
tit, ergo adueniente tali habitu ex venialib⁹  
genito, remittitur charitas & minuitur.

Cõtra hanc tñ sententiã sunt vrgẽtia argu-  
gumenta. Primũ, quia si venialia charitatem  
minuerẽt vel remitterent quoad suã substan-  
tiã, in tantũ multiplicari possent, qd illã omni-  
no corruperent. Ad hoc respõdent quidã, vt  
ait Almain in Moralibus tract. de charitate  
c. 13. quod est ita, qd secundũ veniale tãtũdẽ  
corrumpit sicut primum, si ergo multiplicẽ

tur, omnino corrumpent charitatem: negat  
cõsequentiã, sed tunc vltimum veniale effi-  
citur mortale, quia tollit charitatẽ. Probat,  
quia est præceptum de seruãda charitate: &  
ideo ad hoc qd illã seruet, tenetur venialiter  
nõ peccare. Sed cõtra hoc est, quia præceptũ  
tale de charitate seruãda in scriptura nõ as-  
signatur. Secundo, quia cõfiteri teneremur  
de homicidio, & de amissione charitatis.  
Tertio, quia si est eadem prohibitio, quæ an-  
tea erat, quomodo ergo veniale effici potest  
mortale? Quarto, quia nos certi esse nõ pos-  
sumus, quãdo charitatem habemus, nec quã-  
tã sit intensio, & quot gradus habeat, er-  
go nec tenemur vltimum veniale, tanquam  
mortale, cauere. Vnde enim scire possum⁹,  
quod charitas in tali vltima dispositione ma-  
neat: hoc vtiq; scire neutiquã possumus,  
vnde semper sub maximo dubio essemus,  
an quodlibet veniale charitatem corrumpẽ-  
ret.

Ideo Altisiodorensis respondet aliter, in-  
quies, qd quodlibet veniale graue minuit ali-  
quid de charitate: sed primũ amplius quã se-  
cundũ, & sic proportionabiliter: vnde venia-  
le nunquã charitatem corrumpet ex eo quod  
est improporabile mortali: vnde licet tol-  
lat aliquid de charitate, minuit tamen tã par-  
uam illius particulam, quod illo quantũuis  
iterato non potest tollere quod mortale tol-  
lit & corrumpit. Et ratio illius est, quia a ma-  
iori charitate amplius quã a minori debet  
auferre, nam si idem a maiori & minori au-  
ferretur, non ergo esset æqualis poena: ma-  
gis enim puniretur, qui minorem habet cha-  
ritatẽ: verbĩ gratia, si Petrus viginti au-  
reos haberet, & Paulus decem, si cuiuslibet il-  
lorum vnus auferatur, amplius punietur, qui  
habet decem, si tollatur ab eo vnus, quã illẽ  
qui habet viginti.

Sed nec hoc satisfacit, primo, quia idem o-  
mnino iudiciũ est de diminutione & augmen-  
to charitatis: secundus autem actus meritori⁹  
ita charitatẽ auget sicut prim⁹, ergo in dimi-  
nutione tantũdem minuit sicut prim⁹: verbĩ  
gratia, si quis eleemosynã largiatur, primo a-  
ctũ augetur charitas vt quatuor secundum  
intentionẽ & excessum act⁹: et si secũdo det  
eleemosynã eodẽ conatu & intensio, tãtũ-  
dem meretur per secundũ actũ sicut per pri-  
mũ. Idẽ ergo asserendũ est in diminutione.  
Secũdo arguitur, quia in alijs omnib⁹, quẽ tã  
ad act⁹ quã ad habit⁹ bonos vel malos perti-  
nẽt, idẽ est iudiciũ de secũdo actũ & de pri-  
mo, si ergo sint æquales, idẽ ergo erit iudiciũ  
diminu-

Altisio-  
dorensis.

Cõtra Al-  
tisiodore-  
sem.

diminutionis & augmenti charitatis: ante-  
cedens probatur, primo de merito, verbĩ  
gratia, Petrus habet charitatem vnum, dat  
eleemosynã conatu vt quatuor, augetur  
charitas vt quatuor: Paulus habet charitatẽ  
vt duo, dat eleemosynã conatu vt quatuor,  
augetur charitas vt quatuor. Similiter ergo  
in diminutione, nã si sunt pares, quare nõ pa-  
ri passu current? Vltimo, quia non dubium,  
quin venialia possint per partes æquales de  
charitate tollere & minuire, cũ ergo sit fini-  
ta, tandem finietur.

2. Respon-  
detur.

Ideo Altisiodorensis dat tertiã solutionem,  
concedens, quod est verũ, quod si secundum  
veniale est eiusdẽ grauitatis cã primo, qd tan-  
tũdẽ corrumpit sicut primũ. Et quãdo in-  
ferretur, ergo corrumpitur charitas, negat cõse-  
quentiã. Et ratio est, quia veniale in infinitũ  
distat a mortali, nec sunt proportionabilia:  
& ideo dato venialia in infinitũ multiplicẽ-  
tur, nunquã attingent ad mortale, neque si-  
mul collecta vnũ mortale efficiẽt. Sed neq;  
ista solutio omnino satisfacit, nam charitas  
creata secundũ ipsũ Altisiodo. gradus ha-  
bet determinatos, si ergo vnum veniale vnũ  
gradum corrumpit, ergo per multiplicatio-  
nem illorum poterit charitas corrumpi, vt pa-  
tet ex philosophõ. Finitũ finities sumptam  
tantẽ consumetur. Secũdo, quia veniale nõ  
repugnat charitati, nec opponitur illi, ergo  
nõ corrumpit illã: antecedens probatur ex  
S. Tho. loco citato, quia charitas est circa fi-  
nẽ, veniale circa medium, ergo. Ratio tamen  
hæc videtur nõ omnino satisfacere, nã etiã  
veniale videtur esse circa finẽ, quia mentiri  
iocose est a Deo prohibitũ, ergo est deordi-  
natio circa Deum. Itẽ, occidere hominẽ, li-  
cet habeat pro obiecto creaturã, sed quia est  
a Deo prohibitũ, est circa finẽ. Similiter er-  
go erit de veniali, cũ sit prohibitum a Deo.  
Itẽ quia volitio finis est causa volitionis me-  
diũ, si ergo sit deordinatio circa medium, est  
& circa finem. Ex quibus cõstat rationẽ S.  
Thomæ esse obscuram.

3. Respon-  
detur.

Sed pro explicatione notandum, quod du-  
plex est mediũ: quodã necessariũ, sine quo fi-  
nis assequi nõ potest, vt cib⁹ & potus ad hu-  
manã vitã, quia sine illis viuere nõ possum⁹:  
aliud est mediũ ad bene esse, sicuti carnes co-  
medere: sic & in vita morali duplex est me-  
diũ: alterũ necessariũ, sicuti præcepta serua-  
re, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitã ingre-  
di, serua mãdata: alterũ quod nõ est necessa-  
riũ, sed ad melius esse moralis vitẽ, vt venia-  
lia vitare, quẽ charitati nõ aduersatur. Mẽs

ergo S. Tho. est, qd charitas est ordinatio cir-  
ca finẽ, veniale vero deordinatio circa me-  
diũ nõ necessarium ad finẽ: & ideo nõ re-  
pugnant: et si mortale est deordinatio circa  
mediũ, erit necessarium, quia est prohibitio  
simpliciter, circa veniale autẽ solũ secundum  
quid. Vnde cũ charitas & veniale nõ contra-  
rietur, nõ remittitur a veniali, quia nihil cor-  
rumpitur nisi a suo cõtrario. Et ideo ad ratio-  
nẽ negamus, qd veniale sit cõtra legẽ, nam S.  
Tho. 1. 2. q. 88. art. 1. ad primũ inquit, qd ve-  
nialia nõ sunt cõtra, sed præter legẽ. Et sic in-  
telligi debet definitio peccati, quã assignat  
Augustinus lib. 18. cõtra Faustũ, quod est di-  
ctũ vel factum cõtra legẽ: diffinit enim ibi  
peccatum anthonomasticẽ pro obligatione  
sub pœna mortalis. Ex quibus cõstat, opinio-  
nem Altisiodorensis sustineri non posse.

Et ad rationes illius respõdetur, qd charitas  
potest dupliciter considerari. Primo modo,  
quantum ad substantiam. Secũdo vero modo  
quãtum ad actus, quos exercet: tũc dicimus,  
qd charitas quãtum ad substantiam per venia-  
lia nõ remittitur: si enim Petrus habeat cha-  
ritatẽ vt decem, & decem venialia cõmittat,  
charitas manet eadẽ quãtum ad substantiam,  
quãtum ad actus vero, quos exercet, minui-  
tur eius feruor ad operãdum, vt ait S. Tho.  
4. dist. 16. q. 2. art. 2. conclusionẽ. 1. ad primũ,  
& questionibus de malo. q. 7. art. 2. ad. 16. ar-  
gumentũ. Iuxta quod asserim⁹, qd licet venia-  
le nõ tollat aliquid de habitu & substantia  
charitatis quãtum ad operãdum, tamen mi-  
nuit feruorẽ actus, & efficiet qd virtus ipsius  
habitus nõ tantũdem appareat, nec tam in-  
tense actum producat, neq; tãtum conetur.  
Vnde licet veniale de facultate & potentia  
ipsius habit⁹ nihil tollat, impedit tamẽ exer-  
citiũ habitus. Quod si insurgas, quia Au-  
gustin⁹ inquit, quod minus Deum amat qui  
cũ illo aliquid amat: respõdet S. Tho. loco ci-  
tato ad secundũ, quod intelligit de illo, quẽ  
amat aliquid per mortale, nã qui amat p ve-  
niale ppter Deũ amat. Circa quod est dubiũ  
Caietani, quia veniale pro obiecto habet ma-  
lũ, malũ vero Deũ nõ habet p fine neq; in il-  
lum refertur, ergo. Respõdet, qd est differẽtia  
inter referri formaliter, virtualiter, & habi-  
tualiter, quia formaliter est quãdo actũ re-  
fertur, virtualiter quãdo act⁹ fit ex intẽtione  
præcedẽti, habitualiter, quãdo ex fine cũ ha-  
bitu: veniale vero refertur dicitur in Deum,  
quia fit præsentĩ habitu charitatis. Est tñ dif-  
ferẽtia, quia quãdo actus ex obiecto est bo-  
nus, si in charitate fiat, virtualiter in Deum

refertur: sufficit enim quod habitus sit pre-  
fens ut in Deum referatur: quando vero  
ex obiecto est malus, sicut mendacium ioc-  
osum, tantum habet presentiam habitus  
charitatis.

Pro Augustino respondemus, quod qua-  
do dixit, quod plura peccata minuta, si negligat-  
ur, occidunt, & quod multa leuia faciunt unum  
grande, agebat vice concionatoris, qui ut po-  
pulum a peccatis retrahant, gravitatem deli-  
ctorum exaggerat in odium delicti sepe ex-  
cedendo, affirmat minuta peccata, si negligan-  
tur, saepe animam occidere. Nam, ut Gregorius  
ait, qui minora contemnit, paulatim decedit.  
Quod vero Augustinus vice ageret concio-  
natoris, & in odium delictorum per excessum  
sententiam hanc affirmaverit, ex his verbis ei-  
us constat. Hanc quotidie dicimus vobis, & se-  
pe dicenda sunt, quia bona & salutaria sunt.

QVARTVM QVAESITVM.  
An esse Patrem aliud sit ab eius  
demonstratione.

**A**ugustinus tracta. 23. in expositio-  
ne horum verborum, *Pater enim dili-  
git Filium, & omnia demonstrat ei, quae ipse  
fecit.* Ioan. 5. asserere videtur, Pa-  
trē nihil aliud esse, quā eius demonstratio, si-  
cut nec filium esse quā eius visio: sic enim  
scripsit, Cogitas aliunde, intentio tua alibi est  
illud quod vidisti, in memoria tua est, & non  
videtur a te, quia cogitatio tua in aliud inte-  
ditur. Modo probo, scientibus loquor, Car-  
thaginē nomine, omnes modo intrus quicūq;  
eam nostis, vidistis Carthaginē, nunquid tot  
sūt Carthagines, quot animae vestrae? omnes  
vidistis per nomē hoc, per quatuor has sylla-  
bas notas vobis, erupentes ex ore meo. tacte  
sunt aures vestrae, factus est sensus animae per  
corpus, & ab alia intentione reflexus est ani-  
mus ad id quod ibi erat, & vidit Carthaginē.  
Nunquid tunc est ibi Carthago facta? Iam ibi  
erat, sed latebat. Quare latebat? quia animus  
tuus in aliud attebat. Cū vero reflexa est  
cogitatio tua ad id quod erat in memoria  
tua, inde forma est, & visio quaedam animi fa-  
cta est: antea non erat visio, sed erat memoria:  
reflexa cogitatione ad memoriā, facta est vi-  
sio. Et subdit, pater, quae demonstrat filio, non  
accipit extrinsecus: intrus totum agitur, quia  
nihil creaturae esset extrinsecus, nisi hoc  
pater fecisset per filium, nec illa demonstra-

tio temporalis est: demonstratio quippe gene-  
rat visionē, non visio demonstrationem. Quod  
si purius & perfectius intrus valerem, for-  
tasse inueniremus nec aliud esse patrem, &  
aliud eius demonstrationem, nec aliud filiū,  
aliud eius visionem: sed si vix hoc cepimus,  
vix explicare potuimus, quomodo memoria  
quod cepit extrinsecus ostendat cogitationi.  
Quāto minus capere aut explicare poterim-  
us, quomodo Pater Deus demonstrat Filio,  
quod non habet aliunde, vel quod non est aliud  
quā ipse? paruuli sumus, loquor vobis quid  
non sit Deus, non ostendo quid sit. Ergo ut  
capiamus quid sit, quid faciemus? nunquid a  
me, nunquid per me poteritis? Dicā hoc par-  
uulis, & vobis, & mihi. Est per quē possimus  
modo catābimus, modo adiuuimus. Iacta in  
Deum curam tuam, & ipse te enutriet. Ideo  
enim non potest o homo, quia paruulus es,  
si paruulus es, nutriendus es: nutritus gran-  
dis eris: & quod paruulus non poterat, gran-  
dis videbis: sed ut nutriaris, iacta in Deū cu-  
ram tuam, & ipse te enutriet.

Doctores scholastici. 1. sent. dist. 26. & 27.  
S. Tho. 1. parte. q. 40. qua agit de personis in  
cōparatione ad relationes. Et supposito quod  
relationes sunt idem quod personae, in quibus fun-  
dantur, nihilominus tamen sunt in personis  
ipsis. Secundo articulo querit, an personae dis-  
tinguantur per relationes. Et respondet tribus  
cōclusionibus. Prima conclusio, Oporteret quod  
personae in Diuinis distinguantur per origi-  
nes, scilicet, per spirationē, filiationē, paterni-  
tatem, vel per ipsas relationes personales.  
Secunda cōclusio, personae Diuinae non distin-  
guntur per origines. Tertia cōclusio, Distin-  
ctio personarū Diuinarū est per relationes  
personales. Probat optime & clare. Circa  
istā quāstionē de distinctione personarum  
Diuinarum fuit prima antiquorum opinio, quod  
personae Diuinae sicuti & creaturae distinguan-  
tur per proprietates aliquas absolutas, non  
respectiuas, dato non distinctas: quia isti no-  
lunt alias distinctiones extraneas admitte-  
re. Sententiā istam tenet Marfilus, q. 30. &  
fuit opinio cuiusdam Ioannis Ripa. Scotus. 1.  
sentent. dist. 26. illam tribuit Bonauenturae,  
cū tamen ipse distinctione. 26. ponat per-  
sonas Diuinas distinguere per origines, & non  
per proprietates absolutas. Et addit Marfilus,  
quod ista opinio est similis opinioni Platonico-  
rum de ideis, quas assignabant ab indiui-  
duis distinctas, & in singulis realiter per  
proprietates absolutas. Horū fundamentū fuit,  
quia paternitas videtur posterior actus gene-  
rationis

rationis, sicut in humanis: actus autem gene-  
rationis praesupponit personas iam constitu-  
tas in genere personali: prius enim Pater ge-  
nerat, quā ipse sit, & prius est quod gignatur  
quā quod sit filius, personae ergo Diuinae di-  
stinguntur per proprietates absolutas, & non  
per relatiuas.

Circa Mar-  
filium.

Opinio tamen haec vale fecit in scholis.  
Et licet Scotus loco citato existimet illam  
probabilem, contrariam tamen affirmat pro-  
babiliorē, nempe, quod personae Diuinae per pro-  
prietates relatiuas duntaxat distinguuntur.  
Quam sententiam tenet Sanctus Thomas. & est  
communis Doctorum scholasticorum. Et pro-  
batur, quia in tota scriptura sacra non inue-  
nimus personas Diuinas per aliud distin-  
gui, nisi per relationes. Et confirmatur, quia  
si distinguuntur per proprietates absolutas,  
quare Christus non nominauit aliquando Pa-  
trem vel Spiritum sanctum, nisi per solas re-  
lationes, si ergo Patrem & Spiritum sanctum  
per solas relationes nominauit, quia Patrem  
& Spiritum sanctum significant, ergo per  
illas distinguuntur. Secundo arguitur con-  
tra Marfilium, & querimus, proprietates illa  
absoluta quomodo se habeat ad essentiam Di-  
uinam: quia vel se habet tanquā potentia ad  
actum: & hoc esse incōueniens, quia essentia  
Diuina est infinite perfecta, & non potest ad  
aliud se habere tanquā potentia ad actum:  
quia omne sic se habens habet se tanquā  
perfectibile ad perficiens, quod Deo repu-  
gnat. Si vero dicatur, quod habet se ad essentiam,  
vel essentia ad proprietatem illam absolutā  
tanquā actus, oportet dicere quod proprie-  
tas illa absoluta esset de essentia Diuinae es-  
sentiae: sicuti se habet bonitas ad essentiam:  
et si proprietates illae essent communis essentiae,  
essentia eius esset communis tribus personis,  
quod tamen implicat, nempe, quod sit pro-  
prietates absoluta, & simul communis tribus per-  
sonis. Nullo ergo modo sustineri potest quod  
personae Diuinae per huiusmodi proprietates  
absolutas distinguantur. Rationes alias pru-  
dens omitto. Vnde existimo opinionem S.  
Thomae non esse probabilem, sed certā, & contra-  
riam temerariā. Alia est opinio Gregorij  
Ariminen. 1. dist. 27. q. vnica, quod personae  
Diuinae distinguuntur a se inuicē, eodem modo  
quo distinguitur essentia Diuina ab essentia  
creata, scilicet, seipsis. Vnde ponit ibi duas  
distinctiones. Prima, quod proprietates in Diui-  
nis tripliciter vsurpatur. Primo modo, pro  
ipsis personis. Secundo, pro aliquo, quod  
est in ipsa persona intrinsece, id est, ipse Pa-

Gregorius

Marfilus.

ter. Tertio modo, pro aliquo cōplexo, proprio  
alicui personae. Secunda distinctio est, quod  
personas distinguere dupliciter potest intelli-  
gi. Primo modo, quod sit aliqua proprietates quae  
sit ratio distinctionis, sicuti paternitas est ali-  
quid, quod est ratio distinctionis patris a fi-  
lio. Secundo modo, quod pater distinguatur a fi-  
lio paternitate, quae probatur & ostenditur ef-  
se a filio distinctū. Quibus suppositis, statuit  
has cōclusiones. Prima cōclusio, personae non  
constituuntur proprietatibus, siue primo, aut  
secundo, aut tertio modo. Secunda cōclusio,  
personae distinguuntur proprietatibus primo  
modo, id est, seipsis immediate. Tertia cōclū-  
sio, non distinguuntur proprietatibus secundo  
modo, id est, paternitate aut filiatione. Quar-  
ta cōclusio, distinguuntur proprietatibus ad  
hunc sensum, quod per proprietates cognoscitur  
vna persona ab alia distinguere. Probat, quia  
personae Diuinae sunt quid simplicissimū, non  
ergo imaginanda est ibi persona ipsa, & aliud  
reale per quod personae distinguantur.

Imaginatio autē haec Gregorij nulliū momē-  
ti est: dato enim persona sit quid simplicissi-  
mū, nos tamen ponimus per aliquid quod est idē  
& propriū ipsi personae ab alia persona distin-  
gui, scilicet, per relationem paternitatis, filia-  
tionis, & spirationis passiuę. Verū est quod  
Gregorius id non tenet nimis assertiue, inquit  
enim, quod sententiā illā tenet sine periudicio  
sanioris sententię. Ideo tenenda est opinio  
S. Thomae, quae est communis Doctorum schola-  
sticorum, quod personae Diuinae distinguan-  
tur per proprietates relatiuas. Et omnes alię  
opiniones dimittendae sunt.

Dubiū tamen est, an abstractis per intelle-  
ctum relationibus a personis, adhuc maneant  
hypostases. Conclusio communis est, quod si  
per impossibile in Diuinis relationes non es-  
sent, nec essent personae. Cōclusio est nota,  
quia personae distinguere non possunt nisi per  
relationes, si ergo illae tollantur, manebit vni-  
ca tantū persona. Confirmatur, quia philoso-  
phi omnes, qui in Diuinis non posuerunt re-  
lationes, dixerunt esse vnicam personam.  
Dubiū tamen est, an sequatur per locum  
intrinsecum, in Diuinis non sunt relatio-  
nes, ergo remanet vna persona. Aliqui re-  
spondent per has duas cōclusiones. Prima,  
seclusis proprietatibus relatiuis, adhuc ma-  
net vna persona. Secunda cōclusio, in Diui-  
nis de facto est vna persona absoluta, quae non  
constituitur per aliquam proprietatem rela-  
tiuam. Haec opinio est mirabilis, & non pa-  
rum difficilis, quam, inquit Marfilus, q. 30.

esse opinionem aliquorum antiquorum: & personam istam affirmabant intelligi in huiusmodi propositionibus, Deus creat, Deus est trinus & vnus. Capreolus dist. 26. attribuit illam Scoto. Prima ratio pro ista opinione est, quia essentia Diuina ratione sui sine respectu ad relationem est persona, ergo de facto est aliqua persona absoluta: antequam probatur, quia quidquid est perfectionis in Diuinis debet essentiae Diuinae tribui, esse autem personam est perfectio maxima, ergo essentia est persona absoluta.

Hoc non obstante respondemus cum S. Th. q. 40. art. 3. quod in Diuinis non est persona aliqua absoluta. Probatur, quia ex hoc sequitur primo, quod si esset persona aliqua absoluta, nulla esset relatiua. Probatur, quia Pater est persona non per relationem, sed per se, & idem est de Filio & Spiritu sancto: quia si prima persona constituitur in esse personali ratione essentiae, & essentia est intrinsicè persona, ergo Pater, Filius, & Spiritus sanctus ratione sui, & non ratione relationis constituitur in esse personali. Pater, quia qualibet persona intrinsicè includit essentiam. Secundo sequitur, quod non essent tres personae, sicuti non sunt tres Dei, quia per idem per quod constituitur vnus Deus per vos, constituitur tres personae, scilicet, per essentiam. Tertio sequitur, quod eadem persona generat & generatur, spirat & spiratur. Probatur, quia persona illa absoluta generat, & spirat, & eadem generatur & spiratur. Quarto sequitur, quod vna & eadem persona esset trina & vna.

Ad argumentum autem, quia quidquid est perfectionis tribuendum est essentiae Diuinae ratione sui, respondetur, quod dubium est saltem ratione sui: sat enim est, quod essentiae tribuatur quidquid perfectionis est ei tribuendum: nam generare, esse sit perfectio, non tamen conuenit essentiae ratione sui, sed ratione personae. Secundo respondet Capreolus, & dat maiorem: sed esse personam est perfectio, distinguit: duo enim sunt in persona, quod per se subsistat, & quod sit distincta à quolibet alio & incommunicabilis: hoc autem secundum non est perfectionis, bene tamen primum. Prudens rationes alias omitto. Et dico tenendum esse, in Diuinis nullum esse suppositum absolutum. Quod si iustus, an si per impossibile in Diuinis non essent relationes, an esset aliqua persona. Respondetur affirmatiue, quia tunc adhuc Deus esset per se subsistens, & incommunicabilis, & à quolibet alio distinctus: & breuiter esset intellectualis natura

indiuina substantia, ut Sanctus Thomas articulo 3. citato in solutione ad tertium videtur dicere. Secundo dico, quod in Diuinis, si relationes non essent, esset quidem vnica persona, non tamen duae vel tres, quia ad pluralitatem personarum requiritur productus & productum.

Vltimo dubitatur, an relationes Diuinae distinguantur ab essentia saltem ratione. S. Thom. 1. parte. q. 28. articulo. 2. respondet, quod relatio in Deo est idem cum essentia Diuina. Secundo inquit, quod relatio illa est rationis, & non realis. Et est sententia communis Doctorum scholasticorum. Et Durandus. 1. distin. 33. quaestione. 1. inquit, quod attributa inter se differunt solum ratione, & idem ab essentia Diuina. Et omnis opinio, probat, quod Sanctus Thomas rationabilis loquatur quam Scotus & modernus. Arguitur sic, ubi est multitudo est distinctio ut ex se constat, quia non dicuntur multa, nisi quia ibi vnum distinguitur ab alio: in Angelo enim non est multitudo, quia in essentia Angeli non est distinctio, inuenitur autem multitudo ubi non est distinctio realis, oportet ergo ibi inuenire distinctionem aliam minorem, haec autem esse non potest, nisi rationis, ergo: probat, quia secundum Gregorium intellectus, voluntas, ac memoria tres sunt potentiae animae, & tamen inter illas secundum illum & modernos, non est distinctio realis, ergo est distinctio rationis, Confirmatur, quia sensus exteriores sunt quinque, & interiores quatuor, ibi est multitudo sensuum, inter quos secundum Gregorium non est realis distinctio, sed sunt ipsa anima, ergo est distinctio rationis. Item, quia duo sunt obiecta voluntatis & intellectus, scilicet, ens & bonum, sed non distinguuntur realiter, ergo distinguuntur ratione. Item, quia in Deo aliqua distinguuntur ratione, ut moderni concedunt, nempe, quod in Deo sunt quatuor relationes, paternitas & spiratio actiua, filiatio, & spiratio passiuat: & ibi non est distinctio realis inter paternitatem & spirationem actiuam, ergo est distinctio rationis. Item, quis vnquam negauit, quod in Deo sunt omnes perfectiones possibles: si ergo plures perfectiones sunt in Deo, ergo est multitudo, debet ergo ibi esse distinctio, non autem realis, ergo rationis. Vltimo, quia in Deo sunt idem, sed ille non distinguuntur realiter, ergo, ratione, quia oportet quod inter ideas sit aliqua distinctio. Ex quibus constat

Dubium.

constat sententiam S. Thom. esse veram & manifestam, quia illa distinguuntur ratione, quae diuersis conceptibus concipiuntur.

Pro Augustino respondetur, quod cum dixit non esse aliud Patrem, & aliud eius demonstrationem, non negat personas Diuinas per relationes reales inter se oppositas & distinctas constitui & distingui. Nam Doctores scholastici subtiliora quae de Trinitate scripserunt ex libris, quos de Trinitate scripsit, ab eo mutuati sunt: sed mens eius est, quod sicuti esse Patrem & generare non est aliud, sed omnino idem, ita esse Patrem & seipsum per generationem manifestare & demonstrare non est aliud à Patre, sed idem cum Patre. Et assignat ipse simile. Sicuti Pater suscitatur animas, sed per Filium, ut fruatur animae suscitatae substantia Dei, hoc est, Pater & Filii omnia enim quae Pater habet (praeter paternitatem) generando filium, ei communicauit.

QVINTVM QVAESITVM.

An fides sit ex nobis.

Augustini expositionem tractat. 26. in Ioannem super haec verba, *Deus patetis corde ad me, nisi Pater, mens uerax uerit cum,* Ioann. 6. Magister sent. 2. dist. 26. annotauit his verbis, Non est ignorandum, quod alibi Augustinus significare uideatur, quod ex voluntate sit fides, de illo uerbo Apostoli, Corde creditur ad iustitiam. Ita super Ioannem tractat, Ideo non simpliciter Apostolus creditur, ait, sed corde creditur, quia cetera potest homo nolens, credere: non nisi uolens intrare ecclesiam, & accedere ad altare potest nolens, sed non credere. Item super Gen. ubi Laban & Bathuel dixerunt, Vocemus puellam, & quaramus eius uoluntatem, &c. dicit expositor, quia fides est uoluntatis non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus, non haec ita accipienda fore, ut ex uoluntate hominis fides intelligatur prouenire, cum ipsa sit proprie Dei donum, ut ait Apostolus, & ex ea bona hominis merita incipiant: per hanc enim, ut inquit Augustinus super Psalmum. 67. iustificabitur impius, id est, fiet de impio pius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari, unde omnia bona merita incipiunt: sed potius haec ideo dicta sunt, quia non est fides nisi in eo qui uult credere, cuius bona uoluntate

Rom. 10.

tae fides prouenit, non tempore, sed causa & natura. Unde Augustinus supra congruenter dixit, quod bona uoluntas in eis donis est, quae non praecedat, & ipsa iuuet, quibus ea iuuat, quibus prouenit, dum eis consentit ad effectum boni, & in eis est, quia tempore ab eis non praeceditur. Vide supra primo tomo B. Augustini ad quartum quaesitum.

SEXTVM QVAESITVM.

An uenialia Eucharistiae effectum sumentibus impediunt.

Augustinus tractat. 26. in Ioannem hunc locum explicans, *Pater uestri manducate ueritas manus,* Ioan. 6. inquit, Videte fratres patrem coelestem, spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata et si sint quotidiana uel non sint mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quod dicatis, Dimitte nobis debita nostra. Ex quo uideretur colligi, uenialia non impedire sacramenti effectum. Doctores scholastici 4. sentent. dist. 11. Sanctus Thomas 3. parte. q. 75. art. 8. quo quaerit, an per ueniale peccatum impediatur effectus Eucharistiae. Et supposita distinctione respondet tribus conclusionibus. Peccatum enim ueniale aut consideratur ut iam praeteritum solum reatum relinquens: aut in actu quod tunc exercetur dum sacramentum sumitur, ut si quis propter inanem gloriam ad sacramentum accedat. Est ergo prima conclusio, Venialia non impediunt effectum Eucharistiae, quia non obstant gratiae: imo euenire potest, ut quis accedens cum multis uenialibus ea deuotione sacramentum suscipiat, ut ei remittantur. Ratio est, quia nihil, quod remouetur per actum alius causae, potest eius effectum impedire: ueniale autem praeteritum remouetur per hoc sacramentum, ergo eius effectum non impedit. Secunda conclusio, Venialia in actu licet non ex toto impediatur effectum huius sacramenti, impediunt tamen ex parte. Duplex est enim effectus huius sacramenti, scilicet, habitus tantum gratiae quam charitatis, & refectio actualis dulcedinis spiritualis per actualem deuotionem: cum ergo uenialia mentem distrahant ab attentione & actuali deuotione sacramenti, fit ut hunc effectum impediunt. Tertia conclusio, Per huiusmodi peccata in actu non tollitur augmentum habitualis gratiae & charitatis.



Hæc est nota quia venialia non sunt obices gratiæ.

Dua priora conclusiones ab omnibus recipiuntur. Tertiam negat Caietanus, cuius sententia quaestione citata art. 1. his propositionibus consistit. Prima, ad percipiendum effectum huius sacramenti quemcumque requiritur, ut sumatur cum actuali deuotione: itaque qui propter venialia vel alias distractus sumit, nullum effectum sacramentalem percipit. Subscribunt ei in hac propositione Durandus. 4. dist. 12. q. 4. in solutione. tertij. & Bonaventura eadem distinctione. art. vltimo. q. 1. Secunda propositio, Si in eo, qui sic distractus accedit, post sumptionem deuotionis sacramenti superueniat, tunc suscipiet effectus sacramentales, quos recipisset, si sacramentum cum simili deuotione suscipere. Ex quo inferit, quod si quis accedat ad sacramentum attritus sine actuali deuotione, purus se esse contritum, non fiet tunc ex attrito contritus, sed postea quando deuotionem habuerit: pari modo, si accedat in gratia, non recipiet tunc augmentum, sed postea. Et idem censet de omnibus effectibus sacramenti, qui sunt adeptio gloriæ, remissio peccatorum, & præseruatio à futuris: nam censet effectus istos ex illo priori dependere, scilicet, ex actuali deuotione & refectione. Quare nisi illo percepto, reliqui non percipiuntur. Rationes eius sunt istæ. Prima est D. Tho. 4. dist. 12. q. 2. art. 1. quaestiuicula. 3. ubi ait, augmentum gratiæ impeditur per distractionem & defectum actualis deuotionis & specialiter per venialia. Secundo, quia si absque actuali deuotione augetur per quotidianum sacramentum habitus gratiæ & charitatis, maior esset gratia & charitas sacerdotum quotidie in gratia celebrantium, quam rationabile sit credere. Nam cum amor, ut ait Gregorius, non sit ociosus, sed operatur magna, si est, deberet tam ingens habitus charitatis per opera heroica foras prodire: quod tam experientia non attestatur. Tertio arguit, ex propria ratione sacramenti, qui datur per modum cibi & potus iuxta verbum Domini, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, ergo nec confert, nec auget gratiam nisi per modum nutritionis: nutritio autem est actus vitalis, ergo hoc sacramentum non auget gratiam, nisi adsit actualis deuotio. Et confirmatur, quia venialia in hoc sacramentum non remittuntur nisi per feruorem charitatis, & per viam nutritionis, qua restauratur perditum.

His non obstantibus, opinio hæc non videtur qualiter sustineri possit. Primo, quia quidquid S. Tho. in 4. opinatus fuerit, 3. tamen parte loco citato expresse asserit, quod per peccata venialia non tollitur effectus gratiæ: neque glossa Caietani vilius est momenti: aut enim, quod loquitur D. Tho. de gratia in habitu, hoc est, in aptitudine & virtute, quia scilicet sic distracto, postmodum adueniente deuotione, augetur gratia. Hæc inquam glossa hic locum non habet, quia cum Sanctus Tho. distinguit duos effectus sacramenti, qui sunt habitus & actus, manifeste accipit habitum pro illo, qui infunditur animæ: & ideo subdens, per venialia impeditur actus deuotionis, & non augmentum habitus, manifeste docet, augmentum eiusmodi habitus non pendere ex actuali deuotione. Ex quo primum argumentum Caietani manet solutum. Secundo hæc est generalis conditio omnium aliorum sacramentorum, ut accedenti in gratia per solam susceptionem illius gratia augetur, quando non inuenit obicem, & effectum illum habet ex opere operato: cur ergo conditio hæc sacramenti Eucharistiæ negari debet? Tertio, suspensum illud sacramentum, ut dum deuotio in susceptione deficit, post aduenientem eundem effectum reddere faciat, res est inaudita. Adde, quod contingere possit, ut decies homo sacramentum sumeret absque augmento gratiæ, quæ tamen post mensuram unice remissa sacramenti deuotione adueniente, simul omnia incrementa gratiæ susciperet, quibus fuerat fraudatus: quod ratio non consona non videtur. Quarto contra illud, quod ait, scilicet, quod bona fide attritus suscipiens sacramentum sine deuotione, tunc non suscipit primam gratiam, sed postea adueniente deuotione, arguitur, mortale non remittitur nisi vel per legitimam contritionem, vel per illam adiuncto sacramentum: in huiusmodi autem homine per se nunquam fuit legitima contritio, ergo si tunc, quando sacramentum suscipit, per eius susceptionem non sit contritus, cum deuotio postea nec sit sacramenti susceptio, neque actus penitentia, nunquam per illa conferetur prima gratia: præsertim cum sit conditio solius baptismi ut eius effectus impeditur, postea recedente fictione, recedat neque postea fictio, quæ illi effectum impedit, tollitur nisi per actum penitentia. Quinto, quia cum omnia sacramenta sola susceptione ipsorum faciant, ex attrito contritum, cur hoc denegandum est huiusmodi sacramentum? Sexto, si venialia aut distractio

deuo-

deuotionis impedimentum esset recipiendæ aut augendæ gratiæ, tunc sic, recipere sacramentum mortale esset, quia opponeretur obex gratiæ, quod asserere temerarium est. Vltimo opinio hæc grauem causaret scrupulum, nam multis accidit, ut nec dum sumunt sacramentum, nec postea actualem habeant deuotionem, maxime freneticis, quibus si si gna contritionis præcesserunt, exhibendum est hoc sacramentum, quare priuarentur augmento gratiæ, & nonnunquam attriti sumentes, priuarentur prima gratia. Et ideo tenendum est, quod per venialia & per absentiam deuotionis nihil gratiæ habitualis aut charitatis impeditur, sed tantum refectionis actualis spiritualis dulcedinis. Et ratio est plana, quia refectio & dulcedo dicit actum gustandi, sicut gustare, & ideo contradictio est, ut sine actuali deuotione & actu contingat actualis refectio & dulcedo: esset enim habere actum sine actu.

Ad rationes Caietani. Primum iam est solutum. Secundum fateor nimis vrgeri, scilicet, quomodo sacerdotes quotidie celebrantes non amplius proficiant operibus charitatis: sed minus secundum suam opinionem vrget, nam plurimi sunt, qui nunquam celebrant saltem sine aliquali tepida deuotione, quæ secundum ipsum sufficit ad augmentum gratiæ. Et simile argumentum fit de operibus meritorijs, tenendo omnia opera bona iusti, quæ non habent malam circumstantiam, genere suo esse meritoria, debet crescere gratia plusquam experimur. Respondetur ergo. Primum, quod in sacerdotibus attentè celebrantibus credendum est, copiosam esse gratiam: sed quia eis non offeruntur egregia opera, in quibus illam possint manifestare, referunt illam secundum ordinarium usum in occurrentibus officijs. Secundo dicimus, quod in alijs tepidè celebrantibus augmentum est tenuissimum: item feruor charitatis remittitur per venialia, & quia sunt quotidiana, ideo videtur languere gratia & charitas: in alijs vero per mortalia amittitur gratia, quæ postea usque ad eundem gradum non facile recuperatur. Ad tertium argumentum, quia hoc sacramentum non infundit neque auget gratiam, nisi nutriendo: nutritio autem dicitur actum, ergo sine actuali nutritione nullum effectum habet. Respondeo ad minorè, quod est duplex spiritualis nutritio, sicut manducatio, scilicet, habitualis & actualis: quando enim homo sine actuali deuotione, accedit ad hoc sacramentum, nutritur habitualiter

per augmentum gratiæ, non tamen actualiter per dulcedinem gustus: per illud autem augmentum gratiæ poterit ipse postea habere actualem dulcedinem, si habeat deuotionis actum. Et ita est contrarius ordo, quem Caietanus existimat: arbitratur enim prius natura esse actualem deuotionem quam augmentum gratiæ, cum sit de conuerso, quod cum gratia augetur virtute susceptionis sacramenti, prius natura augetur quam excitetur deuotio & feruor charitatis, qui est effectus sacramenti: sicut prius natura est sumptio nutrimenti, quam excitatio spirituum vitalium: quanquam feruor & deuotio præcedere possint susceptionem sacramenti. Et aduertendum, quod optima deuotio est, si quis ad sacramentum hoc sine conscientia mortalis accedat.

Pro Augustino respondet S. Tho. loco citato ad primum argumentum, quod qui cum actu venialis peccati ad hoc sacramentum accedit habitualiter manducat spiritualiter, hoc est, suscipit augmentum gratiæ, non tamen actualiter manducat, quia non actu gustat sacramenti dulcedinem & refectionem. Et ad secundum docet, quod quantum ad gratiam & charitatem habituales non magis impeditur hoc sacramentum per peccatum veniale aut distractionem, quam baptismus. Ex qua doctrina constat, ex venialibus culpis non prorsus impeditur sacramenti effectum, sed ex aliqua tantum parte: nam licet venialia delicta amplioris gratiæ & charitatis adeptionem non tollant, quando tamen gustum spiritualis dulcedinis adimunt, quem exactè purgati, sumpto Domini corporis sacramentum, experimur.

### SEPTIMUM QVAESTIVM.

#### An Eucharistia verum Christi corpus contineat.




Augustinus in expositione horum verborum, *Ego sum panis vite*, Ioann. 6. declinare in sententiam Sacramentorum videtur asserentium Eucharistiæ nihil aliud esse, quam panis & vini substantia, quæ figuram, similitudinem, & appellationem gerit corporis Christi, quod corporaliter & vere

Bbb 5 in

in sacramento non est, sed spiritualiter tantum & mystice. Sunt autem verba Augustini ex tractatu. 26. in Ioannem huiusmodi, Manducauit & Phinees, manducauerunt & ibi multi, qui Deo placuerunt, & mortui non sunt. Quare? quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, vt spiritualiter saturarentur. Nam & nos accipimus visibilem cibum. Sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Item in posterioribus, Hic est panis, qui de caelo descendit. Hunc panem significauit manna, hunc panem significauit altare Dei: sacramenta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, in re, quae significatur paria sunt. Et hanc eandem sententiam innumeris pene locis repetit, quae haeretici detorqueunt in suam perniciosissimam heresim, negantes verum Christi corpus in Eucharistia contineri, cum tamen Augustinus cum de Eucharistia ageret, sic de signo siue sacramento meminit, vt rem & virtutem sacramenti non excludat, sed semper vtraque simul conceditur, vt ex loco citato ex tractatu. 26. in Ioann. constat, vbi inquit, Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum: sed aliud est sacramentum aliud virtus sacramenti, petra Christus in signo, verus Christus in verbo & veritate. De hac quaestione vide supra secundo tomo Chrysostomi ad tertium quae situm.

OCTAVVM QVAESITVM.

An Magdalena soror Lazari, sit quae pedes Domini lauit.



Augustinus tracta. 49. in expositione horum verborum, *Et autem quid a languens Lazarus,* Ioann. 10. dubitare videtur, an Magdalena soror Lazari, sit quae pedes Domini unxit unguento, & terxit capillis suis: sic scribens, Si ergo Dominus magna sua gratia, & magna sua misericordia animas suscipiat, ne moriantur in aeternum, bene intelligimus tres illos mortuos, quos in corporibus suscitauit, aliquid significare & figurare de resurrectionibus animarum, quae sunt per fidem: resuscitauit filiam Archisynagogi adhuc in domo iacentem: resuscitauit iuuenem filium viduae extra portam ci-

Marci. 5.  
Luc. 7.

uitatis elatum: resuscitauit Lazarum sepulchrum quadriduanum. Intueatur quisque animam suam: si peccat, moritur, sed aliquando in cogitatione, si consensisti, intus est mors quia cogitatio non processit ad factum. Talem animam significat puella illa, quae nondum erat foras elata, sed quia in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum consensisti, sed etiam malum fecisti, quasi mortuum extra portam tulisti, & tamen ipsum Dominus resuscitauit, & redidit viduae matri suae, hoc est, Ecclesiae. Tertius mortuus Lazarus est: genus mortis in mane mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare, aliud peccando consuetudinem facere. Qui peccat & continuo corrigitur, cito reuiuiscit, quia nondum est sepultus: qui autem peccare consueuit, sepultus est, & bene de illo dicitur, foetet, incipit enim habere pessimam famam: tales sunt omnes assueti sceleribus, perditis moribus: nec ad ipsum resuscitandum minor fuit virtus Christi: nouimus, videmus quotidie, videmus homines, pessima consuetudine permixta, viuere melius quam viuunt qui reprehendebant: detestabaris hominem, ecce ipsa soror Lazari, si tamen ipsa est, quae pedes Domini unxit unguento, & terxit capillis suis, quos lauerat lacrymis, melius suscitata est, quam frater eius de magna malae consuetudinis mole est liberata: erat enim famosa peccatrix, & de illa dictum est, Dimittebantur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Luc. 7.

Origenes tractat. in Matth. 35. asseuerat, tres fuisse Marias Magdalenas, quae Christum unxerunt: primam meretricem, quae unxit Dominum in domo Pharisaei, de qua Lucas scribit cap. 7. secundam, quae unxit pedes eius ante Iex dies Paschae in Bethania in domo propria: & haec erat Maria soror Lazari vitam habens probam & admiratam, quam Ioannes commemorat cap. 11. tertiam, quae ante duos dies Paschae effudit unguentum super caput Iesu in Bethania in domo Simonis Leprosi, de qua Marcus. 6. 14. & Matth. 26. loquuntur. Consentunt Origenem Theophylactus in comment. 6. 7. in Lucam, & Euthimius in explanatione. cap. 26. in Matth. Ioannes Rosenus episcopus hanc opinionem defensam a Iacobo Viennensi episcopo tribus voluminibus oppugnavit. Sunt quae duas tantum ponant Magdalenas Domini vnitricem: vnam meretricem, quae apud pharisaeum pedes primum, & deinde in domo Simonis Leprosi caput Christi unxit: alteram

vero

vero Lazari sororem pedes Domini apud se cenantis ungentem. Ex horum numero est Chrysostomus homi. 81. in Matth. & in Ioann. homi. 61. & Bernardus in sermone de Magdalena duas refert, sed paulo diuersim. Alij sunt qui vnicam duntaxat asserunt Magdalenam Lazari sororem, quae in domo Pharisaei, in domo Simonis Leprosi, & in domo Lazari bis pedes, semel unxit caput. In hac sententia sunt Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum. c. 9. Gregorius hom. de Magdalena, Bedalib. 3. comen. in Lucam, Rabanus in Lucam. c. 7. ac plerique alij, quorum sententia nunc diuina ecclesia sic canit. Maria soror Lazari, quae tot commisit crimina, ab ipsa fauce tartari redit ad vitae limina. Et licet Ambrosius lib. 6. in Lucam asserat, dici posse, vnam fuisse & plures sententiam tamen Augustini, Gregorii, Bedae & Rabani sequatur communiter tam Patres, quam Doctores scholastici.

Pro Augustino respondemus, quod cum dixit de Maria Magdalena Lazari sorore, Si tamen ipsa est quae pedes Domini unxit unguento, & terxit capillis suis, id ex professione non disputabat, nam cum de re hac ageret, absolute asseruit vnicam duntaxat fuisse Magdalenam sororem Lazari, vt ex lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 9. constat.

NONVM QVAESITVM.

An Petrus clauis in persona propria receperit.

Augustinus tractat. 50. in Ioannem hunc locum explicans, *Pauperes habebitis semper vobiscum, me autem non semper habebitis,* Ioann. 12. duo habet loca ab haereticis nostrorum temporum inique usurpata: vnum ad euersionem primatus Petri, alterum ad abolendam veritatem sacratissimae Eucharistiae. Primus locus innuere videtur, Christum non dedisse clauis Petro in persona propria, sed in persona totius ecclesiae: ac si omnes boni, qui in ecclesia sunt, clauis habeant, ac parem cum Petro clauis potestatem. Verba eius sunt haec, Tibi dabo clauis regni caelorum, quae cuiusque solueris, &c. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia: si autem & in ecclesia sit, vt quae in terra ligantur, in caelo ligentur, & quae soluantur in terra, soluantur in caelo, si hoc

Math. 16.

in ecclesia sit, Petrus quando accepit, ecclesiam sanctam significauit, sic in Petri persona significari sunt in ecclesia boni, &c. Hic locum aduersus Rom. Pontificis primatum adducit Calvinus insti. suae. c. 8.

Secundus locus, qui verum Christi corpus videtur ab Eucharistia excludere, his verbis habetur, Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis: loquebatur Christus de praesentia corporis sui, nam secundum maiestatem suam, secundum praesentiam, secundum ineffabilem adconsuetudinem seculi, secundum carnem vero, qua verbum assumpsit, secundum id quod de Virgine natus est, secundum id quod a Iudaeis comprehensus est, quod in ligno confixus, quod de cruce depositus, quod lintheis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis me vobiscum. Quare: quonia conuersatus est secundum corporis praesentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducuntibus videndo, non sequendo, ascendit in caelum: & non est hic, ibi enim sedet ad dexteram Patris: & hic est, non enim recessit praesentia maiestatis: aliter secundum praesentiam maiestatis semper habemus Christum: secundum praesentiam carnis recte dictum est discipulis, Me autem non semper habebitis: habuit enim illum ecclesia secundum praesentiam carnis paucis diebus, modo fide tenet, oculis non videt.

De priori loco supra diffiniuimus, quod licet Petro datae sint clauis in persona totius ecclesiae, non tamen inde sequitur, vt omnes, qui in ecclesia sunt, clauis habeant & parem potestatem clauis cum Petro, quarum profecto nullus esset vltus, si omnes clauis haberent: sed verborum sensus est, clauis datas esse, non tantum ipsi Petro, sed Petro in persona ecclesiae, hoc est, non in vnus tantum Petri vsum, dignitatem, & commodum, sed vt Petrus clauis vteretur in utilitatem ac beneficium totius ecclesiae: ne sibi vni tantum prospiciens, clauis potestatem in tyrannicam potentiam verteret. Vide supra de hac quaestione. 4. tomo Chrysostomi ad decimum septimum quaesitum, & 4. tomo Augustini ad 34. quaesitum.

Secundus locus interpretandus est de praesentia corporis Christi mortali ac visibili, secundum quam non amplius Christum habemus, quae tamen secundum gloriosam nobisque inuisibilem eiusdem corporis praesentiam in sacramento altaris habemus eo modo

modo, quo diffiniuimus secundo tomo Chry-  
sostomi ad tertium.

DECIMVM QVAESITVM.

An Christus mediator fuerit in  
quantum Deus, vel in quan-  
tum homo.



Augustinus tractat. 83. in ex-  
positione clausulae huius,  
*Sicut et ego Patris mei precepta ser-  
uauit, et maneo in eius dilectione,*  
cap. 15. asserere videtur,  
Christum mediatorē Dei  
& hominum fuisse, non in quantum Deus,  
sed in quantum homo est Christus Iesus, his  
verbis, Vtique etiam hic hanc dilectionē Pa-  
tris intelligi voluit, qua eum diligit Pater:  
ita quippe dixerat, Sicut dilexit me Pater,  
& ego dilexi vos: atque his verbis illa subiū-  
git, Manete in dilectione mea illa proculdu-  
bio, qua dilexi vos, ergo quod ait etiam de  
Patre, Maneo in eius dilectione, illa scilicet  
accipienda est, qua dilexit eum Pater. Sed  
nunquid & hic gratia intelligenda est, qua  
Pater diligit Filium, sicut etiam gratia est,  
qua nos diligit Filius, eū simus nos filij gra-  
tia, non natura, vnigenitus autem natura nō  
gratia? an hoc etiam in ipso Filio ad homi-  
nem referendum est? ita sane, nam dicendo,  
Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos,  
gratiam mediatoris ostendit: mediator autē  
Dei & hominum, non in quantum Deus, sed  
in quantum homo est Christus Iesus.

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 19. S. Th.  
3. parte. q. 26. & art. 1. quærit, an esse media-  
torem sit proprium Christo. Et respondet  
duabus conclusionibus. Prima, Esse media-  
torem inter Deum & hominem simpliciter  
est proprium Christo. Secunda conclusio, Ni-  
hil prohibet alios esse mediatores secundum  
quid, scilicet dispositiue vel ministerialiter.  
Prior conclusio patet: officium enim media-  
toris est reconciliare inimicos & discordan-  
tes, per Christum autem reconciliati sumus  
Deo, à quo per peccatum eramus discordes,  
& eius eramus inimici, reconciliati vero su-  
mus ei per Christum, ergo Christus est me-  
diator inter nos & Deum: maior patet: mi-  
nor declaratur ratione sic, Per satisfactionē  
reconciliatur offendens offenso, sed Christi  
per passionem suam satisfecit pro nobis, er-

go nos Deo reconciliauit. Autoritate etiā  
Apostoli id patet, nam ad Rom. 5. inquit, Cū  
inimici essemus, Deo reconciliati sumus per  
mortem Filij eius. Et Colossen. 1. In ipso cō-  
placuit omnem plenitudinem inhabitare, &  
per eum reconciliari omnia in ipso, pacifi-  
cans per sanguinem crucis eius, siue quæ in  
caelis, siue quæ in terris sunt. Secunda autē  
conclusio est nota, nihil enim prohibet, ali-  
quos alios secundum quid dici mediatores  
inter Deum & homines, prout cooperantur  
ad vnionem hominum cū Deo dispositiue  
vel ministerialiter.

Articulo vero secundo quærit, an Christus  
secundum quod homo sit mediator Dei &  
hominum. Et præmissis duabus conditioni-  
bus mediatoris: prima se tenet ex parte me-  
dij: secunda ex officio coniungendū extre-  
ma: est autem de ratione medij, q̄ distet ab  
vtrouque extremo, coniungit autē mediator  
per hoc quod ea, quæ sunt vnus, deferat ad  
alterum. Ex hoc respondet hac vnica cōclu-  
sione, Christus verissime dicitur mediator  
Dei & hominum, secundum quod homo, nō  
autem secundum quod Deus. Probatur præ-  
mo ex Augustino loco citato, & lib. 9. de Ci-  
uitate Dei: ibi inquit, non ob hoc media-  
tor est Christus, quia est verbum maxime  
quippe immortale, & maxime beatum ver-  
bum longè à mortalibus miserijs: sed media-  
tor est secundum quod homo. Ratione sic,  
quia Christus est redemptor noster in quan-  
tum pro nobis satisfecit, sed satisfecit pro  
nobis secundum humanam naturam, ergo  
secundum eam est redemptor noster. Et hoc  
est quod Apostolus ait ad Galat. 3. Christus  
nos redemit de maledicto legis, factus pro  
nobis maledictum. Tum etiam, quia ad hoc  
vt aliquid redimat, duo requiruntur, scilicet,  
actus solutionis, & quod pretium sit solu-  
entis: nam si quis pro redemptione alicuius  
pretium, quod non sit suum, sed alterius, sol-  
uat, talis principaliter non dicitur redime-  
re, sed magis ille cuius est pretium: redem-  
ptionis autem nostræ pretium fuit sanguis  
Christi, vel mors eius, quam ipse exoluit,  
vtrouque autem istorum tantum conuenit  
Christo in quantum est homo, ergo verissi-  
me secundum quod homo mediator dicitur  
Dei & hominum. Quod etiam ex cō patet,  
quia mediator est in quantum nos Deo per  
mortem suam reconciliauit, mortuus autem  
est secundum naturam humanam, & non se-  
cundum Diuinam, ergo secundum eam con-  
uenit eum esse mediatorem, Tum etiā, quia  
secundū

secundum quod est homo distat à Deo in na-  
tura, & ab hominibus dignitate gratiæ & glo-  
ria, & in quantum homo cōuenit ei cōiunge-  
re homines Deo, præcepta & dona Dei ho-  
minibus exhibendo, & pro hominibus satisf-  
faciendo & interpellando, ergo secundum  
quod homo dicitur mediator.

Doctores aliqui loco citato tenent, quod  
ratio mediatoris conuenit Christo quatenus  
tale suppositum est, nempe Diuinum & hu-  
manum, sicuti satisfacere: nam satisfecit  
quatenus suppositum Diuinum & huma-  
num erat. Suadetur hæc sententia, suppo-  
sito quod Theologi loco citato tradunt, ad  
rationem mediatoris has tres condiciones es-  
se necessarias. Prima est, quod participare  
vtrouque extremo debet. Secunda, q̄ media-  
tor sit gratus & acceptus vtrique parti discor-  
dantium. Tertia, quod perseverare tenetur  
donec discordes reconciliet. Prima cōditio,  
quod mediator debet vtrouque extremo par-  
ticipare, assignatur ab Augustino locū hūc  
Pauli exponente, Pacificans per sanguinem  
crucis eius, siue quæ in caelis, siue quæ in ter-  
ris sunt, vbi inquit, quod ad hoc quod Chri-  
stus mediator esset Dei & hominum, non o-  
portuit vt esset solus Deus, nec solus homo,  
quia nec soli Diuinitati, nec soli humani-  
tati ratio mediandi condécens erat, sed o-  
portuit vt simul esset Deus & homo: & ideo  
Verbum caro factum est, vt non potius de-  
clinet in vnā quā in aliam partem: medius  
stetit ex parte hominum, cū natus est, &  
in præsepio iacuit, & in medio animalium est  
inuenus: medius etiam stetit ex parte Dei,  
quando Angeli cecinerunt, Gloria in altissimi  
Deo, & in terra pax hominibus Luc. 2.

Colos. 1.

Luc. 2.

medius stetit ex parte hominum tempore  
pueritiz, famem, sitim, & nuditatem patiens:  
medius stetit ex parte Dei, quando prociden-  
tes Magi, eum adorarunt, & obtulerūt ei mu-  
nera: medius extitit ex parte hominū, quan-  
do in deserto quadraginta diebus & quadra-  
ginta noctibus ieiunauit: medius stetit ex par-  
te Dei, quando accesserunt Angeli, & mini-  
strabant ei: medius stetit ex parte hominum,  
quando fatigatus ex itinere Samaritanæ dixit,  
Mulier da mihi viuere: medius stetit ex  
parte Dei, quando eidem dixit, Qui biberit  
ex aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons aque  
salientis in vitam æternā: medius deniq; ex-  
titit ex parte hominum, quādo in Cruce Pa-  
tri in holocaustum se obtulit: medius stetit  
ex parte Dei, quando latroni dixit, Hodie  
mecum eris in paradiso, & quādo tertia die

die resurrexit, & post quando ad Patrem as-  
cendit post quadraginta dies, & Spiritum  
sanctum Apostolis misit.

Secunda cōditio est, quod mediator sit  
gratus & acceptus vtrique parti discordan-  
tium. De Christo, quod sit Deo & homini-  
bus gratus, adeo notum est, quod probatio-  
ne non egeat. Sed cū ad Patrem ascendit,  
substituit sacerdotes, qui inter Deum & pec-  
catores medij essent: ideo vt munus suū de-  
bite exequatur, grati esse tenentur Deo &  
hominibus. Dolendum tamē, quia si vox il-  
la Patris hodie congnitum hunc daret, Hic est  
Filius meus dilectus, in quo mihi bene com-  
placui, vix est sacerdos, de quo vere affirma-  
ri posset, nam de ceteris, præter Christū, ni-  
hil tale affirmat, sed potius id, Pœnitet me  
fecisse hominem.

Genes. 3

Psal. 29

Hebr. 9

Ephes. 2

Tertia cōditio est, quod mediator patien-  
ter ea quæ, pacis sunt, agat, donec extrema  
reconciliet: & quia talis ante Christū incar-  
natum in terris non fuit, ideo ipse ait, Holo-  
caustumata, & pro peccato non postulati,  
tunc dixit, Ecce venio, libenter animam pro  
redemptione peccatorum offerens: nō enim  
ignorabat, quod sine sanguinis effusione nō  
sit remissio peccatorum, & quia sanguinem  
suum in redemptionem delictorum nostro-  
rum effudit, ideo merito Paulus dixit, Sol-  
uens inimicitias in carne sua, faciens pacem,  
& per Crucem interficiens inimicitias in se  
metipso. Et rursus, Vos, qui aliquādo eratis  
longe, facti estis prope in sanguine Christi,  
quia ipse est pax nostra, qui quatenus tale  
suppositum Diuinum & humanū fecit vtra-  
que vnū, & verissimus extitit mediator  
Dei & hominum.

Pro B. Augustino respondemus secutum  
esse sententiam, quam schola communis  
Doctorum scholasticorum sustinet: cū hoc  
tamen Scoti sententia non videtur omnino  
contemnenda, neq; est aliena à sententia Au-  
gustini, cū asserat, quod is, qui mediat, de-  
bet rationē vtriusque extremi participare.

VNDECIMVM QVAE-  
SITVM.

An ista sit concedenda, Christus  
incepit esse.



Augustinus tracta. 105. in Ioānem  
locum hunc explicans, clarifica me  
Pater claritate, quam habui priusquam mun-  
dus esset, inquit, Priusquam mundus  
esset,

Luc. 17.



esset, nec nos eramus, neque ipse mediator Dei & hominum Christus Iesus.

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 12. affirmant propositionem hanc, Hic homo, demōstrato Christo, incepit esse, abhorrere à Christiana pietate, & Arrianum dogma sapere, nisi ei aliud addatur, quia cum Christum dicimus, aeternam eius hypostasim designamus, cuius aeternitati repugnat incipere esse: & ideo S. Thom. 3. parte. q. 16. art. 9. respondet, quòd ista, Ille homo, ostenso Christo incepit esse, simpliciter est negada. Probat dupliciter. Primo, quia in hac praedicatione, Christus incepit esse, subiectum tenetur materialiter, & stat pro supposito Diuino, ergo est praedictio falsa: sequela patet, quia in tali praedicatione denotatur inceptio nem conuenire Verbo Diuino, quod est haereticum. Secundo, quia cum Arrianis nec nomina debemus habere cōmunia: Arriani autem asserunt Christum & secundam personam Trinitatis incepisse esse, ergo.

Circa quaestione istam in scholis sunt duo modi dicendi. Primus est Scoti in. 3. dist. 12. & Marfilij. 3. q. 9. qui asserunt, praedicationē hanc, Christus incepit esse, de rigore sermonis esse veram. Probat, quia Christus verif sine est genitus, ergo simpliciter recepit esse, ergo incepit esse. Secundus modus dicendi est Durandi. 3. dist. 12. q. 2. qui inquit, qd praedictio illa de rigore sermonis nec est vera, nec falsa. Et in eadem sententia videntur esse Magister sent. & Bonaventura eadē distinctione. Et ita dicunt respondendum esse per distinctionem, vel secundum humanitatem, vel secundum Diuinitatem.

His non obstantibus sit prima propositio, Praedictio illa, Christus incepit esse, absolute & in rigore sine distinctione vlla est vera vel falsa. Probat, propositio illa est vera, ergo habet vnicum sensum verum vel falsum, in quo est neganda vel concedenda: antecedens patet, quia propositio illa nullum habet terminum equiuocum. Confirmatur, quia istę duę contradictorię, Christus incepit esse, & Christus nō incepit esse, neque ut simul esse vere, ergo in eis non est equiuocatio, nam si talis esset, posset ambę simul esse vere, quia iam tunc cōractorię non essent, sicuti istę non sunt contradictorię, canis latrat, & canis non latrat. Sit secunda propositio, Omnes istę praedicationes, Christus incepit esse: & Hic homo, ostenso Christo, incepit esse, sunt falsę, & haereticę in rigore sermonis. Probat, quia ad literam in

Synodo quadam Parisiensi expresse & formaliter sunt damnate. Et vt Caietanus articulo citato refert, Alexander tertius anathemate damnauit omnes, qui à diffinitione illius Synodi ad sedem Apostolicam appellarunt. Et diffinitio praedictę Synodi sic suadet, Christus semper fuit, ergo non incepit esse: antecedens patet Ioann. 8. Antequā Abraham fieret, ego sum. Tum etiam, quia si Christus non semper fuit, Deus non semper fuit, quod est haeresis: collectio probatur per exponentes, quia si semper fuit, non incepit esse: et si incepit esse, aliquo tempore non fuit: oppositum autem consequentis repugnat antecedenti, ergo.

Ad rationem Scoti, quia Christus est verissime genitus, ergo recepit esse simpliciter, ergo incepit esse, respondetur, negando consequentiam, quia infinitiuus iste, esse, simpliciter, absolute & sine addito non importat esse substantię, sed tantum existens, vt Aristot. ait. 1. Topicorum, vnde cum in illa praedicatione, Christus incepit esse, denotatur, quòd in aliquo tempore Christus non fuit, sequitur quòd idem est asserere, Christus incepit esse, sicuti Christus in aliquo tempore non habuit esse. Secundo respondetur, quòd licet hic homo, Christo ostenso, receperit aliquod esse substantiale de nouo per generationem, non sequitur, quòd incepit esse: non enim sat est, quòd vere receperit esse hominem, sed requiritur, quòd habeat esse post nullum esse, cum tamen sit Verbum ab aeterno. Vltimo responderetur, quòd in his propositionibus & similibus habet verum, quòd si incepit esse homo, incepit esse simpliciter: in Christo autem, quia humanitas non est in proprio supposito, sed in alieno, ideo ista, Christus incepit esse, simpliciter est negada. Henricus in sua summa inquit, qd iste, Christus incepit esse, & Christ⁹ est creatura, includunt negationem aliquam, cuius opposita affirmatio conuenit Christo.

Pro Augustino respōdet S. Tho. loco citato, eius sententiā intelligendā esse cum additione quadā, ita vt dicamus, hominē Christū Iesum nō fuisse, antequā mundus esset, secundum humanitatem.

**DE VODECIMVM QVAESITVM.**

An quando Christus comprehensus est, Apostoli mente eum fide reliquerint.

Augu



Vgustinus tracta. 103. in expositione horum verborum, *In mundo praesentiam habebitis, sed confidete quia vicinandum*, asserere videtur, Apostolos quando Christus est comprehensus, non tantum carne, sed mēte fide eum reliquisse, sic scribens, Modo creditis ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, ecce initium praesure, sed nō eo modo perferatur. Quod enim adiungit, Et me solum relinquatis, non vult eos tales esse in consequenti praesura, quam post eius ascensionem in mundo fuerant habituri, vt relinquunt eum, sed vt in illo pacem habeant permanentes in eo: non enim quando comprehensus est, tantummodo carne sua eius carnem, verum etiam mente reliquerunt fide. Ad hoc pertinet quod ait, Modo creditis, ecce venit hora, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: tanquā diceret, tūc ita perturbabimini, vt etiam, quòd modo creditis, relinquatis: veniunt enim ad tantam desperationem, & suae pristinae fidei, vt ita dixerim, mortem, quanta apparuit in illo Cleopha, qui post eius resurrectionem cum illo se loqui nesciens, & quid ei contigerit narrans, Nos, inquit, sperabamus, quòd ipse fuerat redempturus Israel. Ecce quomodo eum reliquerant, deserrando etiam ipsam fidem, qua in eum antecrediderant. Et tracta. 113. locum hunc exponens. Dicit ergo Petro ancilla hostiaria, Nūquid & tu ex discipulis es hominis illius: dicit iste, Non sum: eandem videtur confirmare sententiam. De hac quaestione consule octauum tomum S. Augustini ad decimum.

Luc. 24.

**DECIMVM TERTIVM QVAESITVM.**

An Christi praedestinatō probeatur ex illo ad Rom. 1. qui praedestinat⁹ est filius Dei, &c.



Vgustinus tract. 105. in Euangelium Ioānis haec verba enucleans, *Et nunc clarificauit me in Patre apud te metipsum claritatem, quā habui priusquam mundus esset apud te*, probare videtur, Christi praedestinatōnem ex loco citato Pauli: sic enim habet, Recte quippe dicitur non praedestinat⁹ secundum id quod est verbū

Dei Deus apud Deum, vt quid enim praedestinetur, cum iam esset quod erat sine initio, sine termino sempitern⁹? Illud enim praedestinat⁹ erat, quòd nōdum erat, vt sic suo tempore fieret: quemadmodum ante omnia tempora praedestinat⁹ erat, vt fieret, quisquis igitur Dei Filium praedestinat⁹ negat, hūc eundem Filium hominis negat. Sed propter cōtentiosos hinc etiam audiamus Apostolum in suarum exordio literarum, nam in prima epistolarum eius, quae est ad Rom. & ipsius epistolae principium est, vbi legitur, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quòd antea proniserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de Filio Dei, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui praedestinat⁹ est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis eius ex resurrectione mortuorum. Secundum hanc ergo praedestinatōnem etiam clarificat⁹ est antequam mundus esset, vt esset claritas eius ex resurrectione mortuorum apud Patrem, ad cuius dexteram sedet. Cum ergo videret tempus suae clarificationis venisse, orauit dicens, Et nunc clarifica me tu Pater apud te metipsum claritate, quā habui, priusquā mundus esset apud te, tanquam diceret claritatem, quam habui apud te in praedestinatōne tua, iam tempus est, vt apud te habeam etiam viuens in dextera tua.

Roma. 1.

Ioann. 13

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 7. & Sact. Thom. 3. parte. q. 24. & art. priori querit, an Christo conueniat esse praedestinat⁹: & respondet conclusione affirmatiua. Probat, quia Diuina ordinatio est praedestinatō ab aeterno de his, quae per gratiam in tempore faciendae sunt: gratia autem Dei factum est, vt Deus esset homo, & homo Deus: & Deus ab aeterno ordinauit vnionem naturarum in persona, ergo aliquis secundum vnionem illam est praedestinat⁹: hic autem nō est alius nisi Christus, ergo Christo conuenit esse praedestinat⁹. Pro explicatione praedestinatōnis Christi notandū est ex S. Tho. in solutione argumentorum, & ex Durand. 3. dist. 7. q. 3. quòd ad veram praedestinatōnem tres exiguntur conditiones. Prima, quòd id ad quòd persona aliqua praedestinat⁹, aliquo modo ei conueniat: alia praedestinatō certitudinem non haberet. Secunda est, quòd id quòd praedestinat⁹, conueniat ei ex gratia & non ex natura. Tertia, quòd praedestinatō praecedat illud, ad quòd quis praedestinat⁹: hoc enim sonat praedestinatō.

Hoc

1. Propositio.

2. Propositio.

Hoc habito, circa quæstionem hæc aliqua sunt certa, aliqua dubia. Pro his, quæ certa sunt, statuimus propositiones sequentes. Prima propositio, Natura humana prædestinata fuit, vt Filio Dei in persona vniretur. Hæc est indubitata apud omnes Doctores. Et similiter naturæ humanæ assumptio, & illarum naturarum vnio prædestinatæ sunt. Secunda propositio, Dubitari posset de hac, Christus ad vitam æternam est prædestinatus, quia donum quod alicui ex prædestinatione conuenit est gratia: vita autem æterna Christo nõ ex gratia, sed est ei collata ex debito, ergo licet hæc sustineri posset, Christus est prædestinatus ad vitam æternam, rectius tamen est, illa cum addito affirmare & concedere, scilicet, Christus in quantum homo est ad beatitudinem prædestinatus. In rigore tamen contra hæreticos hæc est concedenda, Christus ad vitam æternam est prædestinatus, propter communicationem idiomaticam. Et ita illam concedunt Scotus & Durandus & communis scholasticorum. Tertia propositio, Filius Dei est prædestinatus, vt esset homo, ratione humanitatis, quia ab æterno prædestinatum fuit, Christum futurum hominem. Quod si obijciat, ad hoc quod persona aliqua ad donum aliquod prædestinetur, id illi conuenire ex gratia: Filio autem Dei non fuit gratia quod homo fieret, sed homini gratia fuit, quod Deus fieret, non ergo Filius Dei prædestinatus est, vt homo fieret. Respondemus, quod Filio Dei, vel huic homini, qui est Filius Dei, fuit facta gratia, quod esset homo & Deus. Durandus loco citato ait, quod hæc, Filius Dei est prædestinatus homo, est impropria, quia nulla gratia facta fuit Filio Dei, vt homo fieret: sed ad hoc diximus, quod fuit illi gratia hæc facta in quantum homo.

Dubium tamen est, an prædestinatio solum dicatur respectu vitæ æternæ. Durandus vbi supra inquit, quod prædestinatio simpliciter tantum dicitur respectu vitæ æternæ, cum addito tamen dicitur respectu illius, quod additum importat: sicuti Petrus prædestinatus est, vt princeps esset Apostolorum. Sanctus tamen Thomas loco citato tenet, quod prædestinatio Christi simpliciter dicitur respectu vnionis hypostaticæ: & ita quod cadit sub prædestinatione vnio verbi ad humanitatem. Et probat Caietanus, quia excellentius donum est hypostatica vnio, quam beatitudo, quia per vitam bonam tantum efficiamur dii per participationem: per vnionem

vero hypostaticam homo vere fit Deus, & Deus homo: vnde sicut simpliciter affirmamus, Petrum esse prædestinatum ad gloriam, sic concedendum est, Verbum Diuinum prædestinatum esse ad vnionem hypostaticam, vel homo, vt fieret Deus, & hoc fuit maxima gratia Dei.

Dubium tamen est de veritate huius, Christus est prædestinatus Filius Dei. Respondemus, quod illa est de fide: habetur enim ad Rom. 1. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute. Quod quærimus autem est, an illa sit propria vel impropria. Durandus vbi supra inquit, quod est impropria: & similiter hæc, Filius Dei prædestinatus est homo. Contrarium tamen arguitur, quia propositio impropria non est omnino vera. Secundo, illa est impropria, ergo Christus non proprie est prædestinatus Filius Dei, ergo non verè: & sic ista erit falsa, Christus est prædestinatus Filius Dei. Patet, quod non est proprie tale, verè non est tale, & è conuerso. Ideo contra Durandum affirmamus, illam esse propriam. Sed postquam propria est, dubium est, quis sit sensus illius. De hoc sunt varij dicendi modi. Pro quorum explicatione aduertendum, quod in traductione verborum horum, Quis scilicet, Christus est prædestinatus Filius Dei in virtute, Doctores diuersimode senserunt. Erasmus exponit, prædestinatus, id est, declaratus Filius Dei ex virtute, scilicet, miraculorum, quia illa sine oratione, præ quia operabatur. Origenes, Theophilactus, exponunt prædestinatus Filius Dei, hoc est, vt natura humana Filio Dei vniretur in virtute scilicet Diuina. Sed S. Thom. loco citato inquit, sensum hunc adulterinum esse. Alij exponunt esse prædestinatum Filium Dei, id est, manifestatum in virtute & modo, quo miracula operabatur, secundo ex spiritu sanctificationis, quo peccata remittebat, & gratia communicabat: & ita paralytico dixit, Remittuntur tibi peccata tua: tertio, in illo miraculo magno, quo virtute propria à mortuis excitatus est. Alij sic exponunt, prædestinatus est, id est, declarari oportuit Filius Dei in virtute. Sed hic sensus Diuo Thom. non placet, quia Christi prædestinatio ex cognitione nostra non pender. Alij exponunt, prædestinatus, hoc est, ab æterno determinatus & genitus virtute generatiua Patris. Sed nec sensus hic placet, nam Paulus nõ loquitur de generatione, sed de prædestinatione, Filij. Alij exponunt, prædestinatus Filius Dei, id est, qui prædestinatus est ad vitam æternam.

æternam est filius Dei. Caietanus sensum hunc tribuit Origeni, & ipse alium assignat, scilicet, Christus est prædestinatus Filius Dei in virtute actuali, hoc est, operationis actualis sanctificationis & reparatiue mundi: itaque prædestinatus est ab æterno, quod Filius Dei virtute propria mundum repararet. Sed hic sensus etiam displicet, quia coincidit cum præcedentibus. Ideo dicimus, quod sensus propositionis illius est, prædestinatus est Christus vt esset Filius Dei, hoc est, ad filiationem naturalem filij Dei, sicut Christus prædestinatus est ad gloriam. Et sic eam explicat Magister cum multis Patribus, quos ipse allegat. Sed contra hanc explicationem insurgimus argumentis Sancti Thomæ.

Primum terminus prædestinationis est adoptio filiorum Dei ad vitam æternam, iuxta illud Pauli ad Ephes. 1. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei, sed in Christo non est adoptio nec filiatio adoptiua, ergo non est prædestinatus. Respondetur, quod Paulus non de Christi prædestinatione, sed de nostra loquitur, quæ maxime à prædestinatione Christi differt, sicuti & filiatio. Vnde sicuti Christus singulari modo est Filius Dei, sic & specialiori modo est prædestinatus ad hanc naturalem filiationem. Secundo arguit D. Tho. quia vel Christus est prædestinatus Filius Dei: ratione naturæ humanæ, vel ratione personæ: non ratione naturæ humanæ, quia natura humana non est Dei Filius, nec ratione personæ. Probo, quia quod conuenit alicui per prædestinationem, Christo ex natura sua conuenit, nõ ergo est prædestinatus vt Filius Dei sit ratione personæ. Respondetur, ita esse quod prædestinatio absolute considerata Christo non conuenit ratione naturæ humanæ, nec ratione personæ, sed considerata vt subsistit in hac natura. Sed ad hoc explicandum cum Paulus prædixisset, Qui factus est ex semine David secundum carnem, subiungit, Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum quod est ex semine David, & in natura humana subsistit. Et ita dicimus, quod absolute esse prædestinatum Filium Dei, non conuenit Christo ratione personæ, sed vt consideratur vt homo & ratione naturæ humanæ: & per gratiam, nam ex gratia factum est, quod homo sit filius Dei, & ita personæ Diuinæ considerata, vt subsistit in natura humana, ex gratia conuenit esse Filium Dei.

Tertio arguitur, prædestinatio præcedit donum, ad quod persona aliqua prædestinatur: secunda autem persona Trinitatis ab æterno fuit Filius Dei, non ergo prædestinata fuit ad donum illud. Respondet Sanctus Thomas, quod persona illa ab æterno fuit Filius Dei, tamen secundum quod subsistit in natura humana, non fuit ab æterno Filius Dei, quia ex tempore hoc factum est. Quarto nos argumentamur: Id, ad quod persona aliqua prædestinatur, posterius est dono, ad quod prædestinatur, nam si homines prædestinantur ad gloriam, posterius est gloria hominibus: filius autem Dei non est quid posterius Christo, imo nec prius, quam hic homo, Christo osteso, homo ergo Christus non est prædestinatus vt sit Filius Dei, nec ad Dei filiationem. Respondetur, quod secundum nostrum modum intelligendi prius est Christus, quæ quod Christus sit Filius Dei: & prius est hic homo, osteso Christo, quæ quod hic homo sit filius Dei. Et hoc sufficit ad hoc, quod de rigore sermonis ista sit vera, Christus ratione humanitatis est prædestinatus vt sit Filius Dei, quia illi conueniunt conditiones omnes prædestinationis. Nam esse Filium Dei Christo conuenit ratione humanitatis & ex gratia, & prius fuit prædestinatio quæ Christum secundum humanitatem esse Filium Dei. Vnde Sanctus Thomas in solutione ad tertium loco citato assignat rationem: quare concedimus hanc, Christus est prædestinatus Filius Dei, & negamus istam, Christus est factus Filius Dei: ait enim, quod factus importat factionem, quæ est mutatio, & rei secundum seipsam conuenit, & ideo Deo conuenire nequit, quia Deus non mutatur: prædestinatum tamen esse importat ordinationem Diuinam, quæ nõ est mutatio, & conuenit prædestinato, secundum voluntatem Dei incomprehensibilem à mente alicuius prædestinati, quod Deus per eius intellectum absque aliqua sui mutatione facit. Quod si insurgas, Christus est prædestinatus Filius Dei, ergo Filius Dei est prædestinatus. Respondetur negando collectionem, quia variatur appellatio. Nam Christus prædestinatus appellat prædestinationem supra personam Christi, vt subsistit in natura humana: ideo colligendum erat, ergo Filius Dei vt subsistit in natura humana, est prædestinatus Filius Dei, & hoc concedimus.

Dubium vltimū est, an hæc sit falsa, Christus secundum quod homo est prædestinatus Filius Dei: conclusio est negatiua Doctorum schola-

sticorum. Nos tamen sequentibus propositionibus respondemus. Prima propositio, Christus secundum quod homo est prædestinatus Filius Dei, est vera & de fide, hoc est persona Christi ut in natura humana subsistit, est prædestinata ut Filius Dei esset. Secunda propositio; in propositione illa, Christus secundum quod homo est Filius Dei, si determinatio sit termini illius; Filius Dei, est falsa, quia efficit hunc sensum, Christus est Filius Dei secundum quod homo: si vero determinatio sit respectu termini illius, prædestinatus; est vera, quia hunc efficit sensum, Christus secundum quod homo prædestinatus est, ad hoc ut sit Filius Dei. Tertia propositio, sicuti hæc conceditur, Christus est prædestinatus Filius Dei, ita potest hæc concedi, Filius Dei prædestinatus est, ut homo esset: licet prima magis propria sit quam secunda. Ratio Sancti Thomæ est, quia esse hominem non est gratia Filio Dei facta, sed potius homini: contra Durandum, qui ait, secundam magis propriam esse quam primam. Propositiones istæ sunt Sancti Thomæ loco citato in solutione argumentorum secundi articuli. Unde notandum, quod d secunda persona in Divinis secundam se & non ratione naturæ humanæ est prædestinata ut sit homo: sed tamen eadem secunda persona ratione naturæ humanæ, & non ratione sui est prædestinata ut sit Filius Dei. Advertendum etiam, quod ad prædestinationem prædestinatus sum prædestinantur tres illæ prædictæ conditiones, sed non ad omnem; nam Filius Dei prædestinatus est hominem esse, hominem autem esse non convenit Filio Dei ex gratia, quia Filius Dei non sit gratia, ut homo sit, sed homo, quod ad esse Dei debetur.

Pro Augustino

Psal. 39.

Pro Augustino respondemus, quod Christi prædestinatio elicitur secundum Patres aliquos ex loco illi Pauli ad Rom. 10. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute: & ex illo Propheta. In capite libri scriptum est de me: tunc dixi, Ecce venio: quæ locum Patres exponunt de Christi prædestinatione, quæ in executione posita est, cū plenitudo temporis advenit, ut Verbum humanam carnem assumeret ex illo, hic est liber generationis Adam cū Seth filium obedientie genuit, a quo prædestinatorum genealogia derivata est: nam ex iusto Abel nullus extitit successor. Cam reprobarus est: unde a Seth iustus prædestinatus ad beatitudinem derivatur, ut supra exposuimus.

Genes. 5.

DECIMUM QUARTVM QVAESITVM.

An legendum sit, sic eum volo manere, vel, si eum volo manere.

**A**ugustinus tract. in Ioan. 12.4. supra hanc periodum, sic eum volo manere dicitur, Ioann. 21. Laurentius Vallæ in annotationibus novi Testamenti gravibus conuictis incesit, quod omnia Græci fontis veritate, falsò in Evangelium transtulerit particulam, sic, leges, sic eum volo manere, pro eo quod sincera Gregoriorum exemplaria habent, si eum volo manere. Erasmus in annotationibus novi Testamenti contra Vallæ Augustini patrociniū suscipit: sed ita ut longe odiosior sit Erasmi defensione, qua Vallæ accusatio. Sic enim illi tueretur, ut dicat, ignoscendū esse hominis imperitiæ & simplici credulitati, qui et si vir fuerit factus integer, & acuto ingenio præditus fuit, tamen credulus & linguarum destitutus præsidio, sine quibus Divinæ scripturæ, ut par est, tractari non possunt. His addit, quod sero venerit ad Christianismū, & mox iuuenis ad episcopale munus raptus sit, ut docendo discere cogeretur, quod doceret: & scribendo disceret quod scriberet: ita proinde tolerandū esse, si ubi non assequitur quod affectat. Libertas hæc Erasmi ex odio interno religionum & religiosorum constat pullulasse, cum Augustinum literas Græcas nō ignorasse, multa eius scripta restantur: & ipse primo volumine confessionum fatetur, se grammaticam Græcā adhuc puerum didicisse, & Homerici carmina in ludō literario cecinisse. Sententiæ etiam aliquorū Chrysostomi à Pelagianis corruptæ Græcæ integritati ab Augustino restituta: septem etiam voluminum locutionum, verò est Testamenti locutiones sacras ad fidem Græcā emendat: & Aristotelis prædicamenta ab ipso Latine verba palam ostendunt eum nō ita fuisse destitutum Græcis literis quin potuerit scire, significare, si. Gregorius Trapezuntius Græcus, & Græcæ linguæ eruditissimus, in libro quæ in hunc locū Ioannis ad Eugenium Pontificem scripsit, Augustinū & ceteros Patres Latinos ostendit, non ex inscitia, sed ex industria vertisse, sic, quia sicut particula, si,

apud

apud Latinos, sic eadem apud Græcos verbo indicatio coniuncta affirmatiuæ capitur, subiunctiuo suspensa dubitatiuæ: cum vero, *εαν*, hoc loco iungatur indicatiuo, id circo nō, si, sed, sic, Latini Patres interpretati sunt, ne particula, si, Latine Græcæque linguæ sciolos propter duplicem potestatem turbaret. Sic vero affirmando expresse dixerunt, ut nemo ambigeret eam quoque Græcam particulam non aliter quam affirmatiuæ ibi positam esse. Sunt & qui existimant Augustinum legisse ac scripsisse, si, & non sic, vitio tamen librorum accidisse ut pro, si, repositum fuerit, sic, idque nituntur ex ipso contextu Augustini suadere.

DECIMUM QVINTVM QVAESITVM.

An Petrus habuerit claves in persona propria.



Augustinus tracta. in Ioan. nem. 12.4. locum hunc, Tu me sequere, Ioan. 21. enarrās inquit, hoc agit ecclesia spe beata in hac vita erummosa, cuius ecclesiæ Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatū gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura vnus erat homo, gratia vnus Christianus, abundantiori gratia vnus idemque Petrus Apostolus. Sed quando ei dictum est, Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaueris, &c. tunc vniuersam significabat ecclesiam. Hunc locum inducunt Lutherani, ut ostendant, quod cum Christus dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &c. locutus est ad Petrū, non tanquam ad eius particularem personam, sed ad totam ecclesiam, cuius ipse figurā gerebat: sicuti quādo ad omnes Apostolos locutus est, directa responsione ad Iudam. Sed profecto si Dominus sermonem ad Apostolos direxisset, plurali numero enuntiasset: sicuti quando soli Petro interroganti, Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? mox Dominus ad omnes Apostolos sermonem dirigens ait, Vos qui secuti estis me, &c. Sed nūc ad Petrū propter eius singularem dignitatem sermonem direxit,

Matth. 6.

dicens, Tibi dabo claves, &c. Quod exentiens ibidem Augustinus ait, Claves regni cœlorum primas Apostolorum accepit: nec inficiamur claves dari ecclesiæ, nam ecclesia finis est donationis: dantur enim propter ecclesiæ utilitatem, sicuti Augustinus affirmat loco citato, dicens, Ecclesia quæ fundatur in Christo, claves ab eo regni cœlorum accepit in Petro. Hoc schemate dicimus imperium esse apud Germanos, non quia singulis Germanorum, sed quia vnus ex eis imperij titulo insignitus est. Sunt igitur in Petro claves authoritatiuæ & fundamentaliter: in ecclesia vero finaliter. Spectata ad hoc argumentum nono tomo Hieronymi ad decimum vide, & tomo nono Augustini ad nonum quæsitum.

DECIMUM SEXTVM QVAESITVM.

An perfectè beati omnia videant in Verbo.



Augustinus lib. de diligendo Deum in fine libri cap. 18. agens de futuræ felicitatis beneficio, asserere videtur perfectè beatos omnia in Verbo videre, sic inquit, Hæc est contemplatiua vita beata, ad quam qui bonorum consummatione operum peruenierint, beatis similes erunt, & simul cum eis sine fine regnabunt: quod hic crediderunt, ibi viderunt, & premia promissa reportabunt: ibi ita patebunt singulorum singulis mentibus, sicut corporalibus oculis subiacent facies corporales: quia humanorum pectorum tanta erit ibi & tam perfecta munditia, ut habeant unde mundari Deo gratias agant, non unde offusi anti-quis sordibus peccatorum erubescant, quia ibi nec vlla peccata, nec peccatores erunt: & ibi qui fuerint, iam peccare non poterunt, nec latebit iam perfectè beatos aliquid secretorum, qui (quod est præstantius longe) ipsum visuri sunt mundis cordibus Deum, quando quidem humana creatura ita perfecta erit, ut in melius, aut in deterius ultra mutari non possit.

Doctores scholastici. 4. sen. di. 49. S. Tho. Ccc 2 1. par-



1. parte. q. 12. & articulo. 8. quarit, an vident Deum omnia in Deo videant. Et respondet duabus conclusionibus. Prima, intellectus creatus videndo Diuinam essentiam, non videt in ipsa omnia, quæ Deus facit, vel facere potest. Probat, quia Angelus videt Deum per essentiam, & tamen non omnia sciunt: inferiores enim Angeli à superioribus purgantur à nescientia, vt ait Dionysius cap. 7. Ecclesiastica Hierarchia: ipsi etiam futura contingentia nesciunt, & cordium cogitationes non agnoscunt: hoc enim solius Dei est, non ergo quicumque perfecte beati, qui Dei essentiam vident, omnia in Verbo cognoscunt. Ratione probatur, quia omnia sunt in Deo, sicuti effectus sunt in sua causa: manifestum est autem, quod quanto causa aliqua perfectius videtur, tanto plures effectus eius in ipsa videri possunt: sicut qui principium aliquod perfectius cognoscit, plures conditiones in illo intelligit: nullus autem intellectus creatus Deum totaliter perfecte comprehendere potest, nullus ergo intellectus creatus videndo Deum cognoscere potest omnia, quæ Deus facit, vel facere potest. Secunda conclusio, Eorum, quæ Deus facit, vel facere potest, tanto intellectus aliquis plura cognoscit, quanto perfectius essentiam Diuinam videt. Hanc tantam notam relinquit.

Dubium principale circa questionem hanc est, in quo consistit, quod vnus perfectius alio essentiam Diuinam videat, vel quod vnus sit alio beator: an in hoc, quod visio vnus sit intensior, vel in hoc quod sit euidentior, vel in hoc quod vnus de Deo plura quam alius cognoscat. Ad quod respondetur primo, quod licet ex natura rei necessarium non sit, vt notitia intensior euidentior sit, de lege tamen quicumque Diuinam essentiam intensius videt, videt euidentius. Probat, quia magis vel minus intense, aut euidenter cognoscere tribuitur lumini gloriæ, si ergo quis intensius videt, habet ergo maius lumen gloriæ, & ex consequenti clarius videt, & e contrario. Quod si contra hoc arguas, quia perfectior potentia ceteris paribus perfectiorem actum producit, vt patet: perfectior enim oculus perfectius idem obiectum videt cum æquali lumine, & in eadem distantia, ergo qui perfectiorem intellectum habent cum æquali lumine perfectius Deum videbit, & erit beator, si-

cuti in via, supposita æquali charitate, qui meliora naturalia habet, maiorem potest dilectionem producere. Et confirmatur, quia notum est, quod cum æquali habitu, si conatus sit maior perfectior actus produciatur, siue habitus sit infusus siue acquisitus, ergo etiam si potentia fuerit perfectior. Quod si dicas, intellectus omnes hominum esse æquales, argumentum saltem procedit comparando Angelum ad hominem. Ex quo iterum euidenter sequitur, quod intellectus Angelicus cum lumine minori posset Deum æqualiter videre, sicuti homo cum maiori. Ex quo videtur, quod Sanctus Thomas non recte fundet disparitatem beatorum in suo lumine gloriæ, maxime quia quod lumen gloriæ ponatur, non videtur omnino certum: & tamen Ioannis, 14. habetur, In domo Patris mei mansiones multæ sunt, & Matthæi, 5. Merces vestra copiosa est in cælis, & 1. Corinth. 7. Beatior erit si sic permanserit. Respondeo ad argumentum. Primo, quod potentia perfectior actum perfectiorem producit, loquendo de actibus, qui facultatem potentie non excedunt, nam secus est de illis, qui eius facultatem excedunt, nam illi sunt perfectiores aut imperfectiores solum secundum formam, per quam potentia eleuatur ad agendum: sicuti aurum & argentum, si calefacta sint, plus vel minus calefiant, secundum quod maiorem vel minorem calorem habebunt, non autem secundum perfectionem suæ naturæ: visio autem Dei facultatem totam potentie excedit, erit ergo maior vel minor visio secundum maius vel minus lumen gloriæ, quo mediante intellectus ad illum actum visionis eleuatur. Ex quo patet, quod nec Angelus supremus cum æquali lumine gloriæ perfectius Angelo infimo Deum videbit. Ad confirmationem multi quidem concedunt, quod si esset minor vel maior conatus in aliquo beatorum, quam nunc est, quod esset maior vel minor visio. Vnde Marfilus. 4. questione. 14. articulo tertio tenet, quod post resurrectionem mortuorum animæ beatorum intensius & clarius Deum videbunt, quam nunc vident, & ex consequenti, anima beati essentialiter erit beator, quia nunc retardatur ex appetitu & tendentia in desiderium corporis, ne toto conatu in Deum feratur. Ego tamen credo, quod conatus nihil facit, vt sit maior vel

Marfilus

vel minor visio, quia vt Durandus inquit 4. distinctione. 49. questione septima, principium remotum non variat conditionem operationis, sed solum principium propinquum: sicuti calefactio sequitur conditionem caloris, quidquid sit de subiecto ipsius: in proposito autem tam virtus naturalis, quam conatus habent se tanquam principium remotum, quia per se non est sufficiens, nec potens ad talem operationem. Ad aliud, scilicet, quod non videtur esse omnino certum, esse lumen gloriæ, respondeo, quod licet id reuocetur in dubium, hoc tamen vnum est certum, quod nec gloria, nec beatitudinis conditiones principijs aut viribus naturalibus tribuuntur, sed gratiæ Diuinæ, & eius prouidentie & bonitati: vnde cum dicitur, quod maior aut minor Dei visio provenit à lumine gloriæ, intelligimus id esse ex gratia & Dei dono & prouidentia ipsius, & non ex causa aliqua naturali: siue hoc sit perfectio maior intellectus, siue quodcumque aliud: Deus enim primum unicuique distribuit, vel prout vult, vt Apostolus ait 1. Corinth. 12. vel prout in corpore gessit. 2. Corinth. 5. quidquid sit de æqualitate aut inæqualitate naturalium.

Dubium secundum est, an vnus beatorum plura de Deo quam alius cognoscat: nam videtur quod quilibet beatorum videat omnia, quæ in Deo sunt, hoc est, perfectiones omnes Dei, & prædicata omnia, quæ de Deo dicuntur, saltem sine ordine ad creaturas. Et suadet opinio hæc. Primo, quia secundum Sanctum Thomam. 1. distinctione. 1. questione secunda, articulo secundo, non potest persona vna Diuina videri sine alia propter identitatem personarum inter se & cum essentia Diuina, perfectiones autem Diuinæ tantum, imo plus inter se conueniunt quam personæ Diuinæ, sapientia enim & potentia in Deo non tantum distinguntur sicut Pater & Filius, si ergo quis videre non potest Patrem nisi Filium videat, ergoneque essentiam sine personis: videtur ergo, quod nec videre posset sapientiam sine bonitate, & sine alijs proprietatibus & attributis.

2. opinio.  
3. Ratio.

4. Ratio.

Secundo probatur, quia ita intrinsece conuenit Deo quæcumque proprietas sicuti ipsum esse, ita enim per essentiam Deus est sapiens sicuti est, ex quacumque autem

notitia intuitiua Dei cognoscitur Deum esse, imo ex natura intuitiua creaturæ cognoscitur creatorem esse, ergo ex quacumque notitia intuitiua Dei cognoscitur Deum esse sapientem, bonum, iustum, & sic de alijs perfectionibus.

Tertio, quia non est magis notum secundum se Deum esse, quam Deum esse sapientem, nec potius esse sapientem quam omnipotentem, si ergo notitia intuitiua Dei sufficit ad cognoscendum Deum esse, vel aliquam eius perfectionem, eadem ergo ratione sufficit ad perfectiones Dei omnes cognoscendum. Confirmatur, quia vel notitia intuitiua Dei sufficiens est ad perfectionem aliquam ipsius cognoscendam, vel nullam: secundum dici nequit, cum ex notitia intuitiua creaturæ perfectio eius aliqua cognoscatur: si ergo sufficit ad cognoscendum aliquam, ergo & omnes, quia non est maior ratio de vna quam de alia, cum omnes æqualiter Deo conueniant, & vna non sit alia notior. Et hoc Sanctus Thomas sentire videtur loco citato articulo secundo ad secundum inueniens, quod non propter hoc Deus dicitur incomprehensibilis, quasi aliquid eius sit quod non videatur, sed quia non ita perfecte videtur sicut viliabilis est: profecto si quis Deum videns, eius sapientiam non cognoscit, videtur quod aliquid Dei ipsum lateat. Et huic sententiae subscribit Durandus. 4. distinctione. 49. questione. 3. vbi recitata opinione quorundam asserentium, quod intellectus essentiam Diuinam videns ex natura talis visionis videt ea, quæ realiter sunt in ipsa essentia, vt sunt personæ Diuinæ, relationes personarum, & modi emanationum, sed res creatas non videt, improbat hanc opinionem quantum ad vltimam partem, & non quantum ad primam. Ex quo videtur secundum eum, quod quicumque videt Deum, videt etiam omnes perfectiones Dei: Et confirmatur, quia secundum eum, qui vident essentiam Diuinam, in ipsa essentia omnes creaturas videt, ergo à fortiori proprietates & perfectiones Diuinas. Alia secunda opinio est asserentium, quod beati videntes Diuinam essentiam, non vident omnes perfectiones & proprietates essentiae. Probatur primo, quod hoc esset Deum comprehendere, quod creaturæ est impossibile. Assumptum probatur, quia si hoc sufficiens non est ad Deum comprehendendum, assignetur quid ultra requiritur. Et si dicatur, quod

3. Ratio.

Durandus.

2. opinio.

1. Ratio.

oportet vt Deus perfecte cognoscatur non solum extensiuē, sed etiam intensiuē, quantum cognoscibilis est & euidenter, quod intellectui creato contingere nequit: contra hoc est, quia ex hoc sequitur, quod nec Angelus posset formicam comprehendere, aut quancunque aliam creaturam: nunquam enim cognoscere potest quantum creatura cognoscibilis est intensiuē & euidenter ab ipso Deo. Quod si dicas, fat esse ad comprehensionem quod cognoscatur quantum cognoscibilis est à creatura, contra, quia saltem sequitur, quod solus superius Angelus posset creaturam comprehendere, nam nullus alius potest ita perfecte creaturam cognoscere.

2. Ratio

Secundo probatur opinio, si enim omnes beati cognoscunt eandem proprietates & perfectiones de Deo & propositiones & euidenter, & ita intelligunt, certe parua nimis disparitas & inaequalitas esset visionum & beatitudinum: sicuti si duo scientiam omnino haberent earundem conclusionum geometriae & astrologiae; esset ex qua differentia & praesentia vnus super alterum, per hoc solum quod vnus intensius aut euidentius quam alter cognosceret: & tamen dicere oportet, quod beatitudo alicuius beati in decupla & centupla proportione est maior beatitudine alteri: & certe si quis euidenter cognosceret omnes proprietates & perfectiones solis, & virtutem eius, quid ad comprehensionem ipsius deesse non video.

3. Ratio

Tertio, quia perfectiones Diuinae sunt infinitae, creatura autem distincte infinitas perfectiones cognoscere non valet: quia notitia illa esset infinitae perfectionis, quod est impossibile, ergo.

Licet vtraque opinio sit probabilis, haec tamen secunda probabilior videtur, quia si primam sequamur, concedendum etiam videtur, quod cognoscant cogitationes omnes & volitiones Dei, quae non plus distinguuntur ab ipso Deo, nec inter se, quam proprietates Diuinae. Ad argumenta autem primae opinionis: Ad primum respondeo generaliter, quod sicut dictum est, omnis conditio & perfectio visionum beatificarum prouenit à lumine gloriae, hoc est, à prouidentia Diuina, & bonitate Dei, qui disponere potest quatenus & quantum se extendat cognitio cuiuscunque videntis Deum: nec in hoc habere oportet considerationes ad naturam visionis & in-

dentitatem proprietatum, aut aliud quoduis, sed solum ad bonitatem & Diuinam sapientiam in particulari. Respondeo ad primum argumentum, quod illud quod dicitur de personis, quod vna sine alia videri non potest, aut essentia sine personis, dubium est, quomodo intelligatur, nam Henricus quodlibeto tertio, quaestione septima, defendit, quod de potentia absoluta videri potest essentia sine personis, & vna persona sine alia. Et Scotus distinctio. ne. 1. quaestione secunda, tenet, quod licet de lege non contingat, de potentia tamen absoluta id non est impossibile. Notandum tamen, quod duplex est notitia, scilicet apprehensiva, & iudicatiua. Opinio ergo Sancti Thomae, quod vna persona sine alia videri nequit, est vera de lege, non autem de potentia Dei absoluta: vel si intelligatur de potentia Dei absoluta, forte est vera de notitia apprehensiva, non autem iudicatiua. Nil enim ob stare videtur, quin Deus alicui ostendere possit se esse omnipotentem, non tamen ostendendo, quod sit Pater aut Filius, & sic posset etiam communicare alicui notitiam de perfectione aliqua, non ostendendo aliam quamcunque identitas sit inter perfectiones ipsas.

Ad secundum respondeo, quod forte argumentum procederet ex natura rei: quidquid autem de hoc sit, diximus totum hoc tribuendum esse dispensationi & sapientiae Diuinae: Et per hoc etiam patet ad tertium, & ad confirmationem.

Faremur autem opinionem aliam esse valde probabilem & conformem sententiae Sancti Thomae, qui articulo octauo citato, & ubique defendit, quod intellectus creatus non potest Deum comprehendere: quia cognoscere non potest quidquid Deus facere potest, hoc est, creaturas omnes in Deo, quia si intellectus creatus perfectiones omnes Diuinas non videt, hoc latet, vt Deum non comprehendat. Et posset ad huc suaderi, quia anima Christi saltem videt omnes perfectiones Dei, vt Doctores tradunt. 3. distinctio. 14. & Sanctus Thomas. 3. contra Gentes cap. 9. inquit, quod anima Christi cognoscit omnia, quae Deus nouit scientia visionis: constat autem quod Deus videt perfectiones proprias, & tamen Christi anima Deum non comprehendit: nihil ergo obstat quominus intellectus beatus omnes perfectiones Dei videat, & tamen

Deum

Ad primū argumentū

Henricus.

Scotus

Ad secundum argumentum

Ad argumenta secundae opinionis.

3. Propositio

Deum non comprehendat. Nec tamen argumenta in contrarium obstarant. Ad primum diceretur, sicuti S. Th. ait, quod res comprehenditur cum cognoscitur, quantum de se est cognoscibilis, quia in finitè participat perfectiones entis, quod est obiectum intellectus, & ideo à nullo intellectu creato intelligi potest, quantum de se est cognoscibilis & intelligibilis: formica autem cognosci potest ab Angelo, quantum de se est cognoscibilis, licet non absolute quantum à Deo potest cognosci, & sic potest ab Angelo comprehendere. Ad secundum diceretur, quod tota illa inaequalitas in quacunque proportione potest fieri per maiorem intensiōem & claritatem: quod ex eo patet, quia etiam illa proportio seruari debet inter actus ipsos voluntatis beatorum, & inter actus, qui ex visione sequuntur, inter quos non videtur alia disparitas esse, nisi solum penes intensiōem. Ad tertium constat, quod etiam si non viderent nisi solum essentiam, perfectiones Diuinas non videndo, adhuc obiectum est infinitum. Vnde simpliciter negatur illa consequentia, cognoscit infinita distincte, ergo est infinitae perfectionis. Nec satisfactum esse videtur argumentis pro ista parte & opinione: nam certe si posita visione intuitiua Dei, ex natura rei sequatur notitia & cognitio omnium perfectionum, absque ratione dicitur, quod Deus prouidentia sua impediat, ne beati omnia videant: vt quid enim amicos impediret. Dato ergo quod de potentia absoluta ita fieri posset, vt videns Diuinam essentiam, omnes perfectiones eius non videret, de lege tamen id concedendum non esset. Et pro hac sententia facit illud Ioannis. Videbimus eum sicuti est, sed ipse est sapiens, bonus, & sic de alijs perfectionibus, ergo omnes videntur. Et haec videtur esse opinio Magistri 4. distinctio. 49. cap. 3. vbi inquit, quod in Deo nihil maius digniusque videtur, quam quod est trinus & vnus, si ergo omnes hoc cognoscunt, nihil est quod non videant.

Dubium autem est, quantum & quatenus videntes Deum videant creaturas in Deo. Pro responsione sit prima propositio, Videntes Diuinam essentiam non cognoscunt in illa omnia alia. In hac omnes conueniunt, & patet ex illo Matth. 24. & Marcij. 13. De die autem illa nemo scit, neque

Angeli caelorum. Secunda propositio, Intellectus creatus videns Diuinam essentiam videt in ea omnia genera & species, & ordinem rerum inter se. Hæc est Sancti Thomae. 3. contra Genti. cap. 5. Probat primo, quia visio Diuinæ essentiae est finis vltimus creaturæ rationalis, omnis autem res, cum ad vltimum finem peruenerit, naturaliter eius appetitus quiescet, & ideo oportet, quod appetitus naturalis Deum videntis omnino quiescat: appetitus autem naturalis intellectus est, vt cognoscat rerum omnium genera & species & ordinem totum vniuersi, quilibet ergo Diuinam essentiam videntium omnia ista cognoscit. Secundo, quia quantum vnus Deum videntium vnus alio perfectius videat, quilibet tamen perfecte videt, cum capacitas eius naturalis impletur, naturalis autem capacitas cuiuslibet intellectus extendit se ad cognoscendum omnia genera & species & ordinem rerum, quilibet ergo Deum videntium in Diuina essentia hæc cognoscit. Hinc est quod Dominus Moysi petenti Diuinæ essentiae visionem respondet, Ego ostendam tibi omne bonum. Hæc propositio non est ita certa sicut præcedens. Et quantum Doctores scholastici non affirmant eam ita distincte, sicut Sanctus Thomas articulo octauo citato ad quartum, non tamen eam negant. Et intelligitur quod beati vident genera & species non solum apprehensiuē, sed scientificè, hoc est, cognoscendo de genere & specie quid sunt, & proprietates & virtutes eorum, & ita vident in verbo omnia ad quæ scientiæ humanæ se extendunt. Et ideo tertio probatur propositio, quia in statu illo beatitudinis non erunt præceptores, neque doctrina rerum naturalium, & cum omnis homo naturaliter scire desideret. 1. Metaphysic. si scientias humanas non sciret, desiderium naturale beatorum non esset impletum. Quarto, primi parentes in statu innocentiae habuerunt scientiam rerum naturalium, & in statu illo omnes facile habere potuerunt, non ergo videtur id negandum statui beatorum. Et confirmatur, quia omnibus Angelis etiam in statu naturali Deus communicauit scientiam omnium rerum naturalium, quare ergo beatis idem negari debet? Vltimo vel videntes Deum cognoscunt in verbo aliquod genus & aliquam speciem, vel nullam: secundum non est dicendum, & non videtur maior ratio

2. propositio

1. Ratio

2. Ratio

Exod. 33.

3. Ratio

4. Ratio

5. Ratio

Ad argumenta primae opinionis.

ratio de vna quā de alia, verisimile ergo est, quod omnia genera & species cognoscant. Erit autem probabilior propositio, si intelligatur de principalibus generibus & speciebus existentibus in rerum natura, quorū notitia propriè pertinet ad perfectionem intellectus, non autem de possibilibus: non enim oportet, vt habeant notitiam distinctam de omnibus herbis, calculis, vermibus, & alijs imperfectis speciebus.

Duridus.

De indiuiduis autem Durandus. 4. di. 49. q. 3. assignat conclusionem hanc, Videntes Diuinam essentiam ex natura visionis illius vident omnes res creatas aliquo modo, & alio quo modo non. Pro cuius intelligentia premitit, quod res creatę possunt cognosci dupliciter: vno modo quid sint, alio modo an sint: & existimat, q̄ intellectus beat⁹ cognoscit in essentia Diuina omnes creaturas etiā creabiles, cognoscendo quid sint, sed de nullo cognoscit an sit: in quo sentire videtur, primo, quod quilibet videntium Deum habet notitiam apprehensiuam distinctam de quo liber ente possibili, siue sit naturale, siue supernaturale, vt de homine, leone, gratia, & gloria, & sic de singulis, non solum in generali, sed etiam in singulari. Secundo dicit, q̄ beatus habet etiam notitiam iudicatiuam, & scientiam in singulari de omni ente, quæ est vnum, vt quid est homo, quid leo, quid gratia, quid gloria, Tertio dicit, quod videns Deum nescit an hic homo sit in rerum natura. Probat omnia hæc, quia intellectus creatus clare & nude videns essentiam Diuinam videt in ipsa omnia quæ per ipsam naturaliter & ex necessitate representantur: essentia autem Diuina naturaliter, & ex necessitate representat omnes res creatas & creabiles, quantum ad id quod sunt, ergo beatus cognoscit omnium rerum quidditates: maior patet, quia ex parte representatis nō est impedimentum, cū naturaliter & ex necessitate represententur: neque ex parte intellectus videntis, quia non potest ea quæ in essentia Diuina representantur, nō videre: minor autem patet, quia nisi essentia Diuina omnes res existentes & posibles representaret quantum ad illud quod sunt Deus, per suam essentiam non cognosceret omnes res existentes & posibles: Quod vero eas naturaliter & ex necessitate representet, probatur, quia essentia Diuina representat res creatas, sicut causam representat effectum, sed essentia Diuina secundum potentiam est causa omnium rerum, quantum ad id quod

sunt naturaliter & ex necessitate, licet actu non sit causa producens nisi libere: est enim in potestate voluntatis Diuinæ quilibet re producere, cū tamen ex naturali perfectione essentia Diuinæ sit habere potentia omnia producendi. Et ita manet primum & secundum dictum probatum. Tertium probatur, quia quod res & alia continguntia sint, nō necessario in essentia Diuina representantur, quia libere à Diuina voluntate procedunt, nō ergo necessario cognoscuntur ab intellectu Diuinæ essentiam videnti: & consequenter inquit, q̄ beatus videt indiuidua quantum ad esse & eorum continguntia, & ea quæ ad Deum attinent, sed nō in verbo, neq; per beatificationem visionem, sed per cognitionem aliam ad beatitudinem accidentalem pertinentem;

Hæc autem opinio Durandus est singularis & falsa: & contra illam arguitur, quia saltem quantum ad notitias apprehensiuas, & quantum ad quidditates, & quantum ad esse, & quantum ad continguntia, omnia representantur in Deo, nam Deus necessario habet notitiam apprehensiuam propositionis huius, Antichristus erit, & huius, Iudas damnabitur, & Petrus saluabitur, & Ioannes currit, Ioānes nō currit, quia de omni propositione possibili & imaginabili, licet sit in libertate Diuina an sit vera vel falsa, sed non est in Dei potestate quin illa apprehendat, quia necessario iudicat esse veram vel falsam, eadē ergo ratione, cū beatus secundum Durandum, necessario formet omnes notitias complexas & posibles, quas Deus intelligit quantum ad apprehensionem, notitia beati esset ita ampla & qualis sicut notitia Dei, quod est absurdum & imaginabile. Quod amplius apparet, si quis consideret propositiones implicatissimas, & argumeta penè insolubilia, quæ necessario sunt in Deo, oporteret ergo intellectum beatum huiusmodi propositionibus infinitis impleri: nō ergo oportet intellectum beati sophistatam omnia imaginabilia cognoscere. Itē, creaturæ nō sunt in essentia Diuina secundum durationem, sed solum tanquam in causa, dato autē quod quis solem ita perfecte cognosceret, sicut beatus Deum cognoscit, nō oporteret, vt cognosceret distincte & singulariter omnes effectus solis, ergo neq; oportet q̄ beatus in Deo cognoscat omnes effectus Dei. Ideo imaginatione hæc relicta, sit tertia propositio, Videntes Deum tantum cognoscunt in Verbo de singularibus & continguntibus, quantum spectat ad bene esse & illorum status, & nō amplius

3. Propositio

amplius. Propositio quoad primam partem probatur, quia vt supponitur in presentia visio Dei, vel est ipsa beatitudo, vel est causa sufficiens beatitudinis, Deū autē vidētes nō essent perfecte beati, nisi ea quæ ad eorum statum spectat cognoscerent, ergo cognoscunt singularia, & continguntia, quæ ad eos attinent. Itē, in patria adimpletur omne desiderium beatorum, omnes autem in via cognoscere desiderant singularia & continguntia, quæ ad eos attinent, verisimile ergo est, quod in patria ea cognoscunt. Itē, in animabus discedentibus cū solo originali Deo prouidit, & infundit species sufficientes ad cognoscendum ea, quæ ad eorum statum spectat, a fortiori ergo credendum est, quod videntes Deum huiusmodi cognitione non careant.

Secunda autem pars propositionis probatur, quia nō est de perfectione intellectus cognoscere singularia impertinentia, neq; naturale desiderium ad hoc inclinatur, vt ait S. Th. art. 8. citato ad quartum. Itē, quia nō est maior ratio de vno singulari aut contingenti, quā de alio: si ergo dāremus quod de impertinentibus vnum singulare cognoscerent, oporteret de omnibus cōcedere, quod tamen dici non potest, vt probauimus. Et in hac propositione cōueniunt Doctores scolastici loco citato. Inter singularia autem & continguntia ad statum beatorum maxime spectat mysteria fidei, & ideo beati in Verbo vident omnia, vel saltē principalia, quæ in via crediderunt. Ex hac propositione sequitur, quod nō oportet, vt qui beatorum est plura continguntia in Verbo videat. Patet, quia cū quilibet solus ea cognoscat, quæ ad eum spectant, stat quod non plura attineant ad bene esse illius, qui perfectius videt Deum, quā eius, qui imperfectius videt.

Ad argumenta autem Durandi respondetur, quod obiectum quantumcunq; potentie se representat, nō tamen potest à potentia cognoscuntur per speciem ipsius obiecti, & tanto perfectius vel imperfectius cognoscitur, quanto species fuerit perfectior aut imperfectior: species autem per quā Deus cognoscitur, & ea quæ in Deo sunt, est ipsa essentia Diuina, quæ vnitur intellectui creato per modum speciei intelligibilis, vt S. Th. inquit loco citato art. 9. Vnde quantumcunq; verū sit, quod essentia Diuina vel Verbum naturaliter & necessario (vt ait Durandus) representet omnes quidditates rerum, nō tamen oportet, q̄ qui libet intellectus videns Deum omnia illa cognoscat, sed magis vel minus, secundum quod

essentia Diuina perfectius vel minus perfecte vnitur intellectui creato per modum speciei, ex qua vnione procedit visio. Et ita intelligendum est, quod inquit Augustinus lib. de videndo Deum, esse speculum volūtarium, quia, scilicet, plus vel minus ostendit se, & ea quæ in se lucent prout ipse vult.

Pro Augustino respondemus, q̄ cū dixit, neque latebit iam perfecte beatos, aliquid creatorum intelligit de his, quæ ad statum & bene esse beatorum spectat, sicuti explicauimus.

DECIMUM SEPTIMUM  
QVAESITVM.

An Christianus recte dicatur qui moribus Christo nō coequatur.

**A**ugustinus lib. vnico de duodecim abusuum gradibus, gradu 7. agens de Christiano contentioso asserere videtur, neminem Christianum recte dici, nisi qui moribus Christo coequatur, exponens locum illum Ioānis, Noli te diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, ait, Requiritur est si verè in mundo aliquid sit quod amari debeat, & quid sit ille mundus, quem diligi Diuina eloquia vetat. Terra vero, cū nascentibus ex ea, & metalum, & animata, & pulchritudo vestium, & oblationes ciborum, & ea quæ ad hæc pertinent non diligi precipiuntur, sed proximus, propter quæ hæc omnia facta sunt, hic amari videtur. Hæc enim omnia prædicta, velut nō manura, ad celestem patriam pergentes cōcomitari nequeunt. Proximi vero velut manus regis coheredes semetipsos licet in vicem diligunt. Quod ergo semper in mundo non manet, & cū mundo pariter deficiet. Ipse mundus nō amari precipitur, proximus autem qui est pars regni celestis in terra, in terminis a regni celorum appetitoribus non incogratè amatur, dum in summa illa patria in æternum coheres habebitur. Propterea vero mundus præsens non diligi imperatur, ne à Dei dilectione alienus seculi dilector quisq; efficiatur. Non ergo debet contendere quod nō licet amari. Igitur Christianus, qui nominis Christi similitudinem tenet, morum quoq; eius similitudinem habere debet. Christianus enim nemo recte dicitur, nisi qui moribus Christo coequatur. De Christo vero ita scribitur per Prophetam, Ecce puer meus, quæ

i. Ioan. 2.

Esai. 42.



elegi, electus meus cōplacuit in illo sibi anima mea, ponam spiritum meum super eum. Non contendas, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocē eius. Ecce Christus non contendit, neque clamavit, & tu simorum eius similitudinem retinere cupis, ne contendas, ne abusus in ecclesia Christianus exittas: suis enim sēdatoribus Christus praecepit, Nolite vocari Rabbi: vnus est enim Magister vester, qui est Christus, & patrem nolite vocare super terram: vnus est enim Pater vester, qui in caelis est. Frustra autem contendit patrem se habere in terra, qui patrem & patriam proficitur se habere in caelo. Cuius patriae possessor nemo efficitur, nisi qui de terrae patriae cōtentione securus habetur. Eandem sententiā habet libro vnico tracta. quod Speculum, peccatoris intulatur. c. 8.

Matth. 23

Cōcilium Tridētīnū

De hoc quæsto supra diffiniuimus, fidem non nisi per haresim, aut infidelitatem amitti. Et Concilium Tridētīnum sels. 6. Can. 28. idem diffiniuit his verbis, Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia simul & fidē semper amitti, aut fidem, quae remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua, aut eum, qui sine charitate fidē habet, non esse Christianum, anathema sit.

Pro Augustino autem dicimus, quod ipse non inquit, quod is qui moribus similitudinem Christi non tenet, non est Christianus, sed recte Christianum non dicitur moribus Christianum non imitatur, quia licet de numero sit Christianorum, merito tamen & moribus longe ab his qui verē & recte Christiani dicuntur distat: & quod haec sit mens Augustini constat ex vltimis verbis gradus septimi quae haec sunt, frustra cōtendit Patrē se habere in terra, qui Patrē & patriā pficitur se habere in caelo. Cuius patriae Christianus cōtentionis possessor non habebitur, cōtentionis autem moribus Christū non imitatur, quia ipse se non cōtendit, neque clamavit. Ex quo de mente eius constat, quod licet Christianus contentiosus sit de ecclesia, quantum ad nomen, non tamen quantum ad meritū. Cōsule de hac quæstione B. Hieronymum tomo. 9. ad 30. quæsitum.

DECIMVM OCTAVVM QVAESITVM.

An Angeli cūcta nobis occulta pariter agnoscant.



Augustinus libro vnico de cognitione veræ vitæ agens de cognitione & notitia Angelorum. c. 6. diffinire videtur, Angelos esse, & cūcta nobis occulta patenter nosse, sic inquit, Angelos spiritus est substantia incorporea, inuisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impassibilis, malorum terra & passibilis. Sed videtur quod vnus vnus aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur, cū a nobis minime videatur: Angelos esse ipsa insensibilia probat. Et infra, Sed quia ea rationabilia vel saltem sensibilia corpora arbitrantur, iure sensu carentes inter irrationabilia cōputantur. Cū autem verē sint corpora sensibilia, sed motu carentia, vtputa insensibilia, & tamen moueantur, constat quod aliunde moueantur. Restat igitur ea per Angelicam ministeria moueri: similiter ventos, pluias, grandines, fulgura, tonitrua, tempestates, auras, iussu Dei per illos regi: qui dubitat & ea sensibilia putat, hunc ratio stultum cū insensibilibus probat. Bruta quoque animalia vsibus humanis per illos obsecundare vel aduersari, qui non credunt, aut illa per rationalem intellectum hæc facere credunt, longe a ratione recedunt. Sed & cūcta, quae insensibilibus vel creaturis sensibilibus geruntur, per illos administrari, qui ambigit, multū a luce veritatis desipit. Igitur constat, Angelos verē esse, & cūcta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illos, & nostram scientiam, quod ipsi omnes rerum causas, an requam eueniant, præsciunt: nos autē vix, & cū magno labore inuestigamus eas, postquam res in actu constant.

Doctores scholastici. 2. sen. dist. 3. S. Tho. 1. parte. q. 57. & art. 2. quærit, an Angeli cognoscant singularia. Et excluso errore Commentatoris, qui tenuit, quod Angeli solum cognoscunt se & suam essentiam, quia saepe Angeli mittuntur ad custodiam nostram, cognoscunt ergo res has corporales. Secundo. 8. Physicorum philosophus tenet, Angelos cælos mouere, cognoscunt ergo illos, & sic singularia. Secundus error fuit aliorum, quod Angeli cognoscunt singularia solum in causis vniuersalibus, hoc est, per motus caelorum. Sed contra hoc est, quia singulare oportet quod cognoscatur cū conditionibus indiuidualibus: causæ autem vniuersales non includunt hic & nunc, ergo. Responder ergo S. Thomas duabus conclusionibus, Prima conclusio, Angeli cognoscunt singularia cū condi-

1. Concl. so.

2. Concl. so.

3. Concl. so.

Dubium.

Maior.

Scotus.

conditionibus indiuiduantibus, & non in causis vniuersalibus, sed in seipsis, vt ex rationibus adductis constat. Tum etiā quia astrologus cognoscere non potest, quando erit talis eclipsis, licet causam vniuersalem cognoscat. Secunda conclusio, Angelus cognoscit singularia per species concretas, & non per species cuiuslibet singularis sigillatim representatiuas.

Circa probationem primæ conclusionis S. Tho. est dubium: inquit enim, quod Angelus cognoscit singularia, quia oportet eum cognoscere rationem sensus, & rationem intellectus, quia id quod est dispersum in inferioribus, coniunctum debet esse in superioribus. Cōtra arguitur, quia ex hoc sequitur, quod in esse singularia cognosceret, quia illa cognoscit sensus: & tamen. 1. parte. q. 86. art. 1. tenet, quod intellectus non cognoscit singularia. Moderni respondent, quod intellectus etiam cognoscit singularia immediate. Et ad Philosophum. 3. de Anima; Sensus est singularium, intellectus vniuersalium, inquit, quod mens Philosophi est, quod sensus solum cognoscit singularia, intellectus vero illa & vniuersalia. Sed perperam isti interpretantur Philosophum. Vnde S. Tho. loco citato ait, quod intellectus directe solum cognoscit vniuersalia, quia intelligit abstractendo a phantasmatibus: singularia vero indirecte intelligit, vt Caietanus exponit, nam cū intellectus aduertit vniuersale, scilicet, hominē aduertit: etiamque vniuersale non esse extra singularia, & ita per vniuersale vniuersalem cognitionem singularium. Ratio ergo S. Tho. manet in suo vigore.

Circa secundam conclusionem S. Tho. scilicet, quod Angeli cognoscunt vniuersalia & singularia per species vniuersales, est grauis dubium. Maior enim. 2. dist. q. 2. inquit, imaginabile non esse, quod species vniuersales singularia representent. Vnde ait, quod Angeli cognoscent quidem per species concretas, quia non possunt species a rebus acquirere, sed ait, quod in Angelo sunt species vniuersales sine cōcreare singularia representatiue. Et tandem ponit in Angelo speciem singularem pro quolibet singulari. Sed certe opinio ista nulla est, quia ponit maximam, imo forte infinitam multitudinē specierum in Angelo, quia erunt infinitæ cogitationes.

Scotus argumentatur contra S. Th. quod Angelus in specie vniuersali non cognoscat singularia. Primo sic, singulare sub ratione

propria non includitur in vniuersali, ergo non cognoscat singularia in specie vniuersali: antecedens patet, quia Sortes sub ratione Sortis non includitur in ratione humanitatis, licet includatur sub ratione hominis. Respondetur antecedente dato, consequentiam negando, quia illa species vniuersalis, quæ est in Angelo, non representat singularia, sicut inclusa sub ratione propria vniuersalis, sed quia Deus illi dedit virtutem talem, vt etiā singularia distincte representaret, sicut essentia Diuina vniuersale & singulare representat.

Secundo argumentatur sic, si species illa vniuersalis representat singularia, ergo vel antequam sint, vel solum postquam sunt: non primū, quia alias Angelus futura distincte cognosceret, cuius oppositum ait S. Tho. quæstione citata art. 3. Si des secundū, cōtra, quæ ratio quæ est ratio, quare species illa antea Sortem non representabat, & modo representat, postquam Sortes secundum veritatem nihil agit, & species manet eadem. Confirmatur, quia species illa Sortem representans etiam post mortem eum representat, quare ergo non representat antequam crearetur. Secundo confirmatur, quia sequitur quod species eadem duo contradictoria representaret, scilicet, Sortem esse quando est, & non esse quando non est. Ad argumentum, & confirmationes respondemus, fundamento hoc S. Tho. posito, nempe, quod species hominis non representat Sortem antequam sit, sed postquam semel fuit, eum representat, & sic de omni vniuersali & suis singularibus: vnde per species hominis Angelo representatur pater meus quando est, & idem post mortem: & sic concedimus, quod successiue eadem species numero representat Angelo duo contradictoria. Vnde licet singulare Angelum non moueat, est tamen causa sine qua non Paulum non cognosceret, nisi fuisset aut esset in rerū natura. Exemplum est, beatus in essentia Diuina cognoscit me modo scribere, & postea me non scribere, ergo cognoscit cōtradictoria successiue, si tamen illa dicenda sunt cōtradictoria. Marsilius. 2. q. 7. artic. 1. assignat aliud exemplum, supposita opinione antiquorum falsa, scilicet, quod visio sit extra mittendo, nunc ego video Sortem, si præsens sit, & illius non video, si absit: obiectū tunc agit in potentiam visiuam, ergo obiectū est causa sine qua non. Caietanus ponit exemplum aliud: si Deus per se conferret in me species albedinis, ego iudicabo albedinem non

Marsilius

non esse. Et si postea reproducantur, iudicabo albedinem esse, & tamen albedo nō agit, ergo est causa sine qua non. Licet exemplum sit optimum, est tamen falsum; probabilius enim est, quod si Deus in me cōseruaret species albedinis, distincte ego iudicarem albedinem esse, nisi intellectus corrigat sensum, aut Deus per fidem, ut in Eucharistia cōtingit: albedo ergo solum videtur per hoc quod species ab illa emissę informant potentiam: secundum etiam modernos si Deus cōseruet in me noticiam intuitiuā obiecti corrupti, obiectum est causa sine qua non.

Tertio arguitur contra S. Tho. Sequitur ex sententia illius, quod quāprimū aliquod singulare crearetur à Deo, Angelus necessario illud cognoscit. Patet, quia habet species illius. Respondeo, quod si Angelus aduerte vult, illud videbit, non tamen necessario, quia habitibus vtimur cū volumus, quod intelligi debet Angelo suis naturalib<sup>9</sup> relicto; nam posset Deus aliquid supernaturale creare, cuius cognitionē illi occultaret. Vltimo arguitur contra S. Tho. sequitur, quod species vniuersales Angeli esset infinite perfecta. Patet, quia quanto species plura representat, tanto est perfectior, sed illa est representatiua singularium infinitorum, si actu esset, sicut sunt in potentia. Argumentum hoc fit in multis materijs, ut ad probandum quod visio beatifica est infinita, quia representat obiectum infinite perfectum: idē de sciētia infusa animę Christi, quod est infinite perfecta, quia omnia futura distincte representat. Respondetur tamen, quod consequentia illa solum valet in rebus eiusdem speciei: valet enim, notitia quę representat duo, est alicuius perfectionis, ergo notitia, quę representat quatuor, erit perfectior, quia fit comparatio in obiectis & nouitijs eiusdem speciei. In presentia vero species, quę pauciora representat, specie differit ab ea quę representat plura: sicut non valet, homo excedit in infinitum alias creaturas, scilicet, leonem & equum, ergo est infinite perfectus, quia comparatio non fit inter eandem speciem, leo enim & equus inter se & ab homine specie differunt.

Dubium tamen est, an Angelus futura cognoscat, supposito quod futura intelligi possunt, aut in se, aut in suis causis: causę autem quędam necessarium inferunt effectū, quędam vero prope tempus. Respondet Sanct. Thom. art. 3. quatuor cōclusionibus. Prima conclusio, Quando rerum futuritio necessa-

rio sequitur ex causa, tunc Angelus certe cognoscit rerum futuritionem in causa. Secunda conclusio, quando autem effectus ille sequitur prope tempus ex causa, tunc cognoscitur ab Angelo in causa, non quidem certo, sed coniecturaliter. Tertia conclusio, Si autē effectus sequitur raro & nō prope tempus, tunc Angelus nō eum cognoscit villo modo in sua causa. Quarta conclusio, & principalis, Angeli non possunt cognoscere futura in semetipsis. Probat, quia illa non sunt presentia Angelo: omne autem quod cognoscitur, oportet sit intellectui presentis, & eum mouens. Confirmat, quia Deus ideo futura cognoscit, quia eius intellectui omnia sunt simul: nam æternitas, quę est Dei mensura, est tota simul.

Notandum, quod quando Sanct. Thom. dicit, quod Angelus non cognoscit futura in semetipsis, intelligitur de cognitione naturali: constat enim, quod in essentia Diuina cognoscit futura, eo modo quo in se erunt.

Arguitur contra S. Tho. quod Angel<sup>9</sup> cognoscat futura mere contingentia, ut pluuiā, & fructus terrę futuros, quia Angel<sup>9</sup> cognoscit causas futurorum contingentium, ergo & futura contingentia. Respondetur negando collectionem, quia licet Angelus causas pluuię & impedimenta fructuū cognoscat, ignorat tamen, an causę sint applicandę, nec ne: & ita nescit causarum applicationem, quia applicatio est quid mere cōtingens: vnde de quando Angelus futurum contingens cognoscit, solum est per coniecturas.

An autem Deus Angelo cōmunicare possit speciem, qua futurū certo, & ut in se erit, cognoscat, Respondeo, quod de facto posset Angelo speciem cōmunicare, qua futurū abstractiue cognoscat. Probat, quia animę Christi cōmunicatū fuit, ut haberet habit<sup>9</sup> & species, quibus futura abstractiue cognoscere poterat. Secundo dicimus, Deum infundere non posse species Angelo, quib<sup>9</sup> futura intuitiue & distincte cognoscat. Probat, quia non videtur puram aliquam creaturam, siue species sit, siue habitus, posse ex se noticiam intuitiuam causare rei absentis. Cōfirmatur, quia eadē ratione daretur species aliqua rem possibilem futuram representans, quę non erit: sequela patet, quia quemadmodum futurum non extitit, ita neque existit possibile, quod non erit. Secundo confirmatur, quia sequitur, quod Deus condere posset intellectum, qui ex natura sua ad cognoscendum futura se extenderet. Vltimo,

quia

quia omnes creaturę dependent à tempore successiuo, ergo solum potest agere quando est, ergo intellectus futura, quę non sunt, nec intellectum mouent, cognoscere nō potest. Et assertio hęc secūda videtur verior, & probabilior, quā quod Deus infundere possit species in Angelo, quibus futura intuitiue cognoscat.

Dubium aliud est, an Angeli cognoscant cogitationes cordium. Sanct. Thom. respondet art. 4. duabus conclusionibus. Prima conclusio, Angeli possunt cogitationes & affectiones cognoscere per signa exteriora argutiue, sicuti & nos, & per effectus. Secunda conclusio, Angelus non cognoscit cogitationes & volitiones in causa à priori, scilicet, in voluntate. Probat, quia voluntas est indifferens ad velle & nolle, quia est mere libera, Deus autem volitionem & nolitionē cognoscit, quia omnis volitio dependet à Deo: & 1. Corin. 2. Quę sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus Domini, qui in eo est.

Duridus.

Materia hęc agitur à Doctoribus. 2. di. 9. & Durandus dist. 8. q. 5. ubi impugnat rationem hanc S. Tho. si velit hanc illationem concludere, solus Deus creat voluntatem, & à solo Deo voluntas dependet, ergo à solo Deo potest cognosci collectio, inquit, est nulla, quia sic solus Deus cœlum & animam rationalem cognosceret. Secundo, quia licet voluntas sit libera, si semel tamē volitionem aut nolitionem producit, iam est determinata ad vnum. Confirmatur, quia anima & voluntas tam occulta & spiritalis est sicuti cognitio, sed Angelus intuitiue cognoscit voluntatem & essentiam animę, ergo & cogitationem.

Caictanus respondet ad hęc argumenta ita quiens, mentem S. Tho. esse, quod Angelus solum potest cognoscere obiectum, quod habet esse naturale, actus autem voluntatis nō naturaliter, sed mere libere fit, ideo Angel<sup>9</sup> illum non potest cognoscere. Amplius explicat, formę naturales, positis dispositionibus, naturaliter necessario sequuntur, & ideo dicuntur fieri modo naturali, voluntas tamen non sic se habet, nam positis omnibus requisitis, adhuc manet libera. Et hinc est, quod nulla creatura potest volitionem voluntatis cognoscere, quia licet volitio sit producta, non tamen est res, quę habuit esse merē naturale, sed liberum: anima etiam, licet à Deo creetur, infunditur tamen in materia modo naturali, & positis dispositionib<sup>9</sup> naturaliter producit.

Sed adhuc contra S. Tho. probat, quod Angelus volitiones nostras cognoscat, nobis etiā inuitis, quia cognoscit per species cōcreatas affectiones nostras representantes: quod ex eo patet, quia si ego volo quod Angel<sup>9</sup> affectiones meas cognoscat, eas cognoscet, signū ergo est, quod antea habuit species illarū. Cōfirmo, quia possibile non est, quod in potentia mea visua sint species coloris, quin ego videam: et si species sint in phantasia reseruatę, possum ego illis vti & memorari, quia habitibus vtimur cū volumus. Respondetur ad hoc, quod Angelus secundum affectionē habet speciem infusam, non tamen potest affectiones cognoscere nobis inuitis. Et explicat, quod hoc sit valde rationabile, quia licet Angelus habeat rerum speciem, tamen donec producat, nō potest ab illo cognosci, quia obiectum est causa sine qua non: & videtur satis rationabile, quod Deus facultatē nobis cōcesserit affectiones occultandi.

Secunda opinio, quę refert Durandus, est quod Angelus ex naturalibus cognoscere potest actus intellectus, non tamen volitiones & cogitationes. Et hanc sententiam aliqui ascribunt Scoto. 2. di. 9. q. 2. sed si recte inspiciatur in solutione ad primum mēs illius est, quod Angelus ex natura sua potest cognoscere cogitationes & volitiones, contra S. Thom. Subscribunt illi Gabriel dist. 9. q. 2. & Maior dist. 9. q. 1.

Tertia opinio, quę sequitur Durandus est, quod Angeli non possunt cognoscere iudicia intellectus, hoc est, an ego debeam cōtinere, nec ne, & similia iudicia sub ratione iudicii, licet cognoscat essentiam illius cogitationis, quę est iudicium. Et ita inquit, quod Angelus cognoscit essentiam iudicij, & omnes res significatas per iudicia, & essentias rerū, sed non iudicium, ut iudicium est.

Pro opinione S. Tho. est locus Hier. 17. prauū est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscerit illud? Ego Dominus. Ad hoc Doctores isti inquirunt, quod antequam voluntas velit, cor hominis est inscrutabile, sed tamē postquam de facto actū elicit, actus ille potest ab Angelo cognosci. Secundo dicunt, quod id intelligitur de cogitatione hominum. Sed certe Hieremij verba Dominum laudant, quāsi solum cognitorem cogitationum hominum. Item Prover. 5. & 1. Corin. 2. Quę sunt hominis nemo nouit nisi spiritus Domini, qui in eo est. Item Hieronymus in illud Matth. 9. Cum cognouisset Domin<sup>9</sup> cogitationes eorum, inquit, in hoc ostendebat Christus

2. Opinio

3. Opinio

Christus se esse verum Deum, quia cogitationes phariseorum cognoscebat. Et idem Augustinus in de Ecclesiasti. dogma. c. 81. & 2. Paralip. 6. Tu solus nosti corda fideliorum hominum. Et cap. 3. Deus disponit omnia suaviter: ad debitam autem gubernationem spectat, quod Angeli secreta cordium non cognoscant, non ergo illa cognoscunt. Et contra modernos, qui inquit, quod de facto Angelus non cognoscit cogitationes hominum, quia Deus ita disposuit, sed ex natura cognoscere possent, sequitur, quod frustra esset potentia illa naturalis, & quod Angelus esset peioris conditionis, quam homo. Patet, quia vnus homo actus suos interiores potest alteri homini occultare, vnus tamen Angelus saltem ex natura rei non potest alteri secreta sua occultare. Sequitur etiam, quod frustra etiam esset Angelorum locutio: cogitationes enim sufficerent, & voces (vt habetur 1. Periarth. 2.) sunt ad manifestandum conceptus & cogitationes. Scotus respondet, quod locutio non est frustra, quia ponitur ad hoc, vt si velit, possit cogitationes suas manifestare. Ponit exemplum, quia Deus omnia scit, & tamen ipsi colloquimur. Exemplum tamen nullum est, quia Deo colloquimur, vt coram illo humiliemur, & bona aeterna mereamur. Item sequitur contra illos, quod Angelus ex naturalibus possit Deum videre. Patet, quia Gabriel habet Dei visionem: & secundum Scotum alij cognoscunt visionem, quae est in Gabriele, & conceptus reflexus representat idem quod directus, ergo notitia illa reflexa, quam alij Angeli habent de visione Gabrielis, eos beatificat.

Sed contra S. Tho. sunt argumenta Scoti & modernorum. Primo, vnus Angelus non potest alteri essentiam suam occultare, ergo nec cogitationes. Probo consequentiam, quia omnino tam indiuisibilis & spiritalis est cogitatio sicut essentia. Caietanus respondet ad hoc, quod ratio, quare Angelus non cognoscit cogitationes, ea est, quia non sunt naturaliter productae: & non quia sunt spiritalis. Confirmat quod vnus Angelus alteri non possit cogitationes suas occultare, quia maxime per volitionem hanc, volo quod nullus Angelus cogitationes meas cognoscat, sed hoc modo non, ergo: minorem probo, quia vel volitio illa est alteri patens, vel non: si primum, ergo idem etiam erit patens, quod Angelus vult per volitionem occultare: si secundum, ergo occultatur alia volitio ne, & sic erunt plures volitiones. Respondeo,

quod volitione illa potest Angelus cogitationes & volitiones occultare, quia ex natura sua sunt occultae, & ideo ad reuelandum requiritur volitio reuelandi. Contra hoc tamen arguitur, quia de mente S. Tho. requiritur, quod volitio praecedat reuelationem: tunc sic vel volitio illa est occulta, & sic per illam nihil reuelabitur, vel est manifesta, & tunc manifestabitur per aliam, & sic erit processus in infinitum. Respondeo, quod illa erit manifesta & non per aliam, quia ipsa met volitio seipsam manifestat. Secundo dico, quod volitio, si sit directa ad manifestationem, ex se est nota, sicut locutio nostra, & vox de se est nota, quia est directiua ad exprimendum affectiones & conceptus.

Secundo arguitur, quia contra S. Tho. sequitur, quod actus exteriores libere imperati a voluntate non possunt ab Angelo cognosci: sequela patet, quia actus illi non producuntur mere naturaliter, sed libere causantur: consequens autem absurdum videtur, scilicet, quod Angelus non cognoscat me deambulare, si ego volo occultare, ergo. Respondeo, quod actus exteriores de se sunt naturales, & solum extrinsece sunt liberi. Tertio arguitur, accipio assensum primi principij, & actum aliquem intellectus mere naturalis: tunc sic, intellectus non potest non assentiri primo principio appreheso, assensus ergo ille erit naturalis, ergo cognoscetur ab Angelo. Item, motus primo primus est mere naturalis, & non est in potestate voluntatis, ergo cognoscetur ab Angelo, ergo cogitationes & volitiones possunt ab Angelo cognosci. Respondet deo primo, quod actus illi possunt ab Angelo cognosci de mente S. Tho. nam in solutione ad tertium ait, quod actus appetitus sensitiui possunt ab Angelo cognosci, non tamen imperium voluntatis, & vnus volitionis. Secundo dicimus, potius dicendum, quod actus illi non possunt ab Angelo cognosci, licet sint naturales, quia ipse non fecit distinctionem, & intellectus regulariter a voluntate dependet: et si aliqui actus intellectus a voluntate non dependent, id deper accidens est: actus enim voluntatis de se liber est, nisi per accidens aliud accidat. Tertio dicimus, quod conclusio S. Tho. est vniuersalis, ideo non requiritur, quod sit demonstratiua, & de omnibus concludens.

Vltimo arguitur contra S. Tho. sequitur, quod Angelus cognoscere non potest species vel habitus, qui sunt in alio Angelo: sequela patet, quia species & habitus ita sunt interio-

2. argumentum.

3. argumentum.

4. argumentum.

1. argumentum.

res, sicut affectiones & cogitationes: consequens autem est falsum, ergo. Responderetur negando sequelam. Dicimus enim, quod species & habitus possunt ab Angelo cognosci, non tamen affectiones & cogitationes: ratio est, vt S. Tho. ad secundum inquit, quia species & habitus sunt connaturales, & habent modum essendi naturalem, non tamen actus neque cogitationes & affectiones. Et in de veritate. q. 8. art. 13. & quaestionibus de malo. q. 16. articulo. 8. inquit, quod habitus & species possunt ab Angelo cognosci, non tamen actus.

Dubium vltimum est, an Angeli cognoscant mysteria gratiae, scilicet, incarnationem. Articulo vltimo respondet S. Tho. duabus conclusionibus. Prima conclusio, Angeli ex naturalibus non possunt cognoscere mysteria gratiae. Patet, quia non naturaliter, sed mere voluntarie fiunt, & a Deo dependent & sunt supernaturalia. Secunda conclusio, Angelus potest cognoscere mysteria gratiae, vel in verbo, vel per reuelationem. Contra primam conclusionem Scotus. 2. di. 10. q. 8. ait, quod multa supernaturalia mysteria possunt ex naturalibus ab Angelo cognosci, sicuti mysteria corporis Christi in sacramento existentis. Et ad illud. Esai. 63. Quis est iste qui venit de Edom? respondet, quod Angeli de facto mysterium incarnationis ignorauerunt, non quod ex natura sua ignorauerint: sed quia Deus occultauit. Quod vero Angelus ex natura sua possit modum essendi Christi in sacramento cognoscere, probat: supposito quod Christus non sit in caelo, sed solum in sacramento, tunc sic, Angelus ex natura sua scit, quod corpus Christi non est corruptum, scit enim quando forma separatur a materia: & scit quod non est habet quam in sacramento, ergo scit modum quo Christus illic est. Argumentum est nullum, & contra veritatem: Angelus enim ex natura sua gratiae mysteria cognoscere nequit, quia sunt supernaturalia mere ex voluntate Dei dependentia: & vt S. Tho. inquit, virtutem omnem naturalem excedentia. Et ad argumentum Scoti dicit, quod est ita, quod Angelus iudicat corpus esse in sacramento, & non esse corruptum, ignorat tamen modum essendi. Hinc est, quod Angelus non cognoscit habitus illos infusos, qui nunquam fuerunt, nisi infundantur. Et sic limitatur, quod licet Angelus cognoscat habitus & species, quae sunt illi connaturales, non tamen cognoscit habitus infusos, qui nunquam fuerunt.

Circa secundam conclusionem aduertendum, quod S. Tho. prope finem asserere videtur, quod Angelus cognoscit in verbo aliquid de nouo: & tamen in 1. 2. q. de beatitudine asserit, & est sententia communis omnium, quod visio beatifica est inuariabilis, neque augeri potest. Respondeo, quod quando ait, Angelum quandoque plura cognoscere in verbo, intelligit sic, non quod de nouo in verbo & in visione ipsa aliquid cognoscat, sed in proprio genere & obiectiue representatis: visio enim non est eadem, si nunc perfectius, nunc minus perfecte cognoscentibus representaret, mes ergo S. Tho. est, quod Angelus in verbo aliquid de nouo cognoscit, sed per reuelationem.

Pro Augustino respondeo, quod quando inquit, Angelos cuncta a nobis occulta patenter nosse, intelligit de occultis, quae necessario ex causis naturalibus sequuntur: tunc enim in causa sua cognoscit futuritionem rerum, & ea quae sunt nobis occulta. Secundo dicimus, Angelos cuncta a nobis occulta patenter in essentia Diuina cognoscere. Vltimo dicimus, quod ipsemet Augustinus mentem suam explicuit. 3. tomo in lib. de distinctione demonum: sibi inquit, quod Angeli futurum contingens, & nobis occulta cognoscunt per coniecturas. De hac quaestione circa vltimum dubium vide tertio tomo Chrysostomi ad primum quaesitum.

DECIMUM OCTAVVM QVAESITVM.

An infernus sit incorporeus.

Augustinus libro vnico de cognitione verae vitae. c. 20. inquires, quomodo intelligantur animae a corpore solui, & iterum reuertere, ac visum referre, insinuare videtur, infernum incorporeum esse, inquires, Sciendum est, quod haec anima non penitus corpus reliquerant, sed sensus tantum corporeos suis officijs destituerant: corpus autem non ex toto spiritu vitali carebat. Vnde quod legitur, saepe multas animas de corpore eductas multa loca perualia, & item multa amentia & florida, & in vtrisque multas animas in humana forma viderint, atque ad corpus reuertere plura se audisse ab eis retulerint, ea tamen quae audierant, non res corporeae, sed similes corporearum



rum rerum erant, quas reuerſa alijs in corpore conſtituitis pro ædificatione referre poterant. Poſtquã vero corpus funditus exuerant, longe res aliter erat, quã prius videri non valebat. Sicuti nos aliquando iuxta parietem poſiti, vmbra venientis hominis, non ipſum videmus: remoto autẽ obſtaculo muri, ipſum vt eſt cernimus. Animã etiam deſunctorum, cũ viuẽtibus apparent, corpus aeream induunt, in quo corpoream vocem vel verba audibilia exprimunt. Hinc colligitur, quod infernus ſit incorporeus ſubſtantie ſpiritalis corporis ſimilis, cuius poena tanto ſit intolerabilior, quãto ſpiritus corpore eſt ſubtilior, Omne enim corpus vetuſtate deſicit, diuturnitate diſſolutum interibit. Vnde ſi infernalis ignis eſt corporeus, reſtat vt corporalis instrumentis nutriatur, & ſequitur, vt illis cõſumptis, ipſe intereat. Sed conſtat ignem gehennã non deficere, ergo ſpiritalis eſt. Si autem eſt corporeus, ſed indeficiens creatus eſt, neceſſe eſt, vt animã & ſpiritus qualecunque corpus induant, in quo ignem corporeum ſentient. De hac quæſtione vide ſupra tomo quinto Beati Hieronymi ad tertium quæſitum.

Amorrhæorum vſque adhuc. Quo exemplo manifeſte inſtruimur & docemur, ſingulos ſecundum peccatorum ſuorum plenitudinem conſumari: & tandiu, vt cõuertantur ſuſtineri, quãdiu cumulã ſuorum delictorum non habuerint cõſummãtum. Nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat: malos non amat Deus, peccatores non amat, iniuſtos, rapaces, crudeles, & impios non amat: ſed amat iuſtos, bonos, pios, humiles, innocentes, & mitis, ſicut ſcriptum eſt, Quoniam non volens Deus iniquitatem tuam. Item neq; habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Et iterũ, Odiſti, ait Dauid, omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. De hac quæſtione vide ſupra B. Ambroſium ad trigefimum quæſitum.

Psalm. 5.

VIGESIMVM QVAESITVM.

An clerici poſſint proprium poſſidere.



Vgustinus lib. vnico de cõtemptu mudi, inſinuare videtur, clericis non licere proprium poſſidere. Sic enim ſcribit, Dicit Saluator noſter inter cetera, Qui non renuntiauerit omnibus quę poſſidet, nõ po-

teſt meus, eſſe diſcipulus. Qui dixit, omnibus, nihil proprium a ſuis diſcipulis poſſideri voluit. Qui quicquam poſſidet in terra, reſertus eſt a Chriſti diſciplina. Et infra, Videte quid Petrus dixerit ad Ieſum, Ecce nos reliquim⁹ omnia, & ſecuti ſumus te: qui omnia reliquerant, nihil ſibi penitus retinuerant, nihil habebant proprium, quibus Magiſter indixerat, Nihil tuleritis in via, erãt eis omnia communia. Vnde ergo ſibi arrogante ligandi atque ſoluendi potestate, qui in terra preſumunt poſſidere facultate? Quomodo non erubeſcunt dicere, Dominus pars hereditatis mee? Vbi eſt illud Apoſtolicum, Quę conuentio Chriſti ad Belial: qui terrenas poſſeſſiones relinquere nolunt, cur peccata populi comedunt? Si decimas, cum filijs Leui accipiunt, quomodo inter ceteras tribus partem accipient? Si nominis etymologiam attendunt, cur clerici a ſorte dicti ſunt, niſi quia Dominus eorum ſors, vel hereditas

Luce. 14

Matth. 19.

Luce. 9

Psalm. 15.

1. Cor. 6

reditas ſit? Cur ſaltem clericatus ſui ſigna, quibus a laicis diſcernantur, non perpendunt? De hac quæſtione vide ſupra quarto tomo Chryſoſtomi ad. 27. quæſitum.

VIGESIMVM PRIMVM QVAESITVM.

An anima cũ a corpore euclitur ſtatim in cœlo collocetur, aut in infernum præcipitetur.



Vgustinus libro vnico de vanitate ſeculi cap. 1. afferere videtur, animã cũ a corpore euclitur, ſtatim in paradifo pro bonis meritis collocari, aut pro peccatis in inferni tartara præcipitari. Agens enim de miſeria huius vitę ex timore mortis, & laqueis diaboli, & poenarum inferni recordatione inquit, Vt quid infelices tantum pro ſeculi bonitate diſcurritis? vt quid vos criminibus & vitijs repletis? conſiderate oſſa noſtra, & vel ſic vobis horreat cupiditas & miſeria veſtra: quod vos eſtis, nos fuimus: & quod nos ſum⁹, vos eritis. Et poſt ſubdit, Mementote iugiter, quod in medio laqueorum diaboli ambulatis, & ideo ſemper parati eſſote, vt quãdo Domini præceptum fuerit miſſum, libere ab omni laque peccati ad requiem tranſire poſſitis: nõ arbitremini vos in hoc mudo diu manſuros, quia nimirum prouenit, vt poſt Dominicum miſſum præceptum nec vnus horã momentum concedatur in hac vita conſiſtere. Caute igitur, ne in exitu veſtro triſtitiã faciatis Angelis, & gaudium inimicis. Veniunt enim Angeli aſſumere animã ante Deũ, vt perducant illã ante tribunal iudicis. Stat & demones, vt eam in inferni tartara præcipitent. Scitote vero, quod cũ anima a corpore euclitur, ſtatim aut in paradifo pro meritis bonis collocatur, aut certe pro peccatis in inferni tartara præcipitatur. Loco iſto purgatorij non meminit.

Et idem obſeruauit ſermone. 2. de conſolatione mortuorum, inquit, Nam quid eſt mors, niſi ſeparatio corporis animę? Recedete enim anima, quę ſemper viuit, quę mori neſcit, quia de ſtatu Dei eſt inſpirata, ſolũ corpus emoritur: quia aliu diu nobis mortale, aliud immortalẽ eſt: ſed recedens anima, quę carnalib⁹ oculis videri nõ poteſt, ab Angelis ſuſcipitur, & collocatur aut in ſinu Abraham, ſi fidelis eſt, aut in carceris inferni cu-

ſtodia, ſi peccatrix eſt, donec veniat ſtatutus dies, quo ſum recipiat corp⁹, & apud tribunal Chriſti iudicis veri reddat ſuorũ operũ rationẽ. Iſto etiã loco nec purgatorij meminit. Et de rectitudine Catholicę cõuerſationis tracta. ſic ſcripſit, Scitote enim, quia anima, cũ a corpore euclitur, ſtatim in paradifo pro bonis operibus, aut certe pro malis in infernum præcipitatur cõtinue. Quapropter eligite modo, & hic in vita veſtra hoc diſponite, aut perpetualiter gaudere cũ ſanctis, aut ſine fine cruciari cũ impijs. Itaq; vel ſaltem poenę vos terreant, ſi præmia non inuitatis: & præſentẽ mundum, ſi deſpicere nõ valeatis, vel cũ iuſtitia poſſidete. De hac quæſtione vide ſupra. 4. tomo Chryſoſtomi ad vndecimũ quæſitum, & tomo. 7. B. Hieronymi ad tertium quæſitum.

VIGESIMVM SECVNDVM QVAESITVM.

An oues ab hęcis ante Iudicium ſint ſeparandę.



Vgustin⁹ lib. ſiue homilia de ouibus. c. 7. afferere videtur, zizania toleranda eſſe inter frumẽtũ, neque oues ab hircis ſeparandas eſſe ante vniuerſale Iudicium, nam agens de nõ euclendis zizanijs ante meſſem, & nõ ſeparandis ouibus ante Iudicium, exponens illud Matth. 13. Viſimus & colligimus ea, inquit, Stomachati ſunt enim videndo zizania, & doluerunt ſegeti bonę permixta zizania: & dixerunt, Nõne bonum ſemen ſeminatis, vnde ergo apparuerunt zizania? Ille rationem reddidit vnde apparuerunt, non tamẽ permiſſit, vt ante tempus euclerentur, quãuis & ipſi ſerui ſtomachati aduerſus zizania, cõſilium tamen & præceptum a Domino expecterunt, inuſionem regis ſui quaſierunt. Viſimus & colligimus, & ille nõ. Et reddidit cauſam, ne forte cũ vultis, colligere zizania, eradiceſtis ſimul & triticũ. Et infra, Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia forte tolerat⁹ es: ſi ſemper bonus fuiſti, habeto miſericordiam: ſi aliquando malus fuiſti, noli perdere memoriã. Et quis eſt ſemper bonus, facilius, ſi te Deus diligenter diſcutiat, inueniet te etiam nunc malũ, quãtm tu te ſemper bonum: ergo tolerada ſunt zizania hæc inter frumẽtum: hirci inter arictes: hęc inter oues. Quid autem ille de frumẽto?

Matth. 13

DECIMVM NONVM QVAESITVM.

An detur certus modus & menſura peccatorum.



Vgustinus libro vnico de vita Chriſtiana inſinuare videtur, quod Deus certo numero peccatorũ cõpletõ punia, ſic inquit, eſſe autẽ certum peccatorũ modũ atque meſuram Dei ipſius teſtimonio cõprobatur. Et quod vnusquisque vel celerius vel tardius, prout peccatorum ſuorum modum expleuerit, iudicetur, euidentiffime demonſtratur, quando de Sodomorum & Gomorrhæorum interitu ac incendio (qui ſua iam peccata repleuerant) ad Abraham Deus loquitur dicens, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum repletus eſt, & peccata eorum magna vehementer repleta ſunt. De Amorrhæis vero quid dicit: quia ſua nõdum peccata finiuerant, quos poſt multos annos, quã ſupradictę ciuitates crematę ſunt, conſtat eſſe deleros, Nõdum ſunt expleta peccata

Genef. 22  
Genef. 17

ADVERTENTIAE IN NONVM TOMVM

In tempore, inquit, messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum ea: triticum autem meum recondite in horrea. Transiet ergo agri concretio, veniet messis discretio. Videte fratres quemadmodum illis seruis volentibus ante tempus erradicare zizania, hoc opus nec in messe concessit: ait enim, In tempore messis dicam messoribus: non ait, vobis. Sed quid si ipsi serui messorum erunt: non nam exponens omnia singulatim, Messorum, ait, Angeli sunt: homo ergo carne septus, carne portans, aut forte caro totus, id est, caro corpore, carnalis animo, audeat usurpare officium alienum quod neque in messe erit tuum. Hoc de separandis zizanijs. De hircis autem quid conuenerit filius hominis & omnes Angeli cum eo: sedebit in sede gloriae suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separauit eas, sicut pastor separat oues ab hircis, & veniet, & separauit, veniet messis & separabuntur, modo ergo tempus separationis non est, sed tolerationis. De quaestione hoc vide tom. 2. Chrysostomi ad octauum.

VIGESIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An Moyses Deum viderit oculis corporis, vel solum mentis.



Augustinus lib. 4. de symbolo ad catechumenos. c. 3. de visione Dei tractans, Moysen Deum non oculis corporeis, sed oculis mentis vidisse ait. Sic enim habet, Si Deum nemo hominum videt, quomodo locutus est cum Moise os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum, irruiat quaestio non parua: ait enim Dominus, Non quomodo cum alijs per enigmata, ita loquar ad Moysen famulum meum, sed os ad os loquar illi. Et subiungit scriptura quae supra diximus, Quomodo loquebatur Moyses cum Deo os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum: si os ad os loquebatur cum eo, & videbat eum, quomodo verum est illud Apostolicum, quod Deum nemo videt vnquam, neque videre potest: si autem videbat eum Moyses, quid est quod idem

ipse post paululum pro magno petit, & dicit, Si inueni gratiam ante te, ostende faciem tuam mihi: & Dominus illi, Facies quidem mea non videbitur tibi: non enim videbit quis faciem meam & viuere. Vbi est illud quod videbat, & si videbat, cur desiderabat videre quod videbat: aut quomodo illi negabatur id quod iam demonstrabatur, exercet ingenium quaerentis. Videbat Moyses Deum non oculis corporeis, sed oculis mentis, & quia lux illa perpetua, quae Deus est, plus eum quam ceteros illustrauerat, ideo dictum est, Os ad os loquebatur illi, ac si diceretur, plus omnibus manifestatus est illi. In eo autem, quod dictum est, Non enim quis poterit videre faciem meam & viuere, ostensum est nemini his oculis corporeis Deum posse videre. Quid autem concessum sit Moysi, ne eius desiderium frustraretur, debet nosse charitas vestra: dictum est illi a Domino, Vade ascende super petram in Horeb, & sta ibi, & transiet claritas mea ante te, & posteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur tibi. Ne forte subrepat peruersus intellectus, aut haereticus sensus: & putet quis, Deum esse corporeum, vigilet pia fides, & Catholica doctrina: mysticis enim figuris loquitur scriptura Diuina, seruans rebus tempora, quibus recognitis, manifesta exerceat veritate, quoniam neque hoc vacat a mysterio, quod in monte Horeb super petram iussus est ascendere Moyses, & stare ibi: ipsa est illa petra, quae percussa produxit aquas populo sitienti, de qua dicit sanctus Dauid, Dirupisti petram, & fluxerunt aquae. Apostolus autem exponens hoc, ait, Patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Ipsa sunt illa posteriora Dei Christi Dei hoc vidit Moyses prophetando, quod Paulus exponit dicendo, Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere. Mulierem hic ponit, consuetudinem seruans locutionis Hebraicae, quae omnes foeminas mulieres appellat: nam scriptum est, Seruate mulieres, quae nondum cognouerunt virum. Et de ipsa Eva dictum est, Formauit eam mulierem, antequam illam viro coniungeret, eam mulierem appellauit. De hac quaestione vide supra tertio tom. Beati Augustini ad tertium quaesitum.

1. Thim. 6

Exodi. 17

Psal. 67.

1. Cor. 10

Galat. 4

Genes. 1.

ADVERTENTIAE IN DECIMUM TOMVM.

- 1 AN Deus aliquos eligat secundum illorum iustitiam.
- 2 An baptismus per fidem mundet.
- 3 An Deus sit forma rerum.
- 4 An Maria & Martha crediderint suum fratrem a Christo posse suscitari.
- 5 An coniugati, si humilitatem teneant, meliores sint castis superbis.
- 6 An humanitas Christi, si a Verbo dimitteretur, adoranda esset.
- 7 An pijs & impijs die Iudicij formam Dei videbunt.
- 8 An sine Dei adiutorio aliquid boni facere possimus.
- 9 An sit medius locus in inferis, vbi infantes poni debeant.
- 10 An Deus solo voluntatis suae proposito, aliquos reprobet.
- 11 An, qui sub gratia viuunt, impeccabiles sint.
- 12 An omnes pari charitatis affectu sint diligendi.
- 13 An monachi manuum labore teneantur victum quaerere.
- 14 An Deum propter beatitudinem diligere debeamus.
- 15 An coniugia adulterina solum iure caeli illicita sint.
- 16 An, qui Christum in se non habet, Christianus dici possit.
- 17 An quis experiri possit, Deum in eo habitare.
- 18 An de seculo tantum remaneat quantum iam exemptum est.
- 19 An haeretici tolerandi sint usque in finem seculi.
- 20 An ieiunia in mortali facta aliquid profint.
- 21 An Apostoli omnes fidem amiserint.
- 22 An Christianus sit dicendus, qui inimicitias die Paschatis non vult finire.
- 23 An mors Christi suspirijs sit celebranda.
- 24 An sint tantum infernorum duo loca.
- 25 An si quis ad incantatores recurrat, in illo pereat sacramentum baptismi.
- 26 An peccatores Deo credentes fidem habeant.
- 27 An Petrus & Paulus aequales & similes in omnibus fuerint.
- 28 An Virgo in corpore vel extra corpus fuerit in caelum assumpta.
- 29 An minuta peccata, si nimium plura sint, mergant in infernum.
- 30 An qui alijs ieiunantibus ieiunium soluit, tantum venialiter peccet.
- 31 An qui pacem cordis oris & operis non habet, Christianus dici debeat?
- 32 An anima ad corpus a Deo de caelo veniat.
- 33 An Deus Azania & Saphire pepererit.
- 34 An Angeli corpus, quod assumpserint, in aliud verum corpus conuertere possint.
- 35 An in populo Iudaeo fuerit charitas.
- 36 An praedicatoribus euangelizare liceat gratia victus.

Eyodi. 33.

Ioann. 1



PRIMUM QVAESITVM.

SECUNDVM QVAESITVM.

An Deus aliquos eligat secundum illorum iustitiam.

An baptismus per fidem mundet.

Matth. 8.

Roma. 11 & 3.

**A**ugustinus de verbis Domini in Evangelium secundum Matth. sermone. 8. locū hunc exponens, *Nemo potens manum super ar. abyrum, & respiciens verso, apertus est regno caelorum*, insinuare videtur, Deum aliquos eligere secundum illorū iustitiam, inquit, Vocat te Oriens, & tu attendis Occidentem. In hoc capitulo hoc discimus, quoniam quos voluit Dominus hos elegit, elegit autem, sicut dixit Apostolus, secundum suam gratiam, & secundum illorum iustitiam. Talia enim sunt verba Apostoli, Attendite inquit, quid dicit Elias, Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua euerterunt, & ego relictus sum solus, & quaerūt animam meam. Sed quid dicit illi responsum Diuinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genu ante Baal, solum te putas esse seruum bene laborantem? sunt & alij me timentes & non pauci, nam septem millia habeo. Et adiunxit, Sic ergo & in hoc tempore crediderunt ergo aliqui Iudaei, & multi fuerunt reprobatii, sicut & ille qui vulpium foueas gestabat in animo: sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiae per electionem saluae factae sunt, id est, idem Christus est nunc, qui tunc, & modo, qui & illic tunc Helix dixit, Reliqui mihi. Quid est, reliqui mihi? Ego illos elegi, quia vidi mentes eorum de me praesumentes, non de se, neque de Baal. Non sunt mutati, sic sunt, vt à me facti sunt: & tu qui loqueris, nisi de me praesumeres, vbi esses, nisi gratia plena plenus esses: nonne ante Baal etiam ipse genu flecteres? Et subdit, Caue Christiane, caue superbiam, licet enim imitator sanctorum sis, totum gratia semper reputa, quia vt esset aliquid, reliquum gratiam in te Dei, non tuum meritum fecit. Supra diffiniuimus iuxta quaestionem hanc, Deum non eligere aliquem, neque praedestinare secundum eius merita prauiusa, neque secundum eius iustitiam, sed mere gratis, vt ex professo Apostolus ad Rom. 9. ostendit. Vnde supra quarto tomo Chrysostomi ad nomen quaeritum.

**A**ugustinus de verbis Domini in Evangelium secundum Lucam, serm. 30. ostendens in corporis mudatione nullam esse iustitiam, locum hunc explicans, *Nunc vos pharisaei quod foris est percipitis lauatis, intus autem pleni estis dolo & rapina*, insinuare videtur, baptismum per fidem mundare. Sic enim explicat, venire ad prandium, quomodo pepercit homini, à quo fuerat inuitatus, magis obiurgando pepercit, vt correpto in iudicio parceret. Deinde quia ostendit nobis, quia & baptismum, quod semel adhibetur per fidem mundat, fides autem intus est non foris. Vnde dicitur & legitur in Actibus Apostolorum, Fide mundas corda eorum, & Apostolus Petrus in epistola sua ita loquitur, Sic, inquit, & nobis dedit similitudinem de arca Noe, quomodo octo animarū saluae factae sunt per aquam. Et adiungit, Sic & vos simili forma baptismi saluos faciet, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio. Interdum hanc conscientiae bonae interrogationem pharisaei contemnebant, & quod erat foris lauabant, intus inquinatissimi permanebant.

Doctores scholastici. 4. sent. dist. 1. de hac quaestione, & S. Tho. 3. parte. q. 62. & arti. 4. quaerit, an in sacramentis nouae legis sit aliqua virtus causatiua gratiae. Et respondet tribus conclusionibus. Prima, illi, qui ponunt sacramenta non esse proprie causam gratiae aliquid operando, sed tanquam signum, ad cuius praesentiam Deus solus illam operatur, affirmat nullam esse in sacramentis virtutem, praeter illam, qua Deus sacramento assistit. Secunda conclusio, Illis, qui affirmant, sacramenta nouae legis esse causam instrumentalem gratiae, necessarium est simul fateri, quod in illo sit quaedam virtus instrumentalis ad eundem effectum. Assertio haec est Augustini super Ioannē, vbi ait, Vnde tanta virtus aquae, vt corpus tangat & cor abluat? Et Beda super Lucam inquit, Dominus tactu suae mundissime carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Tertia conclusio, Virtus principalis agentis habet permanentem esse in natura, sicut est virtus Dei ad conferendam gratiam: virtus autem

Luc. 11.

Act. 15. 1. Pet. 3.

Opinio Scoti.

Paludanus

ettra, Durandus & Scotus argumentatur

ante instrumentalis, quae est in sacramento, habet esse incompletum & transiens ex vno in aliud, scilicet, à Deo in hominē: velut motus est actus imperfectus & fluxus quidam ab agente in patientem.

De virtute sacramentorum sunt duae opinioniones. Prima Scoti, & Neoteri corum, quod in sacramento nulla est virtus praeter Diuinam illic assistentem. Haec tamen opinio negat sacramenta gratiam continere, & ad illam concurrere. Quod damnatum est Concilio Florentino in instructione Armenorum, vbi habetur, quod nostra sacramenta gratiam continent, & eam digne suscipientibus conferunt. Alia est S. Tho. & antiquorum omnium, quod sacramenta sunt instrumenta conferendae gratiae: ex quo fit consequens eis inesse aliquam instrumentalem virtutem à principali agente, hoc est, à Deo illis impressam. Quenam autem res sit haec virtus discipuli S. Tho. diuerse sentiunt: sunt enim tripartiti. Paladanus 4. di. 1. q. 1. & Capreolus eodē loco arbitrantur praeter motum, verbi gratia, quo aqua baptismi abluat, inesse in ipsa & verbis quaedam qualitatem Diuinitus impressam, quae sit virtus conferendae gratiae. De Palude existimat illam ex parte subiecti, & arbitrat esse corpoream. Capreolus considerat eam ex parte affectus, qui est spiritualis, ideo ait, esse spirituale, & in hoc conformius loquitur veritati. Et Sanctus Thom. qui ad primam spirituales eam appellat. Contra hanc autem opinionem Durandus 4. dist. 1. q. 4. & Scotus eadem distinctione argumentantur. Primo, quia si est corporalis, non potest effectum spirituales, qualis est gratia, attingere: si vero spiritualis, nequit in subiecto corporali existere: anima enim quia est in toto corpore, & in qualibet parte, intelligitur animare corpus: habitus autem vel actus spiritualis, cum sit impartibilis, recipi in corpore quanto nequit, sicut nec accidens corporale potest in subiecto spirituali inherere. Secundo, quia qua ratione inest rebus, quae sunt materia sacramenti, debet inesse verbis, imo & ministro, quandoquidem omnia sunt de eius essentia: vna autem virtutem in subiectis tam diuersis constituere, dissonum est rationi. Si autem in singulis singularis essent virtutes, iam non vna, sed plures essent virtutes: imo de verbis agitur, quod cum sint entia successiua, neque vni dictioni continetur alia, neque vero syllabae syllaba, in qualibet deberet esse sua virtus. Quod si dicas non esse nisi

si in vltima, eo quod tunc confertur gratia, in contrarium est, quod tota forma verborum concurrat ad gratiam, in tota ergo deberet esse, quod tamen difficillimum est intellectu: nam si virtus illa est permanens, non potest rei successiuae inherere: si autem est fluxus, sicut oratio, tunc satis est illam virtutem esse motum aquae & verborum, quo institutione Diuina, vt inquit Augustinus, corpus tangitur, & cor abluatur. Haec tamen sententia neque rationi neque D. Thom. est consona: est enim entitates nulla cogente necessitate multiplicare.

Est ergo mens S. Tho. virtutem sacramentorum aut aliud esse, quam motum quem recipiunt. Probatur primo ratione communi instrumenti, causa enim instrumentalis non agit per virtutem suae formae, sed solum per motum, quo mouetur à principali agente, & hoc modo sacramentum est causa gratiae, non ergo habet aliquam formam agendi praeter naturalem virtutem abluendi: sicuti ferrum non habet nisi dentes, vnde sicut ferrum mota per artificem non recipit aliam virtutem fabricandi lectum quam motum ferrandi hoc vel illo modo, ita aqua baptismi non recipit à Deo authore gratiae virtutem aliam quam motum, quo per eius ministrum ex ipsius institutione mouetur intentione faciendi hominē ei gratum. Alludit ad hoc auctoritas Bedae, scilicet, quod Dominus tactu suae mundissime carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Vbi vox illa, vis, non significat qualitatem aliquam impressam aquae, sed tantum habilitatem & idoneitatem eius ad illum effectum: tunc enim Christus aqua ad illud destinauit officium: vnde cum postea Christus eadem aqua ad eundem effectum vtiatur per suum ministrum, nihil aliud ei confert quam motum.

Ad argumenta Scoti & Durandi facilis est solutio. Potissimum illorum est, virtus collatiua gratiae est spiritualis, sicuti ipsa gratia, virtus autem spiritualis esse nequit in corpore, neque tanquam ei propria, quia cum virtus rei fluat ex eius essentia, sicuti potentia ab anima, non potest eadem essentiam transcendere, spiritus autem transcendit essentiam corpoream, neque sicut recepta ab alio, nam forma recipitur ad modum recipientis, quare spiritus in corpore non est nisi anima, quae est in qualibet parte corporis. Respondetur, quod licet virtus spiritualis non possit esse in corpore per modum permanentis,

Opinio D. Tho.

tamen quando est instrumentalis potest esse in illo, quatenus corpus illud mouetur à substantia spirituali ad effectum spirituale: ex quo constat quod virtus illa non est nisi motus. Et subdit S. Tho. in soluti one ad primū exemplum aptissimū. Sicut vox corporalis, eo quod ab spiritali intellectu mouetur cū intēione significādi, per motū illū generat spiritalē effectū in mente audientis. Idem est de musico, qui fides percutit lyrā.

2. argumētum.

Secundū argumētum est, omne quod est, reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquem gradum boni, virtus autem sacramēti non apparet in quo prædicamēto ponatur, quia nec est substantia, nec qualitas, &c. Nec apparet quo gradu sit inter bona. Sūt enim tres gradus bonorū in hac vita. Infima sunt bona temporalia, quæ ad felicitatē æternam non sunt necessaria: in hoc gradu non sunt sacramenta, quia sunt de necessitate salutis. Alia sunt media, vt potentie naturales animæ, quibus bene & male operari possumus: sacramenta his non cōnumerantur, cū sint virtutes supernaturales. Alia sunt bona maxima vt gratia, charitas, & reliquæ virtutes animæ, quæ tantum sunt ad bene operandum: & ad hunc gradum sacramenta non videntur attingere. Respondetur, quod huiusmodi virtus non est nisi motus Diuini influxus: motus autem per se nō est in prædicamēto, sed reducitur ad genus sui termini, tāquam imperfectum ad perfectū, vt alteratio ad genus qualitatis, augmentatio ad genus quantitatis: quia illa dum passiuè accipitur, est imperfecta acquisitio qualitatis, & hæc quantitatis. Eodem ergo modo virtus sacramenti non est proprie in aliquo genere, sed reducitur ad genus & speciem perfectæ virtutis, videlicet qualitatis, in quo ponuntur gratia, & charitas, & cæteræ virtutes, quæ virtutē sacramentali infunduntur.

3. argumētum.

Tertium argumentum est, si talis virtus in est sacramentis, non efficitur nisi per creationem à Deo, inconueniens autem videtur, vt sacramento peracto, statim virtus insignis pereat. Respondetur, quod quia talis virtus non recipitur in sacramento, nisi quatenus à Deo mouetur, & benedictione, & applicatione ministri accommodatur ad vsum, nihil absurditatis est, vt vsu illo sacramenti transeunte, virtus simul desinat, quæ erat eius motus. Vnde Augustinus sermone quodam de Epiphania inquit, Nec mirum quod aquam, hoc est, substantiam corporalem ad purificandam animam dicimus

peruenire: peruenit plane & penetrat conscientiam vniuersa latibula: quantum enim ipsa sit subtilis & tenuis, benedictione tamē facta subtilior, occultans vitæ causas, ad secreta mentis subtiliora pertransit.

Pro Augustino respondemus, quod cū dixit baptismum, quod semel adhibetur per fidem, mundat, non negauit sacramenta legibus Euangelicæ per se & ex institutione Diuina habere virtutem sanctificandi: cū tractat. 80. super illud verbum Ioann. 15. Mandati estis propter sermonem, &c. dicit, Vnde illa tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat: Et libro. 19. contra Faustum, Hæc omnia, scilicet, sacramenta sunt & transeunt, virtus tamen scilicet Dei, quæ per ea operatur, iugiter manet. Ac super Psalm. 77. ait, de ratione sacramenti esse, quod sit signum gratiæ, cuius imaginem gerat, & causa existat. Et Concilio Florentino sub Eugenio quarto hæc verba Augustini referuntur, scilicet, per passionem Christi vetera sacramenta dandam esse gratiam figurabant, nostra vero septem gratiam continent, & eam digne suscipientibus conferunt. Et Concilio Trident. sessione. 5. in prologo Can. 5. decretū est, vt qui per Iesu Christi Dñi nostri gratiam, quæ in baptisate cōfertur, reatū originalis peccati remitti negauerit, anathema sit. Et Iels. 7. Can. 6. Si quis dixerit, sacramenta nouæ legis nō continere gratiam, quæ significat, aut gratiam ipsam nō ponentibus obicem nō conferre, quali signa tātum externa sine acceptē per fidem gratiæ vel iustitiæ, anathema sit. Ex qua diffinitione contra Lutherum constat, quod qui sub his generalibus verbis negauerit, sacramenta esse causam gratiæ, nedum temerarius, sed sacrilegus est: habendus: ac demum nec poterit ab hæreticis contra ecclesiasticas diffinitiones excusari.

Cōcilium Tridentinū

Mens ergo Augustini est, quod fides est necessaria in eo qui baptizatur, vt gratiam & remissionem peccatorum consequatur, secundum illud Rom. 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi. Et intelligit de adultis, quia paruuli actum fidei habere nequeunt. Quod si quis obicem gratiæ sacramentali apponat, effectum sacramenti non suscipiet: & cū infidelitas grauissimum sit peccatum, fit, vt qui in ea persistit, gratiam baptismi non consequatur, neque huiusmodi infidelis est baptizandus, alioquin sacrilegium esset. Nihilominus si quis infidelis sacramentum

intentione

intentione ecclesiæ suscipiat, erit verum sacramentum, sine gratia tamen: nam sententia cōmunis Theologorum est, hæreticos vere posse & baptizare & baptizari, si vt ergo, intentionem ecclesiæ afferat ad baptismum, licet baptismus illis nihil cōferat ad salutem, quousque baptizatus ad ecclesiā rediatur, iuxta verbum Augustini de consecrat. di. 4. Tum valere incipit ad salutem baptismus, cū fides veraci confessione recesserit.

TERTIVM QVAESITVM.

An Deus sit forma rerum.

Augustinus sermone. 38. de verbis Domini iuxta hæc verba, *tu princi pio erat Verbum, Ioann. 1. ea enarras quedam verba habet, quibus vt solentij, qui disputad gratia in scholis ostē dere conantur, Deum venire in compositionem rerū, instar formæ: Eius verba hæc sunt, Verbum Dei est forma, quæ dā, forma nō formata, sed forma omnium formarū. Doctores scholasticæ interpretantur sententiam hæc B. Augustini, & dicunt, dictum eius accipiendum esse de forma exemplari, hoc est, quod verbum Dei est forma exemplaris, non autē forma, quæ est altera pars compositi.*

QVARTVM QVAESITVM.

An Maria & Martha crediderint, suum fratrem posse à Christo suscitari.

Augustinus de verbis Domini in Euangelium secundum Ioannem Iesum, & iniquare videtur, Mariam & Martham dubitasse. Christum fratrem suum suscitari posse, sic inquitens, Dominus noster Christus incedens in lacrymas mulierum, quæ in gibus suspirijs optabant mori cū fratre, ad mausæolum Lazari vna cū discipulis suis vel prolixis turbis acceleratam enim intra cauatam saxū quatuor dies habuit vt iacebat: iam suscitatum membrorū deterrimus factor prohibebat accessum: iam in cōcauis orbibus tabido situ marcescentes re sederat oculis iam deficiebat narium multitudo: iam rictus oris dentibus nudatis horrebat: iam nudata cute, laxa temporibus cere-

Ioan. 11.

brif sedes: tegmine atequato, pallescens, capillis subinde rarefcentibus apparebat: iam Maria & Martha sorores Lazari, quæ Christum frequenter resuscitasse mortuos viderant, fratrem suum posse resuscitari penitus non credebant. Ibi verè Christus probat, quod est Deus, vbi tātum fecit: quantum aua nō est etiam ipsa fides optare. Et subdit, Lazare, inquit, prodis foras: ideo dicit nomē, ne omnes mortui cogerētur exire. Eandem sententiā de Christi morte cōfirmat sermone. 1. de tempore sabbatho in vigilia Pasche de Ioseph, qui corpus Dñi petijt à Pilato, sermone in ordine. 132. sic inquit, Postquā vero corpus Iesu humatum est, statim potentiam suā repetit, quæ venerat reditura maiestas, nā cuius natiuitas hominis ostēderat filiū, mors prodidit Deum. Cū enim Maria Magdalene venisset ad monumētum, quā memorem Saluatoris, anti illa fide, deuotio in lacrymas cōpellat, videns reuolutum à foribus lapidei, cū non inuenisset in sepulchro Dominū, cepit acrius dolere, quod perdidit & defunctum: mox autem ad Petrum eius discipulū peruenit, quæ pro merito qualitate vel fidei maior de eius obitu cura tangebatur: nūtiat inane sepulchrum: queritur corpus ablatū: Petrus vero resurrectionis Filij Dei & ante crucem conficius, quæ prædixerat ipse passurus, sub tali nuntio non flevit aut doluit, sed morem suum in Diuinis virtutibus seruās properat experiri, quod credidit, ad sepulchrū itaq; Dñi celeri cursu festinat, Iesus rediturus, si nō inueniret, quem quærebat.

Doctores scholasticæ. 3. sent. dist. 24. Sancti Thom. 2. 2. q. 2. & articulo priori querit, an credere sit cū assensu cogitare. Et supposita distinctione, respondet conclusionē affirmatiuā, quæ diffinitio est Augustini lib. de prædestinatione. c. 2. Scholasticæ ab hac quæstione facile se expediūt, dicentes quod credere est firmiter assensu cōtra euidentiam. Et si de sic diffiniunt, fides est assensus verus, firmus, obscurus, & libere causatus. Sicut vero Tho. nō admittit quod fides verū dicat assensum, sed solum firmum. Pro quo aduertendum ex Magistro. 5. di. 23. q. 4. quod ex Augustino sumptū, credere multis modis sumitur. Primo modo prout se extendit ad sciens: & sic accipit Augustinus. u. lib. Soliloqui. c. 3. & de veritate cap. 11. & sic intelligens esse est credere. Secundo modo sumitur proprie, & est cū assensu cogitare, vt Augustinus ait, & 1. Petri. 1. & Ioann. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Tertio modo

Ddd 4 credere

credere pro scire vsurpatur, ita quod cōfunden-  
dantur sic, vt vnum pro alio sumatur: & in  
hoc sensu sumit Augustinus epistola ad Pau-  
linam. c. 12. Secundo notandum, q̄ credere  
secundum quod ab Augustino & D. Tho.  
diffinitur, nō solum se extendit ad actū; sed  
etiam ad habitum fidei, siue verum, siue fal-  
sum sit. Patet, nam qui facile credit, cogitat  
se assentiri, vnde fides Diuina ad religionē  
Christianam pertinens est quidem assensus  
verus: nomen tamē fidei ppriissime captū  
non dicit assensum verum. Vnde quādo S.  
Tho. 2. 2. q. 1. art. 3. inquit, q̄ fidei non po-  
test subesse falsum, intelligit de fide, quā ad  
religionem Christianam pertinet. Vnde cū  
fides ppriissime capta nō dicat assensum ve-  
rum, sed solum firmum, potest ei subesse fal-  
sum. Ita 4. Aeneid. inquit Didō, credo  
equidem, nec vana fides, genus esse deorum.  
Didō adēd proprie credebatur (esto esset fal-  
sum) Aeneam esse ex genere deorum, sicut  
ego credo Christum esse Deum. Praeterea  
quia ego nunc ita proprie credo, esse Romā  
(licet me ignorante esset euerſa) actū integra  
perſeueraret. Item quia haec, Quidquid est  
credendum est verum, non est vera opinio est  
falsa, nam si viri fide digni affirmarent, quod  
Turca est in curia regis nostri. Philippi, &  
quod ipsi eū viderant, fides esset illis adhibē-  
da: & tamen quod affirmant est falsum. Sicut  
et miracula, quae de suo Mahometo Sar-  
raceni affirmant, nobis constat esse falsa: &  
tamen ipsi credunt esse vera. Item quia Ari-  
stot. 6. Ethic. non posuit fidem inter virtutes  
intellectuales, sicut neque opinionem, eo q̄  
vtrique illarum potest falsum subesse.

Contra diffinitionem tamē fidei assignatā  
à S. Tho. arguitur primo, quod etiā opinio-  
ni conueniat: probatur, quia qui opinatur, as-  
sensum etiam habet cū cognitione, fides ergo  
& opinio non differunt. Respondetur ne-  
gando sequelam: in rigore enim stando, dif-  
ferentia est, quia licet opinio cū fide in hoc  
conueniat, quod de se sicuti fides non dicit  
assensum verū, differunt tamen in hoc, quia  
fides assensum dicit firmum, non sic opinio:  
vnde diffinitioni fidei addere licet firmū, vt  
sit firmus assensus, vt ab opinione distinga-  
tur. Secundo, quia ad fidem pia concurrat af-  
fectio cum ratione probabili, sicuti & ratio  
probabilis cū demonstratione ad scientificū  
assensum, opinio vero de se solum innititur  
rationi probabili. Quod si iustus, sit proter-  
nus, qui ex sola ratione, quā ipse pro se ha-  
bet, credit, & tamen non ex pia affectione,

Respondetur, quod talis assensus non erit fi-  
des, sed potius error vel opinio. Vnde isti ca-  
pitoli & proterui cōmuniter errant. Deper-  
se ergo assensus causatus ex ratione proba-  
bili dicitur assensus opinatiuus, si vero ad af-  
sensum illum pia cōcurrat affectio, vel si for-  
midolosus non sit, id est per accidens: ad af-  
sensum vero fidei per se requiritur, q̄ pia  
concurrat affectio, & quod firmus sit assen-  
sus.

Secundum argumentum est, quia assensus  
Theologicarum conclusionum causatus est  
sine formidine, & tamen fides nō est, sed sciē-  
tia, diffinitio ergo fidei nō est recte assigna-  
ta. Respondemus, proprie loquendo verum  
esse, quod non est assensus fidei ratio, quia si  
des autoritate dicentis vel reuelantis inni-  
tatur: scientia vero Theologica innititur ra-  
tioni naturali, sicuti Augustinus de spiritu &  
litera inquit cap. 31. & in libro de vtilitate  
credendi cap. 12. quod scimus rationi debe-  
mus, quod autem credimus autoritati, ne-  
pe dicentis vel reuelantis.

Vltimo aduertendum, quod cū Augustinus  
& S. Tho. dicunt, credere esse cū assensu co-  
gitare, quod verbum illud; cogitare, si sit cir-  
ca vniuersalia, est actus intellectus, si vero  
circa singularia, est actus sensus. Vbi Thomi-  
stae cōmuniter dicunt de mente S. Tho. esse,  
quod cognitio singularium non est actus in-  
tellectus saltem directus. Quod tamen ego  
non credo, nam ego singulariter sicuti diligo  
Petrum, ita & intelligo verba ergo S. Tho.  
etiam sunt Aristot. 3. de Anima, & intelligun-  
tur, q̄ cognitio vniuersalis proprie est in-  
tellectus, quia species vniuersales tantū sunt  
ibi: possumus nihilominus singularia intelli-  
gere, licet per conuersionē ad phantasmata:  
nihilominus singularia etiā intelligimus per  
species vniuersales, & conuersionē ad phan-  
tasmata singularia.

Pro B. Augustino respondemus, quod cū  
inquit, Mariam & Martham sorores Laza-  
ri, quae Christū frequenter resuscitasse mō-  
tuos viderant, fratrem suum non posse resu-  
scitare penitus non credebant, verbo illo, pe-  
nitus, non excludere omnino fidem huma-  
nā, sed eas habere assensum formidolosum,  
quod eum posset resuscitare; sicuti eum vi-  
derāt frequenter mortuos resuscitasse. Quod  
ex verbis illius constat, Misserunt ergo sor-  
res eius ad eum dicentes, Domine, ecce quae  
amas infirmatur: cōstat autem quod legatio  
illa frustra & vana esset, nisi spem & fidē ali-  
qualem, licet formidolosam, haberent, quod

potens

2. argumē-  
tum

potens erat eum curare & resuscitare. Et si-  
militer ex verbis Marthae, Domine si fuisses  
hic, frater meus non fuisset mortuus: sed &  
nunc scio, quia quaecūq; poposceris à Deo,  
dabit tibi Deus. Et ex illis, Ego credidi quia  
tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc  
mundum venisti. Quod vero in fide Diuina  
gradu aliquo defecerint, constat ex verbis il-  
lis Dñi, Nonne dixi tibi, quoniā si crederis,  
videbis gloriā Dei? Ad illud vero quod  
sermone citato inquit, Cū enim Maria Ma-  
gdalene venisset ad monumentum, quā me-  
morem Saluatoris, amissa fide, deuotio in la-  
crymas cōpellebat, dicimus idem de Aposto-  
lis saepe affirmasse, de quo vide supra tomo  
2. Augustini ad primum quaesitum.

QVINTVM QVAESI-  
TVM.

An coniugati, si humilitatem te-  
neant, Deo dicere possent, se me-  
iores esse superbis castis.

Ioann. 12.

Augustinus, de verbis Domini ser-  
u. 53. explicans illud Ioann. Qui credit  
in eum, credit in illum, qui misit illum, sub  
indicare videtur, coniugale agen-  
tes vitam, si humilitatem teneant, superbis  
castis esse meliores, inquit, Si est in vobis  
sanctitas, timete ne perdatis eam. Vnde  
per superbiam aliter perijt sanctitas ca-  
sti, si adulter fuerit, aliter perijt si su-  
perbus fiat. Et audeo dicere, coniuga-  
lem agentes vitam, si teneant humilitatem,  
superbis castis meliores sunt. Consideret e-  
nim charitas vestra, quod dico, diabolus at-  
tendite: nunquid ei in iudicio Dei obijci-  
endum erit adulteriū, aut fornicatio: nihil  
horum facit qui non habet carnem; sola enim  
superbia & inuidia mittit in ignem eternū.  
Seruo ergo Dei, cui surreperit superbia, cō-  
tinuo ibi est inuidia, non potest superbus ef-  
se non inuidus, inuidia filia est superbiae, sed  
ista mater nescit esse sterilis vbi fuerit, cō-  
tinuo parit. Vt autem non sit in vobis hoc, co-  
gitate perfectionis tempore, non solum A-  
gnetem fuisse coronatam virginem, sed &  
Crispinam mulierem. Et forte, quod non du-  
bitatur, aliqui tunc de continentibus defe-  
cerunt, & multi de coniugatis pugnaverūt,  
atque vicerunt. Vnde non frustra dicit Apo-

stolus omnibus membris Christi, Alterum  
existimantes superiorem sibi & honore mu-  
tuo praueientes. Haec enim si cogitatis, nō  
eritis apud vos magni, magis enim cogitare  
debetis quid vobis desit, quā quod vobis ad-  
sit. Quod habes caue ne perdas: quod non-  
dum habes supplica vt habeas: in quantis sis  
minor tibi cogitandum est, non in quātis sis  
maior: si enim cogitas quantum praecelstis al-  
terum, time tumorem: si vero cogitas quan-  
tum tibi deest, adhuc ingemiscis, & cum in-  
gemiscis curaris: humilis eris, turtior ambula-  
bis, non praecipitaberis, non inflaberis.

Philip. 2.  
Rom. 12.

Doctores scholastici de hac quaestione 4.  
di. 33. S. Tho. 2. 2. q. 152. & art. 4. quaerit, an  
virginitas excellentior sit matrimonio. Et re-  
spondet conclusionē affirmatiua, quam pro-  
bat primo ex sententia Hieronymi cōtra Io-  
uenianum, qui posuit virginitatem non esse  
matrimonio praefendam, & ex Augustino  
in libro de Virginitate: ibi inquit, Certa ra-  
tione, & sanctorum scripturarum authorita-  
te neque peccatum esse nuptias inuenimus,  
neque eas bono aut virginitatis cōtinentiae,  
vel etiam vidualis equamus. Et probatur ex-  
emplo Christi, qui & matrem Virginē ele-  
git, & ipse virginitatem seruabit. Et ex sentē-  
tia Apostoli, qui ad Corinth. 7. virginitatē  
consulit, tanquā melius bonū, inquit, Quis  
matrimonio iungit virginem suam, bene fa-  
cit: qui autem non iungit, melius facit. Ra-  
tione idem probatur: tum, quia bonum Diui-  
num est potius humano bono: tum, quia bo-  
num animae praefertur bono corporis: tum  
etiam, quia bonum vitae contemplatiuae pre-  
fertur bono actiuae. Virginitas autē ordina-  
tur ad bonum animae secundum vitam con-  
templatiuam, quod est cogitare ea quae  
Dei sunt: coniugium autem ordinatur ad bonū  
corporis, quod est multiplicatio generis hu-  
mani, & pertinet ad vitam actiuam. Quia vir-  
& mulier necesse habent cogitare ea quae  
mundi sunt, vt Apostolus loco citato inquit.  
Indubitanter ergo tenendum est, q̄ virgini-  
tas praefenda est cōtinentiae cōiugali.

Dubium est circa quaestionem hanc, an li-  
ceat afferere, quod matrimonium est dignius  
& perfectius virginitate. Respondet negati-  
ue. Hieronymus enim in libro quem scri-  
psit contra Iouenianum assertionem hanc,  
Matrimonium est melius virginitate, tanquā  
haereticam damnat: & id afferentes tanquā  
haereticos. Sicuti etiam Papa epistola, quā  
de hac re scripsit ad Africanos, assertionem  
praedictam tanquā haereticā enunciat: quae

Ddd 5 epi-

Argumen-  
tū primū  
contra S.  
Thom.



epistola fuit recepta in Concilio Turonensi. Et Paulus de hac re multa nobis tradit. 1. Corinth. 7. ubi consilium de virginitate dās inquit, Qui tradit nuptui virginem suam, bene facit: sed qui non tradit, melius facit. Et subdit de Virgine loquens, Beatorum tamen erit si sic permanserit, scilicet, sine viro. Itē Matth. 19. habetur, sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum caelorum. Et subdit, Qui potest capere capiat. In quem locū Patres omnes concorditer affirmant coelibatum altioris ordinis & gradus esse coniugio. Quod verba illa insinuant, In regno caelorum nec nubent, neque nubentur. In quo nobis intelligi datur, quod eo gradu, quo caelum à terra distat, eodem coelibatus coniugio praefertur. Sicuti castitas Angelorum matrimonio quorumcumque coniugatorum praefertur. Et Magister F. Alfonsus de Virgines Hispani publice in Hispanensi ecclesia propositionem hanc retractavit, Satis tutior ad salutem eternam consequenda coniugatorum est, quam continentium. Quae fuit sexta propositio ex his, quas publice retractavit. Septima, quam etiam retractavit, est, quod plures saluantur ex statu coniugali, quā ex omnibus alijs statibus & conditionibus hominum. Retractavit etiam hanc, quae precedens tibus est coniugata, vita activa est magis meritoria, quā vita contemplativa: quae omnes propositiones, si formaliter non sunt haereticas, saltem sunt sapientes haeresim, quia sunt haeresi propinque, & quae secundum sententiam sapientium, & omnium Patrum aduersantur fidei. Sicuti & ille, Nullus in Hispania Eucharistiam consecrat, vel non est licitum litigare. Constat autem quod eadem est ratio de ista. Plures saluantur in statu coniugali, quā in coelibatu, quae est de illis.

Magister  
Virgines.

Sed dubium est, an castitas Abraham ex parte animae se preparantis equalis fuerit virginitati Ioannis Baptistae. Augustinus affirmatiue respondet, Multi vero patres contrarium affirmant: & asserunt, quod Abraham non curam habuit an status eius congruerit virginitatem seruare necne, sed vitam egit conjugalem castam & sanctam. Nos tamen dicimus primo, quod ad exercitium multi viri iusti curant de huiusmodi proposito, & animae preparatione, quid amplius expediat, vel quid impediat, ut celerius, & sine impedimento vltimo ad patriam festinent. Secundo dico, quod promittendo Abraham fuit ad placendum Deo in omnibus, quae Deus velle, & ipse cum eius auxilio potens esset. An vero propositum in

utroque, & animi preparatio equalis fuerit, dubium est: Et ideo dico, quod Deus scit, quis eorum sanctior fuerit. Nam licet ex multis videatur, quod Baptista fuerit sanctior, Deus tamen, qui ponderator est spirituum, tantum scit. Ideo definitionem questionis huius ipsi relinquamus.

Pro B. Augustino respondemus ex doctrina adducta, quod cum asseruit, Audeo dicere conjugalem agentes vitam, si tenet humilitatem, superbis castis meliores sunt, non comparat statum conjugalem statui castitatis: cum loco adducto in libro de virginitate affirmet, castitatem vidualem praefendam esse castitati conjugali, sed solum in particulari comparat vitam coniugati humilis statui casti superbi. Et individuo non obstat, quod castus superbus damnetur, & coniugatus humilis vitam consequatur aeternam. Si tamen comparatio fiat dignitatis status vnus ad conditionem alterius, mens Augustini est nota, quod status castitatis est dignior statu coniugatorum. Sicuti licet vita contemplatiua à toto genere dignior sit vita actiua, aliquis tamen actus vitae actiuae dignior & excellentior potest esse, quam aliquis actus vitae contemplatiuae. Si tamen comparatio fiat supremi actus generis, & status vnus ad supremum alterius, actus supremus castitatis excedit supremum actum coniugii: & supremus vitae contemplatiuae supremum vitam actiuam. Et in fine eiusdem sermonis inquit, Melior est virginalis sanctitas, quam pudicitia coniugalis. Ista duo, si simul comparentur, melius est illud quā illud, quis dubitat? Sed addedo alia duo superbiam & humilitatem, interrogo vos, quid est melius superbia an humilitas? &c.

SEXTVM QVAESITVM.

An si humanitas Christi à Verbo dimitteretur, adoranda esset.



Augustinus de verbis Domini ser. 58. insinuare videtur humanitatem Christi si à Verbo separaretur adorandam non esse: nam in fine sermonis explicans locum hunc Pauli, Et coluerunt & seruierunt creaturae potius quā creatori, qui est benedictus in secula, & ad Galat. sed non cognouerunt Deum huius, qui natura non sunt dii, seruierunt, inquit

Non. 1. Galat. 4

qui, Sed illi, nempe, haeretici ad haec explicabunt & dicent, quid quod carne eius quae creaturam esse non negas simul cum Diuinitate adoras: atque ei non minus quam Diuinitati deferuis? Ego Dominicam carnem imo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quod à Diuinitate suscepta, atque Deitati vnita est: ut non alium atque alium, sed vnum eundemque Deum & hominem Dei filium confitear. Denique si hominem separaberis à Deo, ut Photinus vel Paulus Samosatenus, ibi ego nunquam credo, neque seruo: vel si quis nostrum aut purpuram aut diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege quis adorare contempserit. Ita etiam in Christo Domino humanitatem non solam aut nudam, sed Diuinitati suae vnitam, vnum Dei filium verum Deum & hominem verum qui adorare contempserit, aeternae mortis poenam patitur.

1. Ratio.

Doctores scholastici. 3. sent. dist. 9. S. Th. 3. parte. q. 25. de adoratione Christi, & art. 2. quaerit, an humanitas Christi sit adoranda adoratione latriae. Et respondetur affirmatiue: & probat auctoritate Damasceni, qui in 3. libro inquit, Adoratur autem caro Christi incarnato Verbo Deo, non propter seipsam sed propter vnitum ei secundum hypostasim Verbum Dei. Et ratione, quae haec est. Humanitas adoratur propter Verbum illi vnitum, sed Verbum adoratur adoratione latriae, ergo & humanitas. Pro cuius explanatione nota, quod Christi humanitas potest adorari dupliciter: licet Christi persona dicatur prius adorari quā humanitas, quoniam adoratio est subsistentium: primo adoratur humanitas tanquam res adorata: vnde humanitate adorare, idem est, quod Verbum ipsum adorare, sicuti vestem & imaginem regis adorare, est regem ipsum adorare: si ergo Verbum adoratur adoratione latriae, ergo & humanitas. Secundo, humanitas adorari potest non in quantum humanitas Christi, sed ut est ratio adorationis: & hoc modo adoratio humanitatis non est latriae sed duliae. Aduertendum secundo, quod Christi persona duabus adorationibus adoratur: prima, latriae ratione Diuinitatis: secunda, duliae propter humanitatem. Neque hoc inconuenit: ipsi enim Deo duplicem damus adorationem: prior est latriae, ratione creationis, quia nos creaturam vera est duliae, quia gubernator est creaturarum omnium.

2. Ratio.

Dubium est, an creaturae sint adorandae. Et an illis aliquo modo adoratio conueniat. Ad quod dico, quod adoratio ex vi vocabuli conuenit creaturis. Et quod ita sit probatur, nam Genes. 18. Abraham tres Angelos adorauit, & 2. Reg. 12. Nathan in terra pronus David adorauit, & Genes. 33. Esau adorauit Iacob, & Genes. 43. Ioseph à fratribus suis est adoratus, & Apoc. ultimo Ioannes Angelum adorare voluit. Quod si arguas, quia Ioannes ibidem ab Angelo est prohibitus eum adorare, inquit, Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, non ergo licet creaturam adorare. Respondetur negando sequelam, quia Ioannes, qui id tentauit, mortaliter delinquere non poterat, quia in gratia erat confirmatus, & ideo id licuit ei facere. Ratio autem quare Angelus eam prohibuit est duplex. Prima, propter naturam humanam dignitatem post Christi resurrectionem manifestandam. Secunda ratio est, propter occasionem idololatriae vitandam. Contra hoc tamen est argumentum, quoniam Mardocheus noluit Nahamam adorare, timens ne Dei honorem ad homines transferret Ester. c. 17. Adoratio ergo soli Deo & non creaturis debetur. Caietanus loco citato respondet, quod licuit Nahamam à Mardocheo adorari, genua coram illo flectendo, & in conspectu eius se prostrando, quia tunc consuetudo erat adorandi principes, & apud Iudaeos in usu erat. Addit tamen, quod Mardocheus laudabiliter fecit, nolens illum adorare, quia Nahaman inimicus erat Iudaeorum, & ut 1. Reg. 15. habetur, erat de stirpe regis occisi à Samuele. Item, ad euitandam idololatriam fuit consuetudo introducta, quod principes non adorarentur.

Dubium.

Hoc supposito nosse oportet, quid sit adoratio. Respondeo, quod est honor redditus alicui in signum seruitutis & subiectionis. Ex quo sequitur, quod adoratio est species honoris, sicut Deum, principes, & homines adoramus. Adoratio autem ista in sua ratione est triplex, scilicet, latriae, duliae, & hyperduliae. Latriae est adoratio Deo exhibita in signum subiectionis & supremi dominij. Vnde sequitur, quod qui adoratione hac creaturam adorat, est idololatra. Haec autem adoratio latriae est duplex: interior, scilicet, & exterior: interior est subiectio quaedam, qua anima Deo se libenter subiecit: in qua duo actus includuntur, scilicet, voluntatis & intellectus. Intellectus est cognitio, qua anima Deum tanquam supremum Dominum

&

& vniuersi creatorem ac gubernatorem cognoscit: hic autem solus actus sufficiens nō est ad Deum adorandum, quia dæmones actum istum habent, Credunt enim & contremiscunt, sicuti Iacobus ait, & tamen Deum non adorant. Ideo secundus actus voluntatis requiritur, qui est complacentia, qua quis sibi cōplacet, quod sit Deo subiectus. Et vt specialius loquamur, est cōplacentia, qua anima vult Deo subijci. Quod si queras, adoratio interior pro quo supponat, an pro actu intellectus vel voluntatis, an pro aggregato ex vtroque. Respondeo, quod supponit pro actu voluntatis, hoc est, pro volitione illa, qua anima vult & eligit se Deo subijcere, cōnotando actum intellectus, nempe, q̄ ipsum agnoscat tanquā creaturarum Dominum supremum. Vnde potest etiam hoc modo diffiniri, Adoratio interior est volitio, qua voluntas vult se Deo subijcere, ipsum agnoscendo, tanquam Dominum supremum.

Latria vero exterior est gestus quidam, & corporalis motus, quo quis subiectionem illam internam profitetur Deo debitam in signum supremi dominij: sicuti est adoratio, qua quis in terram pronus & genibus flexis orat. Quod si queras, an aliquis actus exterior de se subiectionem illam significet, quam Deo interiori tribuimus per internam adorationem. Ad hoc dico primo, quod de se nullus motus exterior huiusmodi cultum significat, neque excellentiam talis cultus habet, plusquam manum vel pedem mouere: nam apud Venetos, neque Italos, neque Lusitanos non est signum honoris caput aperire, quia illud non aperiunt, sed solum caput inclinant. Secundo dico, quod actus isti exteriores excellentiam illam & subiectionem non ex impositione formali, sed ex consuetudine significant. Tertio dico, quod actus aliqui huiusmodi & corporis motus habent accommodationem quandam ad significandam subiectionem nostram & excellentiam alterius, sicuti est prostatio in terra, & genu flexio.

Dubium tamen est, an sit adoratio aliqua soli Deo exhibita, quæ creaturis non exhibetur. Ratio dubitandi est, quia videtur, quod quancunque exteriorem adorationem Deo exhibemus, eandem creaturis exhibeamus: quoniam sicuti genua coram Deo flectimus, & caput aperimus, sic & coram hominibus. Dico ad hoc primo, quod adoratio aliqua Deo est debita, quæ nullo modo potest creaturis exhiberi. Probo, quia adoratio fit in si-

gnū subiectionis & supremi dominij, quod Deus supra nos habet: subiectio autē, qua Deo & creaturæ subijcitur, sunt diuersæ rationis. Hominibus enim solo iure humano subijcitur, Papæ, Regibus, & Principibus iure naturali & Diuino: Deo autem omni iure, scilicet, naturali, Diuino, & humano, & iure creationis, gubernationis, & conseruationis. Aliqua ergo adoratio ratione huiusmodi Deo est debita, quæ creaturis non debetur. Secundo dico, adorationem internam, quæ Deo exhibetur, neque tenemur, neque possumus creaturis exhibere, nempe, recognitionem illam, qua Deum supremum Dominum esse recognoscimus: & complacentiam qua in subiectione illa nobis ipsis complacemus. Vnde Deus cultum habet internū ita iure sibi dicatum, vt nefas sit, cultum illum creaturæ alicui exhibere. Ideo Paulus ad Rom. 5. inter cætera gētium delicta illorum idololatriam reprehendit, inquiens. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, &c. Et tandem concludit, in pœnam tãti delicti omni iniquitate fuisse repletos. Tertio dico, quod vt in plurimum eadem exteriori adoratione Deum & creaturas adoramus, quod, vt Augustinus inquit lib. 10. de Ciuitate Dei, ex abusu & consuetudine pessima hominum prouenit. Quarto dico, quod adoratio aliqua exterior Deo exhibetur, quæ hominibus non exhibetur, nempe, pectoris percussio, thurificatio, oblatio sacrificij, & omnia illa, quæ tam in cultū, quàm in sacrificiū Diuinū ordinantur. Flectere autē genua huiusmodi vtcunq; cōditionis est, licet ex consuetudine pessima introductū sit, vt & creaturis genua flectamus: quod vt Augustinus ait, ex nimia adulatione principum pullulauit.

Dubium tamen est, an adorationi sit locus aliquis determinatus. Respondeo, quod ex necessitate non est locus aliquis diffinitus: bene tamen secundum cōgruentiam: & hoc non propter Deum, quasi certo & determinato loco concludatur, sed ratione ipsius adorationis, quæ conuenientius in ecclesia quàm alibi fit: nam in ecclesia maiorem deuotionem & reuerentiam ratione sacramenti quæ loco alio habet. Consecratio etiam loci & adorantium concursus deuotionem excitat. Ex quo sequitur, quod ceteris paribus, oratio, quæ in ecclesia fit, potius exauditur à Deo, quàm illa quæ extra ecclesiam fit. Item, adorationes & orationes,

quæ

quæ in loco sacro fiunt, virtute consecrationis ecclesiæ effectum specialem fortiuntur. Vnde sicut stat duos martyrium pati: & vnū ratione sacramenti confirmationis vsque ad mortem perseverare: & alterum propter defectum sacramenti illius deficere: ita etiam stat, vnū, qui in ecclesia orat, impetrare: & alterum quod petit non obtinere. Et quod homo potius in templo quàm loco alio exaudiat, constat ex oratione Salomonis. 3. Reg. 8.

Dubium etiam est, quare nos ad Orientem oramus, & ecclesiæ versus Orientem a discentur. Respondeo primo, quod motus cœli in Oriente incipit, & quodammodo significatur, & datur intelligi, Deum principium omnium creaturarum esse. Secundo, quia Christus Dominus versus Orientem ad cœlum descendit: & terrestres paradisi versus Orientem est situs: Et tandem, vt Tertullianus inquit, quia consuetudo hæc à temporibus Apostolorum in ecclesia est iam recepta. Item, quia Christus ad iudicandum ex Oriente est venturus, iuxta illud, Sicut fulgur exit ab Oriente, ita erit aduentus filij hominis. Hæc de latria sufficiant.

Dulia & hyperdulia: duo ista nomina idē quod seruitus significant. Nomē tamē istud, dulia, communiter vsurpatur propriè & à proprietate. Primo modo dulia est reuerentia alicui propter excellentiam aliquā exhibita: & hoc modo non conuertitur cū seruitute, neque cum honore, quoniam aliquādo seruitus & honor alicui exhibentur propter meritum, vel propter spem temporalis cōmodi, vel propter amicitiam. Et isto modo dulia est quædam species honoris, quia quidquid est dulia est honor, & vt sic non distinguitur à latria, nisi sicut genus ab specie. Secundo notandum, quod honor & reuerentia aliquando exhibetur alicui propter excellentiam aliquam pluribus communem: sicuti Abbatem veneramus, quia prælatus est: alium vero propter specialem aliquam virtutem. Et hæc reuerentia dulia dicitur. Aliquando vero reuerentia alicui exhibetur propter excellentiam aliquam singularem: & talis dicitur hyperdulia, vt quando Beatam Virginem veneramus, vel Christi humanitatem. Vnde sanctos adoratione duliæ adoramus: Christi vero humanitatem & Beatam Virginem adoratione hyperduliæ, licet sæpe dulia pro hyperdulia vtimur, vt S. Tho. loco citato ait, quod Christi humanitas propter perfectionem humanitatis adoratione duliæ adoratur. Alio etiam modo dulia pro-

priè vsurpatur pro reuerentia alicui exhibita in signum seruitutis & subiectionis: & sic dulia idem est, quod seruitus, & non distinguitur à latria, sed est genus ad illam. Et ita vsurpat S. Tho. loco citato, quando inquit, quod honor latriæ debetur Deo propter tatem, & duliæ propter dominium, quo creaturas gubernat, qui honor etiam est latriæ quia Deo exhibitus in signum supremi dominij. Et isto modo neque sanctos, neque Virginem, neque Angelos adoramus, quia non sunt domini nostri.

Alio modo dulia accipitur à proprietate: & est reuerentia creaturæ in signum seruitutis exhibita. Et hac dulia principes & superiores nostros honoramus. Et vt sic dulia species est contra latriam distincta. Vnde in materia hac dulia & hyperdulia communiter vtimur tanquam speciebus à latria distinctis. Et sic intelligimus, cū asserimus sanctos dulia, & Christi humanitatem & Beatam Virginem hyperdulia adorari. Ex quibus sequitur, quod adoratio latriæ soli Deo est debita: hyperduliæ Christi humanitati & B. Virginis: duliæ vero sanctis. Vnde in omni lege nature scripta & gratiæ homines, ipsa natura dictante, semper peculiari cultu & honore Deum sunt venerati distincto ab honoribus, quibus sanctos colebant: quæ cultum creaturis non exhibebant, quia iure nature sicuti homo ex anima & corpore constat, ita tenetur Deum externo & interno cultu colere, iuxta illud ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et ideo oportuit, quod in qualibet republica esset honor certus ad Deum venerandum, quo neque creature, neque etiam sancti ipsi coli valerent. Tum etiam, quia nulla natio fuit, neque gens adeo barbara, quæ sacrificia aliqua & honores non haberent, quibus idola sua colerent. Et hinc est, quod lege veteri Deus filijs Israel sacrificia specialia perscripsit, quibus Deum colerent. Et in lege gratiæ sacrificium habemus missæ, quo ipsum tanquam principium & finem omnium bonorum colimus.

His suppositis est primum dubiū, an Christi humanitas adoratione latriæ sit adoranda. De quo sunt opiniones, quas Magist. 3. dist. 9. refert. Prima est asserentium, quod Christi humanitas solum est adoranda adoratione hyperduliæ. Sanct. Thom. loco citato tenet esse adorandam adoratione latriæ. Subscribunt illi Durandus ea distinctione. q. 2. Marsilius. 3. q. 8. art. 2. Et est communis opti-

nio



nio Theologorum, quæ est diffinita quinta Synodo generali. Gabriel eadē distinctione questione vltima ait, quòd latria dupliciter accipitur. Primo modo, pro reuerētia & seruitute soli Deo debita: & hoc modo inquit capitur proprie, & sic Christi humanitas nō est adoranda adoratione latriæ, quia est creatura: alio modo capitur large pro seruitute, quæ debetur creature Verbo vnite: & hoc modo Christi humanitas est adoranda adoratione latriæ. Cōtra hanc tamen sententiā, quæ etiam est modernorū, arguitur primo, quia asserere quòd illi dicunt, est nihil dicere. Nā inquit, quòd si latria accipitur pro adoratione, quæ debetur humanitati Christi, humanitas est adorabilis adoratione latriæ, quòd est nihil dicere. Secūdo, quia ista nominum distinctio cōmentitia est, & à nullo Doctore vsurpatur. Tertio, quia isti dicunt, quòd Christi humanitas est adorabilis vna adoratione latriæ, & alia adoratione distincta: sed re vera oppositum est diffinitū Synodo illa. 5. generali, nempe, q̄ in Christo ratione humanitatis & Diuinitatis non sunt diuersæ adorationes: ita vt adoratione, qua adoratur humanitas, non adoratur Christus, vel e conuerso. Et ita simpliciter tenendū est, quòd Christi humanitas proprie adoratione latriæ est adorabilis, vt S. Tho. ait. Et pbatur, quia adorantur humanitatē Christi propter vnionē ad ipsū Verbū, Verbū autem adoramus adoratione latriæ, ergo & humanitatem. Item, quicūq; adorat regem, humanitatem regis adorat, ergo qui adorat Verbum, eadem adoratione humanitatem eius adorat. Ideo mentem S. Tho. sequentibus dictis explicamus.

Primum dictum: in Christo sunt adorationes plures distincte, quibus adoratur, nempe, latriæ ratione Diuinitatis: & hyperdulix ppter humanitatē. Quod si arguas, quia quinta Synodo generali diffinitur, q̄ vnica adoratione Verbum incarnatum adoratur, cū propria carne ipsius. Respondetur primo, q̄ Caietanus loco citato non recte mentē S. Tho. intellexit: ait enim, quòd Christo vnica solum debetur adoratio: & intelligit q̄ humanitas vna adoratione adoratur, qua nō adoratur Christus: quòd est contra S. Tho. ad secundum argumentum, vbi inquit, quòd Christus duabus adorationibus adoratur. Ideo ad argumentum respondemus, quòd quinta illa Synodus idem diffinit quòd S. Tho. ait, nempe, quòd eadem adoratione, qua Christus adoratur, adoratur eius humanitas: &

eadem, qua adoratur humanitas, adoratur & Christus. Nihilominus sunt plures adorationes, nempe, latriæ, & dulix. Nam si humanitas non intelligatur vt res adorata, idem est Christum adorare & humanitatē: sicuti adorare vestem regis, & regem vestitum. Quòd si insurgas, adoratio est subsistentium, vt S. Tho. ait loco citato art. 1. falso ergo præsupponitur quòd humanitas adoratur, cū nō sit per se subsistens. Respondetur, q̄ pprie adoratur suppositum, partes vero inpprie: at vero humanitas proprie adoratur, licet non ita proprie sicuti suppositum: neq; est eadē ratio de partibus & humanitate, quia partes constituunt totum in esse integrale totius, & in esse suppositi: humanitas vero constituit suppositum in esse suppositi. Itē, quia actiones dicuntur singularium, id est, substantiarum totalium: & isto modo partes nō sunt totales sicuti est substantia.

Et pro ampliori explicatione, scilicet, q̄ nullus potest humanitatē adorare sine hoc quòd Christus adoretur, & e conuerso, probatur primo, non est possibile partes alicuius laudare quin laudemus & totum: sicuti oculos Sortis quin Sortem laudemus, neq; alicui parti reuerentiā exhibere quin totū exhibeamus, vt manus & pedem alicuius ofculari quin totum veneremur, ergo neque possibile est humanitatē adorare, quin Christum adoremus: sicuti possibile nō est, vestē regis adorare, & non regem: maxime quia magis intrinsecum ordinē habet humanitas ad Christum, quā vestis ad vestitum. Secundo, iniuria nequit humanitati inferri, quin Verbo Diuino inferatur: nam si humanitas flagellatur, similiter & Verbum, & ita de alijs: non ergo possumus humanitatem adorare quin eandem adorationem exhibeamus Verbo: non enim est maior ratio de vno quā de alio. Item, quis diceret quòd humanitas mea honorari valet quin ego afficiar honore: sic ergo de humanitate Christi. Quòd si arguas ex illo Psal. Adorate scabellū pedum eius, quia sanctum est. Vbi glossa, caro à Dei Verbo assumpta sine impietate adoratur à nobis: nemo enim eius carnem spiritaliter māducat, nisi qui prius adorat. Et ait, Nō illa dico adoratione, quæ est latria, quæ soli creatori debetur. Respondetur, quòd glossa in hoc non est tenenda, quia significat q̄ humanitas potest aliqua adoratione adorari, qua Christus non adoratur, & e cōtra. S. Tho. ad primum non negat glossam. Et dicit duo: primum, quòd non potest caro Christi seorsum

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

ab eius Diuinitate adorari, & e contra, absq; eo quòd in Christo sint duo supposita. Eius verba hæc sunt, Hoc enim contingeret hoc modo si esset alia hypostasis Dei & alia hominis. In quo innuit, quòd glossæ intentio est, quòd cōditionalis ista est vera, si humanitas intelligeretur vt separata à Verbo, & illi adorationem aliquam exhibere possemus, qua non adoratur Diuinitas, illa esset hyperdulix & non latria. Ex quo cōstat quòd S. Th. nō vult cōcedere, quòd possumus humanitatem adorare, quin adoretur Diuinitas.

Dubium

Dubium tamen est, an Christi humanitas proprie adoretur adoratione latriæ. Durandus dist. 9. q. 2. tenet, quòd proprie adoratione latriæ non adoratur, sed solum de peccatis. Marsilius. q. 8. art. 2. inquit, quòd adoratur adoratione latriæ per quandam redundantiā, quia quando adoratur persona, adoratur etiam quicquid est de substantia personæ. Ego autem dico falsum hoc esse, quia materia & forma proprie non adoratur. Secundo dico, quòd quando Christum adoramus, ita proprie adoramus humanitatem, sicuti Diuinitatem, licet adoratio latriæ humanitati conueniat ratione Diuinitatis. Probatur, quia qui adorat regem, proprie adoratur humanitatem regis, ergo qui adoratur Diuinitatem Christi, proprie adoratur eius humanitatem, quia duæ naturæ sunt in eodem supposito vnite.

Dubium tamen est, an si quis cōsideret humanitatem Christi secundum se solam, & vt sic velit cum ea loqui, an possit illam adoratione latriæ adorare. Marsilius. q. 8. art. 2. cōclusionē. 3. ad tertium inquit, quòd qui illo modo humanitatem adoraret, peccaret. Magister Victoria contrariam assertionem tenuit: & ait, quòd talis adoratione latriæ posset humanitatem adorare. Ratio est, quia in humanitate adoratur Diuinitas. Addit secūdo, quòd qui vellet orationē ad humanitatē dirigere, licite & bene facit, licet melius esset illa ad verbū dirigere: si in orationem ad humanitatē ordinet, debet cū illa sicuti cū Deo loqui, dicens, Miserere mei Deus, vel, Parce mihi Domine. Ratio est, quia si crucem adoramus adoratione latriæ, & cū ea loquimur dicentes, O Caux aue spes vnica mudi, &c. Cū & humanitatem secundum se consideratam non adorabimus, & cū ea nō loquamur. Quòd si arguas, quia verba illa, Miserere mei Deus, & similia, non dirigimus ad humanitatem, neque veneramur nisi solam Diuinitatem, non ergo humanitati conue-

niunt. Respondet negando sequelā: sat enim est ad hoc quòd humanitas per verba illa adoretur, quòd adoretur Diuinitas: nam necessario, vt probauimus, eadem adoratione, qua humanitas adoratur, adoratur Diuinitas, & e contra. Quòd si inistes, quia cū loquimur cū humanitate, falsum asserimus, cū dicimus, Miserere mei Deus. Respondet, q̄ est ita quia oratio de se non est propositio vera neque falsa, & ideo in oratione falsitas esse non potest. Secundo dico, q̄ per verba, quæ sunt propria Deo, & illi soli conueniunt, maxime si sacramentum respiciant, verè & proprie corpus & sanguinem Christi adoratione latriæ adoramus, sicuti cū dicimus, Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meū, &c. Itē quando Angeli in Dei persona Patribus sanctis apparebant, adoratione latriæ eos adorabant Patres, & cū ipsis sicuti cum ipso Deo loquebantur, & nomina Dei illis tribuebant: rectius ergo id fieri potest cū loquimur cū humanitate Christi: possumus ergo illi nomina Diuina tribuere. Item, experientia hoc docet in honoribus, quos illis exhibemus, qui in loco regis sunt cōstituti, quos honore regio veneramus & eisdē nominibus: nam his qui præsumt in supremo regis cōsilio altitudines vel alteza dicimus: congruentius ergo cū Christi humanitate loqui licet, ac si cū Deo ipso loquamur. Nō tamen licet cum humanitate sicuti cū creatura separata à Verbo loqui.

Dubium vltimum est, an Christus ratione humanitatis adorandus sit dulia, & hyperdulia adoratione. Scotus tenet, quòd est adorandus adoratione latriæ. Probat, quia Christus ratione humanitatis nos redemit, sed amplius debemus Christo ratione redēptionis quā ratione creatiōnis, si ergo ratione creatiōnis est adorandus adoratione latriæ, ergo ratione redēptionis: atque adeo ratione humanitatis adorandus est adoratione latriæ & non hyperdulix. Ad hoc dicimus primo, q̄ Christus nos redemit nō solum ratione humanitatis, sed quia Deus & homo erat: neq; si Deus non fuisset, posset nos redimere de toto rigore iustitiæ, sicuti de facto redemit. Secundo dico, q̄ licet ratione humanitatis, quia nos redemit, est adorandus adoratione latriæ, potest etiam ratione humanitatis hyperdulix adoratione adorari. Ratio est, quia in humanitate sunt multe causæ adorationis. Vna est latria, quia instrumentum redēptionis humanæ. Altera hyperdulix, ppter plenitudinem gratiæ & virtutum. Itē, quia si

Scotus.

hu

humanitas in proprio supposito esset, dulia & hyperdulia adoratione esset adorabilis, propter excellentias quas suppositum illud habuit: omnem autem perfectionem, proprietatem, & praedicata, quae humanitas habuit, communicaret proprio supposito, ergo & Christo per regulam supra positam, & ratione communicationis idiomatum. Adoranda ergo est Christi humanitas. contra sententiam Scoti, adoratione hyperduliae. Vvaldēsis de sacramētis. c. 119. subscribit sententiā Scoti. Et confirmat illam autoritatibus scripturae Apoc. 5. de Deo super thronum sedente, & agno, cui est benedictio gloria & potestas in saecula saeculorum: & Apoc. 24. Seniores illi, qui cytharis canebant, ceciderunt coram agno: & ad Philipp. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Ex quibus videtur, quod Christus ratione humanitatis adoratur adoratione latriae. Respondetur, quod licet ita sit, autoritates tamen istae non probant, quod Christus non sit adorabilis ratione humanitatis adoratione hyperduliae: con- sequentia enim ista infirma est, Christus est adorabilis adoratione latriae, ergo non hyperduliae.

Quod si queras, si ita est adorabilis, quare ergo ei adorationem hanc non exhibemus? Respondeo, quod ratio est, ne haereticis detur occasio suspicandi, quod Christus est creatura, & purus homo. Vnde licet Christus regnum temporale accepisset, vocandus non esset temporalis rex, quia talis honor illi exi- tus, adoratione esset hyperduliae. Et ex hac do- ctrina respondemus ad quaestionem illam, sci- licet, quare non oramus Christum, ut oret Patrem pro nobis, sed ut ipse misereatur no- stri, maxime cum ipse semper pro nobis Pa- trem interpellat, iuxta illud. 1. Ioann. 2. Ad- uocatum habemus apud Patrem Iesum Chri- stum, qui interpellat pro nobis. Ratio huius est, quia ipsum orare, ut pro nobis oret, est hyperduliae adoratio quaedam: rogare vero ut nostri misereatur est latriae. Et ita optima consuetudo ecclesiae est orandi, & adorandi Christum adoratione latriae, ne detur occa- sio errandi. Et quando duplici honore ali- quem veneramus, tenemur supremo & non inferiori honore venerari.

Pro B. Augustino respondemus, quod cum dixit, si hominem separaberis a Deo, ut Phoni- nus vel Paulus Samosatenus, illi ego nunquam credo, neque seruio: velut si quis nostrum aut purpuram aut diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? impugnabat

haereticos asserentes Christum esse puram creaturam, neque villo modo adorandum: non tamen negat quin humanitas Christi sit ad- oranda: quia si Cruci, quia significat & repre- sentat Christum crucifixum, & quia tetigit membra eius, & quia sanguine eius fuit per- fusa, debetur adoratio latriae, & oppositum est haereticum, quanto ergo fortius & ratio- nabilius Christi humanitati latriae adoratio erit debita, cum fuerit instrumentum redem- ptionis nostrae Diuinitati coniunctum, & san- guis, qui pretium fuit redemptionis nostrae, ex eius latere fluxerit? quantumcumque ergo a Verbo separata consideretur, adoratione utraque latriae & hyperduliae humanitas est adoranda. Quod ipse Augustinus sequenti- bus verbis fatetur inquit, Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege quis adorare contempserit: ita etiam in Christo Domino humanitatem non solum aut nudam, sed Diuinitati suae vni- tam unum Dei Filium Deum verum, & hominem verum, qui adorare contempserit, aeternae mortis poenam patitur. Quibus verbis non negat ratione habitudinis, quam habuit ad Verbum, negandam esse humanitati adora- tionem, quam Cruci eadem ratione tribui- mus.

SEPTIMUM QVAESITIVM.

An pij & impij die Iudicij formam Dei videbunt.

**A**ugustinus de verbis Domini ser- uat. 64. in Ioann. in verba illa, Amen amen dico vobis, quia veniet hora, & tunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, uiuent, asserere videtur solos bonos & iustos formam Dei esse visuros, inquit, Iu- dex hic erit filius hominis, forma illa iudica- bit hic, quae iudicata est: audite & intelligite, iam Propheta dixerat, Videbunt quem pupu- gerunt, ipsam formam videbunt quam laeae percusserunt: sedebit Iudex, qui extitit sub iudice: damnabit veros reos, qui factus est falsus reus: ipse veniet, forma illa veniet. Et infra, Videte autem quare ratione hac oportebat, & hoc rectum erat, ut iudicandi viderent iudicem: iudicandi autem erant boni & mali: beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, restabat ut in iudicio forma serui

serui & bonis & malis ostenderetur, forma Dei solis bonis seruaretur.

Doctores scholastici. 4. sen. di. 47. vbi que- runt, an Diuinitas Christi ab iniquis sit con- spicienda. Quae quaestio duo implicat media: primum, an Diuina essentia absque gaudio vi- deri possit. Et solutio posterioris colligitur ex prioris decisione. Et respondetur tribus conclusionibus. Prima, reprobi non videbunt Deitatem in se ipsa. Conclusio est Augustini de Trinitate. lib. 1. c. 13. vbi ait, quod cum boni & mali vi- sari sint iudicem viuorum & mortuorum: mali ta- men eum videre non poterunt, nisi secundum formam, qua filius hominis est: formam autem illam in qua aequalis est Patri, proculdubio non vi- debunt, quia non sunt mundi corde: & tamen beati mundi corde, quoniam ipsi Deum vi- debunt. Et in libro de verbis Domini, Rectum inquit, erat ut iudicandi viderent iudicem, iudicandi autem erant boni & mali, restabat ut in iudicio forma serui bonis & malis ostenderetur, forma vero Dei solis bonis seruaretur.

1. Ratio. Prima ratio conclusionis est, quia Deitas naturaliter videri non potest, sed requiritur lu- men gloriae, quo potentia eleuetur, ut fiat ido- nea, nam ad tam excessam veritatem respi- ciendam intellectus noster habet se veluti oculus noctuae ad lumen solis. Et si aliqui lu- men illud gloriae negant, fatentur tamen exi- gi concursum aliquem Diuinum supra natu- ram: damnatis vero non est cur singulare il- lud auxilium, aut lumen gloriae donetur, ergo. Secundo, quia cum beatitudo in visione Dei consistat, nequirent Deitatem intue- ri, nisi tunc saltem per modum transitus es- sent beati, ut Paulus in raptu: quod perditos illos maxime dedecet: ait enim Ioan- nes cap. 3. super Canonice, Cum apparuerit, similes ei erimus, videbimus enim eum si- cuti est: tanta ergo similitudinis excellen- tia non illis, sed his qui modo sunt corde conuenit. Tertio, Diuina essentia absque gaudio natura sua videri nequit, iniqui autem nullo vnquam patientur gaudio, tantum ab- est ut Diuino illo sint digni, non ergo Dei- tatem videbunt. Ad intellectum vero ma- ioris aduertendum id, quod per participa- tionem est delectabile, quia potest habe- re aliquid admixtum, quod non sit tale, posse quandoque sine delectatione possi- deri, vt sunt diuitiae, honores, & reliqua temporalia bona, quae plurimum laboris & anxietatis habent admixtum. Id autem, quod per se ipsum sic est delectabile, vt sit

ipsa ratio delectationis, nequit absque de- lectatione possideri, sicut ignis non potest non esse calidus: essentia vero Diuina, quia adeo per se est bona, & per se vera, ut sit ratio ipsa bonitatis & veritatis, cuius par- ticipatione quaecumque bona & vera qua- litatem illam habent, sit adeo esse delecta- bilem, ut sit ipsa ratio delectationis, & ideo sine delectatione possideri nequeat. Secus in hac vita obscure & sub enigmate apprehensa, potest enim quisquam eam non appetere, quia adeptu difficilis est, & quia seculares voluptates cohibet. Quod si ar- guas, Deus potest concursum suspendere, ne visio in vidente gaudium vllum causet. Hoc non inficiamus, esset tamen illud supernatu- rale miraculum de potentia eius absoluta procedens, quod respectu damnatorum af- firmandum non est: loquimur enim de ipsa rei natura, secundum quam visio adeo est causa gaudij & laetitiae, vt nullam tristitiam secum admittat, sed omnino pellat. Secunda conclusio, damnati videbunt dotes gloriae hu- manitatis Christi, nempe, claritatem, agilitate, & reliquas. Probat, quia videbunt Chri- stum in forma humana, quia videbunt in qua transfixerunt, sed humanitas apparebit cum dotibus gloriae, ergo talem eam videbunt: in potestate enim habentis corpus glorio- sum est, illud etiam oculis non gloriosis sub- dere, & dum voluerit occultare: quemadmo- dum de Christo post resurrectionem legi- mus, dum discipulis se volebat ostendere. Ter- tia conclusio, non solum per excellentiam claritatis corporis, verum & per maiestatem imperandi, & promptitudinem obsequendi in Angelis & sanctis, & per alia terrifica si- gna, quae tunc omnibus apparebunt, agnos- cent illum esse verum Filium Dei: ad quam cognitionem adeo erunt conuicti, vt id neu- tiquam negare valeant: Angelos autem non videbunt, quia corporeis oculis vi- deri nequeunt, nisi forte Deus dispensa- uerit, vt intellectu eos percipiant, sicut daemones videbunt. Sat tamen est, quod per rerum circumstantias intelligent esse praesentes. Quod si contra hoc arguas, quia Augustinus ait, Solet praecedere intel- lectus, vbi sequitur aut tardus, aut nul- lus affectus: imo videtur posse essentiam Diuinam videre, & de visione illa trista- ri: nam vt sensus ad sensibile, ita se ha- bet intellectus ad intellegibile, sed in sen- sibus, vt inquit Augustinus, palato non sa- no poena est panis, qui sano est suavis, pari

Ergo

Vualdēsis

Dubium.

Ioanna. 5.

Zachar. 12.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

ergo modo in damnatis, cū quidquid recipitur, ad modū recipientis aptatur. Respondetur quod Augustinus ait, intelligi de bonis temporalibus, quae licet sub aliqua ratione apprehendantur delectabiles, habent tamen alias propter quas non delectent. Praeterea respectu temporalium potentia saepe caret dispositione, ut illa possit satis percipere: & ideo palatū non sanum nequit gustare dulce: dispositio tamen prava damnatorum non tollit proportionē ad essentiam Diuinā, quae est perfecte bona, & ideo si illam viderent, non possent non delectari: neque odium, quo Deum prosequuntur, vix haberet ad generandum in illis tristitiam. Vnde Deum videntes licet in forma serui, libere cōtabescent, & vehementius contristabuntur, eo quod eum, quē oderunt, in tanta honoris & glorię sublimitate conspiciant.

Pro Augustino: ipse pro se eodē sermone citato respondet, inquit, Et malus Deū viturus est, de quo dicit Esaias, Tollatur impius, ne videat gloriā Dei, ergo pij & impij videbunt formā Dei: & cū fuerit dicta sententia, tollitur impius, ne videat claritatem Dei: restat ut circa pios & bonos impleatur quod Dominus ipse promissit, cū hic in carne esset, & videretur non solum a bonis, sed etiam a malis. Quę doctrina ut cōcordet cum locis ipsius citatis, quibus ait, quod in iudicio forma serui bonis & malis ostendetur, forma vero Dei solis bonis seruabitur, intelligatur post dictā sententiā: nā si antea aliquo modo per modum dispositionis transiuit essentiam Diuinā viderunt, in maiore illorum damnationem cedit. Licet hoc durē videatur illis esse concessum, cū sine miraculo ut diffiniunt id fieri nequeat, cuius ipsi digni non sunt, ut Deus ipsorum gratia miraculum operetur. Quod si de factō essentiam suā illis ostendat, punitio erit, ut cognito tanto bono, quod sua culpa amiserunt, amplius crucientur: sin vero negauerit, misericordia maxima erit, ne cū illis ad sui visionem cōcurrat, sicuti nec concurrat cum paruulis, qui in limbo derinentur, ne doleat ex cognitione tanti boni amissi.

OCTAVVM QVAESITVM.

An sine Dei adiutorio aliquid boni facere possimus.



Vgustinus de verbis Apostoli fer. 13. hunc locum exponens, si enim data esset lex quae possit viuificare. Gal. 3. inquit, A diuorū Spiritus sancti prorsus si defuerit, nihil boni agere poteris: agis quidem illo non adiuuante libera voluntate, sed male: ad hoc idonea est voluntas tua, quae vocatur libera, & male agēdo fit damnabilis ancilla.

Gregorius Ariminen. 2. fen. di. 26. ex hoc loco Augustini sustinet, quod absque auxilio specialis gratiē nullū opus secundum virtutē moraliter bonum, & recte rationi cōsonum fieri possit ex humani arbitrii libertate. Hoc ipsum cōfirmat ex eiusdē epistola ad Hyllarium Siracusanum, vbi sic habet, Valet itaque liberum arbitrium, si Diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petendo & faciendo. De seruum vero Diuino adiutorio, quālibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiae soliditatem, sed inflationē impię superbię, & excessionem tumorem. Item in libello de praedestinatione Dei sic scripsit, Liberum, quod a Deo habem, arbitrium ad nequitiam lapsum fuit, & cū ad virtutis indolem, Dei auxilio deferente, nihil possit ad genus omne peccati idoneum, falsum virtuti subsistit. Et lib. de spiritu & litera. c. 3. haec verba habet. Nā neque liberum arbitriū quidquā nisi ad peccandum valet, si lateat veritatis via: & cū ad quod agendum, & quo nitendum est, ceperit non latere, nisi etiam delectet & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene viuuntur. Et lib. 3. aduersus Pelagianos. c. 8. inquit, Liberum arbitrium captiuatum non nisi ad peccandum valet, ad iustitiam vero nisi Diuinitus liberatum adiutumque non valet. His locis Augustini abutitur Lutherus in cōpendio articulorum suorum. c. 3. & in disputatione aduersus Aechium, ad hoc ut liberum arbitrium hominis neget, & eum sequuntur eius discipuli.

Doctores scholastici de hac questione. 2. fen. di. 24. & 25. & S. Tho. 1. parte. q. 83. per totā illā questionem, & in de veritate. q. 24. art. 4. Questio hęc presupponit liberum arbitriū esse in homine, quod Lutherani negant: de quo vide supra tomo 5. Hieronymi ad. 7. questū. Quo supposito inquirendum restabat, quātū possit in homine, & ad quid se extendat: de quo vide supra in B. Amb. offio ad. 22. questū, vbi diffiniuimus, quod omnis homo statim quod ad vsuū rationis peruenit, et si Deum non cognoscat, neque cognoscere possit, potest tamē bene moraliter agere.

Probatur

1. Ratio.

Probatur primo, quia liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis, ergo quicūque habet liberum arbitrium, potest non solum velle bonum aut malum, sed etiā operari: nā tam philosophi quā Theologi non loquuntur de vsu rationis aut liberi arbitrii nisi in ordine ad bonum vel malum: ideo enim homo vocatur animus aut sanus, quia si ad actū moraliter bonum speciale auxilium aut relatio in vltimum finē requisita esset, talis qui relationē in Deum non cognosceret, non solum non posset agere, sed nec cognoscere quid bonum. Secundo, quia si ad bene moraliter agendum auxiliū speciale aut relatio in Deū requiritur: vel hoc est de iure naturali, Diuino, vel positiuo: primū non videtur, cū hoc non sit notū in lumine naturali: imo secundū sententiā Gregorij, nec cognosce quidē potest sine auxilio specialis: de positiuo non constat: nec enim Paulus. 1. Cor. 10. cū dixit, Omnia in gloriā Dei facite, voluit aliquid nouum ius promulgare. Tertio, dato quod esset praecipuum illius relationis Paulus aperte excipit ignorātes ad Rom. 10. Quomodo inuocabunt quae non crediderunt? Quod si ex inuincibili ignorantia non crediderunt, ergo etiam non inuocare, vel suas actiones in illum non referre, erit sine culpa. Et tandem in damnationē haereticorum facta est sententiā sacrosanctae Synodi Trident. sess. 6. Can. 7. cuius haec sunt verba, Si quis dixerit, opera omnia, quae ante iustificationem fiunt, quaecūque ratione facta sint, verē esse peccata, vel odium Dei mereri: aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiā, tāto eum grauius peccare, anathema sit.

2. Ratio.

Probatur primo, quia liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis, ergo quicūque habet liberum arbitrium, potest non solum velle bonum aut malum, sed etiā operari: nā tam philosophi quā Theologi non loquuntur de vsu rationis aut liberi arbitrii nisi in ordine ad bonum vel malum: ideo enim homo vocatur animus aut sanus, quia si ad actū moraliter bonum speciale auxilium aut relatio in vltimum finē requisita esset, talis qui relationē in Deum non cognosceret, non solum non posset agere, sed nec cognoscere quid bonum. Secundo, quia si ad bene moraliter agendum auxiliū speciale aut relatio in Deū requiritur: vel hoc est de iure naturali, Diuino, vel positiuo: primū non videtur, cū hoc non sit notū in lumine naturali: imo secundū sententiā Gregorij, nec cognosce quidē potest sine auxilio specialis: de positiuo non constat: nec enim Paulus. 1. Cor. 10. cū dixit, Omnia in gloriā Dei facite, voluit aliquid nouum ius promulgare. Tertio, dato quod esset praecipuum illius relationis Paulus aperte excipit ignorātes ad Rom. 10. Quomodo inuocabunt quae non crediderunt? Quod si ex inuincibili ignorantia non crediderunt, ergo etiam non inuocare, vel suas actiones in illum non referre, erit sine culpa. Et tandem in damnationē haereticorum facta est sententiā sacrosanctae Synodi Trident. sess. 6. Can. 7. cuius haec sunt verba, Si quis dixerit, opera omnia, quae ante iustificationem fiunt, quaecūque ratione facta sint, verē esse peccata, vel odium Dei mereri: aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiā, tāto eum grauius peccare, anathema sit.

3. Ratio.

Probatur primo, quia liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis, ergo quicūque habet liberum arbitrium, potest non solum velle bonum aut malum, sed etiā operari: nā tam philosophi quā Theologi non loquuntur de vsu rationis aut liberi arbitrii nisi in ordine ad bonum vel malum: ideo enim homo vocatur animus aut sanus, quia si ad actū moraliter bonum speciale auxilium aut relatio in vltimum finē requisita esset, talis qui relationē in Deum non cognosceret, non solum non posset agere, sed nec cognoscere quid bonum. Secundo, quia si ad bene moraliter agendum auxiliū speciale aut relatio in Deū requiritur: vel hoc est de iure naturali, Diuino, vel positiuo: primū non videtur, cū hoc non sit notū in lumine naturali: imo secundū sententiā Gregorij, nec cognosce quidē potest sine auxilio specialis: de positiuo non constat: nec enim Paulus. 1. Cor. 10. cū dixit, Omnia in gloriā Dei facite, voluit aliquid nouum ius promulgare. Tertio, dato quod esset praecipuum illius relationis Paulus aperte excipit ignorātes ad Rom. 10. Quomodo inuocabunt quae non crediderunt? Quod si ex inuincibili ignorantia non crediderunt, ergo etiam non inuocare, vel suas actiones in illum non referre, erit sine culpa. Et tandem in damnationē haereticorum facta est sententiā sacrosanctae Synodi Trident. sess. 6. Can. 7. cuius haec sunt verba, Si quis dixerit, opera omnia, quae ante iustificationem fiunt, quaecūque ratione facta sint, verē esse peccata, vel odium Dei mereri: aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiā, tāto eum grauius peccare, anathema sit.

Cōcilium Tridentinū

ris vero omnibus operibus moraliter bonis non itē est in potestate hominis etiā iustificante gratia destituti opera bona quaedam moralia peragere, sicuti experientia ipsa demonstrat.

NONVM QVAESITVM.  
An sit medius locus in inferis vbi infantes poni debeant.



Vgustinus de verbis Apostoli fer. 14. locum illum explicans, *Itē in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, insinuare videtur in inferis non esse medium locum, vbi infantes ponantur inquit, sicut dānatis & his, qui sunt ad sinistra dicturus est, Itē in ignem aeternum, ita, & iustis, qui erunt ad dexteram dicturus est, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Hac regnum nominat, hac cū diabolo damnationem, nullus relictus est medius locus vbi ponere queas infantes: de viuis & mortuis iudicabitur, alij erunt ad dexteram, alij ad sinistra, non nouit aliud: qui inducis medium, recede de medio, non te offēdat, qui dexterā querit, & reipsum admonet, recede de medio: sed noli in sinistra, si ergo dextera erit & sinistra & nullum medium locum in Euāgelio nouimus, ecce in dextera regnum celorum est, Percipite, inquit, regnū, qui ibi non est, in sinistra est. Quid erit in sinistra? Itē in ignem aeternum: in dextera ad regnū vitae aeternum: in sinistra in ignem aeternum. Certe habere non potest vitā aeternā, qui non baptizatur. Et cōcludit, Ecce exposui tibi quid sit regnū, & quid ignis aeternus, ut quādo cōfiteris paruulum non futurum in regno, saetas futurum in igne aeternum, regnum enim celorum est vitā aeterna. Vide supra. 4. tomo Chrysostomi ad. 11. quaesitum.*

Pro Augustino respondemus, quod sermone de tempore. 181. in vigilia Petecostes de expositione Symboli. c. 7. agens de descensione Domini ad inferos, mentem suā explicuit, sic exponens, ut Adā protoplastum, & Patriarchas, & Prophetas, omnesque iustos, qui pro originali peccato in inferis detinebantur, descendit, ut liberaret, & ut ē vinculis peccati absolutos de eadē captiuitate, & in inferni loco suo sanguine redemptos ad supernam patriam, & ad perpetuā vitae gaudia reuocaret. Reliqui, qui supra originale peccatum principalem culpam commiserant, ut asserit scriptura, in poenali rartaro remanserunt: sicut in persona Christi

Matt. 25

Ecc 2 dictum



Osee 13

dictum est per Prophetam, Ero mors tua o mors, id est, morte sua Christus humani generis inimicam mortem interfecit, & vitam dedit: ero mors tua inferne: partim momordit infernum pro parte eorum, quos liberauit, partim reliquit pro parte eorum, qui pro principibus criminibus in tormentis remanserunt. Ex qua doctrina constat, in infernis de mente Augustini esse medium locum distinctum a beatorum & damnatorum locis.

DECIMUM QVAESITVM.

An Deus ex voluntatis suae proposito aliquos reprobet.

Augustinus lib. questionum ad Simplicianum. q. 2. locum hunc exponens, Quis vult miseretur, & quem vult indurat, Rom. 9. cum de causa praedestinationis ac reprobationis loqueretur, asserere videtur, quod cum Deus praesciisset omne genus humanum in Adae peccato ceu in massa quadam iniquitatis perditum, aliquos inde eripuit, & ad vitam aeternam praedestinavit, non ex eorum praevius meritis, sed ex suae voluntatis beneplacito ad ostensionem misericordiae suae: ceteros vero in eadem massa reliquit a caelesti regno reprobatos, non ex eorum singularibus demeritis praevius, sed ex suae voluntatis beneplacito ad ostensionem Divinae iustitiae perditos in sua perditione iusto iudicio deferentis, his verbis, Sunt igitur omnes homines (quandoquidem, ut Apostolus ait, in Adae omnes moriuntur) una quaedam massa peccati supplicium debens Divinae sumeque iustitiae, quod siue exigatur, siue donetur, nulla est iniquitas: a quibus autem exigatur, & quibus donandum sit superbe iudicat debitore. Quod clarius pronunciat lib. Hiponesticon 6. inquit, iam igitur apertius differamus, quomodo erga humanum genus praescientia sua & praedestinatione Deus, in quo iniquitas non est, generaliter utatur: massae namque humani generis, quae in Adae & Eva praeviaricatione damnabilis mortalisque facta est, non conditione Divina, sed ex debito poena cruciatuque gehennae debetur: venia vero non merito, sed Dei iusti iudicis misericordiae largitate confertur. Quia vero iustus & misericors Dominus praesciusque futurorum ex hac damnabili massa, non personarum acceptione, sed iudicio equitatis suae irreprehensibili, quos praescit, misericordia

sua gratuita praeparat, id est, praedestinavit ad vitam aeternam, ceteros autem poena debita punit, quos ideo punit, quia quid esset futuri praesciuit, non tamen ipse fecit vel praedestinavit puniendos, sed tantum, ut dixi, in damnabili massa praesciuit. Rursus in lib. Soliloquiorum. c. 28. id ipsum verbis apertioribus exprimit inquit, Omnes nos quasi pannus menstruatus de massa corrupta & immunda venientes, maculam immunditiae nostrae, quam zelare saltim tibi, qui omnia vides, non possumus, in frontibus enim portamus, quia mundi esse non possumus, nisi tu mundaveris, qui solus es mundus: mundas autem de nobis filios hominum eos, in quibus concupiscit habitare, quos sine eorum meritis praedestinasti ante mundum, vocasti de mundo, iustificasti in mundo, & magnificas eos post mundum. Non omnibus autem hoc facies: quod admiratur tabescentes omnes sapientes terrae, quonia ex eodem luto alia quidem facis vasa in honore, alia vero in contumeliam sempiternam. Quos elegisti, ipsos mundas, quorum nomina numerumque tu nosti, qui solus numeras multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocas: qui scripti sunt in libro vitae, quibus omnia cooperantur in bonum etiam ipsa peccata. Cum enim cadunt non colliduntur, quia tu supponis manum tuam: custodiens omnia ossa eorum, ut unum ex his non conteratur. Attamen mors peccatoris pessima, illorum, inquam, quos anteaquam faceres coelum & terram, secundum abyssum multam iudiciorum occultorum semper autem iustorum praesciisti ad mortem aeternam: quorum denumeratio nominum & meritorum pravorum apud te est: quos reliquisti in immunditijs suis, quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam oratio vertitur in peccatum: ut si etiam usque ad caelos ascenderint, & inter sidera caeli collocaverint nidum suum, quasi sterquilinum, in fine perdentur. Haec Augustini sententia, plerisque veterum Patrum displicuit.

Prosper Regiensis episcopus de hac re Augustinum epistola admonuit in haec verba, Multi servorum Christi, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuae scriptis, quae adversus Pelagianos haereticos condidisti, contrarium putant Patrum opinioni, & ecclesiastico sensui quidquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti. Hoc enim propositum vocationis Dei quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani eligendorum, & reijciendorum dicitur facta discretio, ut secundum quod placuit creatori, alij vasa honoris, alij vasa contumeliae sunt creati, dicunt

Eccl. 49

plal. 33

Magister Soto in. 9 cap. epist. ad Rom.

August.

deint & lapidis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem torporis afferre, eo quod in vitraque parte superfluus labor sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neque electus vlla negligentia possit excidere.

Hyllari<sup>9</sup> eandem rem Augustino per epistola significans, ita ad eum scribit, Domine beatissime, ac toto affectu desiderande, haec, quae Massiliae vel alijs etiam locis in Gallia ventilatur, non vana & inutile esse praedicationi, quod quidem secundum Dei propositum eligi dicantur. Et infra, Et hoc non solum aliorum Catholicorum testimonijs, sed etiam sanctitatis tuae disputatione antiquiore se probare testatur.

Faustus Galliarum episcopus, Augustini nomine suppresso, eius opinionem infectatur lib. 2. de gratia Dei & humanae mentis arbitrio c. 6. his verbis, Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. In his verbis hoc vult intelligi Gentilicam persuasionis impietas, quod Deus abique villo in ter bonum & malum moderatoris examine, non ordine regeret, sed iure dominantis illum affectu dignam reddat, hunc odium illi recipiat studio, hunc excludat imperio. Et inter duos perditos nulla consideratio laboris, nulla devotionis habetur, sed unus sine ratione, celsantibus officijs assumatur, alter sine discretionem damneretur, ac si dum in alterum nec meriti existit materia, nec delicti aufertur omnino futuri causa iudicij.

De hac questione supra. 4. tomo Chrysostrami de praedestinatione ad. 9. questionum satisfeci magister, & 2. tomo ad. 13. Et quae de reprobatione pauca diximus, ideo quaeritur, an reprobationis detur causa, hoc est, an Deus reprobaerit Esau propter eius mala opera praevius, vel puerum sine baptismo defunctum propter originale culpam. Magister Soto arbitratur sub distinctione respondendum inter causam meritoriam & finale: si enim quaeras de causa meritoria, respondet, quod culpa nostra praevius siue originalis, ut in puero, siue actualis in adultis fidelibus, fuit vera, directa, & legitima causa reprobationis nempe, meritoria: nec hoc existimat negasse S. Tho. sed id concedit in fine lectionis secunda epistola ad Rom. in. c. 9. praedestinatio enim eo potuit esse causa propter opera, quia quatenus meritoria sunt, effectus sunt ipsius: cum ergo peccata nullatenus sunt effectus Dei, sed nostri, consequens fit, ut in instanti nature, quo Deus gratis destinavit Iacob in regnum, eodem constituit in de Esau propter eius culpam praevius depellere. Et haec est sententia Augustini in epi-

stola ad Sixtum, ubi ait, Querimus meritum indurationis, & inveniimus: merito namque peccati universa massa damnata est: querimus autem meritum misericordiae, non invenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donetur. Quod si obijcias, sicuti effectus praedestinationis est gratia, quae est causa bonorum operum, ita effectus reprobationis est praevius & obduratio, quae est causa finalis peccati, ergo eadem ratione qua opera non sunt causa praedestinationis sit, ut neque sint reprobationis: sed peccata potius sunt effectus reprobationis, quam causa. Argumentum, inquit, punctum aperit, ubi latet tota ratio discriminis: gratia enim causa est directa bonorum operum, atque adeo natura prior: permissio vero Dei non sic est causa delictorum nec obdurationis, sed causa per accidens, scilicet, ablatio misericordiae, quae peccatum vel impeditur vel remoueret. Quod Augustinus loco citato asserit, inquit, Non indurat Deus impariendando malitiam, sed non impariendando misericordiam. Ex quo fit, ut cum Deus paratissimus sit subuenire cuicumque ad ostium pulsans, prius natura sit, quod homo nolit assentiri, quam Deus arbitrio suo obdurato eum obdurari permittat. Nam qui audit, & didicit, venit ad me. Quod in verbo Osee manifestissime ostenditur, Perditio tua Israel, tantummodo ex me auxilium tuum, nempe, ut tota causa bonorum operum educatur in Deum, malorum vero in nos. Ideo mala opera praevius sunt reprobationis causa, bona vero non ita praedestinationis. Quod si instes, pari ratione absque vllis proprijs operibus Iacob dilexit, Esau autem odio habuit, ergo sicuti praedestinationis, ita neque reprobationis illa est causa. Respondet negando sequelam, nam Esau odio habitus est non tantum propter actualia, sed propter originale. Et haec causa fuit demeritum reprobationis. Quod si quaeras de causa reprobationis, quae finis fuit Dei reprobatum, hoc est, cum Deus omnes praedestinare potuisset, cur quosdam perire permittit: causa est, quam Paulus ad Rom. 9. assignat, nimirum, ut Deus ostendat iram suam & potentiam, sicuti finis praedestinationis est, ut suam ostendat misericordiam. Et sententia ista est conformis doctrinae antiquorum Patrum.

Ambrosius Chaterinus contra hanc doctrinam duplicem assignat & imaginatur praedestinationem: primam singularem eorum, quos egregie Deus dilexit, nempe, quos secundum certum

Argumentum elucet dans rem.

Ioann. 6 Osee. 13

2. argumentum.

Causa finalis reprobationis

propositum, & certa media, statuit volitione absoluta ad gloriam perducere: & horum prædestinatorum numerum, ait, esse certum, nec augeri posse, nec minui: reliquã vero mortaliã vniuersitatem, quos nos reprobatos dicimus, ait, ita esse destinatos ad gloriam conditionali voluntate, vt sint in numero saluãdorum: quia voluntate antecedente Deus vult omnes homines saluos fieri, & quãtum in se est, media adhibet, quibus omnes, si volunt, salutẽ assequantur. Ob idq; , cũ Paulus ait, Quos prædestinavit, hos & vocauit, iustificauit, & glorificauit, intelligi, inquit, præ alijs singulari priuilegio destinatos. Hinc aduersus sententiam reprobationis colligit nullos fuisse reprobatos eo modo, quo Augustinus & scholastici intẽdunt, hoc est, nullos ab æterno odio Deo habitos, anteaquã illi propria sua voluntate quidpiã mali egerint. Et cõtrariam opinionem, ait, crudelem, horribilem, male piã, & contra vniuersam scripturam militãntem, quã argumentis multis cõfirmat. Et quia opinio hæc plebeis auribus applaudit, operæpretium duxi illã excutere. Et primo, manifestum est sententiam hanc esse nouum inuentum, & contra sententiam omnium Patrum, tam Græcorum, quã Latinorum, qui in expositione verbi Pauli, Quos prædestinavit, & c. vnicum genus prædestinationis intelligunt, in quo respectum agnoscunt oppositionis ad verbum, reprobauit, & non relationem ad alios communiter destinatos: nam, præ, non subnotat id quod præ alijs alius destinati, sed præcessionem æternitatis ad tempus gratiæ. Et quod in locum hunc Pauli somniãuit, idem fecit super præsentis loco, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, quõ loco prædestinationis & reprobationis omnes pariter discrimen consistunt. Quod vero sententia hæc nedum nouiter inuenta, fatua, sed etiam erronea sit, sequentibus suadet. Primum, respondeat quæso, vtrum iniquos omnes in iniquitate sua vita decedentes Deus odio absoluto in altero seculo illos habeat, quos missurus est in ignem æternum? certe hoc negare non valet. Rursus, an absolutum illud odium, & voluntas illa absoluta puniendi in tempore adueniat Deo, an potius fuerit in ipso sempiterna? dat sempiternam esse, alias Deus esset mutabilis: concedat ergo necessum est reprobationem, quæ nihil aliud est, quã absoluta voluntas Dei, & æternæ excludendi quosdam à regno, tam qui

cum actuali, quã qui cum originali discesserunt. Confirmatur hæc ratio, illo tunc articulo, quo Deus quosdam certa & absoluta voluntate ordinavit ad gloriam, nõ quid de reliquis etiam aliquid absolute diffiniuit? Quis ambigat, cũ futura omnia ab æterno fuerint à Deo præuisa. Cũ ergo in finali Iudicio duas tantũ hominũ sortes Christus discerneret: eorũ, qui admittuntur in regnũ, & aliorũ, qui dimittuntur in ignẽ (vbi infantes, qui sine baptismo discesserunt, comprehenduntur, licet citra ignem) cõsequens fit, vt Deus in æternitate illa, quotquot absoluta voluntate nõ ordinavit ad gloriã, destinauerit in gehennã. Absurdũ ergo est, genº aliud prædestinatorũ vel saluãndorũ excogitari, quã eorum, qui absoluto proposito & voluntate prædestinantur: nam prædestinatio & reprobatio secundum absolutam voluntatem existimari debent, & non secundum conditionã. Quapropter quãuis reprobi in sensu diuiso saluari possint, ppter ea quod nulla libertas est illis adempta, nõ tamẽ de facto sunt saluãdi. Rursum si solum ob conditionalem voluntatẽ Dei dicuntur homines saluãdi, fit, vt vniuersi mortales sint saluãdi, vel declaretur præter illos, qui absoluto proposito sunt prædestinati, qui nam sunt saluãdi, & qui non. Quod si concedatur vniuersos esse saluãndos, cõsequens fit, vt qui verẽ damnabuntur sunt saluãdi. Item, in damnationem illius facit cõmunis sententia Patrum, qui cõcorditer tenent, nullos esse saluãndos nisi solos prædestinatos, qui absoluto proposito & electione ad beatitudinẽ sunt destinati, quorũ numerus est certus, qui neq; augeri potest neq; minui, vt auctor est Augustinus in de correctione & gratia, & alibi sæpe. Inter quos tamẽ sunt nõnulli egregiẽ prædestinati, vt B. Virgo, & Apostoli, tũ quod ad excelsum gradum gloriæ ordinati sunt, tum quod fuerint in gratia confirmati.

Ex quibus ruit tota machina argumentorum Chaterini. Primum enim est, qd exhorret animus audire, clementissimũ Deum, vt ostẽderet iustitiã suã, meditatũ fuisse penas ante peccatum, & multitudinem mortaliũ odio habuisse, anteaquã odio essent digni. Argumentum hoc si aduersus Lutheranos dirigatur, illos lætãliter configit: qui aiunt, Deum pro sua voluntate quosdã odisse atque ad eõ ita indurasse, anteaquã quidquã boni vel mali agerẽt, ne præcepta sua adimplere valeant, neque salui fieri. Quã ratione Deum authorem mali faciunt. Patres autem

2. argumẽtum.

3. argumẽtum.

4. argumẽtum.

August.

Ad argumẽta Chaterini

autem

Luc. 10

7. Petr. 3.

Ezech. 18

autem & scholastici non ita impie loquuntur, sed hoc quod in tempore fit, aiunt fuisse æternum in voluntate Dei. Vnde sicut neminem punit nisi ob delicta cõmissa, ita neminem reprobauit, nisi ob eandem culpã præuisã. Quod id verò fecerit vt iustitiã suã ostenderet, nemo profecto in sensu nostro negare potest. Nam quæro ab isto, cũ Deus pueris omnibus per sacramentum subuenire posset, cur aliquos perire sinuit? Itẽ, cur signa illa quæ fecit in Israel, nõ fecit inter Tyros & Sydonios, quos Dominus ait, credituros fuisse, si ea vidissent? Præterea quãobrem cum Pharaonem & reliquos obstinatos potuerit auxilijs superabundantibus emolire, eos perire permisit? Respondet Chaterinus, quia nemini quidquã debet. At licet ita sit, vt Deus ab iniquitate vëdicetur, nõ tamen plene satisfacit, nam cũ neque prædestinatis aliquid deberet, scrupulus restat, cur fuit effectax in illos & non in istos: & nulla assignatur alia causa finalis, nisi quã dat Paulus, vt iustitia Dei appareret, quæ si infernus nõ esset, non adeõ luceret. Causã ergo finalẽ ait, quã cernimus in effectibus tẽporalibus, qui in æternitate Dei fuerunt præuisi, eandem tribuimus reprobationi: punit autẽ malos ad ostensionem gloriæ suæ. Eadem ergo de causa permisit eos in culpa, & eodẽ reprobauit. Sed ait, crudelem fuisse Deũ, dum tantam multitudinem ob culpã odio habuerit: respondeat ipse an sit crudelis, ppter ea quod tãtam multitudinem permittit precipitem in perditionem ire, quantã in die Iudicij damnabit: quod si ob hoc non est crudelis, neque fuit, si quod facit in tempore de creuit in æternitate.

Obicit & illud Petri, quod Deus noluit aliquos perire: & qd non vult mortem impij, sed magis vt cõuertatur & viuat. Sed respondeat ipse nobis, nanquid Deus odio habet peccatores? vtique odio est Deo iniquus, & iniquitas eius. Profecto respondere non potest, nisi quod voluntate antecedenti nolit aliquos perire, consequenti tamen permittit damnatos perire, & odio habet illos. Hæc ergo voluntatũ differentias, quas perfectius cognoscimus, cõcedimus esse Deo sempiternas. Nõ ergo est, cur Chaterinº in proloquio sui libelli diceret, se punctũ prædestinationis vera ratione attigisse, quæ Augustinũ ac ceteros antea Patres celata semper fuisset. His dilucidaris, liquet responsio ad priorẽ quæstionẽ Pauli, nullam, scilicet, restare in Deo iniquitatẽ, eo quod in sua prædestinatione

nulla sunt præuisa debita humana misericordia, sed tãtum demerita reprobationis. Et ideo quod bonus fuerit in aliquos, nemo iniquitatũ aliorũ tribuere valet, nisi cuiº oculus iuxta Euangelicã parabolã, nequam est: non ergo in operibus merẽ gratiæ potest esse personarum acceptio, sed in operibus iustitiæ. Quod prospiciens Paulus non aliter Deum ab iniquitatis macula liberat, quã dicens, quod pro suo beneplacito cuiº vult miseretur, & quem vult indurat. Sed tamen. c. 2. vbi de finali Iudicio sermonem tenuit, nõ recurrit ad beneplacitum Dei, sed ait, quod unicuiq; reddet iuxta opera sua. Et ob id Dauid misericordiam & iudicium cãtabat Domino. Et Christus non inquit, Veni vt iudicẽ mundũ, sed vt saluificem mundum: quia primus aduentus summa est misericordia: erit autem quando venturus est iudex. Vnde si quæsieris, cur quosdã prædestinauerit, quosdam reprobauerit, respondet, quod prædestinationis nulla est in nobis causa, reprobationis vero meritum est in nobis, finis autẽ in Deo. Quod si scrutari pergã, cur hos prædestinauit, vt Iacob & Paulum, hos vero reprobauit Esau & Iudam, respondet Augustinus super Ioannem, cur hunc trahat, & illum non trahat, noli iudicare, si nõ vis errare, quãuis alia est ratio tractionis, quia est effectus prædestinationis. Et ideo subdit, Nõ dum traheris, ora vt traharis: at nõ dixisset, non est prædestinatus, ora vt prædestineris: tametsi quia res est abdita nobis & recondita, optare sibi quisquam apud Deum potest, Vtinã & ego Domine in numero sim prædestinatorum. De hac quæstione vide supra tomo secundo Chrysostomi ad. 13. quæsitum, vbi tanquam verius diffiniuimus de mente Sãcti Thomæ totius reprobationis non dari causã.

Pro Augustino respondemus, aduertendum esse, ordinem Diuinæ prouidentię erga beandos duplici discrimine graduũ distingui, priore, scilicet, ac posteriore. Dicimº ergo, ordinẽ Diuinæ prouidentię erga reprobos duplici varietate graduũ concludi: quorũ alij sunt priores & æterni, ceu odium, neglectio, delectio, & reprobatio: qui prioris Diuini ordinis gradibus, hoc est, dilectioni, electioni, cõscriptioni, & prædestinationi ex diametro opponuntur: & hi nullã in præscitiã Diuina causã habent, nisi animũ Dei ita volentis ad ostensionẽ Diuinę iustitię aspiciẽtẽ. Et in hunc sensum intelligendã sunt Patrum sententiã, quando nullam statuunt

Matth. 23

Rom. 110  
Ioan. 12.

Epilogus.

1. argumẽtum cõtra Chaterinum.



reprobationis causam. Alij vero sunt eiusdē repulsionis posteriores ac temporales gradus, nimirum, obtusio, excecatio, induratio, & æterna damnatio, quorum causa sunt meritoria, reprobatorum incredulitas, & obstinatio: quas cū Deus ab æterno prænosset, merito illis pœnas debitas constituit, nempe obtusionem, excecationem, obdurationem, & æterni supplicij damnationem. Iuxta quarū considerationem Patres asserunt, mala opera præuisa esse causam meritoriam Diuinæ reprobationis & repulsionis, hoc est, posteriorum effectū Diuinæ postpositionis, qui non nisi ex malis reprobatorum meritis produciuntur, iuxta illud Prophetæ, Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuū, à qua sententiā Augustin⁹ nō discordat.

Osee. 13

VNDECIMUM QVAESITVM.

An qui sub gratia viuunt impeccabiles sint.



Gal. 5.

Augustinus in expositione epistolæ ad Galat. locum hunc edisserens, *Spiritus pugnat aduersus carnem*, asseruit eos esse sub lege, & nō sub gratia, quorum spiritus ita concupiscit aduersus carnem, vt non ea quæ volunt faciant, id est, non teneant inuitos in charitate iustitiæ, sed à concupiscente aduersus se carne vincantur. Excusat Augustinus hanc sententiam lib. 1. retract. c. 24. inquit, se hoc dixisse, quia nōdum intellexerat hæc verba etiam illis, qui sub gratia sunt, conuenire, quia & ipsi concupiscentias carnis habent, cōtra quas spiritu concupiscunt nolentes eas habere si possent, & ideo non quæcūque volunt faciunt, quia volunt eis carere, nec possunt: tunc autem eas non habebunt, quando nec corruptibilem carnem. Confimilem retractauit Augustinus lib. propositionū epistolæ ad Rom. c. 7. & ex lib. 83. quæstionum, q. 66. De hoc quæsito vide supra tomo. 7. D. Augustini ad decimum quæsitum.

DVODECIMVM QVAESITVM.

An omnes pari charitatis affectu sint diligendi.



Augustinus in expositione periodi huius, *Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad amicos fidei* Gal. 6. innuere videtur, omnes homines pari dilectionis affectu diligendos esse: licet in effectu, id est, in exhibitione obsequij distinctio seruanda sit. Omnibus enim, inquit, pari dilectione vita æterna optanda est, et si non in omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia. Quam sententiam clarius exprimens lib. 1. de doctrina Christiana. c. 28. Omnes, inquit, homines æquè diligendi sunt, sed cū omnibus non possis, his potissimum cōsulendum est, qui pro locorum & temporum, vel quarūlibet rerum opportunitatibus cōstrictius tibi quadā sorte iunguntur. Et lib. 8. de Trinitate cap. 8. affirmans omnes æquè amandos esse, vt nos ipsos, ait: neque illa quæstio moueat, quantum charitatis fratribus debeamus impendere: quātum incōparabiliter plus Deo quā nobis: fratri vero quantum nobis.

Doctores scholastici de hac quæstione. 3. dist. 27. S. Tho. 2. 2. q. 26. de ordine charitatis, & artic. 3. quærit, an teneamur diligere Deum plusquā nos. Et respōdet cōclusionē affirmatiua, quæ est de fide, vt cōstat ex illo Matth. 22. Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & proximū tuū sicut teipsum. Ex quo infertur, qd̄ amplius tenemur Deum quā nos & proximū diligere. Et Lucæ. 19. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me, insinuans, quod homo nedum patrem, sed semetipsum negare tenetur, vt Christum sequatur. Et sequitur, Qui vult animam suam saluam facere in hoc mundo, perdet eam, id est, qui me propter vitam tēporalem deseruerit, perdet æternam.

Dubium tamē est, an homo circa bona spiritalia teneatur Deum plusquā se diligere, hoc est, an liceat huiusmodi cōparationes facere, volo amplius Deo placere, quā eius possidere beatitudinem: velle amplius in terrā rā trudi, quā Dei mandatū transgredi. Dico ad hoc, primū, qd̄ si casus esset possibilis, & necessariū esset, vel gloriā amittere vel peccare, deberem potius eligere amittere gloriā. Ratio est, quia potius teneor velle Dei gloriā, quā propriū bonū: peccatum autē omne cōtra gloriā Dei est, cui honor est debitus. Secūdo dico, qd̄ cōparationes huiusmodi sunt vanæ, & forsā illicitæ, quia casus isti sunt cōtra legem, nempe, qd̄ necessarium sit

vel

vel gloriā amittere, vel Dei præceptum transgredi, ideo fieri nō debent. Tertio dico, qd̄ tepus in huiusmodi collationibus consumere, est veniale, quia sunt vanæ: cōtemplationes enim debent esse rationi cōsonæ. Huiusmodi autem cōparatio, si mihi beneficium conferretur, in quo peccatum vel species peccati esset, licet in redditibus redderet aureos mille, non acceptarem, vel potius vitā, honorem, & omnia temporalia perderem, quā Deum offenderem.

Bonauctura.

Secūdo an dilectione naturali homo teneatur Deum plusquā se diligere. Bonauct. 3. dist. 29. q. 2. inquit, qd̄ præceptum naturale & charitatis non sunt conformia: & ideo naturali præcepto nō tenetur homo Deū plusquā se diligere: nam charitas inclinatur ad hoc, quod diligamus Deum plusquā nos, inclinatio vero naturalis in cōtrarium. Subscribūt illi Albertus Magnus, & Gabriel eadē dist. & inquit, qd̄ quia natura est in hoc curua, oportet quod dirigatur à charitate. Prima ratio istorum sumitur ex Arist. 9. Ethic. c. 4. Amicabilia, quæ sunt ad alterum, sunt ex amicabilibus quæ sunt ad nos. Secundo, quia licet homo præcepto charitatis vitā teneatur ponere pro cōfessione fidei, naturaliter tamen mortē refugit: naturali ergo dilectione amplius tenetur se quā Deum diligere: antecedens patet, quia nedum martyres, sed Christus ipse mortem refugiebat, vt Matth. 26. & Lucæ. 22. patet.

1. opinio.

1. Ratio

2. Ratio.

3. Ratio

His nō obstantibus cōmunis sententiā Theologorū tenet cōtrariū. Probatum primo, quia natura semper inclinatur ad bonū & melius, Deum autē plusquā nos diligere est bonū, quia præceptum charitatis, ergo natura ad illud inclinatur. Secundo, quia inclinatio naturalis est à Deo, qui est naturæ author, sicuti descensus lapidis: vnde si inclinatio illa esset mala, Deo tribueretur, à quo est talis inclinatio, vt Arist. 8. Phys. tex. 23. ait. Confirmatur, quia si inclinatio naturalis contra charitatem esset, Deus nobis dedisset inclinationes duas repugnantes. Patet, quia secundum secundū istos dedit inclinationē naturalem vt nos plusquā Deum diligeremus, & aliā super naturalem vt ipsum plusquā nos diligeremus, ergo. Itē Sapient. 8. habetur, qd̄ sapientia Diuina disponit omnia suauiter, Tertio, quia Deus creaturas ex nihilo cōdidit, dedit ergo propensionem illis vt ipsum amplius quā seipsas diligerent. Probatum, quia cū id esset optimum, vel potuit talē inclinationē dare, vel non: si primum, intentum, si nō po-

tuisset, non ergo erat omnipotens, dedit ergo, quilibet nostrum enim ita fecisset. Quod si dicas, nō dedit, quia possibile non erat, quia Deum in hac vita perfecte cognoscere non possumus, & ita neq; diligere. Hoc tamē nihil est, quia naturalis cognitio sufficit, vt Deum supra nos diligam⁹: naturaliter enim cognoscimus quod à Deo dependimus, ideo naturaliter supra nos est diligendus. Vltimo, quia omnia præcepta decalogi sunt de iure naturali, præceptum autē charitatis est fundamentum omnium illorū, ergo est de iure naturæ. Cōfirmatur, quia gratia non destruit, sed perficit naturā: si vero Deus præceptum dedisset contra inclinationē hominis, natura nō perficeretur, sed destrueretur: postquam ergo dedit præceptum de charitate, consonum est naturæ.

4. Ratio

Ad rationes in contrarium. Ad primū respondet S. Tho. quod intelligitur de amicabilibus, quæ de per se fundata sunt in amicitia boni particularis: vnde manus magis se quā pedem diligit, sed amplius corpus quā se, quia corpus bonum est vniuersale, ideo cū Deus bonum vniuersale sit, magis à partibus diligitur, quā ipse se diligit. Secundo respōdetur, qd̄ si ly, propter, dicat causam finalem, illa est falsa: si vero dicat rationem & causam diligendi, est vera, quia dilectio quā nos diligimus, est ratio quod Deum plusquā nos diligimus, qui est bonum nostrū, à quo dependemus. Ad secundum respōdemus, qd̄ duplex est appetitus: alius sensitiuus, alius rationalis: appetitu sensitiuo est ita qd̄ martyres mortem refugiebant, non autem rationali, quia sensitiuus appetitus non est hominis inclinatio, sed voluntas in quantum rationalis est: homo enim illud appetere dicitur, quod rationali appetitū appetit & vult. Secundo dico, qd̄ sensitiuus appetitus naturali etiam inclinatione plus Deum quā se diligit, nam creaturæ omnes irrationales quidquid naturaliter operatur in Deum ordinatur: Tertio dico, qd̄ si per impossibile daretur, qd̄ bonum naturale Dei, vel bonum vniuersi periclitaretur, bonum vniuersi ex natura sua se exponeret propter bonū ipsius Dei: sicuti aqua ex natura sua sursum ascendit, propter vniuersi conseruationem, sic & in presenti.

Secūdo an teneamur nos plusquā proximū diligere, respondetur cōclusionē affirmatiua. Pro cuius explicatione notandū est primo, qd̄ non querimus de dilectione intensiua & gradualī, sed de appreciatiua, ad quod sat

Ecc 5 est.

## ADVERTENTIAE IN DECIMUM TOMVM

est, quod quilibet maiora bona spiritualia sibi optet quā alteri: vnde licet proximo maiora bona temporalia quā mihi optem, non delinquo. Quod si inducas id Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dico, quod locus solum dicit exemplar, scilicet, quod sicuti mihi gloriam opto ita & proximo. Secundo notandum, quod bonorum genera, secundum quā vnum plusquā alium diligere possimus, sunt triplicia. Primum genus est bonorum spiritualium, vt virtutes, gratia, & dona caelestia. Secundum bonorum naturalium, vt vita, membrorum integritas, valetudo bona. Tertium est bonorum temporalium, vt honor, pecunia, & fama. De omnibus ergo istis est quaestio, an illa amplius nobis desiderare teneamur quā proximo. Dubium ergo primum est, an homo possit beatitudinem proximo amplius quā sibi desiderare. Et videtur quod sic, quia viri sancti ita fecerunt, vt patet Exodi. 32. vbi Moyses Domino dixit, Aut dimitte populo huic noxam hanc, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti: liber autem iste erat liber praedestinationis, ergo: & Paul. ad Rom. 9. Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis: & Michae 2. Vtinam non essem vir spiritum habens, & medatium potius loquerer: in quem locum ait Hieronymus, quod optabat Propheta idem quod Moyses & Paulus. Ratione idem probatur, quia bonum totius bono particulari est praefendum, homo autem pars est reipublice, non solum quantum ad corporalia, sed etiam quoad spiritualia, licet ergo bonum spirituale reipublice bono priuato praefere, aliā differentia non esset inter Christianorum rempublicam & infidelium: quod tamen est contra Paulum ad Rom. 12. & 1. Corinth. 12. & ad Philip. 4. quibus in locis ait, quod omnes sumus adiuuicem membra mystica ad edificationem corporis Christi. Item maius bonum Diuinum praefendum est minori bono, quod autē tota reipublica saluetur maius bonum Diuinum est, quā quod particularis aliquis damnetur, ergo: minor patet Prouer. 14. in multitudine populi dignitas regis: maior probatur, quia si quis vellet peierare, & alius iocose mentiri, amplius teneor periclitium impedire quā medatium, quia maius malū. Vel si pestis esset in vrbe, & haereticus haeresim seminaret, teneor potius haeresim impedire, quā pesti mederi, quia est maius malum.

In contrarium est sententia communis Theologorum, quod simpliciter tenemur nos spi-

ritualiter amplius quā proximum diligere tā in cōmuni quā in particulari, quia sicuti peccare non licet, ita nec propter bonū alicuius in particulari mentiri, sic nec propter reipublicā, sic enim implicat quod sit peccatū & liceat, sicuti quod liceat mentiri. Et hoc tenet Augustinus lib. 3. & pluribus alijs locis de Ciuitate Dei, & patet ex illo Matth. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundū lucretur, anima vero sua detrimentū patiat: vel quā cōmutationem dabit homo pro anima sua, quasi dicat nullam. Et probo, quia homo ex charitate tenetur Deum super omnia diligere, optare autem mihi gratiā & gloriam, est Deum super omnia diligere, teneor ergo potius mihi quā alteri desiderare: minor patet, quia sine charitate non possum perfecte Deum diligere. Confirmatur, quia nullus (nisi stultus esset) est qui oppositum velit: vox autem populi vox naturae, & vox naturae vox Dei, ergo.

Capreolus. 3. dist. 29. q. vnica ait primo, quod peccare venialiter non licet neque pro vniuerso toto. Hoc de se patet, implicatio enim est quod peccare liceat. Secundo inquit, quod non licet bona spiritualia alterius amplius quā propria appetere. Tertio ait, quod ex charitate debemus bona spiritualia cōmunitatis amplius quā propria appetere, si sine culpa id facere possumus. Probat, quia in temporalibus licet vitam ponere pro bono cōmunitatis, ergo ita in spiritualibus. Secundo probat ex S. Tho. in opusculo de charitate art. 11. ad sextum, vbi inquit, quod ille magis amicum diligit, qui propter bonum illius vult absentiam pati, quā qui propter bonū proprium vult eo frui, cum ergo maius bonum sit, quod reipublica, quā quod particularis saluetur, tenetur ergo id potius eligere.

Ego tamen dico, quod opinio ista sustineri nequit. Primo, quia humano intellectui repugnat, quod quis pro toto vniuerso velit beatitudine carere: nec est qui beatitudinē alteri potius quā sibi optaret. Secundo, quia Doctores simpliciter & absolute loquuntur, & asserunt, quod in spiritualibus homo tenetur amplius se quā cōmunitatem diligere. Tertio, quia est implicatio, quod teneamur Deum plus quā omnia diligere, & quod liceat bona spiritualia amplius alteri quā mihi velle. Vnde secundo apparēter dico, quod non licet mihi detrimentum minimi gradus gratiae pro vniuerso mundo facere: verbi gratia, si scire quod praedicatione mea ciuitatē totā Deo lucrifacere, cū hoc tamē scio quod via

alia

alia maiorem gradū gratiae mihi possum acquirere, si casus possibilis esset, deberem totius gradū vnicū gratiae mihi acquirere, quā salutem spirituale ciuitati velle. Et quod ita sit patet, quia hoc est magis Deum diligere, scilicet, maiorem gratiam acquirere. Et ita intelligitur illud Matth. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentū patiat: Doctores alij contrarium huius dicti probabiliter tenent, esto ad id ex charitate homo non teneatur, vnusquisque in sensu suo abundet.

Ad adducta ex Moise & Paulo Chryostomus lib. 1. de cōpunctione cordis, & hom. 1. de laudibus Pauli inquit, quod id quod ambo elegerunt fuit opus egregiū, sed maius quod Paulus fecit, quia voluit ad gloria decedere, vt populus salutē consequeretur. Idem ait Bernardus de Moise serm. 12. super Cantic. Augustinus lib. quaestionū super Exod. q. 147. inquit, quod Moises securus orabat, sciebat enim, quod delēdus nō erat de libro. Et claritius in psal. 115. in verba illa, nisi Moyses electus eius stetit in cōfractioe in cōspectu eius. Caietanus in cōmentarijs super Exodū ait, quod Moises fortasse non de libro vitae, sed de libro principatū loquebatur: & ita quod optabat pro salute populi ducem non esse: quia eodem capite habetur, Deum dixisse, dimitte me, & ego interficiam eos, & faciam te in gentē magnam. Lyranius inquit, quod Moises loquebatur secundū portionē inferiorē, sicuti Christus Luc. 22. Pater si vis transfer a me calicem istum, qui tamen secundū portionem superiorem dixit, non sicut ego volo: similiter ergo & Moises. Cyrillus lib. 2. de dignitate sacerdotali dicit, quod vterque propriē optabat anathema esse pro fratribus, quia non cōsiderabant cuius iacturam facerent. Nos tamen dicimus, verba illa accipiēda esse in sensu hyperbolico, qui verus est sensus. & ita dixere, quod nos saepe dicimus, cū causa exaggerationis saepe dicimus, fac hoc, aut occide me, qui tamē non opto vitā perdere, sic nec illi beatitudinem. Cōmunis tamē & vera solutio est, quod per aliquod paruum tempus exules ad gloria pro fratribus optabant esse, sicuti ad Philip. 1. Paulus ait desiderium habens dissolui, & esse cū Christo multo magis melius, permanere autē in carne necessarium propter vos. Et D. Martinus, Si adhuc populo tuo sum necessarius, nō recuso laborē. Ad aliud Michae dicimus, quod loquebatur de temporalis perditione: tios vero de bono spirituali loquimur, &

ideo non est simile. Ad primam rationem dico, quod bonum spirituale totius reipublice non se habet vt totum in ordine ad meā beatitudinem. Ratio est, quia gloria particularis beati a beatitudine aliorum nō depēdet, sed a solo Deo, qui beare nos potest. Ad vltimum, quod nō esset differentia inter Christianam rempublicam & infidelium, negamus, quia iuuamur orationibus cōmunibus, & vnus ex suo pro alio satisfacit, & thesaurus ecclesiae nobis applicatur, quod inter Saracenos non ita est. Vnde licet maius bonū sit quod saluetur reipublica quā ego, sed non mihi, cui ex charitate hoc impeditur. Ex quo sequitur, quāta animaduersione sint digni, qui nedum pro vita spirituali omnium vel particularis alicuius, sed fere pro nihilo gratiae & charitatis iacturam faciunt. Ex quibus patet ad rationes Capreoli. Et ideo tenendum cum communi Theologorum, quod tenemur bonum spirituale propriū bono spirituali alterius praefere.

Dubium secundum est de vita, an liceat vitam propriā pro amici vita exponere: verbi gratia, duo naufragium patimur, habeo tabulam, qua possum vitam saluā facere, amicus periclitatur de eā, an mihi liceat amico tabulam dare. Quia de hac quaestione sunt variae Doctorum sententiae, ad illam respondeo per tres propositiones. Prima propositio, negandum non est, quin pro bono cōmuni liceat vitam ponere. Ista est manifesta, licet enim partem pro conseruatione totius ponere. Secunda propositio, tenemur vitam pro spirituali vita proximi ponere. Probat Ioan. 15. Hoc est praecceptum meum, vt diligatis inuicē, sicut ego dilexi vos, sed ipse animam posuit pro vita spirituali hominū, ergo & nos tenemur pro vita spirituali proximi vitam ponere: & 1. Ioan. 3. In hoc cognoscimus charitatem Dei, quia ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere: & 1. Petr. 2. Christus passus est pro vobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. Tertia propositio, ponere vitam pro priuata persona ex obiecto est bonum, nisi ex circumstantijs male fiat. Cōclusio ista in lumine naturali recepta est ab omnibus philosophis. Vnde Cicero libello de amicitia inquit, quod tantū fuerunt tria paria amicorum, qui vitam pro altero amico exposuere, Orestem, & Pindarū insinuās. Plutarchus de amicitia, Seneca, Laetantius, & Aristo. 9. Ethic. c. 8. omnes pariter laudant vitam pro amico exponere. Et

idem

1. propositio

2. propositio

3. propositio

idem Augustinus super Ioan. c. 15. verba illa exponens, Maiorem charitatē nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Idem Hieronymus in Michēam. c. 7. circa verba illa, Dies speculationis tuæ, vbi Pythagoricos laudat, ex eo quod vnus pro altero vitam ponebat. Si ergo philosophi isti lumine naturali id laudant, licet ergo vitā pro persona priuata exponere.

Sed quid de Christianis? dico q̄ Patres circa hoc variē loquuntur. Augustinus in lib. de mendatio. c. 6. ait, id non licere, quia sic faciens proximum plusquam se diligit. In lib. tamen de amicitia. c. 10. contrarium inquit, asserens nihil esse negandū amico, & omnia sunt pro eo exponenda, etiam vita, sicut Diuina sanxit autoritas, iuxta id, Maiorē charitatē nemo habet, &c. Et super Ioan. tract. 84. exponens eadem verba ait, Regulam illā præscripsit nobis Christus, vt nos diligamus, sicut ipse dilexit nos, & vitā pro amicis ponamus. Sententia ista ratione probatur primo, quia licet pro amico tēporalia bona exponere, & aliqualem iacturā honoris & salutis facere, ergo & vitam pro eo ponere. Secundo, quia si nō liceret pro amico vitā ponere, ergo neq; pro illo liceret periculo mortis se exponere: cōsequētia est nota, nā qui amat periculum peribit in illo: cōsequēs autem est manifestē falsum, ergo. Tertio, quia si pro amico vitam ponere minime licet, ergo neque pro patre: consequens autē nō est concedendum, ergo. Quarto, quia si aliqua prohibitio esset, ne vitam pro amico exponeremus, maxime quia illā conseruare tenemur, possum tamen pro bonis temporalibus vitā ponere, ergo & pro amico. Vltimo, quia id laudatur ab omnibus, est ergo vox naturæ, ergo licet. Vxor enim si vitū pestelaborantem non desereret, laudaretur maxime, quia homo aliquando non tenetur vitā defendere, sicuti si eam cōseruare non posset, nisi furem occideret, ergo. Dico tanē quod esto id liceat, multis tamen de causis id male fieret. Et primus casus est, si inde fieret iniuria tertio: vnde regi id non liceret, & mortaliter peccaret, quia cōmunitati nocet: similit̄ nec duci, dum adest in bello, id licet: & idem credo de patre familias, qui curam habet familię. Secundus casus est, quādo esset prodigus vitæ, sicuti si vitā pro homine parui momenti poneret, & hac modificatione intelligendi sunt Patres, & scripturæ loca, quæ id sonare videntur, nam intelligi debēt de vitā spirituali amici. Ad Augustinū, Hic

ronymū, & Chrysoptomū, si ita non exponatur, dicimus eos fuisse illius sententiæ.

Dubium: Dubium vltimum est de bonis temporalibus, an liceat amico maiora quā nobis optare. Ad hoc dico primo, quod in hoc potest prodigalitas contingere, sicuti si temporalia bona, quæ sine animę periculo retinere possum, alteri traderem, nota enim prodigalitas esset, si amico negarem, & extraneo darem. Secundo dico, quod hoc nunquam est mortale, quia de conseruandis temporalibus nō est tale præceptum, benē tamen veniale, sicuti si non amico sine causa darem. Tertio dico, quod licet maiora bona tēporalia amico quā mihi optare, & est laudabile, si citra iniuriam familiæ fiat. Vnde secluso iure tertij laudabile est, & licet.

Pro Augustino respondet Magister sent. 3. dist. 29. inquit, quod Augustinus dicit pariter omnes esse diligendos, & pari dilectione vitam omnibus optandam. Ita accipi potest vt paritas non ad affectum referatur, sed ad bonum, quod eis optatur, quia charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mercantur, sicut Apostolus dicit, Volo omnes homines esse sicut meipsum: optanda est enim minoribus perfectio maiorum, vt ipsi perfecti fiant, & sic parem mereantur beatitudinem: vel pari dilectione, hoc est, eadē dilectione omnes diligendi sunt. Itē quod ait, vt tantum diligamus fratres, quantū nos, ita intelligi potest, id est, ad tantum bonum diligamus fratres ad quantum nos, vt tātum bonum eis optemus in beatitudine quantū nobis, & si non tanto affectu: vel ibi, quantū, similitudinis est, non quantitatis.

DECIMUM TERTIVM QVAESITVM.

An monachi manuum labore victum teneantur quærere.



Augustinus in libro de opere monachorum sententiā hanc Apostoli, Qui non vult operari non manducet, ita interpretatur, vt docere videatur, omnes monachos adigendos esse, vt sibi ipsis labore manuum victui necessaria exquirant, & prohibēdos ne ex eleemosynis fidelium victum quærant. Nam multis locis eiusdem libri, præsertim in

2. Thef. 2.

in. c. 17. refellit monachos, qui manib⁹ operari nolentes locum Paulinum ad se pertinere dicebant: quos his verbis impugnat, Quid agāt qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, scire desidero, Orationib⁹, inquit, vacant⁹ & psalmis, & lectioni, & verbo Dei. Quatuor has excusationes reiiciens, primo aduersus eam de oratione inquit, Cur non Apostolicis de operando præceptis aliquas partes temporum deputāt, cum citius exaudiatur vna obedientis oratio, quā mille contemptroris? Secundo, aduersus eam de psallēdi occupatione ait, Cantica vero Diuina cātare etiam manibus operātes facile possunt, & ipsum laborem tanquā Diuino zelemate consolari. An ignoratis opifices quibus vanitatibus theatricarum fabularum donent corda & linguas suas, cum manus ab opere non recedāt? quid ergo impedit seruum Dei manibus operantē in lege Domini meditari & psallere, ita sane vt ad ea discēda, quæ merito recolat, habeat seposita tēpora? Tertio lectionis assiduitatē causantibus ait, qui autem se dicunt vacare lectioni, nōne illic inueniunt quod præcipit Apostolus? quæ est ergo ista peruersitas lectioni nolle obtemperare, dum vult & vacare, vt quod bonum est diuitius legatur, ideo facere nolle quod legitur. Quarto, eos, qui se Diuinæ prædicationis exercitatione defendunt, ita arguit: si alii cui sermo erogandus est, & ita occupatur, vt manibus operari minime valeat, nunquid hoc omnes in monasterio possunt, cur omnes sub hoc obrentu vacare volunt? quāquā et si omnes possent, vicissitudines facere deberent, non solum vt quemadmodum ceteri necessarijs operarentur, sed etiā quia sufficit vt multis audientibus vnus loquatur. Calvinus hæreticæ institutionis. c. 4. ex his dictis Augustini colligit, monachis nō licere aliunde quā ex mechanicis opificijs victum parare, etiam si assidui sint in orationib⁹, psalmodijs, & sacris studijs. Quæ errorem ante Calvinum professi sunt Vuiclephus & Lutherus, qui asserere, monachos, qui omisso labore manuum, mēdicitate sibi victum procurant, coercendos esse, vt hosce Diuinæ legis dicentis, Omnino non erit egenus & mēdicus inter vos. Doctores scholastici. 4. sent. dist. 15. & S. Th. 2. 2. q. 187. art. 5. & opusculo. 19. quo loco quærunt, vtrum paupertas vsque ad mendicitatem ad perfectionem vitę monasticę pertineat. Cui quæstioni tribus cōclusionibus respondemus. Prima conclusio, omnimo-

Deut. 15.

1. Conclusio.

da mēdicitas, nempe, vt neque priuatim, nec in comunni aliquid possideatur, de se plus habet dignitatis & meriti apud Deum, quā in comuni possessio. Prima ratio conclusionis ex rerum natura pficiscitur: est enim religionis monasticę institutio disciplinā illam amplecti, per quam expeditius ad perfectionem charitatis ascendatur. Primum autē quod hominum animos ad sui amorē inficit, est rerum possessio: nam cum pecunia obediant omnia, qui illam amat per eā cuncta concupiscit, & qui illam contemnit, affectus mundanorum omnium à se facile amputat. Vnde Augustinus in lib. 33. quæst. Numentum charitatis est diminutio cupiditatis: perfectio nulla cupiditas. Secund⁹ gradus est, à temporalibus, cum possidētur, animum euellere: quod lōge est difficilior. Vnde Augustinus ad Paulinum & Therasiam, Terrena, inquit, diliguntur arctius adepta quā concupita, nam iuuenis ille Euangelicus inde tristis discessit, quod magnas habebat diuitias. Vnde non inconsulto Christus Dñs concionem suam inde orsus est, Beati pauperes spiritu. Quapropter licet nihil aliud laudis in sancta paupertate comperiretur, hæc esset præclarissima, quod primo verbo, quo Deus legē orbi positurus os suū aperuit, felicitatem in ipsa collocauit. Quod autem paupertas hæc vsq; ad mendicitatem & nuditatem Christi alumnis sit commendabilis, exagerat Paulus. 2. Cor. c. 8. inquit, Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt eius inopia vos diuites effectis. Si ergo nullum officium præstitit, quod ex rei natura non esset, honestum consilium est diuitibus in pauperes sua bona distribuentes egenos fieri, vt diuitijs celestibus fruantur. Accedit & eiusdē Dñi exemplum, qui nihil possedisse legitur, nisi quod illi & familię suę in diem porrigebatur. Vnde inquit Matth. 8. Filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet: & Matth. 19. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel vxorem, vel filios, vel agros propter nomē meū, centuplum accipiet, & vitā æternā possidebit. Quare Apostolus quos lucem mundi & sal terræ esse voluit, Nolite, inquit, possidere aurum, nec argentum, nec pecuniā in zonis vestris. Secunda conclusio, religiosi, qui proprijs renuntiarunt, non tenentur manuum labore quærere victum, sed iustissimè mēdicare possunt.

2. Conclusio.

August.

Primus casus

Secundus casus



possunt. Conclusio hæc est Augustini libro citato de opere monachorum, & S. Thomæ opusculo. 19. c. 5. Et glossa super. c. quintum Exodi, hæreticos, qui monachos in manuales labores adigant, cū Pharaone componit, qui Moysen & Aaron obiurgabat, dicens, **Quare sollicitatis populū ab operibus suis, ite ad onera vestra. Probat** ergo cōclusio, primo, iure Diuino finis spiritualium præstator est bonis temporalibus, sed in republica milites, equites, & iudices, qui ad bella gerenda, aut ad tuendam iustitiam, aut ad rem publicam administrandam deputati sunt, stipendijs communibus populi sustentantur: quod Paulus iure Diuino iustum existimat: ideo enim, inquit, tributa præstatis, ministri enim Dei sunt: religiosi autem monasticè viuentis functione spiritualium reipublice in seruiunt, iure ergo gentium naturali & Diuino eleemosynis populi sustentari debēt. Secundo, quia illi qui ministerio verbi incumbunt, digni mercede sua sunt, vt Paulus. 1. ad Corinth. 9. exemplis naturalibus ostendit, eos qui spiritualia seminant, ius habere merendi temporalia: sic enim inquit, Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere: vbi glossa, Sic Deus rationabiliter disposuit de prædicatoribus, vt expeditores sint ad prædicandum, quod Dominus Matth. 10. explicuit, ob id enim discipulos sine pera ad prædicandum misit, quod dignus est operarius cibo suo. Cū hoc etiam vacant sacramentalibus cōfessionibus audiendis: imò vero his cessantibus, ob id quod statutos psalmos solēnter persoluunt, & preces assiduas pro populo fundunt: & supra hæc omnia studijs sacrorum & Diuinæ contemplationi vacant: ius ergo habent naturale gentium & Diuinum, vt stipendijs populi viuant.

Vnde Augustinus loco citato inquit, Si Euangelistæ sint, potestatem habent de sumptibus fidelium viuendi. **Quin etiam** Apostolus loco citato rem ad certum officium nō restringit, sed in genere ait, Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: & qui altario deseruiunt, cū altario participat. Quo fit, vt qui religiosos monasticos operum sollicitudinibus implicare contendunt, Marthe sint similes, quæ sororē suam ad pedes Christi cōtemplatione fruente inde diuellere conabatur, vt ipsam iuaret: cui Christus, Maria optimam partem elegit. Vnde glossa in illud Matth. 6. Respiciite volatilia coeli, non laborant, & tamen

Deus pascit ea, de contemplatione vacantibus intelligit, qui in terris nihil agentes aut laborantes, contemplatione cœlesti viuunt. Merito ergo Hieronymus in prologo super Iob eos obiurgat, qui malunt monachos fuissecellam iunco texere, aut palmarum folia cōplicare, vt in sudore vultus panem edāt, quā vt iuxta sententiam Domini, cibum Diuino rum operentur, quia non perijt. Tertio accedit, quod mendicitas ad humilitatem nō parum conducit: qua ratione Alexio & alij sanctis laudi datur, quod facultates splendidas abdicauerint, vt mendicata stipe viuerent. Impietas ergo est mendicitatem sanctā impugnare: cū sit egregium charitatis officium, religiosos mendicantes alere.

Tertia conclusio, quauis in genere suo mendicitas omnimoda præferenda sit, potest nihilominus ratione finis & aliarum circumstantiarum, pro tempore & loco conducentius esse, ea in cōmuni possidere, quæ victui monachorum sunt necessaria. Cōclusio hæc est S. Tho. 2. 2. q. 188. art. 7. Et probatur, quia perfectio non in paupertate, sed in charitate est sita, cū ergo in paupertate ea tantum ratione cōsistat, quod amorem & solitudinem rerum præscindat, ea species paupertatis in vnaquaque religione præstantior est, quæ ad eius finem aptius confert. Etenim vt instrumentum ac medicamen nō eo melius, quo maius, sed quoad finem accommodatius, sic & de paupertate censendum. Vnde si ordo institutus est ad opera prædicationis, vel contemplationis, quod munus quietem mentis requirit, non solum perfectioni non repugnat aliquid habere in cōmuni, verum confert: diuagatio enim, quæ ad victum querendum est necessaria, otium necessarium prædicationi & contemplationi non permittit. Secundo, quia postquā charitas refugit, mendicantes populo molesti sunt & onerosi, qua ratione religio vilescere in oculis eius incipit. Item nimia egestas mendicos cogere solet, negotia aliqua cum secularibus tractare, & quandoque improbitatibus aliquibus victum extorquere, quæ eorum instituta obscurant. Tertio, quia quādo religiones in syncera illa mendicitate institutæ fuere, multa eidem instituendæ suffragabantur, quæ ab aliquibus iam temporibus laquere videmus. Primum, summa parcitate victus & vestitus contenti erant, adeo vt eleemosynæ, quæ nunc vix viginti religiosis sufficiunt, tūc pluribus quā centū satis erant: leguminibus enim & modico vino contenti erant.

Hierony.

3. Ratio.

3. Cōcludo.

1. Ratio.

Rom. 13

2. Ratio.

erant. Præterea tunc charitas populi maior ac syncerior erat, & monachorum vita tunc alium splendore quā modo habebat, vt populares animos alliceret. Quod si dicas, possessiones rerum tum vt colantur, tum etiā vt augeantur, non possunt animos religiosorum nō sollicitare: fatemur, sed pensandū est, vt tranā sollicitudo animos acerbis angat, quotidie necessaria querere, an curare quæ in cōmuni possidentur: nam sollicitudo possessionum præter vnum aut alterum, qui illas procurat, ceteros vel nō tangit, vel leuissime: sollicitudo vero quotidiana plurimos occupat. Et Christus Dominus eleemosynas sibi oblatas in diem reseruabat: habebat enim loculos Iudæ cōmissos: nam Ioan. 4. habetur, quod abierunt discipuli in ciuitatem, vt cibos emerent, & Ioan. 13. iustus est Iudas ea emere, quæ ad diem festū opus erant: quā uis non nisi exiguos nūmos seruari sinebat, & nonnunquā præ inopia eosdē discipulos spicas colligere misit. Erroneum ergo est, tam contra mendicitatem omnimodam, quā contra eam, quæ in cōmuni aliquid possidet, oblatrare. Dicta tamen mendicantes omnines admonent, vt considerent, quāta paritate contenti esse debeant: propterea enim, afferente Christo, Deus pascit volatilia cœli, quibus utique religiosi comparantur, vestitq; lilia agri, quod illa cibo simplicissimo, hæc vestitu contenta sunt. Vnde D. Benedictus altissime quieti cōtemplantium studēs, consulte possessiones sibi oblatas recepit, & deinceps alij religionū institutores. Sed tamen humanū ingenium medium tenere nesciens, eo vsque opes eorum augit, vt celeberrimos ordines non parum de suo fastigio deiecerit.

Argumenta hæreticorum, quibus contendunt, quod licet cōsiliū sit, cūcta propria prorsus abijcere, non tamen inde consequens fit, vt mendicare liceat, sed tunc tenentur monachi manibus laborare, sicuti Paulus 1. Corin. 4. se fecisse testatur, & Actor. 1. Ad ea enim, inquit, quæ mihi opus erant, ministrare manus istæ: & 2. ad Thes. 3. Si quis non vult operari, nec manducet. Respondet D. Tho. 2. 2. q. 187. art. 3. quod manualis labor (qua voce omnia officia humana cōprehenduntur) ad quatuor est vitia. Primo, ad victum querendum, vnde primo homini dictum est, In sudore vultus tui vesceris pane tuo: & in psal. Labores manuum tuarū quia manducabis. Secundo, ad vitandū otium, quod multorum malorū est causa: vnde Ec-

clesiast. 33. Mitte seruum tuum in operationem, ne vacet, multam enim malitiā docet ociositas. Tertio, ad concupiscentiam refrenandam, quatenus labore corpus maceratur: vnde 2. Cor. 6. In laboribus, in ieiunijs, in castitate. Quarto, ad eleemosynas erogandas: vnde ad Ephes. 4. Qui furabatur iam nō fuerit, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat unde tribuat necessitatem patienti. Et rursus, Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Per hæc quatuor membra respōdetur ad omnia loca Pauli, quibus videtur laborem manuum seu præcipere, seu cōmendare. Illud nā que ad Thessal. tantum est naturalis admonitio, vt, scilicet, qui aliunde nō habet unde viuat, manibus victum querat, vt farra & ne goria illicita caute fugiat. Quo sensu intelligendus est locus ad Ephes. 4. citatus. Huic tamen veritati non obstat quominus religiosi Diuinis vacantes ius habeāt eleemosynis viuendi: quod ipse Apostolus eodem loco docet inquit, Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nos metipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nec Paulus damnat monachos, sed eos tantum, qui sine scandalo mendicare non valent, vt ex verbis subiūctis patet. Vnde non est ambuletis ad eos qui foris sunt: religiosi autem sine scandalo possunt eleemosynam suscipere & postulare. Secunda etiam & tertia vitia nō est in præcepto, nisi quando aliter eisdem in cōmōdis obuiari non potest: monachi autem per alia exercitia salutaria otium cauēnt & corpus domant. Quartum, nempe eleemosynas erogare in religiosis non est virtus, quippe qui semel cuncta largiti sunt, nisi in casu extremæ necessitatis pauperum, quo quidē euentu perinde atq; seculares manibus laborare tenerentur. Et in damnationem hæreticorum, fat est diffinitio Synodi Constantiensis sess. 8. art. 14. contra Vicleph, qui pertinaciter sustinebat, fratres teneri per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem: ait Synodus, huius articuli prima pars est scandalosa, & præsumptuose asserta, pro quāto sic generaliter & indistincte loquitur, & secunda erronea, pro quāto asserit mendicitatem fratribus non licere.

Pro Augustino respondemus, eum tārū abesse a sententia, quā hæretici ei imponūt, vt in eodem volumine pluribus tum rationibus, tum Diuinæ scripturæ testimonijs demonstrat, quatuor esse monachorum genera, quibus

Cōstitutum  
Constant.

labor manualis ad quatuor vitia.

Lib. de opere monacho. c. 5 & 7.

Luc. 10

1. Cor. 9

Galat. 6.

1. Cor. 9

quibus iure Evangelico liceat sine manuum laboribus vitam ducere, & aliorum subsidijs & oblationib⁹ ali. In primo loco ponit eos, qui prädicationi Evangelicę incumbunt, ac verbum Dei docent, quia Christus huiusmodi potestatem dedit Apostolis, cum eos ad prädicandum misit, inquit, in eorum domo manete edentes & viuentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Et Paulus idem comprobans ait, Dominus ordinavit his, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. Et concludit, Si spiritualia vobis seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et in epistola ad Galat. auditoribus eandem legem imponens ait, Cõmunicet qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. In secundo loco statuit eos, qui altari seruiunt, vel sacramenta distribuunt, vel alijs ecclesiasticis ministerijs & occupationibus detinentur: nam de his eodem loco Paulus ait, Nescitis qui hi, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant, ita Dominus ordinavit. Tertium locum assignat egris monachis aut assidua, aut frequenti egritudine laborantibus. De quibus in c. 16. eodem libro, propter infirmitates, ait, corporales, quæ omnino deesse non possunt, non solum permittit Apostolus sanctorum indigentias suppleri ab omnibus fidelibus, sed etiã saluberrimè hortatur. Quarto loco subnectit monachos quosdam à parentibus delicate atque splendide educatos, qui relicto seculo & diuitijs in pauperes erogatis, vel ad nosterij subsidium collatis, monasticã vitam elegerunt: hos, quod melius nutriti laborem ferre nequeant, ab exercitationibus opificum eximit. c. 23. eiusdẽ operis, de quibus subdit, Tamen si & ipsi aliquid manibus operentur, ut pigris ex vita humiliori, & hac exercitatione venientibus auferant excusationem, multo misericordius agunt, quã cum omnia sua indigentibus distulerunt, quod qui dedit si nolint, quis audeat cogere? Hæc Augustinus. Ex quibus euidenter constat, cum aduersari hæreticis, qui sine villo discrimine omnes monachorum ordines ad laborẽ manuum compellant: & eos, qui recusant piorum elemosynis inuari prohibeant.

Verum ne quem moueant dicta Augustini ab hæreticis induta, sciendum est, cum his verbis non omnibus monachis in discrimen imponere laborandi necessitatem, sed resellere otiosam quandã monachorum tur-

bam, qui et si integris viribus recte valerent, & à prädicatione verbi Dei, & sacramento rum dispensatione, & ab omni ecclesiastica seruitute vacarent, tamen ita labore detre- scabāt, vt dicerent seruis Dei, præsertim monachis non licere operibus manuum incubere, & opificijs corporalibus exerceri: sed oportere eos in solis orationibus, lectionibus, & cãticis cõquiescere, & vitę necessaria ad eos spectare, & à Dei amicis accipere, more coeli auium, & florum terrę, quos Christus discipulis suis proposuit imitãdos, cum dixit, Nolite solliciti esse quid manducetis, respicite volatilia coeli, quoniam nõ serunt, &c. aut corpori vestro quid induamini, considerate lilia agri, quomodo crescunt, &c. Aduersus ergo huiusmodi ignauos monachos, qui tũ in Africa errorem hunc à Palianis, Euthitis, & Massalianis hæreticis enatũ fouebant, Augustinus cõscripsit librum de opere monachorum, quo tria potissimum demonstrauit. Primũ, nulla ratione ferendũ esse, vt monachi, qui nullo Euangelico negotio, nullaq; ecclesiastica cura occupantur, vitam sine villo labore manuum transigant ociose & inerte: quia huiusmodi hominibus potestã edendi adimit Paulus, inquit, Cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniã si quis nõ vult operari nec maducet. Secundo ostendit monachis ministerio ecclesię & prädicationis officio occupatis non interdici à Christo opificũ artificia, sed posse eos si uelint, et si ita auimã salutĩ expediat, aliquo interdũ opificio sibi victui necessaria cõparare ad imitationem Pauli, qui quanquã vt ipse scribit, potestatem haberet viuendi ex Evangelio, testatur se noluisse ea potestate vt, sed opere mechanico victitasse, vt seipsum præberet exemplum voluntarię laborandi. Ita enim eos alloquitur, Ipsi scitis quẽ admodum oportet imitari nos, quia non in quiete sumus apud vos, nec gratis panẽ manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operãtes, ne quem vestrũ grauarem, nõn quasi non haberemus potestatem, sed vt nos metipso formam daremus vobis ad imitandũ. Tertio rejicit inertiũ monachorum excusationes peruersa interpretatione scripturarum fucatas, nam quod aiunt, Christum Dominũ præcepisse Apostolis, vt more auium sine vlla viuerent solitudine, Augustinus ostendit, non ea ratione dictũ à Christo, vt discipulos suos abduceret ab honesto manuum labore ad otium & segnitiam malorũ omnium seminariũ, sed

Math. 6.

1. Theõ.

1. Cor. 9

sed vt eos instrueret ne solitudine acquiriti victus Euangelicam vocationẽ desererent, meruentes ne sibi Apostolico ministerio detẽtis defutura esset summi Patris prouidentia: qui cum volucres nihil operãtes grauito pasceret, cur filios suos in Dei opere laborantes non aleret? Scopus ergo Augustini est, Monachos desides, & qui sibi labores artificum interdicitos existimant, à turpicio ad honestum negotium reuocare. Locus Deuteronomij. 15. hæreticis non fauet, cum enim Dominus dixit, Egenus & mendicus non erit inter vos, his verbis non prohibet medicationem, sed pollicetur Iudæis, si legem seruauerint, tantam diuitiarum affluentiam, vt nullus inter eos futurus sit egenus & mendicus. Sanct. Thom. 2. 2. questio ne. 187. articulo. 5. ait, ea sententia non prohiberi piã ac iustam mendicationem, sed prohiberi diuitibus, ne aded sint diuitiarum suarum tenaces, vt ob eam causam pauperes ad extremam redigatur egestatem, & ad coactam mendicitatem adigantur.

DECIMUM QVARTVM QVAESITVM.

An Deum propter beatitudinem debeamus diligere.



Augustinus homi. 38. de eo quod Dominus dicit in Evangelio, Diliges proximum tuũ, sicut teipsum, asserere videtur, cauendum esse, ne Deũ propter præmium aliquod diligamus, inquit in illud, Iob nunquid gratis colit Deum? Ad hoc prouocamur ab aduersario, vt gratis Deum colamus, quando ille querens quod obijciat pro magno se putauit inuenisse, quia dixit, Nunquid gratis Iob colit Deum? non quia viderat cor ipsius, sed quia videbat diuitias eius: ca uere debemus, ne ad præmium diligamus Deum. Quid enim propter præmium dilecturus es Deum, quale præmium est quod tibi daturus est Deus? quidquid enim tibi aliud dederit minus est quã ipse: colis non gratis, vt aliquid ab ipso accipias: gratis cole & ipsum accipies: si enim seruat tibi Deus quo fruaris: & si amas quæ fecit, qualis est ille qui fecit? si pulcher est mundus, qualis artifex mudi? euelle ergo cor tuũ ab

amore creature, & inhercas creatori, & dicas quod in psalmo scriptum est, Mihi autẽ ad herere Deo bonũ est: si autẽ deseris eam, qui te fecit, & amas illa, quæ fecit, deserto illo, qui te fecit, adulter es: sic clamat epistola Iacobi adulteros appellans, Adulteri, Er vn de adulteri? quæris vnde? Nescitis, inquit, quia amicitia huius mudi inimica est Deo: quicũq; ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Expresserat quod dixerat, adulteri anima, deserto creato re, amans creaturam, adultera est.

De hac questione Doctores scholastici. 3. sen. di. 29. & S. Tho. 2. 2. q. 27. & art. 3. querunt, an liceat Deũ diligere, ppter bonũ creatum. Et respõdet duabus cõclusionibus. Prima cõclusio, Si ly, propter, dicat causam finalem, formalem, aut efficientem, nõ licet Deũ propter aliud diligere, sed propter seipsum: non enim ordinatur ad aliud sicut ad finem, sed ipse est finis vltimus omnium, neq; etiã informatur aliquo alio, ad hoc quod sit bonus, sed eius substantia est eius bonitas secundum quã exemplariter omnia sunt bona, nec ei ab altero inest bonitas, sed ab ipso omnibus alijs. Si vero, propter, dicat causam materialem, est secunda conclusio, Deus potest propter aliud diligi, quia, scilicet, ex aliquibus alijs disponimur ad hoc quod in Dei dilectione proficiamus, puta per beneficia ab eo suscepta, vel per premia ab eo sperata, vel per penas, quas per ipsum vitare intẽdimus.

Dubiũ est, an liceat Deum propter beatitudinẽ diligere. Et arguitur pro parte negatiua, Primo, quia Patres sicuti Chrysostomus libro. 2. de cõpunctione cordis, & Augustinus, & Bernardus, quos Doctores scholastici cõ distinctione citata referunt, cõcorditer dicunt, quod licet Deus nullum puniat sine demerito, nõ tamẽ licet pugnare propter præmium: quia talis vox est inuerecunda, & digna potius mercenario quã libero filio: charitas autem facit nos filios, ergo. Secundo, quia in vera amicitia amicus ppter seipsum est diligendus, nõ habita ratione mercedis: a fortiori ergo in amicitia charitatis & Diuina. Tertio, quia propter creationem & cõseruationẽ debitores illi sumus omni obsequio: et, quod impendere possumus, ergo.

His nõ obstantibus supposita distinctione respõdeo ad quesitum: distinctio est, dupliciter possum⁹ Deũ propter beatitudinẽ diligere. Primo modo absolute nullã cõditionẽ apponendo. Secundo modo expresse cõditionẽ assignãdo, scilicet, diligo Deũ, vt me beer, alioquin

251. 70.

Iacobi. 2.

Dubium



alioquin nō diligere. Tunc est cōclusio, licet Deum diligere secundario ratione habita ad beatitudinem. Conclatio hęc est S. Tho. super Ioan. c. 10. lectione. 3. vbi inquit, quod bonus pastor respectum debet habere ad mercedem æternam: & ait quod sic diligere est amor filialis, quia boni filii est velle cū patre conuere. Idem tenet. 2. 2. quæstio 116. articulo. 4. ad tertium. Idem tenet Adrianus quodlibeto. 9. Et probatur primo ex communi Patrum sententia, Hieronymi, Ambrosij, & Augustini in illud psalmi. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Idem Origenes in illud. 1. ad Corinth. 2. Ij quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt. Secundo ratione probatur, quia in sacris literis beatitudo nobis proponitur tanquam merces operum nostrorū, licet ergo nobis opera nostra in beatitudinem ordinare, tanquam in præmium: antecedens probatur Esaiæ. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, venite ad me, emite absque vlla cōmuratione: Ecclesiast. 36. Reddet Dominus mercedem timentibus se: & Genes. 15. Abrahæ dixit Dominus, Ego merces tua magna nimis: & Apocal. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum (scilicet charitatem) vt locuples fias: & Exodi. 2. & Deuteron. 6. Honora patrem, vt sis longeuus in terra: & Matth. 9. Quicumque derit potum aquæ frigide, non perdet mercedem: & Matth. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula tua. Tertio, quia ecclesia pro temporalibus orat, vt expeditus in Deum tendamus, quæ bona nedom sunt motium ad internum affectum, sed etiam ad opus externum: Vnde Matth. 20. Dominus proponit parabolam vineæ: & laborantibus denarium promittit diurnum: & Lucæ. 16. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: Vbi glossa, Boni mercenarij sunt, qui Deum propter præmium diligunt: & Gregor. 8. Moral. c. 6. & 7. laudat respicientes in via ad æternam vitam. Vltimo probatur, Licet nobis Deum orare pro æterna vita, ergo & obsequium aliquod impendere, vt illam habeamus: antecedens de se est notum, & minor euidenter licet ergo Deum diligere secundario, habito respectu ad mercedem: vnde licet charitas immediate summum bonum respi-

ciat, mediate tamen & secundario etiā mercedem respicit. Dubium maius est, an liceat Deum diligere propter bonum creatum, tanquā propter finem, scilicet, referendo dilectionem talem in bonum creatum. Quod dupliciter cōtingit. Primo sic vt amorem, quo Deum amamus, referamus in bonum creatum propter ipsum diligendo, charitas enim potest ex charitate diligi: ita & Deum possumus, propter bonum aliud, diligere. Secundo, cōtingit vt Deū ipsum & eius attributa in aliud referamus, sicuti volo quod Deus sit iustus, ad hoc vt vindictā sumat de inimicis, & sic de alijs attributis. Et videtur quod id nō liceat, quia talis ordo est præposterus: ordinamus enim perfectius ad id quod nō est ita perfectum. Est etiam vt fruendis, quod Augustinus inquit, est summa peruersitas, & etiam contra naturam, summum bonum in minus bonum ordinari: esset etiam bonum creatū amplius quā Deum diligere. Propter hæc motiua Albertus Magnus, Adrianus, Durandus, & alij moderni sustinent non posse nos Deum diligere amore concupiscentiæ, quia esset creaturam plusquam Deum diligere. Opinionibus tamen omisis ad dubium responde mus per sequentes propositiones. Prima propositio, Deum diligere propter bonū creatum, tanquam propter finem, de se & ex obiecto nō est mortale. Hęc patet, quia Deo seruire propter inanem gloriam nō est mortale. Ratio est, quia actus nō est peior eius circumstantia vel obiecto, circumstantia autem vel obiectum est inanis gloria, quæ est veniale, ergo & actus ex illa elicitus solum est veniale: à fortiori ergo Deum propter bona temporalia diligere, amplius quā veniale esse nequit. Secūda propositio, Deum diligere propter bonum creatum tantum, siue beatitudo, seu aliud bonum sit, est mortale non obiecti ratione, sed propter appetitionem, quam dilectio illa, quæ solum est propter bonum creatum, includit. Hanc enim negatiuam includit, scilicet, si bonum temporale nō esset, Deum non diligerem: hæc autem appetitio est mortale, ergo & alia, quæ illam includit. Item, quia talis amplius bonum temporale quam Deum appreciat, nam Deum propter temporale bonum negaret. Et ex hac conclusione constat argumentorū solutio. Augustinus enim intelligit, quod nō licet temporalia bona amplius quā Deum appreciare, quia talis amor esset mercenarius. Quod si dicas, salte nūc quādo ex præcepto non

3. Propositio

1. propositio

2. propositio

4. propositio

5. Propositio

non tencor Deum diligere, possum illum solum propter bonum creatum diligere. Pro hoc sit tertia propositio, Deum diligere propter creatum bonum, non tanquam propter finem principalem, sed tanquam propter minus principalem finem, est bonum & laudabile: & si in gratia fiat, meritorium. Probatur, quia actus non est malus nisi ex obiecto & circumstantijs, ex obiecto autem actus talis est bonus, bonum enim est visionem Dei optare, & non est circumstantia, quæ actum vitiet, quia si aliqua esset, maxime quia bona temporalia magis mihi quā Deū opto: hoc autem non, quia illo etiam bono secluso, paratus sum Deum diligere, & Deū magis quā bonum illud apprehendere: paratus enim bonum quod opto potius perderem, quā Deum ipsum perdere, ergo. Confirmatur, quia amplius vitam quā bona temporalia diligo, cū hoc tamen vitam pono pro temporalibus bonis, quia in vitam ordinantur, nec opus est semper ea in Deū referre, quia ipsa de se in eum sunt relaxa. Subconfirmatur, quia Deus filium suum amplius quā nos diligit, & tamen illum pro nobis morti tradidit, quia mors ordinatur in ipsam. Et hic respondetur Durando, qui arguit, quia tūc bonum creatum magis quā Deum diligerem, quia propter quod vnum quodque tale & illud magis tale, quia maxima intelligitur de causa totali: sicuti Petrus diligo propter bona, quæ mihi communicauit, sed quasi pro causa totali ita in ordine ad Deum. Vnde quando non est causa totalis, maxima est falsa: verbi gratia, assentitur quis conclusioni propter præmissas & notitiam intuitiuam, ergo magis præmissis, non valet: similiter ergo, quando quis Deum diligit propter bonum creatum, constat creatum bonum non esse causam totalem, sed partialem. Quarta propositio, licet Deum amore concupiscentiæ diligere, quinimo spes Deum habere vt sic pro obiecto, scilicet, in quantum illum amore concupiscentiæ diligimus: charitas vero, vt illum amore amicitiae amamus, & non solum visionē, sed Deū ipsum, prout est obiectum visionis, diligimus amore concupiscentiæ: & sub hac ratione est obiectum spei. Quod si infurgas, quia S. Thom. loco citato contrarium asserere videtur, dico, quod intelligit, non licere Deum diligere propter bonum creatum tanquam propter finem totalem. Ideo sit quinta propositio, Deum diligere propter bonum creatum minus principaliter, licet sit bonum, non tamen est a-

ctus à charitate elicitus, quia Deum non habet pro obiecto immediato, & ideo formaliter non elicitur à charitate, quæ Deum habet pro obiecto, quem tamen actus iste nō habet. Ex hoc sequitur, quod longe perfectius est Deum diligere absque respectu aliquo ad temporale bonum, sed solum propter seipsum, licet id licitum sit. Vltima propositio, non licet referre amorem Diuinum solum in bonum creatum, Deum tamen ipsum & ipsius attributa licet in creatum bonum tanquam in finem minus principalem referre. Sicuti gaudeo, quod Dominus sit iustus, vt maleficos puniat: & quod misericors sit, vt mihi ignoscat: & omnipotens, vt orbem conseruet & regat. Ex quo documentum morale sequitur, scilicet, quod vir perfectissimus temporalia sibi à Deo petere non debet, sed gratiam & gloriam, & quæ ad eam ordinantur. Vnde si in afflictione aliqua sit, conseruationem in gratia petere debet, & non liberationem à tali angustia, quia licet id postulare à Deo possit, non tamen est perfectorum. Pro alijs tamen laudatissimum est salutem & temporalia bona à Deo postulare, quia saepe bona talia causa sunt, quæ quis in gratia conseruetur: et si illis carcat, quod eam amittat. Ideo Salomon orabat, Domine tribue mihi necessaria, ne necessitate compulsus furer, aut nomen Dei blasphemem.

6. propositio

Prover. 30

Pro Augustino respondemus, quod cum dixit cauere debemus, ne ad præmium diligamus Deum, ipse mentem suam explicuit addens quale promissum est, quod tibi datum est Deus, nam quidquid tibi aliud dederit, minus est quā ipse: cū temporalia omnia, cū finē habeant, si ea ad Deum conferamus, nihil sint. Ideo consulit, Colis non gratis, vt aliquid ab ipso accipias, gratis cole, & ipsum accipies. Hoc autem paucorum est, quia solum perfectissimorum. Quinimo cū Regius propheta perfectissimus esset, de quo Dominus dixerat, Inueni virum iuxta cor meū, ait tamen, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionē. Quod secundario & minus principaliter intelligi debet, vt explicuimus.

psal. 103

DECIMUM QVINTVM QVAESITVM.

An cōiugia adulterina solum iure cœli sint illicita.



Vgustinus hom. 49. d. eo qd̄ A  
postolus dicit, *Legatione fuzinur p  
Chr̄sto*, asserere videtur, q̄ femi  
na, quarū priores viri viuūt,  
& viri quorū vxores supersti  
tes iunt, si alijs sunt copulati, coniugia talia  
adulterina esse, nō iure fori, sed iure celi: sic  
scribēs, Fornicari vobis nō licebit, sufficiant  
vobis vxores, aut neq; vxores cōcubinas vo  
bis habere nō licet: audiat Deus, si vos surdi  
estis: audiat Angeli eius, si vos contemnitis:  
nō licet vobis habere cōcubinas, quas postea  
ducatis vxores, quanto magis dānatio vobis  
erit si habere volueritis & cōcubinas, & vx  
ores dimittatis: nō vobis licet habere vxores,  
quarū priores mariti viuunt: neq; vobis fœ  
minę habere viros licet, quorū priores vx  
ores viuunt: adulterina sunt ista cōiugia non  
iure fori, sed iure celi. Neq; eam femina, quę  
per repudiū discessit a marito, licet vobis  
ducere, viuo marito. Solus fornicationis cau  
sa licet vxorē adulterā dimittere, sed illa vi  
uētē non licet alterā ducere. Et vobis fœmi  
nę neq; illos viros, a quibus per repudiū dis  
cesserunt vxores earū, maritos habere cōce  
ditur: nō licet, adulteria sunt non coniugia.  
Contemnat̄ Augustinus, timeatur vel Chri  
stus, nolite imitari turbā malorū infidelium.  
Filijs mei nolite sequi vias latas, quarū finis  
ad interitū ducit: qui baptizat⁹ fuerit, aut cō  
tinētiā Deo voueat, aut permaneat cū vx  
ore sua: aut si non habet, ducat vxorem.  
Doctores scholastici. 4. sen. di. 36. & S. Th.  
3. parte. q. 64. Et conueniūt in hoc, q̄ in cau  
sa diuortij vir & vxor ad paria iudicantur,  
quia par facultas cōceditur vxori dimittēdi  
virum, & viro dimittēdi vxorē. Determina  
tio est ecclesie Can. Christiana. 32. q. 5. vbi  
Innocētius ait, quod Christiana religio adul  
teriū in vtroq; sexu pari ratione condēnat.  
Et. q. 7. eadem causa Can. Apostolus, qui est  
Augustini, & Can. vxor a viro, qui est Am  
brosij, Et ex Cōcilio Mileuitano. c. placuit.  
Quę veritas ex Euangelio & ex Paulo col  
ligitur, quoniam cum Apostolus æquali iu  
re dicat vxorem non habere potestātē cor  
poris sui, sed virum: nec virum sui, sed vx  
orem: pari iure tenentur vir fidem seruare  
vxori, & vxor viro. Dominus vero, quia  
lege & more Iudæorum orta fuerat quæ  
stio inter quos non permittebatur vxori vi  
rum repudiare, cū inde gradum fecit ad  
legem Euangelicam, non meminit nisi viro  
rum, dicens, quod quantum illis antea alijs  
& eaus impunitē permittebatur repudiū,

in ecclesia sua non erat permittendum, nisi  
soli fornicationis causa. Sed tamen, quia  
æqualis obligatio seruandę fidei existit in  
vtroque propter quam vir facit diuortium,  
tanquam notum inde reliquit, vxori quo  
que idem ius patrocinari. Idem confirmat  
Apostolus his verbis, His qui matrimonio  
iuncti sunt, præcipio non ego sed Domi  
nus, vxorem a viro non discedere: quod si  
discesserit, manere inuptam. Vxorem au  
tem a viro discedere, vt Augustinus libro  
de adulterio coniugijs aduersus Polen  
tium arguit, nunquam fas est, nisi ob forni  
cationem: cum ergo Paulus non expelle  
re, sed discedere dicat, insinuat, non tan  
tum virum posse illam expellere, sed mu  
lieri causa fornicationis viri liberum esse  
discedere. Et idem confirmatur per verbum  
illud, Et erunt duo in carne vna: nam vxor  
tradens se alteri viro, carnem diuidit: si  
militer & vir. Ius autē diuortij est, vt si quis  
a coniuge carnem diuisit, alter se subtrahat.  
Quod vero adulterina coniugia nedum  
iure celi, sed iure etiam Canonico sint il  
licita & prohibita, constat ex. c. significa  
uit, & ex. c. cum haberet, de eo, qui matri  
monium duxit, quod polluit per adulte  
rium, & per totum illum titulum, & est tex.  
in cap. 1. 31. quæstione. 1. & 32. quæstione. 2.  
& quæstione. 7. in multis capitibus, ad cō  
vterij crimen sit mixti fori: quoniam di  
uortium ad emendationem flagitiosę fœ  
minę, & ad eius spiritualem salutem cele  
bretur, ad tribunal ecclesie, cui incum  
bit de sacramento matrimonij, quatenus san  
ctificans est, decernere iudicium illud, de  
fertur. Alterum vero iudicium, quia sit ad  
vindictam, ad forum ciuile pertinet. Rur  
sus in priori iudicio & foro admittitur vx  
oris exceptio obijcientis viro idem flagi  
tium, qua ideo exceptione protegitur. In  
posteriori vero exceptio eadē non auditur,  
nā cū adulterium viri neq; tā infame sit, nec  
tā perniciosum in proles & heredes, crimina  
li pēna nō vindicatur. At vero super idē cri  
mē non admittitur vtrūq; iudiciū. Quare si  
vir diuortij ab ecclesia poscat, & obtineat,  
nequit postea caput vxoris in foro ciuili pe  
tere, nisi post diuortij iterū primax ad spur  
citij volutabrum reuertatur. Ad hæc si vir  
occultē deprehenderit in adulterio & priua  
tim interimit, ius retinēde dotis amittit: cū  
vero auctoritate publica, caput eius trūcat,  
dotē iure sibi acquirat & arras, vt Doctores  
super. l. penul. ff. solut. matrimonio adnotāt.

Matth. 19

August.

Matth. 5.

1. Cor. 7

Et Hispanis. l. 82. Tauri sancitum est.

Cum hoc tamen est verum, quod non est  
par causa in vtroq; abscedendi. Vnde dicit  
consuetum est, ad paria se habere, sed nō pa  
riter, nam licet causa in viro maior sit disce  
dendi, tamen quæ est in fœmina ad id ipsum  
sufficit: solent enim duo homicidę pari capi  
tis supplicio plecti, quāuis scelus vnus atro  
tius fuerit quā alterius.  
Pro Augustino respōdemus, q̄ cū dixit,  
adulterina sunt ista coniugia, non iure fori,  
sed iure celi, forte suo tēpore ecclesia circa  
cōiugia adulterina factiones, quas nūc eccle  
sia tenet, non disposuerat, & quia oculū tan  
tum habuit ad ius Euāgelicum, & dispositio  
nem Pauli, ideo asseruit, esse contra ius Di  
uinum, & non meminit iuris ecclesiastici &  
ciuilis, quę nunc stant in vsu & consuetudi  
ne. De hac quæstione vide supra. 4. tomo  
B. Augustini ad 23. quæsitum.

DECIMVM SEXTVM  
QVAESITVM.

An qui Christum in se non habet,  
Christianus dici possit.



Vgustinus de tēpore ser. 13.  
in natali Dñi asserere vide  
tur, q̄ is qui in se Christum  
nō habet, Christianus dici  
nequit, inquirens, quare  
Deus noster nascendo per  
Virginē, nos sic voluit reformare ad vitā, re  
spōdet, vt quia per mulierem in hunc mun  
dum mors intrauit, salus per Virginē redde  
retur. Deniq; & quādo Christus tertia die  
ab inferis resurrexit, primum mulieres per  
Angelus adorātes occurrunt, quibus ideo iu  
betur, resurrectionē Apostolis nuntiare, vt  
homini ostēderetur, ecce per quā cecidistis  
in mortem, vt ipsam vobis resurrectio mor  
tuorum nunciatur: mulier enim, quia prior  
gustauerat, prior etiā resurrectionē vidisse  
mōstratur, vt ne perpetui reatus apud viros  
opprobriū sustineret, quia quæ culpā nobis  
transfuderat, trās fudit & gratiā. Deniq; Dñs  
noster ideo per casta Virginis mēbra venit  
ad terras, vt ostēderet Deum castitatis esse  
amatorē, ergo sicuti De⁹ noster nos suscepit  
in se, ita & Deū nos suscipiam⁹ in nobis. Por  
temus ergo & nos Deū in casto corpore, quē  
Virginis casta mēbra portauerunt. Christus

Matth. 23

enim Magister est castitatis, & ideo qui casti  
tate nō habet, portare Christū nō potest. Sed  
& nos fratres charissimi, qui Deo credimus,  
vt semper Christū in corde nostro portare  
possimus, castos ac puros nos exhibeam⁹ ab  
omni peccato, vt Christus habitare in nobis  
possit. Qui enim Christum non habet in se,  
Christian⁹ dici nō potest: nec enim ita se ex  
tollere debet vnusquisque, vt Christianum  
se nomine dicat tātum, & factis inimicū ostē  
dat. Quomodo est Christianus, qui contra  
Christi præcepta venire cōtendit? Mēs Au  
gustini cū dixit, qui Christū in se non habet,  
Christianus nō potest dici, ex verbis, quæ il  
lico subiūgit, patet, inquit, Nec ita se ex  
tollere debet vnusquisq; vt Christianum se  
nomine dicat tātum, & factis inimicū ostē  
dat. Asserit ergo nomine & numero de fami  
lia Christianorum esse: merito vero nequa  
quā, quia factis inimicū Christi se ostendit.  
Quia supra diffiniuimus, fidē nō nisi per in  
fidelitatem aut hæresim amitti, vt Cōciliū Trī  
dentinum diffiniuit. Hæc sint fat. Vide de  
hac quæstione supra tomo. 9. Augustini ad  
17. & tomo. 4. Hieronymi ad 3. quæsitum.

DECIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An quis experiri possit, Deum in  
eo habitare.



Vgustinus de tēpore ser. 5. Dñica  
in Epiphania Domini affirmare  
videtur, aliquem experiri posse  
Deū in eo habitare, nā quærens,  
an quis experiri cupiat, an Deus in ipso ha  
bitet, respōdet, sincero examine cordis sui  
interiora discutiat, & sagaciter quærat, qua  
humilitate repugnet superbię, qua beneuo  
lētia obliuētur inuidię, quā nō capiatur adu  
lātium linguis, quā bonis delectetur alienis,  
an pro malo nō cupiat malū reddere, malit  
que multas obliuēci iniurias, quā imaginem  
& similitudinē sui cōditoris amittere, qui o  
mnes ad cognitionē sui generalibus incitans  
donis, pluit super iustos & iniustos, & solem  
suum oriri facit super bonos & malos. Ac ne  
in multis laboret sollicitē, discretionis inspe  
ctio ipsam matrē virtutum omnium charita  
tem in secretis mentis suæ inquirat, et si eam  
dilectionem Dei & proximi intentōq; cor  
de repererit, ita vt etiam inimicis ipsi eadē  
velit tribui, quæ sibi optat impendi,  
quisquis huiusmodi est, Deum & rectorē &  
Fff 3 habi

Matth. 5

1. Cor. 1

ADVERTENTIAE IN DECIMUM TOMVM

habitatorem sui esse non dubitet: quem tanto magnificentiùs recipit, quanto magis non in se, sed in Domino gloriatur. Quoniam quibus dicitur, Regnum Dei intra vos est, ipsi etiam aguntur illius spiritu, cuius reguntur imperio. De hac questione vide supra tomo quinto Hieronymi ad quatum quaesitum.

Luce. 17

DECIMUM OCTAVVM  
QVAESITVM.

An tantum de seculo maneat, quantum iam exemptum est.



Vgustinus de tempore Dominica 3. post octa. Epiph. ser. 2. de eo quod Apostolus ait, Non enim quod vobis facio bonum, sed quod nolo malum vobis

Rom. 7.

ago, subindicare videtur, non tantum remanere de seculo, quantum iam exemptum est, locum enim praedictum explicans, quando audis repugnantem, quando audis captiuantem, bellum non agnoscis, vox ergo triumphi nondum est: sed quia futura est, docet idem Apostolus dicens, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem: ubi est vox triumphi, tunc fiet sermo, qui scriptus est, Absorta est mors victoria: dicant triumphantes, Vbi est mors contentio tua? Dicimus ergo quandoque & ipsum, quandoque non erit longae, non enim tantum remanet de seculo, quantum iam exemptum est. Hoc igitur tunc dicimus, modo autem in isto bello ne male intelligebatur lectio ista tuba sit hostis, non nostra, unde ille incitetur, non vnde vincatur. Aduertite obsecro fratres mei & qui certatis, certate.

1. Cor. 15

Pro Augustino respondemus, quod ipse mentem suam explicat de tempore ser. 49. in fine inquit, in explicatione loci huius, qui biberit de hac aqua, non sitiet in aeternum, sed dicitur, quando erit? quandoqueque erit tamen expectata Dominum, sustine Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, nunquid ita restat, quanta peracta sunt? intendit ab Adā vsque; ad hodiernum diem quot secula euoluta sunt, & ecce iam non sunt, pauci dies remanent. Quodammodo sic enim dicendum est, quod remanent in corpora ratione transactorum seculorum. Exhortemur inuicem, exhortetur nos ille, qui venit ad nos, qui cucurrit vsque, & dixit, sequimini: qui ascen-

Ioann. 4.

Psal. 26

dit prior in caelum, ut caput de sublimioribus subueniat ceteris membris in terra laborantibus, qui dixit de caelo, Saule Saule quid me persequeris? ergo nemo desperet. Et subdit, Nouissimus dies erit finis seculi: nolo dicas quod o erit iste generi humano, longe erit vni cuique hominum, prope erit qui nouissimus dies est cuiusque dies mortis: etenim hinc cum exieris recipieris pro meritis, & resurges ad recipienda, quae egisti: tunc Deus coronabit non tam merita tua, quam dona sua. Quidquid tibi donauit, si seruasti, cognoscit totum. Ergo fratres desiderium nostrum non sit nisi ad vitam aeternam. Et concludit, Ambula securus in Christo, ambula ne offendas, ne cadas, neque retro respicias, ne in via remaneas, ne a via recedas. De hac questione vide supra tomo 5. Hieronymi ad 5. quaesitum, & eodem tomo ad 1. titulum quaesitum, & 8. tomo Hieronymi ad 2.

Act. 9.

Ioann. 6.

DECIMUM NONVM  
QVAESITVM.

An haeretici tolerandi sint vsque ad finem seculi.



Vgustinus de tempore ser. 46. agens de quatuor virtutibus charitatis, asserere videtur, haeticos vsque ad finem seculi tolerandos esse. Sic enim habet, Si qua es anima, quae cupis possidere virtutem charitatis, quae omnia tolerat, relinque mundum, confuge ad crucis lignum, non metuas procellas & turbines huius diluuii, non mergeris, si ligno portaueris: nouit gubernare qui dignatus est creare. Tantum adit virtus charitatis, quae omnia tolerat. Nulla res te ab arce & soliditate euellat. Permane bonus, & tolera malos: melius est enim, ut intus positus propter bonos, tolere malos, quam foras exiens, & periens, & bonos relinques & malos. Si ergo sunt tecum ferae, id est, si sunt tecum in ecclesia praua docentes falsa sentientes haeretici vel schismatici, aut etiam ipsi mali Catholici more ferarum animas deuorare quaerunt, tolerantur vsque ad finem seculi, tanquam finem diluuii, rugiant licet fremant dentibus, atque ipsam arcam confringere conentur, non expauescas: finito diluuiio, illas rapiet inanis ac spinosa sylua: te fertilis suscipiet terra. Post finem seculi impij rapiuntur ad tenebras exteriores, ubi erit flentus & stridor dentium: pios suscipiet terra

Math. 25.

viuentium. De hac questione vide supra 2. tomo Chrysostomi ad 8. quaesitum.

VIGESIMVM QVAESITVM.

An ieiunia in mortali facta aliquid profint.



Vgustinus de tempore ser. 64. Domini ca. 1. in Quadragesima de mysterio ieiunij Quadragesimalis, fructu & modo insinuare videtur, ieiunia in mortali facta parum aut nihil prodesse, inquit, Sed & illa est in quadragesima diebus gradus utilitas, quod dum a licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos a carnibus, quibus alijs diebus uti licet, qui nos abstinemus a vino, quo moderate uti licet, qui ergo ista vitamus, quae aliquando licent, in primis peccata fugiamus, quae omnino nunquam licent. Itaque si volumus bene ieiunare, a cibis ante omnia ieiunemus, & a vitijs. Quid enim prodest, vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? quid enim prodest, palidum esse ieiunij, si odio & inuidia libescas? quid enim prodest vinum non viuere, & iracundiae veneno inebriari? quid prodest abstinerere a carnibus ad edendum creatis, & malignis obreccationibus fratrum membra lacerare? quid prodest si abstinemus ab his, quae aliquando licent, & faciamus illa, quae nunquam licent? Deus enim illos honorat & diligit, qui illicita fugiunt. Sic ergo ieiunemus a cibis, ut multo magis ieiunemus a vitijs. Et subdit, Illam enim compensationem magis eligere debemus, ut cibos, quibus nos abstinemus, pauperibus ac debilibus largiamur, secundum illud quod scriptum est, Beati qui contenti sunt esurire, ut alij reficiantur. Satis Deo acceptum est munus, quando indigens saturatur, quando nudus vestitur, quando ira non perficitur, quando malum pro malo non redditur: tunc grata sunt Deo nostra ieiunia, si illi, qui necessitate ieiunant, reficiantur a nobis: tunc illam Domini sententiam audire merebimur, Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. O benignissimum Dominum, ad edomandam hominum auaritiam, qui sibi dari dicit, quod vel minimo pauperi donatum fuerit.

Pro Augustino respondemus, quod cum inquit,

Quid prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? &c. intelligit opera in mortali facta non prodesse ad meritum vitae aeternae: opera enim inimici Deus non accipiat, ut ea praemio aeterno remuneret: non tamen negat quin opera bona quauis mortua peccatoribus non obduratis, sed sua peccata humiliter confitentibus, & veniam petentibus sint gratiae impetratiua, ut de Publicano patet, qui per humilem & deuotam orationem peccatorum suorum indulgentiam obtinuit, & descendit iustificatus in domum suam. Similiter & Cornelius orationibus & elemosynis impetrauit, ut a Petro baptizaretur eum omnibus cognatis & necessarijs amicis, Spiritu sancto etiam in signo visibili super eos descendente. Valent etiam opera extra charitatem facta ad impetranda bona temporalia. Patet de obstetricibus, quibus in remuneratione aedificauit Deus domos. Vnde Augustinus inquit, quod iustitia & castibus strenuis Romani promeruerunt a Deo imperium. Valent insuper ad euitandam transgressionem praecipit. Patet de honore parentibus impenso: de elemosyna donata pauperi, de horis canonicis distis a peccato re in statu peccati mortalis. Valent ad resistendum inclinationi criminis, iuxta illud, Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccato. Et ad habitandam hominem in opere bono, ut assuescat tandem ex charitate operari, sicuti opera seruiliter facta ex timore poenae indicunt charitatem. Vnde Augustinus, Cum per timorem gehennae continet se homo a peccato, fit consuetudo iustitiae, & incipit quod durum erat amari, & incipit excludi timor a charitate, & succedit timor castus, quo timemus, ne rardet sponus, ne discedat, ne eo careamus. Valere vltimo ad temporalis poenae relaxationem, aut aeternae diminutionem, si charitatem non induxerint. Vnde Augustinus, Si quis non habens charitatem in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, famem, persecutionem, flammam, bestias, vel ipsam crucem timore gehennae, nullo modo ista culpanda sunt: imo haec est laudanda poenitentia. Non enim dicere poterimus, Melius ei fuisset, ut Christum negando nihil eorum pateretur, quae passus est. Et concludit, Si autem charitatem induxerint, liberant a gehenna totaliter, & meritorie ad aeternam perducunt gloriam. Consulendum est ergo peccatoribus, ut quodcunque poterit manus eorum, instanter

Luce. 18

Act. 20

Exod. 2.

5. de Ciui. Dei. c. 12. & 15.

Eccles. 3.

Aug. psal. 117.

August. de pgni. dist. 2. c. sicur scia.

Eccles. 9

operentur, maxime vt pietatis opera in veros & pauperes humiles exercent, iuxta illud, Da misericordiam, & ne suscipias peccato re bene fac humili, & no des impio. Ita cōsuluit Daniel Nabuchodonofori dicens, Con filium meum placeat tibi rex: peccata tua elemofynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. De hac quaestione vide supra. 2. tomo Chryfostomi.

VIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An omnes Apostoli tēpore passio nis fidem amisserint.



Augustinus de tēpore ser. 140. feria. 2. Paschae, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Dno ex discipulis Iesu ibant, &c.

asserere videtur, quod duo ex discipulis fide perdidit. Sic enim scripsit, Eia fratres, vbi voluit Dns agnosci, in fractione panis: securi fumus, panem frangimus, & Dominum agnoscimus: noluit agnosci nisi ibi propter nos, qui non eum vituri eramus in carne, & tamen māducaturi eius carnem. Quisquis ergo fidelis es, quisquis verbum Dei cum timore & spe audis, cōsolatur te fractio panis absentia Dni: nō est absens, habeto fidem & tecum est, quē non vides. Illi, quādō cum eis Dns loquebatur, neque fide habebāt, quia eum resurrexisse nō credebāt, nec resurgere sperabant: perdidit fidem, perdidit spem, ambulabāt mortui cū viuentē: ambulabāt cum ipsa vita, cū illis ambulabat vita, sed in eorum cordibus nōdum erat vita. Tu vero, si vis habere vitā, fac quod fecerunt, vt agnoscas Dnm: hospitio susceperunt: similis enim erat Dns tāquā in lōginqua pergeri: alij vero tenuerūt eum, posteaquā venerunt ad locum, quo sedebāt, dixerūt, iam hic nobiscum mane, declinauit in vesperum dies. Tene hospitē, si vis agnoscere Saluatorē, quod tulerat infidelitas reddidit hospitalitas.

Et de tempore ser. 144. feria. 3. Paschae ser. 1. eandē repetit sententiā, inquit, Iste enim Euāgelista narravit quia duo latrones crucifixi sunt cū Christo: recolamus fidē latronis, quā nō inuenit Christus post resurrectionē in discipulis suis: pēdebat in Cruce Christi,

pendebat latro, in medio ille, illi à lateribus: insultat vnus, credit alter: iudicat meli⁹ ille, ille enim qui insultabat, hoc dixit, Si Filius Dei es, libera te. Et alius ad illum, Tu non timeas Deum, si nos propter facta nostra merito patimur, ipse quid fecit? & conuersus ad eum, Memento, inquit, mei Dne, dū veneris in regnū tuum. Magna fides, huic fidei quid addi possit ignoro. Titubauerunt qui viderunt Christū mortuos suscitante: credidit ille quē videbat secum in ligno pendentem.

Pro Augustino respondemus, q ipse mentem suam explicauit de tēpore ser. 161. Dñica in octauas Paschae ser. 5. inquit de Thoma, quod voluit cicatrices & vulnera Christi scrutari, nō propter se tātum, sed quod sibi gessit, cunctis proficit: cū suā enim exercuit sollicitudinem, fidem omnium cōfirmavit. Quāvis igitur modicę fidei homo, quāvis imbecillis ingenij Christianus, nūquam sollicitudinē suam inquisitioni Thomę æquū parare potuisset: nam cū sanctus esset fidelis & iustus, hęc omnia sollicitē requisit, nō quod ipse aliquid dubitaret, sed vt omnē suspicionem incredulitatis excluderet. Nā susceperat illi ad fidem propriam, vidisse quem nouerat, sed nobis operatus est, vt tangeret quem videbat: vt si forte diceremus deus esse oculos, nō possemus dicere, man⁹ illius fuisse frustratas. In resurrectionis enim manifestatione de aspectu ambigi potest, de tātū nō potest dubitari. Cōstat enim charitatis ipsius testimonio redijisse ab inferis Saluatorem. Si ergo de Thoma inquit, quod erat sanctus, fidelis, & iustus, nō ergo fidem amisit, cū sanctitas, fidem, spem, & charitatē præsupponat. Et si Thomas de Christi resurrectione nō dubitauit, ergo nec ceteri dubitauerunt, sed tātum titubauerunt, quę quidem formido & titubatio cum fide stat. De hac quaestione vide supra tomo. 9. D. Augustini ad quintum quaesitum.

VIGESIMVM SECVNDVM  
QVAESITVM.

An Christianus sit dicēdus, qui inimicitias die Paschatis non vult finire.

Augustinus de tempore ser. 157. in fine Dñicę in octauis Paschae ser. 1. asserere videtur, Christianū nō esse dicendum, qui tēpore Paschatis

Luc. 6

Matth. 27

Matth. 18

tis inimicitijs obdurat⁹ manet. Exponēs verba illa Domini, *Dimittite, & dimittetur vobis*, Memento te ferui illius, cui omne debitum Dns eius, quod donauerat, replicauit, quia cōseruo sibi debenti cētum denarios misericordiam nō rependit, quā de talentorum decē nullib⁹ quā debebat accepit. In hoc genere operis boni nulla est excusatio, vbi sola voluntas tota facultas est. Potest quisq; dicere, ne stomachus doleat, ieiunare non possum: potest etiā dicere, volo dare pauperi, sed vnde non habeo: aut nō tantum habeo, vt timeam egere si dederō. Verūtamen quis dicat, ideo non ignoui veniam petenti, quia me valetudo impediuit, aut quia manus, qua porrigere non fuit? Dimittite, vt dimittatur tibi: cordis hoc opus est, nullum vel carnis suę mēbrum in adiutorium animę assumitur, vt hoc impleat, quod regatur, voluntate agitur, voluntate perficitur: fac securus nil in corpore dolebit, nihil in domo minus habebis. Iam vero fratres videte quod malum sit, vt penitenti fratri nō ignoscat, cui præceptū est, vt inimicū adhuc diligat. Quæ cū ita sint, & cū scriptum sit, Sol nō occidat super iracundiā vestrā, considerate fratres, vtrum Christian⁹ sit dicēdus, qui aut his diebus inimicitias nō vult finire, quas nunquam debuit exercere. De hoc quaesito videtomo isto. 10. ad. 16. quaesitum, & tomo. 9. ad. 23. quaesitum.

Ephes. 4

VIGESIMVM TERTIVM  
QVAESITVM.

An mors Christi suspirijs sit celebranda.



Augustinus de tempore ser. 181. de expositione symboli in vigilia Pentecostes. c. 5. asserere videtur, mortem Christi non suspirijs, sed cōtinuis laudibus esse celebrandam, inquit, Cōsilio Diuinitatis suę suscipit hominem, vt pro homine posset occidi: supplicium autē crucis elegit, vt sublimiorē victoriam pararet poena deterior: & qui vniuersitatis bono patiebatur, quasi in conspectu mundi in altum sublatus occumberet simul, vt qui crucifixum videbant, mirabilia cernerent crucifixi: nam satis abundēq; gloriam patientis ostendit repentina solis obcuritas, tremor terrarum, saxorum diuisio, re-

surrectio mortuorum: illud autē quāti est testimonij quod etiam pariter crucifixus latro memoriam sui in cęlesti regno fieri à confortē supplicij precabatur. Hinc est charissimi, quod illusiones, & probra, quę pertulit Christus, crucem mortemq; eius non suspirijs in gemiscimus, sed continuis celebramus laudibus. Mors Domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in sola carne: mors vero nostra non solum in carne, sed etiam in anima: in anima propter peccatum, in carne propter poenam peccati. Ille vero quia peccatum nō fecit, neque habuit in anima, nō est mortuus nisi in carne tātum, & hoc per similitudinem carnis peccati, quā de Adā traxit. Igitur simpla eius mors profuit duplę morti nostrę, & simpla eius resurrectio resurrectioni animę & corporis. Resurrectio quippe eius duas mortes nostras soluit, duas resurrectiones nostras formauit. De hoc quaesito vide B. Ambrosium ad. 19. quaesitum.

Luc. 23.

1. Petr. 4  
Rom. 8

VIGESIMVM QVARTVM  
QVAESITVM.

An sint tantū inferorum duo loca.



Augustinus de tempore ser. 132. in Dominica. 17. ser. 2. de ebrietate vitanda, asserere videtur, in inferis duo tantum esse loca, & tertium non esse, inquit, Et ideo rogo & per tremē dum diem Iudicij vos adiuro, vt quārum potestis ebrietatis malum, auxiliante Deo, fugiatis: & iam vobis incipiat verēdū esse quod vcsq; gentibus & pagānis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo quia Deo propicio illis dissimiles estis in fide, similes esse in ebrietate penitus non debetis: quia etiā reliqua peccata Christiani non admittunt, sola eos si frequens fuerit ebrietas, & emendatio ac poenitentia non subuenerit, in inferni profunda præcipitat, secundum illud, quod iam dictum est, Nec ebriosis regnum Dei possidebunt. Sed dicit aliquis, Ego regnum Dei nolo, æternam requiem tantum obtinere desidero. Nemo se decipiat fratres, duo enim loca sunt, & tertium non est vllis. Qui cum Christo regnare non meruerit, cum diabolo absq; dubitatione vlla peribit. Licet his verbis Augustinus purgatorium non assignet, nō tamē illud negat. Tantum enim asserit, iustis requiē æternam

1. Cor. 6.



esse debitam, impijs vero damnationē æternam. De poenis purgatorij nō meminit, quia æternę nō sunt, nā cum soluerit penā peccatis sibi in seculo dimissis, cū in charitate discesserit, ad æternam requiem Angelorū misterio transferitur. De hac quæstione vide supra. 4. tomo Chrysostomi ad. 11. quæsitū, & 7. tomo Hieronymi ad tertium.

VIGESIMVM QVINTVM  
QVAESITVM.

An si quis ad incantatores recurrat, in illo pereat sacramentum baptismi.

**A**ugustinus de tēpore ser. 241. Dñi ca. 21. de augurijs ser. 2. asserere videtur, in his qui ad augures vel incantatores recurrunt, baptismi sacramentum perire, sic inquit, Bene nostis fratres charissimi, me vobis frequentius supplicasse, & paterna sollicitudine cōmonuisse, pariter & contestatum esse, vt illas sacrilegas paganorum cōsuetudines obseruare minime deberis. Sed quantum ad me multorum relatio ne peruenit, apud aliquos parū profecit admonitio mea. Quia si vobis ego nō dixero, & pro me & pro vobis malam sum redditurus rationem in die Iudici, & vobiscū mihi erit necesse æterna supplicia sustinere. Ego me apud Deum absoluo, dum iterum atque iterum admono, pariter & contestor, vt nullus ex vobis caragos, vel diuinus, vel sortilegos requirat, nec de qualibet eos aut causa, aut infirmitate interroget, nullus sibi præcātatores adhibeat, quia quicumq; fecerit hoc malū, statim peribit in illo baptismi sacramentum, & cōtinuo sacrilegus & paganus efficitur. Et nisi grandi elemosyna, dura & prolixā poenitentia subuenierit, statim in æternū peribit. Sæpe admonuimus fidē, nō nisi per peccatum infidelitatis, aut hēresis amitti, vt Cōcilium Triden. diffiniuit. Vide. 2. tomo Chrysostomi ad nonū: & tomo. 9. Augustini ad. 17. quæsitum.

VIGESIMVM SEXTVM.  
QVAESITVM.

An peccatores Deo credentes fidem habeant.



Augustinus de tempore ser. 243. Dominica. 22. ser. 2. de castitate coniugali asserere videtur, peccatores, si in delictis diu obstinavi permanferint, fidem amittere: nam exponens illud psalmi, *Noluis benedictionem, & elongabitur ab eo*, sic scripsit. Iam vide si poenitentiz remedium non subuenit, quid de illo erit, vel qua sentētia cum necesse erit in futuro subiacere, qui iam in hoc seculo benedictionem cum spona sua non fuit dignus accipere? Et illud attendite fratres, si in tam graui periculo qui vxores non habent, aut cōcubinas sibi adhibet, aut adulteria admittunt, quid de se infelices illi cogitant, qui forte coniugia habentes, adulterant, & infano furore vel crudeli infelicitate de iudicio Dei desperant, qui nec supplicia inferni formidant, neque desiderant præmia æterna? Si enim fidem haberent, vtique Deo crederent, & venturum iudicium cū tremore metuerent. Probatum enim, quia hominibus credunt, & Deo non credūt, vt publicē vbi homines vident, adulteria timeant, & secreta vbi Deus videt, omnino non timeant. Si qualescunq; scintillam fidei haberēt, sicut non permittunt seruos suos in præsentia sua peccare, ita nec illi in conspectu Domini sui adulterare præsumerent. Sed de talibus clamat per Prophetā Spiritus sanctus, Dixit, inquit, insipiens in corde suo, non est Deus. Certum est enim, quia non credit Deū esse, qui in tenebris & in occulto illa, præsentibus Deo, facit, quæ publicē facere, præsentibus hominibus, pertimescit. Nescit infelix, quia vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. De hac quæstione vide locis citatis superiori quæsitō.

VIGESIMVM SEPTIMVM  
QVAESITVM.

An Petrus & Paulus æquales & similes in omnibus fuerint.

Augustinus de sanctis Petro & Paulo Apostolis ser. 3. in eodem festo asserere videtur, incertū esse an Petrus præferendus sit Paulo, vel è contra. Sic enim habet, Clauem enim quodammodo à Christo scientię & Paulus accepit: clauis enim dicenda est, qua ad fidē pectorū dura referantur mentium secreta panduntur, & quidquid intrinsec⁹ tenetur clausum, in palā rationabili

psal. 13.

manifestatione producit. Clavis inquam est, quæ & conscientiam ad confessionē peccati aperit, & gratiam ad æternitatem mysteriorum salutari includit. Ambo igitur clauis à Domino perceptorum, scientiæ iste, ille potentia: diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros iste largitur. Sunt enim thesauri scientiæ, sicut scriptum est, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię Dei absconditi: ergo Beati Petrus & Paulus eminent super vniuersos Apostolos, & peculiariter quadam prerogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui præponatur, incertū est: puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione: & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Nō enim putemus sine causa factum, quod vna die, vno in loco, tyranni vnius tolerauerunt sententiam. Vna die passi sunt, vt ad Christū pariter peruenirent: vno in loco, ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, vt equalis crudelitas vtrique cōstringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Eandem sententiam confirmat ser. 5. in eodem festo inquit, Discurrūt itaque per vniuersum mundum duo splendidissimi negotiatores, portantes coram gentibus, & regibus, & filiis Israel pretiosa fidei mercimonia: circumferunt aromata iustitię, thura Dinę venerationis, incensū cōpunctionis, balsamū castitatis: illi igitur sal prudentiæ spiritualis, de quibus dicitur, Vos estis sal terrę, quibus vtique animæ condiantur, vt inuiolate ab æterna peccati corruptione seruentur. Erogant per omnem terram spiritalis dispensatores pretia salutis, thesauros sanctitatis, quærunt quos secum ad cœlos attrahant piscinam animarum parentes: dispares partium studijs, operum meritis pares, æquales enim illos ac similes per varia ac diuersa virtutum genera dixerim. De hoc quæsitō vide supra 4. tomo B. Chrysostomi ad. 17. quæsitum, & tomo. 9. B. Hieronymi ad decimum quæsitum, & tomo nono Beati Augustini ad nonum quæsitum.

Clavis.

Colof. 2

2. q. 7. ca. Beati.

Matth. 5.



Augustinus de sanctis ser. 35. in festo assumptionis Virginis Marię ser. 2. in eodem festo diffinire nō audeo, an Beatissima Virgo in corpore, vel extra corpus fuerit in cœlum assumpta, inquit, Hęc dicimus fratres, quia sicut iam in consuetudine suscipit ecclesia, hodierna die ad cœlos assumpta fuisse creditur Virgo Maria. Sed quo ordine hinc ad superna trāsierit regna nulla Catholica narrat historia. Hinc sane pullantur nonnulli, quia neque corpus eius in terra inuenitur, neque assumptio eius cum carne, vt in apocrypha legitur, in Catholica reperitur historia. Quibus dicendum est, quasi Moysi corpus non inuenitur ab homine in terris, cum quo locutus est Deus facie ad faciem, illius quærere dementię est, per quam idem maiestatis Deus incarnatus effulsit in terris. Neque enim dignum est, de corporis eius notitia sollicitum quempiam esse, quam non dubitat super cœlos eleuatam cum Christo regnare: sufficere debet tantum notitię humanę hanc verē fateri reginam cœlorum, pro eo quod peperit Regem Angelorum. Ambrosius enim cum versiculum illum tangeret, Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius, ait, Nec historia, nec litera docet, Mariam gladio vitam finisse. Hinc & Isidorus per hoc dictum incertum inquit, vt trum gladium spiritus, an gladium significet persecutionis? Et quid dicam, cū nec ipse qui hanc accepit ante Crucem Domini in suam, id est, Ioannes Euangelista, de hoc posteris aliquid retinendum scriptis mandauerit? Null⁹ enim hoc fidelius narrare potuit, si illud Deus manifestare voluisset, quā ille vtique, qui hanc nutriendam suscepit, nec contra amorem filius matrem relinquit. Restat ergo, vt homo mendaciter non fingat apertum, quod Deus voluit manere occultū. Vera autem de eius assumptione sententia hęc esse probatur, vt (secundum Apostolū) siue in corpore, siue extra corpus ignorantes, assumptam super Angelos eam esse credamus.

Deut. 34. Ex od. 33.

Luc. 2

psal. 72.

ria

VIGESIMVM OCTAVVM  
QVAESITVM.

An Virgo in corpore, vel extra corpus fuerit in cœlum assumpta.



Cant. 2

Esai. 52  
Baruc. 5

Gregorijs.

ria assumpsisti me. Et quod die eius assumptionis ab sponso filio & Domino congrue audiuit, iam hęc transtulit, imber abiit & recessit, surge proxima mea, sponsa mea, coelibus meis, & veni: & ei dici posse illud Esai. Induere vestimentis glorię tuę ciuitas sancta: & illud Baruc, Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuę, & indue te decore & honore, qui tibi à Deo est in gloria sempiterna. Nec ratio ad id suadendum deest, nam si multa corpora sanctorum Diuinitus reuelata noscimus, rationi non consonat, vt Deus corpus matris eius in terris occultari sineret, qui legem de parentibus honoradis scripsit. Vnde Gregorius in collecta, Nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, &c. aut ergo mortis nexus est quid bonum, vel malum: non primum, quia bonum non deprimunt, sed potius eleuat: si secundum aut malum culpę, aut poenę: non primum, quia mors omnes nex? ad culpā dissoluit: post mortē enim non est status culpę sed poenę: si poenę, quęrimus, quam poenam importet? Non gehennę, quia mors ad illam non necit: multi enim moriuntur, qui tamen gehennam nō vident: nec purgatorij, quia multi iusti non habent aliquid purgandum, nec poenam temporalem, quia ad illam mors non necit, sed absoluit, ab illa: nec potest poenam mortis dicere, quia Beatissima Virgo verē mortua fuit. Relat ergo quod aliud signare non potest, nisi incinerationem, ita vt sit sensus, Nō potuit mortis nexibus deprimi, id est, nō potuit incinerari. Si autem statim non surrexisset eius corpus, sicuti & alia corpora, incineratum fuisset. Vnde Patres dicunt, Virginē Beatissimam adumbratam fuisse in lignis scythim, de quibus arca foderis Domini fabricata est: quorum natura, sicuti naturales tradunt, est quod à vermibus nec rodūtur, nec perforantur, nec aquis submersa vnquā putrescunt, sicuti alia ligna. Tum etiam, quia aliqui ex Patribus tradunt, corpora sanctorum, quę tempore passionis Christi apparuerunt, ministerio Angelorum simul cum animabus in cęlum esse assumpta, quia illorum fuit vera resurrectio in Iudęorum damnationem. Nec necessum fuit, quod iterū morerentur, postquam semel mortem gustauēre: priuilegium autem quod illis concessum est, ratio non apparet, cur Beatissimę Virginis denegetur. Potuit ergo die, qua assumpta est, illud Prophetę dicere, Sicuti in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Primo, quia si quorundam animę ad te

sitiant, non tamen eorum caro, quę spiritui aduersatur: priuilegio autem singulari, quo me dotasti, caro mea in omnibus spiritui subiecta fuit, nec ei vnquam aduersata est. Si ergo anima tanquam Domina in te situit, quā multipliciter, & fortiori ratione caro ei subiecta ad te sitit, vt veniat & appareat coram facie tua. Secundo, quia multis miserijs & angustijs caro est affecta, vt pote quę incine rationi, & putrefactione est subiecta, pluribus etiam ardoribus angustiat. Vnde maiorē habet occasionem sitiedi, & ideo multiplicetur tibi sitit caro mea. Tertio, quia licet animam de mea substantia non sumpsisti, bene tamen carnem: est enim os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ideo si anima ad te sitit, multo amplius caro mea: parētes enim maximo affectu sitiūt loco illo stare, vbi nouerunt filios suos gloriosos triumphare, ideo ad te sitit anima mea, & quā multipliciter tibi caro mea. Nō ergo dedignaueris carnē ad te assumere ex qua plasma traxisti humanum. Vltimo, quia licet anima mea orationibus & desiderijs multis in te situerit, multo amplius caro mea hoc manfestat, quę per peregrinationes & angustias & vigilijs & ieiunia lassata & humiliata est. Iube ergo me ad te venire matrem tuam super aquas huius mundi, vt maneam tecum in seculum seculi, vt sicut te pridē corpus & anima hospitio suscepit, ita & nunc corpus & animam simul recipias.

Pro Augustino respondemus, quod cū dixit, Vera de eius assumptione sententia hęc esse probatur, vt (secundum Apostolum) siue in corpore, siue extra corpus ignorantes assumptam super Angelos eam esse credamus, locutus est secundum quod suo tempore ecclesia tradidit, & quia scientia non est, sed tantum pia ecclesię & Doctorum traditio, quod corpore & anima est assumpta, fat fuit suo tempore affirmasse se credere assūptā esse super omnes Angelorum choros: an vero corpore & anima, an sola anima, Deus, inquit, scit: & suo, inquit, tempore ignoramus. Nos autem quia pie corpore & anima fuisse assumptam credimus, id asseueranter affirmamus. Et ideo admonem, ne quis sermone publico sententiam Diui Augustini manifestet, quia opposita sententia adeo nunc est recepta in ecclesia, quod infirmis & pusillis occasione scandalij præbebit, sicuti si in concione publica conceptam fuisse in originali affirmaret: quod tamen in scholis in vt ranque partem tam primā, quā secundam

psal. 62.

secundam quæstionem disputare licet, cum tamen extra scholas publice affirmare nevtiquam liceat.

VIGESIMVM NONVM  
QVAESITVM.

An minuta peccata, si nimium plura sint, mergant in infernum.



Augustinus de sanctis ser. 41. de animabus fidelium defunctorum ser. 4. de igne purgatorij, asserere videtur, non solum maiora, sed minuta etiam peccata, si plura sint, animam in infernum mergere, exponens enim locum hunc Apostoli, *Si quis quis super edificat supra fundamentū hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit, &c. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*, ait, Multi sunt qui lectionem istam male intelligentes falsa securitate decipiuntur, dum credunt, quod si supra fundamentum Christi capitalia crimina ædificent, peccata ipsa per ignem transitorij possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iste fratres charissimi corrigendus est, quia ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur: illo enim transitorio igne, de quo dixit Apostolus. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, non capitalia, sed minuta peccata purgantur: & quāuis quod peius est non solum maiora, sed etiam minuta, si nimium plura sint, mergunt. Et explicat, quę sint maiora, vel quę criminalia capitalia. Inter capitalia annumerat sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum, rapinam, superbiam, inuidiam, auaritiam, & si longo tempore teneatur, iracundiam, & ebrietatem, si assidua sit. Minuta vero sunt, quoties aliquis in cibo aut in potu plus accipit quā necesse sit: quoties plus loquitur quā oportet: aut plus tacet quā expedit: quoties pauperem importunē petentem exasperat: quoties, cum corpore sit sanus, alijs ieiunantibus, prandere voluerit: aut somno deditus tardius ad ecclesiā surgit: quoties excepto filiorum desiderio, vxorem suam cognouerit: quoties in carcere, & in vinculis positos tardius requirerit: quoties infirmos tardius visitauerit: si discordes ad concordiam reuocare neglexerit: si

plus proximum, vxorem, filium, aut seruum exasperauerit quā oportet: si amplius fuit blanditus quā expedit: si cuiusque maiori personę adulari voluerit: si pauperibus esurientibus cibum non dederit: aut nimium delitiosa aut sumptuosa sibi conuiuia præparauerit: si se fabulis ociosis occupauerit. Et tandem concludit, pluribus alijs enumeratis, quidquid de istis peccatis à nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum est, de quo dicit Apostolus, quia in igne reuelabitur. Eandem sententiam repetit de diuersis ser. 13. de ascensione Domini in fine inquit, Non rogo vos, quam poterit habere spem salutis piger in remedijs, creber in morbis, sed parui morbi sunt: cōgere, & præmūt: minora peccata sūt, quę habeo nō sunt multa, nam quando minora sunt quę præmunt & obruant, quid minutius plurius guttis? flumina implent: quid minutius granis triticis? horrea implent. Tu attendis quia minora sunt, & non attendis, quia multa sunt. De hac quæstione vide supra tomo. 9. Augustini ad primum quæsum.

TRIGESIMVM QVAESITVM.

An qui alijs ieiunantibus ieiunium soluit, solū venialiter peccet.



Augustinus ser. 41. citato de sanctis ser. 4. de igne purgatorij citato, inter minuta peccata assignat quoties cū corpore sit sanus, alijs ieiunantibus prandere voluerit, in quo innuere videtur, quod ieiunium soluere tempore ieiuniorum, quō ecclesia fideles ieiunare constringit, non ex maioribus, sed inter minuta peccata numerari debeat. Ex quo fieri consequens videtur, præceptū ecclesię de ieiuniorum obseruatione ad solam culpam venialem astringere.

Doctores scholastici, 4. sen. dist. 15. & alij dist. 16. S. Tho. 2. 2. q. 147. art. 3. quærunt, an ieiunium sit in præcepto. Et respondet, quod secundum substantiam præcepti præceptum ieiunij est de lege naturę, determinatio tamen ieiunij quoad tempus & qualitatem ciborum est de iure positivo. Primus congressus circa ieiunij materiam est cū hæreticis. Iodocus Clithobus in. 3. libro propugna-culi ecclesię plurima contra hæreticos colligit

git

## ADVERTENTIAE IN DECIMUM TOMVM

git circa hanc materiam. Antiquissima fuit heresis aduersus ieiunium: tēpore enim Apostolorum iam orta erat, vt patet ad Philip. 3. Multi sunt quos sepe dicebam vobis, & nūc flens dico inimicos Crucis Christi, quorum Deus venter est, & gloria in cōfusione ipso rum: crucem Christi dicit labores & abstinentias eius, & eos appellat Crucis Christi inimicos, qui ab escis non abstinent. Hos secutus est Cherintus hereticus, qui cōtra de lectum ciborum, & ieiunia ecclesiae latrare non desinit, allegās pro se illud ad Rom. 14. Regnum celorū non est esca & potus. Post illum secutus est Iouinianus, qui affirmabat, abstinentiam à carnibus non esse ex institutione Apostolorum. Et pro se adducebat Iud Actor. 13. vbi reuelatum est Petro vas lintheum, animalibus immundis plēnū. Hos secutus est Viclephus, qui eandē heresim sustinuit, intendens abstinentias omnes ecclesiae destruere. Tandem Lutherus ieiunia omnia ecclesiae damnat. Alij etiam qui hoc nomine non censentur, sicuti Erasmus ieiunia Carthasienū & Dominicanorum damnat paraphrasi in epistola ad Corinthios, & in epistola apologetica de esu carnum.

Lutherus inquit, quod praeceptum de ieiunio non est reperire in toto Euangelio, nam Matth. 6. Dominus solum tradit modum ieiunandi, non tamen ieiunare praecepit, & 2. Corinth. 6. vbi Paulus inquit, In ieiunijs multis, &c. similiter ait ibi non tradi praeceptū. Et licet Christus ieiunauerit, ieiunium tamē non praecepit, neque vquam admonuit, sicuti in lege antiqua. Quinimo Matth. 9. & Luca. 5. videtur Christus ieiunium damnare, nam cū discipuli Ioannis à Christo quēsierint, quare discipuli tui non ieiunant? respondit illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cū auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Ex quibus inferūt, non esse praeceptum de ieiunio, sed solū cōsiliū, quia ecclesia hoc praecepere non potest. Et istam appellant libertatem ecclesiasticam: in quo similes sunt pharisaeis, de quibus Dominus ait, Cui similem estimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus dicunt, Cecimus, & nō saluasti: lamētauimus & nō planxistis. Venit enim Ioannes nec manducans neque bibens, & dicunt, dāmonium habet: venit filius hominis manducās & bibens, & dicunt, ecce homo vorax & peccator vni.

Contra omnes hos hereticos sequētem statimus conclusionem, Ieiunium est in praecepto, & de iure positiuo: quia quōd sit de iure naturali nullus nec hereticus, nisi Epicureus sit, id dubitat, nepe, aliquid demere de cibo & potu propter finem aliquē honestū. Quōd vero sit praeceptum de iure positiuo ad mortale obligans cōstat. c. Quadragesimam de conse. dist. 5. & de obseruatione ieiuniorum dist. 76. Quōd si quis obijciat, q̄ tex. sonare non videtur esse praeceptum. Dico, q̄ ecclesia dum abstinentiam Quadragesimalem quatuor temporum, & vigiliarū indixit, ieiunium constituit in virtute abstinentiae. Et ideo frangens ieiunium nō solum contra obedientiam peccaret, quia ex contemptu ieiunium frangeret, verum & cōtra abstinentiam, si non ex contēptu, sed ex gula id faceret: potest enim ecclesia actum alij quem in specie virtutis constituere, cui contrarius actus vitium erit & peccatum.

Ad argumentum hereticorum, quia huiusmodi praeceptum in Euangelio nō habetur, respondet Augustinus in epistola. 86. ad Celsianum, inquit, In Euāgelicis & Apostolicis literis, totoq; instrumento nouo animo id reuoluens, video praeceptum esse ieiunij. Quibus autem diebus oporteat ieiunare, & quibus non oporteat, praecepto Domini vel Apostolorum non inuenio determinatum. Et idem in ser. 62. in sabbatho post Quinquagesimam ait, Alijs diebus ieiunare aut remedium est, aut praemium, sed in Quadragesima non ieiunare peccatum est. Ambrosius ser. 34. in Quadragesima inquit, Christianus consecratam non implens Quadragesimam, praearicationis & conumationis reus tenetur. Et illico ser. 36. probauimus hūc quadragenarium numerum dierum non ab hominibus institutum, sed Diuinitus consecratum. Verum tamen est quod vix reperitur locus, vbi tempus Quadragesimale institutum sit sub praecepto. Probabiliter tamen credimus, Quadragesimale ieiunium à tempore Apostolorum per traditionem ecclesiae esse deriuatū. De cuius obseruatione varij fuerunt ritus in ecclesia: nā prius solū ieiunabatur sex hebdomadae: & vesperae, quae ante prandium erant, incipiebant à feria. 2. primae Dominicae Quadragesimae: postea vero additi sunt quatuor dies à feria quarta Cenerum vsque ad Dominicam primam Quadragesimae: sicuti. c. illud Quadragesimam citatū asserit. Theophorus tamen Papa. c. statimus dist. 4. praecepit, Quadragesimam obseruari

Ad argumentū hereticorum August.

obseruari à Dñica Quinquagesima. Quod licet religiosi ex consuetudine seruent, non tamen tanquā de praecepto. Quatuor vero tempora instituta sunt. c. constitutum dist. 76. & alijs capitibus illius distinctionis. De vigilijs Pentecostes, & sanctorum Apostolorum habetur. c. cōsiliū de obseruatione ieiuniorum, in quibus standum est consuetudine. Nam in Gallia solum vigilia Apostolorum ieiunantur, sicuti de rogationibus & vigilia ascensionis statur consuetudine. De non comedendis carnibus die veneris & sabbathi habetur. c. de esu, & c. sabbatho de cōsec. dist. 3. De abstinentia à carnibus die sabbathi, in Hispania seruatur vno modo, & in Gallia alio modo: & in Hispania sunt diuersi ritus, & obseruationes, nam in Galetia vix à carnibus incolae abstinent, nā loco lardi omni carne suili sine scrupulo vtuntur: & loco capitis arietum, nedū occipit, sed vsq; ad humeros arietis comedunt. Standum est in hoc consuetudine vniuscuiusque prouintiae, licet cōsuetudinem Galetiae vsq; nos non approbamus, sed propter inopia gentium id tantum permittimus.

Est ergo cōclusio, quā statimus, quod est de iure positiuo praeceptum de ieiunio ad mortale obligans. Et intelligimus esse praeceptum de iure positiuo, non solum humanū, sed etiam Diuinum. Sicuti de cōfessione sacramentali asserimus, quod est de iure Diuino: determinatio tamen temporis est de iure positiuo: & multa his similia sunt in ecclesia. Quōd si quæras, vbi in Euangelio habeatur praeceptum illud? Augustinus responderet, q̄ animo id reuoluens in Euangelio clare & distincte id non inuenit. Colligitur tamē ex loco illo Matth. 6. vbi Dominus triplicia iustificacionis opera tradidit, scilicet, eleemosynam, ieiunium, & orationem. Cōstat autē, quōd illa non tanquam indifferentia ad ritum ecclesiae, sed tanquā necessaria tradidit. De praecepto autem eleemosynae, & orationis, dubium non est, quin fideles liget. Idem ergo iudicium est de ieiunio, cū Christ⁹ Dominus de tribus illis operibus satisfactionis simul loquatur. Et Paul⁹. 2. Cor. 6. inter opera ad salutē necessaria ieiunia cōnumerat, inquit, in omnibus exhibeam⁹ nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta. Et Luca. 3. Christus dicitur discipulorum Ioannis

approbavit: nam licet dixerit, quandiu filij cū sponso sunt, ieiunare non debēt, nō tamē id negauit. Quod si inferas, si Euāgelij id expresse non praecepit, videtur quōs nec ecclesia id praecepere possit. Dico ad hoc primo, q̄ ecclesia habet auctoritatem explicandi, & colligendi praecepta, quae ad debitam benedictionem & cōseruationem ecclesiae expediunt. Dico secundo, quod nedum expediens, sed necessarium fuit, Christum ecclesiae potestatem relinquere instituendi leges & praecepta cōseruationi ecclesiae necessaria: maxime circa ieiunium, quod nō potest in omnibus regionibus & prouintijs eodem modo seruari. Vnde Hieronymus ait, quōd vnaqueq; prouintia in suo sensu abundet. Item, quia hodie homines non sunt adeo robusti, sicuti tempore primitiue ecclesiae, & ideo ritum illum, quo tunc ieiunabatur, modo obseruare, difficillimum esset. Et confirmatur doctrina hęc ex illo Ioannis. 14. vbi promissus est Spiritus sanctus, qui nobiscum maneat, ad illuminandum potestatem suam ecclesiae, & eos, qui illi assistunt, maxime circa ea, quae fidem & mores ecclesiae tangunt: sicuti & assistit Patribus, qui Cōcilijs œcumenicis cōgregatur: quia, vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, dicit Dominus.

Dubium est circa antiquitatē ieiunij, an praeceptum eius à tempore Apostolorum fideles alitrinexerit? Respondeo affirmatiuē: & probo, quia vbiq; in iure fit mentio de ieiunio, est tanquam de re valde antiqua, vt patet. c. Quadragesima de consec. dist. 5. cū ceteris similibus citatis. Cū ergo origo nō reperitur, videtur, quōd ex traditione Apostolorum, à tempore illorum ad nos vsq; peruenit. Sicuti de indulgentijs Patres & Doctores scholastici tradunt. Vnde Hieronymus in epistola ad Marcellā ait, Vnusquisq; circa ieiunium abundet secundum consuetudinem suarum prouintiarum. Nos autem vnam Quadragesimam ieiunamus, secundum traditionem Apostolorum toto omni tēpore nobis cōgruo. Et B. Ignatius Antiochen⁹ episcopus Ioannis Euāgelistę discipulus in epistola ad Philip. inquit, dies festos nolite inhonorare, Quadragesimā nolite pro nihilo habere: obseruationē enim habet ad Christi imitationē. Et B. Rhēnanus in prologo super Tertulianum citat Concilium Arelianēse, vbi traditur modus, quo episcopi ecclesias suas visitare debent, Et debet, inquit, inquirere, qui sunt qui negligunt in dicitur seruari

Hierony.

Ignatius

Rhēnan⁹.

Matth. 6.

2. Cor. 6.

Luca. 3.

uare ieiunium. Ex quibus constat, præceptū ieiunij antiquissimum esse, & à tēpore Apostolorum in ecclesiam deriuatum.

Sed an hæreticum sit negare, quod in ecclesia sit præceptum de ieiunio ad mortale obligans: Caietanus loco citato ait, quòd nisi consuetudo ecclesiæ esset, quæ interpretatur, quod non seruare ieiunium sit mortale, ipse præceptum non videt ad mortale obligans, nisi ex contemptu fiat. Et in Sūma, verbo ieiunium, durius loquitur, inquit enim, quòd non videt præceptū ad peccatum obligans. Ex quo videtur quòd licet sit erroneū, non tamen hæreticum. Probo, quia qui diceret non esse præceptum expresse & formaliter non diceret contra Euangelium, nec cōtra determinationē expressam ecclesiæ. Ex quo videtur, quòd talis assertio non esset hæretica. Respondeo tamen per duas propositiones. Prima, asserere quod ecclesia nō potest statuere præceptum ad ieiunium obligans est hæreticum, & contra Lutherum damnatum Concilio Tridentino, sess. 15. vbi agit de penitentia sacramento Can. 13. inquit, Si quis dixerit pro peccatis quoad poenam temporalem minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflatis & patienter toleratis, vel à sacerdote iniunctis, sed neque sponte susceperis, ut ieiunij, orationibus, elemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus: atque ideo optimam poenitentiam esse tantū nouā vitam, anathema sit. Constat autem quòd asserere quod ecclesia sub præcepto obligare nō potest fideles, ut in casu elemosynis & orationibus vacent, est hæreticum. Similiter ergo & erit hæreticum, quod non potest ieiunium sub præcepto indicare, cū formaliter & expresse sit contra illud Lucæ. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ex quo sequitur, quod si quis asserat non esse præceptum de ieiunio in ecclesia, esset suspectus de hæresi, si asserens vir doctus esset, de quo præsumitur Canonescire. Si tamen absolute quis affirmaret, non esse tale præceptū in ecclesia, est secunda propositio. Assersio talis hæretica esset. Caietanus autē non ait, quod non est tale præceptum, sed solum dicit, quod præceptum non videt, sed consuetudo ecclesiæ interpretatur tale præceptum esse. Quòd si dicas, in Sūma absolute inquit, non esse tale præceptum, neque consuetudinis ecclesiæ meminit, dico, quod art. 3. citato explicat id, quod in Summa dicit, & ita intelligi debet.

Dubium tamen est, an ita sit, quod nō sint præ-

cepta, quæ ad mortale obligent, nisi consuetudine sint recepta, quæ interpretatur ea ad mortale obligare. Respondemus, id esse falsum: omni enim consuetudine & interpretatione seclusa, ex ipsa canonum forma constat ad mortale obligare. Et hoc ex forma legis, licet text. non explicet transgressionem canonis peccatum esse. Et ita est præceptū ieiunij. Sicuti in omni materia grauilicet nō explicetur transgressio legis est peccatū.

Sed an contemptu secluso, fractio ieiunij sit mortale. Dico, quod quicunque potest præceptum transgredi, & per peccatum inobedientia, & per peccatum circa materiam propriam illius præcepti: verbi gratia, præceptum est ducis in bello, quod quilibet miles stationē sibi commissam seruet: potest ibi esse peccatū inobedientia, si miles præceptum ducis nihil faceret: sed si ex timore fugit, & stationem deserit, peccat in materiam præcepti. Sic & in ieiunio, si quis illud frangat, quia legem pro nihilo pendit, talis delinquit peccato inobedientia: si vero legem teneat, comedit tamen, quia fame præmitur, tunc peccat contra præcepti materiam.

Caietanus ad dubium respondet primo, quod qui ex inobedientia frangit præceptum, peccat. Secundo ait, quod in doctrina S. Th. dubium esse non potest, quin ieiunium frangere præter peccatum inobedientia, est etiam peccatum gula. Quod apud Catholicum aliquem dubitari nequit, quia antequam ecclesia indiceret ieiunium Quadragesimale, non ieiunare delictum non erat: postquam vero ecclesia legem statuit semel comedere in die, efficit opus esse temperantia. Vnde omnium vel pomum die ieiunij male comedere, erit peccatum gula, quia, ut diximus, constituitur actum aliquem in specie virtutis, contra riuus illi est vitium & peccatum. Ex quo sequitur, quod asserere peccatum non esse, si quis fame pressus ieiunium frangat, contemptu secluso: tamen ex inobedientia frangere esse mortale, dico hoc repugnare: verbi gratia, Summus Pontifex præcipit fidelibus certo die à vino abstinere, taliter quod abstinentiam à vino tali die constituit in specie virtutis: si tamē materia sit leuis, erit solum veniale, ergo si ex contemptu nō ieiunent, inobedientia ipsa tantum veniale erit: sic in proposito ieiunium frangere ex inobedientia, quia materia est grauis, erit mortale: si tamen fame pressus comederet, solum esset veniale. Ratio est, quia in tali & similibus casibus verisimiliter creditur, tam intentionem legis,

legis quæ legislatorem non intēdere obligare sub poena mortalis.

Dubium

Sed an teneantur ad ieiunium qui sine ieiunij nō indigent, scilicet, corpus macerare, & mentē in Deum leuare? Respondetur, omnes ad ieiunium teneri siue sine ieiunij indigeant, siue non, demptis personis, qui à ieiunio excusantur, quia ecclesia ad finem obligare nequit. Vnde infirmi, quādo infirmitas est euidens, ieiunare nō tenentur: si vero res sit dubia, tunc ad superiorem recurrēdū est. Dubium tamen est, in causa dubia vel infirmitatis, vel cuiuslibet alterius rei, ad quē superiorem recurrere debemus. Ad quod dicimus, quòd dispensare in aliquo præcepto, dupliciter cōtingit: vno modo proprie, hoc est, legē in vniuersum tollere: & isto modo solus Papa dispensare potest, quia solus ipse potest ius tollere: alio modo dicitur dispensatio secundum quid, & hoc est declarare & interpretari quod in aliquo casu non tenentur legi, & hæc proprie nō est dispensatio, sed interpretatio: verbi gratia, cū declaratur quod aliquis adeo infirmatur, quod ieiunare nō tenetur: & isto modo prælati omnes, & parochi dispensare possunt cū omnibus sibi commissis, quia id in rigore potius est legē interpretari & declarare, quā dispensare. Probat hoc ex consuetudine ecclesie, & ratione, quia esset iugum graue, quòd in quacunque simili necessitate ad Papā vel ad Episcopū necessarius esset recursus. Ex quo sequitur, quòd prælati vel parochi huiusmodi dispensationē concedere nequit, nisi solū durante & stāte illa causa, ratione cuius dispensat. Secundo sequitur, quod prælati hoc committere nō debent conscientia subditorū. Ratio est, quia in huiusmodi casibus prælati auctoritas efficit, quod res, quæ ante erat dubia, ex tunc iam non sit dubia.

Dubium

Dubium

quoad vim coactiuam ita tenetur legi, sicut ceteri fideles. In cōtrarium est, quia eo ipso quod non ieiunat, videtur secū dispensare, & interpretari legem, quòd eum non liget. Ad hoc dico primo, quod disputatio est de nomine. Secundo, quātum ad rem dico id peccatū esse dispensare secum sine causa, sicuti manēte præcepto nō ieiunare. Idē enim est vnum quod aliud. Tertio dico, quòd potest immediate cōtra præceptum delinquere nō dispensando: verbi gratia, si præceptum ieiunij frangeret, sine eo quod dispensaret, quia non habuit animum secum dispensandi. Pro Augustino respondemus, quod cū dixit, quæ autem sunt minima peccata: & ea nominans ait, Quoties cū corpore sit sanus, alijs ieiunantibus, prandere voluerit, doctrina hac nō negauit præceptū esse ieiunij, cū epistola 86. ad Casulanū scribens dicat, Ego in Euangelicis & Apostolicis literis totoque instrumēto nouo animo id reuoluēs, video præceptū ieiunij. Et in Ter. 62. in sabbatho post Quadragesimā, Ieiunare inquit, aut remediū est, aut præmiū, sed in Quadragesima non ieiunare peccatum est: peccatum esse nequit, nisi vbi est præcepti transgressio. Mēs ergo euidens Augustini est, esse præceptum ieiunij, & id nō ignorauit, sicuti Caietanus, cū dicit, Video in Euangelicis & Apostolicis literis præceptū esse ieiunij. At sicuti in ceteris præceptis, vel ex paruitate materie, vel ex defectu deliberationis perfecte, quod alias esset mortale, accidit esse veniale: sic & in materia ieiunij. Et adducit exemplum, sicuti cū quis corpore est sanus suauitate aliqua parenti, licet nō omnino iusta & rationabili, alijs ieiunantibus, sine dispensatione, vel potius interpretatione, & superioris declaratione prædere vult. Quod, sicuti exposuim⁹, à culpa saltem veniali excusari nequit.

Caietanus

Dubium

Sed an si sine causa Papa possit in ieiunio dispensare omnino præceptū tollēdo. Dico, quòd licet male faceret, & peccaret, si sine causa plurimos à lege ieiunij absolueret, quia præcepta onerosa omnibus debēt esse cōmunia, factum tamen teneret: quia iura positiua ei subsunt. Sed in tali casu dispensatio dispensatione vterendo, an sit tutus in conscientia. Dico primo, quod sine causa dispensatus nō peccat cōtra præceptum ieiunij, & sic nō delinquit mortaliter: bene tamē venialiter, quia sine causa se subtrahit ab onere communi: quod culpa veniali carere nō potest. Sed an Papa possit peccare contra præceptum ieiunij. Videtur quod sic, quia

quoad vim coactiuam ita tenetur legi, sicut ceteri fideles. In cōtrarium est, quia eo ipso quod non ieiunat, videtur secū dispensare, & interpretari legem, quòd eum non liget. Ad hoc dico primo, quod disputatio est de nomine. Secundo, quātum ad rem dico id peccatū esse dispensare secum sine causa, sicuti manēte præcepto nō ieiunare. Idē enim est vnum quod aliud. Tertio dico, quòd potest immediate cōtra præceptum delinquere nō dispensando: verbi gratia, si præceptum ieiunij frangeret, sine eo quod dispensaret, quia non habuit animum secum dispensandi.

Pro Augustino respondemus, quod cū dixit, quæ autem sunt minima peccata: & ea nominans ait, Quoties cū corpore sit sanus, alijs ieiunantibus, prandere voluerit, doctrina hac nō negauit præceptū esse ieiunij, cū epistola 86. ad Casulanū scribens dicat, Ego in Euangelicis & Apostolicis literis totoque instrumēto nouo animo id reuoluēs, video præceptū ieiunij. Et in Ter. 62. in sabbatho post Quadragesimā, Ieiunare inquit, aut remediū est, aut præmiū, sed in Quadragesima non ieiunare peccatum est: peccatum esse nequit, nisi vbi est præcepti transgressio. Mēs ergo euidens Augustini est, esse præceptum ieiunij, & id nō ignorauit, sicuti Caietanus, cū dicit, Video in Euangelicis & Apostolicis literis præceptū esse ieiunij. At sicuti in ceteris præceptis, vel ex paruitate materie, vel ex defectu deliberationis perfecte, quod alias esset mortale, accidit esse veniale: sic & in materia ieiunij. Et adducit exemplum, sicuti cū quis corpore est sanus suauitate aliqua parenti, licet nō omnino iusta & rationabili, alijs ieiunantibus, sine dispensatione, vel potius interpretatione, & superioris declaratione prædere vult. Quod, sicuti exposuim⁹, à culpa saltem veniali excusari nequit.

TRIGESIMVM PRIMVM  
QVAESITVM.

An qui pacem cordis, oris, & operis non habet, Christianus dici debet.

Augustinus ad fratres in eremo ser, 2. de pace, asserere videtur, quod qui pacē corde & opere non habet, Christianus dici non debet, inquit, Fratres charissimi o si sciretis, quāta sit pacis virtus, & quantum vobis in solitudine  
Ggg deino-



Rom. 1.

Luc. 24.

Ioann. 14

Gen. 4.

2. Reg. 15.

Math. 24

psal. 132

demorantibus necessaria sit. Tanta enim est virtus pacis, quod in eius dignitate Apostolus omnes suas epistolas scribat dicens, Pax vobis & gratia à Dño Deo nostro. Hanc autem salutandi formam nobis primitus donavit Christus dicens, Pax vobis. Hanc pro testamento Christus Apostolis reliquit, tanquam summū bonum, sine quo nullus vivere debet. Sic etiam Pater celestis elementa, & planetas, ceteraque invisibilia ordinavit, ut in vinculo pacis simul cōplecterentur. Sic etiam ordinavit gloriosos Angelorū exercitus, ut post eorum descēsum nulla esset inter eos discordia, sed pax plena atque perfecta. Hęc est illa gloriosa pax, quę fructus marum cogitationū erumpat, mentē fluctuantē illęsam reseruat, cōscientiam purgat. Qui pacē cordis, oris, & operis nō habet, Christianus dici nō debet. Qui in hac non sperat, in lubrico vitā & pedē ponit, in tēpestate nauē collocat, in principio se illaqueat, in arena semē seminat. Et subdit, Nā si Cain pacē habuisset in corde, nō irruisset in fratrem suum: si Absalon pacem habuisset in ore, nō impugnasset patrem: si Iudas habuisset pacem in opere, non fugisset ad laqueum. O quam bonum, o quā iocūdum, o quā Diuinum est habitare fratres in vnum, &c.

Pro Augustino dicim⁹, cōstare de eius mēte, nam cū cōcionatorem ageret per excessum locutus est, quod cōcionatoribus cōmune est. De hoc quęsito vide supra tomo. 9. Augustini ad. 17. quęsitum.

TRIGESIMVM SECVNDVM QVAESITVM.

An anima ad corpus à Deo de cœlo veniat.



Augustin⁹ ad fratres in eremo ser. 49. de miseria carnis & presentis vitę falsitate subindicare videtur, animam ad corpus à Deo de cœlo mitti. Sic enim scripsit, Vx tibi anima, quę tibi carnem contrariam accepisti: caro mala quid quęris? quid desideras? non enim poterit sine te anima in die iudicij iudicari: caro misera & putribilis, & omni scalore peccatorū plena, quando viua eras, pulchra eras vt sol. splēdida vt luna, & oculi tui micabāt vt stellę, & crines tui lōgęui: vngēbas te pretiosis vnguentis, vestibus vtebaris optimis, & in cibis tuis & potibus cōdiebas aromatū multitudinē: & scito anima, cū corp⁹ te

nebrosum & fetidū reficiebas atq; fouebas, escas vermibus preparabas, memorare debuisti, quę à factore & opifice tuo audieris, cū primum peccatum comissisti, Terra es, inquit, & in terrā reuerteris: & Iob audi dicentem, Nudus egressus sum de utero matris meę, & nudus reuertar illuc: audi etiā Esaiā yaticinātem, Vere scēnum est populus. Caro misera & nefanda audi Paulū Apostolum prædicatorem egregium dicentem, Nihil in tulimus in hunc mundū, neq; auferre quid possumus: nil aliud caro misera nisi peccatorum sarcinā secum portat. Non nisi per carnē anima peccat, Anima quomodo potest videat, anima nostra carcerē patitur, caro eam tenet inclusam, anima clamat ad Dominū, non caro, quę in malitia perseverat: anima remedium aliud nō habet, nisi tollatur à carne, & caro redigatur in puluerem. Tollatur ei vinum, & detur ei aqua: auferatur ei sanguis, & detur humor terrenus. Et concludit, O caro quę igni inextinguibili manciparis, audi animā dicentem ad corpus, Ego de cœlo veni à Deo tibi concessa, nam tu de terra es: melius est vt tecum ascendas ad cœlum, quā tu me trahas ad infernum.

Pro Augustino respōdemus, quod mentē suā explicuit ad fratres in eremo ser. 25. inquit, & ideo attendite quod prius seminatur homo, postea concipitur vulua, & ibi caro formatur: deinde post dies quadraginta septem creatur anima & corpori infunditur. Et assercionē prædictā retractauit. 1. lib. retract. cap. 1. his verbis, An quod attinet ad originē animę, qua fit, vt sit in corpore, vtrū de illo vno sit, qui primum creatus est, quando factus est homo in animā viuam, an semper ita fiant singulę singulis, nec tunc sciebā, nec ad huc scio. De hoc quęsito vide supra tomo. 1. Augustini ad primum quęsitum.

TRIGESIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An Deus Ananię & Saphirę pepercit.



Augustin⁹ de diuersis ser. 11 die Dñico octauarū Paschę exponēs locū hęc Acto. 5. Nōmie manens ibi manebat, & sedē suū in tua erat potestate? insinuat re videtur, Deū post hanc vitam

Gene. 3 Iob. 1.

Esaiz. 40.

1. Time. 6

Acto. 5

1. Cor. 11

Dubium

vitam Ananię & Saphirę pepercisse. Nā de auaritia differens, sic ait, Cū lectio legere tur de libro qui Actus Apostolorum inscribitur, animaduertitis quid cōtigerit eis, quicū villam vendidisset, subtraxerunt de precio villę, & ante pedes Apostolorum quasi totum pretium posuerunt, continus correpti spirauerūt ambo vir & vxor eius. Nōnullis videtur nimis seuera ista correptio, vt propter pecuniam de re sua subtractā homines morerentur. Non hoc Spiritus sanctus auaritia fecit, sed Spiritus sanctus mendaciū sic puniuit: nam cū pro toto dimidium tulissent, mendaciū hoc pauendum erat, non tamen fratres videatur seuera correptio mors temporalis, atque vtiā vcusq; vindicta processerit. Quid enim magnū mortibus contigit morituris, sed per illorum temporalem poenam Deus scire voluit disciplinam. Credendū est autem, quod post hanc vitā eis pepercit Deus: magna est enim eius misericordia. De mortibus autem, quę contingunt ex vindicta, ait Apostolus, Propterea in vobis multi infirmi, & egrī, & dormiunt sufficienter, id est, quārum sufficit ad disciplinam imponendam. Multi in vobis dormiunt, hoc est, moriuntur. Flagello enim Domini corripiebantur, egrotabant, & moriebantur. Et subiicit post hęc verba, & ait, Si enim nosipos iudicemus à Domino non iudicemur: cū iudicamur autem, à Domino corripimur, ne cum mundo damnemur. Quid si ergo huic viro & vxori eius tale aliquid contigit, correpti sunt mortis flagello, ne supplicio punirentur eterno.

Doctores scholastici de hac quęstione. 2. sen. dist. 24. S. Tho. 1. 2. q. 86. de reatu & pēna peccati, & art. 3. quęrit, an aliquod peccatum inducat reatum pēnę eternę. Et respōdet cōclusionē affirmatiua, quę est de fide, nam cū peccatum omne semper nocumentum inducat, semper ergo illi manet poena. Modernorum aliqui asserunt, quod pro vno mortali quis non punitur perpetuo pēna eterna. Ad hoc dicendum esse videtur, primo, quod pie credendum est, quod qui lōgo tempore iuste & innocenter vixit, Deus non permittet vt pro vnicō mortali perpetuo puniatur, quia Deus seruorum suorum curam specialem habet, & anteaquam moriatur, eum ad pēnitentiā reducet. Sic enim apud homines accidit, nām rex nō permittet seruū eius fidelem, si casu crimen aliquod pēna capitis dignum cōmittat, occidit, sed à morte liberabit: maiori ergo & fortio-

ri ratione Deus id nō permittet. Vnde psal. Si ceciderit iustus, non collidetur, quia Dñs supponit manū suam. Secūdo dico, quod attēmare quod nullus perpetuo propter vnicū mortale punietur, hereticū esset, quia demones pro primo peccato damnati sunt, & perpetuo puniuntur. Tertio dico, vt Paulus ad Rom. 11. inquit, Incomprehensibilia sunt iudicia Dei & inuestigabiles vię eius.

Sed an omni peccato debeatur poena eterna, cōclusio est negatiua, tam Patrum, quam Doctorum omnium scholasticorum, & est de fide. Cōclusio de se patet. Tantum est dubiū, an veniale mortali adiunctū pēna punietur eterna. S. Tho. in solutione ad tertiu lo co citato art. 5. inquit, quod sic: sicuti & peccatū originale pēna dāni perpetuo punitur. Scotus. 4. dist. 21. tenet, quod veniale dimittitur in inferno. Probat, quia veniale de iustitia non debetur poena eterna, & Deus punit cūtra condignum, ergo. Secundo, quia veniale mortali adiunctum non agrauat in infinitum, non ergo debet in æternum puniri. In republica enim ciuili plebei peccatam non grauius punitur propter concomitantium grauioris peccati. Tertio, quia pro mortali quoad culpam dimisso, nullus punitur æternaliter, quia ei solum debetur poena temporalis, ergo pro veniali quantumcumque mortali adiungatur non punietur in æternum. Durandus. 4. distinctione 21. subscribit sententię Sancti Thom. quia in inferno non est remissio culpę: poena autem nunquam remittitur sine remissione culpę, ergo. Et arguit contra Scotum, quia sequitur, quod in inferno esset redemptio contra illud Iob, In inferno nulla est redemptio. Secundo, quia Scotus concedit, quod in via existēs in mortali non satisfacit, ergo neq; illi, qui sunt in inferno: alias melioris conditionis esset in inferno existēs, quā cū esset in via. Tertio, veniale nunquam remittitur, quādiu quis de illo complacet, etiā si in gratia existat: hi autem, qui in inferno sunt, de peccatis complacent, & ea se cōmississe gaudent, ergo nunquam remittuntur. Quarto, quia sequitur, quod pro eis esset orandum, & suffragia ecclesię eis prodesse, & liceret pro eis sacrificium missę offerre, & ita passio Christi posset illis applicari: consequens autem concedere nō licet, quia est contra ecclesię ritum, ergo. Vltimo, originali debetur poena eterna, ergo & veniali mortali adiuncto. Pro quo est notandū, quod his, qui sunt in inferno, non dantur pēnę

Scotus.

Durandus.

diuerſe, ſed totum debitū ſimul cōſideratur, & ſecundum illud adhibentur plagarū modi. Sicuti cū quis peccato adulteri delinquit cū circūſtātia veniali, quia ibi tantū eſt vnicū peccatum, vna poena punietur. Ex quibus cōſtat, quōd ſentētia Scoti nō eſt ſatis tuta. Ad argumēta Scoti: ad primum, qui alias Deus puniret vltra cōdignum, reſponderetur negādo collectionē, quia quod De⁹ dimittat etiā veniale ex mera gratia Dei eſt: inimic⁹ autē non eſt dignus, quōd Deus etiā veniale illi remittat. Ad ſecundum reſponderetur, q̄ ſi amicus eſſet, ratio cōcludit, ſed quia inimicus eſt, miſericordia non vtitur in eo. Et ſimiliter reſponderetur ad tertium.

De mortali vero, an in inferno poſſit remitti, eſt cōcluſio Patri, & omnium Doctorū negatiua, quae eſt de fide, vt cōſtat ex illo Ecclēſiaſt. 11. Vbi ceciderit lignū, illic erit, ſiue ad Auſtrū, ſiue ad Aquilonē, quaſi nulla ſit poſt mortē ampli⁹ vel in cęlo vel in inferno mutatio: & Deuter. 25. Pro menſura delicti erit & plagarū modus, & Apocal. 18. quānū glorificauit ſe, & in delictis fuit, tātum date illi tormētum & luctum: & Iob. 7. Sicut conſumitur nubes & pertransit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendit. Sed prae omnibus pōderat, quōd infernus appellatur ignis aeternus: quapropter canit ecclēſia, quōd in inferno nulla eſt redemptio. Et ponderandum, quōd non ait, non eſt redemptio, ſed nulla eſt redemptio, videlicet vt neque poſſint inde exire, neque vt eorum poena poſſit remitti, neque vllō valeant releuari refrigerio. Quare in oblatione hoſtiae nulla particula damnatis conſignatur. Item & Dominus Matth. 25. Ite maledicti in ignem aeternum.

De Anania & Saphira conſtare videtur in mortali diſceſſiſſe ex loco adducto: mentiti enim ſunt Spiritui ſancto: quōd mēdatiū nō iocoſum nec officioſum fuit, ergo pernitioſum: quod in materia graui eſt mortale: in poena cuius ſupplicio mortis ſunt puniti: ſtatimq; quōd mēti ſunt, in infernum deſcēderunt. Maxime, quia ſi reſpublica ciuiliſ poena mortis non punit niſi graui delicta, ergo nec Deus: lethaliter ergo delinquerunt, & in mortali diſceſſerunt. De lege autē cōmuni ab inferno nulla eſt redemptio, ſicuti ecclēſia canit. Idē ergo iudicium erit de illis, quod de Traiano, de quo cōmunis conſenſus Theologorū eſt, q̄ per eius cōtritionem & cōuerſionem non potuit ab inferno liberari: dicitur tamē precibus Gregorij in par-

uulum tempus reſuſcitatum, quo conuerſus iterum deſunctus eſt, & ſaluſ factus eſt. Altiſſodoreſis lib. 4. de damnatis exiſtimat, plures ex infidelibus damnatis ab Apoſtolls reſuſcitatos, qui potuerunt ſalui fieri. Quod ſi ita eſt, necelle eſt dicere, legem perpetuitatis inferni intelligendam eſſe ſecundū ordinariam legem, ſed ex priuilegio ſpeciali animas poſſe inde liberari.

Sed tamē quod de hiſtoria Traiani fertur, durum eſt credere, quia cū certum ſit, peccatum mortale eſſe pro damnatis orare, quo modo ergo Gregorius hoc ignorare potuit? Quod ſi non ignorauit, quomodo ſtat quod ſecus fecerit? Niſi dicatur Gregorij dubitāte an in inferno eſſet, pro illo orari. Sed neq; hoc eſt facile creditum. Item, quōd aliqui ex inferno damnatorum reſuſcitati fuerint, qui poſtea in cœlum aſcenderint, contrarium videtur praeſtinationis rationi, nam ſequitur, quōd aliqui praeſtinati fuerint in inferno damnati non ſimpliciter, ſed ſub conditione, niſi poſtea reſuſcitarentur. Quod tamen falſum eſt, nam in morte cuiuſcunque damnati ſentētia abſolute fertur, Ite in ignem aeternum: et ſi iuſtus fuerit, in vitam aeternam.

Ad argumentum, quia Apoſtoli plures reſuſcitarunt, & veriſimile eſt, quōd aliqui illorum ex Gentilitate erant, reſponderetur forte non reſuſcitari niſi eos, qui laborantes ignorantia inuincibili legis Euangelicę, in lege naturali ſaluari poterant, aut alios catechumenos, aut Chriſtianos in purgatorio exiſtentes. Satis enim amplum beneficium Dei erat, ſi aliqui ex his, quos reſuſcitauerunt, cū in inferno eſſent, reſtituerentur in vitam, in qua lege cōmuni ſaluari poſſent. At quāuis opinio hęc teneatur, quōd ex priuilegio ſpeciali poſſunt aliqui ab inferno liberari: nullatenus tamen licet pro illis orare, quia oratio non debet niſi ſecundum legem cōmunem pro illis fieri.

Pro Auguſtino reſpōdemus, q̄ cū dixit de Anania & Saphira, quod correpti ſunt mortis flagello ne ſupplicio punirentur aeterno, non ait, quōd abſolute damnati eſſent, & ab inferno liberati, ſed ſolum p̄de credendū eſſe, quod anteaquam in tartara mitterentur, Deus eis pepercit. Quod ex verbis eius conſtat, ſi debite perp̄dantur, inquit enim, Credendum eſt nempe p̄de, quōd poſt hanc vitā eis pepercit Deus, ſcilicet, anteaquā abſolute ſentētia damnationis aeternae contra eos eſſet lata. Et aſſignans rationem ſuam

ſuae aſſertionis ait, Magna eſt enim eius miſericordia.

### TRIGESIMUM QVARTVM QVAESITVM.

An Angeli corpus, quod aſſumpſerunt, in aliud verum corpus conuertere poſſint.

**A**uguſtin⁹ de diuerſis ſer. 17. videtur aſſumere, Angelos corpora vera aſſumere poſſe, & in alia cōuertere. Nā contra Manicheos pertractas de eo, quod in Iob ſcriptū eſt, Et ecce venerunt Angeli in cōſpectū Dei, & diabol⁹ in medio eorū inquit, an forte ſicut dicere ſolēt, ita nō habebat, ſcilicet, Chriſt⁹ corp⁹ humanū, vt ſe tamē quaſi haberet moſtraret. Quis ergo verius & rectius ſentit, an qui credit Deum locutū eſſe cū diabolo: an qui credit Deum nō ſolum cū diabolo locutum, ſed etiā diabolo eſſe mēritum? Quoſdā enim Angelos humanis oculis apparuiſſe ſcriptura cōmemorat. Sed utiq; poteſtati eorum corporea creaturā ita Dñs ſubdit, vt illis eam pro volūtate coarctaret. Vnde & illi quāuis nō nati ex ſemina, verūtāmē corpus habuerūt, q̄ ex qualibet ſpecie in quālibet ſpecie pro ſui miniſterij atq; officij ratione cōuerterent, ex vera tamē in verā. Nō enim & ipſe Dñs cū aquam conuertit in vinū, aut aquā falſam, aut vinum falſum fuiſſe poſſumus dicere. Omne itaque corpus, cuius eſt natura & ordo mutabilis ad nutum omnipotentisſimi conditoris, in quaſcunque ſpecies fuerit cōmutatum, à veritate tamen in ſuo genere non recedit: cumq; varietate mutetur, eſt corpus tamen, & verum corpus eſſe non deſinit.

Doctores ſcholaeſtici de hac quaſtione. 2. ſen. diſt. 7. & 8. S. Tho. 1. parte. q. 51. & art. 2. querit, an Angeli poſſint ſumere ad ſe corpora. Reſpōdet cōcluſione aſſertiuā, quae eſt cōmunis & Patrum & Doctorum ſcholaeſtici corū. Et probat contra eos, qui aſſerunt Angelos apparuiſſe ſecundū imaginationē: ſed hoc repugnat intentioni ſcripturae, quia id quod viſione imaginaria videtur, eſt in ſola imaginatione vidētis, vnde nō videtur indiſſerenter ab omnibus: ſcriptura autē Diuina ſic introducit Angelos appaerētes, vt cōmuniter ab omnibus viderētur, ſicut Angeli appa-

rentes Abrahę viſi ſunt ab eo, & à tota familia eius, & à Loth, & à ciuib⁹ Sodomorum. Similiter Angelus, qui apparuit Thobiz, ab omnibus videbatur. Ex quo manifeſtum ſit, huiuſmodi cōtingiſſe ſecundum corpoream viſionem, qua videtur id quod poſitum eſt extra videntem, vnde ab omnibus videri poteſt. Viſione autem corporea non videtur niſi corpus, cum ergo Angeli neq; corpora ſint, nec corpora habeant ſibi naturaliter vnita, relinquuntur quōd interdū corpora ſumunt.

Dubium eſt circa hanc doctrinam, qualia corpora aſſumūt ſibi Angeli. Videtur enim, quōd non terra, cū facile tranſmutentur, neque aqua, eadem ratione, neq; aerea, quia nō ita pulchra appaerent, ſicuti cū videtur appaerent. Sāct. Tho. loco citato in ſolutione ad tertium inquit, quod aſſumunt ad ſe corpora aerea. Probat ex breui Angelorū tranſmutatione. Tertulianus libro de incarnatione Verbi ait, quōd Angelorū corpora ſunt carnalia, & ex nihilo facta. Hęc tamen opinio ſuſtineri nequit, nā doctrina communis Theologorum eſt, & Sācti Thomae. 1. parte. q. 45. art. 5. quōd Deus creaturę cōmunicare non poteſt potentiam creandi, non ergo Angeli creant corpora illa, quae aſſumūt: nec dicendum eſt, quōd Deus ſeipſo corpora illa creet: tum quia eſſet miracula ſine cauſa multiplicare: tum quia credendum non eſt, quōd Deus miracula cū dæmonibus operetur. Et tamē, vt Genef. 2. habetur, dæmones quādoq; corpora aſſumūt. Quod ſi dicas S. Tho. in ſolutione ad tertium inquit, Diuina virtute id fieri: reſpōdeo mentē S. Th. eſſe, q̄ modus ille, quo fit, eſt nobis occult⁹, & ſoli Deo & ipſis Angelis notus. Modus tamen cōmunis Theologorū eſt, q̄ corpora illa formantur ex cōdenſatione aeris facta per applicationē aetiorū ad paſſiua miniſterio ipſorum Angelorum. Et addunt Moderni, corpora illa nō formari ex ſolo aere, ſed per admixtionē aliquorum vaporū: quod forte verum eſt. Et inde eſt, q̄ dæmones iſti, quos Hiſpanē Traſgos dicimus, ſerē ſemper appaerēt in locis inferiorib⁹ & cauernoſis, vbi aer eſt magis denſus. Ex quibus cōſtat, q̄ Angeli nō aſſumunt corpora carnea & oſſea. Patet aperte, quia informata eſſent anima ſenſitiua, quōd cōcedendum non eſt, & conſtat ex eo, quia citiſſimē corpus quod aſſumunt, diſſoluitur & diſparet. Vnde corpora obſeſſa nō dicūtur ab Angelo aſſumi, licet poteſtate aliquid habeat ſupra corpus, quod obſidet.



Et ratio est, quia per assumptionem illa non manifestaretur aliquid spirituale.

Dubium tamen est, an materia corporalis obediat Angelis ad nutum. Cōclusio est negatiua S. Tho. q. 110. art. 2. Cui subscribunt Doctores scholastici. 2. sen. di. 8. & est de mente B. Augustini. 3. de Trin. c. 8. vbi inquit, nō est putandum istis transgressoribus Angelis ad nutum seruire hanc visibilibus rerum materiam, sed soli Deo. Ratione probat S. Th. qui agens debet esse simile, & habere similitudinem cū eo quod agit: sicut ignis generat ignem: Angeli autem non sunt similes cōposito, nō ergo obedit illis materia, quantū ad hoc quod possint in eam quācūque formā producere. Moderni, licet in cōclusionē sententiam S. Tho. sequantur, impugnant tamē eius rationem: nō enim oportet, quod omne agens agat sibi simile, nam sol producit mures & vermes, qui sunt ei dissimiles. Ideo assignant hanc rationē, scilicet, quia Deus nihil frustra agit, ideo entibus naturalibus virtutē concessit naturalem ad sibi similia producendum. Dicimus tamen, quod S. Th. ratio, si perspicue intelligatur, est sufficiens, nā agēs naturale immediate solū sibi simile producit, sicuti sol lumen immediate producit, quod similitudinem aliquam habet cū sole, mediate vero mures, pducit & vermes. Vnde S. Tho. maxima est vera, scilicet, quod naturale agēs sibi producit simile vel essentialiter vel accidentaliter. Secundo potest maxima intelligi non de causis vniuersalibus & equiuocis, sed de causis vniuersis.

Sed an quantum ad motum localem corpora omnia Angelis obediant, conclusio est affirmatiua omnium Doctorum scholasticorum. Tantum est dubium, an Angeli corpora per solam voluntatem moueant, vel per potentiam aliquam motiuam à voluntate distinctam. Circa quod varij sunt modi dicendi Doctorū. Quibus omisus dico primo asserendum non esse, quod potētia motiua in Angelo sit res distincta ab eius voluntate. Probo primo, quia in hominis anima nō possumus potētiā motiuam distinctam ab ipsa anima, & eius voluntate: sed anima solū per voluntatem mouet corpus: eodem ergo modo & Angelus. Secūdo, quia potētia illa motiua in Angelo spiritalis esse debet, non ergo est quare potius causatiua sit motus localis quā voluntas. Tertio, quia si Angelis concedimus corpora mouere locali motu, hoc ideo est, quia talis est ordo naturalis, q̄ Angelis, quantū ad motū localem, omnia corpora

obediant. Secūdo dico, q̄ nō oportet potentias istas motiuas ponere distinctas à voluntate. Et ad rationē, quā est in cōtrarium, quia si anima mouet per voluntatē, eodē ergo modo moueret mēbrum aridum sicuti & sanū, quod tamen experimur esse falsum: ponēda est ergo potētia motiua à voluntate distincta. Respondetur, quod mēbrum aridum ideo nō mouetur, quia passum est indispōsitū, respectu tamen Angeli non est indispōsitū passum, nā ita mouet passum indispōsitum, sicuti dispōsitum, quia ei omnia obediunt: quod nō ita dicendū est de anima, quā corpus mouet tanquam eius forma. Quod si arguas ex hac sententia sequeretur, quod Angel⁹ existens in ciuitate Lucensi mouere posset corpus Romę existēs. Patet, quia per te mouet per voluntatem, potest autem velle quod res absens moueatur, ergo. Respondetur, q̄ licet ita sit, quod Angelus per actum voluntatis moueat corpus, actus tamē ille sufficiens nō est, nisi rei, quę mouetur, Angel⁹ sit pręsens. Exemplum est, nam anima per voluntatem mouet membra, & tamen si obiectum pręsens non sit, illud n. ouere nequit: sic & Angelus ad hoc quod corpus moueat, necesse est, quod illi sit intimē pręsens. Ex quo sumitur argumentum, q̄ Deus sit vbiq̄, quia mouens moto pręsens esse debet. Vnde articulo Parisiensis diffinitur, Dicere quod Angel⁹ mouet per solā voluntatē ad quācūque distantia loci, error: sed vltra voluntatē requiritur pręsentia Angeli ad rem quā mouet. Tertium argumētum, Si Angelus per solā voluntatem mouet corpus, sequitur q̄ Angelus inferior potest mouere quodcūq̄ corpus, quod superior mouere potest, & tāta velocitate, quod cōcedendū nō videretur. Respondetur negando sequelā: dato enim q̄ Angelus per voluntatem corpus moueat, non tamen sufficit ad hoc quod tantum moueat vnus sicut alius, nam maior virtus motiua est in Angelo superiori quā in inferiori. Ex quo sequitur, quod ad hoc quod intelligentia coclum moueat, requiritur quod habeat volitionem illud mouendi.

Itē si Angeli mouent per voluntatē corpora, sequitur quod Angelus non posset lapidē projicere. Probo, quia iactare nequit, nisi per impetū, Angelus autē impetum non potest imprimere lapidi, cū per potentiam motiuā per te corpora nō moueat, ergo. Dico ad argumentū primo, quod ad hoc quod lapidē projiciat, nō opus est, quod impetum imprimat lapidi, nec ad mouendū potētia indiget motiua,

Ad primū argumētū.

Ad secūdū argumētū.

Ad tertium argumētū.

Ad quartū argumētū.

motiua, quia Angelus potest secum lapidem & sagittam ferre, & motu locali ipsas Angeli melius quā nos projicere. Secūdo dico, quod impetus non solum est à projiciente, sed etiam à re ipsa proiecta: & ita motu lapidis Angelus projicit lapidem, & illi indifferens est impetus, quia ita potest corpus quodlibet projicere sine impetu, sicuti cum impetu.

Pro Augustino respondemus, q̄ prima assertio illius est vera, quā ait, quod Angelis, qui hominibus apparuerūt, ita corpora Dñs subdidit, vt ea pro sua voluntate coaptarent & mouerent. Diffiniuimus enim corpora omnia quantum ad motum localem. Angelis esse subiecta, & eis obedire. Quoad secūdā vero assertionem, quā ait, vnde illi quauis non nati ex femina, verum tamen corpus habuerunt, dicimus, quod id asserit secundum propriam sententiam, quā tenuit Angelos esse corporeos, & eorum corpora esse lucida & etherea. Quod vero addit, quod ex qualibet specie in quālibet speciem pro sui ministerij atque officij ratione conuertere possunt, ex vera tamen in veram, intelligi debet non essentialiter, quia hoc soli Deo est datum, vt ipse fatetur. 3. de Trin. c. 8. inquit, Non est putandum istis transgressoribus Angelis ad nutum seruire hanc visibilibus rerum materiam, sed soli Deo. Si ergo Angeli transgressores materiam vnus speciei non possunt in aliam mutare, neque possunt formam quācūque in materiā producere, sicuti diffiniuimus, simili ergo ratione neque Angeli boni. Intelligendus est ergo Augustinus, quod accidentaliter per variam specierum dispositionem corpora mutare possunt.

TRIGESIMVM QVINTVM  
QVAESITVM.

An in populo Iudeorum fuerit  
charitas.

**A**ugustinus de diuersis ser. 22. asserere videtur, in Iudeorū populo nō fuisse charitatem, quę est per gratiam, sed solus timor. Agens enim de monomachia Goliath & David, sic scripsit, Iude ergo Dñs tulit ad gratiā, id est, de fluuio tulit, & in vase pastoris posuit, qui vult ergo legē implere, gratiam cogitet, ideo & illa decem pręcepta psalterij decem chor-

darum ipsa sunt, quę erant in illo populo veteri: sed illum populum decem pręceptorum timor opprimebat, non enim erat in illis charitas, quā est per gratiam, sed timor erat: pręcepta Domini pœnalia erant illi populo, quia implere non poterant, amore conabantur, sed cupiditate superabantur: cū ergo quisque ad gratiam transitum fecerit, non alia pręcepta implet, sed ipsa, quę in ea impleri non poterant, hac implentur. Non est tamen vis pręceptorum, sed vis gratiæ Dei, nam si pręceptorum hoc esset, & illa implet: qui transit ad Christum, transit à timore ad amorem, & incipit amare iam posse, quod timore non poterat: & qui trepidabat in timore, non trepidat in amore. Et subdit, Et vt noueritis fratres, quia gratia hoc implet, nemo debet de viribus suis præsumere, hoc est enim præsumere de gratia Dei. Vocat enim te Deus, & iubet vt facias, & ipse dat vires, vt quod iubet, impleri possit. Vnde ipse Augustin⁹, Da quod iubes, & iube quod vis: nihil ergo de te præsumas, spolia te Goliath, & induete David.

Doctores scholastici de hac questione. 3. sen. di. 40. & S. Tho. 1. 2. q. 98. & art. priorū querit, an lex vetus fuerit bona: quod ppter Manichęos querit. Et respondet duab⁹ cōclusionib⁹. Prima cōclusio, lex vetus fuit bona, quia rationi erat cōsona, & quia concupiscentiā refrenabat, & peccata alia prohibebat. Secūda cōclusio, Nō tamē erat perfecta, sed imperfecta, quia ad finē & eternā beatitudinē perficere nō sufficiebat. Articulo. 2. querit, an lex vetus fuerit à Deo? Et respondet vnica cōclusionē affirmatiua, Lex vet⁹ erat à Deo Patre Dñi nostri Iesu Christi, sicuti habetur Matth. 15. Irritū fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Et ratione probat, quia lex vetus homines ordinabat in fidē Christi venturā dupliciter: vno modo per testimonia prophetarū, & per ceremonias, quę figura illius erāt: alio modo populū ad virtutē disponēdo, & retrahēdo ab idolatria, eiusdē autē est ad finē disponere, cuius est perducere ad finē: De⁹ ergo qui filiū misit in mūdū, eum per antiquā legē ad finē supernaturalē & eternū disposuit. Nā si antiqua lex à demone esset, sicuti Manichęi cōtendebāt, nō disponeret ad illā per fidē Christi, per quem ipse erat expellendus de mūdo.

Priorem cōclusionem affirmamus ex Paulo ad Rom. 7. Consentio legi, quoniam bona est. Et rursus, Condelector legi Dei secundum interiorē hominē. Quo verbo ostendit

lib. 10. cō  
sol. c. 29.

virtutem legis fuisse à cupiditatibus sensua libus impedire, quæ sensualem & exteriorè hominem molestant. At vero quoniam sanctitas legis ex ordine ad finè est pensanda, si nis autè Diuine legis non est sicuti humane temporalis tranquillitas & quies reipub. sed sempiterna felicitas, quæ in eius visione & fruitione cõsistit, illa censetur perfecta lex, quæ vsq; ad illum finè perducit: illa autem bona quidem non tamen simpliciter, quia licet illuc dirigendo ducat, non tamen perducit. Ex hoc discrimine vetus illa lex à nostra differebat: etenim cū finis ille vires nature excedat, nullius legis opera, nisi gratia iuua te, sufficiunt illuc, quæquã perducere, secundum illud ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, & quia gratia per Christum collata fuit vniuerso mundo, lex vetus, quæ per se gratiam hanc nõ cõtinebat, eatenus bona erat, quatenus virtutum officia præcipiebat, non tamè perfecta erat, sicuti nostra, quæ per gratiam Christi ad beatitudinem nos perducit. Vnde Paulus ad Titum. 3. Cū benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit per lauacrum generationis & renouationis spiritus sancti, quem infudit in nos abudè. Et Ioan. 1. Lex per Moïsem data est, gratia & veritas per Christum facta est. Et ad Hebr. 7. Nihil ad perfectum adducit lex.

In contrarium doctrinæ huius est argumentum hoc, In circuncisione antiquæ legis cõferebatur gratia virtute fidei Christi illi cõtestare, quia gratia remittebatur originale, sicuti in nostra per baptismũ virtute eiusdem Christi: rursus qui opera legis per eandem gratiam tunc implebant, cõdigne merebantur æternam vitam, sicuti nos, & sicuti illi extra gratiam implentes legem, solum præstabant opera moraliter bona, non tamen beatitudinis meritoria, ita & nobis accidit: quid ergo discriminis restat inter illam & nostram? Respondeo, non hoc esse, sed aliud, nempe, quod causa illius gratiæ, qua illi in amicitiam Dei recipiebantur, non fuit exhibita nisi per fidem Christi, & eius mortè, iuxta illud Pauli ad Colos. 1. Nunc per mortem & sanguinem suum reconciliauit vos, cùm essetis aliquando alienati & inimici eius. Itaque vt de contrito asserimus, quod licet ante confessionem per gratiam à suis delictis sit absolutus, nihilominus, quia virtute confessionis propositæ, quæ sacramentum est passionis eius, contritio illa operatur, sit vt quando ad

pedes confessoris accedit, tunc vere absoluitur. Sic de iustis, qui Christi passionem præcesserunt censendū est, videlicet quod erant veluti in deposito, quo ad usque Christus veniret, qui pretium redemptionis solues, cuncta delicta expiaret. Et ideo regni cœlestis inania erat illis clausa, quasi digni non essent, qui in possessionem filiorum Dei admitterentur. Et hoc est quod Paulus ait ad Rom. 3. Deus proposuit Christum propitiatorem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem precedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. Ecce quomodo fons totius gratiæ fuit Christi passio, etiam respectu precedentium. Est ergo differentia, quod illi non per legis opera salui fiebant, sed per fidem Iesu Christi futuri, in cuius passione nitentur iustorum merita. Nos vero per fidem eiusdem Christi presentis in nostra lege, nempe, qui gratiam eo articulo nobis meruit, qua dignè implemus legem. Quo articulo eius lex obligare nos cœpit: & hæc est perfectio, qua lex nostra veteri præstat, quantum ad moralia præcepta.

Bonitas etiam legis Diuine ex ratione causæ finalis ostenditur: fuit enim condita, vt viam in terris Messie venturo præpararet. Hæc autem præparatio in duobus consistebat. Primum, vt esset futurorum prælagium, & Evangelicæ legis quasi inchoatio. Vnde oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege, & in psalmis. Et Ioannes, Si crederetis Moïsi, crederetis & mihi. Prælagium verò per caeremonialia, quæ umbra erant futurorum, secundum illud Pauli, Patres nostri in Moïse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt. Hæc enim omnia in figura facta sunt: nostre fuit deinde quasi inchoatio Evangelicæ, quatenus populus ille à reliquo orbis seorsus, à cultura idolorum prohibitus, & cultui vnius Dei addictus. Vnde Paulus, Priusquã veniret fides, sub eadem custodia diebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat.

Quod vero Deus author fuerit eiusdem legis ratione hac colligitur. Lex illa dispositio erat Evangelicæ legis, cùm ergo eiusdem sit finem proponere, & disponere media, idem Deus per se & ministros suos legem illam tulit. Quod ipse Dominus significauit verbis illis, Si Sathanas Sathanam eijcit, idiuistum est regnum eius, Ex qua doctrina constat, non fuisse

fuisse opus principis tenebrarum, sicuti Machabei delirant, neque alicuius Angeli vel hominis, sicuti sunt leges humane, sed à Deo esse latam, ac subinde Diuinam censeri. Ita enim vbique habet, Locutus est Dominus ad Moïsem dicens, & in Exodo, Postquã Moïses legem retulit ad populum, responderunt, Omnia quæ locutus est nobis Deus faciemus. Et infra, Hic sanguis fœderis, quod pepigit vobiscum Deus. Quod Paulus ad Hebr. 9. retulit: quando ergo ait Ioannes, Lex per Moïsem data est, non intelligit fuisse suam, sed eius ministerio promulgatam. Sicut lex Evangelica non fuit Apostolorum, sed Christi; prædicatione ipsorum divulgata.

Addimus legem illam à Deo per Angelos positam esse, secundum illud Pauli, Lex data est per Angelos in manu mediatoris: testimonium cuius perhibet Stephanus dicens, Accepistis legem in dispositione Angelorum. Lex autem Evangelica non per Angelos, sed per Christum lata est. Et ideo S. Thom. peculiarem adhibet eiusdem prouidentie analogiam, quã ab architectis mutuatus est. Architectus enim nobis non per se, sed per ministros suos ligna dolat, ac præparat, ipse tamen nauem fabricat: & idem est videre in architecto domus. Concedens ergo fuit, vt Deus legem illam, quæ ad perfectionem suam præparabat viam, per suos cœlestes ministros proponeret. Evangelicam vero ipse factus homo conderet, & suo sanguine cõsecraret. Et hoc est quod Apostolus in excellentiam Evangelij commendat, quod per illud locutus est nobis Deus in Filio, qui est melior Angelis, quos fecit spiritus. & ministros suos in ministeriũ missos propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

Dubium est circa secundam cõclusionem articuli prioris, qua inquit, quod lex vetus erat imperfecta, an intelligat imperfectam fuisse ex eo quod, in ea gratia non erat, neque homines de condigno merebantur. Respondemus, quod non negat in lege illa fuisse veram gratiam & verum meritum: nam Apostolus de Abraham ait, quod credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: & Angelus ad Virginem, Aut gratia plena. Sed an intenderet differentiam assignare inter sacramenta legis illius, quæ gratiam non conferebat, quã tamen sacramenta nostra conferunt. Dico, quod non. Quia non comparat sacramenta ad sacramenta. Quod ex eo constat, quia inquit, quod lex non iustificabat, sed fides Iesu Christi comparat ergo opera legis il-

lius ad virtutem Christi. Et est notanda differentia inter legem illam veterem & Evangelicam: quod Christus in passione sua gratiam contulit toti humano generi, & etiam antiquis Patribus, vt Paulus ad Colos. 1. ait, Nunc per mortem & sanguinem suum reconciliauit vos, cùm essetis aliquando alienati, & inimici eius. Tempore ergo mortis & passionis Christi facta est remissio antiquorum delictorum. Sicuti si quis apud regem mortem meruisset, & rex totius regni precibus secti noluisset, nec occideretur: diceret tamen, maneat in carcere, quoad usq; princeps filius noster veniat, qui pro eo oret & intercedat. Sic homini accidit post peccatũ ad e. Ideo lex nostra Evangelica lex gratiæ dicitur, adimpletio vero operum legis licet vera erat, non tamen perfecta, quia ianuam regni cœlestis non erat sufficiens aperire, neque perfectum amicum faciebat, quia regnũ nõ aperiebat, nec in possessionem mittebatur: Quod si perfecti amici essent, non esset illis clausum, neque hæreditatis possessio tãdiu prolongata.

Pro Augustino respondemus, quod cùm dixit, non erat in illis (scilicet Patribus veteris legis) charitas, quæ est per gratiam, sed timor erat, intelligit sicuti exposuimus, quod in illis non erat perfecta charitas, neque perfecta gratia, quia perfectè amicos nõ efficiebat, cã regnum ingredi non valeret & eius valere illis essent clausæ, quæ perfectè amicis in aula principis claudi non solent, sed parent, vt eum videant omnes, & eius fruatur presentia. Et ideo addit Augustinus, præcepta Domini poenata fuisse illi populo, quia impleri non poterant amore: quia licet conarentur, cupiditate tamen terrenorum superabantur.

**TRIGESIMVM SEXTVM QVAESITVM.**

An prædicatoribus euangelizare liceat victus gratia.

Augustinus exponens locum hunc, *Quærite primum regnum Dei*, Matth. 6. subindicare videtur, non licere prædicatoribus Evangelicis, duos sibi fines prædicationis constituere: vnum primum propter regnum Dei: alterum secundarium pro victu corporeo. Refert Augustinum

Discrimen veteris & nouæ legis

Argumentum in contrarium

Lucæ vi. Ioann. 5. 1. ad Cor.

Galat. 3.

Matth. 14

Exodi. 14

Galat. 3. Actor. 17.

Hebr. 1

Dubium

gustinum in hanc sententiam Magister sen. lib. 2. dist. 38. in hunc modum, Nō debemus ideo euangelizare, vt māducemus: sed ideo manducare, vt euangelizemus, vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adiicitur. Vt illud impleatur, quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Nō dixit, primum quærite regnū Dei, & deinde quærite ista, quauis sint & necessaria: sed ait, hæc omnia adiicientur vobis, id est, hæc quæ sequuntur, si illa quæritis: ne cum ista quæritis, illinc auertamini: aut ne duos fines constituat, vt regnum Dei propter se appetatis, & ista necessaria propter illud. Ergo propter regnum Dei tantum debemus operari omnia, non solum vel cū regno Dei mercedem corporalem meditari.

Doctores scholastici. 4. sen. dist. 25. S. Th. 2. 2. q. 100. & art. 3. quærit, an pro spiritualibus actionibus dare & accipere pecuniam sit licitum? Respondet duabus conclusionibus. Prior est, Non modo licet, verum necessarium est eos, qui charismata spiritualia ad ministrant, à populo sustentari. Hæc constat naturaliratione, & testimonio Pauli. 1. ad Corinth. 9. vbi ait, Quis militat suis stipēdijs vnquam, & de lacte gregis non manducat? Et aduertendum, quod nomine sustentationis intelligi debent necessaria ad victum & vestitum decentem secundum conditionem & qualitatem personæ. Secunda conclusio, Vendere aut emere id, quod in huiusmodi actibus spirituale est, sacrilegium est & simoniacum. In quibus, ait S. Tho. primum omnium cauendum esse, ne intentio emptio nis aut venditionis spiritualium animum occupet: cuius maximum indicium est, si pretium vsque adeo exigeretur, vt nolentibus offerre munera, ipsa spiritualia subtraherentur, quæ exhibenda essent. At vero postquā prius gratis exhibentur, licitè possunt conuenire & statutè oblationes à valentibus & nolentibus soluere autoritate superioris exigi.

Dubium est de canonicis, & alijs clericis, qui ad horas canonicas in ecclesiam nō nisi gratia stipendij concurrunt, an simoniz vitium contrahant. Ad hoc S. Th. quodlib. 3. q. 6. respondet, quod si stipendium sit finis intentionis celebrandi Diuinum officium, si monia committitur, quia tunc stipendium habet pretij rationem, quo rem spirituale, quale est Diuinum officium, vendere non licet. Si autem intentio principalis nō sit, nisi Di-

uinus cultus, temporalis vero fructus sit accesorius tanquam ad sustentationem necessarius, non est simonia.

Hæc autem solutio oportet vt sanè intelligatur: nam videtur S. Tho. vt simoniacos damnare eos, qui ad ecclesiam eunt intuitu distributionis, alias nequaquam ituri. Itē, quia vt Doctores scholastici tradunt, cū puellæ ad velum moniale recipiunt, necessitas rei familiaris impertinens est, sicuti conditio, in tentio, vel propositū personæ: ita vt id, quod alioquin simonia non esset, eodem notetur vitio, nam simonia in hoc prorsus consistit, vt spirituale vendatur, siue à paupere, siue à diuite. Quare idem propositum, quod pauperem faceret simoniacum, faceret & diuitem: & quod excusaret inopem, excusaret locupletem, saltem à simonia, quidquid sit de auaritia.

Ad dubium ergo respondeo tribus conclusionibus, Prima conclusio, Ire ad ecclesiam tempore, quo clericus alias non tenetur tantum distributionum causa, ita vt alias non iret, non est vera simonia, nisi intendat pro re spirituali pretium recipere, modo supra exposito. Secunda conclusio, Nihilominus clericus ille grauiter contra Iuum ordinem & institutionem peccaret, qui nunquam vel raro ecclesiam adiret, nisi illa de causa. Et qui in genere non haberet propositum precipuum frequentandi ecclesiam propter Diuinum cultum, cuius solius gratia iura præbendarum instituta sunt. Tertia conclusio, Qui cultum Diuinum ad temporalem mercedem, tanquam ad finem referret, peruersam & sacrilegam haberet intentionem contra legitimum rerum ordinem, qui est vt beneficiū sit propter officium.

Secundum dubium est de prædicatoribus, an possint prætium pro prædicatione ipsa recipere. Esset enim aperta simonia, sicuti & pro oratione pretium recipere. Nec est simile de scientia, quæ vendi potest, nam in scientia etiam Theologiæ humanitus acquisita non estimatur nisi merum subsidium temporale, puta intellectum dirigere, instituere, & illustrare. Munus autem prædicationis est non solum intellectum illuminare, sed id facere secundum donum Spiritus sancti, & secū dum eius gratiam corda purgare, animos sursum erigere, & Diuino amore consolidare & perficere. De quibus ideo Doctoribus intelligitur illud Apostoli, Et ipse dedit quosdam Apostolos, alios pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum in opus

Rom. 10

Prædicator  
quære vñdī  
nequit.

Timo. 1.

opus ministerij in edificationem corporis Christi. Et ad Rom. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur. Itaque ex duplici capite prædicationis functio nequit pretio vendi, scilicet, quia spiritualis res est, & quia Diuina de legatio: quod ideo officium numero illorū spiritualium cōprehenditur, de quibus Christus ait, Gratis accepistis, gratis date. Vnde glossa super illud, Qui bene præfunt presbyteri, &c. Necessitatis est accipere vnde viuunt, charitatis est præbere: non tamen venale est Euangelium, vt pro his prædicetur. Quo circa non potest cōcionator laborē ipsum prædicandi, & operam, quā infumit proferendo verbum, mercede locare, quia labor ipse res est spiritualis. Solum ergo potest honestam recipere sustentationem, & pro victu, qui ad laborem studij sustentandum necessarius est, & pro librorum sumptu. Vnde dico tria. Primum, simoniacam labē non contrahit, si, quando prædicatio non est omnino necessaria, mauult verbum seminare, vbi melius sustentetur. Secundo dico, quod si illic concionari renuat, vbi victum sibi nō sperat ministrandum, culpam non committit. Tertio dico, cauendum esse semper scandalum: id quæ potissimum monachis.

De laudibus vero Diuinorum officiorum, tam pro viuus, quàm pro defunctis dico, illicitum esse pretium accipere, sed solum sti-

pendium sustentationis, & alia iura quasi mercedem operarum, quæ non sunt omnino necessaria, sed tantum ad pompam pertinentes. Verbum S. Tho. est ponderandum, scilicet, quod non licet pactum facere, nec mentem habere pretium recipiendi emptionis: vnde illicita esset, inquit, negatoria illa lex, quod processio in funere sine certo pretio nullatenus fieret, quippe qua via præcluderetur ne gratis eiusmodi pompa fieret, atque adeo speciē haberet exactionis. Quod quidem multo absurdus esset in celebratione missarum. Non tamen haberet eandē absurditatem affirmatoria conditionalisque lex, vt si quis talem obtulerit eleemosynam, talis ei pompa, quæ non est necessaria, exhibeatur. Haberet quippe eiusmodi lex speciē gratuitæ retributionis.

Pro Augustino respondet Magister sent. loco citato inquit, mentem Augustini esse, non omnino prohiberi prædicatoribus, ne duos sibi fines præfigant, sed fines duos in diuersa tendentes: quorum alter ad alterum non referatur. At vero si regnum Dei primum & propter seipsum appetant: deinde vero secundo loco victum, vestitum, & habitationem expectant ipsius regni gratia, nihil prorsus ab scopo Euangelico aberrant, quia omnes fines vnico tantum fine concludunt, qui Deus est.

## Finis aduertentiarum in B. Augustinum.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Dubium.

Ephes. 4

# ADVERTENTIAE in Beatum Gregorium.

- 1 *An liber Iob, & eius historia fictitia & falsa sit, an vera.*
- 2 *An infantes damnatorum supplicij puniantur.*
- 3 *An in quolibet opere iustus peccet.*
- 4 *An anima Beatorum videant omnia, quae hic aguntur.*
- 5 *An animae poenitentium statim post hanc vitam beatae sint.*
- 6 *An ignis inferni incorporeus sit.*
- 7 *An filius Dei semper gignatur, semperq; nascatur.*
- 8 *An aliquis certus sit, se non semper peccare.*
- 9 *An charitas semel habita possit amitti.*
- 10 *An peccatum vnum sine alio remittatur.*
- 11 *An Baptista de morte Christi dubitauerit, & de eius descensu ad inferos.*
- 12 *An fidei mysteria sint rationibus humanis comprobanda.*
- 13 *An Angeli sint animalia.*

## PRIMUM QVAESITUM.

An liber Iob & eius historia fictitia & falsa sit, an vera.



**G**REGORIVS in praefatione Iob occasionem praebuisse, historiam libri Iob non fuisse veram, ex incertitudine loci ac temporis, in quibus Iob vixisse fertur: tum etiam, quia ait, quod alij arbitrati suat authorem libri Iob fuisse Moysen: alij vero Iob ipsum post plagam suam passionis putant illum scripsisse: alij socios Iob: alij vnum ex prophetis: alij cum Origine affirmant, Iob fuisse contemporaneum Moysi: alij, in quibus Augustinus, eum longe ante coditam legem vixisse credunt. Et sicuti de tempore, ita & de loco variae fuerunt sententiae. Author libri Iob tradit, eum in terra Vltimae natum. Augustinus in Idumaea, & ibidem educatum ac mortuum. Ambrosius

regnasse in Hedon. Origenes vixisse in Arabia, & Arabem fuisse. Similiter de authore praesentis libri ferè nullus scriptorum cum altero consentit. Quare cum de libri argumento, personis, loco, authore, ac tempore nihil constet, existimandum visum est aliquibus, praesentem historiam non iuxta facti veritatem, sed exempli & imitationis gratia ad commendationem patientiae conscriptam: & ne dum historiam esse consistam, sed ipsum Iob asseruerunt nunquam in humanis fuisse. Quae haeresis est Anabaptistarum, qui librum hunc irridentes appellant eum tragicomediae Hebraeorum, hoc est, fabulam partim secundum comediae, partim secundum tragediae leges editam. Quia principium ipsius historiae quod des filiorum ac filiarum Iob, quod in tragedijs usu venit, referantur: in fine vero, quod comediae proprium est, felices Iob euentus ponantur.

Huic errori scripturae Diuinae palam contradicunt, quae non solum Iob in humanis fuisse testantur, sed eum etiam inter viros sanctitate praecipuos enumerant. Nam in Ezechiele inquit Deus, Si steterint in medio Noe, Daniel, & Iob: & ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Et Iacobus, Iob patientiam admirabilem imitanda proponens ait,

Ezech. 14

Iacob. 5.

ait, Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Qui si nusquam fuisset, certe scriptura non tam diligenter annotasset nomen eius, ac ciuitatis eius filiorum ac filiarum numerum, uxorem quoque, & numerum facultatum eius, & nomina amicorum eius, & genus ipsorum, familiam ac patriam. Huc accedit, quod Paulus & ceteri Apostoli ex hac sancta historia, non tanquam de ficta fabula, sed veluti de verissima scriptura multas illustres sententias mutuarunt: quales ille sunt, Nihil intulimus in hunc mundum, &c. Et comprehendam sapientes in astutia eorum, Et non est personarum acceptor Deus, Et Deus Angelis peccantibus non peccat, atque alij his similes. Verissima igitur ac sanctissima est haec historia, & digna quae per omnem vitam ab omnibus pijs ante oculos habeatur, utpote in qua nobis proponitur perfecta forma religiosi viri, ac vere sapientis, qui nec secundis rebus inflatur, nec aduersis frangitur, nec in vitisque deserit Deum suum: sed in fide immobilis & in spe constans per cuncta tentationum genera perseverat. Quamobrem recte Moses hanc sanctam historiam Syriacè prius, vel à Iob vel ab amicis eius conscriptam in Hebraicam sermonem transtulit ad consolationem Hebraeorum suorum, cum in Aegypto à Pharaone opprimerentur, ut dum legerent vehementes illos beati viri dolores, inuicem se consolarentur, & cum patientia & gratiarum actione mala, quae eos circumdederat, sufferreret: & ut remunerationem, quam Deus beato Iob post tolerantiam largitus est audientes, etiam ipsi liberationem sperarent, & mercedem laborum suorum expectarent. Sanctus itaque hic liber, quem iam Concilia plurima usque ad Tridentinam in Canone & catalogo librorum canonice receperunt. Et consensus perpetuus ecclesiae comprobauit, omni cum veneratione sub poena haeresis, à fidelibus omnibus accipiendus est.

Ad haereticorum obiecta facile est respondere. Ad praecipuum, quia non constat de certitudine loci, temporis, & authore praesentis libri, circa quae Doctores sacri discordant, respondendum, quod si tam leuibus coniecturis liceret de sanctis literis pronuntiare, ut historiae falsè iudicentur, quae varietate linguarum carminum ac personarum constant, nulla penè Diuinae scripturae pars, in qua his similia intuentur, vera erit. Quod tamen absonum est, nae hac de causa liber Psalmorum, lamentationes Hieremie, finis libri Proverbiorum,

Cantica canticorum Salomonis & canticum Moysi magnum inter fabulas deputanda erant: & omnia tam veteris quam noui Testamenti volumina crederentur esse conficta. Reuoluant insani rebaptizantes librum Geneseos, & inuenient quemadmodum omnia penè humana nomina sunt mystica, & prophetico quodam spiritu à Patribus filijs eorum imposita, ut ex nominum appellatione futuros euentus filiorum, antequam euenirent, praenotarentur. Sic Eua, hoc est, omnium viuentium mater, eo quod talis futura esset, vocata est. Sic Abrahama, quia pater multarum gentium futurus erat. Sic & Iacob, eo quod Esau supplantare debebat, dictus est. Sic duo filij Dauidis, hic Salomō, id est, pacificus, propter futuram sub eius regno pacem vocatus est: hic vero Absalon, id est, patris amaritudo infelici augurio nuncupatus est. Sic & in nouo Testamento Simō felicissimum omnium Petri nomen. Et filij Zebedaei Boanergis cognomen à Christo acceperunt: ut in illo prima petra aedificanda ecclesiae, in istis futurae praedicationis eminentia monstraretur. Ad horum ergo similitudinem Iob secreto quodam calamitatum ac dolorum suorum praesagio, antequam eos pateretur, dolentis & ululantis nomen sortitur, sicuti & sortij eius: forte enim Eliphaz, Valdad, & Sophar sunt appellati, nam & ipsis nominibus nuncupatos fuisse legimus aliquos ex his, qui in genealogia Esau, unde illi traxerunt originem, computantur. Ex quibus tollitur suspitio omnis nominis conficti.

De varietate vero linguarum, quibus Anabaptistae scriptas esse existimant, scire oportet, authorem praesentis historiae, siue Iob, siue quispiam de amicis eius, Idumaeum fuisse genere. Sed quemadmodum Idumaea, Plinio teste, regio partim Syriae miscetur, cuius vltima ad Occidentem solem pars est, partim vero Arabiae, cui contigua est, & in eam excurrit: ita existimandum est, linguam Idumaeam, partim ex Syriaca, partim ex Arabica linguam fuisse comixtam: & hac usum fuisse huius libri scriptorem, quae cum postea Moyses, ut Origeni placet, in Hebraicum sermonem vertisset, factum est, ut liber Hebraicè versus videatur triplici lingua esse conscriptus. Quod Hieronymus in praefatione Iob translationem suam ex Hebraico, Arabico, & Syro, sermone disposuit.

Quod vero aiunt, scriptores inter se dissentire de certitudine loci, temporis, authore historiae, & eius patria, tam parum habet momenti

Lib. 5. c. 13.



mentum ad veritatem historiarum labefactandam, ut consideratione prius indignum sit.

Transcuntes ad blasphemias execrabiles, quibus virum sanctissimum offendere con tendunt, conantes eius sententias iuxta mor tuam litteram intelligendas esse: quas absq; dubio, iuxta intelligentiam mysticam spiri tus vivificantis exponendas fore, ipse ver borum contextus aperte conuincit. Nam qui fieri potest, ut Iob ex ira & indignatione maledixerit diem natiuitatis suae? qui uxori respondit, Si bona suscepimus de manu Do mini, mala cur non sustineamus? Aut quo modo verisimile fuerit, ut ex animi despera tione vitam suspendio finire decreuerit, qui tanta fiducia exclamaret? Et si me occiderit spe rabo in eum. Et quomodo credibile est, eum vitam suam voluisse ab omni labe immu niam praedicare, cum diceret, Non reprehendit me cor meum in vita mea? Qui tam pu blica voce fateretur se peccasse inquit, Pec caui, quid faciam tibi o custos hominum? cur non tollis peccatum meum? &c. Et quo pacto affirmare audebimus, Iob de iniustitia Dei conquestum, cum dicat, Si aequitas iudi cij eius quaeritur, nemo pro me potest testi monium dicere, quia si iustificare me volue ro, os meum condemnabit me? Cum ergo verba haec secundum litteram collata sibi co uenire nequeant, aliud in se occultum, quod quaeratur, ostendunt.

Igitur si verba Iob, quibus diem maledixit, iuxta vocis sonum, sicuti Origenes expo nit, intelligamus, nihil absurditatis patiamur. Dies enim natalis, qui iam praecessit, ne que amplius erit, nec in natura, nec in actu est. Si ergo nihil maledixit, nihil peccauit. At si Gregorij expositionem mysticam sectemur, agnoscamus maledictionem huiusmodi sanctam & non prauam esse, quippe quae non ex voto vitionis, sed ex reuerentia iudicij, & ex animi tranquillitate oritur. Ut in de discamus, duplicem esse vitam nostrae diem, alterum naturae instituta, in quo creatus est homo in iustitia & sanctitate: alterum natu rae destitute maledictioni obnoxium, in quo natum est homo in peccato & iniquitate. Cum ergo Iob diem malediceret suum, non dixit, Pereat dies in qua conditus sum, sed in qua natus sum: ac si aperte diceret, dies peccati & culpe, dies nostrae mortalitatis pe reat, dies vero innocentiae, sanctitatis, & gra tiae, dies gloriae, & immortalitatis erumpat. Et iuxta hunc sensum intelligendum est, Iob optasse abortiuum se interijisse, & in hanc vi

tam non venisse, scilicet, in vitam peccati, ini quitatis, & culpa. Similiter quod ait, suspen dium elegit anima mea, de spiritali genere suspendij exponitur, ita ut per suspendium eleuationem eius a terrenis ad caelestia, a car nalibus ad spiritalia intelligam. Illud etiam, Utinam appenderentur peccata mea in sta tera, &c. mystice de Christo in Cruce pen dente pro peccatis nostris dictum est, Mea quidem non per culpam, sed per poenae assu ptionem, quibus iram Patris merui, profecto multo grauior inueniretur poena, quam pa tior, quam hominis, pro quo patior, quia qui patitur infinitus est: pro quo vero patitur, fi nitus.

Cum autem dixit Iob, Non reprehendit me cor meum, considerare debemus, quod duo sunt peccatorum genera: quaedam, quae a iustis vitari possunt: quaedam vero, quae etiam a iustis vitari non possunt. Haec sunt cogitationes peruersae peccatorum: illa ve ro consensus & executio peruersarum cogi tionum. Qui ergo cogitationibus resistit, & in eis non labitur, non habet post vnde a cor de suo reprehendatur. Sic & Iob, quia et si qua illicita forte cogitando defecit, tamen quia cogitationibus resistit, non consentien do eis, vel operando, non defecit.

Denique cum audimus verba illa, quibus Deo crudelitatem exprobrare videtur, credere nos oportet, ea non per iram & indignatio nem a Beato Iob prolata, sed sicuti scriptu rae sanctae humano more vocant Deum sine zelo zelantem, sine ira irascentem: ita & a sancto Iob humano more dictus est Deus si ne crudelitate crudelis: crudelis, quia distri cte feriens, sicut Esaias volens vltimum diem iudicij ostendere, non cum venia, sed cum distri ctione venturum esse dixit, Ecce dies veniet crudelis & indignationis plenus. Ea vero, quae subdidit inquit, Si flagellas, o e eidas, semel, &c. similiter non per odium & exprobrationem, sed ex ardenti desiderio hu manae redemptionis ad Deum Patrem, pro phetico quosdam spiritu, emissa sunt. Sicuti per Dei risum scriptura poenam innocentium significat, ita ut risus vel ridere Dei sit nolle afflictionem humanam misereri: poena vero est desiderij dilatio, dicente Salomone, Spes, quae differtur, affligit animam: poena ergo innocentiam sunt desideria illa ardentissima. Patrum, quibus incarnationis mysterium vi dere cupiebant, ridere vero Dei fuit, non im plere eorum desideria. Itaque vir sanctus ve turi redemptoris dona considerans, & dilata tionem

Greg. lib. 18. Moral. cap. 4

Iob. 9

Prover. 13

tionem votorum suorum pacienter toleras, dicit, si flagellat, occidat semel, & non de poe nis innocentium rideat: ac si aperte exoret dicens, Quia vita nostra quotidie flagello vindi cte pro culpa atteritur, ille iam veniat, qui pro nobis semel sine culpa moriatur, ut de poenis innocentium Deus ultra nos rideat, si ipse carne passibilis appareat, in cuius se desiderijs mens nostra castigat. Ex quibus Anabaptistarum blasphemiae sat confutatae sunt.

Pro B. Gregorio. Ipse pro se respondet in praefatione Iob inquit, Quis haec scripse rit, quo loco, vel quo tempore valde superflue quaeritur: cum author libri Spiritus sanctus si deliter credatur. Ipse haec scripsit, qui haec scribenda dictauit: ipse scripsit, qui in hoc opere inspirator extitit, & per scribentis vo cem imitanda ad nos eius verba transmisit. Et Patres ei consentiunt, nam Origenes, Am brosius & Augustinus eandem sententiam af firmant. De stirpe etiam Iob, quam Hierony mus ex Abraham per Nachor: Origenes, Am brosius, Augustinus, & Gregorius ab eode Abraham deducunt per Esau, nota quod si eorum mens debite attenditur, aut nihil dis crepant, aut parum: si quidem omnes hi iux ta sententiam veteris ac vulgatae Graecae & La tine editionis locuti sunt.

SECUNDVM QVAESI TVM.

An infantes damnatorum supplicij puniantur.



Gregorius lib. 9. expli cationum in Iob. c. 16. ex his verbis, Multi plicauit vulnera mea etiam si ne causa, Iob. 9. Colli gere videtur contra communem Theolo gorum consensum, in fantes absq; baptismo decedentes perperuis damnatorum tormen tis sensibilibiter puniri, ita scribens, Nonnulli prius a praesenti vita subtrahuntur, quam ad proferenda bona mala ve merita actiue vitae perueniant: quos quia culpa originis sacra menta salutis non liberant, & hic ex proprio nil egerunt, etiam illuc ad tormenta perue niunt: & quia post mortem aeterna quoque

mors sequitur, occulto eis iustoque iudicio etiam sine causa vulnera multiplicatur, per petua quippe tormenta percipiunt, qui ni hil ex propria voluntate peccauerunt. Ait er go Iob, In turbine conteret me, & multipli cavit vulnera mea, etiam sine causa: ac si aper te humani generis damna considerans dicat, Districtus iudex, qua eos animaduersione tru cidat, quos culpa propriae actionis damnat, sic illos in aeternum percutit, quos reatus ar bitrij non addicit.

Augustinus longe ante Gregorium eidem sententiae subscripsit. Nam libro de fide ad Petrum. c. 27. de hac re sic decreuit, Firmis sime tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui siue in vteris matrum vivere incipiunt, & sibi moriuntur, siue de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos: quia et si propriae actionis peccatum nullum habue runt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt. Et eodem lib. c. 3. apertius exprimit infantes cum daemone & damnatis supplicij ple tandos, inquit, Qualitas male vitae ab in fidelitate incipit, quae ab originali peccato initium sumit, in quo quisquis ita viuere inci pit, ut ante finiat vitam, quam eius obliga tione soluat: si vnus diei, vel vnus horae spatio anima illavixit in corpore, necesse est est eam cum eodem corpore interminabilia gehennae supplicia sustinere, vbi diabolus cum Angelis suis in aeternum arsurus est. Vbi cum eo etiam fornicarij, idolis feruientes, & omnes, qui opera carnis agunt, si ante huius vitae terminum conuersi non fuerint, aeternis ignibus exurentur. Rursum in sermone de baptismo paruulorum inquit, Sicut euange lium loquitur, duas partes factus est Christi: dexteram, & sinistram: sinistram dicitur esse, Ite maledicti in ignem aeternum: dextris, Venite benedicti Patris mei, possidere regnum. Nullus hic relictus est locus medius, vbi po nere queas infantes. Ecce posuit tibi quid sit regnum, & quid ignis aeternus, ut quando co stiteris paruulum non futurum in regnum, sa tearis futurum in ignem aeternum. Et hoc idem reperit lib. 5. Hiponosticon ostendens eodem poenae genere paruulos non baptiza tos, & adultos, atque demones affligi.

Ceterum quantum attinet ad quantitatem poenae, vbi que docet cruciatus infantium esse leuissimos

pena infan tiu secun du Augusti nu leuiss ma

Iob. 13.

Moral. c. 6.



leuissimos, praesertim lib. 5. aduersus Iulianū Pelagianum sic scribens, Ego autē non dico paruulos sine Christi baptulmate morientes tanta pena esse plestendos, vt eis non nasci potius expediret, sed de impijsimīs & scelestissimis, nam qui solum habent originale peccatum in damnatione omnium leuissima futuri sunt, quae, qualis, & quanta erit quantuis diffinire non possim, non tamē audeo dicere, quōd eis, vt nulli essent, quā vt ibi essent, potius expediret. Idem habet lib. 1. de peccatorum meritis & remissione. c. 16. & in Enchiri. ad Laurentium. c. 93. vbi sic ait, Mi tissima sane omnium pena erit eorū, qui propter peccatum, quod originale cōtraxerunt, nullum insuper addiderūt. Et in ceteris, qui addiderunt, tanto quisque tolerabiliore ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

Doctores scholastici de hac quaestione. 2. sent. dist. 22. & 4. sen. dist. 50. & S. Thom. in quaestionibus disputatis quaestione de poena peccati originalis art. 2. vbi concorditer in damnatis duplicem constituunt penam, alteram damni, & alteram sensus. Et cōueniunt, quōd omnes sine lauacro baptismatis descendentes poena damni puniuntur, quae in carētia & priuatione Diuinæ visionis consistit. Dubitant tamen, an pena aeterna, quae est pena damni, sit eadē in omnibus damnatis. Durandus dist. 22. q. 1. tenet, eandem prorsus esse in omnibus damnatis. Subscribunt ei Paludanus eadē distinctione. q. 2. & Capreolus ibidem. Ratio eorum est, quia illa pena non est nisi priuatio & carentia Diuinæ visionis, quā S. Tho. 3. parte. q. 71. art. 3. ad primū argumentum ait, non recipere magis aut minus: quare inquit, neque tenebrae inferni recipiunt magis aut minus. Item, quia pena damni est infinita, vt idem S. Tho. author est 1. 2. q. 87. art. 4. infinitum autem nō recipit magis aut minus.

His tamen non obstantibus, probabilius est, quod sicuti non est eadem macula, ita neque eadem pena damni in omnibus damnatis. Et ratio est, quia pena illa damni respondet maculae peccatorum, ergo vbi maior est macula, maior est pena. Itaque eadem carentia Diuinæ visionis licet nō sit maior priuatio, quia priuatio, vt dictum est, non recipit magis aut minus, est tamē maior pena. Secūdo, si hoc nō esset verum, tāta pena damni puniretur puer in limbo, quāta Iudas in inferno. Quod tamen est falsum, cū carentia visionis non cruciet puerum, & tamen cruciet Iudā.

Quod si quaeras, in quo cōsistit illa maior pena. Respondetur in hoc, quod pena illa, quae ex pluribus peccatis maioriq; macula orta est, damnatos acerbius affligit. Quod si dicās, hoc solum probare quod sit maior pena sensus in eo, qui grauius delinquit, arguitur contra, Causa ex affectu perpenditur, cū ergo tristitia & afflictio illa, licet sit poena sensus, non solum ex igne & alijs cruciatibus crescat, verum ratione carentie Dei, quae est poena damni, videlicet, quia maiori Dei odio & inimicitia exclusi sunt à regno & carcere illo inclusi, sit, vt eadem exclusio è cælo, quae est poena damni, sit maior in vno quā in alio. Etenim si priuatio illa visionis Diuinæ alios non cruciat, vt pueros, alios vero cruciat, vt adultos, sit, vt ex adultis alios quā alios magis cruciet. Et confirmatur, quia illi, qui ab hac vita in maiori odio & inimicitia Dei discesserunt, maiori indignatione & ira exuruntur, quod per potestatem maioris sui inimici, & sibi magis inuisi exules à cælesti regno illic detineantur. Nam etiam inter homines ciues, qui à rege magis sibi inimico in exiliū mittuntur, egrius carentiam patriæ ferūt: & ibi in exiliū detineri, maiorem afflictionē & tristitiam in vno quā in alio causat.

De pena vero sensus concorditer etiā conueniunt, quōd nullus pena sensus punitur, nisi solum pro actualibus commissis. Et quisque tanto tolerabiliorem in inferno habebit penam & damnationem, quanto hic dū viueret minorem admisit iniquitatem. Vnde cū pueri ante usum rationis discedentes actualiter nō deliquerint, sit vt pena sensus nullatenus torqueantur, sed, solum pena damni, quia fruitione Diuina priuantur.

Pro Gregorio & Augustino respondet S. Thom. quaestioni dispu. quaestione de poena peccati originalis, art. 2. vbi propositis Gregorij & Augustini sententijs, eas mitigas, inquit, Eos per ignem, gehennā, atq; tormenta nihil aliud significare voluisse, quā priuationem Diuinæ visionis, qua sola carent nondū renati infantes. Hanc autem priuationē Patres illi tam duris nominibus appellarūt per excessum quendam loquendi, vt multo magis execrabilem redderent Pelagianorū errorem, qui in paruulis praedicabant nullum peccatum neque originale esse.

**TERTIVM QVAESITVM.**

An in quolibet opere iustus peccet.

Grego-



Gregorius lib. 9. in Iob locum hūc explicās, *Verba omnia opera mea*, Iob. 9. inquit, per sanctū virum Iob rectē dicitur, *Verbar omnia opera mea*, ac si humili confessione diceretur, quae apertē egerim video, sed quid in his latentē peccatorum perfidie suae art. 35. vsurpat haec verba ad confirmationem sui peruersi dogmatis, quo docet, neminem iustū esse certum, se nō semper in quolibet opere peccare mortaliter. Rosensis aduersus Lutherum ostendit eum truncatim ac praeter rem induxisse haec verba, quibus quidem admonemur de bonis operibus timere, non quod ipsa bona & sancta opera, vt affirmat Lutherus, mala sint, ac peccatis annexa, sed ne ex eorum consideratione vel in superbiam efferamur, vel in desidiam ac torporem labamur. Hunc autē fuisse Gregorij sensum praecedentia eius verba à Luthero vātrē praetermissa apertissime indicant. Et in damnationem Lutheri fat sit diffinitio Concilij Trident. sess. 6. Can. 25. cuius haec sunt verba, Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit (aut quod intolerabilis est) mortaliter, atq; ideo penas aeternas mereri, tantū que ob id nō damnari, quia Deus ea opera nō imputet ad damnationem, anathema sit.

Cōcilium Tridentinū

**QVARTVM QVAESTVM.**

An animae beatorum videāt omnia quae hic aguntur.



Gregorius lib. 12. in Iob. c. 13. locum hunc exponens, *Sicut nobiles fuerim filij erus, siue ignobiles, non intelliget*, Iob. 14. loquens de cognitione beatorum ait, quod animae sanctorum Deum videntes omnia intuentur, quae hic apud nos aguntur, sic inquit, Mortui vitam in carne viuientium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia vita spiritus longē est à vita carnis. Et sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita etiam distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est, quia quae in rus omnipotentis Dei charitatem vidēt, nullo modo credendum est, quia foris sit aliquid, quod ignorant.

Augustinus in lib. de cura pro mortuis agē da. c. 13. diuersam sententiam affirmat, nempe, quod mortui nesciant etiam sancti quid agant viui etiam eorum filij: sicut apud Esaiam Israelitae conqueruntur dicentes, Abraham nos nesciuit, & Israel non cognouit nos. Quod & exemplo matris suae Monice confirmat, inquit, Si rebus viuientium intressent animae mortuorum, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nullo modo desereret, quae terra marique secuta est, vt me cū viueret: absit enim, vt facta sit vita felicio ri crudelis. Si autē parentes non interfunt, qui sunt alij mortuorum, qui nouerint quid agamus quidve patiamur.

Doctores scholastici disputāt de hac quaestione. 4. sent. dist. 45. vbi cōsentient sequētibz cōclusionibus. Prima, Damnati, reuelatione Diuina seclusa, sanctorū gloriā intuitiue nō vident, imō forte nec sanctos ipsos singulariter, sed solum in genere & in confuso intelligunt gloriā beatorū esse maximā. Prior pars cōclusionis est nota, quia natura liter vidēdo illuc attingere non possunt, nec reuelatione sunt digni, nec ad eorum tormentum est necessaria. Secunda pars probatur, quia demones & Christiani bene norūt, licet nō intuitiue, quāta sit illa gloria: & qui in lumine naturali obierunt ex his, quae patiūtur, intelligūt, quanta claritate gloriæ, & magnitudine gaudiorū, & amplitudine bonorum Deus eos remuneret, qui eius regno & praesentia fruuntur. Imo quāuis nō aliud intelligerent, quam quōd sunt Deo praesentes, satis esset ad reliqua coniecienda. Secunda conclusio, Beati damnatorum penas vidēt, quia nihil eis negandum est, quōd ad eorum felicitatem spectat: conuenit autem eis, vt tormenta damnatorum intueantur, tam vt plus gaudeant inde esse liberatos, tum vt cumulatiores gratias Deo referant. Possunt etiam beati damnatorum penas, non solum in Verbo, verum & in proprio genere conspicerent: non tamen opus est, vt semper sint illas intuentes, sed sufficit, quōd quando voluerint illo recreentur solatio. Conclusio probatur ex illo Esaiæ ultimo, Egre dientur, & videbūt cadauera eorum, qui preuaricati sunt in me. Vbi glossa ait, egredientur beati ad videndum damnatos intelligentia vel visione manifesta. Tertia conclusio, Beati damnatorum miseriam videntes ad misericordiam nō cōmouentur, imō lætātur. Prior pars probatur, quoniam misereri quāda participatiōnem miserie designat, quae in beatis esse non potest.

August.

Esa. 63

1. Conclusio

2. Conclusio

3. Conclusio

Dubium

2. opinio.

Hhh potest.

potest. Secunda pars probatur sic, Damna-  
rum supplicia bifaria cōsiderantur: vno mo-  
do per se, in quantum habent rationē mali,  
nempe, damni: & isto modo, quia est iudiciū  
odij, illorum supplicia non delectāt beatos,  
sed per accidens ratione adiuncti, videlicet,  
quatenus sunt vindicta iustitię Diuinę, iux-  
ta illud psal. 57. Lætabitur iustus cū viderit  
vindictam, &c.

An vero boni & mali vicissim se videant,  
cōstat ex conclusionibus positis: & similiter  
an eos, qui in præsenti seculo sunt, videant,  
& curam illorum habeant: nam cū sint beati  
omnia, quæ ad eorum beatitudinē spectant,  
Deus illis manifestat.

Pro Gregorio respondetur, quod cū dixit,  
beatorū animas omnia videre, quæ hic agun-  
tur, intelligit de his, quæ ad eorum statum &  
beatitudinem pertinent. Secundo dicimus,  
vt Augustinum cū Gregorio concordemus,  
quod post diem Iudicij in damnatis solū du-  
rabit memoria eiusdem diei, in qua beatorū  
gloriam viderunt, quæ memoria sufficit ad  
eorum tormētum. Sed quæ ante illum diem  
necesse est, vt etiā cōtemplatione illius glo-  
riæ torqueantur, & nunc habent animæ mi-  
seræ aliquam illius gloriæ reuelationē, quæ  
deinde, tanquā nō necessaria cessauit. Vlti-  
mo dicimus, quod S. Tho. 1. parte. q. 89. art.  
8. existimat Augustinum hæc dubitando pro-  
tulisse, non asserendo: quod & ipse Augusti-  
nus indicauit cū diceret, vt volent accipiat  
vnusquisque quod dicam.

QVINTVM QVAESI-  
TVM.

An animę poenitentiu statim post  
hanc vitam beatę sint.

**G**regorius lib. 13. in Iob. c. 20. cir-  
ca locū hūc, *Post tenebras spero lucem.*  
Iob. 17. sic scribit, Quia autho-  
ris nostri gratia redēpti sumus,  
hoc iam cęlestis munus habemus, vt cū a  
carnis nostrę inhabitatiōe subtrah mur,  
mox ad cęlestia præmia ducamur, quia dum  
conditor & Redēptor noster claustra infer-  
ni penetrans electorum ex inde animas edu-  
xit, nos illō ire nō patitur, vnde iam alios de-  
scendēdo liberauit. Hunc locū Gregorij de-  
torquet Lutherani ad labefactandā purgato-  
rii fidē. De hoc argumento sepius disputauit  
mus supra. Et in damnationē Lutherano-  
rum

Cōcilium Tridentinū sess. 6. Can. 30. sic di-  
sposuit, Si quis post acceptā iustificationis  
gratiā cuiuslibet peccatori poenitenti ita culpā  
remitti, vt reatū eterne pœnę deleri dixerit,  
vt nullus remaneat reatus pœnę temporalis  
exoluendę, vel in hoc seculo, vel in futuro  
in purgatorio, antequā ad regna cęlorū ad-  
ditus patere possit, anathema sit.

Pro Gregorio respondem⁹, quod verbis ad-  
ductis negare purgatoriū nō somniavit: nā  
4. dialogo. & alibi per scripturas & historias  
cōfirmavit, purgatoriū esse. Sed tātum loco  
hoc insinuate voluit, quod nūc ē vita migrā-  
tes nō excludimur à cęlorū regno, sicut Pa-  
tres veteris Testamēti ante Christi passionē  
excluebatur: quia illi quantūlibet purgati  
adhuc tamē excludēbatur, id autē modo nō  
fit. Quod autē hæc eius fuerit intentio ex se-  
quētib⁹ patet: subdit enim, Ij qui ante eius  
aduentū in hunc mundū venerunt, quantūli-  
bet iustitię virtutē haberent, ex corporibus  
educti in signum cęlestis patrię statim reci-  
pi nullo modo poterant, quia nondum vene-  
rat qui inferni claustra sua descensione sol-  
ueret, & iustorum animas in perpetua sede  
collocaret. Vide quarto tomo Chryso-  
stomi ad vndecimum quæsitum.

SEXTVM QVAESI-  
TVM

An ignis inferni incorporeus sit.

**G**regorij lib. 15. Mora. ex his ver-  
bis, *Deuorauit eum ignis qui nō succenditur,*  
deducere videtur, quod ignis in-  
ferni sit incorporeus, & ab hoc  
igne nostro specie diuersus. Quod quidem  
Hieronymus ad Auirum scribens inter da-  
mnatas Origenis assertiones recenset. Ver-  
ba ex cap. 15. Mora. sic habent, Deuorauit  
eum ignis, qui non succenditur: miro valde  
modo paucis verbis expressus est ignis ge-  
hennæ: ignis nanque corporeus, vt esse ignis  
valeat, corporeis indiget fomentis, qui cū  
necesse est vt seruetur, per congesta ligna  
proculdubio nutritur, neque valet nisi suc-  
census esse, & nisi refotus subsistere: at con-  
tra gehennæ ignis, cū sit incorporeus, & in  
se mixtos reprobos corporaliter exurat, ne-  
que studio humano succenditur, nec lignis  
nutritur, sed creatus semel durat inextingui-  
bilis, & successione non indiget, & ardore  
non caret.

In hac Gregorij scētia fuisse videtur Augu-  
lib. 12.

Cōcilium  
Tridentinū


lib. 12. in Gene. ad literam, vbi locū, ad quē  
animæ feruntur post mortem, non corpora-  
lem, sed spirituale esse docuit. Et Ioannes  
Damascenus, qui finem libri quarti de fide  
orthodoxa concludit his verbis, Et tradetur  
diabolus & dæmones eius, & homo eius, id  
est, Antichristus, & impij, & peccatores in  
ignem æternum, non materiale, qualis est  
apud nos, se quale nouit Deus. Quia de  
hac quæstione sepe disputauimus, tantum  
restat pro Doctoribus sacris respondere.

Pro B. Gregorio respondemus, cum non  
ita sensisse perspicue constat lib. 4. dialogo.  
c. 29. vbi percontanti Petro, vtrum ipse ge-  
hennę ignem esse incorporeum fateatur, an  
corporeum, respondet ignem gehennę cor-  
poreum esse non ambigo, in quo certū est  
corpora cruciari. Proinde sciendum est, hæc  
verba Gregorij in codicibus Lugdunensibus  
Hugonis à Porta corruptè legi. Vbi enim  
in his habetur, ignis gehennę cū sit incorpo-  
reus, delenda fuerat syllaba, in, vt pro dictio-  
ne, incorporeus, legeretur, corporeus. Hoc  
enim sequentia Gregorij verba palā osten-  
dunt. Et in hunc modum ea citat D. Tho. 4.  
sent. dist. 44. q. 3. inquiens, Ex hoc loco non  
posse deduci, quod ignis inferni alterius sit  
naturæ ac speciei, quā iste sit. Nam et si in  
his ignibus quædam diuersæ proprietates  
inueniantur, vtriusq; tamen eadē est forma,  
natura & substantia.

Ad id vero, quod Ex Damasceno allatum  
est, Durādus inquit, cum in hac parte male  
sententię errasse. At D. Th. vt sui moris est,  
vrbane eum exponit: nā ait, eius mentē du-  
plici modo interpretari posse. Primo, vt in-  
telligamus eum nō simpliciter negasse ignē  
inferni materiale, sed nō esse materiale per-  
inde ac nostrum, qui ab illo igne proprietati-  
bus aliquibus discernitur. Secūdo, vt intelli-  
gamus eum nō negasse ignē inferni materia-  
le esse quoad substantiam, sed quoad effectū  
punitiōis: punit enim spiritali quadam a-  
ctiōe corporea, quę neq; dissoluit, nec cōsu-  
mit, & ipsas animas multo magis spiritaliter  
cruciat. Ad Augustini sententiā quid  
respondendum sit, habes supra. 5. tomo Hie-  
ronymi ad. 3. quæsitum, & 9. tomo Augusti-  
ni ad. 19. quæsitum.

SEPTIMVM QVAESITVM.

An Filius Dei semper gignatur,  
semperq; nascatur.



Regorij in initio lib. 29. in  
Iob loci huius, *Nam quid post er-  
t in tuum precepti diluulo,* Iob.  
39. explanatiōe aggrediēdis  
indicat, recte dici nō posse,  
Filiū Dei semper gigni à  
Patre, semperq; nasci, sic scribens, Dominus  
Deus Iesus in eo, quod virtus & sapientia  
Dei est, de Patre ante tempora natus est, vel  
potius, quia neq; cōcepit nasci, neq; desijt, di-  
camus verius, semper natus, non autem pos-  
sumus dicere, semper nascitur, ne imperfe-  
ctus esse videatur: at vero, vt æternus desi-  
gnari valeat, & perfectus, & semper dicam⁹  
& natus, quatenus & natus ad perfectionem  
pertineat, & semper ad æternitatem: quauis  
per hoc ipsum, quod perfectum dicim⁹, mul-  
tū ab illius veritatis expressiōe deniamus,  
quia quod factum non est, non potest dici  
propriè perfectum, sed balbutiendo, vt pos-  
sumus, excelsa Dei resonemus, & Dominus  
nostrę infirmitatis verbis cōdescendēs, Esto  
te, inquit, perfecti, sicut Pater vester cęlestis  
perfectus est.

Origenes hom. 2. in Hieremiā reclamare vi-  
detur. sententię Gregorij, ostēdens Filiū Dei  
perpetuo nasci, his verbis, Saluator noster  
est sapiētia Dei, sapiētia vero est splēdor æ-  
ternę lucis, Saluator ergo noster splēdor est  
charitatis: splēdor autē nō semel nascitur &  
desinit, sed quoties ortū fuerit lumē, ex quo  
splēdor oritur, etiā splēdor charitatis. Sic er-  
go Saluator sepe nascitur. Vnde ait in lib.  
Sapient. Ante omnes colles generat me Dñs,  
nō vt quidā male legunt, generauit.

Ambrosius in locū citatum Iob ait, nō lice-  
re hac locutione vti, Filius semper nascitur.  
Ratio eius est, quia verbū, nascitur, innuere  
videtur, quod Filius nōdum est perfectè na-  
tus, sed vt debemus locutione hac, Fili⁹ sem-  
per est natus, quod verba Prophetę osten-  
dunt inquentis, Hodie ego genui te, nā ver-  
bo, genui, insinuare videtur, cōpletam Filij  
generatiōe, & verbo illo, hodie, quod signū  
rei præsentiis est, denotatur, quod eius gene-  
ratio est æterna, & semper durat.

Augustinus in locum illum etiam psal. Ego  
hodie genui te, de generatione Filij ita in-  
quit, Quāquā per hoc qd dicit, hodie, possit  
etiam intelligi dies ille, quo Christus secun-  
dum hominem natus est: tamen quia hodie,  
præsentiā significat, atque in æternitate  
nec præteritum quicquā est, quasi esse desie-  
rit, neque futurum, quasi nondum sit, sed  
præsens tantum, quia quod æternum est,  
Hhh 2 semper

Math. 5.

Origenes

Sapie n. 9.

semper est, Diuinitus tamen accipitur de sempiterna generatione sapientiae Dei. Quibus verbis manifeste ostendit, quod generatio Filij semper est, nec praeterit, nec futura est, quia aeterna est: ideo dixit, genui, ne videretur incepisse: & dixit, hodie, ne generatio praeterita videretur. Ex quibus verbis Prophetarum, ait Chrysostomus, Nil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia Patris semper genitus est Filius.

Hyllarius lib. 7. de Trinitate inquit, quod Filius nascitur ex Patre his verbis, Viuens Deus & naturae aeternae viuens potestas est: & quod cum sacramento scientiae suae ex eo nascitur, non potuit aliud esse, quam Deus. Nam cum ait, Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem, docuit vitam in semper viuente Patre ineffe. Ecce hic habes, quia Filius nascitur ex Patre.

Ratio praesentis difficultatis in hoc consistit, quae locutio istarum sit potius amplectenda, Filius gignitur, quae de praesenti est: vel Filius semper est genitus, quae praeteriti est temporis: vel Filius semper gignetur, quae de futuro est. Quo disputatio tantum est de nomine, nam in re Patres omnes consentiunt. Tenent enim concorditer contra Ariam, generationem Filij esse aeternam. Et qui asserunt, istam esse concedendam, Filius semper est natus, intendunt Filij generationem esse perfectissimam & completam. Qui vero dicunt in rigore hanc esse concedendam, Filius semper nascitur, intendunt Christi generationem esse aeternam: nam aeternitas est tota simul, quia sicut nec praeteritum, ita neque futurum nouit.

Pro Gregorio respondet Magister sen. lib. 1. dist. 9. intendens Doctores sacros ad concordiam reducere, sic inquit, Sed ne tanti auctores sibi contradicere in re tanta videatur, illa verba Gregorij benignè interpretemur, Dominus, inquit, Iesus ante tempora natus est de Patre: vel potius quia nec cepit nasci, neque desinit, dicamur verius semper natus: sed quomodo verius dicitur hoc, scilicet, quod Filius semper natus est, quam illud, scilicet, quod de Patre ante tempora natus est? illud enim syncera & Catholica fides tenet ac praedicat ut istud: quare ergo ait, Dicamus verius, cum utrumque pariter sit verum, nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiā & expressionem veritatis dici quam illud? His enim verbis omnis calumniandi versus hereticis obstruitur aditus, quibus Christi secundum Deitatem generatio sine initio & sine fine esse ac perfecta monstratur. Non au-

tem adeo aperte semper manifestatur veritas, cum dicitur, Filius ante tempora genitus est de Patre, vel Filius semper nascitur de Patre. Et ideo dixit Gregorius, & ante eum Ambrosius, quod non possumus dicere, semper nascitur, non inquam ita conuenienter, non ita congrue. Ad explanationem veritatis potest tamen dici, si sane intelligatur, semper enim nascitur Filius de Patre, & ceteri Patres dicunt, non quod quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est: semper ergo nascitur, id est, natiuitas eius sempiterna est.

OCTAVVM QVAESTVM.

An aliquis certus sit, se non semper peccare.




Gregorius in fine libri. 35. Moral. in locum hunc, *Mortuus est senex, & plenus dierum,* Quis, inquit, inter ista remanet salutis locus, quando & mala nostra pura mala sunt, & bona nostra, quae nos habere credimus pura bona esse nequaquam possunt? Martinus Lutherus lib. articulo suorum art. 35. inicitur hoc testimonio ostendere, neminem esse certum se non semper peccare mortaliter, quia nullum unquam a nobis purum bonum fiat, sed nec fieri possit. In cuius damnationem Concilium Tridentinum sess. 6. Can. 7. sic diffiniuit, Si quis dixerit, opera omnia, quae ante iustificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quantum vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare, anathema sit. Et Can. 31. Si quis dixerit, iustificatum peccare, dum intuitu aeternae mercedis bene operatur, anathema sit. Et sequenti Can. si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum (cuius membrum verum est) fiunt, non bene mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, & ipsius vitae aeternae (si tamen in gratia discesserit) consecutionem, atque etiam gloriae augmentum, anathema sit.

Pro Gregorio respondet Rosensis in constitutione eiusdem articuli inquit, Gregorium non loqui de cunctis bonis nostris operibus, sed de his solis, quae nos ipsi, seu bona approbamus, & de quibus nobis placeamus. Et ob hoc ait,

Concilium Tridentinum

ait, dixisse eum, bona, quae nos habere credimus, pura bona esse non posse, propterea quod in eis nobis applaudimus, & inaniter de eorum bonitate gloriamur.

NONVM QVAESTVM.  
An charitas semel habita possit amitti.



Gregorius homi. 5. in Ezechielē hunc locum, *Vbi erat spiritus, illic gradiebantur ac uentebantur, cum ambularent,* ita interpretatur, ut asserere videatur, quod charitas semel habita amitti non possit, sic inquit, Non reuertebantur, cum ambularent, quia electi quippe ad bona vadunt ut ad mala perpetranda non redeant. Et post multa, exponens illud, Discurrens in medio animalium splendor ignis, ait, potest discursus atque mobilitas sic intelligi, in sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit: in fide enim, spe, atque charitate, & alijs bonis, sine quibus ad caelestem patriam non potest perueniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atque misericordia perfectorum: corda non deserit: in prophetiae vero virtute, doctrinae facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. In his itaque virtutibus, sine quibus minime ad vitam peruenitur, Spiritus sanctus in electorum cordibus permanet, unde recte stabilis dicitur: in his vero, per quas factitas demonstratur, aliquando misericorditer praesto est, aliquando misericorditer recedit. Item homi. 11. in Mattha. 13. Fortis, inquit, est ut mors dilectio, quia videlicet sicut mors corpore interimit, sic ab amore rerum corporalium aeternae vitae charitas occidit: nam quae perfecte abiciuerit, ad terrena feris desideria velut insensibile reddit. Rursus homi. 30. in c. 14. Ioanis ait, Nunquam est Dei amor ociosus, operatur enim magna, si magnus est, si vero operari renuit, amor non est.

Ezech. 1

Can. 8

August.

Augustinus creditur etiam in hac fuisse opinione tracta. 3. in epistola Ioanis, ubi explicans illud ex. 2. eiusdem epistola, *Vnctio, quae accepimus ab eo, permaneat in nobis,* &c. ait, *Vnctio inuisibilis Spiritus sanctus est, unctio inuisibilis charitas est: quae in quocumque fuerit, tanquam radix illi heret: quae quantum ardeat sole, ardescere non potest: om-*

ne enim quod radicum est nutritur calore solis, & non arcescit. Et in eadem epistola tract. 8. inquit, Radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest. Sententia illa, Charitas, quae deserit potuit, nunquam vera fuit, quae citat Gratianus dist. 2. ex epistola quadam Augustini ad Iulianum comitem, ad hunc sensum spectat, quod ex commentarijs Ambrosij in sextum caput posterioris epistola ad Corinthios idem Gratianus allegat, Ficta charitas est, quae deserit in aduersitate, vel in his, qui in necessitate deserunt fratres. Eodem pertinet quod Beda in expositione prioris epistola Ioan. c. 1. ex commentarijs Gregorij collegit his verbis. Notandum est, quod semper in Domino manserit Spiritus sanctus, in sanctis autem hominibus, quoadiu mortale corpus gestauerint, partim manet in aeternum, partim rediturus secessit: manet quippe apud eos, ut bonis existat actibus, voluntaria paupertatem diligant, munditiam cordis & tranquillitatem Patris amplectantur, persecutionem pati non vereantur, eleemosynis, orationibus, ieiunijs, ceterisque fructibus insistant: recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, vel etiam prophetandi habeant facultatem: manet semper, ut possint habere virtutes, & ut mirabiliter ipsi uiuant: venit ad tempus, ut etiam alijs per miraculorum signa, quales sint intus effulgeant.

Gratianus

Beda

Doctores scholastici. 3. sentent. distinctione. 31. Sanctus Thomas. 2. quaestione. 24. articulo. 11. Et conueniunt concorditer omnes Doctores scholastici in conclusione hac, scilicet, quod charitas viam est amissibilis. Dubium tamen est, in quo gradu est tenenda, an sit de fide? Circa hoc fuit heresis Iouiniani, quod charitas & gratia in baptismo susceptae amplius amitti nequeunt. In eodem errore fuit Pelagius, ut auctor est Augustinus lib. de heresibus titulo. 6. c. ultimo. Suedent isti errore hunc ex locis scripturae perperam intellexit, nam psal. 118. habetur, Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. 1. Ioan. 3. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen illius manet in eo. Et Paul. 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit, & Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.

His tamen non obstantibus, habemus testimonia scripturae omnino in contrarium. Primum est, quod Apocalyp. 2. habetur, Habeo aduersum te pauca, quia primam charitatem reliquisti. Et Paulus ad Hebr.



Hebr. 6. Impossibile est eos, qui sunt illumi-  
nati, & prolapsi sunt iterum, renouari ad pe-  
nitentiam. Et est testimonium apertum, quod  
habetur Ioann. 15. Iam vos mundi estis: & ta-  
men, quando Petrus Christum Dominum negavit,  
cecidit. Potest ergo charitas amitti. Et ne  
plura congeramus in damnatione heresis hu-  
ius sat sit diffinitio Concilij Trident. sess. 6.  
Can. 23. qui sic habet, Si quis hominem semel  
iustificatum, dixerit, amplius peccare non posse,  
nec gratiam amittere: atque ideo, eum, qui  
labitur & peccat, nunquam verum fuisse iustifi-  
catum: aut contra posse in tota vita peccata  
omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali  
Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgi-  
ne Maria tenet ecclesia, anathema sit.

Concilium  
Tridentinum

Ad adducta pro haereticis respondemus.  
Ad adductum ex Propheta, Non enim qui ope-  
rantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt,  
dicimus, locum hunc a sanctis multipli-  
citer exponi. Primo, quod non ambulauerunt  
in vijs eius fructuose, sed laboriose. Secundo,  
quod referatur ad id tempus, quo iniquitatem  
sunt operati, nam illo in vijs Dei non ambula-  
uerunt. Tertio, quod praeteritum ibi ponitur  
pro praesenti, hoc est, quia tunc in vijs eius non  
ambulabant. Ad locum vero Ioannis, Omnis,  
qui natus est ex Deo, peccatum non facit, simili-  
ter dicimus, multipliciter exponi. Bernardus  
in sermone. 1. Septuagesimae, & in serm. 23.  
super Cantica inquit, quod locus intelligitur  
de naturae praedestinationis, scilicet, quod  
qui praedestinatus est, non peccat, hoc est, non  
perpetuo in peccato perseverat. Augustinus  
lib. de natura & gratia. c. 14. aliter exponit,  
non peccat, id est, non debet peccare. Sanctus  
Tho. loco citato in solutione ad primum sic  
exponit, quod quantum est ex Spiritu sancto  
non peccat, quia Deo auctore, nemo fit de-  
terior. Ad locum Pauli, scilicet, charitas nun-  
quam excidit. S. Tho. in hunc locum lectione  
3. ait, quod haeretici mentem Pauli non attin-  
gunt, quia Paulus non loquitur de cessatione  
charitatis ratione mortalis, quod quis admit-  
tit, sed de cessatione charitatis post hanc vi-  
tam, nam intendit differre statum inter-  
fidem, & spem, & charitatem: quae in hoc con-  
sistit, quod charitas nunquam excidit, fides ve-  
ro & spes euacuabuntur. Ad illud Ioannis,  
Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non  
sitiet in aeternum, dicimus intelligi, dum mo-  
do talis aquam conferuet, quia si illam serua-  
uerit, in aeternum non sitiet.

Conclusio.

Dubium tamen est, an charitas amitti pos-  
sit per unum actum peccati mortalis. Conclusio

est affirmatiua, tam Patrum, quam Doctorum  
scholasticorum, quia mortale contrariatur cha-  
ritati, & ideo a suo contrario corrumpitur.  
Difficultas tamen est, an habitus acquisitus  
per unum actum contrarium corrumpatur. S.  
Tho. loco citato art. 12. respondet negatiue.  
Dicimus tamen, quod quantum ad formale  
potest habitus unico actu corrumpi, quia vnus  
actus potest habitum generare in potentia  
ubi erat contrarius habitus. Et ista est senten-  
tia S. Th. 1. 2. q. 51. ar. 3. Et experientia hoc con-  
stat. Et probat S. Tho. quia ratio habitus in  
hoc consistit, quod efficiat potentiam propter  
& faciliter operari, in habitibus tamen ap-  
petitiuis vnicus actus non sufficit causare  
promptitudinem & facilitatem ad operandum,  
quia potentia multa habet morosa, quae in con-  
trarium alliciunt: vnicus autem actus non suf-  
ficere difficultates omnes illas vincere, quia  
operatur ex multis causis, scilicet, auaritia,  
prodigalitate, vel amicitiae: & ideo in poten-  
tijs appetitiuis vnicus actus generare habi-  
tum non est sufficiens. Quod secus est in po-  
tentijs intellectiuis & apprehensiuis, in qui-  
bus actus vnicus sufficit ad omnem difficul-  
tatem vincendam, quia si difficultas est ignoran-  
tia, adueniente scientia, iam non est difficul-  
tas: & quia potentia non potest non assenti-  
ri, ideo generat habitum: imo in potentijs ap-  
petitiuis licet rarissime accidat, vnicus ta-  
men actus generat habitum. ut in conuersione  
Magdalene, quo actu vnico habitum temperan-  
tiae genuit, nam ex tunc iam prompte ope-  
rabatur. Hoc supposito, probatur conclusio,  
quia si habeam habitum erroris circa conclu-  
sionem aliquam, adueniente demonstratione,  
propter & delectabiliter assentior, generatur  
ergo habitus: habitus autem erroris & scientiae re-  
pugnant, nec simul stare possunt, ergo statim  
corrumpitur error per actum generantem ha-  
bitum. Et aduertendum, quod notate dixi,  
quod vnico actu potest corrumpi habitus,  
quantum ad formale, quia non est verisimi-  
le, quod actus vnicus qualitatem illam corrumpat,  
sed tollit quod amplius non sit habitus  
erroris: & sic licet habitus ille maneat in qua-  
tum qualitas, non tamen in quantum habitus:  
illa tamen qualitas postea per alios actus con-  
trarios corrumpitur.

Conclusio.

Dubium tamen est, an sit de fide, quod vnus  
cum mortale charitatem destruat. Mouetur  
dubium propter istos Germanos Latiniza-  
tores, qui inquit, non esse verisimile, quod  
vnico mortali charitas corrumpatur. Ratio  
illorum est, quia amicitia humana non tolli-


tur

tur per unum actum contrarium, ergo nec  
Diuina. Ad hoc dicimus, quod si asserant,  
quod non stat per unicum mortale charita-  
tem amitti, est haeticum. Et de fide est, quod  
vnus mortale charitatem destruit. Et probatur  
ex illo Ioann. 14. Qui non diligit me,  
sermonem meum non seruat: si ergo qui Dei  
mandatum non seruat, illum non diligit, per  
vnus ergo mortale corrumpitur charitas.  
Iacobi etiam. 2. habetur, Si quis totam legem  
seruauerit, offendat autem in vno, factus est  
omnium reus. Ratione probatur, quia apud  
homines offensiva grauis statim corrumpit ami-  
citiam, ergo & mortale charitatem: consequen-  
tia patet: antecedens probatur, quia ex natu-  
ra rei vera amicitia non comparitur grauem  
offensam, corrumpit ergo illam: experientia  
etiam magistra id nouimus, vnde cum mortale  
quodlibet, quauis leue, iniuria sit grauissi-  
ma, cum creaturam praeponat creatori, ideo  
quodlibet mortale charitatem corrumpit. Et  
hinc ad rationem illorum dicimus, quod illo-  
rum ratio, ut probauimus, pro nobis facit. Si  
vero affirmare velint, quod non stat, quod  
vnus pro vnico mortali damnetur. Hoc licet  
non sit haeticum, est tamen temerarium: igno-  
ramus enim an Deus permittat talem mori:  
quia tamen de facto potest id permittere,  
ideo id asserere temerarium est.

Pro B. Gregorio. respondet S. Tho. loco  
citato art. 11. inquit, charitatem, quae hic  
in terris habetur, posse tribus modis in con-  
siderationem venire: aut in sui ipsius essen-  
tia, aut quatenus ab auctore suo procedit,  
vel quatenus a suscipiente recipitur: si eam  
iuxta duos contemplandi modos inspiciamus,  
tunc secundum propositas Patrum senten-  
tias pronuntiandum est charitatem esse om-  
nino inamissibilem: tum quod ipse charita-  
tis auctor Deus nemini occasione praebet  
charitatem amittendi, tum quod ipsa chari-  
tas suapte natura indeficiens seipsam perde-  
re nequeat. Si vero charitatem spectemus ex  
parte recipientium, quorum est ingenium  
varium, semperque mutabile, nulli dubium  
est, charitatem propter liberam & instabilem  
hominum voluntatem, facile posse perdi.

DECIMUM QVAESITI-  
TVM.

An peccatum vnum sine altero  
remittatur.



Gregorius homi. 10. in Eze-  
chielē, in locum hunc, *Uec  
dicit Dominus, si forte audiuisti & quesiisti,*  
Ezech. 5. obiter percur-  
rens dictum illud Amos. 4.  
Pluit super vnā ciuitatem,  
& super alteram non pluit, videtur innuere,  
quod poenitentibus quandoque vnus peccatum  
remittatur, altero non remisso. Sic enim ait,  
Cum ipse, qui praedicatorum audit, ab alijs se vi-  
tios corrigat, atque ab alijs emendare conte-  
mnit, vna eademque ciuitas ex parte complu-  
tur, & ex parte arida remanet, in qua a se pre-  
dicationis pluiam repellit. Sunt enim qui-  
dam, qui exhortationis verba omnino non  
audiunt, hi penitus suscipere pluiam nolunt.  
Et sunt quidam, qui audiunt, sed tamen hanc  
medulit non sequuntur, quia alia in se vi-  
tia reserant, sed in alijs grauior perdurant.

Doctores scholastici. 4. sen. dist. 14. S. Th.  
3. parte. q. 86. art. 3. quo quaerit, vtrum possit  
per poenitentiam vnus peccatum sine alio  
remitti. Et respondet vnica conclusione, quae  
est Patrum communis, & Doctorum schola-  
sticorum. Conclusio est, Impossibile est per  
poenitentiam vnus peccatum sine alio re-  
mitti. Probatur conclusio tribus rationibus.  
Prima ex parte gratiae Dei, per quam peccatum  
remittitur, nam vt. 2. q. 113. art. 2. diffinit, nul-  
lum peccatum remittitur sine gratia, omne  
autem peccatum contrariatur gratiae, & ex-  
cludit eam, ergo impossibile est, vnus pec-  
catum dimitti, quin omnia tollantur. Secunda  
ratio sumitur ex parte poenitentiae peccato-  
ris, quia peccatum mortale non nisi per ve-  
ram poenitentiam remitti valet, vera autem poe-  
nitentia est peccatum deserere, quatenus est  
contra Deum, quod commune est vniuersis  
peccatis mortalibus, neminem ergo legiti-  
me poenitere potest vnus peccati, nisi quem  
omnium in vniuersum poenitet: cui enim pec-  
catum, quatenus offensa est contra Deum,  
displicet, omnia simul displicent. Impossi-  
bile est ergo, vnus peccatum sine alio per  
poenitentiam remitti. Tertio, quia remittere  
vnus sine alio perfectioni repugnat misericordiae  
Dei, cuius vt Deuter. 32. legitur, per-  
fecta sunt opera, vnde cuius miseretur, in in-  
tegrum miseretur. Ex quo colligitur, vt in li-  
bro de poenitentia legitur, quod quae dā im-  
pietas infidelitatis est, ab eo, qui iustus & iu-  
stitia est, dimidiam sperare veniam. Et confir-  
matur conclusio sententia Augustini in eodem  
libro, & refertur Can. sunt plures, de poenit.  
dist. 3. vbi ait, Sunt plures, quos poenitet pec-  
catis.

Conclusio.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

casse, sed non omnino, referuantes sibi quendam, in quibus delectentur, non animaduertentes Dominum simul mutum & surdum à demonio liberasse. Per hoc docent nos, nunquā nisi de omnibus Deum sanare.

Conclusionem præsentē nemo est qui dubitet: sed tamen sunt, qui formidantes, cunctentur eam de potentia Dei absoluta affirmare, cū tamen plane, S. Tho. hunc sensum efficiat, imò maior implicatio contradictionis est, Deum posse vnum peccatum mortale sine omnibus dimittere, quā peccatum remittere sine gratia, hoc est, sine eo quod hominem sibi faciat gratum, quod omnino impossibile est. Et hoc aperte rationes adductę ostendūt: impossibile enim est, Deū vllū peccatum mortale aut originale remittere, nisi hominem in suam gratiam reuocando, cum ergo gratum habere hominē nequeat nisi iustum, & iustus nemo esse possit si in peccato originali, aut quocunq; mortali persistat, repugnat vnum absque omnib; remittere. Imò consulto non retrinxit cōclusionem ad mortale & originale, insinuans fortassis, quod neque vllum veniale per poenitentiam remittitur sine alio, nam si poenitentia legitima est venialis culpe, quatenus feruorē charitatis remittit, in omnia venialia ferri debet, in quibus eadem est ratio: quanuis per feruorem charitatis possit veniale vnū remitti, cui homo non adheret, absque alio, cui complacet & adheret.

Contra hanc autem conclusionem insurgere quis potest de peccatis oblitis. Apparet namq; per formā sacramenti neminē absolui nisi de peccatis, quę cōfessus est, si ergo poenitens quorūdam obliuiscitur, ab illis nō absoluitur. Vnde videtur colligi, quod aliqua remittantur sine reliquis. Argumentum tamen contra cōclusionem nihil cōcludit. Primum, quia modo loquimur de remissione per poenitentiam virtutem, per quā quidē, si sit legitima contritio etiam in genere, antequā fiat singulorū indagatio, sit omnium remissio. Secundo, quia etiam in confessione, qui ex sua culpa, quia non fecit sufficentem indagacionem, non est omnium memor, nec ab oblitis, neque ab alijs, quę cōfessus est, absoluitur. Si tamen absque sua culpa quorūdam est oblitus, gratiam recipit, atque adeo omnium remissionem. Quare non est necessaria disputatio, an absoluat ab oblitis nec ne: cū verum sit, quod talis dicendus est absolui ab illis non formaliter, quia non sunt confessi, sed extensiuē & consecutiue: quia

absoluitur persona, absoluitur ab omnibus. Licet si postmodū in memoriam redierint, sint necessario confitenda.

Pro B. Gregorio respondet S. Tho. loco citato in solutione ad primū argumentū verba Gregorij non esse intelligenda quantum ad remissionem culpę, sed quantum ad cessationem ab actu, quia potest ille, qui plurimis implicatus est vitijs, à quibusdam cessare, etiam si ab alijs non desistat: quod fit quidem auxilio Dei, & etiam quandoq; specialiter: sed tamen non illo, quo fit vltima dispositio ad gratiam: & ideo neque ab illis, à quibus cessatur, fit remissio, neque ad remissionem culpę pertingit.

VNDECIMVM QVAESITVM.

An Baptista dubitauit de morte Christi, & de eius descensu ad inferos.

**G**regorius lib. 4. homiliarū hom. 6. videtur vtrunque hesitationē tam de Christi morte, quā de eius in infernum descensu Ioanni Baptistę ascribere his verbis, Ait ergo Ioannes, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? ac si aperte dicat, sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori, & ad inferos descendere digneris, insinua, vt qui natiuitatis tuę præcursor, descensionis etiam præcursor fiam, & venturum in infernum te nunciem, quem iam venisse in mundum enunciaui.

Hieronymus lib. 1. cōmen. in Matth. videtur in eadem sententia fuisse, sic inquit, Tu es qui venturus es: sensus est, mada mihi, quia interficiendus ab Herode, & ad inferna descensus sum, vtrum te & in inferis debeam nunciare, qui nunciaui superis, an non conueniat Filio Dei, vt gustet mortem, & alium ad hæc sacramenta missurus est.

Beda lib. 2. in Lucam locum hunc exponens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus: Lucę. 7. subscribit sententiā Beati Gregorij.

Eusebius Emisenus in homilijs eius titulo insignitis refert Ioannē dubitasse de Christi ad inferos descensu. Sic enim habet, Tu es, inquit, qui venturus es: Ego, quidē vado ad Patriar

Patriarchas & Prophetas in infernū descendos: sed nunquid tu quoq; illuc venturus es? debeo te illuc venturum illis annunciare: si cut te venisse in mundū annunciaui: descendens illuc per te, an alium expectamus à te? timeo enim hoc credere de te, nisi hoc certū mihi fiat à te. Valde quidem te humiliasti, an fortassis plus humiliabis? quid dicam illis? quid nunciabo?

Chrysostomus homi. in Matth. 38. Theophilactus & Euthimius ambas opiniones, vt ridiculas & falsas insectantur, quod eis credibile non sit, talem ac tantum Prophetā & plusquam Prophetam, qui maior fuerit omnibus Prophetis, ignorasse, quę ceteri Prophetę de Christi morte, sepultura, & descensu ad inferos prædixerant, & ipsemet prædicauerat. Sunt etiam, qui dicant, Ioannem cōstantissimē credidisse, Christū efficacia virtutis suę infernū penetraturum. Et inde Patriarchas erecturum, sed fuisse ambiguum, an is secundum animę substantiam esset in feros aditurus. Tamen, teste Theophilacto, aliqui improbant affirmantes Ioannem cognouisse, quod ad infernum cū anima vterus esset, vt illic saluaret credentes.

Pro Gregorio dicimus, quidquid ipse senserit, veram solutionem esse, quod Ioannes hoc interrogauerit, nō quasi id ignorans, sed vt discipuli eius, adhuc rudes & increduli, cū hac interrogatione, Tu es qui venturus es an alium expectamus? ad Christum missi ex Christi responsione, scilicet, Renunciate Ioanni, quę audistis & vidistis, cęci vident, claudi ambulant, &c. Christi maiestatem & Diuinitatem nondum agnitam cognoscerēt & crederēt. Vel iuxta Ambrosium dici potest, Ioannem de morte Christi dubitasse, nō incredulitatis dubio, sed hesitatione, & stupore admirantis animi, atq; cōsiderantis, qui fieri posset, vt homines illū occidere audent, qui mortuos suscitaret, ac tāta virtutū miracula ederet. Et idem de B. Gregorio asserere possumus, quod cū dixit, Insinua, an pro hominibus mori, & ad inferos descendere digneris, id non dixisse, neq; sic exposuisse, vt dubiū credulitatis in eo suspicemur, sed hesitatione ac stupore admirantis animi id dixisse.

DVODECIMVM QVAESITVM.

An fidei mysteria sint rationibus humanis comprobanda.



Gregorius in principio homiliarū. 27. in Euangelia locū hūc expēdens, *Cum esset Iero die in a Jab batorum*, Ioan. 20. insinuare videtur, fidei mysteria non esse rationibus humanis cōprobanda, inquit, Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.

Doctores scholastici, 3. sent. dist. 25. S. Th. 2. 2. q. 2. artic. 10. quo querit, an ratio inducā ad ea, quę sunt fidei minuat meritum? Et respondet, quod ratio antecedens actum fidei meritum minuit, & aliquando totū meritum tollit: ratio vero consequens non excludit meritum fidei, sed est signum maioris meriti.

Pro B. Gregorio respondet S. Tho. art. citato inquit, Gregorius hoc dicens loquitur in casu illo, quando homo non habet voluntatē credendi ea, quę sunt fidei, nisi propter rationem inductam: quando autem homo voluntatem credēdi habet ea, quę sunt fidei, ex sola authoritatē Diuina, si habeat rationem demonstratiuam ad aliquid eorū, putā ad hoc, quod est Deum esse, non propter hoc tollitur aut diminuitur meritum fidei. De hac quæstione vide tomo. 6. B. Augustini ad secundum quæsitum, & quarto tomo Chrysostomi ad primū quæsitum.

DECIMVM TERTIVM QVAESITVM.

An Angeli sint animalia.



Gregorius homi. in Euangelia in principio circa hæc verba, *Magi ab Oriente veniunt*, Matth. 2. inquit, res, cur Angelus pastoribus, Magis vero stella apparuit? Respondet, quia Iudæis tanquam ratione vtenibus rationale animal, id est, Angelus, prædicare debuit. De hac quæstione vide supra tomo. 1. Augustini ad tertium quæsitum, & secundo tomo ad octauum. Quibus locis diffiniuimus de mente Sancti Thomę. 1. parte. q. 51. & ex cōmuni sententia Doctorum scholasticorum, & Dionysij Areopagite, Angelos non solū esse incorporeales, & immateriales substantias, sed etiam Dei formas, simplicitates, & immaterialitates. Et ex communi sententia Patrum, Chrysostomi homi. 22. in Genesim, & homi. in priorem ad Corinth. 17. & 32. & in explana-



## ADVERTENTIAE IN B. GREGORIVM AD. XIII.

explanatione sexti capitis Esaiæ, & Cyrilli lib. 4. comment. in Ioannem. c. 10. Et decretum Concilij Lateranen. id confirmat statuens, credendum esse, nō solum corporeas, sed incorporeas creaturas (hoc est Angelos) ex nihilo conditas. Et ratio id euidenter suadet, eo quod Angeli neque subsistendi, neque intelligēdi, nec seipfos mouendi gratia, corporibus indigeant.

Pro B. Gregorio respondemus, quod cum dixit, Iudæis tanquam ratione vtentibus rationale animal, id est Angelus, prædicare de


buit, nequiquam sensit Angelos, sicuti homo, ex corpore & anima esse cōpositos, neque eorum essentiam inclinationem naturalem habere ad corpus actuādum: quia cum neque ad hoc quod subsistant, neque ad hoc quod intelligant, neque ad hoc quod seipfos moueant, corporibus indigeant, illorū essentia inclinationē non habet ad corpus actuandum, sicuti anima rationalis habet. Est tamē natura & essentia sua rationalis. id est, intellectualis, quia ratione & intellectu operationes suas exercet.

¶ Finem huic operi imposui octauo die mensis Augusti anno redemptionis nostræ Millesimo supra Quingentesimum septuagesimū nonum. Omnipotentem Deum & Dominum nostrum Iesum Christum oro, vt faustè & feliciter cum eius auxilio in successus & euentus felices deueniat. Quod si quid in eo dixi, quod castigatione vel retractatione egeat, id correctioni sacrosanctæ matris Ecclesiæ subijcio: cuius censuræ semper paratus fui obedire: & nunc libenter etiam paratus sum ab illa corrigi in omnibus, in quibus opus fuerit castigatione vel retractatione.

FINIS.

Autoris etiam incerti carmina ad lectorem.

*Vtramuis dormire potes requietus in aurem,  
Nobile legisti tu quia lector opus.  
Ne labyrinthæis ambagibus amplius esto  
Deditus huic semper deditus esto libro.*



COMPLVTI

Ex officina Ioannis Iniguez à Lequerica. Anno  
1585.